



<36603702260017



Joh. Gottfr. Krügner, delin. et sculps. Lipsiæ

AD LECTOREM.



Codicem Italiæ Diplomaticum, aliquo abhinc tempore promiſſum, nunc demum TIBI, LECTOR BENEVOLE, exhibemus. Ad eum colligendum inque lucem edendum, quæ nos permoverit cauſſa, haud difficulter unusquisque conjectura adſequi poterit. Quum enim, permulta Imperii Feuda in Italia dari, ac Romanam Cæſaream Majeſtatem, quæ in orbe Chriſtiano, hac noſtra ætate, glorioſiſſime Imperii clavum tenet, jure hæreditario ac legitimo diverſas, easque ampliſſimas, in ea poſſidere regiones, pluresque adhuc alios Sereniſſimos Illuſtriſſimosque Status ibidem deprehendi, adeo inter omnes, rerum publicarum non ignaros, conſtet, ut probatione res haud indigeat; ea de cauſſa, ſi hunc laborem, commodi publici promovendi gratia, ſuſciperemus, non præter rem nos eſſe facturos, exiſtimavimus. Duabus vero conſtat partibus, & quamplurima, ac ſcitu digniſſima Documenta, quæ partim in pretioſiſſimis rariſſimisque operibus paſſim obvia ſunt, partim, quoad numerum eorum haud exiguum, lucem adſpexerunt nunquam, ambitu ſuo comprehendit. Initio quidem omnia uno complecti volumine ſtatutum habebamus; at enim vero, cum hoc non commode ſatis fieri potuerit, conſilium mutandi, eaque in duos Tomos diſtribuendi, neceſſitas nobis fuit impoſita. *Tomo Primo* quæ contineantur, clare ac perſpicue ſatis ex Elencho, quem præmittere conſultum duximus, adparebit. Quantum vero ad tres illas ſpectat claſſes, quas in hoc Codice obſervare in proclivi eſt: in iis tali modo adornandis prudentiſſimo cujusdam Italiæ Principis conſilio monitove morem gerere, noſtrarum eſſe partium, judicavimus. Cujus nos obſequii, uti ſperamus, non pœnitebit.

Argu-



A. II.



<36603702260017



Joh. Gottfr. Krügner, delin. et sculps. Lipsiæ



CODEX ITALIÆ DIPLOMATICUS,

Quo non ſolum

Multifariæ Inveſtiturarum Literæ, ab Auguſtiſſimis Romanorum Imperatoribus Italiæ Principibus & Proceribus conceſſæ atque traditæ;

Verum etiam


Alia inſignia varii generis Diplomata, tam edita, quam multa anecdota, Ipſos concernentia continentur.

Quæ omnia

Collegit, ac Elencho Indiceque reali

inſtruxit

JOANNES CHRISTIANUS LÜNIG.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,

Impenſis HÆREDUM LANCKISIANORUM,

1725.

AD LECTOREM.



Codicem Italiæ Diplomaticum, aliquo abhinc tempore promissum, nunc demum TIBI, LECTOR BENEVOLE, exhibemus. Ad eum colligendum inque lucem edendum, quæ nos permoverit caussa, haud difficulter unusquisque conjectura adsequi poterit. QVum enim, permulta Imperii Feuda in Italia dari, ac Romanam Cæsaream Majestatem, quæ in orbe Christiano, hac nostra ætate, gloriosissime Imperii clavum tenet, jure hæreditario ac legitimo diversas, easque amplissimas, in ea possidere regiones, pluresque adhuc alios Serenissimos Illustrissimosque Status ibidem deprehendi, adeo inter omnes, rerum publicarum non ignaros, constet, ut probatione res haud indigeat; ea de caussa, si hunc laborem, commodi publici promovendi gratia, susciperemus, non præter rem nos esse facturos, existimavimus. Duabus vero constat partibus, & quamplurima, ac scitu dignissima Documenta, quæ partim in pretiosissimis rarissimisque operibus passim obvia sunt, partim, quoad numerum eorum haud exiguum, lucem adspexerunt nunquam, ambitu suo comprehendit. Initio quidem omnia uno complecti volumine statutum habebamus; at enim vero, cum hoc non commode satis fieri potuerit, consilium mutandi, eaque in duos Tomos distribuendi, necessitas nobis fuit imposita. *Tomo Primo* quæ contineantur, clare ac perspicue satis ex Elencho, quem præmittere consultum duximus, adparebit. Quantum vero ad tres illas spectat classes, quas in hoc Codice observare in proclivi est: in iis tali modo adornandis prudentissimo cujusdam Italiæ Principis consilio monitove morem gerere, nostrarum esse partium, judicavimus. Cujus nos obsequii, uti speramus, non pœnitebit.

Argu-

Argumentum porro *Tomi Secundi*, ſub prelo jam ſudantis, proximisque nundinis vernalibus Anno MDCCXXVI. cum Orbe erudito, ſi Deus eo usque noſtram prorogaverit vitam, quam certiſſime communicandi, ex Delineatione adjecta patebit luculentiſſime. Ad hæc de toto opere præfationem prolixam facili negotio contexere potuiſſemus; verum enim vero hoc putavimus futurum eſſe ſupervacaneum, ſiquidem cum Elenchi noſtri, quid in eo ſit præſtitum, Lectorem Benevolum abunde docebunt; tum Index ſubnexus res propoſitas ante oculos evidentiſſime ponet. Præterea ſcias velim, L. B. Te Diplomata Italica, jamjam in noſtro Archivo Imp. German. adducta, hoc in opere quæſiturum eſſe fruſtra. Ea enim, ne actum ageremus, huc denuo referre de induſtria noluimus. Quocirca ad laudatum Archivum Lectorem ſemper remiſimus, &, ubi res evolvendæ occurrant, oſtendimus. Quam viam ideo præcipue, ne moles Operis ſupra modum excreſceret, ingreſſi ſumus. Et licet ambabus, quod ajunt, largiamur manibus, plures alios rerum Italicarum Scriptores non deeſſe: nihilo tamen ſecius, ejusmodi Politicam Diplomatum Italicorum Collectionem, cujusmodi hæc eſt, adhucdum nondum publici juris factam eſſe, cognitum exploratumque habemus. Qua de cauſſa eo major nos habet tenetque ſpes, fore, ut fautoribus atque amatoribus ſuis haud deſtituatur. Quod ſupereſt, favori ac benevolentiæ Tuæ, L. B. de meliori nos commendamus, humaniſſimis inſimul a Te contendentes precibus, ut ſphalmatum typographicorum, in hoc Opere admiſſorum culpam nobis non tribuas; cum ob loci, quo typis eſt impreſſum, diſtantiam, ejus correctioni præeſſe non potuerimus. Pro quo nobis præſtito favore nunquam non Tibi ea, qua par eſt, animi devotione ac obſervantia erimus devincti atque obligati.

ELEN-

ELENCHUS DIPLOMATUM,

Quæ in

TOMO PRIMO

CODICIS ITALIÆ DIPLOMATICI

reperiuntur.

PARS I.

SECTIO I.

De Jure Sacræ Cæsareæ Majestatis Sacrique Romani Imperii in Italiam, hujusque Proceribus, Sacro Romano Imperio nexu clientelari obstrictis, in genere.

LII.

A. Ar-

SECTIO II.

De Proceribus Italiæ, Sacræ Cæsareæ Majestati Sacroque Romano Imperio nexu Clientelari obstrictis, in specie.

CLASSIS I.

CAPUT I.

De Ducatu Mediolani.

LVI. Ta-

Caput II.

De Sabaudiæ Ducibus.

LI. Di-

LXXIV.

CAPUT III.

De Magno Etruriæ Ducatu.

XXXII.

Caput IV.

De Mantuæ & Montisferrati Ducatibus.

XIV. Fri-

Caput V.

De Mutinensi & Rhegiensi Ducatibus.

nem

Classis II.

Caput I.

De Ducibus & Principibus Picis Mirandulanis.

XIV.

XIV. Memoriale, ad Carolum VI. Roman. Imperatorem directum, quo jura Galeoto Pico, Principi Mirandulano, in Mirandulæ Ducatum, Concordiæque Marchionatum competentia solide demonstrantur, ac rationes, cur de iisdem sit investiendus, in medium adducuntur, d. d. 9. Julii, Anno 1704. 1800

Caput. II.
De Ducibus Guastallæ.

I.

Transactio inter Episcopum Mantuanum, utpote Mantuani Ducis Plenipotentiarium, & Guastallæ Ducem, Viennæ facta, d. d. 12. Febr. An. 1631. 1804

II. Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris ad Odoardum Farnesium, Parmæ & Placentiæ Ducem, Literæ, in quibus ei in commissis dedit, ut Guastallæ Ducem in terrarum per Pacificationem Ratisbonensem ipsi adjudicatæ portionis possessionem immittat, d. d. 1. Maji. An. 1631. 1805

III. Leopoldi, Romanorum Imperat. Literæ, ad Vincentium, Guastallæ Ducem datæ, quibus eum serio exhortatur, ut ne Gallicis & Hispanicis Copiis in Italia militantibus opem ferat, quin potius illas a se terrisque suis vi & armis propulset, e contrario autem exercitus Cæsareos omni benevolentia prosequatur, ipsosque hospitaliter excipiat, &, quocunque modo possit, adjuvet, d. d. 20. Maji, An. 1701. 1805

IV. Literæ Josephi, Roman. Imperatoris, ad Vincentium, Guastallæ Ducem, exaratæ, in quibus eum Cæsareæ suæ benevolentiæ animique propensionis tutum ac securum reddit, d. d. 15. Julii, An. 1705. 1808

V. Comitis Fantonii, Ducis Guastallæ Ablegati, Memoriale Collegio Electorali exhibitum, in quo illud humiliter implorat, ut in Capitulatione Cæsarea propediem conficienda in hanc velit incumbere curam, quo Duci Guastallæ investitura de Ducatu Mantuano jure ipsi competens, ut & damnorum illatorum compensatio certissime futura, confirmetur, d. An. 1711. 1808

VI. Literæ intercessionales a Collegio Electorali ad Augustissimum Imperatorem Carolum VI. pro Duce Guastallæ, investituram Ducatus Mantuani, & præstationem damnorum ipsi illatorum desiderante, conscriptæ, d. d. 23. Decembr. An. 1711. 1809

Caput III.
De Ducibus atque Principibus e Familia Gonzagana oriundis, Sablonettanis & Bozulanis.

I.

Conventio præliminaris, quam Duces & Marchiones de Gonzaga agnati, de Successione in Domini Vespasiani de Gonzaga Columna, Sablonettani Ducis, terras atque ditiones, cum Aluisio Caraffa de Marca, Hostiliani Principe, ac Isabellæ Gonzagæ, unicæ ejusdem Vespasiani filiæ marito, sanciverunt, d. d. 6. Martii, An. 1590. 1812

II. Conventio, quam Aloysius Caraffa de Marca, Princeps Hostiliani, & Isabella Gonzaga, Conjux ejus, filia unica & hæres Vespasiani de Gonzaga Sablonetta primo; deinde Pyrrhus, Ferrantes & Julius Cæsar, nec non Scipio Cardinalis, Marchiones de Gonzaga fratres, & denique Vincentius de Gonzaga, Mantuæ Dux inierunt, & cujus ope laudatus Hostiliani Princeps, civitate Sablonetta, cum omnibus ejus dependentiis, sibi ipsi retenta, Dominis Marchionibus de Gonzaga fratribus, quorum paulo ante mentio facta est, oppida & terras Bozuli, Hostiani, Riparoli & Commessadii, memorato autem Mantuæ Duci Botingi & Ripatæ terras jure proprio possidendas tradidit, d. d. 1. Julii, An. 1591. 1836

III. Decretum Rudolphi II. Romanorum Imperatoris, quod Julius Cæsar Gonzaga, Bozuli Princeps, ad standum secundæ Conventioni, die 1. Julii An. 1591. super pretio feudi Sablonettæ, mutuo a tribus fratribus unanimi consensu approbato, initæ, cogi non possit, d. d. 12. Martii, An. 1592. 1850

IV. Laudum Dominorum Arbitrorum, Commissariorumque Cæsareorum, in causa pretii Jurisdictionis Civitatis Sablonettæ æstimationem atque liquidationem concernente, quæ inter Dominum Julium Cæsarem, Sacri Rom. Imperii Principem, ac Marchionem de Gonzaga, tanquam actorem, ex una; Dominumque Aloysium Caraffam de Marca & Dn. Isabellam de Gonzaga

XVII.

rum

Caput IV.

De Principibus ab Auria, vulgo Doria nuncupatis.

VII. Ju-

CLASSIS III.

CAPUT I.

De Comitibus ab Auria.

Caput II.

De Marchionibus ab Auria.

Caput. III.

De Comitibus Borromæis.

Caput IV.

De Dominis Cacheranis.

Caput V.

De Principibus Carpineis.

Caput VI.

De Marchionibus Savonæ, e Familia Carrettana oriundis.

CAPUT VII.

De Castruccis de Antelminellis, Lucæ commorantibus.

Hujus Familiæ Diplomata vid. sub *Reipublicæ Lucanæ* Diplomatibus, in hujus Codicis Tomo II.

CAP.

CAPUT. VIII.
De Dominis Cazulinis.

CAPUT IX.
De Principibus atque Marchionibus Centurionis.

CAPUT

Caput X.

De Dominis Conradis ab Austria.

Caput XI.

De Dominis Costis.

Caput XII.

De Marchionibus Estensibus.

Caput XIII.

De Dominis Fliscis (vulgo Fieschi nuncupatis) Januensibus.

Appendix.

De Tergesto Civitate, sive Principatu, in Histria sito.

Addenda ad pag. 2414.

DELI-

DELINEATIO
TOMI SECUNDI
CODICIS ITALIÆ DIPLOMATICI,

In quo reperientur

CONTINUATIONIS CLASSIS TERTIÆ

PARS II.

PARS II.

HUJUSQUE PARTIS



CODEX ITALIÆ DIPLOMATICUS.

PARS I.

SECTIO I.

De Jure Sacræ Cæsareæ Majestatis Sacrique Romani Imperii in Italiam, hujusque Proceribus Augustissimæ Majestati non minus, quam Imperio Romano, nexu clientelari obstrictis, *in genere.*

I.

Lex Regia Imperii Francorum, sive Constitutio Adriani I. Pontif. Max. Populique Romani, qua in Carolum M. Roman. Imperatorem, ejusque Successores Jus, Pontificem Roman. necnon Archi-Episcopos & Episcopos eligendi, cum directo simul in Urbem Romanam ejusque territorium Dominio, est translatum, de Anno 774.



Romæ constituta est Sancta Synodus a B. Adriano Papa in Palatio Lateranensi, videlicet in Ecclesia S. Salvatoris, quæ reverendissime celebrata est a centum & quinquaginta tribus viris religiosis, Episcopis & Abbatibus, Judicibus etiam & Legis Doctoribus ab universis regionibus & ordinibus hujus almæ Urbis a cuncto etiam Episcopo hujus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exquirentibus usus, leges, & mores ejusdem Ecclesiæ & Imperii: quemadmodum etiam hæreses & seditiones aboleri possent de Apostolica sede & dignitate Patriciatus e Romano Imperio, ex quibus omnibus nimius error crescebat in universo orbe. Populus itaque Romanus Legem condebat more solito: sed difficile erat, pro unoquoque negotio totiens in unum congregari: unde sententiam jus & potestatem Imperii Imperatori concesserunt, quemadmodum legitur: Populus itaque Romanus concessit ei & in eum transtulit omne jus suum & potestatem. Ad eorum quoque exemplum præfatus Adrianus Papa, cum omni Clero & populo ac universa Sancta Synodo, concessit Carolo Augusto omne suum jus & potestatem, eligendi Summum Pontificem & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatemque Principatus. Insuper Achiepiscopos & Episcopos per singulas provincias ab eo accipere investituras diffinivit. Post hoc vero consecrationem accipiant, unde pertinent. Et ita abolita sit veterum sententia moresque in posterum, quatenus nemo per cognationem vel amicitiam aut per pecuniarum acceptionem sibi eligat Episcopum, sed soli Regi Romanorum hujusmodi reverentiæ tribuatur facultas. Veruntamen si ab universo Clero & cuncto populo aliqua præsumtione & Religionis causa eligatur Episcopus, nisi a Rege laudetur & investiatur, a nemine consecretur. Ex hoc prolatis sententiis ab universis, qui hac Sancta Synodo congregati fuerunt, in nomine S. Trinitatis, Adrianus Papa præ omnibus hæc concessit, laudavit, & affirmando constituit. Ad hoc etiam roborandum decrevit, ut si quis posthac contra hanc Sanctam Synodum temerator repertus fuerit, sive contra hoc totum

totum, quod produximus, repugnaverit, cujuscunque sit gradus, ordinis vel officii, dignitatis, vel generis, sciat se in iram B. Petri, Principis Apostolorum & omnium Sanctorum & Prædecessorum nostrorum casurum & anathematis vinculo damnatum perpetuo victurum, excommunicationem quoque universalis Ecclesiæ & cuncti populi Christiani incursurum. Insuper, nisi a malo resipuerit, irrevocabili exilio prematur, vel ultimis suppliciis feriatur, & bona ejus publicentur. Qui vero pio intuitu custos horum & observator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam vitamque æternam a Deo cum omnibus Sanctis suis sine fine habere mereatur in Secula Seculorum. Amen.

II.

Decretum Leonis IIX. Pontif. Max. Populique Romani, quo Ottoni I. Roman. Imperatori omnia fuerunt restituta, quæ antecessores ipsius, in præjudicium Sacr. Rom. Imperii, dilapidaverant, d. d. 3. Kal. Maji, Anno 963.

NOs Leo, servus servorum Dei, Episcopus, Othoni spirituali filio nostro in Christo, Imperatori Augusto, & omnibus successoribus suis Imperatoribus ac Regibus Regni Italiæ.

Quæcunque Dominus Karolus, Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanus, nec non Pipinus Pater ejus, de Regalibus Regni Italiæ tribuerunt in Sancta Romana Ecclesia Beato Petro Apostolo, sive per Instrumenta, quæ scripta fuerunt per Etherium Notarium suum, sive per sacram Constitutionem, sive donationes, sive per alios modos sibi obvenerunt a Justiniano Imperatore, & Ariperto Rege: hæc omnia largimur, & diffinimus vobis Othoni Imperatori & Adelheidæ conjugi tuæ, Regnique consorti, vestrisque utriusque successoribus Regni Italiæ in perpetuum, præsentibus Sacrosanctis Evangeliis, & Patrociniis plurimorum Sanctorum videlicet.

II. De Cruce Domini, & de Caligis pedum suorum & de Vestimento inconsutili, & super Corpus Beati Petri cum terribilibus Sacramentis a Papa prædicto & suis Cardinalibus per consensum & auctoritatem totius Populi Romani, tam Clericorum, quam Laicorum, de omnibus ordinibus Romanis ex unaquaque regione præsentibus, laudantibus & confirmantibus pro nimia persecutione Paganorum.

III. Et Deus omnipotens tibi victoriam largiri dignetur, & expellere eos de Provinciis Romani Imperii. Prædictas autem donationes, quas specialiter hic nominabimus, & perpetuatim in regalibus rebus subjacere volumus per nostram Apostolicam traditionem: Surrianum, Montem Bordensem & Lunæ Insulam, Corsicæ Regnum, Parmam, Mantuam, Montenselete, Insulam Venetiarum, Ducatum Terrariæ, Gavellum, Canisdam, Ducatum Histriæ, Dalmatiam, Exarchatum Ravennatensem, Fauentiam, Cesenam, Castrum Tiberiatus, Roccam Medilianam, Roccam Comiza, Roccam Cornicularıam, Civitadellam, arcem Mediolanam, arcem Comensem, Terminum, Teremium, Castrum Ceperianum: Terram Cornulariam, Roccam, Fauillam, Petram de Appla, seu Castrum Tusinianum, Petram Mauri, Cernutullam, Ducatum Arimini, Contam, Montem Ferretum, Montem Capiniam, seu Olimpicum, castrum Exforii, Bobium, Eugubium, Urbinum, forum Semporii, Galli, & Senogalli, Anconam, Auximanam, Gosam, Ducatum Perusii, Urbenetam, & Tudertum, Amelia, ortum Montis sarapti cum oppidis suis, Castrum Cimianum, Castrum Gallera, Castrum Sutrianum, Castellanum Tiburtinum, Ducatum Spoletanum, Marcham Marsii, & Anchar, Theanum, Locumbaçem terram, Termulanensem, Drogonaiam, Lisima Montis Gargani, & Capitenatam, Apuliam, Calabriam, Bar, Theantrum, Ducatum Neapolim, Ducatum Beneventi, Capuam, Salernum, Otrenti Insulam, Sardiniam Insulam, Mesanam, Aticiæ Insulam, seu montis Lucreti, Montis Argentarii, Territorium Cusitanum, Territorium Prænestinum, & Cornetum prope mare cum multis Castris, Terram Silandis, terram Clusinam prope Perusiam, Terram Fundanam, Terram Cassipate, Terram Vegetanensem, Terram Claudianam, Terram Camisinam, Terram Sabinensem, Terram Siram, Terram Coranii, Terram Portuensem cum Insula Archis, Terram Ostiensem cum Maritimis, Castrum Lucolis, & Montisbobium cum tota Campania, Civitatem Fundis, Civitatem Aquinensem, Ferentium, & Tarracium, Civitatem Lamentum, & Sufforariam; Lisuuarias, Septimi, Tranveicies, Civitatem Niphisii, Civitatem Falisenam, Fidenam, Villam magnam, Feretrum, Clyternam, Vitrialam, Pontealongum, Gessum, Roccam Bergalli, Roccam Farianam, Roccam Pallioli, Castrum Ruptum, Alborum, Castrum Rubeum, Neapolim, Galliopolim, Cotronum, Regium, Almæ Sitonis, Transpadum, caput Apuliæ, Melphim, Bellum, Pineum, Fortomini, Civitatem Maritimam Territanensem in Regno Trinacriæ, Patarensem, Meranensem, Cataniensem, Athenarium, Monasterium Sancti Benedicti in Monte Casino, Monasterium Farsense, Monasterium Inbellimarum, Monasterium Sancti vitalis Ravennæ, Monasterium Sancti Hilarii, Monasterium Sancti Archangeli Bononiensis, Monasterium aulæ Regiæ, Monasterium Novanculæ, Monasterium Martyrum constitutum in Tuscia, ut hæc omnia habeatis, teneatis, & possideatis in perpetuum ad usus Curiæ, & militiarum vestrarum ad bellandum & expugnandum contra prædictos Paganos, & contra Rebelles Romani Imperii. Ideoque per hujus nostri authoritatem instrumenti confirmamus, & corroboramus in omnibus progeniebus vestris

ſtris de generatione in generationem in perpetuum; quod ſi quisquam hanc Auctoritatem noſtram deſtruxerit, & hujus violator eſſe repertus fuerit, ſive contra hoc agens, ſciat ſe in iram Beati Petri, Principis Apoſtolorum, & noſtram noſtrorumque prædeceſſorum caſurum. Inſuper, niſi a malo reſipuerit, ſubjacebit Legi Juliæ, reus Regiæ Majeſtati & Reipublicæ, ut ii, qui contra Rempublicam vel contra Imperatoriam Majeſtatem aliquid moliti fuerint, animæ amisſionem ſuſtineant, & bona eorum publicentur. Fiat, fiat.

Actis iſtis interfuere Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii de vicinis Comitatibus.

V. Archiepiſcopus Calaritanus.
Ciconatus Epiſcopus.
Euſtaſius, Albanenſis Epiſcopus.
Gratioſus, Præneſtinus Epiſcopus.
(Martinus, Narnienſis Epiſcopus.)
Benedictus, Tudertinus Epiſcopus.
Boardus, Caſtrenſis Epiſcopus.
Joannes, Peruſienſis Epiſcopus.
Georgius, Ortenſis Epiſcopus.
Andreas, Mamentanenſis Epiſcopus.
Georgius, Tudertinus Epiſcopus.
Valentinus, Merenenſis Epiſcopus.
Theodoſius, Militenſis Epiſcopus.
Savianus, Feranenſis Epiſcopus.
Albertus, Lucerinenſis Epiſcopus.
Damianus, Alanus Epiſcopus.

Hi omnes Archi- & Epiſcopi in his Actis interfuere.

CARDINALES PRESBYTERI.

Georgius, Cardinalis ad vincula.
Benedictus, Cardinalis de Præſepe Sanctæ Mariæ.
Cardinalis Presbyter Leo S. Hieruſalem.
Januarius, Presbyter Cardinalis S. Cæciliæ.
Cardinalis Presbyter Fauſtinus Sancti Petri Apoſtoli.
Marcus, Presbyter Cardinalis Patriarchatus Lateranenſis.
Julianus, item Lateranenſis Presbyter.

Hi omnes Cardinales his actis interfuere omnes Scholæ Romanæ.

Deinde Protoſcrinarii, Satellarii ex omni ordine Romanenſi, atque minoris Populi Romani.

Item.

Fauſtinus, caput Senatus, Exconſul.
Probinus, Exconſul de Palatio Luciano.
Romanus de forma Trajana.
Paulus de Templo Palatino.
Joannes de via Claudia.
Leo de via Salaria.
Scaniphus, de via Mamertina.
Remigius de via Amelia.
Romulus de via Ardeatina.
Sardus de via Flaminia.
Marcus de via Portunenſi.
Garbus de via Latina.
Savinus de via Appia.
Marianus de via Tiburtina.
Gardus de Macello Lydia.

In his actis etiam interfuere de omnibus iſtis Regionibus.

Regio vico Patricii.
Regio violata.
Regio caput Tauri.
Regio Cælimontis.
Regio Rivi Argentarii.
Regio Horea.
Regio prima Aventini.
Regio Fuctim.
Regio ad duos montes.
Regio ſecunda Mamertini.
Regio ſecus Portam Metroni.
Regio urbis Ravennæ.
Regio octava ſub Capitolio.
Regio ad Gallinas Albas.
Regio Labontica.
Januarius ex Meta Græcorum.
Trajanus de Monte Molbio.
Joannes, Conſul de Palatio Soſaritano.
Amacius, Conſul de Palatio Vaticano.
Joannes de Monte aureo.
Petrocius de Cirto.
Gregorius de Cella Nova.

Scripta per manum Gregorii Archinotarii noſtri. Datum in Patriarchio Lateranenſi III. Kalend. Maji. Indict. VI. Anno ſedis noſtræ II. & dicti Domini Othonis ſecundo, feliciter.

III.

Eorundem obligatio de agnoſcendo in poſterum Romanorum Imperatore pro vero legitimoque Italiæ Rege & Domino, ad quem ſolum poteſtas eligendi Pontificem Max. & inveſtiendi Archi-Epiſcopos & Epiſcopos pertineat, de An. 963.

Convenit Apoſtolico moderamini, petentibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium animis alacri devotione præbere aſſenſum. Ex hoc enim lucri potiſſimum præmium apud Conditorem omnium reperitur. Deinde quoque & cunctum Clerum, & omnem Populum aſſerimus eſſe concordem, & ad meliorem ſtatum fore productum. Atque ideo, quia juſte, & rationabiliter veſtra humilitas a noſtro Apoſtolatu humiliter poſtulat, quatenus gratulanter peragentes ſanctam Synodum veſtro conſilio congregatam in Patriarchio Lateranenſi, in Eccleſia ſancti Salvatoris conſtitutam a pluribus viris Catholicis, Epiſcopis & Abbatibus, inſuper Judicibus, & legis Doctoribus, promulgantes, qualiter quiete & pacifice ſtare, & vivere valeamus, præſentibus omnibus, & ſingulis regionibus hujus almæ urbis Romæ, & ex omnibus ordinibus Cleri & populi, aſſerentibus, & confirmantibus per omnia, ut hæreſi & altercationi ac omni errori expulſo, (quoniam his tem-

temporibus error ex hoc accrefcere cernitur) difcernatur tam de Romano Imperio, quam de Apoftolica fede ac dignitate Patriciatus, & de inveftituris Epifcopatuum. Idcirco ad Exemplum Beati Adriani, fedis Apoftolicæ hujusmodi Epifcopi, cujus vitam & actionem fatis difcretam audivimus, & rationabilem admodum in fuis fpiritualibus fanctionibus recognovimus. Idem enim fanctus vir fanctam Synodum congregavit, & in præfentia omnium, eorumque auctoritate, Domino Carolo invictiffimo, Regi Francorum & Longobardorum, ac Patricio Romano, fuisque fucceffforibus Regnum Italiæ, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem fedis Apoftolicæ conceffit: infuper, & Epifcopatuum inveftituras, velut ipfi cum difcretione & reverentia libitum fuerit (præter quos tam Pontifici fummæ fedis, quam Archiepifcopis ipfe Carolus reliquit.)

II. Igitur nos Leo, Servus fervorum Dei, Epifcopus, ad idem exemplum Beati Adriani, cum cuncto fimiliter Clero, & univerfo Populo Romano, omnibusque ordinibus hujus almæ Urbis, ficut in fuis fcripturis apparet, conftituimus, confirmamus, & corroboramus, & per noftram Apoftolicam auctoritatem concedimus, atque largimur Domino Othoni Primo, Augufto, Teutonicorum Regi providentiffimo.

Spirituali in Chrifto filio noftro, ejusque fucceffforibus hujus Regni Italiæ, in perpetuum tam fibi facultatem eligendi fucceffforem, quam fummæ Sedis Apoftolicæ Pontificem ordinandi: ac per hoc Archiepifcopos, feu Epifcopos, ut ipfi tantum ab eo inveftituram accipiant, & confecrationem ubicunque pertinuerit; exceptis his, quos Imperator Pontifici, & Archiepifcopis conceffit. Ita demum afferimus, quod nemo deinceps, cujuscunque gradus, vel conditionis, aut dignitatis, feu Religionis, eligendi Regem vel Patricium, five Pontificem fummæ fedis Apoftolicæ, aut quemcunque Epifcopum ordinandi habeat facultatem, fed foli Regi Romani Imperii hanc reverendam tribuimus facultatem, quam absque omni pecunia difponet, & ut ipfe fit Patricius & Rex.

Quod fi a cuncto Clero, & univerfo Populo quis eligatur Epifcopus, nifi a dicto Rege laudetur & inveftiatur, non confecretur. Si quis contra hanc regulam, & auctoritatem Apoftolicam, & traditionem aliquid molitus, aut temerator in aliquo repertus fuerit, five contra hoc noftrum Concilium agens, fciat fe in iram Sancti Petri, Principis Apoftolorum, & filii noftri, Domini Othonis, ejusque fucceffforum, & omnium Prædeceffforum noftrorum cenfuram, & anathematis vinculum incurfurum, ac per hoc excommunicationi univerfalis Ecclefiæ, omnisque populi Chriftiani eum fubjacere decernimus. Infuper nifi a malo refipuerit, irrevocabili exilio puniatur, vel ultimis fuppliciis feriatur. Qui vero pio intuitu cuftos, & obfervator in omnibus extiterit, benedictionis gratiam, vitamque æternam cum omnibus fanctis fine fine mereatur habere in fecula feculorum. In his actis interfuere Senatores, Proconfules, Exarchatus Vicem tenentes, Regionarii Scholæ Præcorum, Arabum, Judæorum, & Paganorum & de majoribus omnium Platearum: infuper Cardinales, Archiepifcopi, omnes Presbyteri & Epifcopi de finitimis Civitatibus, Proceffionarii, Notarii, Cancellarii, & ex omni Plebe Romani Imperii: Datum in Patriarchio Lateranenfi Indict. VI. Anno ---- & dicti Domini Othonis I. feliciter.

IV.

Ottonis III. Rom. Imperatoris Conftitutio, qua fedi Romanæ certum ex civitatibus quibusdam Patrimonium conftans affignat, famofiffimamque Conftantini M. Imperatoris Donationem memoratæ fedi factam, & a Carolo M. Imperatore confirmatam, pro ficta & fuppofititia declarat, de An. 998.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otho, Servus Apoftolorum, & fecundum voluntatem DEI Salvatoris, Romanorum Imperator Auguftus. Romam caput mundi profitemur; Romanam Ecclefiam Matrem omnium Ecclefiarum effe teftamur; fed incuria & infcitia Pontificum longe fuæ claritatis titulos obfufcaffe. Nam non folum, quæ extra urbem effe videbantur, vendiderunt, & quibusdam colludiis a lare Sancti Petri alienaverunt, fed, (quod absque dolore non dicimus) fi quid in hac noftra urbe Regia habuerunt, ut majori licentia evagarentur, omnibus indicantes pro pecunia in commune dederunt, & fanctum Petrum & fanctum Paulum ipfa quoque Altaria fpoliaverunt, & pro reparatione femper confufionem duxerunt. Confufis vero Papaticis legibus, & jam abjecta Ecclefia Romana, in tantum quidam Pontificum irruerunt, ut maximam partem Imperii noftri Apoftolatui fuo conjungerent: jam non quærentes, quas, & quanta fuis culpis perdiderunt, non curantes, quanta ex voluntaria vanitate effuderunt; fed fua propria, utpote ab illis ipfis dilapidata, dimittentes, quafi culpam fuam in Imperium noftrum retorquentes ad aliena, id eft ad noftra, & noftri Imperii maxime migraverunt.

Hæc funt enim commenta ab illis ipfis inventa, quibus Joannes Diaconus, cognomento Digitorum, mutuis præceptum aureis literis fcripfit, fub titulo Magni Conftantini longi mendacii tempora finxit. Hæc funt etiam commenta, quibus dicunt quendam Carolum S. Petro noftra publica tribuiffe. Sed ad hæc refpondemus, ipfum Carolum nihil dare jure potuiffe, utpote jam a Carolo meliore fugatum, jam Imperio privatum, jam deftitutum, & an-

& annulatum. Ergo quod non habuit, dedit; sic dedit, sicut nimirum dare potuit, utpote qui male acquisivit, & quæ se possessurum non speravit.

Spretis ergo commentitiis præceptis, & imaginariis scriptis, ex nostra liberalitate S. Petro donamus, quæ nostra sunt; non sibi quæ sua sunt, veluti nostra conferimus. Sicut enim pro amore Sancti Petri Dominum Sylvestrum, magistrum nostrum, Papam elegimus, & Deo volente ipsum serenissimum ordinavimus, & creavimus, ita pro amore ipsius Domini Silvestri Papæ S. Petro de publico nostro dona conferimus, ut habeat magister, quod Principi nostro Petro a parte sui discipuli offerat. Octo igitur comitatus, pro amore magistri Domini Silvestri Papæ, Sancto Petro offerimus, & donamus, ut ad honorem Dei, & Sancti Petri cum sua & nostra salute habeat & teneat, & ad incrementa sui Apostolatus nostrique Imperii ordinet. Hos autem sibi ad ordinandum concedimus, Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Fossabrum, Callium, Hesium, & Ausimum, ut nullus unquam ei, & Sancto Petro audeat aliquam inquietationem facere, aut eum aliquo ingenio fatigare. Quicunque vero præsumserit; omnia, quæ habet, amittat, & S. Petrus, quæ sua sunt, recipiat. Ut hoc autem in æternum ab omnibus conservetur, hoc præceptum manu nostra diu (Deo adjutore) victura confirmavimus; & nostro sigillo præcepimus insigniri, ut sibi, suisque successoribus valeat. Datum Romæ &c.

Signum D. Othonis, Invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

In autographo Bulla est appensa plumbea, in cujus una parte scriptum, Otho Imperator Romanorum.

In altera caput est hominis cum pilis crispis cumque spatulis, & inscriptione: Aurea Roma.

V.

Friderici I. Rom. Imperatoris Rescriptum ad Adrianum IV. Pontificem Max. quo jura Sacri Rom. Imperii in Urbem Romanam asserit, de An. 1155.

MUlta de Romanorum sapiéntia seu fortitudine hactenus audivimus, magis tamen de sapientia. Quare satis mirari non possumus, quod verba vestra plus arrogantiæ tumore insipida, quam Sale Sapientiæ condita sentimus. Antiquam tuæ proponis urbis utilitatem, divæ tuæ Reipublicæ veterem statum ad sidera sustollis. Agnosco, agnosco, ut & tui scriptoris verbis utar, fuit, fuit quondam in hac Republica virtus: quondam dico, atque ô utinam tam veraciter, quam libenter nunc dicere possemus. Sensit Roma tua, imo & nostra, vicissitudines rerum: sola evadere non potuit æterna lege ab auctore omnium sancitam cunctis cum Lunari globo degentibus sortem.

Quid dicam? Clarum est qualiter primo Nobilitatis tuæ robur ab hac nostra Urbe translatum sit ad Orientis urbem regiam, & per annorum curricula ubera deliciarum tuarum Græculus esuriens suxerit. Supervenit Francus, vero nomine & re nobilis, eamque, quæ adhuc in te residua fuit, ingenitatem fortiter eripuit. Vis cognoscere antiquæ tuæ Romæ gloriam, Senatoriæ dignitatis gravitatem, tabernaculorum dispositionem, equestris ordinis virtutem, & disciplinam; ad conflictum procedentis intemeratam ac indomitam audaciam? Nostram intuere Rempublicam, penes nos cuncta hæc sunt; Ad nos simul omnia hæc cum Imperio dimanarunt. Non cessit nobis nudum Imperium, virtute sua amictum venit, ornamenta sua secum traxit. Penes nos sunt Consules tui, penes nos est Senatus tuus, penes nos est miles tuus. Proceres Francorum ipsi se consilio regere, Equites Francorum ipsi tuam ferro injuriam propellere debebunt.

Gloriaris, me per Te vocatum esse: me per Te primo Civem, post Principem factum, quod tuum erat, a te suscepisse. Quæ dicti novitas, quam ratione absona, quam veritate vacua sit, æstimationi tuæ prudentumque relinquatur arbitrio. Revolvamus modernorum Imperatorum gesta, si non Divi nostri Principes Carolus & Otto nullius beneficio traditam, sed virtute expugnatam, Græcis seu Longobardis Urbem cum Italia eripuerint, Francorumque apposuerint Terminis. Docent hæc Desiderius & Berengarius Tyranni tui, in quibus gloriabaris, quibus tanquam Principibus innitebaris. Eos à Francis nostris non solum subactos & captos fuisse, sed & in servitute ipsorum consenuisse, vitam finisse, vera relatione didicimus. Cineres ipsorum apud nos reconditi evidentissimum hujus rei repræsentant indicium. Sed dicis: Vocatione mea venisti. Fateor, vocatus fui. Redde causam, quare vocatus fuerim. Ab hostibus pulsabaris: nec propria manu, Græcorumve mollitie liberari poteras: Francorum virtus invitatione adscita est. Implorationem potius, quam vocationem hanc dixerim. Implorasti misera felicem, debilis fortem, invalida validum, anxia securum. Eo tenore vocatus, (si vocatio dicenda est) veni. Principem tuum militem meum feci, teque deinceps usque in præsentiarum in meam ditionem transfudi. Legitimus possessor sum: eripiat quis, si potest, clavam de manu Herculis. Siculus, in quo confidis, forte hæc faciet? Ad priora respiciat exempla. Nondum facta est Francorum sive Teutonicorum manus invalida: Deo largiente, vitaque comite, & ipse temeritatis suæ quandoque capere poterit experimenta.

Justitiam tuam, quam tibi debeam, exquiris. Taceo, quod Principem populo, non populum

pulum principi leges præscribere oporteat. Prætermitto, quod quilibet possessor possessionem suam ingressurus nullum conditionis præjudicium pati debeat. Ratione contendamus. Proponis (ut mihi videtur) trium Sacramentorum exactionem. De singulis respondeo: Dicis me debere jurare, ut leges Antecessorum meorum Imperatorum eorum privilegiis tibi firmatas, & bonas consuetudines tuas observem. Apponis etiam, quod patriæ usque ad periculum capitis tuitionem jurem. Ad ista duo simul respondeo. Et quæ postulas, aut justa sunt, aut injusta. Si injusta sunt, nec tuum erit postulare, nec meum concedere: si justa, recognosco hæc & debendo velle, & volendo debere. Quare superfluum erit voluntario debito, & debitæ voluntati sacramentum apponere. Quomodo enim tibi tuam Justitiam infringerem, qui quibuslibet infirmis etiam, quod suum est, servare cupio? Quomodo patriam, & præcipue Imperii mei Sedem usque ad periculum capitis non defenderem, qui & ipsius terminos non sine ejusdem periculi æstimatione, quantum est in me, restaurare cogitaverim. Experta hoc est Dania nuper subacta, Romanoque reddita orbi, & fortasse plures provinciæ, pluraque sensissent regna, si præsens negotium non impedisset.

Ad tertium venio Capitulum. Affirmas pro pecunia quadam juramentum præberi a mea debere persona. Proh nefas! a Tuo, Roma, exigis Principe, quod quilibet lixa potius petere deberet ab institore. A captivis hæc penes exiguntur. Num in captivitate detineor? Num vinculis hostium urgeor? Nonne multo & forti stipatus milite inclytus sedeo? Cogetur Princeps Romanus contra suam voluntatem cujuslibet Præbitor esse, non largitor? Regaliter & magnifice hactenus mea, cuilibet, & quantum decuit, & præcipue bene de me meritis dare consuevi. Sicut enim à Minoribus debitum rite expetitur obsequium, sic a Majoribus meritum juste rependitur beneficium. Hunc quem alibi a Divis parentibus meis acceptum servavi morem, civibus cur negarem, Urbemque meo introitu lætam non facerem? sed merito non justa injuste petenti cuncta juste negantur.

VI.

Ejusdem Rescriptum ad Eundem, quo demonstrat, Patrimonium Petri Beneficium esse Roman. Imperatorum, a quo hi jure meritoque exigere tributa possint, de Anno 1156.

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Hadriano Romanæ Ecclesiæ Pontifici, omnibus illis adhærere, quæ cœpit Jesus facere & docere. Lex justitiæ unicuique, quod suum est, restituit. Non enim parentibus nostris derogamus, quibus in hoc Regno nostro debitum exhibemus honorem, a quibus & Regni dignitatem suscepimus & coronam. Numquid tempore Constantini Sylvester regale aliquid habuisse dignoscitur? Sed ejus pietatis concessione libertas data est Ecclesiæ, pax restituta, & quicquid regale Papatus vester habere dignoscitur, largitione Principum obtinet. Unde cum Romano Pontifici scribimus, jure & ex antiquo nomen nostrum præponimus, & ad justitiæ normam eidem nobis scribenti concedimus. Revolvite Annales, & si lectum neglexistis quod asserimus, illic invenitur. Ab his autem, qui Dii sunt per adoptionem, & regalia nostra tenent, cur homagium & regalia sacramenta non exigamus? cum ille noster & vester institutor, ab homine Rege nihil accipiens, sed omnia bona omnibus conferens, tamen pro se & Petro censum Cæsari persolvit, & exemplum vobis dedit, ut & vos ita faciatis. Docet itaque vos, dicens: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Aut igitur regalia nostra nobis dimittant, aut si hæc sibi utilia judicaverint, quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari persolvant. Cardinalibus utique vestris clausæ sunt ecclesiæ, & non patent civitates; quia non vidimus eos Cardinales, sed Carpinales; non prædicatores, sed prædatores; non pacis corroboratores, sed pecuniæ raptores; non orbis reparatores, sed auri insatiabiles corrasores. Cum autem viderimus eos, quales requirit Ecclesia, portantes pacem, illuminantes patriam, assistentes causæ humilium in æquitate, necessariis stipendiis & commeatu eos sustentare non differemus. Humilitati autem, quæ est custos virtutum, & mansuetudinis vestræ, non minimam notam inuritis, cum hujusmodi quæstiones, religioni non multum conferentes, secularibus personis proponitis. Provideat itaque Paternitas vestra, ne, dum talia movet, quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem serotinum ori vestro aures suas arrigere festinant. Non enim non possumus respondere auditis, cum superbiæ detestabilem bestiam usque ad Sedem Petri reptasse videamus, paci Ecclesiæ bene semper providentes. Valete.

VII.

Juramentum, a fidelibus Sacr. Roman. Imp. in Italia Vasallis Friderico I. Roman. Imperatori præstitum An. 1158.

EGo N. juro, quod a modo in antea ero fidelis Domino meo Friderico, Romanorum Imperatori contra omnes homines, sicut jure debeo Domino & Imperatori, & adjuvabo

bo eum retinere coronam Imperii, & omnem honorem ejus in Italia, nominatim & specialiter civitatem illam, & quicquid in ea juris habere debet, vel in omni virtute Comitatus vel Episcopatus N. Regalia sua ei non auferam ibidem nec alibi, & si fuerint ablata, bona fide recuperare & retinere adjuvabo. Neque in consilio ero, neque in facto, quod vitam, membrum, vel honorem suum perdat, vel mala captione teneatur. Omne mandatum ejus, quod ipse mihi fecerit, per se vel epistolam suam, aut per Legatum suum de facienda justitia fideliter observabo, & illud audire, vel recipere vel complere nullo malo ingenio evitabo. Hæc omnia observabo fide bona, sine fraude: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta quatuor Evangelia.

IIX.

Juramentum, quod Cives Romani Friderico I. Rom. Imperatori præstiterunt Anno 1167.

JUraverunt præsentes & jurabunt futuri Senatores, & totus Populus Romanus, Domino Friderico Imperatori fidelitatem, & quod juvabunt eum coronam Romani retinere, & defendere eum contra omnes homines: & justitias suas tam intra Urbem, quam extra Urbem juvabunt eum retinere, & quod nunquam erunt tam in consilio, quam in facto, ubi Dominus Imperator mala captione capiatur, vel membrum perdat, vel aliquod detrimentum in persona patiatur: & quod Senatum non nisi per eum, vel per Nuncium suum ordinabunt, sine fraude & malo ingenio. Dominus Imperator confirmabit Senatum perpetuo in eo vigore, in quo nunc est & augebit eum tali tenore, ut Senatus per eum ordinetur, & ei subjectus fiat, & faciet inde privilegium cum sigillo auri, in quo contineantur hæc, videlicet confirmatio Senatus, & quod faciet salva omnia justa testamenta Populi Romani, quantum ad Imperatorem pertinet, quod ea illis non aufferet, & bonos usus Urbis & Locationis libellos tertii & quarti generis conservabit & præcipiet in eodem privilegio non aufferri Romanis in toto Imperio suo plateaticum, portaticum, aut ripaticum, & si auferre præsumpserit, incidat in pœnam centum librarum auri. Hæc omnia cum Subscriptione Principum Curiæ fient.

IX.

Acta tractatuum Pacis inter Fridericum I. Roman. Imperatorem; Alexandrum III. Pontificem Max. Wilhelmum, Siciliæ Regem, & fœdere junctas in Italia civitates, de Anno 1176.

Tractatus Anagniensis.

ANNO Dominicæ Incarnationis MCLXXVI. Fridericus Imperator ad præsentiam Domini Alexandri Papæ misit Wichmannum, Magdeburgensem Archiepiscopum, Christianum, Moguntinum Archiepiscopum, Conradum, Wormatiensem Electum, & Protonotarium Regni, majores Imperii Principes, cum potestate plenaria complendæ pacis inter Ecclesiam & Imperium. Qui venientes usque Tibur, nuntiaverunt ipsi Pontifici, residenti apud Anagniam, sui adventus causam, & impetrato securo ducatu, recepti sunt a duobus Cardinalibus & Capitaneis Campaniæ, atque honorifice deducti in Civitatem Anagniam. In crastino cum Pontifex in Consistorio, astante clericorum & laicorum multitudine, resideret, inde accessurus ad majorem Ecclesiam cum decora societate, intrarunt prædicti Legati in conspectum Pontificis. Stantes autem in medio coram ipso, cum multa reverentia loquentes dixerunt: Dominus noster Imperator desiderio magno desideravit, & desiderat, Romanæ Ecclesiæ & Urbi pacem veram dare. Misit ideo nos cum plenitudine potestatis ad præsentiam vestram postulans instanter, ut verbum illud & pacis, quod in præterito anno fratres vestri secum præsentialiter tractaverunt, & usque modo, peccatis ita exigentibus, imperfectum remansit, nunc per nos & assensum nostrum, qui in eo fuerit, auctore Domino compleatur. Notum est enim & indubitatum, quod ab initio nascentis Ecclesiæ omnipotens Deus in orbe terrarum esse voluit, quibus principaliter mundus regatur, Sacerdotalis dignitatis, & Regalis potestas, quæ nisi ad invicem concordia fulciantur, pax nullatenus servaretur, & mundus controversiis & bellorum strepitu abundaret. Cesset jam nunc ista odiosa turbatio, & per vos duos Principes Orbis pax universis Ecclesiis & populo Christiano reddatur.

His igitur publice allegatis benignus Pontifex hilari & placido vultu, cum jucunditate sermonis respondens ait: De Adventu vestro cum jucundis rumoribus valde gaudemus, & exinde Omnipotenti Deo gratias agimus. Non est in præsenti sæculo res, quæ in auribus nostris ita dulcescat, quam si Dominus Imperator noster, quem inter alios mundi Principes cognoscimus esse majorem, pacem nobis veram dare, sicut asseritis, velit. Sed si vult integram pacem suam nobis tribuere, & ecclesiæ Romanæ, oportet, ut Ampliatoribus nostris, maxime Regi Siciliæ, Lombardis, & Imperatori Constantinopolitano, qui nobis contra

contra eum in Ecclesiæ necessitatibus firmiter astiterunt, pariter tribuat.

Legati vero laudantes & approbantes verbum Pontificis dixerunt: in mandatis accepimus a Domino Imperatore, ut secrete vobiscum, & cum fratribus vestris loquamur, quatenus ea, quæ inter nos & vos tractanda fuerint & statuenda, inimicus homo non audiat, sed in secreto conserventur; quousque pacis bonum, præstante Domino, compleatur. Scimus enim, quod in parte vestra & nostra nonnulli sunt, qui pacem non audiunt, & hanc discordiam libenter fovent. His itaque auditis, universus Conventus discessit, & Pontifex cum Fratribus suis & universis Legatis secretarium Concilii solus intravit. Cœperunt autem de verbo pacis ad invicem tractare diligenter; sed quoniam res ardua & nimium difficilis videbatur, (multi enim nobiles & potentes in Schisma graviter capiti fuerant, & de quibusdam Capitulis inter Ecclesiam & Imperium controversia vertebatur) ultra quindecim dies Tractatus ille duravit. In quo spatio sanctissimorum Patrum auctoritates, privilegia Imperatorum, atque antiquæ consuetudines, & aliæ rationes ostensæ fuerunt, & super his est diutius laboratum, atque subtiliter disputatum. Tandem, cooperante Spiritus sancti gratia, ita factum est, quod de omnibus Capitulis inter Ecclesiam & Imperium cum sæpe dictis Legatis Pontifex & fratres ejus unanimiter concordarent, remanente Lombardorum statu, in quo erat, usque ad eorum Colloquium; quoniam in eorum absentia nec debuit, nec potuit quidquam terminari. Et quoniam sine corporali præsentia Imperatoris & Lombardorum pax ista, (sicut prædictum est,) fieri non debebat, constitutum est, ut Pontifex cum fratribus suis pro desideratæ pacis bono laboraret corpore proprio, & ad partes Lombardiæ absque longa dilatione festinaret. Interim data est firma securitas ex parte Imperatoris omnibus Ecclesiæ Romanæ personis & rebus eorum, & terris B. Petri, & Regis Siciliæ, cunctisque majoribus usque ad Consummationem pacis.

Securitas ex Parte Imperatoris ab Ejus Plenipotentiariis Alexandro III. Pontifici Max. ejusque affectis promissa.

NOs Legati Domini Imperatoris, Christianus Maguntinus & Wichmannus Madeburgen. Archiepiscopus, & Conradum, Warmacen. Electus sacræ Aulæ Imperialis Protonotarius ad pacem Ecclesiæ, & Imperii ordinandam destinati promittimus, & fidem damus, quod Dominus Imperator, & sui Dominum Papam Alexandrum recipient, reverentiam exhibebunt, & veram pacem relinquet Dominus Imperator Domino Papæ Alexandro, & successoribus suis & toti Romanæ Ecclesiæ, & *Præfecturam Urbis*, & *terram Comitissæ Mathilda* restituet ei, & quod ordinatum est de *Calixto* ex parte sua observabit, & quantum in se erit operam dabit efficacem, ut Dominus Papa assequatur quod a Nobis, & Vobis, scripto est ordinatum. Hæc omnia faciet Dominus Imperator, sicut a vobis Domini Cardinales, qui ad ordinandam pacem ex parte Ecclesiæ estis constituti, & Nobis in scripto communiter disposito, est ordinatum, pace de ceteris plene disposita, sicut scripto ordinavimus, vel ordinaverimus Nos vel alii, qui ad hæc disponenda & complenda fuerint constituti. De regalibus vero beati Petri, & aliis possessionibus, quas D. Imperator abstulit, vel sui, vel alii favore ipsius, juramus, quod ipsum faciemus jurare, quod scilicet ea, quæ habet de prædictis ipse, vel sui, bona fide restituet. De his, quæ alii habent bona fide operam dabit studiosam, ut similiter restituantur. Et juramus quod bona fide operam dabimus, ut ea, quæ juraverit exequatur, cum pax plene fuerit disposita de Rege Siciliæ, & Lombardiæ, sicut ordinaverimus, vel ordinandum statuerimus. Et de cæteris quæ in scripto prædicto continentur, ut impleantur, sicut ordinavimus vel simul ordinaverimus, operam bona fide dabimus. Promittimus etiam & juramus, quod si D. Imperator (quod absit) mortuus fuerit ante complementum pacis, communi scripto dispositæ, Domina Beatrix Imperatrix, & Domini Henricus, atque filius ejus, & Principes formam pacis communi scripto dispositam complebunt, jurabunt & observabunt, sicut communiter est ordinatum, vel communiter ordinabitur a mediatoribus utriusque partis a D. Papa Alexandro & successoribus suis, & universis Cardinalibus & toti Romanæ Ecclesiæ.

Præterea Domino Papæ, & universis Cardinalibus, & Clericis & famulis, & rebus eorum universis, in Comitatu eorum existentibus firmam, & plenam securitatem ex parte D. Imperatoris & suorum omnium damus ineundo Venetias vel Ravennam, & cetera loca, ad quæ procedere disposuerunt, & in quibus fuerint & manendo & redeundo, sive pax compleatur, sive disrumpatur: & si disrumpatur (quod Deus avertat) juramus quod post disruptionem per tres menses firmam *treguam* observabit D. Imperator & sui D. Papæ Alex. & toti terræ suæ, quam ipse tenet, & Rex Siciliæ, vel alii per eum; & sicuti promittimus, & damus cum juramentis, quod D. Imperator per se ex parte sua observabit, ita quod nec per se, nec per suos aliquod gravamen, seu impedimentum, eis scienter inferet, vel inferri consentiet: & si quis eo ignorante intulerit, bona fide emendari faciet. Præcipiemus etiam, & à D. Imperatore districte mandari & præcipi faciemus per terras suas universales sub pœna personarum & rerum, balivis suis universis & aliis nobilibus per terras & castra constitutis, & per Balivos, aliis quibus præcipi oportebit, ut nullos ad D. Papam Alexandrum vel suos procedentes, vel ad eos venientes, vel

ab

ab eis redeuntes, vel quos miserint, offendent, vel offendi permittent: & si quis eis ignorantibus offenderit, quam citius poterunt, bona fide facient emendari. Faciemus etiam, quod D. Imperator in præsentia Nuncii, quem D. Papa & Cardinales Nobis direxerint, vel Cardinales suos promiserint facere in anima sua, quod prædictam securitatem mutua bona fide, sicut per Nos mandatum est, observabit & faciet observari. Ceterum postquam D. Imperator juraverit ea, quæ communiter disposuimus eis juraturum, Nos a juramento erimus absoluti, excepto, quod tenebimur de his, quæ præcise juravimus, & excepto, quod tenebimus juramento, quod bona fide operam dabimus, ut cetera, quæ in communi scripto continentur, impleantur.

Leges Pacis inter Imperatorem & Papam statutæ in Anagnia, prout etiam nunc Anagniæ conservantur.

FRidericus Imperator Alexandrum Pontificem in Catholicum & Universalem Pontificem recipiet, ac debitam ei reverentiam adhibebit, perinde ac Catholici ipsius Antecessores Catholicis ejus Antecessoribus præstiterint, eademque Successoribus ejus Catholice ineuntibus exhibebit.

2. Reddet veram pacem Alexandro, & omnibus Successoribus ejus, & universæ Romanæ Ecclesiæ.

3. Quæcumque possidet aut tenet; sive Præfecturam, sive rem aliam, quam Romana Ecclesia habuit, & ipse vel per se, vel per alios abstulit, bona fide restituet, ad eas etiam retinendas auxilio erit.

4. Imperator & Pontifex ad honorem & jura Ecclesiæ atque Imperii conservanda se invicem adjuvabunt. Pontifex, ut benignus Pater, devotum & carissimum filium, & Imperatorem Christianissimum: Imperator, ut devotus filius & Christianissimus Imperator, dilectum reverendum patrem, & B. Petri Vicarium.

5. Quæ a tempore Schismatis, vel occasione ipsius, aut sine ordine judiciario Ecclesiasticis ab Imperatore, vel suis, erepta sunt, eis restituentur.

6. Beatrix Imperatrix recipiet Alexandrum Pontificem in Catholicum & venerabilem Pontificem. Henricus Rex, filius eorum, similiter recipiet eum, atque ei & Catholicis Successoribus ejus debitam reverentiam adhibebit, & Sacramento eodem se obstringet, quo se Imperator obstrinxerit.

7. Fridericus Imperator, & Henricus Rex, filius ejus, pacem veram reddent Guilielmo Regi Siciliæ ad annos quindecim, sicut per sequestres pacis est constitutum.

8. Imperatori Constantinopolitano, & Adjutoribus Ecclesiæ Romanæ pacem reddent, nec mali quidquam referent, per se vel per suos, pro opera Ecclesiæ Romanæ impensa.

9. De Controversiis, quæ ante tempora Hadriani Pontificis inter Ecclesiam & Imperium versabantur, sequestres ex parte Pontificis & Imperatoris constituent, quibus mandabitur, ut eas pro arbitrio transigant; Quod si illi non consenserint, judicio stabitur Pontificis & Imperatoris, vel eorum, quos ipsi delegaverint.

10. Christiano, Cancellario, Moguntinus Archiepiscopatus, Philippo Coloniensis concedetur, & plenissimo jure firmabitur.

11. Primus Archiepiscopatus, qui in Teutonico Regno vacaverit, Conrado, auctoritate Pontificis, & auxilio Imperatoris, deferetur, qui idoneus videatur.

12. Ei, qui se Calistum appellat, Abbatia tribuetur. Illi, qui dicuntur ejus Cardinales, loca repetent, quæ primum habuerunt, nisi ea sponte & judicio dimiserant, & in ordinibus, quos ante Schisma habuerant, relinquentur.

13. Gero, nunc dictus Alberstatensis, deponetur, & Ulricus restituetur.

14. Alienationes a Gerone factæ, & beneficia data similiter, & ab omnibus intrusis, auctoritate Pontificis & Imperatoris delebuntur, & suis Ecclesiis restituentur.

15. De Electione Brandeburgensis Episcopi, qui in Bremensem Archiepiscopatum lectus fuerat, cognoscetur: &, si rite factum fuerit, ad eam Ecclesiam traducetur. Et quæcumque ab Aldevino, qui nunc præest Bremensi Ecclesiæ, alienata sunt, prout rite factum visum fuerit, eidem Ecclesiæ restituentur.

16. Quæ Salisburgensi Ecclesiæ tempore Schismatis adempta sunt, ei plene reddentur.

17. Omnes Clerici ex Italia, aut aliis regionibus, quæ sunt extra Teutonicum Regnum, dispositioni & judicio Alexandri Pontificis & Successorum ejus relinquentur. Si vero Imperator rogarit pro Ordinibus aliquorum usque ad decem vel duodecim, exaudietur.

18. Garsidonius Mantuanus Episcopatui quondam suo restituetur, ita, ut ille, qui nunc est, Episcopus Mantuanus, ad Episcopatum Tridentinum traducatur: nisi forte inter Pontificem & Imperatorem convenerit, ut alius ei Episcopatus indulgeatur.

19. Archiepiscopus de Savo in Archipresbyteratum quondam suum, & alia beneficia, quæ ante Schisma habuit, restituetur.

20. Omnes ordinati à quondam Catholicis in Teutonico Regno restituentur Ordinibus suis ita perceptis.

21. De Argentinensi & Basiliensi dictis Episcopis, qui ordinati fuerunt a Vidone Cremensi, in eodem Regno prædicti sequestres rem committent decem vel octo hominibus, quos ipsi elegerint, qui jurejurando affirmabunt, se illud Consilium Pontifici atque Imperatori daturos, quod se justo dare posse, sine animæ suæ atque ipsorum detrimento, statuerint, & Pontifex atque Imperator eorum consilio obtemperabit.

22. Pontifex & omnes Cardinales recipient Beatricem, Uxorem Friderici Imperatoris, in Catholicam & Romanam Imperatricem, eamque aut Alexander Pontifex, aut Legatus ejus corona-

coronabit: & Henricum filium eorum in Catholicum & Romanum Regem.

23. Pontifex & Cardinales pacem reddent Friderico Imperatori, & Beatrici Imperatrici, & Henrico Regi, filio eorum, & omnibus adjutoribus eorum, Pontifex & omnes Cardinales promittent, se observaturos hanc pacem in verbo veritatis, & privilegium condent subscriptione omnium Cardinalium, & Cardinales Scriptum prædictæ Confirmationis condent Sigillis suis appositis.

24. Pontifex, subito advocato Concilio, prout subito advocari potuerit, cum Cardinalibus, Episcopis, & aliis religiosis hominibus, qui interfuerint, excommunicationem statuet in omnes, qui hanc pacem violare voluerint, deinde in generali Concilio.

25. Plerique Nobilium Romanorum & Capitaneorum Companiæ hanc pacem firmabunt.

26. Imperator Pacem cum Ecclesia & pacem cum Rege Siciliæ ad quindecim annos, & inducias cum Lombardis a proximis Calendis Augusti, usque ad sex annos, firmabit jurejurando suo, Principumque suorum, mandabitque Lombardos, qui in parte sua sunt, prout in tabulis induciarum communibus est descriptum, eas inducias confirmare: Si quis vero ex parte Imperatoris has inducias jurare noluerit, Imperator præcipiet omnibus, qui in parte sua sunt, pro officio fidelitatis & gratiæ suæ, ut nullum præstent auxilium, & volentibus offendere, ne impedimento sint. Si quis offenderit, culpa vacuus sit. Nec mandatum hoc revocabit Imperator, donec induciæ stabunt.

27. Henricus, Rex, filius ejus, pacem cum Ecclesia & cum Rege Siciliæ ad quindecim annos, & inducias cum Lombardis ad sexennium scripto confirmabit, ac sui Principumque suorum subscriptione.

28. Si vero, quod absit, Pontifex præmoriatur, Fridericus Imperator, & Henricus Rex, filius ejus, hanc formam pacis & compositionis firmiter observabunt Successoribus ejus, & universis Cardinalibus, & toti Romanæ Ecclesiæ, & Regi Siciliæ, & Lombardis, & cæteris, qui secum sentiunt. Et si, quod absit, Imperator præmoriatur, Pontifex & Cardinales, & Ecclesia Romana, prædictam pacem firmiter observabunt Successori ejus, & Beatrici Uxori, & Henrico filio ejus, & omnibus ex Teutonico Regno & cæteris adjutoribus eorum, & Successores Pontificis similiter observabunt.

Conditiones Armistitii & Pacis inter Imperatorem Fridericum I. atque Principes & Urbes Italiæ.

PRidie Kalendas Septembris MCLXXVI. inter Imperatorem Fridericum, & partem ejus Cremonam, Papiam, Genuam, Derthonam, Comum, Hastam, Albam, Aquas, Taurinum, Eporœdiam, Albintimilium, Savonam, Albingaunum, Casale sancti Evasii, Montemvellii, Imolam, Faventiam, Ravennam, Forum Livii, Forum Popilii, Cæsenam, Ariminum, Castrocarum; Marchionem Montisferrati, Comites Blanderati, Vasti, Marchiones Boschi, Comites Laumelli: & ab altera parte societatem Lombardorum, nempe Venetias, Tarvisium, Patavium, Vicetiam, Veronam, Brixiam, Ferrariam, Mantuam, Bergomum, Laudem, Mediolanum, Novariam, Vercellas, Alexandriam, Casinum, Belmontem, Placentiam, Bobium; Marchionem Malamspinam; Parmam, Regium, Mutinam, Bononiam, Sancassinenses, Ducianos, & cætera loca Societatis Lombardiæ, Marchiæ, Romaniæ, induciæ constitutæ sunt a Kalend. Augusti usque ad Annos sex. Jurabit Imperator, & filius, & singuli in suis Civitatibus, se has inducias observaturos, nec offensuros Cremonenses, aut Papienses, aut alios ex parte Imperatoris. Idem jurabunt Consules & Credentiæ Civitatum fœderatarum; aut homines quinquaginta, ubi non erunt Credentiæ, aut Prætores, ubi non erunt Consules; Et si offensio inciderit, eam emendaturos. Imperator autem jurabit, se per sex annos neminem Sacramentum fidelitatis apud se dicere coacturum.

Tractatio Veneta prima.

ANtequam Anagnia Pontifex Alexander ad Colloquium Imperatoris exiret, Humbaldum, Ostiensem Episcopum, & Rainerium, Diaconum Cardinalem S. Georgii, ad Imperatoris præsentiam ea occasione præmisit, ut Securitatem, quam Magdeburgensis Archiepiscopus cum Sociis suis promiserat, ab eodem Imperatore per Exhibitionem juramenti manifeste reciperent. Cuncti autem per partes Tusciæ in Lombardorum intraverunt Terram, & circa Mutinam eundem Imperatorem satis pacificum invenerunt, qui eos hilari vultu & reverentia suscepit, & honorificentia plurima honoravit. Præsentibus itaque multis Episcopis & Principibus, coram ipsis Legatis Fridericus Imperator Conradum, filium Marchionis Montisferrati, super sancta Evangelia jurare fecit in anima sua eandem securitatem, quam Legati apud Anagniam indubitanter præstiterant, conservare. Insuper ad majorem bonæ voluntatis, quam gerebat de pace, ostensionem omnes Principes Alemannos, qui secum aderant, eandem securitatem fecit nihilominus per jusjurandum corroborare. Anno igitur sui Pontificatus decimo octavo, X. Kalend. Aprilis, Indictione X. Pontifex Alexander cum ingenti honorificentia Venetias intravit, occurrente sibi Duce cum Patriarcha & Episcopis & Nobilibus, cum Clero in navium copiosa multitudine. Eo autem in Palatium Patriarchæ super Rivoalto deducto, prædictus Magdeburgensis Episcopus cum Electo Wormaciensi, Protonotarioque accesserunt ad eum, dicentes: Dominus noster Imperator cuncta, quæ inter vos & eum de pace, nobis mediantibus, tractata sunt & conscripta, paratus est adimplere. Sed in civitate Bononiensi, quam ejus Principes nimis habent suspectam, convenire nullatenus potest. Unde clementiam ipsi vestram

vestram suppliciter exoramus, quatenus alium locum ipsi & vobis congruum, Ravennam videlicet vel Venetias, eligere satagatis. Quibus beatus Pontifex constanter sine mora respondit: Diu est, quod mediantibus Fratribus nostris, Hunibaldo, Ostiensi Episcopo, & Rainerio, Diacono Cardinali, cum Lombardis Imperator convenit, ut ipse in Imola, & nos in Bononia debeamus pariter convenire. Ideo nos absque Lombardis & consilio Fratrum nostrorum, qui circa partes Bononiæ nostrum præstolantur adventum, locum ipsum mutare non possumus, nec debemus. Si ergo minime displicet, quod prius sibi sponte consensit; sibi debet, non nobis, talem conditionem sæpe positam imputare. Verum tamen ut inceptum bonum pacis ad desideratam Consummationem celerius valeat, operante Domino, pervenire: nos usque Ferrariam sine mora venire studebimus, quatenus ibi cum fratribus nostris, & Rectoribus Lombardiæ, deliberare & eligere plenarie possimus, quod pro utraque parte congruentius fuerit faciendum. Quod verbum, quia Legatis bene complacuit, per literas Apostolicas universis Episcopis & Rectoribus Civitatum Lombardiæ mandavit, ut in Dominica die Passionis ad ejus præsentiam in ipsa civitate, Deo favente, conveniant.

Exivit ergo Venetiis, & per fauces Padi ascendens, venit in Civitatem Ferrariam. In sequenti vero die principales personæ, quæ inferius annotantur, ab utraque parte ad præsentiam Pontificis convenerunt. Ex parte Lombardorum, Aquilejensis Patriarcha, Ravennatensis & Mediolanensis Archiepiscopi, & eorum comprovinciales Episcopi, Rectores Civitatum, cum Marchionibus & Comitibus; Salernitanus quoque Archiepiscopus cum Rogerio Hadriensi Comite: sed ex Imperatoris parte, Moguntinus, Coloniensis, Trevirensis, Bisuntinus Archiepiscopi, cum aliquibus suffraganeis Episcopis. Electoque Wormatiensi & Protonotario. Quibus ad invicem congregatis, de loco, ubi Papa secure posset cum Imperatore præsentialiter convenire, cum non modica inter partes altercatio existeret, Lombardis petentibus Bononiam, vel Placentiam, aut Ferrariam, sive Paduam; Imperatoris autem Principibus Papiam, aut Ravennam, aut Venetias eligentibus; Pontifex cum Nuntiis Regis Siciliæ Venetias in hunc modum elegit: ut si Dux cum Populo Veneto juratoriam cautionem præstaret, quod antequam pax firmiter confirmata esset, sine consensu Papæ Imperatorem intrare Venetias nullatenus permitterent, & venientes illuc, sive redeuntes ullo modo impedirent: tunc pars utraque ad locum ipsum accederet, quod ad verbum Pontificis factum est.

Exivit ergo Alexander Papa Ferraria cum Episcopis & Cardinalibus, VII. Idus Maji, & sine mora Venetias remeavit, cujus vestigia partes utræque celeriter sunt subsecutæ. Constitutis itaque Principibus & Lombardis in conspectu Principis, de reconciliatione pacis in alterutros tractare cœperunt. Sed quia de feudis maxima inter eos controversia vertebatur, & pax Ecclesiæ absque illorum pace, quia cum Ecclesia contra imperium firmiter fieri non debebat, tractatus ipse, multis intervenientibus induciis, usque ad Apostolorum Petri & Pauli octavas processit.

Ea igitur Die Pax Ecclesiæ in ea forma, quæ de concessu partium ordinata fuerat, & scripto firmata de consensu Principum, qui præsentes aderant, Imperatoris assensu est roborata. Pax quoque Siciliæ Regis proximis Kalendis Augusti usque ad quindecim annos eodem modo approbata est. Super quibus Chartæ hinc inde concorditer factæ, & a singulis partibus in bona voluntate receptæ sunt. Quibus ita peractis, ad instantiam Principum, Imperatori licentiam dedit Pontifex veniendi usque Chiogiam, quatenus in loco ipso a Pontifice parum distante, constitutis in ejus præsentia Cardinalibus illis & Principibus, qui cursum pacis & treugarum fere jam consummaverant, cum ipsa Imperiali auctoritate, Domino cooperante, plenum sortiretur effectum, & immutabile firmamentum.

Tractatio Chiogiana.

Venit ergo illuc Imperator, & ad ejus Præsentiam Cardinales & Principes pariter convenerunt, & omnia, quæ de pacis bono ejus consensu fuerant ibidem concorditer transacta, ostendentes. Auditis itaque omnibus, quæ gesta fuerant, & plenarie intellectis, licet ab his, qui pacem oderant, valde turbatus fuerit & commotus, quatenus Principes in facie ipsi restiterint: omnia tandem, sicut in præsentia Pontificis gesta fuerant & conscripta, rata habuit, & ea confirmare sponte promisit. Tunc factum est, quod & in audientia eorundem Cardinalium & Principum Diedoni Comiti, filio Conradi Marchionis præcepit, ut in anima sua coram Domino Papa, Nuntiis Regis Siciliæ & Lombardis publice juraret, in hunc, qui sequitur, modum.

Ego Comes Diedo juro, quod Dominus Imperator mandavit mihi, ut in anima sua jurarem juramentum, quod nunc facturus sum. Et postquam mandavit, non revocavit mandatum. Et ego ex eodem Imperatoris mandato juro in anima sua, quod ex quo venerit Venetias, omni quæstione & contradictione semota, faciet jurare in anima sua, quod pacem Ecclesiæ, sicut disposita est per Mediatores ex scripto, & pacem Regis Siciliæ usque ad quindecim annos, sicut scriptum est, & Treugam Lombardorum, usque ad septem annos, sicut est per Mediatores utriusque partis dispositum in scripto, quod & apud eosdem Mediatores continetur, bona fide servabit, & Principes suos hoc ipsum jurare faciet.

Simili modo præcepit Sigilboth, Camerario suo, in hunc modum jurare: Ego Sigilboth juro, quod ex quo Dominus Imperator venerit Venetias, juramentum ipsum pacis Ecclesiæ, & Regis

Regis Siciliæ, & Treguæ Lombardorum faciet præstari in anima sua, & principes suos similiter jurare faciet.

Tractatio Veneta secunda.

HIs ita hoc modo completis, Pontifex Ducem & populum Venetum a juramento, quo tenebantur, absolvit, & ut Dominum Imperatorem honorifice Venetias ducerent, eis præcepit.

Altera die, in Vigilia S. Jacobi, summo mane Pontifex misit ad Imperatoris præsentiam Humbaldum, Ostiensem, & Willelmum, Portuensem, Episcopos, & Johannem, tituli S. Anastasiæ, & Theodinum, tituli S. Vitalis, & Petrum, tituli S. Susannæ, Presbyteros Cardinales, & Hyacinthum, Diaconum Cardinalem S. Mariæ in Cosmedin; Qui ad eum venientes, postquam Imperator renunciavit Schisma Octaviani, Guidonis Cremensis, & Joannis de Struma, post promissam quoque obedientiam Venerabili Patri, Domino Alexandro, tanquam Catholico Pontifici, ejusque successoribus, canonice intrantibus, ipsum a sententia excommunicationis pariter absolverunt, & Catholicæ unitati aggregarunt. Idemque factum est de majoribus ipsius Principibus, qui eodem vinculo tenebantur, juxta priscum Ecclesiæ morem.

Alexandri Papæ Edictum de Reconciliatione cum Imperatore Friderico I.

ALexander Episcopus, servus Servorum Dei &c. Exigunt gratissimæ devotionis obsequia, quæ nobis & Ecclesiæ tam devote, quam laudabiliter exhibuisse noscimini, ut felices successus Ecclesiæ vobis, sicut specialibus & devotis Ecclesiæ filiis spiritualibus, describamus, cum dignum sit & honestum, ut, quos ita habuimus in nostra devotione firmos & stabiles, de prosperitate nostra & ipsius Ecclesiæ reddamus hilares & gaudentes. Agite itaque una nobiscum gratias omnipotenti Deo, qui habitat in altissimis, & humilia respicit de supernis, de cujus munere venit, ut Sponsa sua, sacrosancta Ecclesia, diu & graviter procellosis fluctibus & validissima tempestate quassata, nunc tandem portum salutis attigerit: & pacatis sævientibus procellis, debita & desiderata tranquillitate lætetur. Sane duodecimo Kalend. instantis Mensis Augusti de Mandato Charissimi in Christo filii nostri, Friderici, Illustris Romanorum Imperatoris, filius Marchionis Alberti, vir nobilis, magnus & potens, & Camerarius ipsius Imperatoris, præsentibus Principibus Ecclesiasticis, & etiam Sæcularibus Teutonici Regni, publice in Anima ejus, in præsentia nostra coram innumerosa hominum multitudine, præstiterunt, tactis Evangeliis, juramentum, quod, postquam idem Imperator veniret Venetias, omni quæstione & contradictione sopita, pacem Ecclesiæ, sicut per nostros fratres & Principes suos disposita est & tractata, & pacem charissimi in Christo filii nostri Willelmi, Illustris Siciliæ Regis, usque ad quindecim annos, & Treugam Longobardorum usque ad septem annos, in anima sua, & etiam a Principibus suis faceret, sicut in scripto pacis & treugæ continetur, juramento firmari, & Principes Teutonici Regni, scilicet venerabiles fratres nostri, Magdeburgensis, Coloniensis, & Christianus dictus Moguntinus, Archiepiscopi, & quidam alii in anima sua pro se jurare fecerunt: Nono vero Kalend. Augusti præfatus Imperator, sicut tractatum fuerat, & dispositum, venit ad Ecclesiam B Nicolai, quæ per unum milliare distat a Venetiis, & ibi tam ipse, quam Archiepiscopi, Episcopi, & alii Principes Teutonici Regni, abrenunciantes Schismati per Fratres nostros Episcopos, & Cardinales, de mandato nostro Præsentibus quibusdam aliis, absolutionis beneficium meruerunt. Deinde venerunt Venetias, & ibi ante Ecclesiam B. Marci prædictus Imperator, innumera multitudine virorum & mulierum præsente, alta voce reddente gratias & laudes altissimo, nobis, sicut summo Pontifici, obedientiam & reverentiam humiliter & reverenter exhibuit, & recepto à nobis pacis osculo, nos devote dextravit, & cum reverentia, qua decuit, & devotione, usque ad altare in Ecclesiam introduxit. Sequenti vero die in Festo B. Jacobi, ab eodem Imperatore rogati, ad prædictam Ecclesiam S. Marci, solemnia celebraturi Missarum, accessimus; & nobis illuc venientibus præfatus Imperator extra Ecclesiam obviam venit, & dextero latere nostro devote suscepto, nos in Ecclesiam introduxit, & peractis Missarum solemniis nos usque ad ipsius Ecclesiæ portam dextravit: & cum ascenderemus palafredum nostrum ibi paratum, stapham tenuit, & omnem honorem & reverentiam nobis exhibuit, quam prædecessores ejus nostris consueverunt antecessoribus exhibere. Erit itaque sollicitudinis vestræ, nobis & Ecclesiæ in prosperis successibus congaudere, & effectum pacis aliis devotis Ecclesiæ filiis aperire, ut hi, quos zelus domus Domini tangit, de pacis munere divinitus dato in Domino gaudeant & exultent. Data Venetiis in Rivoalto, septimo Kalend. Augusti.

Kalendis Mensis Augusti convocatis Notariis, & universis Lombardorum Rectoribus, Pontifex & Imperator in Consistorium pariter intraverunt. Tunc Imperator coram Pontifice cum omni Auditorio præcepit Comiti Henrico de Res----- qualiter in anima sua ipsius Imperatoris juraret, quod pacem Ecclesiæ & imperii, & pacem Regis Siciliæ usque ad quindecim annos, sicut etiam per Mediatores utriusque partis dispositum & descriptum fuerat, bona fide servabit. Præsentibus quoque Principibus nihilominus jussit ad eandem pacem & Treugam ut pariter jurarent, quod bona fide servarent; Comes ----- mox & ipse juravit super sancta Dei Evangelia. Juraverunt & sequentes Principes hoc modo:

Ego

Ego Christianus Moguntinus Ego Philippus Coloniensis Ego Weremundus Magdeburgensis Ego Bertoldus Trevirensis	Archiepiscopi.

Ego P. Pictaviensis.
Ego Conradus, Electus Wormatiensis.
Ego R. Imperiali auctoritate Protonotarius.
Ego C. Mantuanus Episcopus.
Ego Gotifridus Cancellarius.
Ego Diedo Comes.

Juramus in manibus vestris super hæc sancta Dei Evangelia, quod pacem Ecclesiæ & Imperii, & pacem Regis Siciliæ usque ad quindecim annos, & treugam Lombardorum usque ad septem annos, sicut statutum est & scriptum per Mediatores utriusque partis, bona fide servabimus & absque fraude. Sic Deus nos adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Ex parte vero Siciliæ Regis eodem modo juravit Romualdus, Salernitanus Archiepiscopus & Rogerius, Comes Andriensis.

Ex parte vero Lombardorum jurarunt, qui præsentes erant, Civitatum Rectores, præter Cremonam Terdonam, quæ, relicto Civitatum fœdere, ad Imperatorem desciverant.

De Mediolano, Gerardus de Piscis Judex: Rogerius & Marcellinus, Consules.
De Placentia, Willelmus Letatorius.
De Brixia, Albertus de Gambara.
De Bergamo, Alberatus.
De Verona, Cæcius Consul.
De Parma, Vetulus.
De Regio, Antemanus.
De Bononia, Picamontes Potestas eorum.
De Novaria, Willelmus Gueliri.
De Alexandria, Hubertus de Foro.
De Padua, Tessulanus Potestas.
De Venetia, Gozelinus.

Absoluto autem Imperatore, sequaces quoque ejus intrusi, & Schismatici ad sinum Matris Ecclesiæ catervatim confluentes, absolvi humiliter postulantes, refutarunt & anathematizarunt, abjurantes super sancta Evangelia omnem hæresim, extollentem se adversus sacrosanctam Romanam Ecclesiam, & præcipue Schisma, hæresim & factionem Octaviani, & Guidonis Cremensis, & Joannis de Struma: eorumque ordinationes irritas esse pronuntiantes, fidelitatem quoque & obedientiam Domino suo Papæ Alexandro, ejusque Successoribus Catholicis promittentes, reconciliati sunt, & Unitati Ecclesiæ aggregati. De quorum numero famosiores Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates Imperiales.

Christianus, Moguntinus Philippus, Coloniensis Weremundus Magdeburgensis Bertholdus Trevirensis N. Bisuntinus.	Archiepiscopi.

P. Pataviensis. Conradus, Electus Wormatiensis Augustanus Massiliensis Argentinus Halberstadiensis Papiensis Placentinus Brixiensis Novariensis Aquensis Mantuanus Balneo Regiensis Pisaurensis Faventinensis.	Episcopi.

Guido, Cremensis promotus in Levitam.
Wilhelmus, Cluniacensis Abbas.
Abbas sancti Georgii in velo aureo.
Abbas sancti Salvatoris, & aliorum multitudo innumerosa.

Decimo sexto Kalendas Septembris in Ecclesia S. Marci Alexander Papa cum Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, Italis & Alemannis, Synodum celebravit, in qua juxta eum Imperator resedit. Ubi pacem inter Ecclesiam & Imperium, & pacem Imperatoris cum Siciliæ Rege, & treugas Lombardorum, sicut superius est ordinatum, communi assensione roborata fuit atque firmata. Sed ad majorem ipsius soliditatem, Pontifex in hunc modum Excommunicationis Sententiam protulit. Ut quicumque pacem ipsam, vel treugas infringeret, nisi requisitus infra quadraginta dies, & commonitus satisfaceret; eandem excommunicationem incurreret. In Schismaticos vero, qui nondum resipuerant, quousque satisfecerint, anathematis sententiam innovavit.

Friderici Imperatoris Confirmatio Pacis cum Papa initæ.

Reverendo in Christo Patri, Domino Papæ Alexandro, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo & universali Pontifici, Fridericus, Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, debitam obedientiam, & filialis devotionis affectum. Cum Imperatoria ac Regia Majestas ad hoc in terris ordinata sit, ut per ejus operam totus gaudeat Orbis pacis incremento: nos, quos Deus in Solio Imperii Romani constituit, eam diligenter amplecti, & ferventius conservare debemus ac volumus. Inde est, quod pacem Ecclesiæ & Imperii, secundum quod a Principibus nostris & Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ disposita est & ordinata, & in scripto Principum nostrorum sigillis signata continetur, sicut per interpositam personam jurare fecimus, sic præsenti scripto nos observare promittimus & confirmamus, & ratum in posterum permanere volumus, & sic deinceps observabimus, & faciemus, quatenus in nobis fuerit, Deo propitio, observari. Datum apud Venetias in palatio Ducis, decimo quinto Kalend. Octobris, Indictione decima.

Principum Imperii Confirmatio.

DOmino suo ac Patri venerando, Alexandro, Dei gratia sanctæ Romanæ Sedis & Catholicæ Ecclesiæ summo Pontifici atque universali Papæ, Christianus, Moguntinus Archiepiscopus, Ph. Coloniensis Archiepiscopus, W. Magdeburgensis Archiepiscopus, Arnoldus, Trevirensis Archiepiscopus, Conradus, Wormatiensis Electus, Gaufredus Cancellarius, Wermundus Protonotarius, F. Comes Holandiæ, F. Marchio de Lucis, & Frater ejus Diedo, Comes de Dietsa, & R. Comes de Diuna, filialis devotionis obsequium cum debita obedientia & devotione. Quot commoda, quæ ex confirmata pace Ecclesiæ & Imperii utilia toti mundo provenerint, ipsa innumerabilia mala, quæ exinde acciderunt, manifeste ostendunt. Sicut enim ab utriusque concordia provinciæ Orbis terrarum ad Salutem & Tranquillitatem reguntur: Ita sub eorum divisione à propria Status rectitudine distrahebantur. Gaudeat itaque tellus tam desiderabilis roris visitatione respersa, tam gratiosæ pluviæ inundatione fœcunda, per quam fideles populi ariditatis Sitim depellant, & omnia jurgiorum scandala, & scandalorum incendia suffocentur. Nos ergo, Pater sanctissime, de tanto concordiæ fructu lætantes, ipsam sacratissimam Ecclesiæ & Imperii pacem, sicut ab utriusque partis mediatoribus est disposita, & in commune scriptum redacta, & illustris Regis Siciliæ usque ad quindecim annos, & treugam Lombardorum a proxime præteritis Kalendis Augusti usque ad septem annos, sicut à Mediatoribus est ordinata, & nostris juramentis firmata, & in scriptum commune redacta, nostri consensus studio & & vigore confirmamus & ratam atque inconcussam tenemus: & ut sic observetur, operam dabimus. Et ut hæc nostræ confirmationis pagina subsecuturis temporibus firma atque illibata permaneat, eam propriis subscriptionibus communiri, & sigillorum nostrorum fecimus appensione insigniri.

Ego Christianus, Archiepiscopus Moguntinus, subscr. †

Ego Philippus Coloniensis, Archiepiscopus & Italiæ Archicancellarius subscr. †

Ego Weremundus, Archiepiscopus Magdeburgensis subscr. †

Ego Arnoldus, Archiepiscopus Trevirensis subscr. †

Ego Conradus, Wormatiensis Electus Episcopus subscr. †

Ego Gaufredus, Imperialis Cancellarius subscr. †

Ego Weremundus, Imperiali auctoritate Protonotarius subscr. †

Ego Florentius, Comes Holandiæ subscr. †

Ego Theodoricus, Marchio de Lusicz subscr. †

Ego Henricus, Comes de Dietsa subscr. †

Ego Diedo Comes de Groyx subscr. †.

Ego Robertus, Comes de Diuna subscr. †

Rebus sic peractis Imperator Venetiis recessurus, ut a Summo Pontifice licentiam acciperet, accessit ad eum in Palatium Patriarchæ. Sed omnino exclusis cœteris, cum solis Episcopis & Cardinalibus & suis Principibus de his, quæ ad pacis complementum restabant, cum eodem Papa Colloquium habuit. Tunc Pontifex ab Imperatore petivit, ut Regalia S. Petri, & possessiones S. R. E. sicut per Mediatores Cardinales & Principes apud Anagniam constitutum fuerat & firmatum, sibi restitui faceret. Cui respondens Imperator dixit: Regalia S. Petri & Possessiones alias Romanæ Ecclesiæ præter terram Comitissæ Mathildis, & Comitatum Bertinorum, libere ad præsens restituam. Sed quia ista mihi videntur ad Imperii Jus pertinere, vos eligite de vestris Cardinalibus tres, & nos de nostris Principibus totidem eligemus ad ista tractanda, quorum judicio pars utraque irrefragabiliter stare debeat. Quod licet Pontifici grave nimis & durum fuerit, quoniam & in forma pacis de restituenda terra Comitissæ Mathildis expressum fuerat & juratum, & tunc ipse castrum Bertinorum ex traditione C. Comitis possidebat: ne tamen occasione ista Ecclesiæ pax turbaretur, voluntati ejus tandem assensum præbuit. Statimque Christianum, Moguntinum Archiepiscopum, & Wormatiensem Electum, & A. Protonotarium, qui præsentes aderant, ad id faciendum delegit Imperator: & Alexander Papa suos, videlicet Ostiensem & Portuensem Episcopos, & Cynthium, Diaconum Cardinalem elegit. Pro restituendis vero prædictis Regalibus, & cæteris Ecclesiæ possessionibus, illico eundem Moguntinum assignavit Pontifici, præcipiens ei sub obtentu gratiæ suæ, ut restitutionem ipsam intra tres Menses cum integritate perficeret.

Diploma Pacis inter Imperatorem & Regem Siciliæ Willelmum.

NOs Fridericus, Dei gratia Romanorum Imperator, & semper Augustus, & Henricus Rex, filius noster, interventu venerabilis Patris nostri, Alexandri, Dei gratia Summi Pontificis, & Fratrum suorum Cardinalium, pro parte nostra & hæredum nostrorum paciscimur vobiscum, Domine Willelme, eadem Gratia Illustris Rex Siciliæ, quod a modo usque ad quindecim annos observabimus vobis & hæredibus vestris, & universo Regno vestro, & toti terræ dominationis vestræ veram & firmam Pacem. Et quod per nos, vel quoslibet alios mari, vel terra vos, prædictum Illustrem Regem & hæredes vestros, aut Regnum vestrum & terram dominationis Vestræ, sicut præscriptum & determinatum est, usque ad quindecim annos non invademus, nec invadi faciemus, nec vobis aut Regno vestro, & jam dictæ terræ dominationis vestræ guerram aliquo modo faciemus; Et ut hæc omnia supra scripta firmiter & illibata nobis, supradicto Friderico, Dei gratia Romanorum Imperatori & semper Augusto, & Henrico filio nostro Regi, & hæredibus vestris tam vobis supradicto Illustri

Illustri Regi Willelmo, quam Hæredibus vestris, & Regno vestro, & toti terræ dominationis vestræ attendantur & observentur: Nos prædictus Imperator bona fide, sine fraude & malo ingenio, in præsentia beatissimi Patris nostri Papæ Alexandri & Cardinalium & Legatorum vestrorum, Romualdi, Venerabilis Salernitani Archiepiscopi, & Rogerii egregii Comitis Andriæ, & Principum ac fidelium nostrorum a Comite Henrico de Dietsa in anima nostra super sancta Dei Evangelia & Sanctorum reliquias jurare fecimus, & Henricum filium nostrum, per interpositam dignam personam, in anima sua & ipsum jurare faciemus usque ad medium futurum Septembrem Indictionis undecimæ. Et Principes nostros idem jurare fecimus, videlicet:

Moguntinum Archiepiscopum, Christianum.
Arnoldum, Trevirensem Archiepiscopum.
Conradum, Wormatiensem Electum.
Gotifridum, Imperialis Aulæ Cancellarium.
Gvoruvinum, Protonotarium.
Marchionem Theodoricum de Lusiz.
Florentium, Comitem Holandiæ.
Comitem Diedonem de Groyx.
Comitem Henricum de Dietsa.
Comitem Robertum de Diuna.

Ad hujus autem pacti promissionis & juramenti nostri & Principum nostrorum memoriam, & inviolabile firmamentum, præsens privilegium nostrum per manus Wortuvini, Protonotarii nostri, scribi fecimus & Imperiali sigillo nostro aureo sigillatum, & prædictorum Principum juramento communitum, vobis supra scripto Illustri Regi Willelmo fecimus assignari. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo, centesimo, septuagesimo septimo, mense Augusti, decima Indictione.

Diploma Pacis inter Imperatorem & Ordines Italiæ.

NOs Fridericus Imperator, interventu Venerabilis Patris, Dni Alexandri Pontificis & fratrum ejus Cardinalium, promittimus Lombardis, Marchianis & Romaniolis & nostris de societate ipsorum, Vasallis nostris & iis, qui debent esse Vasalli nostri, nos pro fidelitate nobis non præstita, vel opera non navata, vel investitura non petita, quam diu induciæ manebunt, neminem de societate judicaturum, aut judicari jussurum, nec feudum alicui adempturum. Actum Parmæ.

X.

Tabulæ Pacis inter Fridericum I. Roman. Imperatorem & Lombardiæ incolas initæ, d. d. 8. Kal. Julii An. 1183.

FRidericus, Imperator, & filius ejus Henricus Rex Romanorum, Lombardos, ac societatem, & fautores eorum in gratiam nostram recipimus, injurias omnes, quibus nos provocarunt, libere remittentes. Itaque pacem, quam eis libenter concessimus, præsenti pagina jussimus subscribi, & auctoritatis nostræ sigillo communiri, cujus hæc summa est: Nos Fridericus Imperator, & filius noster Henricus, Romanorum Rex, concedimus vobis civitatibus, locis, & hominibus societatis regalia & consuetudines vestras tam in urbe, quam extra urbem, nempe Veronæ & castro ejus, ac suburbiis, & aliis urbibus, ac suburbiis, locis, & hominibus societatis in perpetuum, videlicet ut in ipsa urbe omnia habeatis, sicut adhuc habuistis, aut habetis, extra vero omnes consuetudines nostra voluntate exerceatis, quas ab antiquo exercuistis, aut exercetis in fodro, nemoribus, pascuis, pontibus, aquis & molendinis, sicut ab antiquo habuere consuevistis, aut habetis in exercitu, munitionibus urbium, in jurisdictione tam in causis criminalibus, quam pecuniariis, intus, & extra, & in cæteris, quæ ad commoda urbium pertinent. Volumus, ut regalia, quæ vobis nos concessimus, in hunc modum cognoscantur, per Episcopum loci, & homines tam de episcopatu, quam de civitate legantur viri bonæ existimationis, & qui ad hoc idonei esse credantur, quique neque in civitatem, neque in nostram majestatem odio privato ferantur, qui jurent se bona fide inquisituros, & inquisita consignaturos ea, quæ præcipue ad nostram excellentiam spectant, si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaverint, censum duum millium marcharum argenti in singulos annos poscimus. Si quis autem super his, quæ vobis concessimus, sive in urbe, sive extra urbem querelam apud nos detulerit, eam non accipiemus. Quod nos aut noster Antecessor, Rex aut Imperator episcopis, ecclesiis, civitatibus, aut aliis quibuscunque personis, clericis, aut laicis ante bellum dedit, firmum & ratum habebimus, salvis superioribus concessionibus, ut pro ea solita nobis obsequia præbeantur, sed non census solvatur. Concessiones, quas pro bono pacis civitatibus concessimus in urbibus, aut extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus census debeat solvi. Privilegia omnia & data, & concessiones, quæ in præjudicium aut damnum urbis, aut locorum, aut personarum societatis occasione belli ad alicujus injuriam a nobis, aut a nunciis nostris indultæ sunt, deleantur. In ea urbe, in qua episcopus privilegio Imperatoris, aut regis comitatum habet, si consules per ipsum episcopum consulatum solent recipere, ab ipso recipiant, sin minus, a nobis. Eadem ratione in singulis urbibus consules constituentur a nuncio nostro, qui sit in urbe, aut episcopatu, & investituram accipient, & hoc usque ad quinquennium, eo transacto, unaquæque civitates a nobis recipiet, & intra quinquennium a nuntio nostro, sicut dictum est, nisi nos in Lombardia fuerimus. Eadem observentur in successore nostro;

nostro; omnes investituræ gratis fiant. Cum autem nos, Imperator, discesserimus, aut regnum filio nostro tradiderimus, simili modo a filio nostro, aut ejus successore investituram recipietis. In causis appellationum, si summa viginti quinque librarum imperialium excesserit, appellatio ad nos fiat, salvo jure, & moribus Brixianæ Ecclesiæ in Appellationibus, ita tamen, ut non cogantur in Alemanniam ire, sed nos habebimus proprium nuncium in urbibus aut episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat & juret, se bona fide causas examinaturum & definiturum ex legibus & moribus civitatis intra duos menses a contestatione litis. Consules, qui constituentur in civitatibus, tales sint, qui fidelitatem juraverint nobis, vel jurent, antequam consulatum ineant. Vasalli nostri à nobis investituram recipiant, & fidelitatem jurent, ut Vasalli; reliqui omnes, ut cives, a sexdecim annis usque ad septuaginta, nisi ejusmodi sint, quibus debeant, & possint sine fraude sacramenta remitti. Vasalli, qui tempore belli aut induciarum non postulaverint investituram, aut debita nobis officia non præstiterint, hac occasione feudum non amittant. Libellariæ & precariæ in suo statu permaneant ex consuetudine cujusque civitatis. Moram superfluam in urbe, aut episcopatu, damno civitatis non faciemus. Urbes muris cingere, aut exteriores munitiones construere eis liceat. Societatem, quam habent, retinere, & cum voluerint renovare eis liceat. Pactiones timore nostro factæ sint irritæ. Pacta Placentinorum, nempe pactum pontis Padi, & fictum ejusdem Pontis & regalium & datum, & pactum, quod Episcopus Hugo fecit de Castro Arquato, & si quæ facta sunt similia ab ipso Episcopo, aut a communi, aut ab aliis hominibus societatis nobiscum, aut cum nuncio nostro, ipso ponte remanente, remaneant cum omnibus suis utilitatibus Placentinis, ita tamen, ut teneantur persolvere fictum abbatissæ S. Juliæ Brixiæ. Sententiæ, quæ ex jure & legibus & consuetudinibus contra aliquos de societate latæ sunt, occasione belli, aut discordiæ, irritæ sint. Possessiones omnes, quas quisque de societate belli tempore tenebat juste, si per vim ablatæ sint eis, qui de societate non sint, sine damno restituantur, aut si eas recuperaverit, quiete possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium nobis assignentur. Opizoni Marchioni, omnem injuriam, quam nobis aut alicui partis nostræ fecerit, postquam in societatem venerit, vel per se, vel per aliquam personam cum societate, vel defendendo aliquem de societate, in gratiam recipimus. Jurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in Comitatibus Seprii & Marthesanæ & Bargariæ & in aliis comitatibus, exceptis locis, quæ Bergomates nomine nostro tenent inter Abduam & Ollium, excepto Romano veteri & Bariano, & eam, quam non exercent, libere & quiete habeant & possideant voluntate nostra, salvis pactis & datis & concessionibus, quæ Mediolanenses pro communi fecerunt civitatibus Bergomo, & Novariæ, & Laudi. Pacta inter civitates & societates quondam facta firma permaneant, nec aliquid intelligatur acquisitum Mediolanensibus in Episcopatu Laudensi præter dictas concessiones, salvo jure aquæ Lambri, si quod habent, aut in pedagio. Omnes de societate, qui fidelitatem nobis jurabunt, in sacramento adjicient, servaturos possessiones & jura, quæ habemus in Lombardia, & possidemus; extra societatem jurabunt nos servaturos bona fide, si opus fuerit, & cum super hoc a nobis, aut a certo nuncio nostro fuerint requisiti, & si amiserimus, recuperaturos, ita tamen, ut proxima quæque Civitas hoc officio maxime teneatur, & si opus fuerit, aliæ civitates, quæ sunt in finibus Lombardiæ, similiter teneantur. Si qua Civitas has constitutiones non observaverit, reliquæ teneantur bona fide ad observandum compellere, pace integra permanente. Nobis intrantibus Lombardiam fodrum consuetum & regale, qui solent & debent, & quando solent & debent, præstabunt & vias & pontes bona fide reficient, in eundo & redeundo comeatum idoneum & nobis & nostris præbebunt; decimo quoque anno fidelitates renovabunt; si qui ex parte nostra ex suis justis possessionibus expulsi sunt, restituantur. Restituimus stratam Veronensibus & Icilinum in gratiam recipimus. Nomina urbium, quibus gratiam nostram restituimus, & præscriptam concessionem fecimus, hæc sunt: Vercellæ, Novaria, Mediolanum, Laus, Bergomum, Brixia, Mantua, Verona, Vicetia, Padua, Taruisium, Bononia, Fauentia, Mutina, Regium, Parma, Placentia. His autem civitatibus & locis pacem & gratiam nostram reddimus, verum concessionem non facimus, videlicet Imolæ, Sancasiano, Bobio, Plebi de Grabadona, Feltriæ, Belluno, Cænetæ. Ferrariæ autem gratiam nostram reddimus & concessionem facimus, si intra duos menses post reditum Lombardorum a Curia nostra de pace præscripta cum eis concordes fuerint. Legati autem civitatum hanc pacem receperunt, & in præsentia nostra jurarunt, Mediolani, Brixiæ, Placentiæ, Bergomi, Veronæ, Vicetiæ, Paduæ, Taruisii, Mantuæ, Faventiæ, Bononiæ, Mutinæ, Regii, Parmæ, Laudis, Novariæ, & Vercellarum. Hæ vero sunt civitates & loca, quæ pacem præscriptam sub juramento Lombardorum nobiscum receperunt, & eandem per se juraverunt, Papia, Cremona, Comum, Aquæ, Derthonæ, Hasta, Cæsarea, Genua, Alba et aliæ Civitates et loca et personæ, quæ sunt et fuerunt in parte nostra. Hæc autem sunt nomina civitatum, quarum legati investituram consulatus a nobis nomine civitatum receperunt, Mediolanum, Placentia, Laus, Vicetia, Padua, Tarvisium, Mantua, Faventia, Bononia, Mutina, Regium, Parma, Novaria, Vercellæ, Bergomum. Acta anno Incarnationis MCLXXXIII. Data apud Constantium in solemni Curia VIII. Kalend. Julii.

XI.

XI.

Ottonis IV. Roman. Imp. Declaratio belli contra Innocentium III. Pontificem Max. ejusque asseclas, de An. 1215.

SI Rex Francorum non esset, tuti à quolibet hoste in toto mundo haberi possemus, & totum mundum gladiis nostris supponere. Sed hoc solo contra nos favorem impendente & Cleri causam semper quasi propriam habente, Papa Romanus nos ita præsumit anathemate ferire atque nostros Proceres fide nostra absolvere. Qui dum Sicamoisti Regi se amicum præstat, audet is vires in nostrum imperium extendere, qui semper grassatus est in genus nostrum & ipsum Regem Johannem, qui tam largus opes & denaria nobis pluit, exhæredare præsumit. Contra hunc igitur solum toto conatu expedit insistere, hic primus coërceatur & dometur oportet, qui solus impedit nostros provectus, & se nobis opponit, & in omni hoste, qui se contra nos levat, ipse quoque hostis fit. Quo superato & domito reliquos vincere facile poterimus Regnumque Francorum jugo Imperii nostri supponere, & ad libitum vobis partiri.

Clerum autem & Monachos, quos Rex Francorum Philippus sic exaltat, amat, protegit, & vigili corde defendit, aut deponamus aut deportemus oportet, sic tamen, ut pauci maneant, quibus satis sit arcta facultas, & qui oblata tantummodo stipe vivant, villas autem & decimas majores Miles recipiat, illique habeant, quibus Respublica curæ est, qui pugnando faciunt populos & Clerum in pace quiescere. Illo quippe die, quo nos Papa Romanus primum Imperiali diademate insigne reddit, hanc promulgavimus legem, & in scriptis redactam per totum orbem firmiter servari jussimus: Ecclesiæ decimas tantum & oblata munera possideant, villas autem & prædia nobis relinquant, ut hinc populus vivat, & Milites habeant stipendia sua.

Nunc quia mihi Clerus in ista lege non paret, nunquid non debemus gravare manus & illi magnas decimas cum villis licenter auferre? Nunquid non possumus legem superaddere legi? Karolus Judices, etiamsi nolit illis villas tollere, quia tamen decimas ipsis tulit, nobis non licebit eisdem villas cum decimis auferre? Qui possumus leges condere & jura novare, qui soli tenemus totius orbis imperium, non licebit nobis Clerum hac lege ligare, ut primitiis rebusque oblatis contenti jam discant esse magis humiles & minus superbi? Quanto satius, quanto commodius, nobis jura novantibus, hæc tam culta novalia & villas tot deliciis opibusque fluentes, impiger Miles habebit, quam genus hoc pigrum & fruges consumere natum, quod otia ducit, quodque sub tecto marcet, & umbra, qui frustra vivunt, quorum omnis labor in hoc est, ut Bacho Venerique vacent, quibus crapula obesis poris colla inflat, ventresque abdomine onerat? Unde nos quamprimum Papa nobis in dicta lege rebellis fuit, Montem flasconis, Aquampendentem, Bitral, Radichofonem, Arduam, Sancti Quirici castrum, Bisterbium, Biccum, vicosque innumeros & plurima castella, quibus dives Roma circumvallatur, protinus ipsi eripuimus, quæ fortiter potenterque armis adhuc ipso nolente tenemus, diuque tenebimus, quamvis nobis Imperium supplantare laboret, & jus nostrum præsumat Friderico Regi Siciliæ promittere.

Tunc Proceres uno ore concorditer legem confirmantes, bellum fore promittunt, omnesque fideliter jurant, observaturos se quicquid Imperator dixerat.

Otho, Romanorum Imperator semper Augustus subscripsit.

Johannes, Rex Angliæ, Franciæ & Hiberniæ per Gvillermum, Comitem Salesberiensem, subscripsit.

Henricus, Dux Lotharingiæ & Brabantiæ Marchio Rom. Imp. subscr.

Otho, Comes Palatinus Burgundiæ subscr.

Ferrandus, Comes Flandriæ & Hanoniæ subscr.

Reginaldus Comes Boloniæ subscr.

Willelmus Comes Holandiæ subscr.

N. Comes de Limburg subscr.

N. Comes Barrensis subscr.

Herveus Comes Nivernensis subscr.

Petrus Comes Altisiodorensis subscr.

Henricus Comes de Kuke subscripsit.

Hugo Baro de Boves subscripsit.

Et multi alii tam Proceres quam Comites de Alemannia, de Henonia, de Brabantia & de Flandria subscripserunt. Actum in oppido Valencienæ in Comitatu Henoniæ, anno ab incarnatione Domini MCCXV. anno Imperii Domini Othonis invictissimi Imperatoris XV.

XII.

Gualterii Vertiensis, Comitis de Homberg, Sacri Roman. Imp. per Lombardiam Capitanei generalis, Publicatio mandati sui Cæsarei ad terras Civitatesque Lombardiæ, d. d. 13. Febr. An. 1312.

G. Vertiensis Comes de Homberg, Sacri Imperii fidelissimi per Lombardiam auctoritate Regia Capitaneus generalis, nobilibus viris, Vicario, sapientibus, & Communi de

ni de Mediolano salutem, & omne bonum. Cum inter aliquas civitates, & terras Lombardiæ sit ad honorem Regalis culminis confederatio, societas & liga contracta, quæ etiam per dominum Henricum, Romanorum Regem firmata est, cuius ligæ, ac fidelium omnium Imperii, nos fecerit Capitaneum generalem, intendens ipse dominus, quod omnes Imperii fideles debeant dictam ligam intrare, dans nobis potestatem & bailiam, præcipiendi omnibus Imperii fidelibus in Lombardia constitutis, & eos compellendi, vt intrent, secundum quod patet per Regias literas huiusmodi tenoris :

Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus vniuersis Sacro Romano subiectis Imperio, & specialiter per Lombardiam constitutis, gratiam suam, & omne bonum de nobilitate sanguinis armorum strenuitate, ac experientia, necnon fide, circumspectione & industria nobilis viri Vertiertis, Comitis Homberg fidelis dilecti nostri concipientes fiduciam specialem ipsum in Capitaneum generalem ordinauimus ligæ, confederationis, & colligationis factarum, & faciendarum inter ciuitates, castra, villas, & burgos nobis & Imperio fideles vt eisdem, tanquam Capitaneus assistat, & præsit ad manutenendum, defendum, conservandum, & viriliter gubernandum nobis, & Imperio fideles, ac jura, & honores nostros, & Imperii, ac nostrorum fidelium contra quoslibet nostros, & Imperii rebelles, tenore præsentium diximus statuendum, omnem potestatem ad hoc necessariam sibi plenariè concedentes, ac committentes eidem vt ciuitates, castra, villas, & burgos & alios quoscunque, qui dictam non fecerint ligam de consilio prouidi Joannis de Castiliono, procuratoris nostri, & aliorum virorum nostrorum fidelium sibi tunc præsentium. Si eisdem tunc videbitur expedire, requirere, & citare possit, vt dictas ligas & ordinationes faciant cum prædictis, & ipsos ad hoc per pœnas, & banna, ac multas, & aliis viis & modis legitimis, ac etiam opportunis valeant exercere. Quapropter fidelitatis vestræ, sub obtentu favoris nostri, & gratiæ præcipimus firmiter & mandamus, quatenus præfato Comiti Capitaneo nostro in præmissis, & aliis dependentibus ab eisdem fideliter intendatis, & parendo efficaciter adsistatis. alioquin pœnas, & banna, quas idem Capitaneus iustè tulerit in rebelles ratas & firmas habentes ipsas faciemus contra transgressores quoslibet irremissibiliter observari præsentium testimonio literarum. Datæ Januæ XIII. Februarii anno Domini M CCCXII. Regni vero nostri, anno quarto. Quare intendentes ad executionem nobis iniunctorum vobis Vicario, & Communi mandamus pœna, & banno nostro arbitrio auferenda octauo die intrante mense Martii in ciuitate Brixiæ ad nostram præsentiam personaliter accedere.

XIII.

Johannis XXII. Pontificis Maximi Declaratio & promulgatio majoris excommunicationis aliarumque pœnarum & censurarum contra Ludovicum Bavarum, Roman. Imperatorem, ejusque asseclas in Lombardiam irruentes ibique commorantes, d. d. 5. Id. April. An. 1327.

JOhannes Episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ad speculatoris officium noscitur pertinere, illis quos per iter devium currere conspicit, ut gressus suos attente considerent pedesque suos ab illo convertere nequaquam differant, nuntiare, illis quoque quibus per impios parari periculum percipit, tenetur illud pandere, ut providentiæ studium sibi contra illud valeant præcavere, & ut hoc vitare possint innocentes, debet ipse etiam opportuna remedia adhibere. Cum igitur in notionem publicam per facti evidentiam sit deductum, quod vir ille venumdatus, ut faciat malum, Ludovicum dicimus, qui dudum erat Dux Bavariæ & Rex Romanorum in discordia dicebatur electus, quique suis exigentibus demeritis, utroque videlicet ducatu, & jure si, quod ei ex electione hujusmodi acquisitum fuerat, est privatus, adeo sit ambitionis igne succensus, quod vias non cessans quærere, per quas de facto saltem, cum de jure nequeat, ad imperialis possit conscendere solium dignitatis, hæreticos de Mediolano & de Ferraria, aliosque rebelles Ecclesiæ sanctæ Dei in partibus Italiæ constitutos, his diebus præteritis in Tridento ad suum consilium convocavit : in quo ad nostram & fidelium sanctæ matris Ecclesiæ in partibus Italiæ, & præcipue carissimi in Christo filii nostri R. regis Siciliæ illustris, & regni prædicti ad nos & Romanam ecclesiam jure directi dominii pertinentis, quodque a nobis & eadem Ecclesia Romana in feudum rex idem obtinet, & pro quo noster & Ecclesiæ Romanæ vasallus existit, turbationem & scandalum aspirantes iniisse dicuntur consilium pessimum, & ordinata in eodem consilio pactis & juramentis illicitis firmavisse, & ut conceptus suos iniquos possint in partu producere rebelles & hæretici supradicti jam ipsum Ludovicum, datum in sensum reprobum in Lombardiam ad sui, ut speramus in Domino, confusionem perpetuam deduxerunt, ut sic mutuo se juvantes, rebelles ipsi sub umbra culminis per eum indebite usurpandi possint in suis rebellionibus & hæresibus perseverare libere, ac devotos Ecclesiæ de finibus illarum partium effugere, ipseque Ludovicus

cus illorum fultus potentia, nomen regium, quod usurpat indebite, retinere valeat, ac nomen imperiale similiter promtius usurpare. Ad quæ exequenda sua iniqua studia congerunt, ac vires & potentias conglobare non cessant, non attendentes, quod exercituum Dominus reproborum novit infatuare consilia, ac etiam dissipare. Ut igitur in hac parte, utcumque saltem partes nostri officii exequamur præsente hac multitudine fidelium copiosa, Ludovicum ipsum ac rebelles & hæreticos supradictos, quorum conversionem & salutem paterno more desiderantes appetimus, per hoc publicum commonemus edictum, & in Domino exhortamur, ut à tam periculoso devio curent pedes suos retrahere ac in hac valle miseriæ sic ipsos in viam veritatis & pacis convertere studeant, quod post hujus vitæ transitum immarcessibilis coronam gloriæ feliciter assequi mereantur. Et ut tam Ludovici & aliorum prædictorum perversis conceptibus tam gravibus malorum initiis, tantisve periculis acceleratis remediis obviemus, ne tam horrenda principia invalescant, sed suo potius præfocentur in ortu, per nostrum edictum publicum, præsente hac multitudine fidelium copiosa, eumdem Ludovicum monemus, eidem nihilominus districtius injungentes sub pœna anathematis & pœnis aliis a jure quomodocumque seu constitutionibus nostris inflictis seu comminatis iis, qui titulum regium falso temeritate propria ausi sunt usurpare, aut se administrationi imperii immiscere, quæ ipso vacante imperio sicut & nunc vacat ad Romanam Ecclesiam noscitur pertinere, ipsam Ecclesiam in eadem administratione ausu temerario perturbando, immo, quantum in eis est, spoliando, aut his qui hæreticis, aut Romanæ Ecclesiæ rebellibus præsumunt contra Ecclesiam impendere consilium, auxilium, vel favorem, quosque infligunt jura iis, qui guerram movere præsumunt indebite pacemque gratam cunctis mortalibus perturbare, & quas imponunt pro maleficiis quæ consueverunt subsequi ex prædictis, quas omnes & singulas præter mortis & mutilationis membrorum supplicium, ipsum si huic nostræ monitioni præsumserint temere non parere, incurrere volumus ipso facto, quatenus infra duorum mensium spatium numerandorum a dato præsentium, deponat nomen regium, seque regem Romanorum non intitulet ulterius, nec denominet, nec describat, nec per alios faciat, quantum in eo fuerit intitulari titulo vel etiam nominari, ac sigillum curet abjicere, ubi talis titulus est descriptus, ipsum nequaquam ulterius nec simile resumturus, nec administrationi ejusdem regni seu imperii & jurium eorumdem nullo modo se immisceat: privilegia, immunitates, feuda, bona vel jura quæcumque in eisdem regno vel imperio aut eorum Parte aliqua concedendo vel tanquam rex Romanorum, vel imperator quicquam tentet agere, cum jus hoc sibi non competat faciendi; neque dominium, vel subjectionem aliquam in quascumque personas singulares, aut terras ipsarum, vel potestariam, seu quamcumque rectoriam, seu officiam, quocumque nomine censeantur, in civitate aliqua, vel quovis loco alio, maxime in urbe Romæ, seu in ipso regno Siciliæ, vel terris aliis Romanæ Ecclesiæ subditis, aut alicujus partis Italiæ, vel cum hæreticis & Ecclesiæ rebellibus prædictis, assumere non attentet. Insuper contra ecclesiam societatem sive aliquam confœderationem non contrahat, vel observet qualitercumque contractam: eidem sub iisdem pœnis nihilominus injungentes, ut infra duorum mensium spatium a dato præsentium numerandum, de tota Italia exeat, nequaquam ulterius quousque ad obedientiam & gratiam Ecclesiæ Romanæ redierit reversurus, quodque sub titulo regio vel imperiali nequaquam præsumat aliquem, vel aliquas ad partes aliquas præsertim Italiæ destinare. Universis quoque patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac aliis personis ecclesiasticis quibuscumque, sub virtute obedientiæ & pœnis suspensionis ab officio & beneficio, quam eas incurrere volumus ipso facto, nisi infra scriptæ inhibitioni nostræ efficaciter studuerint obedire: nec non omnibus & singulis civitatibus, communitatibus & universitatibus ac personis aliis singularibus quibuscumque, cujuscumque conditionis aut status existant, etiamsi imperiali seu regali, vel alia quacumque dignitate præfulgeant & specialiter hæreticis & rebellibus supradictis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis excommunicationis in personas & interdicti in terras eorum quas ipsos incurrere voluimus ipso facto, si nostris renuerint obedire monitionibus & mandatis, nec non privationis privilegiorum quorumcumque apostolicorum & imimperialium ac feudorum, quæ ab ecclesia vel imperio obtinet, inhibemus, ne Ludovico ipsi in præmissis pareant, faveant vel intendant eidem circa regni seu imperii regimen vel administrationem eorum contingentia, favendo, vel etiam assistendo privilegia immunitates, feuda, vel jura quæcumque in eisdem regno vel imperio ab eodem recipiendo dominium vel subjectionem aliquam tam regi seu in regem Romanorum electo, vel imperatori recognoscendo vel imponendo, terras, potestarias, rectorias, seu alia officia quocumque censeantur nomine in civitate aliqua vel quovis loco alio, maxime in urbe Romæ seu in regno Siciliæ, vel terris aliis Romanæ Ecclesiæ subditis aut alicujus partis Italiæ supradictis, ab ipso vel sub ejus nomine recipiendo, vel etiam exercendo, societatem quoque, seu confederationem aliquam cum eo contra Ecclesiam nequaquam contrahant vel observent nec consentiant contrahendæ, nec retinendo ipsum seu fovendo quomodocumque

cumque vel qualitercumque in Italia eidem faveant, assistant, aut præstent auxilium cum armis vel sine armis, consilium vel favorem publice vel occulte. A quibus quidem excommunicationis & interdicti sententiis nullus, nisi dumtaxat Romanus Pontifex præterquam in mortis articulo, prætextu cujusvis auctoritatis seu privilegii, generaliter seu specialiter, sub quavis forma verborum concessa eis, absolvere valeant, vel etiam liberare. Quod si forte aliquem vel aliquos de prædictis in dictæ mortis articulo absolvi contingeret, nisi sanitate recepta sedi apostolicæ quamprimum commode potuerint se præsentent, satisfacturi de præmissis juxta Mandatum Romani pontificis in prædictam relabantur excommunicationis sententiam ipso facto: aperte nihilominus prædicentes, quod contra prælatos & personas Ecclesiasticas alias supradictas ad depositionem, privationem & inhabilitationem prælationum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum suorum ecclesiasticorum quorumcunque: contra civitates vero, communitates, universitates, collegia, castra, loca, seu villas, & personas singulares quascunque cujusque præeminentiæ, dignitatis, status, vel conditionis extiterint, etiamsi imperiali, regali, vel alia dignitate quacunque præfulgeant, quæ contra inhibitionem, monitionem, aut mandata nostra hujusmodi directe, vel indirecte, publice vel occulte præsumserint temere aliquid attentare, ad privationem privilegiorum quorumcunque apostolicorum & imperialium ac feudorum, quæ a Romana vel aliis Ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinerent, & alios procedere conjunctim vel divisim intendimus absque citatione alia, prout facti qualitas exiget, sicut & quando viderimus expedire. Non obstante si prædictis aut LUDOVICO præfato, seu quibusvis aliis per literas apostolicas foret sub quacunque forma verborum, vel expressione concessum, vel concederetur in posterum, quod excommunicari, suspendi, vel eorum terræ seu loca interdici non possint per literas sedis ejusdem, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibusvis aliis privilegiis, constitutionibus seu indultis, quod contra processum nostrum hujusmodi eis vel eorum alicui nolumus suffragari, sed ipsa quoad hæc viribus volumus penitus vacuari. Ceterum colligationes, confœderationes, pactiones, societates & ligas contra præmissa, vel præmissorum aliqua factas, vel initas, inter quoscunque sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi pœnarum adjectione, juramentorum præstatione, vel quocunque firmitate vallatæ fuerint, utpote in divinæ majestatis offensam & contra jura & honorem sanctæ matris Ecclesiæ, ac in damnum ac præjudicium reipublicæ & periculum animarum præsumtas, decernimus cassas, nullas, irritas & inanes, ac nullius existere firmitatis, & eas quatenus processere de facto revocamus, cassamus, irritamus, dissolvimus & omnino viribus vacuamus. Juramenta quoque super hoc præstita de apostolicæ potestatis plenitudine relaxamus. Omnes & singulos, qui confœderationes, pactiones, & societates hujusmodi cum dicto Ludovico contra processus hujusmodi post dictum terminum præsumserint observare, prædictas excommunicationis ac alias pœnas & sententias incurrere volumus ipso facto. Et ut processus noster hujusmodi ad ejusdem Ludovici, & aliorum prædictorum, ceterorumque quorum interest, vel interesse potest, communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eundem in portis Avenionensis Ecclesiæ appendi vel affigi faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut prædictus Ludovicus & alii, quos ipse processus contingit, nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos non pervenerit, vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Volumus autem & apostolica auctoritate decernimus, quod dictus processus præfatum Ludovicum & alios supradictos apprehendat & arctet, ac si eisdem personaliter publicatus & insinuatus solenniter extitisset. Constitutione quacunque per prædecessores nostros Romanos pontifices in contrarium edita non obstante, cum ad ejusdem Ludovici præsentiam pro eodem processu publicando & insinuando securus accessus non pateat, nec possit commode singulorum quos tangit auribus inculcari. Datum Avenione V. Idus April. Pontificatus nostri anno undecimo.

XIV.

Ejusd. Bulla, qua Ludovicum Bavarum, Rom. Imperatorem, omnibus dignitatibus & honoribus privat, eumque, tanquam declaratum Hæreticorum protectorem, Avenionem citat, ut ibidem Sedi Apostolicæ factorum suorum reddat rationem, d. d. 3. Non. April. An. 1327.

JOhannes episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam Divinis exemplis informamur ut perversorum continuata nequitia pœnas pœnis curemus adjicere, ut sic saltem ipsos a suæ vesaniæ ausibus & proterva contumacia retrahere satagamus. Hæc utique utilitas publica postulat, cujus interesse noscitur, ne per impunitatem excessuum ad similia invitentur aliqui, ac per eamdem fiant, qui nequam fuerunt nequiores. Sane dudum ad nostri apostolatus auditum fama seu potius infamia divulgante perducto quod Ludovico

dovico de Bavaria qui in Regem Romanorum ab una parte principum ad quos dicti Regis electio pertinet, in discordia dicebatur electus, ejus electione a nobis ad quem electionis hujusmodi ac personæ electi examinatio, approbatio & admissio, repulsio quoque & reprobatio noscitur pertinere, nequaquam admissa nec ejus approbata persona, non quærens ut deberet, per ostium ad hujusmodi regni seu imperii conscendere dignitatis fastigium, sed potius aliunde nomen sibi & titulum regium in nostrum & ecclesiæ Romanæ contemtum & præjudicium, temere usurpavit administrationi jurium regni & imperii prædictorum se ingerere, in gravem Dei offensam ac manifestam injuriam sanctæ Romanæ Ecclesiæ, matris suæ, ad quam ejusdem imperii regimen vacationis ejusdem tempore, sicut & tunc vacabat, & impræsentiarum vacat pertinere dinoscitur, nec non & plurimorum scandalum, turbationem & læsionem reipublicæ, ac suæ detrimentum animæ se præsumserat indebite immiscere, exigendo & recipiendo sub præfato titulo regio fidelitatis in Alemanniæ & nonnullis Italiæ partibus, tam a personis Ecclesiasticis, quam sæcularibus vasallis imperii, per se & alios juramenta ac de dignitatibus, honoribus, & officiis ad ejusdem Romani regni, sui imperii dispositionem spectantibus, pro suo libito disponendo, sicut patet de Marchionatu Brandenburgensi, quem suo primogenito de facto offerre præsumsit nec non & alia plurima exercendo quæ ad ejusdem Romani regni & imperii non est dubium pertinere. Et insuper intellecto quod idem Ludovicus Galeatio de Vicecomitibus de Mediolano & ejus fratribus de crimine hæresis a suis competentibus judicibus exigente justitia; per diffinitivam sententiam condemnatis, nec non & nonnullis aliis Ecclesiæ Romanæ rebellibus se fautorem & defensorem contra dictam Ecclesiam exhibebat. Nos tam temerariis ausibus obviare, dictumque Ludovicum a tam periculoso erroris devio ad veritatis callem reducere cupientes, considerantesque, quod ad ejus præsentiam ad sibi proponendum præsentialiter per quæ posset & deberet a prædictis retrahi, nequaquam tutus patebat accessus quodque circa præmissa formidabatur probabiliter fore in mora periculum & damnum dissimulatio allatura ad providendum & obviandum malis hujusmodi, de fratrum nostrorum consilio & ex certa scientia ac de apostolicæ plenitudine potestatis, præfatum Ludovicum, præsente fidelium multitudine copiosa monuimus eidem sub virtute sanctæ obedientiæ ac excommunicationis pœna quam ipsum, nisi cum effectu hujusmodi monitioni nostræ pareret, incurrere voluimus ipso facto eidem auctoritate apostolica nihilominus injungentes, ut infra trium mensium spatium a die monitionis hujusmodi computandum quos ei de eorundem fratrum consilio pro peremtorio termino duximus assignandos ab administratione, fautoria & defensione prorsus desisteret supradictis administrationem ipsam per se vel alium nequaquam resumturus ulterius, nisi tunc demum cum etsi electionem ejus, quæ de ipso celebrata dicebatur, & persona ejusdem per sedem apostolicam approbari contingeret & admitti, quodque gesta per eum sub prædicto regio titulo in præmissis quatenus de facto processerant, cum non tenerent de jure velut ab ipso cui jus faciendi minime competebat, nec competere poterat attentata curaret infra prædictum terminum quantum pateretur possibilitas realiter revocare eidem apertius intimantes quod si in præmissis per eam infra præfatum terminum exequendis foret negligens vel remissus nos contra ipsum ad publicationem pœnarum, in quas propter præmissos notorios excessus inciderat, vel infra præfatum incideret terminum & alias procederemus quantum suaderet justitia, ejus absentia non obstante. Qua dilatione pendente Albertus de Siratzburch tunc magnus præceptor ordinis Hospitalis S. Johannis Jerosolimitani per Alamanniam, nec non dilecti filii magister Ernestus de Sebech, Archidiaconus Herbipolensis ac Henricus de Throno, canonicus Pragensis ejusdem Ludovici Procuratores, procuratorio nomine coram nobis & fratribus nostris comparere curarunt, fidem de suo procuratorio facientes per quasdam patentes literas ipsius Ludovici ut asserebant & prima facie apparebat communitas sigillo. In cujus quidem sigilli circumferentiis erat scriptum Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus: & consequenter procuratores ipsi nobis & fratribus nostris constitutis in consistorio supplicarunt per nos dicto eorum Domino sex mensium super prædictis terminum indulgeri. Nos vero super hac cum eisdem fratribus diligenti deliberatione præhabita, & de consilio eorundem eisdem procuratoribus duximus taliter proloquendum. Attendentes & ad memoriam reducentes devotionem quam præfatus Ludovicus per alios nuncios suos ad præsentiam nostram hactenus destinatos ejus literas de credentia deferentes ad nos & sæpe fatam Romanam Ecclesiam se gerere asserebat, quodque inter alia nobis obtulerat per nonnullos ex nunciis supradictis separatum in Ecclesiæ & nostrum obsequium contra rebelles ipsius Ecclesiæ ad partes accedere Lombardiæ, mirabamurque plurimum quomodo se subito nulla per nos sibi data occasione vel causa esset in virum alterum transmutatus, cum ipse in contemtum nostrum & magnam injuriam sanctæ matris Ecclesiæ se regem intitularet Romanorum quia de electo in discordia in Romanorum Regem, sicut ipse dicebatur fuisse a nullo foret in dubium revocandum quod ante approbationem seu admissionem electionis suæ per sedem

ſedem apoſtolicam habitam non debeat tali nomine vel titulo nuncupari quod utique dudum cum de intitulatione duorum electorum in Reges Romanorum controverſia incidiſſet, per ſedem eamdem auditis allegationibus partium & deliberatione cum tunc ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus præhabita diligenti, decretum extiterit regem illorum neutrum; quousque alterutrius electio admiſſa exiſteret, appellandum. Quodque Ludovicus prædicto Ludovico de Vice - comitibus ejusque fratribus de Mediolano aliisque hæreticis & rebellibus dictæ Eccleſiæ ſuperius nominatis hactenus contra præfatam Eccleſiam fuerat & alia contra ipſam Eccleſiam commiſerat ſuperius expreſſata, adminiſtrationi vero imperii ſe indebite præſumſerat immiſcere homagia tam in Alemania, quam in Italia a Vaſallis imperii recipiendo temere & alia indebite attentando, cum tamen imperio vacante prædicto prout tunc vacabat & adhuc vacare dinoſcitur, ad ſedem hujusmodi adminiſtratio pertineat memoratam, quo jure prædeceſſores noſtri fuerant ſicut exempla ſequentia manifeſtant. Felicis namque recordationis Clemens Papa IV. prædeceſſor noſter cum ſuo tempore duo exiſterent in reges Romanos electi claræ memoriæ Carolum regem Siciliæ imperii vicarium conſtituit generalem, qui prædictum officium exercuerat diligenter. Similiter piæ memoriæ Clemens Papa V. prædeceſſor noſter in provinciis Lombardiæ & Tuſciæ cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Robertum, Regem Siciliæ illuſtrem vicarium ordinarat, cujus poſſeſſione vel quaſi præfatus Ludovicus quantum in eo erat nos conabatur & dictam Eccleſiam indebite ſpoliare. Si igitur prædicta nec non & verba in dictis litera & ſupplicatione ipſorum poſita, quæ magis erant ad turbationem irritantia, quam ad manſuetudinem inductiva vellemus attendere diligenter ejus nuntius reſponſum aliquod non daremus ſed memores devotionis præteritæ Ludovici prædicti eisdem procuratoribus & nuntiis de dictorum fratrum conſilio breviter duximus reſpondendum, quod cum Proceſſus noſter prædictus contra dictum Ludovicum rite factus exiſteret & ſuper notorio habitus, terminum quem competentem continet, infra quem ad ejus deduci niſi per ipſum ſtetit, notitiam potuerit, ac a præſumtis per eum temere etiam reſilire ipſaque quantum erat ſibi poſſibile revocare, quorum neutrum conſtet ipſum per exhibita compleviſſe, circa edictum prædictum non intendebamus aliquid innovare, ipſum tollendo vel ſuſpendendo, vel quoad impediendum effectum ſententiarum in eo latarum terminum dilationem vel prorogationem aliquam concedendo, immo volebamus eum, quoad omnia contenta in ipſo & ipſorum effectu in ſuo pleno vigore atque robore permanere. Verum quia in dicto proceſſu nos eidem aperte duximus intimandum quod ſi in præmiſſis in dicto proceſſu contentis per omnia infra præfixum ſibi ad hoc terminum exequendis, foret negligens, vel remiſſus nos contra ipſum ad publicationem pœnarum, in quas propter præmiſſos exceſſus notorios inciderat vel incideret in futurum & alias quantum ſuaderet juſtitia procederemus, ejus abſentia non obſtante intendebamus usque ad duos menſes a die reſponſionis prædictæ computandos a publicatione pœnarum & proceſſibus hujusmodi, ac ab aggravatione ſuperſedere proceſſus ejusdem infra quos certificare poſſemus, quid per eundem circa præmiſſa exiſteret reformatum. Quam quidem dilationem dicti procuratores & nuncii Ludovici prædicti cum gratiarum actionibus acceptarunt. Et ut eadem reſponſio non ſolum ad ipſius Ludovici ſed ad omnium communem notitiam perveniret litteras noſtras bulla noſtra munitas reſponſionem continentes eamdem in Eccleſiæ Romanæ oſtiis appendi fecimus & affigi. Et licet infra duos menſes prædictos Ludovicus præfatus per ſe nequaquam comparuerit coram nobis, nec aliquis alius pro eodem, nec poſtea diutius expectatus: propter quod evidens ejusdem Ludovici in non comparendo contemtus & inobedientia pertinax in non parendo noſtris monitionibus & mandatis, ac ſcandala & pericula plurima, quæ præmiſſorum impunitas & dilata juſtitia probabiliter minabantur, ſuper præmiſſis exigerent contra eundem, de remedio celeri mediante juſtitia, provideri. Nos tamen adhuc experiri volentes utrum per viam manſuetndinis ipſum poſſemus a tam pericculoſo devio revocare, a publicatione ſeu impoſitione pœnarum quibus ſe propterea obnoxium fecerat, præterquam excommunicationis ſententiæ per nos in eum, niſi noſtris pareret monitionibus ut præmittitur, promulgatæ duximus abſtinendum. Quam quidem excommunicationis ſententiam eumdem Ludovicum de eorumdem fratrum conſilio, aſtante multitudine copioſa fidelium declaravimus incurriſſe, & nihilominus cum prædictam excommunicationis pœnam non ſufficere videremus, ipſum per adjectionem pœnarum aliarum a tam pernicioſo devio revocare volentes dicta die de fratrum eorumdem conſilio ipſum Ludovicum per noſtrum edictum publicum ſolenniter monuimus & auctoritate prædicta ſibi ſub pœna privationis omnis juris, ſi quod ei ex ſua electione prædicta, ad dicta regnum & imperium competebat, quam ſi monitioni & mandato hujusmodi efficaciter non pareret, eum incurrere voluimus ipſo facto eidem diſtrictius duximus injungendum, ut infra trium menſium ſpatium a dicta die in antea computandum ab intitulatione & denominatione regali hujusmodi per eum indebite uſurpatis & adminiſtratione regni & imperii prædicto-

dictorum, ac rerum & jurium eorumdem penitus abstineret se Regem Romanorum, non intitulando nec denominando, nec describendo ulterius nec per se, nec per alios, quantum in eo foret tali intitulari, vel describi titulo seu nomine, faciendo denominationem & intitulationem prædictas & adminstrationem prædictam non usurpaturus ulterius nisi si & quando electionem prædictam & personam ipsius per eamdem sedem approbari contingeret & admitti & fautoria quoque & defensione tam dictorum hæreticorum Mediolanensium, quam Ferrariensium, videlicet Raynaldi & Opizonis olim Marchionum Estensium de hæresi similiter damnatorum rebellium Dei & ecclesiæ supra dictæ abstineret omnino nec non & fidelitati & homagio, quæ ratione civitatis Ferrariensis ad plenum jus proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinentis præsumserat, de facto recipere ab eisdem prorsus renuntiaret & publice ac a se illa abjiceret quasi sibi nunquam præstita extitissent, nec ratione illorum in civitate prædicta ejusque districtu vel civibus ac districtualibus eorumdem, aliquid sibi juris præsumeret usurpare, sed potius prædicta omnia usurpata, præsumta, & per ipsum sub denominatione & intitulatione prædictis, seu colore vel occasione ipsorum quomodolibet attentata, curaret infra dictum terminum prout sibi foret possibile solenniter ac publice revocare ac parere prædictis nostris monitionibus & mandatis ac ad ejusdem Ecclesiæ redire gremium de offensionibus & injuriis supradictis satisfactionem debitam impensurus nosque de his omnibus infra prædictum terminum per litteras authenticas vel instrumenta publica curaret certiores reddere. Et nihilominus infra eumdem terminum per se coram nobis vel procuratorem seu procuratores idoneos compareat super prædictis excessibus, offensionibus, & injuriis ac super pœna privationis juris, si quod sibi competebat vel competierat ad regnum seu imperium supradicta declaranda seu etiam infligenda nec non & super pœnis aliis quibus excessus, inobedientia & comtemtus prædicti obnoxium ipsum reddiderant, diffinitivam sententiam & nostrum beneplacitum, quantum nostrum pateretur officium, auditurus & aliud facturus & recepturus quod justitia svaderet. Quem quidem terminum eidem de dictorum fratrum consilio ad præmissa & præmissorum singula peremtorium esse voluimus, & eumdem sibi pro peremtorio duximus assignandum eidem apertius prædicentes, nos ad præmissa conjunctim vel divisim si nec veniret, nec mitteret prout videremus expediens, ejusdem non obstante absentia, processuros. Et ut præfati processus nostri ad ejusdem Ludovici & aliorum, quorum intererat communem notitiam devenirent, cartas sive membranas processus continentes eosdem in Avenionensis Ecclesiæ ostiis appendi fecimus seu affigi, quæ ipsos processus suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicarent, ut prædictus Ludovicus & alii quos processus ipsi contingebant nullam possent excusationem prætendere, quod ad eos minime pervenissent, vel quod ignorassent eosdem cum non esset verisimile, quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter esset omnibus publicatum. Eosdem quoque faciendo processus decrevimus auctoritate apostolica, quod ipsi processus præfatum Ludovicum & alios supradictos apprehenderent & arctarent ac si eisdem personaliter publicati & insinuati solenniter extitissent, constitutione quacumque apostolica in contrarium edita non obstante cum ad ejusdem Ludovici præsentiam pro ipsis processibus publicandis & insinuandis eisdem securus non pateret accessus nec possent commode singulorum quos tangebant auribus inculcari. Verum quia infra præfatum trium mensium spatium eidem Ludovico ad deponendum titulum regium & faciendum alia supradicta per nos peremtorium assignatum idem Ludovicus nec per se comparuerit, nec alius pro eodem, neque prædicta impleverit infra prædictum terminum, cum nec ea curaverit adimplere, sed illis potius pejora studuerit cumulare, nec nos per authenticas literas vel instrumenta publica reddiderit certiores, licet tunc merito potuissemus contra ipsum procedere ejus perpetua contumacia exigente, de benignitate tamen sedis apostolicæ ac de fratrum prædictorum consilio usque ad diem V. videlicet Idus Julii Pontificatus nostri anno octavo hora consistorii duximus exspectandum. Cumque nec infra prædictum terminum nec post usque ad dictam diem & hora consistorii de clementia sedis apostolicæ expectatus comparuisset ipse nec alius pro eodem, nec tunc etiam compareret de fratrum eorumdem consilio eundem Ludovicum reputavimus & declaravimus merito contumacem ejusque contumacia tam in non comparendo, quam in non acquiescendo nostris superius expressatis salutaribus monitis & mandatis, contumaciam auctamque considerantes attente ne deinceps plures traheret in sui erroris devium, ad quod sua tota ferri videbatur intentio & ne de tanta gloriaretur contumacia si justitia ulterius differretur omnino nos tam temerariis ausibus, tam periculosis excessibus tamque obstinatæ malitiæ Ludovici præfati otius cupientes occurrere; ne sero medicina ipsis procedentibus ulterius pareretur attendentes, quod ad excessus hujusmodi perpetrandos gloria tituli regii quem sibi temere usurparat incentivum tribuebat eidem ac in ipsis perseverandi fundamentum periculose nimium ministrabat; hanc ad Dei honorem & sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac totius catholici populi quietam pacem, ejusdemque Ludovici salutem prout exigebat justitia amputare volentes de fratrum ipsorum consilio memoratum Ludovicum

cum, qui propter excessus notorios contemtus quoque ac superadditas obstinatas contumacias supradictas, tam in non comparendo sibi præfixis terminis, quam in non parendo nostris salutaribus præceptis & monitis supradictis, regno & imperio prædictis reddidit multipliciter se indignum, quique propter suam protervam ambitionem & superbam proterviam a Deo ne regnaret vel imperaret erat abjectus ipsum Ludovicum omni jure, si quod sibi ex electione sua prædicta competeret seu competiisse poterat a Domino privatum denuntiavimus & ostendimus nosque ipsum jure præfato sententiando privatum declaravimus & privavimus: nihilominus ad cautelam de benignitate sedis apostolicæ & eorundem fratrum concilio supersedentes pro tunc a pœnis aliis quibus excessus prædicti reddiderunt ipsum obnoxium, cum ad illas infligendas vel declarandas inflictas potuissemus procedere juxta tenorem nostrorum processuum, justitia exigente reservantes nobis procedendi ad pœnas ipsas infligendas, seu inflictas declarandas conjunctim vel divisim; prout negotii qualitas exegerit ejusdemque Ludovici obedientia, vel inobedientia suaderet, & expediens videremus plenariam potestatem. Et quia si deinceps idem Ludovicus se regem Romanorum seu electum intitulare præsumeret seu administrationi regni vel imperii se ingerere attentaret ejus excessus & contumacia graviores existerent, quam ante nostram sententiam extitissent. Idcirco præsente multitudine fidelium copiosa, Ludovicum præfatum per nostrum edictum publicum monuimus, eidem nihilominus auctoritate apostolica districtius injungentes sub pœnis excommunicationis ac privationis feudorum, quæ ab Ecclesia Romana vel aliis seu imperio obtinebat, nec non & privilegiorum quorumcunque a sede apostolica vel Romanis imperatoribus eidem vel suis prædecessoribus, quatenus ejus commodum tangerent quomodolibet concessorum ne deinceps se Regem Romanorum vel electum intitulare præsumeret, nec administrationi regni sui vel Imperii se immisceret seu ingereret quoquo modo, a fautoria quoque prædicta desisteret realiter, nec eam ulterius reassumeret, ac quæ gerebat vel gesserat sub colore prædicti tituli regii temere usurpati revocaret, quantum esset sibi possibile, cum de jure non tenuissent velut attentata ab illo, cui jus non competierat faciendi, quæ & nos quatenus de facto processerant cassa; nulla & irrita nuntiantes, ea nihilominus cassamus, annullamus & irritamus ac cassa nulla & irrita duximus relaxanda. Quas pœnas & earum quamlibet ipsum incurrere voluimus ipso facto, si præmissa contemnet contumaciter adimplere ipsumque nihilominus citavimus per nostrum edictum publicum, ut Kal. Octobris tunc venturi proximo, vel sequenti die non feriata, si dies Kalendarum ipsarum existeret feriata, quam sibi peremtoriam de eorumdem fratrum consilio assignavimus per se vel per procuratorem compareret idoneum coram nobis, super pœnis aliis, quibus excessus prædicti reddebant ipsum obnoxium auditurus sententiam & facturus alias quod justitia suaderet: prædicentes eidem, quod sive veniret, aut mitteret, vel non veniret nec mitteret nos ad prædictam sententiam conjunctim vel divisim absque citatione procederemus alias prout expedire videremus in eodem processu, adjicientes expresse quod licet ex præsumtuosis & indebitis usurpationibus, injuriis, inobedientiis, culpis & excessibus prædicti Ludovici quadam necessitate compulsi fuissemus procedere taliter contra eum nequaquam nostræ intentionis seu propositi existebat, juri principum ecclesiasticorum & sæcularium ad quos electio Romanorum regis in futurum in imperatorem promovendi noscebatur spectare per processus nostros seu aliqua contenta in eis in aliquo derogare immo illud omnino illibatum eis volumus reservari. Et ut processus noster, ac omnia & singula in eodem contenta ad præfati Ludovici & omnium aliorum quorum interesset communem deduceretur notitiam cartas sive membranas processum continentes eundem in Ecclesiæ Avenionensis appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus fecimus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicarent, ut idem Ludovicus & alii quos processus ipse contingeret, nullam possent excusationem prætendere, quod ad eos non pervenisset vel quod ignorassent eumdem, cum non esset verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus existeret publicatum. Voluimus autem, & auctoritate apostolica decrevimus, quod processus ipse præfatum Ludovicum & alios quos tangere noscebatur apprehenderet & arctaret ac si eisdem personaliter & singulariter publicatus & intimatus solemniter extitisset, constitutione quacumque per prædecessores nostros, Romanos Pontifices in contrarium edita non obstante. Et quia memoratus Ludovicus nec tantis nec talibus remediis acquiescens a prædictis, videlicet usu regalis tituli administrationis immixtione regni Romanorum & imperii fautoria hæreticorum de Mediolano Raynaldi & Opizonis dudum Marchionum Estensium prædictorum, nec non & aliorum rebellium sanctæ matris Ecclesiæ noluit abstinere sed ea contumacius prosequens & de sui perversi obstinatione propositi glorians manifestiora circa præmissa exhibere non erubuit solito argumenta, sicut convocatio prædictorum hæreticorum de Mediolano & de Ferraria & universaliter omnium rebellium Ecclesiæ in partibus Italiæ per ipsum facta novissime in Tridento tractatusque diutius habitus cum eisdem quomodo posset Lombardiam ingredi in dictorum hæreticorum & aliorum rebellium Eccle-

Ecclesiæ præsidium & tutelam ac ut regni & imperii administrationem posset exercere plenius, & devotos sanctæ Ecclesiæ prægravare, immo exterminare liberius evidentius manifestant, nec non & quod divinis officiis audiendis, non absque contemtu clavium se ingerit, & in locis interdicto Ecclesiastico suppositis sic ligatus aliosque ad non servandum Ecclesiasticum interdictum velut in profundum malorum perductus inducere ac nonnunquam compellere non veretur, quotidie per amplius, in continuatione seu contumacia intumescens. Ne igitur ulterius glorietur vir tam reprobus suæ perversitatis opera absque condignis saltem in partem meritorum stipendiis præteriri: nos propter ejusdem Ludovici excessus detestabiles & culpas horrendas injustitias & injurias tanto continuatas & auctas tempore cum præmissa sint adeo notoria, quod nequeant aliqua tergiversatione celari, præsente hac multitudine copiosa fidelium, contra eum cogente conscientia & justitia exigente de fratrum nostrorum consilio procedentes ipsumque reputantes & declarantes merito contumacem denunciamus & declaramus ipsum Ludovicum privatum feudis omnibus, quæ a Romana Ecclesia vel Ecclesiis aliis seu ab imperio obtinebat & specialiter Ducatu Bavariæ, & omni jure, quod in eodem ducatu, seu ejus continuatione vel causa sibi competebat seu competere poterat quoquo modo exponendis vel concedendis catholicis, si prout & quando ac quibus vel de quibus sedes apostolica duxerit ordinandum principalis domini jure salvo, nec non & omnibus privilegiis apostolicis & imperialibus sibi seu ejus prædecessoribus indultis, quatenus ipsum contingere poterant, vel quomodolibet contingebant ipsumque privamus omnibus & singulis supradictis vasallos quoque ipsius a juramento fidelitatis & quolibet fidelitatis vinculo & homagio expressius nuntiantes eos absolutos. Et quia excommunicatus pro fautoria hæreticorum excommunicationis sententiam sustinuit per biennium & ultra animo indurato, idcirco declaramus præfatum Ludovicum fore manifestum hæreticorum fautorem, ipsumque pœnas omnes a canonibus inflictas talibus incurrisse. Rursus eumdem Ludovicum per præsens edictum publicum monemus tam sub excommunicationis, quam aliis spiritualibus & temporalibus pœnis, contra fautores & defensores hæreticorum per sacros canones impositis & inflictis, quas ipsum nisi monitioni nostræ hujusmodi paruerit cum effectu, incurrere voluimus ipso facto, ut a fautoria, defensione & adhæsione dictorum hæreticorum, eorumque fautorum, sequacium & valitorum desistat penitus, eis, vel eorum aliquibus de cetero quamdiu in sua perfidia & extra gratiam prædictæ sedis & communionem fidelium perstiterint nullatenus adhæsurus nec eos defensurus vel eisdem præstiturus per se vel per alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium consilium vel favorem, nec se regem Romanorum seu ducem Bavariæ intitulet vel appellet, nec se intitulari faciat vel etiam appellari ab administratione quoque regni vel imperii Romani & ducatus Bavariæ, ac rerum & jurium abstineat eorumdem, illa ulterius nullatenus resumturus. Et nihilominus ipsum per idem edictum de dictorum fratrum consilio citamus peremptorie, ut infra Kalendas Octobris proxime futuras, quem terminum sibi pro peremtorio assignamus, Apostolico conspectui se præsentet, super pœnis aliis, quibus excessus omnes prædicti eundem obnoxium reddiderunt, sententiam auditurus, ac facturus & recepturus quod justitia suadebit: expressius intimantes eidem quod sive infra prædictum terminum comparuerit sive non nos super prædictis, quæ adeo notoria sunt, quod non possunt aliqua tergiversatione celari, sicut suadebit justitia & expedire videbimus, procedemus ejus absentia non obstante. Præterea universis Christi fidelibus cujuscunque conditionis, præeminentiæ dignitatis aut status existant, etiamsi dignitate patriarchali, pontificali, aut alia superiori, vel inferiori, seu etiam regali præemineant, nec non & aliis quibuscunque personis ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus cujuscumque religionis seu ordinis, ducibus quoque, Marchionibus, comitibus, baronibus ac universitatibus, & communitatibus civitatum castrorum, villarum & aliorum locorum quorumlibet inhibemus & mandamus expresse, ne præfato Ludovico super iis, quæ ad administrationem regni vel imperii seu ducatus prædictorum pertinent quoquo modo, assistant, pareant seu intendant, aut præstent eidem per se vel per alium seu alios auxilium, consilium, vel favorem; nec sibi, tamquam regi seu duci Bavariæ pareant in aliquo, seu intendant quacumque occasione vel causa, etiam prætextu homagii aut fidelitatis, vel cujuslibet alterius præstiti juramenti, aut cujusvis colligationis, confœderationis, societatis, pactionis seu conventionis aut ligæ contractarum vel contrahendarum in posterum, quæ omnia cassamus, annullamus & irritamus cassa & irrita nuntiamus & pœnas ac juramenta prædicta, si qua super his intervenerint, relaxamus. Alioquin omnes singulares personas cujuscunque sint præeminentiæ conditionis & status, ecclesiastici vel mundani excommunicationis, in terras vero & loca eorum, nec non civitates, castra, villas & loca quæcunque alia ubilibet constituta, & universitates ipsorum, quæ inhibitiones hujusmodi præterire propria temeritate præsumerent, interdicti sententiis, quas & nunc proferimus, & ex tunc volumus & decernimus subjacere, præter alias pœnas in processibus nostris prædictis alias habitis, ut superius continetur, contentas, & contra tales inflictas, quas in sui roboris efficacia voluimus

luimus perdurare, easque innovamus, ac ratas & gratas habemus, ac de dictorum fratrum consilio ratas & firmas volumus & decernimus permanere, quarum absolutionem vel relaxationem soli Romano pontifici sicut alias reservavimus, in prædictis processibus reservamus. Ut autem processus hujusmodi ad ejusdem Ludovici & aliorum, quorum interest, communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eumdem in prædicti Avenionensis Ecclesiæ appendi vel affigi ostiis faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut prædictus Ludovicus & alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos non pervenerit, vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Ceterum volumus & auctoritate apostolica decernimus, quod dictus processus præfatum Ludovicum & alios supradictos apprehendat & arctet, ac si eisdem personaliter publicatus & intimatus solenniter extitisset, constitutione quacumque per Romanos pontifices, prædecessores nostros in contrarium edita non obstante: cum pro eodem publicando & insinuando processu ad ejusdem Ludovici præsentiam securus accessus non pateat, nec possit commode singulorum quos contingit auribus inculcari. Datum Avinione III. nonas Aprilis Pontificatus nostri anno undecimo.

XV.

Bulla Johannis XXII. Pontificis Max. qua Cives Romanos adhortatur, ut Ludovicum Bavarum, Rom. Imperat. cum asseclis Urbe expellant, ejusque partes deserant, d. d. 2. Kal. April. An. 1328.

Ad futuram rei memoriam. Quanquam nobis molestum merito sit, & grave aliquid proponere publice, per quod Romanus populus, peculiares Ecclesiæ Romanæ filii, pandantur in suam gloriam maculam posuisse: ad hoc tamen cogimur, tum quia ipsorum caremus præsentia, tum quia taciturnitas talium tam nobis quam ipsis esset periculum allatura. Sane dudum ad publicam notionem processus diversos & sententias contra Ludovicum olim ducem Bavariæ, & in discordia, sicut ferebatur, in regem Romanorum electum, in curia ipsos publicando fidelium præsente multitudine copiosa, quorum cartas seu membranas processus ipsos & sententias continentes, ecclesiæ Avenionensis affigi ostiis faciendo, ipsos quoque, qui ad omnes Archiepiscopos & eorum suffraganeos transmittendos, duximus deducendos; per quos utique clare patet, nos in ipsum Ludovicum primo excommunicationis sententiam, ejus variis & enormibus excessibus & contumacia exigentibus protulisse. Subsequenter autem contumacia ejus aucta, multiplicatisque excessibus variis, ipsum a jure, si quod sibi ex electione prædicta quæsitum fuerat, privavisse. Et cum contumacius agere & excessus superaddere non cessaret, ipsum privare curavimus ducatu prædicto Bavariæ, & omnibus privilegiis tam apostolicis quam imperialibus & feudis, quæ a Romana seu aliis Ecclesiis obtinebat. Et quia nec sic ad viam rediit veritatis, sed potius perversis intendens dogmatibus, viros hæreticos & erroneos ad suum admittens consortium, se ostendat hæreticum manifeste, citatusque ut super his veniret auditurus sententiam, & facturus, quod justitia svaderet, cum illa adeo essent notoria, quod non poterant tergiversatione aliqua occultari: ipse tamen mali sibi conscius comparere contemsit, propter quod cum nec postea compareret, diutius expectatus, nec alius pro eodem eumdem hæreticum declaravimus, ipsum velut hæreticum reprobantes, & sententialiter condemnantes, prout præmissa in nostris processibus fusius continentur. Deducto quoque dudum per facti evidentiam in publicam notionem, quod Ludovicus olim dux Bavariæ, ac in regem Romanorum in discordia tamen, ut dicebatur, electus, quique suis exigentibus demeritis, utroque, videlicet ducatu & jure, si quod ei ex electione hujusmodi acquisitum fuerat, privatus extiterat justitia exigente. Et adeo erat igne ambitionis succensus, quod vias non cessans quærere, per quas de facto saltem, cum de jure nequiret, ad imperialis posset conscendere solium dignitatis, hæreticos, aliosque rebelles sanctæ Dei Ecclesiæ in partibus Italiæ constitutos, illis diebus in Tridento ad suum consilium convocarat, in quo prædicti cum eodem Ludovico convenientes in unum contra sanctam Dei Ecclesiam, nos & fideles ejusdem in partibus Italiæ, & præcipue contra carissimum in Christo filium nostrum Robertum regem Siciliæ illustrem ac regnum prædictum ad Romanam Ecclesiam jure directi dominii pertinens, & quod a nobis & Romana Ecclesia in feudum idem rex obtinere noscitur, & pro eo noster & Romanæ Ecclesiæ existit, diversa iniisse dicebantur consilia, illaque pactis & juramentis illicitis firmavisse. Quodque ut conceptus suos iniquos hujusmodi in partum possent producere promptius, jam in Lombardiam Ludovicum prædictum deduxerant rebelles & hæretici supradicti, ut mutuo se juvantes rebelles ipsi sub umbra culminis per eundem Ludovicum indebite usurpandi, possent in suis perseverare rebellionibus & hæresibus libere, ac devotos Ecclesiæ de finibus illarum partium effugare, dictusque Ludovicus eorum fultus potentia, nomen regium, quod indebite

indebite usurpaverat, retinere posset liberius, ac imperiale nomen similiter usurpare. Nos tantis malis occurrere cupientes, cum ad eos tutus non pateret accessus, præsente multitudine fidelium copiosa, Ludovicum ipsum ac rebelles & hæreticos supradictos, quorum conversionem & salutem paterno more desideranter appetebamus & appetimus, per publicum edictum licet absentes commonere curavimus, & in Domino exhortari, ut a tam periculoso devio pedes suos studerent retrahere, ac in hac valle miseriæ sic ipsos in viam convertere veritatis & pacis, quod post hujus vitæ transitum immarcessibilem coronam gloriæ feliciter assequi mererentur. Et ut tam Ludovici quam aliorum prædictorum perversis occurramus conceptibus, eumdem Ludovicum, licet absentem, per nostrum edictum publicum, præsente multitudine fidelium copiosa monuimus, eidem nihilominus sub anathematis & pœnis aliis a jure quocumque seu constitutionibus nostris inflictis, seu comminatis, iis, qui titulum regium vel imperialem falso temeritate propria ausi sunt usurpare, aut se administrationi imperii immiscere, quæ ipso vacante, sicut ex nunc vacat, ad Romanam Ecclesiam noscitur pertinere, ipsam Ecclesiam in eadem administratione ausu temerario perturbando, vel etiam quantum in eis est spoliando; aut his, qui hæreticis, aut Ecclesiæ Romanæ rebellibus præsumunt contra Ecclesiam impendere consilium, auxilium, vel favorem, quasque infligunt jura iis, qui guerram movere præsumunt indebite, pacemque gratam cunctis mortalibus, perturbare, quasque imponunt pro maleficiis, quæ consueverunt subsequi ex prædictis. Quas omnes & singulas præter mortis & mutilationis membrorum supplicium se dictæ monitioni præsumeret temere non parere, ipso facto voluimus incurrere: districtius injungentes, ut infra duorum mensium spatium a data litterarum nostrarum numerandorum, nomen deponeret regium, seque Regem Romanorum non intitularet ulterius, nec per alios faceret quantum in eo esset tali intitulari titulo, vel etiam nominari: sigillumque curaret adjicere, ubi talis conscriptus esset titulus, nequaquam ulterius nec simile resumturus, nec administrationi eorundem regni seu imperii aut jurium eorumdem se ullo modo immiscere præsumeret; privilegia, immunitates, feuda, bona, seu jura quæcunque ad eadem regnum seu imperium pertinentia concedendo, nec tamquam rex Romanorum vel imperator quicquam tentaret agere, cum jus hoc sibi nequaquam competeret faciendi. Dominium quoque vel subjectionem in quascunque personas singulares vel terras ipsarum, vel potestariam, seu quamcunque rectoriam, sive officium quocunque nomine censeantur in civitate aliqua vel quovis loco alio, maxime in urbe Romana, seu in ipso regno Siciliæ assumere non tentaret; eidem nihilominus injungentes, ne contra Ecclesiam societatem, sive confœderationem aliquam contraheret, nec observaret qualitercunque contractam, nec non ut infra duorum mensium spatium numerandum a data literarum nostrarum, de tota exiret Italia, nequaquam ulterius, quousque ad obedientiam & gratiam Romanæ rediisset Ecclesiæ, reversurus: quodque sub titulo Regio vel imperiali non præsumeret aliquem vel aliquos ad partes aliquas, præsertim Italiæ, destinare. Universis quoque patriarchis, archiepiscopis & episcopis, ac aliis personis ecclesiasticis quibuscunque sub virtute obedientiæ & pœnis suspensionis ab officio & beneficio, quam ipsos incurrere voluimus ipso facto, nisi infra scriptæ inhibitioni nostræ efficaciter obedire studerent: nec non omnibus & singulis civitatibus, communitatibus & universitatibus, ac personis aliis singularibus quibuscunque, cujuscunque conditionis aut status existerent, etiamsi imperiali, seu regali, vel alia quacunque dignitate fulgerent, & specialiter hæreticis & rebellibus supradictis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis excommunicationis in personas & interdicti in terras eorum, quas ipsos incurrere voluimus ipso facto, si nostris obedire renuerent monitionibus & mandatis: nec non privationis privilegiorum quorumcunque apostolicorum & imperialium, ac feudorum, quæ ab Ecclesia, vel imperio obtinerent, inhibuimus, ne Ludovico prædicto in præmissis parerent, faverent, vel intenderent circa regni seu imperii regimen vel administrationem eorum contingentia favendo vel etiam assistendo, Privilegia, immunitates, feuda, vel jura quæcunque in eisdem regno, vel imperio ab eodem recipiendo, dominium, vel subjectionem aliquam tanquam regi seu in regem Romanorum electo, vel imperatori recognoscendo, terras, vel potestarias, rectorias seu alia officia quocunque nomine censerentur in civitate aliqua, vel quovis loco alio, maxime in urbe Romana, seu in regno vel terris aliis Romanæ Ecclesiæ subditis, aut alicujus partis Italiæ supradictis, ab ipso, vel sub ejus nomine recipiendo vel etiam exercendo: societatem quoque seu confœderationem aliquam cum eo contra Ecclesiam nequaquam contraherent, nec contractam per eum, seu cum eo faverent, vel observarent, nec consentirent etiam contrahendæ, nec retinendo ipsum, seu favendo quomodocunque vel qualitercunque in Italia eidem faverent, assisterent aut præstarent auxilium, cum armis vel sine armis, consilium vel favorem, publice vel occulte. A quibus quidem excommunicationis & interdicti sententiis nullus nisi duntaxat Romanus pontifex, præterquam in mortis articulo, prætextu cujusvis auctoritatis, seu privilegii quibusvis generaliter, vel specialiter sub quavis forma verborum concessi, eas valeret absolvere, vel etiam libe-

liberare. Quod si forte aliquem, vel aliquos de prædictis in dicto mortis articulo absolvi contingeret, nisi sanitate recepta sedi apostolicæ quamprimum commode possent, se præsentarent satisfacturi de præmissis juxta mandatum Romani pontificis, in prædictam relaberentur excommunicationis sententiam eo ipso. Aperte nihilominus prædicentes eisdem, quod contra prælatos & personas alias ecclesiasticas supradictas ad depositionem, privationem, & inhabilitationem prælationum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum quorumcunque suorum ecclesiasticorum: contra civitates vero, communitates, universitates, collegia, castra, loca seu villas ac personas singulares quascunque, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, status vel conditionis existerent, etiamsi imperiali, regali, vel alia dignitate quacunque fulgerent, quæ contra inhibitionem ac mandata nostra hujusmodi, directe vel indirecte, publice vel occulte præsumerent temere aliquid attentare, ad privationem Privilegiorum quorumcunque apostolicorum & imperialium ac feudorum, quæ a Romana, vel aliis Ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinerent, & alias procedere, conjunctim, vel divisim, intendebamus, absque citatione alia, prout facti qualitas exigeret, sicut & quando expediens videremus. Non obstantibus si prædictis, aut Ludovico præfato, seu quibusvis aliis per litteras apostolicas foret, sub quacunque forma verborum vel expressione concessum, vel concederetur inposterum, quod excommunicari, suspendi, vel eorum terræ seu loca interdici non possent, per litteras sedis ejusdem non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & quibusvis aliis privilegiis, constitutionibus seu indultis, quæ contra processum nostrum hujusmodi, eis vel aliorum alicui noluimus suffragari, sed ipsa potius quoad hæc viribus voluimus penitus vacuari. Ceterum colligationes, confœderationes, pactiones, societates ac ligas contra præmissa, vel præmissorum aliqua factas, vel initas inter quoscunque, sub quacunque forma vel expressione verborum, etiamsi pœnarum adjectione, juramentorum præstatione, vel quacunque firmitate vallatæ fuissent, utpote in divinæ Majestatis offensam, & contra jura & honorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac in damnum & præjudicium reipublicæ, & periculum animarum præsumtas, decrevimus nullas, cassas, irritas & inanes, ac nullius existere firmitatis, ac eas, quatenus processere de facto, revocavimus, cassavimus, irritavimus, dissolvimus & omnino viribus duximus vacuandas. Juramenta quoque super hoc præstita de apostolicæ potestatis plenitudine relaxamus, omnes & singulos, qui confœderationes, pactiones, & societates hujusmodi cum dicto Ludovico contra processus hujusmodi post dictum terminum præsumerent observare, prædictas excommunicationis ac alias pœnas & sententias incurrere voluimus ipso facto. Et ut processus noster hujusmodi ad ejusdem Ludovici & aliorum prædictorum, ceterorumque, quorum intererat, vel interesse poterat, communem deduceretur notitiam, cartas sive membranas processum continentes eundem in portis Avenionensis Ecclesiæ appendi vel affigi fecimus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicarent, ut prædictus Ludovicus & alii, quos processus ipse tangebat, nullam possent excusationem prætendere, quod ad eos non pervenisset, vel quod ignorassent eundem, cum non esset verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus fuerat publicatum. Voluimus autem, & auctoritate apostolica decrevimus, quod dictus processus præfatum Ludovicum & alios supradictos apprehenderet & arctaret, ac si eisdem personaliter publicatus & insinuatus solenniter extitisset. Constitutione quacunque per prædecessores nostros Romanos pontifices in contrarium edita non obstante, cum ad ejusdem Ludovici præsentiam pro eodem processu publicando & insinuando securus non pateret accessus, nec posset commode singulorum, quos tangebat, auribus inculcari. Licet autem processus prædicti in urbe fuerint publicati, tamen populus antedictus præfatum Ludovicum, hostem Dei, & Ecclesiæ persecutorem infestum, demoliri vineam Domini Sabaoth satagentem, stipatum viris apostatis, & hæreticis, ac nonnullis de fautoria, & aliquibus de hæresi condemnatis, de mense Januarii proxime præterito in eadem urbe recipere, ipsius capiti coronam imperialem per cunctos concives suos imponi facere; licet hoc etiam si verus in regem Romanorum electus, & per sedem apostolicam admissus & approbatus etiam existeret, ad ipsorum nequaquam pertineret officium, præsumserunt; nec his contenti, sed cumulantes potius mala malis, contra constitutionem felicis recordationis Nicolai, Papæ tertii prædecessoris nostri in urbis ejusdem favorem provide promulgatam, quæ incipit, *Fundamenta*, eidem Ludovico dictæ urbis annale dominium, senatum, vel regimen, sicut facti evidentia præmissa notoriat, concesserunt: non attendentes, quod concessionem hujusmodi, ac prædictorum assumtionem idem prædecessor nullam decrevit existere, ac omni robore firmitatis carere; quodque assumtores & assumtus consentiens assumtioni hujusmodi, nec non intendentes & obedientes eidem & in hoc dantes ipsis assumtoribus seu assumto auxilium, consilium vel favorem, publice vel occulte, cujuscunque dignitatis vel præeminentiæ, conditionis vel status existerent, excommunicationis sententiam incurrerent eo ipso. Et insuper prædicti populus Marsilium de Padua, & Johannem de Janduno viros utique

que pestiferos, reprobatos, & de hæresi sententialiter & publice condemnatos, doctrinas hæreticales, reprobatas & condemnatas dogmatisantes, publice prædicantes, in urbe receperunt prædicta, hæreticorum prædictorum prædicationes, & dogmatisationes nefarias audiendo, eisque parendo in suarum animarum periculum consilium, & favorem. Et quamvis excessuum prædictorum gravitas & enormitas suaderet, ut ad tantarum temeritatum audaciam corrigendam, ad executionem pœnarum in constitutione prædicta, nostrisque processibus & juribus aliis pro præmissis inflictarum, rigide procedere deberemus, paterna tamen pietas quæ consilium capi pro filiis postulat, & adhuc eorundem populi correctio debeat postulari, cum ipsorum magna pars perversis fuisse super prædictis seducta consiliis asseratur; & magna pars cleri & nobilium nec consenserint, sicut audivimus, nec consentiant perversis ac reprobis actibus supradictis. Præfatum itaque populum & singulares personas ipsius, præsente hac fidelium multitudine copiosa exhortamur in Domino, & monemus, iisdem nihilominus sub excommunicationis in personas singulares, & in ipsum populum interdicti pœnis & sententiis, quas non obstantibus privilegiis quibusvis eisdem sub quacunque forma verborum indultis, ipsos & eorum singulos qui nostris mandatis hujusmodi quomodolibet inobedientes extiterint, incurrere volumus ipso facto, districtius injungentes, ut considerantes attente prædecessorum suorum in fide ac devotione Ecclesiæ constantiam, quantumque præmissa derogarent famæ suæ & suam obfuscent gloriam, nec non quantis se periculis exposuerint per præmissa, quantumque divinam offenderent majestatem, de tantis excessibus resipiscant, ac dimisso devio, quod ducit ad mortem, infra Kalendas Julii proximi futuri, ad devotionem redire Ecclesiæ non omittant: eosdem insuper exhortantes & monentes, contra præfatum Ludovicum excommunicatum, & de hæresi, ut prædicitur, condemnatum tanquam Dei hostem, Ecclesiæ Romanæ rebellem, & abominandum desolationis idolum abhorrendo, ejusque semitas, quæ sequaces earum ducunt in præcipitium, summopere declinando, ab eadem urbe ipsiusque districtu, quantum in eis erit, expellere & ejicere studeant; nec eidem tanquam duci, regi vel imperatori, senatori, rectori, seu Domino pareant, obediant, faveant, vel intendant in urbe vel extra, quavis occasione, vel causa, quin potius subtracto sibi quovis commercio, subsidio & auxilio, exinde viriliter eliminare procurent, eidem imposterum quamdiu extra communionem fidelium & gratiam Romanæ Ecclesiæ fuerit, sicut nunc existere dinoscitur, nullatenus adhæsuri. Non obstantibus quibuscunque conventionibus, colligationibus, societatibus vel pactionibus factis cum ipso forsitan vel initis, etiamsi pœnis, obligationibus, juramentis, aut quibusvis aliis firmitatibus existerent roboratæ, quas velut contra bonum pacis, & in detrimentum reipublicæ, divinæque majestatis offensam, ac nostris processibus, monitionibus salubribus, & mandatis obvias, præsumtas temerariis ausibus & initas, cassas, nullas & irritas nuntiamus, easque cassamus & irritamus, sicut processerunt de facto, nihilominus ad cautelam pœnas adjectas, & juramenta super hoc præstita, cum ea vinculum iniquitatis esse non debeant, etiam relaxantes. Per hunc autem processum nostris aliis contradictum Ludovicum ejusque complices & fautores processibus diversis temporibus habitis præjudicare non intendimus, nec volumus in aliquo, sed eos potius & eorum singulos volumus in suo robore perdurare; nec nostræ intentionis existit, quod propter aliqua in præsenti processu contenta, divina celebrari durante interdicto ecclesiastico in Urbe jam dicta aliqui de Urbe ipsa participare cum eodem Ludovico & aliis excommunicatis valeant licite, nisi prout & quantum permittunt canonicæ sanctiones. Et ut processus noster hujusmodi ad eorundem populi & aliorum quorum interest, & interesse potest, communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eundem in Avenionensis Ecclesiæ appendi vel affigi ostiis faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut ipsi & alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos non pervenerit, vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Volentes insuper & auctoritate apostolica decernentes, quod dictus processus ipsos & alios, quos contingit, adeo apprehendat & arctet, ac si eisdem publicatus personaliter & insinuatus solenniter extitisset, constitutione quacunque prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum in contrarium edita non obstante cum pro ipso publicando & insinuando ad eos tutus accessus non pateat, nec posset commode singulorum auribus inculcari. Datum Avenione secundo Kalendas Aprilis anno duodecimo.

XVI.

Ejusdem Bulla, qua Coronationem Ludovici Bavari, Romæ susceptam, aliosque ejusdem conatus improbavit, inprimis collatam Castruccio Ducis Lucani dignitatem penitus rejecit, irritamque reddidit, d. d. 2. Kal. April. An. 1328.

AD certitudinem præsentium & memoriam futurorum. Dudum per facti evidentiam deducto in publicam notionem, quod Ludovicus olim Dux Bavariæ ac in re-

gem Romanorum, in discordia tamen, ut dicebatur, electus, quique suis exigentibus demeritis, utroque, videlicet ducatu & jure, si quod ei ex electione hujusmodi fuerat acquisitum, privatus extiterat justitia exigente, adeo erat igne ambitionis succensus, quod vias non cessans quærere per quas de facto saltem, cum de jure nequiret, ad imperialis posset conscendere solium dignitatis, hæreticos aliosque rebelles sanctæ Dei Ecclesiæ in partibus Italiæ constitutos, illis diebus in Tridento ad suum consilium convocavit, in quo prædicti cum eodem Ludovico convenientes in unum contra sanctam Dei Ecclesiam, nos, & fideles ejusdem in partibus Italiæ, & præcipue contra carissimum filium nostrum Robertum, Regem Siciliæ illustrem, ac regnum prædictum, ad Romanam Ecclesiam jure directi dominii pertinens, & quod a nobis & Romana Ecclesia in feudum idem rex obtinuisse noscitur, & pro eo noster & Romanæ Ecclesiæ vasallus existit, diversa iniisse consilia dicebatur, illaque pactis & juramentis illicitis firmavisse, quodque ut conceptus suos iniquos hujusmodi in partum possent perducere promtius, jam in Lombardiam Ludovicum prædictum deduxerunt rebelles & hæretici supradicti, ut mutuo se juvantes rebelles ipsi sub umbra culminis per eumdem Ludovicum indebite usurpati possent in suis perseverare rebellionibus & hæresibus libere, ac devotos Ecclesiæ de finibus illarum partium effugare: dictusque Ludovicus eorum fultus potentia, nomen regium, quod indebite usurpaverat, retinere posset liberius, ac imperiale nomen similiter usurpare. Nos tantis malis occurrere cupientes, cum ad eos tutus non pateret accessus præsente fidelium multitudine copiosa Ludovicum ipsum, ac hæreticos & rebelles supradictos, quorum conversionem & salutem paterno amore desideranter appetebamus, per publicum edictum, licet absentes commonere curavimus, & in Domino exhortari, ut a tam periculoso devio pedes suos studerent retrahere, ac in hac valle miseriæ sic in viam convertere veritatis & pacis, quod post hujus vitæ transitum immarcessibilis coronam gloriæ feliciter assequi mererentur. Et ut tam Ludovici, quam aliorum prædictorum perversis occurramus conceptibus, eundem Ludovicum, licet absentem, per nostrum edictum publicum, præsente fidelium multitudine copiosa, monuimus eidem nihilominus sub anathematis & pœnis aliis a jure quocumque seu constitutionibus nostris inflictis seu comminatis, his qui titulum regium vel imperiale, falso, temeritate propria ausi sunt usurpare, aut se administrationi Imperii immiscere, quæ, ipso vacante sicut & nunc vacat, ad Romanam Ecclesiam noscitur pertinere, ipsam Ecclesiam in eadem administratione ausu temerario perturbando, vel etiam quantum in eis est spoliando, aut iis, qui hæreticis & Ecclesiæ Romanæ rebellibus præsumunt contra Ecclesiam impendere consilium, auxilium, vel favorem, quasque infligunt jura his qui guerram movere præsumunt indebite, pacemque gratam cunctis mortalibus perturbare, quasque imponunt pro maleficiis quæ consueverunt subsequi ex prædictis, quas omnes & singulas, præter mortis & mutilationis membrorum supplicium, ipsum si prædictæ monitioni præsumeret temere non parere, ipso facto voluimus incurrisse, eidem districtius injungentes, ut infra duorum mensium spatium a data litterarum nostrarum numerandarum nomen deponeret regium, seque regem Romanorum non intitularet ulterius, nec per alios faceret, quantum in eo esset, intitulari tali titulo, vel etiam nominari, sigillumque curaret abjicere, ubi talis conscriptus esset titulus, nequaquam ipsum ulterius nec simile resumturus, nec administrationem regni seu imperii, aut jurium eorundem se ullo modo immiscere præsumeret; privilegia, immunitates, feuda, bona, seu jura quæcumque ad eadem regnum seu imperium pertinentia concedendo; nec tamquam rex Romanorum, vel imperator quicquam tentaret agere, cum jus hoc sibi non competeret faciendi. Dominium quoque vel subjectionem in quascunque personas singulares vel terras ipsarum, vel potestariam, seu quamcunque rectoriam, sive officium quocumque nomine censeantur, in civitate aliqua, vel quovis loco alio, maxime in urbe Romana, seu in ipso Regno Siciliæ assumere attentaret; eidem nihilominus injungentes, ne contra Ecclesiam societatem seu confœderationem aliquam contraheret, nec observaret qualitercumque contractam. Nec non ut infra duorum mensium spatium numerandum a data literarum nostrarum de tota exiret Italia, nequaquam ulterius quousque ad obedientiam & gratiam Romanæ rediisset Ecclesiæ, reversurus. Quodque sub titulo regio, vel imperiali non præsumeret aliquem vel aliquos ad partes aliquas præsertim Italiæ destinare. Universis quoque patriarchis, archiepiscopis & episcopis, & aliis personis ecclesiasticis quibuscumque sub virtute obedientiæ & pœnis suspensionis ab officio & beneficio, quas ipsos incurrere voluimus ipso facto, nisi ipsa infra scriptæ monitioni nostræ efficaciter obedire studerent. Nec non omnibus & singulis civitatibus, communitatibus & universitatibus, ac personis aliis singularibus quibuscumque, cujuscunque conditionis, aut status existerent, etiamsi regali, seu imperiali, vel alia quacunque dignitate fulgerent, ac specialiter hæreticis & rebellibus supradictis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis excommunicationis in personas, & interdicti in terras, eorum, quas ipsos incurrere voluimus ipso facto, si nostris renuerent obedire monitionibus & mandatis; nec non privationis privilegiorum quorumcumque apostolicorum & imperialium, ac feudorum

quæ

quæ ab Ecclesia, vel imperio obtinebant, expresse duximus inhibendum, ne Ludovico ipsi in præmissis parerent, faverent & intenderent eidem, circa regni seu imperii regimen vel administrationem eorum contingentia, favendo, vel etiam assistendo. Privilegia, immunitates, feuda, vel jura quæcunque in eisdem regno, vel imperio ab eodem recipiendo dominium vel subjectionem aliquam tamquam regi seu in regem Romanorum electo vel imperatori recognoscendo vel impendendo, terras, potestarias, rectorias, seu alia officia quocunque censeantur nomine in civitate aliqua, vel quovis loco alio, maxime in urbe Romana, seu in regno Siciliæ, vel terris aliis Romanæ Ecclesiæ subditis, aut alicujus partis Italiæ supradictis ab ipso, vel sub ejus nomine recipiendo, vel etiam exercendo. Societatem quoque seu confœderationem aliquam cum eo contra Ecclesiam nequaquam contraherent, nec contractam per eum, seu cum eo foverent, vel observarent, nec consentirent etiam contrahendæ, nec retinendo ipsum, seu fovendo quomodocumque, vel qualitercumque in Italia eidem faverent, assisterent, aut præstarent auxilium cum armis vel sine armis, consilium vel favorem, publice vel occulte. A quibus quidem excommunicationis & interdicti sententiis nullus nisi duntaxat Romanus Pontifex, præterquam in mortis articulo, prætextu cujusvis auctoritatis seu privilegii generaliter vel specialiter sub quavis forma verborum concessi, eas valeret absolvere, vel etiam liberare. Quod si forte aliquem vel aliquos de prædictis in dicto mortis articulo absolvi contingeret, nisi sanitate recepta, sedi apostolicæ, quam primum commode possent se præsentare curarent, satisfacturi de præmissis juxta mandatum Romani Pontificis, in prædictam relaberentur excommunicationis sententiam ipso facto. Aperte nihilominus prædicentes, quod contra prælatos & personas alias ecclesiasticas supradictas, ad depositionem, privationem, & inhabilitationem prælationum, dignitatum, officiorum & beneficiorum suorum ecclesiasticorum quorumcumque: contra civitates vero, communitates, universitates, collegia, castra, loca seu villas, & personas singulares quascunque, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, vel conditionis existerent, etiamsi imperiali, regali, vel alia dignitate quacunque fulgerent, quæ contra inhibitionem, monitionem & mandata nostra hujusmodi, directe vel indirecte, publice vel occulte, præsumerent temere aliquid attentare, ad privationem privilegiorum apostolicorum, & imperialium ac feudorum, quæ a Romana, vel aliis ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinerent, & alias procedere conjunctim vel divisim, intendebamus absque citatione alia, prout facti exigeret qualitas, sicut & quando expediens videremus, non obstante supradictis, aut Ludovico præfato, seu quibusvis aliis per litteras apostolicas foret sub quacunque forma verborum, vel expressione concessum vel concederetur inposterum quod excommunicari, suspendi, vel eorum terræ, seu loca interdici non possent per litteras sedis ejusdem non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibusvis aliis privilegiis, constitutionibus seu indultis, quæ contra processum nostrum hujusmodi eis vel eorum alicui nolumus suffragari, sed ipsa quoad hæc viribus volumus penitus vacuari. Ceterum colligationes, confœderationes, pactiones, societates, ac ligas contra præmissa, vel præmissorum aliquod factas vel initas inter quoscumque sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi pœnarum adjectione, juramentorum præstatione, vel quocunque firmitate vallatæ fuissent, utpote in divinæ majestatis offensam, ac contra jura & honorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac in damnum & præjudicium reipublicæ & periculum animarum præsumtas, decernimus nullas, cassas, irritas & inanes, ac nullius existere firmitatis, & eas quatenus de facto processerant revocavimus, cassavimus, irritavimus, dissolvimus & omnino diximus viribus vacuandas. Juramenta quoque super hoc præstita de apostolicæ potestatis plenitudine relaxavimus, omnes & singulos, qui confœderationes, pactiones, & societates hujusmodi cum dicto Ludovico contra processus hujusmodi post dictum terminum præsumerent observare, prædictas excommunicationis ac alias pœnas & sententias incurrere volumus ipso facto. Et ut processus noster prædictus ad ejusdem Ludovici & aliorum prædictorum ceterorumque, quorum intererat, vel interesse poterat, communem notitiam deveniret, cartas sive membranas processum continentes eundem in portis Avenionensis ecclesiæ appendi, vel affigi fecimus quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicarent, ut prædictus Ludovicus, & alii quos processus ipse tangebat nullam possent excusationem prætendere, quod ad eos non pervenisset, vel quod ignorassent eumdem, cum non esset verisimile remanere quoad ipsos incognitum, vel occultum, quod publicabatur omnibus tam patenter. Volumus autem, & auctoritate apostolica decrevimus, quod dictus processus præfatum Ludovicum & alios supradictos apprehenderet & arctaret, ac si eisdem personaliter publicatus & insinuatus solemniter extitisset, constitutione quacumque per prædecessores nostros Romanos pontifices in contrarium edita non obstante, cum ad ejusdem Ludovici præsentiam pro eodem processu, publicando & insinuando securus non pateret accessus, nec posset commode singulorum, quos tangebat, auribus inculcari. Sane quia Ludovicus prædictus, quod dolentes referimus, timore divino ac humano pudore procul

cul

cul abjectis, tamquam in profundum devenerit peccatorum, irritare regem Regum & Dominum dominantium non formidans, nostris spretis salutaribus monitis ac pœnis in contemtum deductis, conceptus suos perversos prosequens, Mediolanumque veniens, hæreticorum ac fautorum ipsorum caterva vallatus, in eadem civitate de hæreticorum manibus, indignus & inhabilis ab indignis coronam assumere ferream, quam veri electi in reges Romanorum & admissi per sedem apostolicam consueverunt recipere, non expavit: ac exinde versus civitatem Pisanam infelices gressus suos dirigens, & eam ingrediens, ac in ea per plures dies moram trahens, cives ejusdem ac ecclesias & personas ecclesiasticas multipliciter aggravavit, & immaniter aggravare non cessat. Et exinde ad civitatem Lucanam accedens, Castrutium de Interminellis, virum utique diversarum excommunicationum sententiis innodatum, qui civitatem ipsam detinebat tyrannice occupatam, ac de fautoria hæreticorum per suos competentes judices condemnatum, ducem Lucanum de facto, cum nec jus faciendi sibi competeret, nec ipse Castrutius esset capax hujusmodi dignitatis, nec alterius, publice ordinavit. Qui quidem Castrutius, Lucanum se ducem nominans, terras Lucanas, ut dux, administrare cœpit indebite & injuste. Ac etiam inde Pisas rediens, & versus urbem dirigens gressus suos, in eadem a certis civibus dictæ urbis deputatis, ut fertur, a populo coronam imperialem de facto recipere, cum ad illam non esset idoneus, nec ipsi populo, etiamsi verus in regem Romanorum electus per sedem apostolicam approbatus existeret, jus ipsam competeret conferendi. Inunctionem quoque, immo verius exsecrationem, a quodam schismatico recipere non expavit. Dominium insuper, senatum seu regimen civitatis ejusdem, eidem Ludovico tamquam regi seu imperatori usque ad annum donavit & concessit, seu ad illud eundem Ludovicum assumsit populus antedictus: ipseque Ludovicus assumtioni seu concessioni consentiens antedictæ, ipsum per se vel alium exercuit vel exercere præsumit, non attendens, quod felicis recordationis Nicolaus papa tertius prædecessor noster per constitutionem suam, quæ incipit, *fundamenta*, districtius interdixit, quod nullus imperator, vel Rex Romanorum, aut alius Imperator, vel Rex, princeps, marchio, dux vel comes, in senatorem, capitaneum, Patritium aut rectorem, vel ad ejusdem urbis regimen seu officium nominetur, eligatur, seu etiam aliter assumatur, absque licentia sedis apostolicæ speciali, per ipsius speciales litteras concessionem hujusmodi exprimentes. Decernens nominationem, electionem & assumtionem in contrarium attentatas nullas esse, ac ipsas carere omni robore firmitatis; & non solum nominatores, electores, & assumtores, verum etiam nominatos, electos, si hujusmodi nominationi, electioni seu assumtioni consentirent, aut se de ipsis intromittere quomodolibet attentarent: intendentes quoque, & obedientes eisdem, & in hoc dantes ipsis nominatoribus, electoribus, assumtoribus, ac nominatis, electis vel assumtis auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte; cujuscumque dignitatis, præeminentiæ, conditionis aut status existerent, sententiam excommunicationis incurrerent eo ipso, a qua præterquam in mortis articulo absolvi non possent, nisi per summum pontificem, vel ipsius petita & obtenta licentia speciali; ac nihilominus ipsos nominatos, electos seu assumtos si contra constitutionem prædictam hujusmodi nominationi, electioni, vel assumtioni consentire præsumerent, aut se ingererent quoquomodo, eorumque posteros in perpetuum omnibus feudis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus & gratiis, quas a prædicta seu aliis tenerent ecclesiis, censuit esse privatos. Ita quod illi ad quos eorum collatio, concessio, seu dispositio pertineret, resumendi ea, retinendi, concedendi, seu conferendi aliis, aut de ipsis disponendi, prout pertineret ad eos, haberent liberam facultatem. Et insuper idem prædecessor noster mandata, præcepta, ordinationes, & statuta quælibet, quæ fecissent, omnes quoque sententias quas tulissent, & quicquid penitus in contractibus & obligationibus, seu quibuscumque aliis, urbis nomine, vel tanquam senatores, capitanei, patritii, aut rectores vel officiales, ipsius egissent, irrita prorsus & vacua nunciavit. Decrevit insuper prædecessor præfatus judices & tabelliones, qui super præmissis, aut eorum aliquibus contra dictæ constitutionis edictum patrocinari vel instrumenta conficere forte præsumerent, judicatus & tabellionatus officiis esse privatos. Ne igitur de tanta pertinacia & contemtu Ludovicus prædictus valeat gloriari, nec tam nefandorum factorum perversitas transeat præsumtoribus in exemplum, cum præmissa sint adeo notoria, quod nulla possunt tergiversatione celari. Nos de fratrum nostrorum consilio declaramus ipsum prædictam anathematis & pœnas alias incurrisse, contentas in nostris processibus, & constitutione prædictis. Et nihilominus quicquid circa ipsum Ludovicum per inunctionem seu potius exsecrationem & coronationes, quas in Mediolano & in urbe prædictis de facto recipere, seu verius usurpare, præsumsit, quas utique constat nullas esse, velut ab illo receptas qui prorsus indignus erat & inhabilis, & ab illis collatas quibus nequaquam jus impendendi talia competebat, cassas, nullas & irritas declaramus, ac ipsas in quantum de facto processerunt, cassamus & irritamus, ac viribus penitus vacuamus, ac insuper quælibet mandata, præcepta, ordinationes & statuta, ab ipso sub ducali vel comitali postquam illis privatas extitit, nec non regali,

gali, imperiali seu senatoris vel rectoris dictæ urbis titulo, data sive facta, omnesque sententias & confirmationes, innovationes, seu approbationes, nec non & renovationes privilegiorum, seu cassationes eorum, ab ipso anno ante coronationem & inunctionem, seu exsecrationem prædictas, vel post in urbe prædicta vel alibi ubicumque contra quascunque communitates seu universitates ac personas quascumque ecclesiasticas vel mundanas, cujuscumque status, vel conditionis existerent, etiamsi regali dignitate pollerent, & specialiter contra prædictum regem Siciliæ, regnum seu terras ejusdem per se, vel alium promulgatas seu factas, & quicquid penitus in contractibus, & obligationibus, donationibus, privilegiorum concessionibus, vel alia qualitercumque tanquam dux, comes, rex, vel imperator, seu urbis senator, dominus rector, vel administrator ubicumque egerit, vel illum contingeret agere in futurum, ex nunc vacua, cassa, nulla,& irrita nunciamus, illaque nihilominus, quatenus de facto processerunt, cassamus & irritamus, ac viribus vacuamus. Et specialiter ordinationem dicti Castrutii in ducem Lucanum cassam, nullam & irritam declaramus, ac ipsam quatenus de facto processit cassamus, irritamus, & prorsus viribus vacuamus. Et quia idem Castrucius dux factus de facto, ut prædicitur, senatoris in urbe recepit dignitatem seu officium, ac comitis Palatini, ipsaque exercuit publice ac notorie contra constitutionem prædecessoris nostri prædicti, declaramus juxta ejusdem constitutionis tenorem, electionem, nominationem, seu assumtionem ejusdem ad dictum senatoris officium, & comitatus prædicti nullas esse, ipsasque carere omni robore firmitatis, & quatenus processere de facto, cassas, nullas, & irritas nuntiamus, ac eumdem Castrutium in excommunicationis sententiam declaramus, & tam ipsum quam ejus posteros in alias pœnas contentas in constitutione prædicta juxta tenorem ipsius & continentiam incidisse: ac insuper quælibet mandata, præcepta, ordinationes,& statuta ab eodem Castrutio dicta sive facta, omnesque sententias ab eodem senatorio nomine, ducali, & comitali, seu quovis alio in urbe prædicta, vel alibi ubicumque contra quascumque communitates, vel universitates ac personas quascumque ecclesiasticas vel mundanas, per se vel alium promulgatas, & quævis alia, quæ tanquam Dux, comes, vel senator egerit, vel contingeret eum agere in futurum, ex nunc vacua, cassa, nulla, & irrita nuntiamus, illaque nihilominus, quatenus processere de facto, cassamus, irritamus & omnino viribus vacuamus. Quanquam enim dictus Ludovicus nec dux, nec comes, nec rex, nec imperator, nec præfatus Castrutius dux, nec comes existant; quia tamen se gerunt pro talibus, eisque prædicta in urbe, sicut præmittitur, ut talibus sunt concessa, & ipsi eadem receperunt ut tales, non minus quam si tales existerent, debent tam ipsi quam concedentes pœnas incurrere supradictas. Rursus quia nonnulli Episcopi coronationi & exsecrationi dicti Ludovici causa honorandi eundem, ei assistendo & favendo interfuisse dicuntur, de eorundem fratrum consilio declaramus eos in excommunicationis & suspensionis ab officio & beneficio pœnas & sententias incidisse, ipsosque excommunicatos,& suspensos ab officio & beneficio nuntiamus, ac eos ab omni episcopali dignitate, & sacerdotali officio, suisque episcopatibus, & dignitatibus de eorumdem fratrum consilio deponimus & privamus, & reddimus nihilominus ad quascumque dignitates seu beneficia ecclesiastica obtinenda inhabiles & indignos. Alios autem prælatos & personas ecclesiasticas, qui contra inhibitiones & mandata prædicta eidem Ludovico adhæserunt, astiterunt, vel faverunt, excommunicationis & suspensionis ab officio & beneficio pœnas & sententias per processus nostros talibus inflictas incurrisse declaramus, ipsosque excommunicatos ac suspensos, propterea nuntiamus, ad privationis depositionis & inhabilitationis, ac alias pœnas & sententias, absque citatione, vel monitione alia processuri, prout eorum inobedientia exigeret & viderimus expedire. Universis quoque patriarchis, archiepiscopis & episcopis, aliisque personis ecclesiasticis quibuscumque in virtute obedientiæ, ac excommunicationis & suspensionis ab officio & beneficio, quas non parendo ipso facto incurrant, nec non privationis, depositionis, inhabilitationis prælationum, dignitatum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum pœnis & sententiis, & insuper omnibus & singulis civitatibus, terris & locis, ac universitatibus, communitatibus & personis aliis quibuscumque, cujuscumque conditionis aut status existant, etiamsi imperiali, regali, vel alia quacumque præemineant dignitate, sub excommunicationis in personas singulares & interdicti in civitates, terras, loca, eorumque communitates & universitates, quas nisi mandatis & monitionibus nostris paruerint, eos incurrere volumus ipso facto, nec non privationis privilegiorum quorumcumque apostolicorum & imperialium ac feudorum & bonorum, quæ ab eadem Romana, vel quibusvis aliis Ecclesiis, vel imperio obtinent, pœnis & sententiis mandamus & inhibemus expresse, ne prædicto Ludovico, tanquam duci vel comiti, regi seu imperatori, nec eidem Castrutio, tanquam duci, comiti, vel senatori pareant, obediant, vel intendant, nec eidem Ludovico, tanquam duci, comiti, regi seu imperatori, recognoscendo vel recipiendo terras, potestarias, rectorias, seu alia officia, quocunque nomine censeantur, in civitate vel loco aliquo adhæreant quoquo modo; nec aliquam societatem, ligam, vel confœderationem cum ipso contra ecclesiam contrahant, vel contractam observent, nec consentiant etiam contrahendæ, nec eidem faveant, assistant, seu præstent cum armis, vel sine armis auxilium, consilium & favorem, publice

vel occulte, a quibus quidem pœnis & sententiis per alium quam per Romanum Pontificem nullum posse volumus, nisi duntaxat in mortis articulo liberari. Eisdem & eorum singulis apertius nihilominus prædicentes quod ad inflictionem, publicationem, executionem & aggravationem dictarum pœnarum cunjunctim vel divisim, prout delinquentium excessuum enormitas exegerit & expedire videbimus, absque citatione, vel monitione alia, si, & quando, & quoties opportunum cognoverimus; procedemus. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, constitutionibus seu indultis, quæ contra processum nostrum hujusmodi nulli suffragari volumus, sed ea quoad hæc potius viribus vacuamus. Colligationes autem, pactiones, societates & ligas contra præmissa vel præmissorum aliqua factas, vel initas inter quoscumque sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi pœnarum adjectione, juramentorum præstatione, vel quacunque alia fuerint firmitate vallatæ, utpote in divinæ majestatis offensam, & contra honorem sanctæ matris Ecclesiæ, ac in damnum & præjudicium reipublicæ, animarumque periculum præsumtas, cassas, nullas, irritas ac inanes, nulliusque firmitatis existere declaramus, ipsas quatenus processerunt de facto, & juramenta super hoc præstita nihilominus relaxantes, dissolventes, & penitus viribus vacuantes. Ceterum præsentem processum ad Romanum populum extendi non intendimus, cum quoad ipsos duxerimus alium specialiter ordinandum. Et ut præsens processus noster ad prædictorum Ludovici, Castrucii, & aliorum quos tangit, seu quorum interest, vel interesse poterit in futurum, ad communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eumdem in Avenionensis Ecclesiæ ostiis faciemus appendi, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, ut præfati Ludovicus, Castrutius & alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos non pervenerit, vel quod ignorarint eumdem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Volentes nihilominus & auctoritate apostolica decernentes, quod dictus processus eosdem Ludovicum & Castrutium, ac alios supradictos apprehendat & arctet, ac si eisdem personaliter publicatus & insinuatus solemniter extitisset, quacumque constitutione per prædecessores nostros Romanos pontifices in contrarium edita non obstante, cum ad eorumdem præsentiam pro eodem processu publicando & insinuando securus accessus non pateat, nec posset commode singulorum auribus, quos tangere dinoscitur, inculcari. Datum Avenione secundo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno duodecimo.

XVII.

Ludovici Bavari, Rom. Imperatoris, Processus adversus Johannem XXII. Pontificem Max. institutus, quo hic pro hæretico & proscripto declaratur, d. d. 18. April. A. 1328.

Ludovicus, Dei gratia Romanorum Imperator & semper augustus ad perpetuam rei memoriam. Gloriosus Deus in sublimi dominantium Dominus, nulli secundus, qui universa propter semet ipsum operatus est, impiumque ad diem malum, sacerdotium & imperium independentem principians & conservans, ut hoc quidem divina exerceat illud autem, ut humanis præsideat, rempublicam sibi traditam recte ac magnifice gubernando, nos Ludovicum IV. Romanorum imperatorem semper Augustum imperialis culmine majestatis constitutum & in hoc quia nos in principem super hæreditatem suam inunxit, ut de manibus inimicorum suum populum liberemus exultans nos super gentes & regna ut pacis subversores disperdamus ubique, Zelatores vero ejusdem plantemus & ædificemus, creans fructum laborum nostrorum pacem iis qui longe & iis qui prope. Eapropter ex imperialis celsitudinis debito excessus enormes Jacobi de Caturco, qui nunc se Papam Johannem XXII. licet mendaciter asserere non veretur, dissimulatione diuturniori nullatenus sufferre valentes innato moti justitiæ Zelo nunc præeminentia majestatis Imperialis ad antra domum paternam, filiosque carissimos impuberes hostilium incursuum discriminibus jam actu expositos fortunæ periculis committentes celeri cursu in Italiam venimus ad sedem nostram præcipuam, Romam videlicet, properantes, quam divino suffulti auxilio pacifice attigimus nulla hostili resistentia præpediti, universis terrarum quas pertransivimus incolis ab omni damno atque disturbio præservatis. In qua siquidem urbe, divina opitulante providentia Cæsares diademate ac sceptro legitime susceptis per nostrum Romanum peculiarem populum urbi & orbi Dei ac nostra potentia invincibili præsidemus ut manus nostræ fortitudine triumphali rebelles, qui pro nunc a nobis suo domino naturali longe sunt, corripiamus potenter filiosque nostros ab angariis & persecutionibus tyrannicis insuperabili potestate & nostra efficaciter eruamus. Animadvertimus equidem hujuscemodi transgressiones rebellium ex violenta usurpatoris se nunc Papam nominantis falcem suam in alienam messem mittentis certa nequitia provenisse, quem elevatum ab instar Adoniæ filii Aggith exemplo David hactenus vero perpendimus, quod ferro necesse est, ut abscindantur vulnera, quæ fomentorum non senserunt medicinam. Prospeximus etiam, quod in immensum crescit impunita temeritas & facilitas veniæ dicto

Jacobo

Jacobo incentivum præstitit delinquendi, dum sibi de collectis inique thesauris currus fecit & equos adversus Christi ac nostri sacri imperii fideles sub specie subsidii terræ sanctæ thesauris inquam jam per multos annos de omnibus finibus ecclesiæ & talliis, seu quæstu a clero violenter extortis nec non simoniacis beneficiorum ecclesiasticorum distributionibus collatorum ætate vita & scientia penitus immeritis & indignis ac mentitis gratiis seu indulgentiis peccatorum, quas pro stipendiis pollicetur nefariis homicidis schismata pestifera effreni rebellione non desinens in nostro sacro imperio suis dolosis astutiis seminare, utens consilio & auxilio execrabilis Joab principis militiæ, scilicet cujuslibet fautoris dissidiorum, & ex Joab interpretatione, & hoc in personis principum secularium, præcipue dolosi Joab jam dudum propter crimen læsæ majestatis per felicis recordationis Henricum ultimum pœna præscriptionis damnati aliorumque principum quorumdam sibi toto posse & voce faventium in sacri destructione imperii, quod ad sublimationem Cornu Christi, id est liberæ professionis fidei catholicæ divinitus noscitur institutum, inhærens etiam consilio Abiathar sacerdotis, qui peccatum suscitans interpretatur, & hoc in personis ministrorum spiritualium seu Ecclesiasticorum, qui ad similitudinem filiorum Helii carnis crudæ seu cruentatæ violenti exactores existunt in effusione humani sanguinis ad mandata prædicti Jacobi se Papam configentis, utentes quinimmo abutentes gladio temporali, a quo tamen Dei & sanctorum patrum sanctionibus exclusi essent noscuntur, nescientes domum nec officium sacerdotum ad Dominum. Prophanat igitur in eisdem hic vir sanguinum sacerdotium Christi manus Cardinalium in Italia Legatorum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, aliorumque inferiorum graduum sanguine replendo homicidiis infinitis. Ex quibus profecto evidenter agnoscimus sacrum Imperium in defensione evangelii pacis a Deo ab æterno provisum per hunc mysticum antichristum, qui se Papam nominat, si, quod absit, effrenis ejus rabies ultra procederet, inreparabiliter exterminari. Iste nimirum vere dicitur mysticus antichristus, quoniam ipse fervet secundum operationem satanæ in omni seditione iniquitatis dissectione, quæ secundum Apostolum antichristi adventum præcedet, velut ejusdem præcursor immediatus indefesse satagit accelerare ad subversionem seu extinctionem fidei orthodoxæ, cæde crudelissima christicolarum innummerabilium quam antichristus potestate publicæ violentiæ perficiet hanc iste molitur sub specie mentitæ justitiæ cum notoria violentia consummare, dum non solum in Italia, verum etiam in plerisque locis confiniis Saracenorum, videlicet in regno Armeniæ & Ruthenorum, in diœcesi Cebertinensi succursum a Christi fidelibus dictorum confiniorum in foribus palatii hujus aspidis, Avinionensis videlicet, clamore valido per annos quinque miserabiliter imploratum perperam denegavit, &, proh dolor, aures humanæ refugiunt, observationem treugarum cum infidelibus in confinio Pruciæ præceptori generali domus sanctæ Mariæ Theutonicorum districtissime injunxit, illud agere in augmentum fidei Christianæ, licet mendaciter, se prætendens quod in ejusdem fidei conceperat notorium detrimentum. Ex hoc etenim pernicioso figmento quanta fuerit occisio fidelium in infantibus vagientibus in cunabulis in viris & mulieribus innumeris perfidorum mucronibus trucidatis multisque in perpetuum in captivitate adductis, & quanta lamentatio in sanctimonialibus & Deo dicatis virginibus defloratis, in viduis & maritatis post tergum manibus ligatis ad arbores violenter oppressis quanta insuper Ecclesiarum & sacramentorum maxime pretiosissimi ac venerandissimi sacri corporis Christi prophanatio facta fuerit dum ipsis lanceis perforatum & elevatum Christo ac omnibus christicolis blaspheme ac devienter exprobraverunt dicentes: Ecce Deus Christianorum Marchia Brandeburgensis plorans filios & filias lamentabiliter quærulatur. Factus est ergo iste persecutor nequissimus in domesticis prædo, plebis interemptor, occisor filiorum, in ipsos parricida, prout insuper facti alterius evidentia declaravit, dum galeas quamplurimas in subsidium catholici Regis Armeniæ ac totius sui populi contra Saracenos per magnificum Francorum Regem transmissas in occisionem christianorum nostro subjectorum imperio, Januensium videlicet callide ac dolose pervertit & nequiter usurpavit. Numquid ergo bene iste pseudopropheta in Apocalypsi describitur sub figura sedentis in equo ruffo, qui exivit, ut sumeret pacem de terra, & ut homines invicem se interficerent, terram proh dolor! inebrians cum Christi sanguine venam fontis pietatis & clementiæ funditus arefaciens; in qua tamen vena disciplinæ christianæ summa consistit. Ad huc pseudo iste se esse veritatis evangelicæ ac Dei ordinationis publicum subversorem evidentissime declaravit, dum doctrinam Christi & Apostolorum verbo traditam & exemplo firmatam de superioritate ac dominio ac gubernatione temporalium imperiali celsitudini debita & nostris fidelibus obedientiam legitimam transgredi præcepit, ipsam superioritatem sibi superbiæ fastibus usurpando, attentans, quamvis illicite, imperialem & sacerdotalem simul dignitatem & potestatem habere, quas Christus ipse in suppositis voluit esse distinctas, dum ostenso sibi numismate Cæsaris imagine figurato, ea quæ sunt cæsaris, dominationem videlicet temporalium, mensualis numismatis redditione signata Cæsari jussit reddi, quod quidem numisma in hujus dominationis evidentiam solum

lum imperiali auctoritate ubique cuditur & formatur. Ea vero quæ Dei sunt, Deo reddi præcepit adjiciens *& quæ sunt Dei Deo.* Amplius Christus ipse se nolle imperatoris & sacerdotis officium insimul ab ullo ejus vicario seu ministro possideri per facti evidentiam propalavit, dum ipse cui soli, quia verus Deus & verus homo, data fuit in cœlo & in terra universa potestas, regnum seu imperium terrenum & omne dominium temporalium a se penitus abdicavit, prout Johannes Evangelista testatur, ubi ait: *Jesus autem cum cognovisset, quod venturi essent, ut raperent eum & facerent eum Regem, fugit iterum in montem solus.* Quod & alibi Christus expressius innuit, ubi dicit: *Regnum meum non est de hoc mundo*, subjungens: Si de hoc mundo esset, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis. Et sequitur. Nunc autem regnum meum non est hic. Cui etiam Decretistæ asserunt dicentes: Papam non habere utramque jurisdictionem, quoniam a Deo & ipsa electione jurisdictionem & potestatem in temporalibus nos solus recipimus. Unde eo ipso quod sumus electi, sumus etiam confirmati nulla prorsus confirmatione fienda per hominem indigentes. Ex quibus hic veritatis evangelicæ & pacis ecclesiasticæ æmulus indefessus Jacobus antedictus notorie deprehensus est non ad voces propheticas, non ad sermones evangelicos, sed ad suum reprobum sensum, tanquam magister erroris seu hæresiarcha notorius, perfide recurrisse maxime in processibus immo potius excessibus contra sacrum Imperium in persona nostra perductis, in quibus convincitur evangelicæ veritatis, quantum ad potestates per Christum distinctas, impugnator & subversor notorius extitisse ipsosque suos vocatos processus nullos esse & nullius firmitatis efficaciam habuisse cogitur confiteri; præsertim cum dictus processus vocatos ea notorie injusta occasione confinxerit, quoniam sacrum imperium quoad temporalium administrationem, noluimus, sicut nec debuimus, recognoscere eidem fore subjectum. Sanctionibus itaque sanctorum patrum edocti, recognoscentes nos soli Deo reddituros rationem propter Ecclesiam quam pro Christo tuendam suscepimus, si pax seu disciplina Ecclesiæ salvatur, aut perturbetur universalis status Ecclesiæ sanctæ Dei ac sacri imperii per hunc schismaticum, Jacobum videlicet antedictum, a pace & disciplina destitutum restituere cupientes, ne sic inter nos christicolas pacis & concordiæ professores radix germinans fel & amaritudinem universalis schismatis, ob reverentiam & honorem sacrosanctæ Romæ & potius Ecclesiæ Dei ac in defensione fidei orthodoxæ, quam firmiter credimus, prout eadem mater nostra Ecclesia nos hodie erudit & hactenus erudivit, nec non in succursum cœtus venerabilium Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, omniumque spiritualium ministrorum ad correctionem furentis rabiei Jacobi sæpedicti summe necessarium, quia cum dictum collegium Cardinalium metu in constantem cadente totaque sacerdotum communitas metu privationis officiorum & beneficiorum hactenus efficere non potuit, nec adhuc efficit per sermonem doctrinæ nobisque incumbat, ut eum imperemus per debiti supplicii rigorem, propter notoriam dissipationem ecclesiasticæ disciplinæ, cui hæresiarcha præfatus invigilat indefesse, inspicientes, quod ille simoniacus electiones de pastoribus canonice factas scientia & vita seu honestate morum ac dogmate decoratis frequenter annullare præsumsit, ipsas cathedrales Ecclesias electionibus privando, suæque corruptæ voluntati contra Deum & juris ordinem reservando, quas etiam provisiones sibi ideo reservat, ne pastores vitæ irreprehensibilis, inquietorum correctores bonorumque operum doctrina & integritate exemplatores in Dei Ecclesia præficiantur, sed magis homines inhonesti, disciplinæ ecclesiasticæ notorii transgressores, omne illud quod legis, quod morum, quod sanctimoniæ in Christi ovibus corrumpentes, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, dum prohibita licita, & licita prohibita docent & asserunt, absolventes exemplo illius sui morbidi & vesani capitis, quos Deus ligat in homicidiis ac perjuriis per fautores hujus hæresiarchæ infinities perpetratis. Adhuc autem quod & ipsi Deo & justis hominibus non modicum displicet, hanc sanctissimam gentem & urbem Romanam videlicet, quam Christus ipse in gentem sanctam, genus electum, regale sacerdotium, & populum acquisitionis incommutabiliter elegit, sua personali residentia tota sui vicariatus duratione privavit contra expressam Christi prohibitionem & beati Petri Apostoli revocationem salubriter exemplatam, dum apparente sibi Christo & Petro interrogante: Domine quo vadis. Christus respondit: Vado Romam, iterum crucifigi: quamvis pro habenda illius Jacobi præsentia Romanus populus plures miserit ambassiatas solemnes. Nec iis contentus criminator iste contra hunc Christi peculiarem populum, tanquam contra perfidos crucem prædicat, nullo prorsus exigente crimine nec delicto populi antedicti, ipsumque innocentem populum iniquissimis processibus notorie diffamare præsumit. Quapropter, cum hic prævaricator nefarius divinæ dispositionis ordinem sacerdoti & imperio præstitum publice impugnaverit, statu sui vicariatus abutens enormiter dum gladio sanguinis uti præcepit pro gladio spiritus, quod est verbum Dei, hinc est quod Zelo justitiæ atque reipublicæ, quam exornare etiam ad optima quæque perducere concupiscimus, auctoritate nobis in hoc casu cælitus ordinata contra quoslibet fidei & veritatis sanctæ matris Ecclesiæ turbatores, quam siquidem auctoritatem divina volun-

voluntas, Petro Apostolo teste, regali seu imperiali præcellentiæ concessit in vindictam malorum laudem vero bonorum, propter quod etiam secundum Apostolum non sine causa gladium portamus, qui Dei minister & vindex in iram ejus, qui malum agit, existimus, præfatum Jacobum, cui cum sit veritatis evangelicæ notorius contradictor & manifeste hæreticus, purgatio canonica rigore juris nunquam est indicenda, prædecessorum nostrorum, videlicet Ottonis primi, qui cum clero & populo Romano Johannem XII. deposuit de papatu, & cum clero & populo de alio pastore urbi & orbi providit, & aliorum quamplurium Imperatorum vestigiis inhærere volentes, ipsum Jacobum in hæresi deprehensum, cum ex facti evidentia, quia hæresim publice prædicat, perfectionem altissimæ paupertatis in Christo penitus denegando, ex quo sequeretur Christum non fuisse perfectissimum viatorem, qua ex confessione propria, ut liquet ex iniquis & temerariis vocatis processibus ab ipso contra sacrum imperium in nostra persona factis in quibus profecto Dei ordinationi resistit sibique damnationem acquirit & se ipsum pro crimine læsæ majestatis reatu plectendum constituit, eo quod indigne gerit & gessit vicariatus officium ab eo tempore, quo in alterum criminum prædictorum noscitur notorie lapsus fuisse, a Christo privatum esse privatum fuisse denuntiamus nostræque imperialis auctoritatis sententia episcopatu Romanæ & universalis Ecclesiæ Dei seu papatu tenore præsentium privamus & ab eodem deponimus in his scriptis, sententia lata de communi consilio & assensu & requisitione cleri & populi Romani nostrorumque Principum & Ecclesiæ Prælatorum tam Alamannorum quam Italicorum & aliorum fidelium christianorum quam plurimorum moti nihilominus & inducti supplicationibus atque instantiis plurimis syndicorum cleri & populi Romani plenam ad hoc ejusdem cleri & populi habentium auctoritatem & liberam potestatem & speciale mandatum, prout apparet ex oblatis majestati nostræ Syndicatus eorum publicis instrumentis sigillis sæpedicti cleri & populi Romani signatis, quas quidem supplicationes & instantias, propter salutis nostræ dispendium noluimus, sicut nec debuimus recusare. Unde & sæpedictum Jacobum omnis ecclesiastici ordinis prærogativa nudatum & officio ac beneficio ecclesiastico spoliatum tenore præsentium subjicimus secularis nostrorum ministrorum arbitrio potestatis ab omnibus feudatariis & justitiariis nostri sacri Imperii, ubicumque deprehensus fuerit, velut hæreticum animadversione debita puniendum. Decernimus insuper auctoritate qua supra omnes vocatas sententias aut edicta cetera quoque pronuntiata vel pronuntianda sermone vel scripto per supradictum Jacobum de Caturco, aut ejus complices Legatos, officiales, sive ministros adversus nostros fideles seu nobis adhærentes Principes, Comites, collegia, & singulares personas, tamquam per hæreticum & læsæ majestatis crimine damnatum, aut hæretici seu sic damnati fautores, latas vel ferendas, harumque tam latarum quam ferendarum minime auctoritatem habentes nullas fuisse, nullas esse nullasque futuras nullamque sententiæ aut alterius scripti vel dicti quemquam obligantis habuisse vel habere aut habituras fore virtutem a tempore quo dictus Jacobus in alterum criminum prædictorum noscitur incidisse. Volentes rursum, prout viis juris dirigimur & cogimur de pastore catholico huic urbi & orbi una cum clero & populo Romano omni moræ superfluæ, dilatione postposita, providere, quemadmodum competere nobis de jure plenarie demonstravimus in præmissis præfatum Jacobum, tanquam in hæresi notorie deprehensum, præcipimus sub pœnis infrascriptis a christicolis omnibus inexcusabiliter evitari. Si qui autem deinceps, quod absit, ad ipsum sic damnatum favore, consilio, vel auxilio, credulitate, vel obedientia declinaverint, omnes tales, cujuscumque conditionis existant, tam Prælatos ecclesiasticos, quam Principes seculares, Barones, nobiles & ignobiles, quocumque nomine, seu titulo censeantur, qui ab hujusmodi contumacia infra unius mensis spatium quoad Italicos & infra duorum mensium quoad alios nostro imperio subjectos a publicatione præsentium revocari contempserint privatione omnium feudorum, quæ a sacro tenent imperio, quorum una medietas imperiali fisco, reliqua vero cameræ urbis Romanæ applicabitur, nostra præsenti sententia condemnamus, pœnasque proscriptionis rerum & personarum infligimus per præsentes. Omnes nihilominus libertates, immunitates atque privilegia per nos aut prædecessores nostros ipsis concessa cessantes tenore præsentium revocamus. Ad hujusmodi autem nostri imperialis edicti sive processus executionem efficacem sub pœna privationis rerum & personarum, nec non & sub pœna infamiæ perpetuæ, universos feudatarios ac justitiarios nostri sacri imperii a publicatione præsentium infra mensem quod ad Italicos & infra duos menses quoad alios nostro subjectos imperio volumus, decernimus, & statuimus irrevocabiliter obligari, ad quorum omnium notitiam testimonium atque fidem præsentem processum conscribi præcepimus & ipsum nostræ imperialis majestatis Bulla aurea signoque nostro imperiali consueto jussimus communiri; cui etiam ad fines prædictos sigilla cleri & populi Romani sunt apposita. Publicatus est autem iste processus coram clero & populo Romano, præsentibus testibus infrascriptis ad hoc specialiter vocatis videlicet Principibus tam ecclesiasticis quam secularibus, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, ingenuis,

genuis, nobilibus & ignobilibus nobis ibidem assistentibus, quorum nomina sigillatim, prolixitatem evitantes præsentibus noluimus explicari. Datum & actum extra basilicam Apostolorum principis beati Petri in urbe Romana cuncto clero & populo Romano in platea ibidem in parlamento publico congregato XVIII. die mensis Aprilis anno ab incarnatione Domini MCCCXXVIII. indictione XI. regni nostri anno XIV. imperii vero primo.

XVIII.

Ejusdem & Ordinum Sacri Rom. Imperii Decretum commune, quo Johannem XXII. Pontific. Maximum, Pontificia dignitate indignum judicarunt, & ex omnibus S. R. Imp. territoriis proscriptum ejecerunt, d. d. 18. April. An. 1328.

IMperator Ludovicus quartus, Cæsar Augustus, gentis humanæ, orbis Christiani custos, à Deo electus, germanis & veris Christianis salutem: cujus parandæ atque constituendæ gratia, relictis focis, aris, patria, genitali solo, pignoribus nondum adultis in Italiam transivi, ad caput mundi, Romam, sacrosancti Imperii domicilium, sedem nostram, pacifice summa omnium quiete, atque favore veni, ibique more majorum, veteri instituto consecrati Imperatoris prænomen, Cæsaris Augusti cognomen rite suscepimus, atque urbi & orbi Dei ope & armis, nostra potentia, victrici & insuperabili dextra præsidemus, excisuri nostro jure divinæ Majestati resistentes, pacis Christianæ violatores ense, quem ob id a supremo Imperatore acceptum gestamus. Hujusmodi autem tumultus atque turbæ discordiarum, perniciosissimaque mala inter Christianos, à malignis pontificatus maximi occupatoribus, alioqui fame & inedia morituris seri, & excitari solent. Dum alienis inhiant, alia usurpant, falcem protervum in messem non suam temere porrigunt, & quod ab altero postulant, in se recusant. Equidem hactenus, ut justitia atque æquitate superarem, connivi. Et quemadmodum pientissimum Davida, (cum filius ejus Adonias regnum ambiret, & adversus Salomonem sapientissimum, fratrem suum à Deo electum conspiraret) factitasse legimus, scelera patienter tulimus atque dissimulavimus. Verum ne tenuis & infirmi animi, ignoscendo malis, bonos omnes perditum eamus, lethalem ambitum, crimina perditissimorum (qui requiescere donec animi libidinem expleant, non solent) ad vivum ferro, amore Reipublicæ, cujus cura nobis à cœlesti Numine tradita est, resecabimus, lupo pellem ovinam jure nostro detrahemus, & ut paucis, missis ambagibus, rem aperiam, aures arrigite, favete, omnium res agitur: Universi vulgus sine auctoritate, sine gratia, domi atque foris venales sumus: majestas & auctoritas religionis, libertas, Imperiumque populi Christiani, leges, divina, humana prodita sunt hosti acerrimo. Quies in seditionibus, in pace turbæ sunt. Homines sceleratissimi, cruentis manibus, immani avaritia nocentissimi, & iidem superbissimi: itidem luxu effœminati, atque ambitione perditi, quibus fides, decus, pietas: postremo vitia, virtutes, honesta atque inhonesta, omnia quæstui sunt, arcem Reip. Christianæ occupant, tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt.

Caput factionis Jacobus ille de Barbarco, qui se Papam nominat, ingentem vim pecuniæ, quam undique a Christiana plebe fraudulenter corrasit, adversus sanctos Dei, imperio Christiano devotos, pugnantibus suasu Ruperti Reguli boni publici hostis, atque à D. Hainrico septimo Cæsare Augusto proscripti, expendit. Sicuti Abjathar sacerdos, ense Cæsareo nobis à cœli Numine commisso abutitur, temporalibus hujus seculi curis contra divinum præceptum incubat, regno mundano inhiat, sicuti pastor est personatus, ita mysticus est Anti-Christus, canis pellicula tectus, in gregem Christi lupina rabie grassatur: vendit scelera: inferos, superos, beneficia cœlestia cauponatur, cum Saracenis Armenios Christianos quinque annis continenter ejus opem implorantes, infestantibus, fœdus societatemque iniit. Borussorum primarium præsidem, diras, inferiasque comminatus, cum Lituanis, hostibus pietatis Christianæ acerrimis, atrocissimis latronibus, inducias facere coëgit, hosti regionem prodidit, fenestram invadendi Brandenburgenses Christianos aperuit. Lituani conjurati Barbari, ultro citro impune per fines Brandenburgensium commearunt: Christianos ferro, cæde extinxerunt: vagientes in cunis, in sinu par[entum] crudelissime contrucidati sunt. Templa, cœnobia, collegia sacerdotum, monachorum, compilata, incensa, eversa: Virgines sanctæ per vim stupratæ, hostia sacra (quod referens horresco) hasta transfixa, insultante hoste, hoc convicio sublata: En hic est Deus Christianorum! Liberi a complexu parentum, uxores maritorum ad ludibrium hostium abstractæ, captivorum greges, veluti pecudum abducti sunt. Adhuc Brandenburgensis populus vulnus acceptum luget. Atque hæc omnia scelere vicesimi secundi acta sunt.

Quin etiam classem a Franciæ occidentalis rege ad opem, Christianis Armeniæ incolis adversus Saracenos ferendam, comparatam, astu intercepit: eadem in Genuensium, qui devotissimi sunt Christiano Imperio, cæde abusus est. Imperatoriam Majestatem, auctoritatem Reip. temere contra placita Christi usurpando labefactat, polluit. Monstrum biceps, mundanus & spiritualis esse contendit. Christus Servator noster cui omnis potestas in cœlo atque terra data est, tamen Imperium atque regnum terrarum, a populo sibi oblatum suscipere detrectavit: regnum meum, inquit, non est in hoc mundo. Atque satis constat inter omnes divinæ

divinæ philosophiæ, legum & pontificii juris scientissimos, penes Pontificem Romanum nequaquam esse utramque dignitatem, sacram atque profanam. Omnis potestas ab immortali atque suprema est Majestate, cœleste beneficium, quod imperamus, non humanum est. Comitiali conventu delecti, suffragiis principalibus comprobati, mortalis cujuspiam adstipulatione, aliove hominis auctoramento nullo pacto indigemus. Sacrosanctum Rom. Imperium, cui Christus, comites ejus, obtemperarunt, & vectigales fuerunt, sacrificuli fastuosi beneficium esse pernegamus. Caput orbis terrarum a suprema cœli Majestate constituti, nulli mortalium, quatenus ad hujus Seculi Imperium attinet, rationem reddere debemus. Alia illius Jacobi pestilentissimi pessima facinora reticeo: sacrificulos, qui canes muti latrare non audent, pœnarum metu, ne veritatem dicant, perterritat. Crimen ambitus, sacrilegium, novumque aucupium, æs receptitium, & quod Avinione habitat, sæpius evocatus Romam migrare recusat. Quod omnibus bonis cordi non sit, velut levissima, missa facio, id quod ad nos spectat, agamus. Jus gladii divinitus nobis traditum ad eradicanda scelera exerceamus, obviam ire factionis potentiæ, utilitatis Reipublicæ amor, religionis atque pietas subigit.

Jacobum igitur antea a sacrarum literarum antistitibus hæresiarchen declaratum, ex consilii decreto, more majorum pontificatu submotum, atque a Christo repudiatum renunciamus. Habemus bonorum exempla, quibus nobis licere id facere, quod illi fecerunt, putamus. Otto primus cum populo Romano, sacerdotum ejus tribu, Johannem duodecimum ex albo Pontificum Romanorum ob scelera (quæ si ad flagitia vicesimi secundi comparaveris, ludus es,) erasit, alium pastorem urbi & orbi imposuit. Idem alios complures Imperatores, optimosque Principes fecisse, in Annales & fastos relatum est. Proinde Jacobum illum crimine veræ irreligiositatis, nota hæreseos antea a Franciscanis, cæterisque Theologis inustum, contemptorem paupertatis Christianæ, Imperii antichristi auctorem, jure nostro, consilio, sententia, consensu omnium Principum, Pontificum Germaniæ, Italiæ efflagitantibus sacerdotibus, populoque Rom. exauctoratum, abdicatum, hæreseos condemnatum declaramus, proscribimus, acta ejusdem rescindimus; Universi Christiani eundem in numero impiorum atque sceleratorum habeant: ab eo omnes decedant, aditum, sermonem defugiant, velut contagionem, ne quid incommodi accipiant, devitent. Eidem nullus honor communicetur, & ab his, quorum interest, opera detur, ut deprehensus more majorum puniatur. Quisquis adversus hæc fecerit, hostis Reip. esto. Nos confestim cum sacerdotum curia populoque Romano, Urbi atque orbi pastorem, communi consilio atque veterum instituto, juxta sacræ historiæ leges allegemus. Hoc edictum ab Imperatore, item sacerdotum senatu populoque Romano signatum est, publicatumque in celeberrimo mystarum, populi Rom. regulorum, dynastarum, tetrarcharum, flaminum, pontificum maximum minarum antistitum conventu. Datum & factum extra templum Augustissimum, divis Petro & Paulo legatis Christi dedicatum, octavo decimo die Aprilis, in urbe Romana, cunctis sacrificulis, universo populo Romano in regione pro concione publice ejus rei gratia coacto, Christianæ libertatis anno M. CCC. XXVIII. Invictissimi Imp. Ludovici IV. Cæsaris Augusti, Principis optimi, regni XIV. Imperii vero primo.

XIX.

Bulla Johannis XXII. Pontificis Max. qua Ludovicum Bavarum denuo hæreticum declarat, ejusque asseclas, & inprimis Provincias Italiæ in diplomate ipso in medium adductas, ut partes ipsius deserant, hortatur, d. d. 10. Kal. Novembr. A. 1328.

JOhannes episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dudum volentes certis dubiis, quæ inter nonnullos viros vertebantur scholasticos, finem dare, de fratrum nostrorum consilio duximus declarandum, quod pertinaciter affirmare, quod redemtori nostro & Domino Jesu Christo ejusque Apostolis, in his quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam jus ipsis utendi seu consumendi competierit, nec illa vendendi seu donandi jus habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi: quæ ipsos tamen de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit aperte, cum talis assertio ipsorum usum & gesta evidenter includeret, in præmissis non justa; quod utique de usu, gestis seu factis Redemtoris nostri Dei filii sentire nefas est, scripturæ sacræ contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum, assertionem ipsam pertinacem de fratrum eorumdem consilio, deinceps erroneam fore censendam, & hæreticam duximus declarandam. Ac subsequenter cum ad nostram notitiam fama publica perduxisset, quod nonnullorum mentes dicebatur pater mendacii adeo excæcasse, quod ausu nefando ac petulantia improba ausi fuerant defendere publice damnatam per constitutionem nostram prædictam hæresin ac etiam approbare; videlicet quod Christus & ejus Apostoli in his, quæ habuisse leguntur, tantum habuerunt absque jure aliquo simplicem usum facti. Ex quo si verum esset, sequeretur usum Christi fuisse non justum, quod profecto blasphemiam continet, & est Catholicæ fidei inimicum, cum hoc de pertinaci animositate ac erronea non esset dubium processisse, omnes & singulos, qui verbo ac scripto per se vel alium

seu

ſeu alios talia præſumſerant publice, ipſos quoque qui eos inſtruxerant in talibus, & ut præmiſſa facerent docuerunt, in hæreſin damnatam incidiſſe, ac evitandos fore, ut hæreticos, de fratrum noſtrorum conſilio, per noſtram conſtitutionem aliam, quæ incipit, *Quid quorundam*, duximus declarandos, prout in eisdem conſtitutionibus plenius continetur. Sane cum fama publica, nec non & inſinuatio tam verbalis quam litteralis plurium ſublimium perſonarum ad noſtrum perduxiſſet auditum, quod Ludovic. de Bavaria in diſcordia dudum in regem Romanorum, ut dicebatur, electus, velut in reprobum ſenſum datus, contra prædictam declarationem temere præſumſerat, facta mentione expreſſa de conſtitutione prædicta *cum inter*, contrarium aſſerere publice ac in ejus præſentia per alios, ut plures in ſui erroris devium traheret, facere publicari. Et ut ſua inſania in plurium notitiam perveniret, libellum quendam ſigillo ſuo in eodem appenſo, inter alia multa falſa & erronea, prædictam continentem hæreſim, videlicet quod Chriſto & apoſtolis in rebus quas habuerant, nullum jus competiit, ſed tantummodo uſus facti. Inſuper hoc adjecto, quod dicere contrarium hæreticum eſt cenſendum, prout etiam nos & plures ex fratribus noſtris in diverſis libellis prædicti Ludovici ejus ſigillo pendenti ſigillatis, vidimus contineri, per certos nuntios ad diverſos, civitates & principes Alemanniæ & Italiæ & aliarum partium, nec non & ad tyrannos & hæreticos partium prædictarum, curaverat transmittere libellum, ipſum affigi faciens in locis publicis, & exponi publice, ut haberet de tanta & tali inſania plures teſtes, ex quibus evidentius apparebat ipſum aſſeruiſſe pertinaciter eſſe catholicum, quod dicta conſtitutio hæreticum judicavit, ac fore hæreticum quod dicta conſtitutio catholicum declaravit, præcipue cum in eodem affirmaret libello, ſe in plurium præſentia juraſſe, præmiſſa omnia contenta in eodem libello ſe cedere eſſe vera. Et inſuper cumulans mala malis, duos viros nequam perditionis filios, ac maledictionis alumnos, quorum unus Marſilium de Padua, & alter Johannem de Janduno, ſe faciunt nominari, ad eundem Ludovicum, quem ſuis demeritis exigentibus, velut hæreticorum fautorem, & perſecutorem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac plurium atrocium aliorum exceſſuum patratorem, de fratrum ipſorum pronunciaveramus conſilio, jure ſi quod ſibi ex electione prædicta fuerat acquiſitum, greſſus ſuos propere dirigentes, ſibi librum quemdam erroribus plenum & variis hæreſibus non vacuum, ſicut multorum fide dignorum Catholicorum habebat aſſertio, præſentarant; quos errores & hæreſes in terra ipſius Ludovici & in ejus præſentia docere ſæpius præſumſerant publice ſicut habebat inſinuatio eorumdem. Quodque licet nonnulli viri Catholici, ſacris literis eruditi, eidem Ludovico dicerent doctrinam illam hæreticam ipſoſque Marſilium & Johannem fore velut hæreticos pronunciandos, periculoſumque ſibi fore tales ad ſui familiaritatem admittere, aut in terris ſuæ ditioni ſubditis ſuſtinere, ipſe tamen non acquieſcens eorum ſalutaribus monitis, velut credens illorum hæreſes, ipſos in ſuos familiares retinuerat, errores prædictos ac hæreſes publice dogmatiſare permittens: adhuc quod diverſis ligatus excommunicationum ſententiis in locis interdictis divina faciebat, etiam nonnunquam contra rectorum eccleſiarum & religioſorum voluntatem & beneplacitum, excommunicatis & interdictis præſentibus celebrari immo quantum in eo erat potius profanari: ex quibus vehementer præſumebatur, immo convincebatur potius, clavium Eccleſiæ ſanctæ Dei evidenter contemtor exiſtere, ac labe reſperſus hæreticæ pravitatis. Nos attendentes, quod juxta doctrinam Apoſtoli peccantes publice ſunt publice arguendi, ac utilitati publicæ expedire peccata nocentium deduci in publicam notionem, cum ad ipſum non eſſet tutus acceſſus, per quem noſtra poſſet ad eum redargutio per nuntios vel litteras pervenire, exceſſus ipſos multitudini nunc adſtantium fidelium, non abſque dolore ingenti animi referendos duximus, ut ſic ſaltem ad ejus notitiam noſtra poſſet circa exceſſus ipſos reprehenſio pervenire. Et licet juſtitia exigente tunc poſſemus ad ſententiam ſuper præmiſſis proferendam procedere contra ipſum, cum adeo præmiſſa forent notoria, quod nequirent tergiverſatione aliqua occultari: volentes tamen adhuc de benignitate aliqua expectare, an dimiſſis præfatis erroribus, ad ſinum ſanctæ matris Eccleſiæ & viam vellet ſe convertere veritatis, de fratrum eorumdem conſilio tertio nonas Aprilis proxime prædicti per edictum publicum citavimus præſente fidelium multitudine copioſa, ut infra Kalendas Octobris ex tunc proxime ſubſequentis coram nobis perſonaliter compareret, facturus ſuper præmiſſis quod ſuaderet ratio, & ſententiam auditurus, quem terminum eidem de fratrum præmiſſorum conſilio peremtorium duximus aſſignandum, prædicentes publice, quod ſive veniret ſive non veniret, ad proferendam ſententiam procederemur, & alias ſuper omnibus prædictis & ſingulis, conjunctim vel diviſim, prout videremus expediens, & juſtitia ſuaderet. Et ut proceſſus noſter prædictus ac omnia & ſingula in eodem contenta ad præfati Ludovici & omnium aliorum, quorum intererat, communem deduceretur notitiam, cartas ſive membranas proceſſum continentes eundem in eccleſiæ Avenionenſis appendi vel affigi oſtiis ſeu ſuperliminaribus fecimus quæ proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicarent, ut idem Ludovicus & alii, quos proceſſus ipſe tangebat, nullam poſſent excuſationem prætendere, quod ad eos non pervenerat, vel quod ignoraſſent eumdem, cum non eſſet veri-

verisimile, quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod publicatur omnibus tam patenter. Prædictum insuper citandi modum decernentes eligere, cum ut prædicitur ad dicti Ludovici præsentiam, propter viarum pericula, & alia discrimina varia, tutus minime pateret accessus, volentes & auctoritate apostolica de potestatis plenitudine decernentes, ut perinde processus dictæ citationis eumdem Ludovicum apprehenderet & arctaret, ac si eidem insinuatus personaliter & alias publicatus solemniter extitisset, constitutione quacunque per prædecessores nostros Romanos pontifices in contrarium edita non obstante. Sane cum dictus Ludovicus, quem ut prædicitur jure, si quod sibi ex electione prædicta acquisitum fuerat, privaveramus justitia exigente, ac subsequenter ejus aucta contumacia feudis omnibus, quæ a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu imperio obtinebat, & specialiter ducatu Bavariæ & omni jure, quod in eodem aut ejus occasione, vel causa sibi competebat, seu competere poterat quoquo modo. Nec non & omnibus privilegiis apostolicis & imperialibus sibi seu ejus prædecessoribus, quatenus ipsum tangere poterant, indultis, justo privaveramus judicio, quemque pro fautoria hæreticorum excommunicationis innodatum sententia, quam per biennium & ulterius indurato sustinuerat, sicut & adhuc sustinet animo, declaraveramus manifestum hæreticorum fautorem, & pœnas omnes a canonibus inflictas talibus incurrisse, prout hæc plenius in nostris processibus contra ipsum habitis continentur, infra præfixum sibi prædictum terminum jam elapsum comparere per se, vel alium non curarat, ipsum usque in crastinum hora consistorii duximus de fratrum nostrorum consilio expectandum. Et quia nec tunc comparuit, nec alius pro eodem, de fratrum eorumdem consilio reputavimus, & declaravimus contumacem. Et licet tunc cum præmissa adeo essent notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari, contra ipsum ad sententiam possemus procedere exigente justitia proferendam, ipsum tamen de benignitate apostolica usque ad præsentem diem hora consistorii de eorumdem fratrum consilio duximus expectandum. Et quoniam nec hac die hora jam dicta comparuit, nec comparet adhuc, nec aliquis pro eodem, nec ad correctionem prædictorum se disponit in aliquo; sed velut in profundum malorum perductus, mala malis superaddere offensasque offensis cumulare, ac iram Dei contra se provocare, fidelesque verbis & operibus persequi non omittit. Nos in prædictis læsionem fidei, patrum quoque sanctorum contemtum & probra, nec non & præsentium scandala variaque posterorum pericula attendentes, tantisque malis & periculis obviare salubriter cupientes, cum præmissa adeo sint notoria, quod nequeant tergiversatione aliqua occultari, præsente hac multitudine fidelium copiosa, ipsum reputantes & declarantes merito contumacem, Dei nomine invocato, de fratrum eorundem consilio, ipsum fore hæreticum declaramus, ipsasque assertiones per dictam constitutionem hæreticas, ut prædicitur, declaratas, & scripturas quascumque continentes easdem, nec non & ipsum Ludovicum velut hæreticum reprobamus, & sententialiter condemnamus. Si quis autem doctrinam seu assertiones prædictas defendere vel approbare præsumserit, cujuscunque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status existat, tanquam hæreticus ab omnibus confutetur. Et nihilominus ipsum Ludovicum bonis omnibus mobilibus & immobilibus, juribus, jurisdictionibus, & quibuscunque aliis, ubicumque sint, & quibuscumque nominibus censeantur, & specialiter comitatu palatinatus Rheni, & omni jure ratione, vel occasione illius, vel alio quovis modo ad eundem Ludovicum pertinentibus, habendi vocem in electione regis Romanorum in Imperatorem promovendi, seu in electione hujusmodi aliquem ad prædicta regnum vel imperium eligendi seu quomodolibet nominandi, privatum fore decernimus, & privamus, exponendis vel concedendis catholicis, si, prout, vel quando, ac quibus, vel de quibus sedes apostolica ordinandum duxerit, jure principalis dominii semper salvo, vasallos quoque ipsius, & quascumque alias tam ecclesiasticas, quam seculares personas, nec non communitates, universitates ac civitates, castra, terras, ac villas quæ sibi fidelitatis vel aliis quibuscumque juramentis tenentur adstricti, prorsus ab illis absolvimus, ac quascumque colligationes, confœderationes, societates, pactiones, & ligas, per quoscumque cum eodem contractas vel initas, etiamsi juramentis, pœnis vel aliis quibusvis firmitatibus essent innixæ, quatenus favorem aut commodum ipsius concernerent, de potestatis plenitudine penitus dissolvimus, ac pœnas adjectas, & juramenta super præstita relaxamus. Decernentes quasvis personas singulares, ac communitates, universitates, castra, villas, terras & oppida nequaquam teneri de cetero ad observationem earum vel cujuslibet earumdem. Universis & singulis etiam prælatis & personis ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, vel conditionis existant, etiamsi patriarchali, pontificali, aut majori seu inferiori præfulgeant dignitate, nec non regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, potestatibus, capitaneis, rectoribus & aliis dominis temporalibus, & qui aliquo titulo se præmissorum intitulant, licet jus non habeant in eisdem, ac communitatibus, universitatibus, civitatibus, castris & villis, & specialiter *Mediolanensi, Sagonensi, Cumanensi, Vercellensi, Pargamensi, Laudenensi, Cremonensi, Aretinensi, Novariensi, Papiensi, Mantuanæ, Ferrariensi, Vero-*

Veronensi, Lucanensi & aliis quibuscumque, inhibemus & mandamus expresse, ne prædicto Ludovico de hæresi, ut præmittitur, condemnato, adhærere, communicare, participare, vel favere, quomodocumque, directe vel indirecte, publice vel occulte præsumant, nec eidem portent, mittant, portari vel mitti faciant, aut procurent granum, vinum, aut quæcumque victualia, pannos, ligna, ferrum, arma, seu quævis mercimonia, pecuniam, vel quicquid aliud quod posset in ipsius utilitatem vel commodum redundare, ne societates, confœderationes, colligationes, pactiones, aut ligas quascumque cum eodem initas, vel contractas præsertim in ejus favorem, auxilium vel utilitatem, observent. Alioquin personas quascunque singulares excommunicationis; universitates vero, communitates & collegia, quæ postquam videlicet processus noster hujusmodi ad eorum pervenerit notitiam, vel pervenisse probabiliter potuerit, aut per ipsos steterit quo minus pervenerit ad eosdem, in hac parte offenderent quovis modo, nec non terras & loca quorumcumque circa prædicta delinquentium, interdicti sententiis, & generaliter pœnis omnibus, quibus fautores & defensores hæreticorum & adhærentes eisdem subjiciuntur a jure vel quibusvis constitutionibus, volumus & decernimus subjacere. Apertius prædicentes eisdem, nos ad earundem pœnarum declarationem & executionem contra delinquentes hujusmodi processuros specialiter, si, & quando, & quoties videbimus expedire. Non obstantibus si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facta plena & expressa ac de verbo ad verbum de indulgentiis hujusmodi mentione, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis & litteris apostolicis generalibus & specialibus, quibusvis personis, locis vel ordinibus, sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, etiamsi de illis esset specialis & expressa & de verbo ad verbum in præsentibus mentio facienda, per quæ nullum contra præmissa vel præmissorum aliquod volumus afferri suffragium vel obstaculum interponi. Ceterum processus tam contra dictum Ludovicum quam fautores & adhærentes ipsius per nos habitos, de fratrum eorundem consilio, ratos existere decernimus, eosque ratificamus, & ex certa scientia etiam approbamus. Ut autem sententia & processus præsentes hujusmodi ad dicti Ludovici & aliorum, quorum interest, communem notitiam deducantur, cartas, sive membranas, sententiam & processus continentes eosdem in ecclesiæ Avenionensis appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, quæ ipsos sententiam & processus suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt. Ita quod dictus Ludovicus & alii quos contingere dinoscuntur, nullam possint excusationem prætendere, quod ad eos non pervenerint, vel quod ignorarint eosdem, cum non sit verisimile, quoad ipsos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Avenione X. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno duodecimo.

XX.

Ludovici Bavari, Roman. Imperat. sententia lata contra Johannem XXII. Pontif. Maxim. d.d. 12. Decembr. An. 1328.

Ludovicus, Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus universis & singulis Ecclesiarum Prælatis cujuscumque dignitatis, ordinis, religionis, conditionis, aut status existant, etsi locum aut statum cardinalatus sive pontificalis dignitatis aut officii quomodolibet obtineant, nec non Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicariis, Potestatibus, Rectoribus Officialibus, ac aliis præsidentibus, quocunque nomine censeantur, imperii nostri fidelibus gratiam suam & omne bonum. Pridem contra Jacobum de Caturco, hæreticum notorium & manifestum, qui se Johannem Papam XXII. appellat, de magno & maturo consilio justitia exigente, processum quendam fecimus formam & tenorem hujusmodi continentem:

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus ad æternam rei memoriam. Cunctos populos quos clementiæ nostræ regit imperium in tali volumus fide & religione versari, qualem Divos Petrum & Paulum tradidisse Romanos Pontifices ipsius beati Petri legitimi successores, quos in omnibus sequimur docuerunt & sancta Romana Ecclesia hactenus prædicat & inconvulse noscitur custodisse, cujus ipse Dei filius Dominus Jesus Christus est perpetuum ac stabile fundamentum & in ea statuit duo genera salvandorum, primum eorum, qui per rectam fidem & mandatorum legis observantiam merentur ad æternam beatitudinem pervenire, de quo in evangelio dicit: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*; Secundum illorum qui cupientes etiam in consiliis evangelicis vitam Christi & Apostolorum ejus perfecte sequi, vivere in obedientia sine proprio & in castitate spontanea voluntarie promittunt, de quo in evangelio dicit: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & veni & sequere me.* Quæ tria evangelica consilia secundum sanctæ Romanæ Ecclesiæ doctrinam adeo sunt essentialia, cuilibet religioni perfectæ, ut contra ea nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Huic confessioni huic fidei quicunque

que contradictor extiterit alienum a doctrina evangelica, alienum se esse ab ecclesia judicavit. Hæc est illa fidei doctrina adversus quam, ut salvator prædixit in Evangelio, circa finem seculi pseudochristi & pseudoapostoli consurgent & multos seducent per eos hæreticos, mentientes, se vicem gerere Christi & Apostolorum ejus, & contra ecclesiam & Christi doctrinam insurgentes insinuans, sed adversus eam non prævalituros, quia ipse rogavit, ut non deficiat fides ejus. Porro diebus istis novissimis pseudopapa Jacobus de Caturco, qui se Johannem XXII. appellat, a sollicitudine & cupiditate divitiarum nimia hujus seculi, quæ teste evangelio verbum Dei suffocant, excœcatus adversus hanc saluberrimam & præclarissimam christianæ fidei & doctrinæ evangelicæ veritatem nequiter insurrexit, & inter sua cetera dogmata, facta & gesta hæreticalia etiam tria detestanda statuta publice edere & per universum mundum divulgare præsumpsit, in quibus multos errores dogmatizat: dictæ fidei catholicæ & doctrinæ & vitæ evangelicæ & apostolicæ multipliciter adversantes quorum statutorum primum incipit: *Ad conditorem canonum*, secundum: *Cum inter nonnullos*, tertium: *Quia quorundam*. Quas hæreses etiam post & contra plures appellationes adversus eum ob hanc causam tam per nos quam per ordinem fratrum minorum zelo fidei catholicæ legitime & solemniter ad sanctam Romanam Ecclesiam interjectas nisus est & continue nititur pertinaciter defendere. Ex quibus erroribus aliquos præsentibus duximus annotandos, ut in omnium fidelium notitiam publicam deducantur.

Primus itaque error hæreticalis qui de dicti statuti, *Ad conditorem*, officina tenebrosa prorumpit est, quod religiosi, qui secundum doctrinam evangelicam & apostolicam, ut perfecti sint sine proprio vivere profitentur, in omnibus rebus quæ usu consumuntur, non sunt censendi simplices usuarii sive habere simplicem facti usum a proprietate rei sive dominio separatum: quia, ut in dicto statuto *Ad conditorem*, dogmatizat & asserit in talibus rebus, quæ usu consumuntur usus juris vel facti non potest a proprietate rei seu dominio separari, nec in eis jus utendi nec usus facti separata a rei proprietate seu dominio possunt constitui vel haberi. Qui error sacræ scripturæ, per quam fidei catholicæ probantur articuli, & doctrinæ & vitæ evangelicæ & apostolicæ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ obviat manifestæ. Nam cum sacra scriptura testatur Apostolos omnia reliquisse dicente sancto Petro Apostolo in persona omnium Apostolorum prout legitur Matthæi XIX. *Ecce nos relinquimus omnia* &c. & manifestum existat, quod Apostoli usum rerum usu consumptibilium, quæ ad vitæ humanæ sustentationem necessario requiruntur, sicut sunt alimenta & vestimenta, de quibus dicit Apostolus: *Habentes alimenta & tegumenta his contenti simus*, nullatenus reliquerunt, quia usus rerum hujusmodi cadit sub præcepto juris divini & naturalis, per quod ad esse naturæ conservandum est, quilibet indispensabiliter obligatus, quodque ipsi Apostoli eorumque discipuli jus proprietatis per quod quis dixit. Hoc meum & illud tuum, quod per iniquitatem extitit introductum, in rebus omnibus reliquerunt, prout etiam sanctus Clemens beati Petri successor testatur cujus dictum in decretis XII. q. I. reperitur insertum. Et hoc votum abdicationis proprietatis omnium rerum ipsi Apostoli potentissime voverunt, prout etiam Augustinus XVII. de civitate Dei aperte testatur. Et qui dixit: *Omnia relinquimus*, nihil quod licite relinqui posset excepit. Unde sanctus Gregorius Ecclesiæ sanctæ Doctor exponens illud evangelii, *relictis omnibus secuti sunt eum*, dicit: *Multum reliquit qui sibi nihil retinuit, qui quamlibet parum totum deseruit.* Concluditur evidenter ex iis quod Apostoli & ceteri religiosi secundum doctrinam apostolicam sine proprio vivere profitentes, qui teste canone figuram tenent Apostolorum & eorum vitam veraciter imitantur, in omnibus rebus usu consumptibilibus & non consumptibilibus simplicem usum facti licitum habuerunt & habent absque proprietate & dominio sive a proprietate & dominio separatum. In actibus etiam Apostolorum II. & IV. cap. cautum reperitur de multitudine illa credentium, quæ in vivendo sine proprio vitam Apostolorum sequebatur, quod ipsi res usu non consumptibiles, videlicet possessiones, agros, domos & substantias vendebant, & sic nec in speciali nec in communitate eorum res ipsas aliquatenus retinebant. Illas autem res, quas lex de rebus usu consumptibilibus esse testatur, scilicet pecunias pro pretio rerum venditarum acceptas offerebant & ponebant ante pedes Apostolorum & dividebatur singulis prout cuique opus erat. Et panes frangebant circa domos, sumebant cibum cum exultatione. Et tamen nullus eorum de iis rebus usu consumptibilibus, scilicet pecunia & panibus de quibus ibi fit mentio specialis aliquid suum esse dicebat. Quod verbum sancti Doctores exponentes dicunt quod nullus ex eis aliquid sibi fore proprium asserebat. Et etiam glossa ordinaria dicit ibidem: *Indicium fraterni amoris est nihil proprium habere & omnia possidere.* Ex quo manifeste patet, quod quilibet illorum de prædicta multitudine habebat usum rerum usu consumptibilium absque proprietate & dominio seu a proprietate & dominio separatum ac per consequens, quod in talibus rebus usus facti potest haberi licite absque proprietate & dominio separatus. Sancta etiam Romana Ecclesia in sacris canonibus manifeste testatur & docet, quod religiosi servi & personæ in aliena potestate constitutæ etiam in rebus usu consumptibilibus habent simplicem usum facti absque proprietate & dominio sive a proprietate

tate & dominio separatum. Unde contrarium dicere sacræ scripturæ & vitæ evangelicæ & apostolicæ & doctrinæ sanctæ Ecclesiæ obviat & repugnat & omnem religionem quæ vovit vivere sine proprio destruit & confundit.

Secundus error qui in dicto statuto *Ad conditorem* continetur est quod rebus usu consumptibilibus non potest quis uti, quia eis uti non contingit, sed abuti quod ei opponitur, quod est uti, cum abuti, nihil aliud sit quam contra naturam uti in hac materia proprie dici possit. Qui error sacræ scripturæ & sanctorum Doctorum ac doctrinæ sanctæ Romanæ ecclesiæ obviat manifeste. Quod ex eo colligitur evidenter quia ubicunque scriptura sacra de usu rerum prædictarum loquitur, semper ostendit, quod rebus usu consumptibilibus potest quis uti, & eis proprie & veraciter uti contingit; sicut patet per Apostolum, qui ad Timotheum scribens dicit: *Utere modico vino propter stomachum tuum & frequentes infirmitates tuas.* & per illud, quod II. Regum dicitur: *Filiæ regis virgines hujusmodi vestibus utebantur*: & Numerorum XVIII. *Universas frugum initia, quæ gignit humo & domino deportantur, cedent in usus tuos.* & parum post: *Carnes vero in usum tuum erunt.* & Judicum XIX. *Habentes paleas & fœnum panem & vinum in meos & ancillæ tuæ usus.* & per illud quod legitur Levitici VII. & Judicum XIX. & Josue V. & in multis aliis locis sacræ scripturæ hoc ostenditur manifeste. Sancti etiam Doctores & Ecclesiæ in sacris canonibus veritatem hujusmodi manifestant. Unde Augustinus in libro de doctrina christiana (cujus dictum ponitur in decretis XII. dist.) dicit, quod sapiens sine aliquo vitio cibo pretiosissimo potest uti. Et Ambrosius (& ponitur XXXV. dist.) dicit: *Sexto die bestiæ sunt creatæ & cum bestiis orta est edendi potestas & usus escarum.* Et ext. de vita & honest. clericor. cap. penultimo dicitur: *Pontifices autem in publico & in ecclesia superindumentis lineis omnes utantur.* Quas auctoritates de rebus usu consumptibilibus loqui manifestum existit. Ex prædicto etiam errore sequitur, quod Christus & Apostoli & alii sancti viri quotiens actus comedendi, bibendi & induendi exercuerunt, totiens rebus hujusmodi sunt abusi, & quotiens fideles christiani sumunt sacramentum corporis Christi & sanguinis sub speciebus illis sub quibus sacratum prædictum veraciter continetur, quas fore de rebus usu consumptibilibus manifestum existit totiens illis speciebus actutum abutuntur. Quod dicere vel sentire cuilibet catholico impium videtur & blasphemum.

Tertius error in sæpedicto statuto contentus est quod carentia dominii omni temporali commodo denudati ad perfectionem non pertinet nec pauperiorem efficit non habentem, adjiciens quod tale dominium omni temporali commodo denudatum verbale ænigmaticum & simulatum existit. Qui error sacræ scripturæ & doctrinæ evangelicæ & apostolicæ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ obviat & repugnat. Nam ut ex scriptura sacra superius est ostensum, Apostoli & eos sequentes sancti viri ex consilio Christi proprietatem & dominium omnium rerum temporalium reliquerunt, usu rerum necessariarum ad vitæ humanæ sustentationem, cui non est licitum renuntiare contenti. Constat autem quod dominium quod Apostoli in rebus omnibus temporalibus, quarum usum habebant ex Christi consilio reliquerunt, fuit omni temporali commodo usu scilicet utili denudatum; sicut manifeste patet in retibus quorum proprietatem & dominium, usu retento, prout evangelica testatur historia, reliquerunt, cum in consilio Christi dato de rebus temporalibus abdicandis abdicatio proprietatis & dominii earum & non usus, ut superius ostenditur includatur. Si ergo carentia talis dominii ad perfectionem non pertinet nec pauperiorem non efficit non habentem, ut dictus hæreticus dogmatizat, sequitur quod Christus simulatam & fallacem doctrinam tribuit volentibus ad perfectionem attingere, quod omnia temporalia quoad proprietatem & dominium relinquerent consulendo, & quod Augustinus & Hieronymus Doctores Ecclesiæ & alii sancti patres religionum institutores erraverunt, qui dictum Christi consilium sequi volentes abdicationem proprietatis & dominii omnium rerum temporalium sunt professi. Præterea scriptura sacra Levitici ultimo dicit: *Omnes decimæ terræ, sicut de frugibus sive de pomis arborum Domini sunt & illi sanctificantur.* Et Numerorum XVIII. loquens de perfectione Levitarum dicit: *Nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessaria separavi, in usus* inquit, & non in dominium. Ex qua scriptura patet, quod dominium omnium decimarum, sive de pomis arborum, sive de frugibus terræ, quas res de usu consumptibilibus esse constat est Dei & usus ministrorum ipsorum. Et liquet quod tale dominium Dei est omni temporali commodo denudatum; Ergo secundum dictam hæreticalem doctrinam hujusmodi dominium Dei verbale simulatum & ænigmaticum est censendum. Quod dicere vel sentire est hæreticum & insanum. Præterea Ecclesia Romana in sacris canonibus docet, quod dominium rerum Ecclesiæ est Dei sive corporis ejus mystici quod est Ecclesia, & usus & dispensatio earum est Prælatorum Ecclesiæ. Et Augustinus in libro de facultatibus Ecclesiæ dicit, quod Dei sunt quæ Ecclesiæ conferuntur, & quod ipsæ res, sive sint vestes, sive alia vasa, sunt ad usum ministrorum ejus. Romani etiam Pontifices, qui hactenus fuerunt in rebus temporalibus usu consumptibilibus & non consumptibilibus, quæ fratribus Minoribus offeruntur, dantur, vel conceduntur, dominium Ecclesiæ servaverunt & retinuerunt usu

usu tantummodo simplicis facti ipsis fratribus relicto, diffinientes, quod carentia talis dominii est meritoria sancta & perfecta, & quod Christus & Apostoli viam perfectionis ostendentes abdicationem hujusmodi dominii retinuerunt, & quod retentio sive reservatio talis dominii omni temporali commodo denudati cum concessione usus facti pauperibus non est infructuosa domino, cum sit meritoria ad æterna & professioni pauperum optima, quæ tanto censetur utilior quantum commutat temporalia pro æternis, sicut clare patet in determinatione & diffinitione Ecclesiæ in decretali Exiit in libro VI. sub titulo de verborum significatione inserta & ab universali Ecclesia recepta & etiam per generale Viennense Concilium approbata, prout in declaratione per ipsum Viennense Concilium super hoc edita quæ incipit: *Exivi de paradiso*, plenius continetur, ex prædicto igitur errore sequitur, quod Ecclesia catholica in prædictis erravit, ut per consequens in articulum fidei *& unam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam*, sub quo continetur, quod Ecclesia catholica errare non potest in fide vel moribus, error prædictus vehementer impingit. Unde dicta doctrina est hæretica merito judicanda; tum quia scripturæ sacræ, per quam fidei catholicæ probantur articuli, contradicit; tum quia errorem Ecclesiæ catholicæ imponit & ejus doctrinæ & diffinitionibus manifeste obviat & repugnat.

Quartus error sumitur in dicto statuto, *Cum inter*, ex eo, quod ipse pronuntiavit sive declaravit hæreticum fore censendum affirmantem deinceps Dominum nostrum Jesum Christum ejusque Apostolos non habuisse aliqua in communi nec in speciali insuper hæreticum fore censendum affirmare Christo & Apostolis ejus in his, quæ scriptura sacra eos habuisse testatur non competiisse jus utendi, nec illa vendendi seu donandi jus habuisse, aut ex ipsis alia acquirendi. Quæ quidem dicta de habere & competere jure proprietatis & dominii civilis & mundani, per quod contenditur & in judicio litigatur, se intellexisse ex pluribus manifestat, tum quia in statuto: *Quia quorundam*, expresse improbat sententiam asserentium, quod abdicatio juris in cujuscunque rei proprietate & in ejus usu, per quod potest sic utens pro usu hujusmodi quomodolibet contendere & in judicio litigare est meritoria & sancta & a Christo in se servata Apostolisque imposita & ab ipsis sub voto servata & pertinaciter asserit in eodem statuto, quod nec Christus hujusmodi expropriationem omnino in cujuscunque rei proprietate & in ejus usu servavit in se ipso, nec etiam Apostolis imposuit nec sub voto ab ipsis recepta fuit, adjiciens, quod evangelica seu apostolica historia expropriationem hujusmodi non docet, sed ut asserit, contrarium evidentius manifestat, tum etiam quia in hoc statuto: *Cum inter*, evidenter includit, quod Christus & Apostoli in iis, quæ eos habuisse sacra scriptura testatur jus utendi, vendendi, & donandi, & alia ex ipsis acquirendi habuerunt, quod jus a jure humano fuisse introductum manifestum existit; tum quia in dicto statuto: *Ad conditorem* asserit & dogmatizat expresse, quod in rebus usu consumptibilibus usus juris vel facti non potest a proprietate seu dominio separari nec absque proprietate & dominio constitui vel haberi; quod jus, testante canone a jure civili & mundano extitit introductum, unde cum scriptura sacra quemlibet eorum habuisse alimenta & vestimenta testetur sive supponat expresse, sequitur secundum eum quod Christus & Apostoli, non solum in communi, sed etiam in speciali habuerant proprietatem & dominium mundanum & civile in rebus, quas habuisse eos sacra scriptura testatur; tum quia in pluribus aliis dictis de tali jure habendi se intellexisse apertissime declaravit; tum quia non revocabatur in dubium, utrum Christus & apostoli habuerint res temporales in usu sive quantum ad usum sed solummodo utrum habuerint quoad proprietatem, tum quia ad hoc, quod quilibet posset dicere libere, quod habuerunt quantum ad proprietatem pendente quæstione revocavit sententiam excommunicationis prolatam in decretali: *Exiit* contra asserentes oppositum ejus quod diffinitur, & de ipsa revocatione statutum edidit speciale, quod incipit: *Quia nonnunquam*. Ex quibus ipsum in duas hæreses incidisse deprehenditur evidenter. Prima est, quia intelligit, quod Christus & Apostoli non solum in communi, sed etiam in speciali proprietatem & dominium rerum temporalium habuerunt. Quod dictum omnem religionem, quæ volens doctrinam apostolicam sequi vovet vivere sine proprio & testante canone in hoc figuram tenet Apostolorum, destruit & confundit & omnes religiosos facit proprietarios etiam in speciali, & sui voti per consequens transgressores, & doctrinæ evangelicæ & apostolicæ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ & omnium Doctorum ecclesiæ & sanctorum patrum religionum institutorum obviat manifeste. Secunda est, quia ipse determinationem & diffinitionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ in præallegata decretali: *Exiit*, positam & insertam & per prædictum generale Concilium Viennense totius ecclesiæ catholicæ approbatam deinceps censendam hæreticam judicavit; in qua decretali ipsa sancta Romana Ecclesia diffinivit in hæc verba: *Dicimus, quod abdicatio in proprietatis omnium rerum tam in speciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria est & sancta, quam Christus viam veritatis ostendens verbo docuit & exemplo firmavit quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ prout ab ipso fonte hauserant in volentes perfecte vivere per doctrinæ ac vitæ ipsorum alveos derivarunt.* Hæc ibi. Unde cum, testante canone Ecclesia a recta fide & apo-

apoſtolicæ doctrinæ traditione deviare non poſſit nec errare, & hoc ut dictum eſt ad articulum fidei *& unam ſanctam & apoſtolicam Eccleſiam* reducatur, ſequitur, quod ipſe hæreticus impingit in ipſum articulum fidei vehementer. Nec prædictæ diffinitioni Eccleſiæ evangelica ſeu apoſtolica hiſtoria contradicit, ut aſſerit hæreticus antedictus, ſed potius conſonat & alludit. Nam cum beatus Petrus ſimpliciter & abſolute pro ſe & omnibus Apoſtolis aliis viam perfectionis aſſumptæ demonſtrans reſponderit: Ecce nos reliquimus omnia, prout evangelica hiſtoria proteſtatur & ſimpliciter & abſolute dictum ſit generaliter accipiendum, cum ex aliis præcidentibus quod aliter accipi debeat nullatenus reperitur, & utramque proprietatem, ſcilicet ſingularem & collegialem collegii ſpecialis quam alteram tantum relinquere perfectius cenſeatur, ſequitur quod integre & perfecte de utroque modo relinquendi, ſcilicet tam in ſpeciali quam in communi, qui perfectior eſt debet intelligi autoritas ſupradicta. Nec iis obviare dignoſcitur, quod in actibus Apoſtolorum dicitur, quia erant illis omnia communia; quod, ſicut ibidem patet, loquitur de communitate generali & univerſali credentium & non de ſpeciali communitate ſive collegio Apoſtolorum. Nec enim communitatis Apoſtolorum ſpecialis erant illis omnia communia, ſed generalis & univerſalis fidelium ſive credentium: Quod etiam evidenter probat prællegatum capitulum ſancti Clementis XII. q. 1. *Dilectiſſimis* cum dicit *Communis vita omnibus eſt neceſſaria, maxime iis, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum eorumque diſcipulorum imitari volunt. Communis uſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus hominibus eſſe debuit. Sed per iniquitatem alius dixit hoc eſſe ſuum, & alius iſtud. Et ſic inter mortales facta eſt diviſio, & ſicut non poteſt dividi aer vel ſplendor ſolis, ita, nec reliqua, quæ data ſunt hominibus ad habendum dividi debere, ſed habenda omnia communia iſtius conſuetudinis more retento Apoſtoli eorumque diſcipuli, ut prædictum eſt, una nobiſcum & vobiſcum communem vitam duxerunt.* Ex quo liquet, quod illa, quæ in actibus Apoſtolorum leguntur fuiſſe communia, erant communitatis generalis & univerſalis credentium ſive fidelium & non ſpecialis communitatis, ſive collegii Apoſtolorum. Si enim Apoſtoli, qui in dicta multitudine credentium ſicut nobilior portio ipſius multitudinis comprehendebantur habuiſſent aliqua ipſorum ſpeciali collegio appropriata, conſtat, quod illa toti multitudini credentium communia non fuiſſent: quia quod eſt partis, totius non exiſtit. Et cum in illa multitudine nullus haberet proprium, ſequitur, quod Apoſtoli, qui erant de ipſa multitudine, ſicut pars eorum aliquid proprium in ſingulari vel in ipſorum Apoſtolorum collegio non habebant. Nec excuſat dictum hæreticum, quod ipſe in dicto ſtatuto: *Quia quorundam*, dicit Chriſtum etiam quoad proprietatem loculos habuiſſe, infirmis condeſcendendo: quia, ut dicit, ſi Chriſtus in loculis habuiſſet tantummodo ſimplicem facti uſum fruſtra diceretur, quod in perſona infirmorum ipſe Chriſtus loculos habuiſſet, quia non eſt verum, quod Chriſtus condeſcenderit infirmis in eo, quod per iniquitatem extitit introductum, ſcilicet appropriando ſibi res aliquas temporales, ex quo diviſiones inter homines natæ ſunt & in judicio litigatur, & quod implicat ad peccatum, cum ipſe Chriſtus, ut legitur in Johanne, de ſe loquens ait: *Venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam.* Quod exponens gloſſa ordinaria dicit: *Noluit Dominus habere, quod perderet. Pauper venit, ne haberet diabolus, quod auferret.* Sed ſi Chriſtus habuiſſet loculos quoad proprietatem princeps hujus ſeculi, qui fuit principium omnis iniquitatis, habuiſſet in eo quod auferre & ipſe, quod perdere potuiſſet. Unde non condeſcendit infirmis in habendo proprietatem, ſed quod actum proviſionis in futurum, ſicut faciunt infirmi, qui res temporales ſollicite congregant, timentes ne eis deficiant in futurum. Et quod Chriſtus in loculis proprietatem non habuerit, probat Hieronymus Eccleſiæ ſanctæ Doctor eximius ſuper illud Matthæi XVII. *Reges terræ, a quibus recipiunt tributum,* ſic inquiens: *Tantæ paupertatis fuit Dominus, ut unde tributa ſolveret, non haberet. Judas communia habebat in loculis, ſed res pauperum in ſuum uſum expendere nephas duxit.* Ex quo patet, quod loculos quoad proprietatem Chriſtus non habuit, ſed quoad Diſpenſationem. Quod etiam inſinuat Auguſtinus, cujus dictum inſertum eſt in Decretis XII. q. 1. ſic dicens: *Habebat Dominus loculos, a fidelibus oblata conſervans & ſuorum neceſſitatibus & aliis indigentibus tribuebat.* Tunc primum eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta. Conſtat autem ſecundum doctrinam in ſacris canonibus traditam, quod Papa, qui vicem Chriſti gerit in terris, & Epiſcopi, qui in locum ſuccedunt Apoſtolorum in pecuniis eccleſiaſticis, quæ loculorum formam gerunt, proprietatem non habent, ſed diſpenſationem. Non enim (ut idem Auguſtinns teſtatur & ponitur XXIII. q. VII. cap. *Quod autem*) illæ res noſtræ ſunt ſed pauperum; quorum procurationem gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione damnabili vendicamus. Præterea dato ſine præjudicio, quod Chriſtus condeſcendendo infirmis proprietatem in loculis habuiſſet, per hoc a dicta ſua hæretica determinatione non poſſet aliqualiter excuſari. Nam cum pronuntiaverit propoſitionem ſive aſſertionem, quæ regulariter continet veritatem catholicam in dicta decretali Exiit diffinitam videlicet aſſerere Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe aliquid jure proprietatis in ſpeciali, nec in communi hæreticam fore cenſendam,

dam, hæreticus est censendus; esto quod in casu excepto a regula, scilicet infirmis condescendendo, Christus & Apostoli proprietatem in loculis habuissent, cum exceptio non annullat regulam sed eam potius, præterquam in casu excepto, confirmat, quam ipse velut hæreticam reprobat & condemnat. Ex quo etiam facto se ipsum condemnat, cum alias dudum, antequam hoc statutum hæreticum edidisset, orta materia quæstionis coram eo inter fratres dicti ordinis super quibusdam verbis in dictis decretalibus: *Exiit* & *Exivi* contentis, ipse pronuntiavit easdem decretales salubriter editas, solidas lucidas multaque maturitate digestas, prout in constitutione per ipsum edita, quæ incipit, *Quorundam exigit*, deprehenditur evidenter. Et prædicta diffuse per auctoritates scripturæ sacræ & canones in appellatione prolixa probantur & ostenduntur.

Quintus error est, quia ipse dogmatizat in dicto statuto, *Cum inter*, quod actus utendi rebus temporalibus in Christo & Apostolis & aliis non potuit nec potest esse justus absque jure utendi civili & mundano contentioso & litigioso. Quod patet, quia dicto prius in statuto *Cum inter*, quod asserere Christo & apostolis in rebus, quas eos habuisse sacra scriptura testatur non competiisse jus utendi, vendendi, donandi &c. est hæreticum ex eo, quia, ut dicit talis assertio ipsorum Christi & Apostolorum usum & gesta evidenter includit fuisse non justa postea in statuto: *Quia quorundam*, recitans sententiam sive assertionem dicentium, quod propter abdicationem juris in cujuscunque rei proprietate & in ejus usu usus ad sustentationem naturæ in Christo & Apostolis non fuit non justus, sed tanto justior & perfectior & Deo acceptior & mundo exemplarior, quanto plenius renunciatum est omni juri, per quod potest sic utens pro usu hujusmodi quomodolibet contendere & in judicio litigare, respondet idem hæreticus, quod dictum hujusmodi impossibilitatem & errorem evidenter includit, adjiciens, quod absurdum & erroneum est dicere, quod actus aliquis non habentis jus actum hujusmodi sit justior & Deo acceptior quam habentis. Qui quidem error sacræ scripturæ & sanctorum patrum sententiis obviat manifeste. Nam Christus in Evangelio Apostolis & suis discipulis eum sequi perfecte volentibus inhibuit contendere & in judicio litigare propter habendi actuum imperfectionem dicens Matthæi V. *Qui vult tecum in judicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Et Lucæ VI. *Ab eo, qui aufert tibi vestimentum & tunicam, noli prohibere, & qui aufert, quæ tua sunt, ne repetes.* Qui actus contendendi & litigandi implicant ad peccatum. Unde Apostolus ad Corinthios VI. scribens dicit: *Jam quidem omnino delictum est in vobis, quia judicia habetis inter vos.* Ex quibus luce clarius patet, quod iter perfectionis aggredi volentibus expedit a se penitus abdicare omne jus civile & mundanum, per quod quis potest in judicio litigare. Et per consequens constat, quod ex abdicatione hujusmodi juris actus utendi rebus temporalibus in ipsis viris perfectis non fuit nec est censendus illicitus vel injustus. Unde & Apostoli jus hujusmodi civile & mundanum tunc in rebus omnibus reliquerunt cum dictum: *Ecce nos relinquimus omnia*, professi sunt. Ex prædicto igitur errore sequitur, quod aut doctrina Christi fuit fallax & deceptoria, aut ipse, si tale jus habuit, fuit imperfectus. Quod de Christo nefas est sentire & blasphemia manifesta. Ex prædictis etiam constat, eum in tantam cœcitatem fuisse prolapsum, quod semetipsum damnat. Nam in statuto *Ad conditorem*, ut dictum est, sententiat & diffinit, quod in rebus usu consumptibilibus non reperitur jus utendi nec ipsis uti contingit, sed abuti; & hic asserit & diffinit, quod actus sine jure utendi non potest aliqualiter esse justus, & quod oppositum dicere hæreticum est censendum. Et sic seipsum fore hæreticum proprio judicio manifestat.

Sextus error contentus in dicta constitutione: *Quia quorundam* est, quia revocat in dubium sive negat, quod Christus præcepit Apostolis, ne portarent pecuniam, quando eos misit ad prædicandum, asserens, quod Apostoli post reditum a prædicatione pecuniam portaverunt, & quod hæc evangelica veritas & apostolica dicta testantur. Qui error sacræ scripturæ & sanctorum Doctorum Ecclesiæ sententiis obviat manifeste, sicut patet Matthæi X. ibi. Hos duodecim misit præcipiens & dicens eis: Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in Zonis vestris. Et Marci VI. ibi, Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, neque peram neque pecuniam. Et Doctores Ecclesiæ asserunt, quod apostoli ex præcepto hujusmodi constricti etiam post reditum a prædicatione non portaverunt pecuniam. Unde Augustinus de mirabilibus sacræ scripturæ dicit sic: In excusatione eleemosynæ & paupertatis professione Petrus paralytico dicit sic, Surge & ambula, illud magistri præceptum servans: Nolite possidere aurum neque argentum. Hæc ille. Et Ambrosius super illud Nihil tuleritis, dicit sic: Petrus Apostolus dominicæ executor sententiæ, ostendens non in vacuam effusa Domini præcepta, cum posceretur a paupere, ut ei aliquid pecuniæ largiretur, ait: Argentum & aurum non habeo. Et tamen non tam in hoc gloriatur Petrus, quod aurum & argentum non habeat, quam quod servet Domini mandatum, qui præcepit: Nolite possidere aurum &c. Hæc Ambrosius, & glossa ordinaria super illud Actor. III. Argentum & aurum non est mihi, dicit sic: Memor illius præcepti. Nolite possidere aurum &c. & pecuniam, quæ ad pedes Apostolorum ponebatur, non sibi reservabant, sed ad usus pauperum, qui sua patrimonia reliquerant, reservabant. Hæc

glossa

glossa & super illud Actor. IV. Joseph agrum vendidit & pretium posuit ante pedes Apostolorum, glossa ordinaria dicit: Destituendum probat quod tangere devitat, & docet esse calcandum aurum, quod subdit gressibus Apostolorum. Hæc ibi. Ex quibus auctoritatibus clare patet, quod Petrus Apostolus, non solum post reditum a prædicatione, ad quam Christus Apostolos misit, sed etiam post resurrectionem tunc quando non ibat actu ad prædicandum, sed ad orationem templi, sicut Actorum III. dicitur, ascendebat ex dicto præcepto Christi astrictus pecuniam non portabat. Et per consequens, non solum quando ibant ad prædicandum, sed simpliciter & absolute ne pecuniam portarent, fuit Apostolis sub præcepti districtione prohibitum. Et Chrysostomus super illud Johannis, Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixisset ei Jesus, Eme quæ necessaria sunt, dicit sic: Nimirum quia nullus Apostolorum pecuniam deferebat. Sed per hoc quod hic dicit, occulte insinuat, quod quædam mulieres cum suis de facultatibus mittebant. Qui autem non peram non æs jubet deferre, loculos habebat ad inopum ministerium, ut discas quia valde pauperem & mundo crucifixum hujusmodi oportet partis multam facere procurationem. Multa enim ad nostram doctrinam dispensans agebat. Hæc Chrysostomus. Hoc etiam afferunt & probant alii Doctores Ecclesiæ, sicut ex ipsorum auctoritatibus habetur in prolixa appellatione, quæ hic brevitatis gratia omittuntur.

Septimus error contentus in dicta constitutione, *Quia quorundam*, est, quia quidem hæreticus de clavibus Ecclesiæ male sentiens in dubium revocat, sive negat clavem scientiæ Ecclesiæ catholicæ fore clavem, maxime cum reticet super hoc opiniones contrarias & diversas, nec affirmat & asserit in Ecclesia esse clavem scientiæ, immo ad partem, quod non sit in Ecclesia clavis scientiæ declinare videtur, cum dicit, quod salvator in promissione clavium facta beato Petro hoc sensisse videtur expresse, cum immediate post illam promissionem subjunxerit. Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis &c. nulla de scientia habita mentione. Hæc verba ipsius quæ scripturæ sacræ & sanctorum Doctorum Ecclesiæ sententiis & Doctrinæ Ecclesiæ catholicæ contradicunt. Quod evidenter patet Luc. XI. ubi Salvator dicit. *Væ vobis legis peritis, qui tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis & eos qui introibant prohibuistis.* Et Rabanus exponens illud evangelii. Et tibi dabo claves regni cœlorum, dicit sic: Claves autem regni cœlorum ipsam discretionem & potentiam non nominat potentiam qua liget, vel solvat discretionem, qua dignos vel indignos discernat. Hæc ille. Et in decretis XX. dist. dicitur sic: In negotiis diffiniendis non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas. Unde Christus dicturus Petro quodcunque ligaveris super terram &c. Prius dedit sibi claves regni cœlorum in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram & lepram, in altera dans sibi potestatem ejiciendi aliquos de Ecclesia vel recipiendi. Hæc ibi. Ex quibus clare patet, quod clavis scientiæ est una clavis distincta a clave potentiæ, & quod contradicere scripturæ divinæ & doctrinæ Ecclesiæ catholicæ obviat manifeste. Et de hac Materia in appellatione prolixa plenius continetur.

Octavus error est, quia ipse in dicto statuto. *Quia quorundam*, etiam dogmatizat, quod summus Pontifex in iis, quæ ad fidem & mores pertinent, potest suorum prædecessorum diffinitiones & dicta revocare, & ejus contrarium statuere, quod decernitur in eisdem. Qui error expresse doctrinæ sanctorum patrum & sacrorum canonum & fidei catholicæ obviat & repugnat, sicut patet per ea, quæ legimus in decretis XXV. q. I. cap. Contra statuta, & cap. Si ea destruere, & in pluribus aliis capitulis hoc poterit reperiri & XV. dist. cap. Sicut sancti & ext. de statu monachorum in fine: Ex quo errore totius fidei & auctoritatis ecclesiæ destructio sequeretur, quia sequeretur, quod quilibet Romanus Pontifex posset revocare & destruere omnia in fide & moribus a suis prædecessoribus diffinita. Et sic tota auctoritas Ecclesiæ vacillaret, & in fide & in moribus foret instabilis & infirma. Unde dicta doctrina est hæretica judicanda, quia in articulum fidei & unam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam evidenter impingit. Et si in decretali Exiit in doctrina & vita Christi & Apostolorum & in approbatione status & regulæ fratrum Minorum & in Concilio Vienensi, quod ipsam decretalem approbavit, concederetur erratum, sequeretur, quod tota Ecclesia erravit, in fide male de vita & doctrina Christi & Apostolorum ejus diffiniendo & in moribus statum qui secundum opinionem præfati hæretici est illicitus & simulatus ac fundatus in doctrina evangelica veritati contraria approbando, & beatum Franciscum & alios sanctos de ordine fratrum Minorum, qui in hujusmodi vitæ & doctrinæ professione finierunt dies suos, tanquam sanctos approbando & sanctorum catalogo solemniter ascribendo. Plures etiam aliæ hæreses, tam in dictis statutis hæreticalibus, quam in aliis assertionibus factis atque gestis hæretici sæpe dicti continentur, quibus esse convincitur irretitus, quæ in ordinationibus nostris super iis editis ac etiam in appellationibus, tam per nos, quam pro parte totius ordinis fratrum minorum ac notabilium magistrorum in sacra pagina ipsius ordinis consilio & assensu contra dictum hæreticum & ejus statuta, gesta, & facta solenniter interjectas seriosius explicantur, & in allegationibus divini & humani juris super in factis rationibus efficacibus convincuntur; quas omnes seriatim præsentibus explicare prolixum nimium videretur.

deretur. Quamobrem ex quo cœpit dicta statuta hæreticalia condere & publice divulgare & pertinaciter defendere in hæresin est lapsus & fuit omni ecclesiastica dignitate, potestate auctoritate ipso facto privatus. Nec est necesse quod accusetur, vel damnetur per aliquem. Nam sic legitur in decretis XXIV. q. 1. Dicimus omnes hæreticos nihil habere potestatis aut juris. Et quicunque in hæresin damnatam labitur in ipsa damnatione se ipsum involvit: Ubi dicit glossa ordinaria: Hic est casus in quo etiam Papa canonem latæ sententiæ incidit ipso jure. Nec iis obviat illa regula, par parem non potest solvere vel ligare, quia Papa hæreticus minor est quocunque Catholico. Lex enim ipsum factum notat sive damnat. Et in eadem causa dicitur: Ex quo aliquis cœpit publice prædicare aliquid contra fidem nec dejicere quemquam valet nec damnare. Liquido enim constat eum qui ab integritate fidei recessit maledicendi & benedicendi potestatem minime habere. Catholicum namque utpote se superiorem, maledicere etiam non valet. Alienum a fide tanquam in sibi æqualem sententiam excommunicationis & damnationis incurrit etiam per sacrum generale concilium Ecclesiæ catholicæ sub titulo de hæreticis positum adversus omnem hæreticum & hæresin & credentes & defensores & fautores pravitatis hæreticæ promulgatum omnesque catholici ab ipsius hæretici communione non expectata alia damnatione recedere sunt astricti. Unde legitur in decretis quod Anastasius II. natione Romanus fuit temporibus Theodorici Regis, & eodem tempore multi clerici se ab ejus communione abegerunt eo quod communicasset Photino Diacono, qui communicaverat Acacio hæretico & quia voluit occulte revocare Acacium & non potuit divino judicio percussus fuit. Nec talis Apostolicus sed apostaticus loquendo proprie dici debet. Licetque non solum clericis, sed etiam laicis talem sedis apostolicæ invasorem etiam humano auxilio ab apostolica sede repellere tanquam invasorem & illicitum detentorem. Manifesta autem & notoria accusatoris clamore non egent. Et manifestus hæreticus dicitur, qui contra fidem Catholicam publice prædicat, profitetur, & docet aut defendit errorem. Zelus igitur fidei & fervor compassionis animarum excitare debent corda omnium, qui Christi nomine gloriantur & sanctæ Romanæ Ecclesiæ finibus continentur, ut contra dicti hæretici insaniam quasi pestem publicam valenter exurgant, nec eum patiantur in sede apostolica permanere, quem adversus fidem catholicam conspiciunt insanire & sanctam Romanam Ecclesiam, matrem fidelium erroribus, blasphemiis, divisionibus, guerris, seditionibus & perturbationibus conturbare ac etiam pro viribus coridie laniare, qui divitias ad Christianitatis destructionem etiam per simoniacam pravitatem & diversos dolos in saccum pertusum congregat, qui veris catholicis & fidelibus christianis falso & malitiose crimen hæresis, aut favoris, seu defensionis hæreticorum sive hæreticæ pravitatis indifferenter imponit & eos de facto excommunicat & dejicit & condemnat, & pravis suis exemplis & gestis multos ad exorbitandum a fide, aut alios exemplo & verbo dejicit aut ad exorbitandum inducit. Frustra igitur christiano nomine uti viderentur, qui talibus impietatibus non resistunt, cum error, cui non resistitur, approbetur, & negligere cum possis perturbare perversos, nihil aliud est quam fovere, nec careat scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obviare. Et non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt participes judicantur.

Nos igitur ad culmen dignitatis imperialis, disponente Domino sublimati attendentes sacris canonibus fore cautum, quod per regnum terrenum cœleste regnum proficit, ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam agunt rigore Principum conterantur ipsamque disciplinam quam humilitas Ecclesiæ exercere non prævalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat & non valentes, neque volentes tales & tam graves insolentias, errores pestiferos & detestabiles blasphemias, schismata & damna, ac pericula universali Ecclesiæ ex prædicti Jacobi hæretici erroribus & pravis operationibus imminentia mercatorum injuriam & populi christiani perniciem aliquatenus tolerare de communi consilio & assensu cleri & populi Romani & ecclesiæ Prælatorum nostrorumque Principum tam Alemannorum quam Italicorum & copiosæ multitudinis fidelium nobis assistentium inducti etiam ex pluribus supplicationibus & requisitionibus nobis cum instantia sæpe factis per syndicos ipsos cleri & populi Romani habentes ad hoc plenam & liberam potestatem & speciale mandatum, sicut constat per publica documenta sigillis authenticis præfati cleri & populi Romani communita, quas requisitiones & supplicationes, tanquam rationabiles & in favorem fidei catholicæ factas duximus admittendas, denuntiamus, declaramus pronuntiamus & publicamus præfatum Jacobum de Caturco, ex quo, ut dictum est, contra fidem catholicam asseruit & statuit prædicta & ea manifeste & notorie promulgavit & publicavit & pertinaciter pro viribus defensavit, fuisse & esse censendum hæreticum notorium & manifestum & tum pontificali, quam omni alia dignitate ecclesiastica, potestate, & auctoritate privatum & omnibus sententiis & pœnis contra hæreticos per constitutionis canonicas & civiles prolatis statutis & impositis subjacere & ipsum Jacobum, tanquam hæreticum notorium & manifestum & excommunicatum ab omnibus catholicis evitandum; quatenus se gerit pro Papa ipsum privamus & deponimus, seu privatum & depositum denunciamus & omnes pœnas

pœnas & processus omniaque per ipsum auctoritate papali, sive pontificali a dicto tempore citra gesta & facta nullos & nulla fuisse nulliusque roboris, seu firmitatis existere & momenti; Insuper universis & singulis sub nostro imperio degentibus, cujuscumque status, dignitatis aut conditionis existant, districte præcipimus & mandamus quatenus nullus dictum Jacobum de Caturco hæreticum, excommunicatum & omni dignitate potestate & auctoritate privatum de cetero habeat, reputet, sive teneat sicut Papam, nec eidem pareat sive obediat, tanquam Papæ, nec præstet sibi auxilium, consilium, vel favorem, publice vel occulte, nec ejus processus, aut sententias, prædicta vel interdicta a dicto tempore citra prolata præsumat observare, nec eidem, tamquam Papæ, aut ejus nuntiis obedire. Qui autem contrafacere præsumpserit, vel venire, eum ab omnibus feudis, quæ ab imperio tenet, ac omnibus gratiis, privilegiis, libertatibus & immunitatibus a nobis vel prædecessoribus nostris eisdem concessis privamus. Ad quas pœnas omnes contrafacientes post mensem a publicatione præsentium quoad Italicos & post duos menses quoad alios nostro subjectos imperio astringi volumus & arctari. In quorum omnium testimonium atque fidem præsentem processum conscribi præcepimus, & nostræ imperialis majestatis bulla aurea signoque nostro imperiali solito communiri. Datum & actum in urbe Romana, in platea publica, extra basilicam sancti Petri, præsentibus clero & populo Romano ac multis aliis Principibus tam ecclesiasticis quam secularibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus & Baronibus ibidem nobis assistentibus XVIII. die Aprilis anno Domini MCCCXXVIII. Indictione XI. regni nostri anno XIV. Imperii vero primo.

Volentes itaque processum prædictum & contenta in eo, ne populus christianus per fraudes & calliditates & malitias dicti Jacobi de Caturco hæretici manifesti & complicum ejus circumveniri valeat, ubilibet publicari & inviolabiliter ab omnibus observari, vos omnes & singulos monemus & hortamur attente ac omnibus imperio nostro subjectis sub pœnis in dicto processu contentis districte præcipiendo mandamus, quatenus per vos vel per alium vel per alios in civitatibus, diœcesibus, sive locis & terris, in quibus quomodolibet præsidetis dictum processum & contenta in eo solemniter publicetis, quodque ipsa servetis & faciatis ab omnibus vestris subditis inviolabiliter observari. Et etiam specialiter sub pœnis editis contra fautores hæreticorum & hæreticæ pravitatis vos monemus quatenus præfatum Jacobum hæreticum manifestum & excommunicatum penitus evitare & ab ejus communione omnino recedere studeatis, quodque nullum eidem Jacobo hæretico per vos vel per alium seu alios directe & indirecte præbeatis auxilium, consilium vel favorem, & ad idem faciendum & observandum omnes vobis subjectos inducere, etiam si opus fuerit compellere juris remediis sollicite procuretis. In testimonium autem præmissorum præsentes litteras conscribi mandavimus & nostræ imperialis majestatis bulla aurea signoque nostro imperiali consueto jussimus communiri. Et ut prædicta omnia & singula in omnium deducantur publicam notitiam, & ne aliquis de præmissis se per ignorantiam valeat aliqualiter excusare, has literas bullatas ut prædicitur ad fores majoris Ecclesiæ civitatis Pisanæ publice appendi, & appensas per multos dies in conspectu omnium ibidem jussimus permanere. Datum in civitate Pisana ann. Domini MCCCXXVIII. Indictione XI. die XII. Decembris, regni nostri anno XIV. Imperii vero primo.

XXI.

Edictum Ludovici Bavari, Rom. Imperat. quo omnia & singula à Johanne XXII. Pontif. Max. in præjudicium supremæ potestatis Sacræ Cæsareæ Majestatis Sacrique Rom. Imp. suscepta repudiavit atque sustulit, d. d. 6. Augusti An. 1338.

IMperator Ludovicus IV. divino duntaxat munere Cæsar Augustus, universis Christianis salutem. D. Petrus atque Paulus nuncii æternæ majestatis primarii, longo ante tempore prædixere, cecinerunt, sedulo nobis denunciarunt, post fata sua vafros, versutos, audaces, falsos prophetas, sacerdotes, legatos mendaces futuros, facta jam pridem illorum depinxere nobis. In templo Dei (inquiunt) hoc est, ecclesia, quasi sint Deus, sedebunt, & supra omne id, quod usquam gentium aut colitur, aut cultum est, extollentur. Neque dicendi, neque faciendi ullum, nisi qui libet, noscent modum, gloriam, regnum concupiscendi nec finem scient, nec terminum capient. Dominationem, potentiam, urbi orbique terrarum nec minus ipsis exitiabilem, rejecta cruce Christi, arripient, confictis ad quæstum, lucrum, ambitionem, luxum sermonibus de populo Christiano, abusi credulitate stolidi vulgi nundinabuntur. Quæ itaque vates illi veridici, arcanorum Dei interpretes, nobis ante cantarunt, verissima esse experimentis animadvertimus: & plane, nisi asini ad lyram simus, sentimus. Non imus inficias, est genus hominum superstitiosius, quam ut temporum infelicitas refragetur, ad fraudes & commenta superstitiosa, quibus vulgus imperitum facile lactari atque capi solet, ingeniosissimum existit: ad tutandos mores impudentissimum, crudelitate stultorum, quorum infinitus est numerus, abutitur. Meum est hujuscemodi argutias atque vaframenta, ne hisce simplicitati Christianæ imponatur, veritati divinæ illudatur, detegere atque confutare. A spinis non

non colliguntur uvæ, Propheta Dei non accipit munera.

Qui vult maximus esse, sit infimus omnium, nunciis Christus præcipit, & reges quidem dominantur populo, vos autem servi gregis mei, nempe pastores, non domini estis. Nihilominus tamen, quanquam illa clarissima sint, tamen pessimi Pharisæi, perditissimi antichristi, Comitiis Cæsareis suffragiis Principum, rebus impositum, ajunt, non esse Imperatorem, nisi primarius sacerdos, qui dominus rerum & utriusque potestatis manceps sit, auctor fiat. Id etsi pravum ineptum, falsum, perquam absurdum, alienum a vita sacerdotis crucifixi, divino humanoque juri, sacris contrarium, nec rationi consentaneum sit, tamen illi impostores in malitia pervicaciores, quam boni in pietate existunt.

Quis obsecro non videt, nisi talpa plane perpetuo oculis a rerum summo opifice damnatus terræ tenebris incubet? repugnantissima sunt, nec coire possunt, corporale & spirituale, terrenum & cœleste, fluxum & æternum, caducum & immortale, ensis mysticus atque ferreus, hic Cæsari à Deo datus est, ut malis & pacis atque concordiæ disturbatoribus neci datis, boni tranquilla quiete perfruantur. Ille concioni Christianæ à servatore commissus mortuos vitæ restituit, neminem occulit. Diversa sunt sacrificulus & Augustus, uterque cœlesti dono constituitur, suis limitibus clausus, atque ut sunt humana atque divina, ille servorum servus, hic princeps principum habetur, & esse in bene constituta Republica debet. Nos solius Dei beneficio curiatorum comitiorum jure, lege suffragiorum, auctoritate senatus, majestate atque viribus populi principatum tenemus. Si quis ambigat, ad sacræ historiæ penetralia, annales priscos recurrat, ita dubitare definet. Quod si ignorare perrexerit, ignorabitur.

Ut tamen sophistæ illi, monstra, & larvæ religionis Christianæ abominandæ, clava Herculis repercutiantur, & suo ense jugulentur, veteres juris Pontificii cui vacat, evolvat codices, ubi non semel scriptum est, Pontificis, atque Imperatoris omnino diversas esse jurisdictiones, nec vices earum commiscendas esse. Quocirca liquet, quam perperam, atque temere Vicesimus ille secundus Imperii habenas sibi usurparit, præter fas atque æquum Italiam a regno Germaniæ separare conatus fuerit, adversus leges, instituta, morem majorum, contra auspicia, intercessionem, auctoritatem senatus, majestatem Principum, atque populi Romani, Italici, Germanici. Non tam nobiscum, quam cum ipsa Republica Christiana bonus sane pastor vi & armis & manu, non jure disceptavit. Sanguinem Christianum lupus cruentus sitivit & hausit. Idem hostis, accusator, testis, & judex atque inimicus noster publicus in propria causa tamen adversus nos absentes, indemnatos, invocatos, injudicatos, inauditos, nec citatos, nec loco legitimo, nec die dicto, contra leges, indicta causa, secundum se homo bellissimus pronunciavit. Sicuti in rebus invisibilibus & divinis sacerdoti cedimus: ita jure nostro in humanis, & his, quæ conspici, tangique queunt, superiores eo, qui temporalia, dignitatem regum nostro beneficio possidet, sumus. Oportet magis Christo, quam Pontifici Max. obtemperare, ille Imperatori suos dicto audientes esse præcipit, hic vetat.

Hasce ob causas bene, recte, atque sapienter ab hoste Reipublicæ Christianæ ad futurum totius Christianismi, (cujus ille membrum si tamen existit, non caput est,) senatum provocamus: Orbis, inquit Divus Hieronymus, major est, quam urbis Ecclesia. Sententiam igitur illius alterius & Vicesimi adversus nos latam, vanam, irritam ex consilii decreto censemus, declaramus hoc edicto, quod Francofordiæ in Augustiore templo ritu solenni subfixum, si quispiam pertinax fuerit, qui oblatrare, aut obstrepere ausit, tanquam veritatis osor, pacis conturbator, hostis Reipublicæ, inimicus pietatis, satelles Antichristi, mancipium satanæ, perduellionis, perfidiæ, perjurii reus non philosophorum argumentis vel decretorum, sed verbere, vinculis, carcere fatigatus, possessionibus, peculio mulctabitur, & ultimo supplicio, more majorum parricidium luet: Datum in oppido nostro Francofordia, die sexta Augusti anno Christianæ libertatis MCCCXXXVIII. Domini Ludovici Imp. clementissimi, regni XXIV. Imperii XI.

XXII.

Ludovici Bavari, Roman. Imperatoris Apologia, qua inculpationes à Johanne XXII. Pontifice Max. adversus se publicatas à vero abhorrere, Imperatoresque nequaquam Pontificum Jurisdictioni subjectos esse, demonstravit, d. 8. Augusti An. 1338.

LUdovicus, Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, universis & singulis Regibus Christianorum, ac Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Presbyteris, Diaconis, quocunque honoris culmine præfulgeant, & cæteris Ecclesiarum prælatis: nec non secularibus Principibus, Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Dominis, Potestatibus, Rectoribus, Judicibus & Officialibus Provinciarum, civitatum & terrarum Romano Imperio subjectarum, & ipsarum quibuscunque incolis & habitatoribus, ac omnibus & singulis Christi fidelibus, tam Ecclesiasticis quam Secularibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, gratiam suam & omne bonum. Fidem Catholicam, quam sancta mater Ecclesia Catholica, extra quam nullus omnino salvatur, in Symbolis, Consiliis & traditionibus ipsius Ecclesiæ Sacrosanctæ docet & tenet, firmiter credentes, ac fideliter & firmiter confitentes, & ipsius

ipsius Ecclesiæ sanctæ doctrinam in sacris canonibus traditam, sequi volentes: quibusdam allegationibus, impugnationibus & oppositionibus, quæ contra nos, & electionem ac promotionem de nobis factam ad culmen dignitatis Imperialis, & contra imperialem auctoritatem, potestatem & dignitatem opponuntur, ne simplicium corda possint inficere, secundum sacrorum canonum & legum tenorem in his scriptis duximus respondere, & contra ipsos impugnantes & opponentes & eorum dicta, procedimus, prout inferius continetur. In primis contra nos & imperialem auctoritatem & jus Imperii allegatur & objicitur, quod potestas & autoritas Imperialis est a Papa: & quod electus in Regem Rom. ex sola electione non est, nec dici potest verus Imp. nec habet potestatem, Jurisdictionem & auctoritatem, antequam inungatur, consecretur & coronetur a Papa: qui, ut dicunt, tam in temporalibus, quam in Spiritualibus habet plenitudinem potestatis. Ad quæ respondemus, hanc opinionem sacris Canonibus, ac juri & rationi pariter obviare, sicut expresse patet in Decret. 96. distin. c. cum ad verum, & Can. duo sunt, &c. Imperator, ubi expresse habetur in hæc verba: Duo sunt quippe, quibus principaliter hic mundus regitur, scilicet autoritas sacra Pontificum, & regalis potestas. Habet quippe Imp. privilegium potestatis suæ, quam administrandis legibus publicis divinitus est consecutus. Nec Imp. jura pontificatus, nec Pontifex jura Imperatoria usurpat: hæc ibi. Ubi glossæ ordinariæ dicunt, quod istæ potestates sunt diversæ, & quod neutra dependet ab altera, & quod Imperator non habet potestatem sive imperium, nisi a solo Deo, 93. distinct. cap. legimus, ubi in textu dicitur, quod exercitus facit Imperatorem: & glossa super verbo Imperatorem, dicit sic: Ex sola enim electione Principum dico eum verum Imperatorem, antequam a Papa confirmetur, ut dixi, 73. distin. cap. quamvis. hæc glossa. Et hoc etiam probatur in Canone 10. distin. ubi de potestate Imperiali & Pontificali loquitur in hæc verba: Quoniam mediator Dei & hominum Christus Jesus sic actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discernit, ut Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium rerum imperialibus legibus uterentur: quatenus spiritualis actio a Carnalibus incursibus distaret, & Deo militans, scil. Papa, minime se negotiis secularibus implicaret: ac vicissim ille, scilicet Imperator, non videretur divinis rebus præsidere, qui esset secularibus negotiis implicatus. Hæc ibi. Ubi glossa ordinaria de utraque potestate loquens, dicit sic: Dum ergo potestates istæ distinctæ sint, est hoc argumentum, quod Imperium non habetur a Papa: & quod Papa non habet utrumque gladium. Nam Exercitus facit Imperatorem, 45. dist. c. legimus: & imperium a solo Deo habetur, 23. q. 4. c. quamvis. Alioquin si Imperium haberetur a Papa, posset in temporalibus ad Papam appellari, quod prohibet Alexander Papa IV. quod illa, scil. temporalia, suam, scil. Papæ, jurisdictionem non attingunt, ext. de appellat. c. si duobus &, qui filii sint legitim. c. causam quæ inter. Et ita ego credo illas potestates esse distinctas. hæc glossa. Et 8. dist. c. quo jure, dicitur, quod jura humana per Imperatores, Reges seculi, Deus humano generi distribuit. Et lex dicit, quod Imperium & Sacerdotium ab eodem Principio processerunt in actum, authen. quomodo oportet episc. & cler. ad ord. perduci, in prin. collat. 1. Nec Imper. Jurisdictionem Papæ, nec Papa Jurisdictionem Imperatoris perturbare debet, ext. de jud. c. novit. Ex quibus et aliis pluribus, quæ brevitatis causa dimittuntur, clare patet, quod potestas et autoritas Imperialis est immediate a solo Deo et non a Papa. Et quod electus in Imp. ex sola electione est Rex Roman. et habet autoritatem, jurisdictionem et potestatem Imperialem, etiam antequam inungatur, consecretur et coronetur a Papa: et quod Papa in temporalibus non habet dictam plenitudinem potestatis. Sed objicitur, quod ille, qui se Joannem Papam XXII. appellabat, per suos processus de facto cassavit, sive nullam, cassam et irritam pronunciavit, electionem de nobis in regem Rom. factam: asserens in suis processibus, nos administrare non posse jura Imperii, et quod administratio Imperii ad ipsum Joannem pertinebat de jure: et alia plura in ipsis processibus asserens, et de facto attentans contra nos et jura et libertates Principum Alemanniæ et subditorum Imperii, et contra consuetudines antiquitus rationabiliter introductas et observatas, prout in ipsis processibus, imo verius excessibus, continetur. Insuper post dictos Processus quasdam literas sub bulla sua dicitur fecisse, et per mundum publice transmisisse, in quibus asserit, se totam Italiam ab Imperio et regno Alemanniæ separasse: insinuans per sua scripta et dicta; quod Papa, tanquam dominus universalis, non solum in Spiritualibus, sed etiam in temporalibus totius mundi possit ad suum libitum disponere et ordinare. Ad quæ omnia duximus respondendum, quod dicti omnes processus, assertiones et literæ et omnia et singula, quæ per dictum Joannem in prædictis et contra prædicta gesta seu attentata fuisse dicuntur, fuerunt et sunt nulla, et nullius valoris et momenti, rationibus infra scriptis. Prima ratio est, quoniam Papa quantumcunque catholicus et legitimus, non habet talem potestatem, nec auctoritatem aut jurisdictionem in temporalibus, et maxime supra Imperium, quod est immediate a solo Deo, ut evidenter probant Canones, et jura superius allegata. Unde quicquid prædictus Joannes fecit in prædictis, tanquam a non suo judice factum, nullius fuit momenti, ut probant aperte Canones, 11. q. 1. c. pen. et 2. q. 1. c. in primis, juxta fin. et 6. q. 1. c. frater noster, et ext. de jud. c. at si clerici, et ext. de consuetud. c. ad nostram, et c. si a non compet. jud. l. 2. et 3. et ult. cum similib. Secunda ratio est

tio est ex eo, quod dicti processus, imo verius excessus, fuerunt per dictum Joannem contra nos, et in præjudicium enorme nostrum, et illorum, qui nos elegerunt in Regem Romanum, et aliorum Principum Imperii et Alemanniæ, ex notorie falsis causis, et nullo fori ordine servato, nobisque et aliis, quorum intererat, absentibus, et nullo modo legitime monitis et citatis. Unde cum Sacri Canones, et jura divina et humana decernant sententias et processus quoscunque promulgatos, absentibus iis, quorum causa agitur, sive ventilatur, et eis legitime non monitis et citatis, nullius existere firmitatis, 3. q. 4. per tot. ubi etiam legitur, sanctos Pontifices definivisse in hæc verba: Omnia, quæ adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur, aut judicantur, irrita erunt, et evacuantur omnino, nec aliquam obtinent firmitatem, quia divinæ et humanæ leges hoc fieri prohibent, ut ext. de testib. c. in nomine domini; et in authent. de testib. §. hæc vero, collat. 7. et ff. quæ sent. sine appell. resc. l. 1. §. ex hoc edicto: et C. quomodo et quando judex, l. ea, quæ. Et maxime in causis, quæ summi Pontificis Judicio deciduntur, ordo juris et vigor æquitatis est subtiliter observandus, ut ext. de sent. et re jud. c. in causis. Sequitur quod prædicti Processus, imo verius excessus fuerunt nulli, et nullius valoris penitus et momenti. Nec obviat, si dicatur, quod prædictus Joannes, in Civitate Avinionis provinciæ existens cum sua curia per suas literas, quas dicitur ad fores Ecclesiæ majoris Avinionis appendi fecisse, nos absentem citavit, quoniam talis citatio, esto quod appareret, nullatenus fuit, nec est dicenda legitima, rationibus infra scriptis. Prima ratio, quia sunt canones et jura ad hoc. Quod censeatur et dici possit citatio firma, necesse est, quod, qui citandus est, citetur aut personaliter, si inveniri potest, aut si non potest inveniri, publice citetur ad domum suam, alias nisi sic citetur, non potest contra ipsum procedi, ut aperte probatur 4. q. 5. c. quisquis. et ext. de dol. et contumac. c. causam, in text. et in gloss. et in c. venerabilis in fin. et de cleric. non resident. c. ex tuæ, et ext. qui matr. accus. pos. c. 1. et de eo, qui mittitur in possess. causa rei ser. c. ult. et ff. ex quib. caus. majores l. item ait. §. hoc autem, cum similib. Et si proceditur, processus nullius esse momenti, ut dicitur in superius allegatis juribus 3. q. 9. c. caveant: et ff. quæ sent. sine appellat. rescind. l. 1. et C. quomodo et quando judex l. ea quæ. Ex quibus juribus clare patet, dato sine præjudicio, quod talis citatio per literas in civitate Avinioni appensas reperiretur facta fuisse, quod nihilominus processus per ipsum Joannem factus fuisset irritus et inanis. Secunda ratio est, quia ad hoc ut citatio de jure legitima censeatur, et arctet citatum ad veniendum, necessum est, quod assignetur illi, qui citandus est, terminus et locus ad comparendum securus, prout manifeste probant jura. ext. de appell. c. ex parte tua. 33. q. c. sive de conjugii etc. Ubi providendus est locus, in quo nulla vis formidetur multitudinis, nec sit difficile testes producere, vel cæteras personas, quæ tam a sanctis canonibus, quam a venerandis Romanis legibus in hujusmodi controversiis requiruntur. hæc ibi, & 3. q. 9. c. hortamur, & ext. ut lite non contestata c. accedens: & ff. de judiciis l. sed locus. Sed notorium est, & indubitatum existit, quod dictus Joannes tam nos, quam Imperii nostri fideles & amicos odio capitali & etiam hostili exercitu persequebatur de facto, & civitates & jura imperii sibi usurpare & subjugare quantum poterat, conabatur. Civitas quoque Avinionis, in qua idem Joannes cum suo consistorio morabatur, & ad quam nos per suas literas evocabat, & ille, qui illius civitatis dominium detinebat, nos & Romanum imperium habebat odio notorio & antiquo: unde patet, quod deciperet, qui diceret & sentiret, talem citationem nos ad comparendum modo aliquo coarctasse. Quis enim auderet dicere, quod talis consistorii in tali loco periculoso teneremur subire judicium, & in hostium nostrorum nos ponere sinum, & mortis periculo ultroneo nos offerre? Patet igitur, quod talis citatio, si facta reperiretur de nobis, foret irrita & inanis. Tertia ratio sumitur ex eo, quod in sacris Canonibus & Legibus statuitur, quod nullus in propria causa possit judicare, vel jus sibi dicere, ut probatur 23. q. 4. c. inter querelas & q. 5. de occident. & 4. q. 4. cap. 1. & C. ne quis in caus. pro jud. vel jus sibi dicat. Sed manifestum adeo est & notorium, ut nulla tergiversatione possit negari, quod prædictus Joannes de facto contendebat, scilicet quod ipse non solum in spiritualibus, sed & in temporalibus, & in nos & in totum Imperium, ac Jura Imperii habeat plenitudinem potestatis: & quod super hoc contra nos controversiam & litigium de facto movebat, & jura Imperii etiam hostiliter sibi pro viribus usurpare conabatur, & nos & Imperii nostri fideles, quantum poterat, tanquam adversarius, hostis & inimicus noster & imperii, persequi nitebatur. Unde etiam contra eum tanquam contra adversarium, inimicum & hostem nostrum & etiam Imperii, pro defensione nostra & etiam fidelium nostrorum, & juris Imperialis ac fidei, appellamus ad futurum generale Concilium, in loco tuto & securo modo debito & secundum formam sacrorum Canonum congregandum. Ex quibus sequitur manifeste, quod dicti processus, imo verius dicti excessus, per dictum Joannem contra nos & contra fideles nostros, & jura Imperii, facti fuerunt in propria causa, & temere & perperam attentati: & quod ipse in ipsis processibus se judicem simul & partem effecit: ac per consequens quod fuerunt irriti & nullius penitus firmitatis.

Tertio objicitur contra nos, quod dictus Joannes tam in nos, quam in omnes sequaces ac fideles nostros, habentes et tenentes nos pro Imperatore, nomine et honore, et nobis tanquam Imperatori obedientes et reverentiam exhi-

exhibentes, & in omnibus admittentes nos ad divina, seu nobiscum participantes in divinis, aut divina officia celebrantes coram nobis, & præbentes nobis auxilium, consilium & favorem, de facto excommunicationis sententiam fulminavit: & Ecclesias & Universitates, quæ contra facerent, Ecclesiastico supposuit judicio. Unde dicitur, quod sententia pastoris, sive justa sive injusta, servanda est & timenda. Ad quæ respondemus & dicimus quod secundum sacros canones & jura, hujus sententiæ & processus fuerunt, & sunt nullæ ac nullius firmitatis, nulliusque valoris penitus & momenti: nec sunt aliquo modo timendæ nec servandæ, nec timendi nec servandi: quod evidenter ostenditur & probatur rationibus infra scriptis. Prima ratio sic sumitur: Certum est, quod cum Prælatus Ecclesiæ in suo mandato excedit formam & potestatem a sacris Canonibus sibi traditam, & in contra mandatum hujus facientes, excommunicationis in singulares personas & in Ecclesias, & universitates, sententias interdicti promulgat, talem sententiam non tenere, sed nullam ipso jure fore, nullatenusque observandam, ut probatur per id, quod legitur & notatur, ext. de excess. prælat. c. cum ad quorundam. Temerarium enim est & indignum, aliquem sibi sua autoritate usurpare, quod Romana Catholica Ecclesia non concedit, ext. de privil. c. sane. Sed, ut supra probatum est, evidenter, sancta Romana Ecclesia Catholica & Apostolica non concedit, sed prohibet Papæ, jus Imperii & potestatem in temporalibus usurpare. Quia, ut dictum est, ista Papæ jurisdictionem, quæ solum est in Spiritualibus, non contingunt, ut in superius allegato text. de appel. c. si duobus. Et manifestum est, quod dictus Joannes per suas antedictas sententias, excessit formam & potestatem Papæ traditam. Quia jus Imperii & potestatem in temporalibus sibi usurpare conatus est, contra sacrorum canonum constituta. Ergo hujus sententiæ sunt & fuerunt nullæ, & nullatenus observandæ. Et hic est unus de casibus expressis, in quibus sententia de excommunicatione nullatenus est observanda. Secunda ratio sic sumitur: Certum est de jure, quod ubi est error expressus in sententia, vel in mandato præsidentis, puta quia præcipit, quod non obediat suo superiori, vel præcipit aliquid contra Deum, vel contra sacram scripturam: talis sententia ipso jure nullius est momenti, nec est timenda, nec aliquatenus observanda, ut probatur per illud, quod legitur extr. de sentent. excomm. c. venerabil. juxta finem in gloss. & ii q. 3. c. si quis præest, cum duobus c. seq. Et idem est, ubicunque sententia est ipso jure nulla, ut probatur aperte per illud, quod legitur & notatur extr. de sentent. excomm. c. per tuas: & ext. de procurat. c. in nostra præsentia, in fin. & ext. de crimine fals. c. super eo, & ext. de sentent. & re jud. Sed manifestum est, quod dictus Joannes in dictis suis Processibus & sententiis expressit, quod non obediatur nobis, cui omnes Imperio subjecti obedire, & reverentiam exhibere secundum divina & humana jura sunt astricti: & quod hoc fecit volendo sibi jus Imperii, & potestatem omnimodam in temporalibus contra dominum & contra justitiam usurpare, ad quæ non extenditur, ut dictum est, ejus autoritas & potestas. Ergo ipsæ sententiæ sunt & fuerunt nullæ, & nullius penitus firmitatis, nec fuerunt, nec sunt quomodolibet observandæ. Tertia ratio sic sumitur: Manifestum est, quod quando sententia excommunicationis vel interdicti, quæ prolata est post appellationem legitimam, nulla est, nec aliquatenus est timenda, nec servanda, ut aperte probatur ext. de off. & potest. jud. del. c. cum olim in fine: & de sentent. excomm. c. venerabil. in fine: & ext. de appellat. c. ad hoc, quod & habetur & notatur extr. de sentent. excomm. c. per tuas in gloss. ord. & per dominum Hostiensem in apparatu super c. solet, & in summa, quam per alios doctores. Sed manifestum & notorium est, quod nos dudum contra dictum Joannem, & processus, quos ipse de facto fecit contra nos, ac potestatem & autoritatem imperialem & præjudicium & derogationem fidei catholicæ, quam Sancta Romana Ecclesia firmiter hactenus docuit & credidit, & docet & credit, & tenet, appellavimus ad futurum generale concilium, in loco securo & congruo congregandum, & ad sanctam matrem Ecclesiam Catholicam. Quæ appellatio fuit ad ipsius Joannis notitiam deducta, prout notorium est & manifestum: & constat etiam per legitima Documenta. Et quia ipse Joannes post & contra dictam appellationem promulgavit, & protulit de facto contra nos & fideles nostros, & nos sequentes, & nobis præbentes consilium, auxilium & favorem, dictas excommunicationis & interdicti sententias, si sic dici possunt, ergo fuerunt & sunt nullæ, & nullius favoris & momenti, nec sunt aliquo modo timendæ nec observandæ. Nec obstat, quod dicitur, quod Papa non habet superiorem, unde, ut aliqui garriunt, non potest ab ipso quomodolibet appellari. Et vere non obstat: quoniam manifestum est secundum doctrinam catholicam & sacrorum Canonum, quod Papa, ubi de fide, sive de jure divino agitur, subest conciliis, ut patet expresse & legitur & notatur 15. dist. c. sicut sancti, in textu & glossa & 25. q. 1. sunt quidem, cum capitibus sequentib. & 19. dist. c. Anastasius, ubi dicit glossa ordinaria super verbo, Concilio dicitur: Videtur ergo, quod Papa tenetur requirere concilium Episcoporum, quod verum est, ubi de fide agitur: & tunc Synodus major est, quam Papa, 15. dist. c. sicut sancti mei. Ita dicit gloss. ord. Et quod Papa, ubi de fide agitur, habet superiorem in terris, a quo possit judicari, & per consequens, ad ipsum superiorem valeat appellari, probatur etiam notanter per illud, quod legitur & notatur 40. dist. c. si Papa. Ubi expresse definitur, quod Papa a nemine judicari potest, nisi deviet a fide catholica. Ergo si Papa deviat a fide, habet superiorem interius, a quo

quo potest judicari, & per consequens ad ipsum potest appellari. Hoc etiam patet per hoc, quod dicit Augustinus in Epistola ad Glorium & Eleusium, & reliquos Donatistas, ubi de Concilio Papæ & Collegii Cardinalium scribit Dominus sic: Quasi non eis dici possit, & adhuc justissime dici: Ecce putemus illos Episcopos, qui Romæ judicarunt, non bonos fuisse. Restabat adhuc universalis Ecclesiæ plenarium judicium, ubi etiam cum ipsis judicibus causa possit agitari, ut si male judicasse convicti essent, eorum sententiæ solverentur: hæc Augustinus. Ex quibus & aliis pluribus auctoritatibus, quæ brevitatis causa dimittuntur, evidenter patet, quod consilium universale Ecclesiæ Catholicæ, ubi de jure divino, aut de fide agitur, majus & superius est concilio Papæ & Cardinalium, & ipsum tollit & solvit; si ipsi repugnent. Cum ergo pro defensione juris Imperii, quod est a jure divino & fide Catholicæ, appellamus ad generale Concilium in loco tuto & securo congregandum: sequitur, quod appellatio nostra fuit interposita ad superiorem, ad quem legitime potuit appellari. Plures quoque aliæ rationes & causæ sunt, ex quibus cernitur evidenter, quod prædictæ sententiæ fuerint, & sunt nullæ, ac nullius valoris sive momenti, nec fuerunt nec sunt timendæ, nec aliquatenus observandæ. Quæ rationes & causæ in appellationibus & provocationibus, contra adversantes nobis, & nos & imperium & fidem Catholicam, quam sancta Romana tenet Ecclesia impugnantes, solenniter interjectis, seriosius explicantur, quas omnes seriatim præsentibus literis explicare, prolixum nimium videretur. Quamobrem denunciamus & dicimus processus & sententias, de quibus superius dictum est, fuisse & esse nullas, & nullos, & nullius valoris & momenti, & nullatenus observandas; ac universis & singulis sub nostro Imperio degentibus, cujuscunque Status, dignitatis & conditionis existant, discrete præcipimus & mandamus, quatenus nulla persona singularis, aut communitas vel universitas, dictas excommunicationis & interdicti sententias præsumat observare vel facere ac sustinere quomodolibet observari. Quicunque autem contra hoc nostrum mandatum præsumpserit facere vel venire, eum omnibus feudis, quæ ab imperio tenet, ac omnibus jurisdictionibus, gratiis & privilegiis, libertatibus & immunitatibus a nobis, vel prædecessoribus nostris, ei concessis, ex nunc privamus. In quorum omnium testimonium & fidem præsentes literas fieri fecimus, & nostræ Imperialis Majestatis bulla jussimus & fecimus communiri. Et ut ipsæ literæ ad communem omnium notitiam deducantur, eas majoris Ecclesiæ de Franckenfurt ostiis appendi sive affigi faciemus, quæ hunc processum nostrum quasi sonoro præconio publicabunt, ita quod nullus possit prætendere, vel ignorantiam allegare, quod ad eum prædicta non pervenerint, sive quod ea ignoraverit: cum non sit verisimile occultum & incognitum remanere, quod tam patenter fuit omnibus publicatum. Datum in oppido nostro de Franckenfurt, die VIII. Mensis Augusti. Anno Domini MCCCXXXVIII.

XXIII.

Ludovici Bavari, Rom. Imp. Edictum, quo Imperatoriam dignitatem Majestatemque à solo Dei nutu ac voluntate, nequaquam vero à Pontificis Maximi consensu & approbatione pendere evincit, de An. 1339.

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus &c. Licet jura utriusque testamenti manifeste declarent, Imperialem dignitatem & potestatem in filio Dei ab antiquo processisse, & Deum per Imperatores & mundi Reges jura humano generi aperte tribuisse, & quod Imperator ex sola Electione eorum, ad quos pertinet, verus efficitur Imperator, nec alicujus alterius eget confirmatione, seu approbatione; quoniam in terris quoad temporalia non habet superiorem, sed etiam gentes subsunt & Nationes: & ipse Dominus noster Jesus Christus mandavit Matth. 22. quæ sunt Dei, Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari reddenda, quia tamen nonnulli avaritiæ & ambitionis cæcitate devicti & nullius scripturæ intelligentiam habentes, sed divertentes a tramite recti sensus in quædam iniqua & prava commenta, & in assertiones detestabiles prorumpunt contra potestatem Imperialem & Jura Imperatorum, Electorum & aliorum Principum & Imperii fidelium, committentes & fallaciter adserentes, quod Imperialis dignitas & potestas est a Papa, et quod Electus in Imperatorem non est verus Imperator, nec Rex, nisi prius per Papam aut sedem Apostolicam confirmetur, approbetur, et coronetur; et per hujusmodi pravas assertiones, et pestifera dogmata, hostis antiquus movet lites, jurgia suscitat, contentiones parit, et seditiones procurat. Ideo ad tantum malum evitandum, et consilio et consensu Electorum et aliorum Principum Imperii declaramus, quod Imperialis dignitas et potestas est immediate a solo Deo, et quod de Jure Imperii et consuetudine antiquitus approbata, postquam aliquis eligitur in Imperatorem seu Regem ab Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte eorundem, statim ex sola electione est Rex verus et Imperator Romanorum censendus et nominandus, et eidem ab omnibus Imperio subjectis obediendum, et administrandi jura Imperii, et cetera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet potestatem, nec Papæ sive sedis Apostolicæ, aut alicujus alterius approbatione confirmatione, authoritate indiget, vel consensu; et ea propter hac in perpetuum valitura lege decernimus, ut

Electus

Electus in Imperatorem concorditer, vel a majori parte Elector, ex sola Electione censeatur & habeatur ab omnibus pro vero & legitimo Imperatore, & eidem ab omnibus subjectis Imperio debeat obediri, & administrationem & jurisdictionem Imperialem & Imperialis potestatis plenitudinem habeat, & ita habere ac obtinere ab omnibus censeatur & firmiter asseratur; quicunque autem contra hæc declarata decreta & definita, aut aliquid eorum asserere seu dicere, aut assentientibus seu dicentibus consentire, vel eorum mandatis vel literis vel præceptis obedire præsumserit, eos omnibus feudis, quæ ab Imperio detinent, & omnibus gratiis, jurisdictionibus, privilegiis & immunitatibus a nobis vel prædecessoribus nostris, iis concessis ex nunc privamus & ipso jure & facto decernimus esse privatos; insuper eos crimen læsæ Majestatis decernimus incurrisse, & pœnis omnibus impositis crimen læsæ Majestatis committentibus subjacere. Datum in Coloniensi Civitate Alemaniæ, Anno Domini MCCCXXXIX.

XXIV.

Tabulæ fœderis initi inter Alexandrum VI. Pontificem Maximum, Maximilianum I. Roman. Regem, Ferdinandum & Elisabetham, Reges Castellæ, Augustum Barbadisum Venetiarum, & Ludovicum Mariam Sfortiam Anglum, Mediolani, Duces, pro conservanda quiete Italiæ, d.d. ultim. Mart. An. 1495.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti Gloriosissimæ Virginis Mariæ & totius cœlestis curiæ triumphantis. Anno à nativitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, Indictione tredecima, die vero ultimo Mensis Martii, Sanctissimus & Beatissimus Dominus, Dominus Alexander Papa Sextus &c. Serenissimus & excellentissimus Dominus Maximilianus, Romanorum Rex &c. Serenissimi, & excellentissimi Domini, Ferdinandus & Elisabeth, Reges Castellæ &c. Illustrissimus & excellentissimus Dominus Barbadiso, Dux Venetiarum &c. Illustrissimus & Excellentissimus Dominus, Ludovicus Maria Sfortia Anglus Dux Mediolani &c. Sive eorum mandatarii &c. Ad finem pacis & pro quiete Italiæ saluteque totius Christianæ religionis pro conservanda dignitate & autoritate Apostolicæ sedis: pro Sacri Romani Imperii juribus tuendis proque defensione & conservatione communium statuum partium prædictarum ad infra scriptam confœderationem: unionem, colligationem, intelligentiam & ligam devenere, mutuis stipulationibus intervenientibus, & per singula capitula specialiter repetitis. cum infra scriptis pactis: articulis: conventionibus: promissionibus: pœnis: obligationibus: renuntiationibus: modis & juramentis per illud spatium temporis & sub illis formis & capitulis, prout inferius continetur.

Imprimis præfatus Sanctissimus Dominus noster pro se & successoribus suis canonice intrantibus ac Sancta Romana Ecclesia suisque adherentibus commendatis & subditis, nec non prælibati Serenissimi Domini Reges & illustrissimi domini Duces, pro se & successoribus suis ac adherentibus commendatis & subditis: sive Mandatarii subscripti nominibus, quibus supra, ineunt & contrahunt. bonam. meram. & puram unionem: confederationem: intelligentiam: & ligam duraturam usque ad annos 25. & ultra usque ad illud totum tempus quod ipsis partibus placitum fuerit: ad mutuam (ut dictum est) conservationem statuum partium prædictarum & unius cujusque earum contra omnes & quoscunque (quicunque illi fuerint) dominos & potentatus in Italia impræsentiarum statum habentes & tenentes. Etsi durante liga statum habere in Italia desierint, qui in decreto non provocati & non lacessiti offenderent per se vel per alium partes prædictas, vel ipsarum aliquam, seu status adherentes commendatos & subditos uniuscujusque partium prædictarum.

Item convenerunt quod toto tempore dictæ confederationis & ligæ Sanctissimus Dominus noster tenere & habere debeat equites quatuor mille & pedites duo mille. Et quilibet præfatorum Serenissimorum Dominorum Regum, & illustrissimorum dominorum ducum equites octo mille & pedites quatuor mille bonarum gentium armigerarum cum quibus invicem & mutuo se juvare & succurrere debeant propriis impensis cujuslibet dictarum partium in hunc modum videlicet. Si aliqua partium contrahentium offenderetur ut supra, teneantur aliæ partes, quæ cessarent à tali offensione aut mittere dictum numerum gentium sive earum partem pro rei exigentia suis sumptibus, ut dictum est: in auxilium & succursum partis offensæ: si ita locus offensionis postulaverit: aut ipsas gentes exercere contra offendentem. & ipsius statum: aut mittere loco cujusmodi copiarum parti offensæ de tempore in tempus pecunias infra scriptas ad rationem anni juxta arbitrium & electionem partis auxiliantis & contribuentis videlicet Sanctissimus Dominus noster, ducatos triginta mille, & quilibet prædictorum Serenissimorum dominorum Regum & illustrissimorum Dominorum Ducum ducatos sexaginta mille, quæ quidem summa unicuique specificata, neque per accessum aliorum ad ligam neque per defectum alicujus ex liga diminui, vel augeri possit; Et si casus necessitatis exigeret auxilium maritimum triremium, aut navium seu navigiorum ab aliqua partium in eo casu difalcari debent & excomputari ejusmodi impensa maritima in numero copiarum terrestrium

ſtrium aut pecuniarum. Caſu vero quo uno & eodem tempore plures ex partibus contrahentibus offenderentur tunc mitti debeant auxilia ab aliis confederatis ceſſantibus ab offenſione per ratam, ut eſt honeſtum: videlicet. ſi duo offenderentur auxilia mittantur per dimidium, ſi tres, per tertium: ſi quatuor, per quartum: Et teneatur quilibet ſupra ſcriptorum contrahentium qui noſtris offenderetur gentibus miſſis in ipſius auxilium per ſua loca & dominia provideri facere de allogiamentis & commeatibus ſolvendis tamen ab ipſis gentibus pretio honeſto & convenienti; omnia autem ſupra & infra ſcripta intelligantur bona fide & ſine cavillatione dolo & fraude, quæ nemini debent patrocinari; Verum ob vicinitatem & contiguitatem ſtatuum Sanctiſſimi domini noſtri & illuſtriſſimorum Dominorum Venetiarum & Mediolani Ducum: convenerunt ipſi Sanctiſſimus Dominus noſter & illuſtriſſimi domini duces: ut ſi aliquis eorum offenderetur ut ſupra, teneantur alii duo non ſolum præſtare auxilia offenſo, juxta formam præcedentis capituli: verum etiam auxiliari ſibi invicem cum numero copiarum quas eorum quilibet habere & tenere eſt obligatus virtute hujus confederationis.

Item convenerunt, quod præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter præter auxilium dictarum juvare quoque debeat confederatos ſuos cum armis ſpiritualibus juxta rei exigentiam. & quantum de jure licuerit ſuæ ſanctitati.

Item ſi forte occurreret, quod Deus avertat, quod ad bellum deveniretur, non poſſit quovis modo fieri pax: niſi cum ſcientia ſociorum & cum reſervatione & ſine præjudicio preſentis confœderationis & ligæ:

In caſu autem quo offendens offenſo pro offenſione ſatisfactionem exhiberet: treugas & inducias peteret à bello aut moleſtia deſiſtere: & ſe coram confederatis juri ſubjicere vellet, teneatur tunc offenſus adquieſcere: & partes illas oblatas judicio & conſilio confederatorum acceptare, & relinquere. Et ſi talis offenſus nollet, poſſint cæteri ex liga auxilium in eo caſu ab ipſo offenſo amovere & pro eo bello de cetero denegare:

Item convenerunt quod aliqua pars prædictarum facta concluſione præſentis ligæ non poſſit ad aliquam intelligentiam ſeu ligam devenire cum aliqua potentia habente, ut ſuperius expreſſum eſt in Italia ſtatum, niſi de communi conſenſu & voluntate omnium partium: & niſi fuerit ſine præjudicio & cum reſervatione capitulorum præſentis ligæ: quibus nullo pacto liceat derogari.

Item reſervetur unicuique Domino & potentatui locus ingrediendi hanc ligam ſecundum uniuſcujuſque decentiam, cum illis modis, conditionibus & obligationibus quæ partibus contrahentibus hanc ligam viſæ fuerint & placebunt.

Item poſt concluſionem præſentis ligæ teneantur partes & quælibet earum infra menſes tres nominaſſe invicem ſuos adhærentes & commendatos cum hac declaratione pro majori cautela, quod nulla partium nominari poſſit in ejuſmodi dominatione facienda aliquem dominum aut potentatum, qui dignitate. titulo: aut potentia non ſit inferior unicuique partium principalium hujus confederationis. Et hoc quoniam ſi quis majoris gradus beneficio ipſius confederationis uti voluerit, eqvum qvoqve eſt, ut aliorum confederatorum conditionibus & obligationibus pariter ſubjaceat, prout partibus contrahentibus viſum fuerit conveniens:

Item præſens liga & confederatio per partes contrahentes infra terminum duorum menſium à die ſtipulationis potentiis univerſis & ligæ hincinde in forma publica & autentica per publica inſtrumenta & literas debeant approbari & ratificari inſtrumentaque vel literæ ratificationis hujuſmodi viciſſim mitti & tradi debeant, firmis nihilominus remanentibus in omnem eventum aliis omnibus capitulis hujus confederationis:

Item convenerunt, quod principalis liga per beatitudinem Pontificiam & illuſtriſſimos Dominos duces præfatos ſolenniter publicari debeat, die dominico Palmarum: qui cur. 12. menſis Aprilis proximo futuri in terris & dominiis cujuslibet eorum cum ſolennitatibus & proceſſionibus demonſtrationibus & ſignis gaudii & lætitiæ ut eſt conſuetum: & hoc idem eodem die ſervetur à Cæſarea majeſtate, ſi tempus & locus ita patientur. Sin minus in uno ex proximis diebus paſchalibus. Sereniſſimi vero Reges Hiſpaniæ faciant ſimilem publicationem, poſt habitam notitiam in una ex feſtivitatibus proxime ſequentibus ipſam notitiam à Majeſtatibus habitam.

Item ne magis potentes minus potentes opprimant utque cuilibet quod ſibi jure competit reddatur, convenerunt partes contrahentes, quod ſi forte occurreret ad bellum devenire in quo caperentur per copias confederatorum dominia capta, loca aut bona, quæ eſſent vel fuiſſent alicujus ipſarum partium, ſive eorum adhærentium & commendatorum, ſimiliterque illorum, qui de conſenſu & voluntate confederatorum poſt concluſionem ligæ ligam intrabunt. In hoc caſu ipſa dominia capta loca & bona reſtitui debeant ſpoliatis cum illis pactis & conditionibus, quæ partibus contrahentibus hanc ligam videbuntur.

Item ſi aliqua pars in liga comprehenſa, vel quæ poſt contractum ligæ ligam intrabit, aut domini vel communitates pro adhærentibus aut commendatis dati per aliquam partium in liga comprehenſarum offenderent aliquam ex partibus principalibus, ſeu adhærentes vel commendatos alicujus ipſarum partium, non intelligatur liga violata quoad alias partes non contrafacientes: ſed omnes aliæ

partes

partes principales in liga comprehensæ teneantur ad requisitionem offensi contra offendentem subsidia præstare offenso pro ejus defensione bona fide, secundum casus exigentiam, quemadmodum facerent & facere deberent, si talis offendens non esset in liga principalis, aut accessorius ullo modo comprehensus.

Item contingente belli casu, quod absit, cum aliquo ex colligatis, vel in liga comprehensis partes aliæ non solum teneantur non dare transitum & receptum, ac victualia gentibus ad offensam alicujus partium transeuntibus sed illis transitum interdicere, non solum denegando sibi prædicta, sed etiam obsistendo ne transeant ad offensam ut supra, bona fide & secundum casus exigentiam.

Item quod aliqua partium prædictarum non possit, nec debeat accipere, neque conducere ad servitia & stipendia sua aliquem Capitaneum armorum ductorem comestabilem vel alium stipendiarium alicujus alterius partis sine scientia & consensu illius partis cujus esset stipendiarius, & si quis ex prædictis Capitaneis armorum ductoribus armigeris, Comestabilibus & stipendiariis fugeret & se reciperet in dominium alicujus ex iisdem partibus, pars illa in cujus dominio hujusmodi transfugerent, teneatur ad omnem requsitionem & instantiam partis à qua auffugerint eos realiter & personaliter detineri facere in quocunque loco dominii sui, nec possint relaxari donec restituerint quicquid abstulerunt, aut cum iis à quibus auffugerint concordes fuerint.

Item cum ex laudabili consuetudine sacrorum canonum instituta Serenissimus Dominus Romanorum Rex ad Imperatorium culmen electus pro cæsareo dyademate accipiendo Romam sit profecturus, præfatus Sanctissimus Dominus noster & illustrissimi Principes promiserunt & promittunt præfatæ Cesareæ Majestati, & omnibus copiis suis transitum liberum per omnes civitates & quæcunque loca & passus ditionum suarum, & cum exhibitione commeatuum necessariorum, qui tamen solvi debeant ab ipsis gentibus pretio convenienti, nec aliqua molestia: injuria: damnum: aut offensio: inferri debeat ab eisdem copiis alicui subditorum, aut locorum præfatorum sanctissimi Domini nostri & illustrissimorum Ducum qui sibi præstabunt omne auxilium & favorem opportunum pro abundantiori copia Commeatuum prædictorum.

It. pro declarando universo Orbi summa observantia qua illustrissimi & excellentissimi domini Venetiarum & Mediolani Duces prosequuntur Cæsaream Majestatem, præfati illustrissimi Domini Duces promiserunt eidem Majestati proficiscenti Romam ad accipiendam coronam Imperii sui mittere ad eandem comitandam ducentos quadringentos pro quolibet ipsorum illustrissimorum Dominorum Ducum propriis stipendio & impensis, quæ quidem copiæ comitari habeant prænominatam Majestatem Rhomam usque & stare ad omnem ipsius obedientiam & mandatum.

Quam quidem unionem intelligentiam, ligam & confederationem & omnia ac singula in præsenti instrumento contenta partes prædictæ sive Mandatarii sui earum nomine & quælibet seu quilibet eorum dictis nominibus promiserunt ad invicem mutuis stipulationibus intervenientibus attendere firmiter & inviolabiliter observare etiam cum omnibus clausulis. pœnis. juramentis & obligationibus & renunciationibus generalibus & particularibus in similibus poni consuetis, quæ ponantur à verbo ad verbum: Et ad majus robur & firmitatem mandatarii omnes subscripti manibus propriis in subsequenti latere se subscribent:

Petrus episcopus Chalagur & Calab. Sanctissimi Domini nostri Alexandri Papæ Sexti Orator & legatus & mandatarius omnia scripta ultra approbo & manu propria subscribo.

Aluisius Bechetus Sanctissimi domini nostri orator & mandatarius omnia ultra supra scripta approbo & manu propria subscripsi.

Udalricus electus Tridentinus, Romanorum Regis Orator & Mandatarius omnia ultra scripta approbo & confirmo manu propria.

Ego Joannes Greydner utriusque Juris Doctor præpositus Ecclesiæ catedralis Brüxinensis, orator & mandatarius Romanorum Regis omnia supra scripta manu propria approbo.

Ego Leonardus de Velis miles orator & mandatarius Serenissimi Domini Romanorum Regis omnia & singula supra scripta manu propria ita esse attestor & approbo.

Ego Walterus de Stadion, Orator & Mandatarius Rom. Regis omnia ut supra manu propria confirmo.

Ego Lorenzo Suarenes Embassador & mensagero de Rei et de la Reina de Espana firmo qvanto, et ultro et scritto de mi manu propria.

Ego Marcus Boloni consiliarius et Mandatarius Serenissimi Principis et Illustrissimi Domini Venetiarum ultra supra scripta omnia confirmo manu propria.

Ego Leonardus Lauredanus procurator Sancti Marci sapiens consilii et mandatarius Serenissimi Principis et illustrissimi Domini Venetiarum ultra scripta omnia confirmo et approbo ac manu propria subscripsi.

Ego Andreas Barbadiso Q. S. P. sapiens terræ firmæ, et mandatarius serenissimi Principis, illustrissimi Domini Venetiarum ultra scripta omnia approbo & manu propria subscripsi.

Ego Anthonius de Trintio, Episcopus Comensis & Comes ac illustrissimi & excellentissimi principis Domini Dom. Ducis Mediolani orator & mandatarius omnia ultra scripta manu propria confirmo.

Ego Fr. Bernhardinus Vicecomes orator & mandatarius illustrissimi Domini Ducis Mediolani, omnia ultra confirmo.

Ego

Ego Thadeus Vicomercatus, Doctor utriusque juris, & eques illustrissimi Domini Ducis Mediolani orator & mandatarius omnia ultra suprascripta approbo & manu propria subscripsi.

Actum Venetiis in ducali palatio in chamera cubiculari Serenissimi principis Venetiarum & præsentibus Magnificis & præstantissimis Viris Domino Johanne Dedo, Cancellario Venetiarum dignissimo, Domino Caspare Avidua ac Domino Zacharia Frisco Secretariis. Ac Domino Bernhardino de Figino Mediolanensi, Secretario magnificorum Dominorum oratorum Mediolanensium, testibus ad supra scripta omnia convocatis habitis & rogatis.

Ego Bernhardinus de Ambrosiis. Sign.

XXV.

Tabulæ pacis fœderisque sanciti inter Maximilianum I. Rom. Imperatorem ex una, ac Ludovicum XII. Galliæ Regem ex altera parte, quibus gliscentes inter eos discordiæ sopitæ, certæque conditiones de mutuis inter liberos eorum connubiis, de investitura Mediolanensi, auxilioque mutuo adversus Turcas præstando, stabilitæ sunt, d. d. 13. Octobr. & 13. Decembr. A. 1501.

INter serenissimum atque invictissimum Principem & Dominum, Dominum Maximilianum, Romanor. Regem semper Augustum &c. futurum Imperatorem ex una; & Reverendissimum in Christo Patrem & Dominum, Dominum Georgium de Ambasia, tituli sancti Sixti Presbyterum Cardinalem, Archiepiscopum Rotomagensem, Apostolicæ Sedis ad Galliam de latere legatum atque Christianissimi & serenissimi Francorum Regis Generalem locum tenentem, nomine & vice ejusdem Francorum Regis, partibus ex altera, præsente Magnifico Domino Don Juan Emanuel, serenissimorum Regis & Reginæ, Hispaniarum oratore, tractatum, capitulatum, & conclusum est, prout sequitur: Imprimis prædicti duo Reges serenissimi omnem rancorem & odia inter se deponant, extirpent & prorsus aboleant, nec non pro se & successoribus, vasallis, subditis, regnis, patriis, terris & universis dominiis suis, bonam, meram & puram atque sinceram pacem, amicitiam, benevolentiam, intelligentiam, ligam, unionem & confœderationem inviolabilem & perpetuam, atque omni ævo duraturam, faciant, firment, ineant, & contrahant contra quoscunque hostes suos præsentes & futuros, ad conservationem & defensionem regnorum, statuum, & Dominiorum suorum quæ in præsenti habent & possident, ac in posterum possidebunt & tenebunt, exceptis tamen confœderatis utriusque Regis, similiter etiam promittant & polliceantur eandem amicitiam atque confœderationem inter se ipsos & serenissimos Regem & Reginam Hispaniarum & Archiducem Philippum Austriæ & successores suos renovare facere, & firmare velle, adeò quod omnes hi se invicem fraternè ac bonâ fide absque ulla fraude & dolo prosequantur.

Item, quod ambo supra nominati Reges, innovent, ratificent, approbent & confirment matrimonium conclusum inter serenissimos Principes Dominum Carolum, filium illustrissimi Archiducis Philippi & Dominam Claudiam, filiam serenissimorum Regis & Reginæ Franciæ.

Et ut universis major pateat hujus fraternæ pacis, intelligentiæ & Confœderationis effectus ii serenissimi Reges de novo conveniant & approbent, quod Delphinus Franciæ præsens aut futurus, sive sit filius serenissimi Francorum Regis, si quem habiturus esset, aut alius quicunque, qui pro tempore fuerit, realiter & effectualiter, unam de filiabus prædicti illustrissimi Archiducis Austriæ in uxorem ducat, ad optatum ipsius Delphini, & ut illud fiat per prædictos serenissimos Reges & eorum successores atque hæredes efficiatur.

Quod Serenissimus atque Christianissimus Francorum Rex promittat, quod velit ex nunc & in antea personam & honorem atque conditiones serenissimorum Romanorum Regis & futuri Imperatoris nec non illustrissimi filii ejus Archiducis Philippi, tanquam fratris & filii carissimorum suorum in omnibus rebus fovere, diligere, amare, prosequi, defendere, honorare & complecti & præsertim patrias Cæsareæ majestatis tempore absentiæ & expeditionis suæ proximæ contra Turcas. Sic etiam ipsum Romanorum Regem, & ejus Romanorum imperium juvare, augmentare & illis quibuscunque modis favere ut in eorum pristinas & antiquas conditiones & honores reponantur.

Item quod Christianissimus Francorum Rex secundum totam suam potentiam juvet serenissimum Romanorum Regem, futurum Imperatorem, contra perfidissimos Turcas Christianæ Religionis rabidos hostes, si & in quantum reliqui Christiani Reges & Principes aut major eorum pars suam Cæsaream majestatem etiam juverint. Et hoc proximis tribus annis facere teneatur.

Quod Christianissimus Francorum Rex polliceatur, & promittat pro se ac successoribus suis, quod omni sua cura, diligentia atque sollicitudine favebit & secundum omnem suam possibilitatem juvabit, ut serenissimus Romanorum Rex futurus Imperator aut hæredes sui post mortem moderni Regis Hungariæ, ambo Regna Hungariæ & Bohemiæ, ac illorum provincias, secundum quod honestas postulabit & suæ Cæsareæ majestati jus competierit, & Illustrissimus Dominus Archi-Dux & hæredes sui, post mortem serenissimorum Hispaniæ Regis & Reginæ, tanquam gener eorum omnia regna, patrias, terras & universa dominia illorum quæ nunc habet & justè ad illos spectant, consequantur, possideant atque illis fruantur.

Quod Christianissimus Francorum Rex omni ope, consilio & auxilio juvet & faveat prædicto serenissimo Romanorum Regi, futuro Imperatori pro itinere illius Romam versus & coronatione ejus ibi consequenda eo modo sicuti sua Cæsarea majestas eundem Francorum Regem requisiverit & ipse honeste facere poterit.

Quod Christianissimus Francorum Rex promittat & polliceatur, quod nequaquam ullo aut quocunque modo se circa subditos, & de rebus imperii Romani absque scitu & voluntate Romanorum Regis intromittere velit, poterunt tamen nihilominus ambo Reges subditos utriusque regni ad omnia aliqua sua servitia in servitores accipere.

Quoad octoginta mille coronas pro sigillo, tractetur de illo latius per oratores serenissimi Romanorum Regis, ac illustrissimi Domini Archiducis Philippi, secundum incepta & accordata.

Quantum ad tractatus veteres & fœdera inter suam Cæsaream majestatem tanquam Archiducem Austriæ & Ducem Burgundiæ, & prædictum Christianissimum Regem Francorum & prædecessorem ejus, prius inita & conclusa atque percussa hæc omnia maneant in esse & vigore secundum proloquuta inter Christianissimum Regem Franciæ & oratorem illustrissimi Archi-Ducis.

Quoad Dominum Ludovicum, quod de continenti sibi locus honestus & spatium quinque leucarum in Francia consignetur, ubi commode una cum suis secundum libitum suum stare, ire, venari & facere possit. Et quoad appunctuamentum suum pro eo & successoribus ejus tractetur latius per oratores Domini Archi-Ducis, insequendo illa quæ prius per illos proloqvuta & accordata fuerint.

Reverendissimus Dominus Cardinalis Ascanius ex carceribus liberetur, & ut sibi omnia sua officia & beneficia restituantur, Christianissimus Francorum Rex illi omni cura & diligentia adsit & curet atque proximis tribus annis, idem Cardinalis non nisi aut in Hispaniarum Regis aut illustrissimi Archiducis Philippi provinciis vitam degere & stare possit & ad illud observandum, serenissimus Romanorum Rex futurus Imperator, promittat suaque Cæsarea majestas his tribus annis durantibus cum serenissimo Francorum Rege, quod idem reverendissimus Dominus Cardinalis Ascanius, amplius facere debeat, conveniat.

Quod Christianissimus Francorum Rex, omnibus profugatis, exulibus, captivis & aliis Mediolanensibus, qui Cæsareæ Majestati tanquam supremo dominio subjiciuntur, faciet de bonis eorum rationem secundum consvetudinem aliorum tractatuum, sicuti latius in Conventu Francfordiensi, secundum æquitatem honestatem & rationem determinabitur.

Item quod serenissimus Romanorum Rex in proxima Dieta Francfordiensi, unà cum Electoribus, & cæteris Principibus Romani imperii solenniter, & ut moris est, Christianissimum Francorum Regem, aut ejus legitimos procuratores de Ducatu Mediolani investiat, accepto prius homagio & juramento consuetis, secundum consuetudinem sacri Romani Imperii.

Quod serenissimus Romanorum Rex, futurus Imperator, omni favore, ope, & consilio serenissimo Francorum Regi adsit, ut prædictum Ducatum Mediolani & omnia alia sua regna, provincias, terras & dominia, quæ nunc possidet, pacificè & quiete absque molestia & inquietatione quorumcunque possideat & teneat, quo magis inter utrosque Reges initæ & conclusæ pax, amicitia & confœderatio, amicabiliter & fraternè conservari & augeri, atque propter contractam utrinque affinitatem, hæredes ipsorum tranquillius hæreditatibus suis perfrui valeant.

Quod serenissimus Romanorum Rex futurus Imperator polliceatur & promittat secundum omne suum posse facere, quod Principes atque status Sacri Romani Imperii pacem illam approbent, ratificent atque confirment, in prima Dieta Imperiali, omni fraude semota, & si quid in ista pace facienda aliud reliquum fuerit pro bono aut honore utrorumque Regum, hoc tractetur solo sub beneplacito utriusque eorum amicabiliter. Hæc omnia & singula prædicta serenissimus Romanorum Rex, in fide & verbo suo Regio; & reverendissimus Dominus Cardinalis Rotomagensis, vigore mandati & procuratorii sufficientis quod a Christianissimo Francorum Rege habuit, ejusdem nomine promiserunt & juraverunt, & per præsentes promittunt & jurant bonâ fide, sine dolo & fraude, firma rata & grata perpetuò habere et tenere, ac inviolabiliter observare et adimplere. In quorum fidem & testimonium præsentes Articuli duplicatim scripti manibusque propriis serenissimi Romanorum Regis, & Reverendissimi Domini Cardinalis Rotomagensis subscripti & sigillis illorum muniti, atque cuilibet eorum exhibiti sunt. Actum in Palatio Episcopali civitatis Tridentinæ, anno 1501. die decima-tertia Octobris.

Interpretatio & Declaratio quorundam Articulorum præinserti Tractatus.

CE sont les reponses, que le Roi a ordonné être faites aux choses, qui ont eté requises & mises en avant de la part du Roi des Romains, pour interpretation, declaration, & entendemens des Articles du traité de la Paix faite entre lui et Monsieur le Legat, pour & au nom du Roi; & ce qui été repliqué et demandé outre par Messieur de Besançon, Cambrai, de Bergues, Chievre, Prevot de Louvain, et autres commis et deputez dudit Roi des Romains, et de Monsieur l'Archiduc son fils, ensemble de la conclusion en laquelle ils sont demeurez avec le Roi.

Premierement, touchant le troisiéme desdits articles commencant *& universis*, est accordé,

cordé, que le Roi pour Monsieur le Daufin, ou Monditsieur le Daufin choisiront dedans le tems & terme de six ans prochains venans, laquelle des filles de Monsieur l' Archiduc, Monditsieur le Daufin prendra à femme; & pourra neanmoins dedans lesdits six ans Monditsieur l' Archiduc marier ses filles, en avertissant premierement le Roi a chacune fois qu'il en voudra marier aucune, pour savoir s' il la voudra choisir pour Monditsieur le Daufin, & celle qu'il choisira ne pourra être mariée, sinon à Monditsieur le Daufin.

Item. Quant au cinquiéme desdits articles commencant *Quæ Christianissimus Francorum Rex*, ledit Sieur declare, qu' il fera aide au Roi des Romains, soit par mer, ou par terre, de quatre ou cinq-cens mille francs pour les moins, pour les trois ans mentionez audit article contre le Turc, outre & par dessus la depense qu' il a deja faite en cette année pour son armée de mer laquelle est de present en expedition contre le Turc, qui lui coûte trois-cens mille francs, & plus pourvû que les autres Rois & Princes de la Chrêtienté, ou la plus grande partie d' iceux, aident aussi audit Sieur Roi des Romains contre ledit Turc pour ledit tems.

Touchant le huitiéme article commençant, *quod Christianissimus Francorum Rex promittat & polliceatur, quod nequaquam se circa subditos & de rebus imperii Romani absque scitu & voluntate Romanorum Regis intromittere velit*, le Roi entend cet article, non seulement avoir lieu pour l' Italie, mais generalement pour tous les autres lieux & païs, qui sont de l' Empire.

Et quant au neuviéme article commençant, *quoad octuaginta mille coronas*, le Roi sera content de pour toutes choses bailler la somme de deux-cens mille francs, selon qu'il fut par lui dit à Mesditsieurs de Besançon, de Chievre, & autres Ambassadeurs de Monditsieur l' Archiduc à Lion, en delaissant la Valteline entre ses mains, comme elle est de present, sans le mettre es mains de Monditsieur l' Archiduc, pour le tems de trois ans, selon que ledit Sieur Roi des Romains l' a requis & demandé à Monditsieur le Legat, & que le Roi l' a depuis accordé: & autres choses, qui par lesdits articles ont été accordées audit Sieur Roi des Romains, tant de Monsieur le Cardinal Ascagne, que du Sieur Ludovic.

Et quant à l' article commençant, *quæ Dominum Ludovicum*, le Roi ne permettra pour rien qu'il soit méne en senate, ni allieurs, hors du roiaume, par quoi n'est besoin de parler de lui bailler argent pour les meubles, ni pour sa dépense, bien que ledit Sieur la lui fait; mais il sera content pour l' honneur du Roi des Romains, qu'il ait encore deux hommes avec lui, en ensuivant la requeste, qui lui a eté faite, & le traitera au surplus selon le contenu audit article.

Touchant la requeste faite par Madame Bonne, elle a six-mille francs du Roi, combien qu'il ne la trouve point en l' état des pensionnaires du feu Roi, quand il vint à la Couronne.

Et quant au Sieur Hermes, s' il vient devers le Roi, il le fera gracieusement traiter pour l' amour de la Reine des Romains.

Item. Sera envoié la ratification du traité de Mariage de Monsieur le Daufin, & de l' une des filles de Monsieur l' Archiduc, dont est fait mention audit troisiéme article, aux Ambassadeurs du Roi, qui vont à la tournée de Francfort, en semblable forme que celle qu'ils ont baillé; & semblablement ont pouvoir de renouveller les anciennes amitiez & alliances entre l' Empereur & l' Empire, & le Roi & le Roiaume.

Et aprés que les choses dessusdites ont été par ordonnance du Roi, dites & declarées a Messieurs de Besançon, Cambrai, & autres à ce ordonnez, & autres par le Roi des Romains & Monditsieur l' Archiduc; & qu'entre autres points ensuivant ce que dessus a été dit, qu'on laisseroit au choix du Roi des Romains de prendre & accepter pour toutes choses quelconques, tant pour l'investiture de la Duché de Milan, & Comté de Pavie susdits que pour autres querelles, qu'il voudroit pretendre, tant à l'encontre du Roi trépassé, que du Roi present. Et aussi en delivrant franchement sans autre charge, tant du sceau que des droits des Princes, Electeurs, & Conseillers de l'Empire, au Roi ou à ses commis, lui sera pour ce baillé, ou a ceux qu'il voudra commettre pour le recevoir, quatre vingt mille écus d'or, valant cent quarante mille francs; ou s'il aime mieux d'avoir deux-cens mille francs pour toutes choses dessusdites, & que la Valteline demeure entierement és mains du Roi, comme elle est de present, sans la mettre és mains de Monsieur l'Archiduc ou d'autre qu'il y commetroit; en ce cas le Roi lui donnera la somme de deux-cens mille francs, selon ce qu'il fut dernierement dit aux ambassadeurs de Monsieur l'Archiduc, au lieu de Lion; & outre fera ce qui a été traité par Monsieur le legat avec le Roi des Romains touchant Monsieur le Cardinal Ascagne & le Sieur Ludovic.

Et sur les requestes & remonstrations, que Messieurs de Besançon, Cambrai & autres, ont fait afin de promptement paier telle des sommes dessusdites, qui sera choisie par ledit Sieur Roi des Romains, selon & en la maniere que devant, le Roi desirant toujours de complaire audit Roi des Romains, & satisfaire à son desir en cette parte, considerans les remonstrances qui lui ont à cette fin été faites par les dessusdits, envoiera au lieu de Mez cinquante mille francs, lesquels il fera illec delivrer par ses Ambassadeurs envoiez à Francfort, & autres qu'il commettra à ce faire promtement, en leur baillant & delivrant prealablement les lettres de l' investiture desdits Duché de Milan, Comté de Pavie, & autres terres adjacentes, bien & duement expediées, comme il est accoutumé faire en tel cas; & le surplus le ladite somme sera paié un an aprés ensuivant, à compter du jour de la date de ladite investiture. Et au cas que ledit Roi de Romains choisisse lesdits deux-

 cens

cens mille francs, & se departe de ladite Valteline, sera envoié audit Metz pour la delivrer en la forme que dessus pareille somme de cinquante mille francs; & au bout de l'an à compter du jour de la date de ladite investiture, sera paié autre somme de cinquante mille francs, & le reste montant à cent mille francs, sera paié & delivré l'année apres ensuivant.

Et au regard des expulsez & bannis de Milan, le Roi entant que touche ses rebelles & deloiaux sujets lesquels lui avoient fait serment de lui être bons & loiaux, comme à leur Seigneur & Prince naturel, & neanmoins en contrevenant à leur devoir se sont rebellez contre ledit Seigneur, & ont seduit de tout leur pouvoir son peuple du Duché de Milan, à eux rebeller contre ledit Seigneur, ne seroit chose honête, sûre, ni raisonnable de les remettre au pais & à leurs biens, vû que les gens de telle qualité ne sont & ne doivent jamais être compris, par droit & raison, en quelque generale remission ou abolition qui se fasse. Et quant aux autres, qui n'ont point fait de serment au Roi, combien que leurs biens soient confisquez audit Seigneur, attendu l'Edit par lui fait qu'ils eussent a retourner audit pais dedans un tems prefix, sur peine de confiscation de corps & de biens, ce qu'ils n'ont fait, ains se sont efforcez de faire la guerre audit Seigneur; neanmoins s'ils viennent devers ledit Seigneur lui demander grace & pardon, comme il appartient, il leur donnera à connoitre, que la recommandation du Roi des Romains leur aura profité. Fait à Blois le treiziéme jour de Decembre, l'an 1501.

XXVI.

Tabulæ fœderis initi inter Maximilianum I. Roman. Imperatorem & Ludovicum XII. Galliæ Regem adversus Venetos, d. d. 22. Septembr. An. 1504.

CAROLUS de Carretto, Marchio Finarii, Electus Thebanus, & Petrus Filholi, Episcopus Sistaricensis sanctissimi Domini nostri, & Philbertus Naturelli, præpositus Trajectensis, & Cyprianus de Serntain, Cancellarius Tirolis, serenissimi ac excelsi domini Romanorum Regis nuntii, oratores ac procuratores, ab eis specialiter ad sequentia constituti. Cunctis pateat & sit manifestum.

Quod cum sanctissimus dominus noster Julius Papa II. per nos ante dictos Marchionem, & Sistaricensem & alios, ac etiam Brevibus Apostolicis, serenissimos atque excelsos Principes, Maximilianum Romanorum, & Ludovicum Francorum Reges, repetitis vicibus instantissime admonuerit, ut tanquam veri & devoti filii ecclesiæ vellent sanctitati suæ totis viribus assistere, ad recuperationem eorum, quæ postposita fide, spreto numine, ac religione omni neglecta, Veneti pluribus jam lapsis annorum curriculis de beati Petri ac Romanæ Ecclesiæ patrimonio invaserunt, ac in præsenti occupant & detinent indebite. Quare ipsi æquam de his considerationem, ut par est, habentes, atque assidue ante oculos præponentes, quantum Apostolicæ sedi, (quæ ipsos Protectoris & primi filii loco semper habuit) debeant, quantaque prædecessores eorum pro illius tutela & defensione sæpius egerunt, pro qua bellum toties adversus illius invasores susceperunt, susceptum & nunquam desertum pertinaciter gesserunt tot annos. Adeo, ut sæpe summum in discrimen deventum sit. Ac etiam consulta frequentique mente revolventes illud peculiare ac universo christiano orbi perutile fœdus, jam dudum multis seculis inter Cæsares ac universum sacrum Romanum Imperium & Christianissimos Reges prædecessores eorum, contractum, & hodiernum usque in diem inviolabiliter inconcusseque observatum; cui accedit illa unanimis fraternitas atque indissolubilis unio, nuper inter dictum sanctissimum Dominum nostrum, ac præfatos Romanorum & Francorum Reges contracta, cujus per jucundam possessionem nemo nisi mors ab ipsis auferet, jugiterque & alto animo cogitantes prægrandia damna, injurias & rapinas, quas ipsi Veneti multis jam labentibus annis, non solum ipsi Romanæ Ecclesiæ, & Romano Imperio, nec non serenissimo Romanorum Regi, ac toti inclitæ Domui Austriæ, verum etiam præfato Francorum Regi Christianissimo, & suis prædecessoribus Ducibus Mediolani intulerunt, & indies inferre non desinunt, in grave animarum suarum detrimentum, Apostolicæ Sedis, Imperii ac dictorum Romanorum & Francorum Regum dedecus enorme, damnum atque ignominiam, plerasque splendidissimas provincias, insignes urbes, arces, & opulentissima dominia, quorum nonnulla de beati Petri, aliqua de ipsius Imperii, & domus Austriæ, ac etiam de Ducum Mediolanensium patrimonio sunt & fuere, pluribus annis tyrannice detinendo. Quæ in præsenti etiam detinent & usurpant. Hinc est quod præfati Romanorum & Francorum Reges, veri & obedientes filii Ecclesiæ apostolicæ monitioni in hac parte, ut tenentur, parere volentes, & tali tantæque injuriæ, damno, & ignominiæ occurrere, atque providere super omnia cupientes, pro communi commodo, honore, atque amplificatione Apostolicæ Sedis, & ipsorum Romanorum & Francorum Regum ac eorundem successorum, cum eodem sanctissimo domino nostro Julio Papa II. per nos ante dictos oratores suos scilicet ipse Christianissimus Rex personaliter, & ante dicti dominus Philbertus præpositus, & dominus Cyprianus, Cancellarius præfati Serenissimi Romanorum Regis oratores, nuntii, & procuratores, ab eis ad hoc specialiter, constituti, & eam ob rem ad eundem Christianissimum Francorum Regem missi, fecimus, inivimus, tractavimus, & conclusimus pacta, conventiones, & fœdera subsequentia, & in præsentibus litteris specifice designata.

Imprimis, quoniam ante dicti Veneti Apostolicæ

ſtolicæ Sedi, ac Sacro Romano Imperio, ſereniſſimo Romanorum, & Chriſtianiſſimo Francorum Regibus, ac eorum prædeceſſoribus, jam dudum, ut dictum eſt uſurparunt, atque uſurpant & detinent plurimas urbes, provincias, & dominia, quæ Apoſtolicæ ſedi antiquitus & præfatis Regibus avito atque hæreditario jure ſpectant & pertinent; tractatum & conventum eſt inter nos, quod ſanctiſſimus Dominus noſter, Sereniſſimus Romanorum, & Chriſtianiſſimus Francorum Reges, infra kalendas Majas proxime venturas, ac tardius, communibus armis ad recuperationem eorum, quæ dicti Veneti eis detinent, hoſtiliter eosdem Venetos invadent cum ſufficienti numero & exercitu militum, equitum & peditum, quem unusquisque eorum infra dictum tempus in limitibus dictorum Venetorum conducet & mittet; nec prius a prædicta Venetorum invaſione ſeu guerra deſiſtent, quam omnino & integre Apoſtolica Sedes recuperaverit Ravennam, Cerviam, Faventiam, Ariminum, earumque diſtrictus, aliaque oppida Imolæ, & Cæſenæ, cum portu Cæſenatico, cum omnibus eorum juribus & pertinentiis, ac omnia illa, quæ de ſtatu & juribus Eccleſiæ dicti Veneti occupant; & præfatus ſereniſſimus Romanorum Rex recuperaverit Roveretum, Veronam, Paduam, Vicentiam, Treviſum, Forum-julium cum territoriis eorum, & omnia, quæ ipſi Veneti ab Imperio & continenti, & a domo & principibus Auſtriæ uſurpant, & detinent, ac etiam donec præfatus Chriſtianiſſimus Francorum Rex recuperaverit totaliter omnia & ſingula, quæ ipſi Veneti a domo & Ducibus Mediolani uſurpant, & detinent, videlicet urbem Briſiæ, et univerſum Briſienſem diſtrictum, et territorium Cremenſe, Bergamum & territorium Bergami, Cremonam et territorium Cremonenſe, Giraldadam, et generaliter omnia, quæ fuerunt antiquitus de Ducibus Mediolani, et prædeceſſoribus ſuis.

Item. Et ſi durante guerra ſeu bello unus exercitus egeat alterius auxilio, eo quod ſit ſolus ab hoſtibus invaſus, alter exercitus omni dilatione ſemota, tenebitur illi ſuccurrere.

Item. Etſi unus eorum prius recuperaverit terras et dominia ſua, tenebitur ingenue, et ſine dolo, alios adjuvare cum exercitu ſuo, quoad usque illi etiam omnia ſua a dictis Venetis integre recuperaverint.

Item. Poterunt etiam illuſtriſſimi Ferrariæ Dux, Marchio Mantuæ, et Dominium Florentinum, pro recuperatione eorum, quæ dicti Veneti eis detinent, ſe huic ligæ adjungere, dum tamen condecenter, et ſecundum quod videbitur ſanctiſſimo Domino noſtro, et præfatis Romanorum et Francorum Regibus rationabile rebus et ſumtibus ad hanc rem neceſſariis conferant.

Item. Quod præfati Romanorum et Francorum Reges, ac alii confœderati, debeant conſervare perſonam ſanctiſſ. Domini noſtri, dignitatem, jurisdictionem, et autoritatem Sedis Apoſtolicæ, contra quoscunque hoſtes eam perturbare aut inquietare volentes.

Item. Dicti Romanorum et Francorum Reges, ac alii confœderati, recipient in eorum protectionem illuſtriſſimum Dominum Guidonem; Ducem Urbini, ac etiam illuſtriſſimum D. Francorum Mariam de Rovere urbi præfectum, et in eorum ſtatibus, quos de præſenti tenent, vel deinceps legitime tenebunt, illos defendent, contra quoscunque offendere volentes.

Item. Quod præfati ſereniſſimi Reges, neque aliquis eorum, poſſit capere ſeu ad Stipendium ejus conducere aliquem Baronem, ſeu domicellum, ſeu alicujus terræ vicarium, ſeu capitaneum, vel aliquem armigerum equitem, ſive peditem, ſubditorum ſanctiſſimi Domini noſtri, ſine expreſſo ejus conſenſu; ſimiliter faciet ſanctiſſimus Dominus noſter de ſubditis, capitaneis, aut ſervitoribus dictorum Regum.

Item. Concluſum eſt, quod ſanctiſſimus Dominus noſter, & præfati Romanorum & Francorum Reges, non poterunt ullo modo cum prædictis Venetis, niſi communi & unanimi conſenſu, facere aut inire pacem, treugas ſeu inducias, aut quomodolibet aliud appunctamentum.

Item. Si pro recuperatione dictarum terrarum per ipſos Venetos occupatarum Sanctiſſimo Domino noſtro, & præfatis Regibus videbitur per cenſuras, & maxime per interdictum, procedere contra præfatos Venetos, Ducem & Magiſtratus Venetiarum, terrasque & dominia ejus ſubjecta, ac eorum ſubditos, teneatur Sanctitas ſua per dictas cenſuras & interdictum procedere contra ſupra dictos Venetos; & e contra teneantur Sanctitati ſuæ adeſſe præfati Reges, & alii confœderati, & quilibet ex eis, illam adjuvare; quo dictæ cenſuræ & interdictum effectum habeant, maxime concedendo repreſſalias contra ſubditos dictorum Venetorum, & bona illorum dando in prædam, prout alias factum fuit, & ipſi confœderati teneantur ex toto poſſe, cum effectu procurare, quod dicta ordinatio executioni debite demandetur.

Item. Præfatus ſanctiſſimus Dominus noſter, & dicti Romanorum & Francorum Reges, ſcribent Regi Hungariæ ad alliciendum & inducendum eum ad recuperationem eorum, quæ dicti Veneti ſibi indebite detinent, ad hoc ut ſe præparet ad inferendum eis bellum circa dictas kalendas majas.

Item. Fuit conventum, quod ſi ſpurciſſimus Turca fidei noſtræ inimicus, ab ipſis Venetis aſcitus, præd. Rom. Regem, aut alios invadat chriſticolas, quod præfati S. D. N. & Reges, ac alii confœderati, qui hanc ligam ingreſſi fuerint, totis viribus, tanquam unum in robur conjecti, communi hoſti veluti ad commune incendium extingvendum occurrent ſecundum quod per ſanctiſſimum Dominum noſtrum, & præfatos Reges pro communi utilitate concluſum extiterit.

Item,

Item. Quod infra tempus trium mensium quilibet eorum teneatur nominare & in scriptis dare confœderatos, adhærentes & recommendatos quos unusquisque eorum teneatur recipere, & quod ipsi confœderati & nominati gaudeant beneficio præsentis ligæ & confœderationis, exceptis Venetis, cum terris & subditis eorum, qui nullo modo recipi possint.

Item. Quod infra dictum tempus trium mensium præfati sanctissimus Dominus noster ac dictus Dominus Romanorum Rex, ratificabunt hanc ligam & confœderationem, & alter alteri, ac etiam Regi Christianissimo ratificationem suam in avtentica forma mittent, & quod in litteris ratificationis omnes & singuli suprascripti articuli specifice inserentur; & quod sanctissimus Dominus noster, quoties requisitus fuerit, faciet omnia & singula prædicta rata habere per sacrum collegium reverendissimorum Dominorum Cardinalium.

Cumque præmissa fœderis ligæ & amicitiæ capitula, omniaque & singula in illis contenta, nobis gratissima sint, promittimus nominibus quibus supra, præfatos sanctissimum Dominum nostrum, et serenissimum Dominum Regem Romanorum, libentissimo animo, omnia ea facere, servare, exequi et complere, ac facturos, servaturos, executuros, et completuros, quæ pro eorum parte, pro executione præinsertorum capitulorum ligæ et amicitiæ, servanda, exequenda sint et complenda. Idcirco, præsentibus litteris nostris, et virtute mandatorum nostrorum, omnibus melioribus via modo et forma, quibus melius et validius de jure possumus et debemus, præinserta fœderis liga, et amicitiæ capitula, omniaque in illis et quolibet eorum contenta juxta sui seriem et tenorem laudamus, approbamus, ratificamus, et confirmamus, ac rata grata et firma habemus et firmamus, nominibus quibus supra.

Et insuper promittimus et juramus in animas præfatorum sanctissimi Domini nostri, et Serenissimi Domini Romanorum Regis, Dominorum nostrorum, ac Dominum Deum nostrum, et ejus sanctam Crucem, ad sancta quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta, bona fide, et in verbo Pontificis, et Regis, Sanctitatem suam pro se et successoribus suis, et Cæsaream Majestatem tenere et adimplere, et inviolabiliter observare pro se, hæredibus et successoribus, regnis, terris, dominiis et jurisdictionibus suis, omnia et singula in præinsertis fœderis, ligæ et amicitiæ capitulis contenta, prout in eisdem cavetur et continetur, et contra, quovis modo, directe vel indirecte non facere, nec venire, sub obligatione et hypotheca omnium bonorum suorum, præsentium et futurorum, nec non sub pœna perjurii, quam sanctissimus Dominus noster, et Dominus Romanorum Rex, possint incurrere.

Item. Quod præfati sanctissimus Dominus noster et Dominus Romanorum Rex, et quilibet eorum, tenebitur personaliter, et in propria persona, ad sancta Dei Evangelia jurare, et firmare omnia suprascripta, coram et præsentibus vel præsente eis, vel eo, quem vel quos videlicet sanctissimus Dominus noster ad Dominum Regem Romanorum, & Dominus Romanorum Rex ad sanctissimum Dominum nostrum, & Christianissimus Rex ad præfatum sanctissimum Dominum nostrum, & serenissimum Romanorum Regem pro hujusmodi Juramento ad ipsos mittent.

Etsi, (quod Deus avertat) non adimplerentur integre omnia & singula per nos nominibus prædictis præfato Christianissimo Regi promissa, volumus & consentimus ex nunc, prout ex tunc, nominibus quibus supra, quod sua christianissima Majestas in nullo penitus sit obligata præfatis sanctissimo Domino nostro, & Domino Romanorum Regi.

In quorum omnium & singulorum testimonium præsentes litteras manibus nostris signavimus, & nos præfati Carolus Marchio, & Petrus Filholi, Episcopus, & Philbertus præpositus, sigillis nostris, & ego Cyprianus sigillo ipsius præpositi in mea absentia fecimus muniri. Datum Blesis, vigesima secunda mensis Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quarto.

XXVII.

Tabulæ pacis factæ inter Maximilianum I. Roman. Imperatorem, Philippum I. Hispaniæ, & Ludovicum XII. Galliæ Reges, quibus nonnullæ conditiones, & inter eas palmaria, de investitura Mediolanensi, ratæ sunt habitæ, d. d. 4. April. An. 1505.

MAXIMILIANUS divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Luxenburgiæ & Geldriæ, Lantgravius Alsatiæ, Princeps Sveviæ, Palatinus Habspurgiæ & Hannoniæ, Princeps & Comes Burgundiæ, Tirolis, Goritiæ, Artesii, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgiæ, Namurci & Zutphaniæ, Marchio Sacri Romani imperii super anasum & Burgoviæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Mecliniæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Notum facimus universis præsentibus & futuris, Quod ad laudem & gloriam omnipotentis redemtoris nostri Jesu Christi, exaltationem atque amplificationem totius christianæ religionis orthodoxæque fidei honorem, commodum, tranquillitatem, & conservationem statuum & subditorum nostrorum, atque serenissimi Principis Domini Ludovici Francorum Regis, fratris & consanguinei nostri charissimi, nec non serenissimi Principis Domini Philippi, Castellæ, Legionis & Gra-

& Granatæ Regis Archiducis Austriæ, Principis Aragonum, & Ducis Burgundiæ &c. filii nostri charissimi, bona, vera, secura, fidelis, sincera, atque perpetua pax, unio, amicitia, fœdus, & confœderatio, omni ævo duratura, facta, firmata ac conclusa fuit & est, die vigesimo secundo mensis Septembris, Anno Domini millesimo quingentesimo quarto inter præfatum Franciæ Regem, parte ex una, & honorabiles, devotos & fideles nostros, dilectos Philbertum Naturellum, præpositum Ecclesiæ Trajectensis inferioris, & Cyprianum de Serntein, Cancellarium Comitatus nostri Tirolis oratores nostros, & nobiles & honorabiles, devotos & fideles nostros dilectos, Johannem de Luxemburgo, Dominum de Ville, Carolum de Ranchicourt, præpositum Attrebatensem & Magistrum du Bliol ipsius Regis Castellæ oratores, nuncios, ac procuratores speciales ad hoc specialiter deputatos, parte ex altera, in hunc qui sequitur modum.

Imprimis quod prædicti Principes, videlicet dictus serenissimus Rex Romanorum & Christianissimus Francorum Rex, & serenissimus Castellæ Rex nunc, tunc vero Archidux Austriæ faciunt, ineunt, tractant, & concludant unam veram, bonam, sinceram, & indissolubilem inter se fraternitatem, fœdus, confœderationem, & amicitiam pro ipsis hæredibus & Successoribus suis, omni ævo & tempore duraturam adeò quòd, tanquam una anima in tribus corporibus, erunt amici amicorum, inimici inimicorum, Ita & taliter quod neuter eorum dabit unquam directè, vel per indirectum, sub quocunque colore, causa aut occasione, quæ dici aut excogitari possit, ulli Principi, Domino, Communitati, aut potentatui, seu alicui quicunque sit, favorem, opem, auxilium aut subsidium contra & adversus alium; quin imo tenebuntur dare sibi vicissim omne auxilium eis possibile contra, & adversus omnes & singulos, cujuscumque Status aut conditionis existant, eis seu alteri eorum bellum inferentibus.

Item. cum tanta sit amicitia inter serenissimos præfatos Reges, ut ipsi sint amici amicorum, idcirco inter ipsas partes conventum est, quod serenissimus atque Excellentissimus Romanorum Rex nihil faciet aut attentabit tam in Ducatu Mediolani, & patriis sibi in Italia spectantibus, quam etiam in terris & dominiis confœderatorum & recommendatorum suæ celsitudini qui sunt illustrissimi Sabaudiæ, & Ferrariæ Duces, Montisferrati, & Mantuæ Marchiones, Dominium Florentinum, communitates Senensis & Lucensis, Dominus Albertus de Carpi, & Joannes Petrus de Gonzaga, nisi superioritatem, honorem, & obedientiam, quam ipsi debent Suæ Majestati, & Sacro Romano Imperio, denegaverint.

Si tamen contingat, præfatam Cæsaream Majestatem transire per Ducatum Mediolanensem, aut alia præfati Christianissimi Regis trans alpes dominia, faciet exhiberi ut par est, dictæ Cæsareæ Majestati omnem honorem & comitatem quam poterit, & faciet eam associari per suos locatenentes, Cancellarium & alios principales officiales, quod libentius sua celsitudo faceret personaliter, si ibi adesset.

Item ad serenissimi & christianissimi Regis Francorum petitionem & instantiam, serenissimus Romanorum Rex vult indulgere, & indulget per præsentes, Duci Ferrariæ, Marchionibus Montisferrati & Mantuæ, Florentinis, Lucensibus, Senensibus, & Domino Alberto de Carpi & Joanni Petro de Gonzaga, omnia quæ ab eo die & tempore, quo christianissimus Rex Carolus novissime defunctus, primum ingressus est Italiam, usque in hunc diem contra suam Majestatem tanquam Romanorum Regem & Sacrum Imperium commiserunt, aut quovis modô committere potuerunt, tam faciendo, quam omittendo & propter quæ feuda eorum, quæ a Sacro Imperio tenent, ipsi serenissimo Romanorum Regi devoluta & confiscata fuissent & eos ad præfati Francorum Regis petitionem absolvit, & permittit redire in gratiam, & sub favorem & tutelam Sacri Imperii & nihilominus poterunt prænominati Dux Ferrariæ, & cæteri, remanere confœderati, servitores & recommendati Christianissimi Francorum Regis, juxta tenorem tractatus apud Tridentum inter Cæsaream majestatem, & reverendissimum Dominum Legatum confecti, pro quo ipsi deinceps Romanorum Regi, & Sacro Imperio, sicut cæteri subditi, fideles, obedientes, subditi & dediti esse debent & tenentur.

Et si de cætero in his quæ Romanorum Regi & sacro Imperio exhibere tenentur, rebelles & minus obedientes erunt, aut aliquod aliud contra eum committerent, quod tunc unusquisque Romanorum Rex, aut Imperator, eos secundum viam, ordinem, aut legem Imperii punire possit, & in isto neque in aliis quibuscumque principatibus, communitatibus, civitatibus, provinciis, dominiis & jurisdictionibus totius Italiæ, quocumque nomine appellentur, & ubicumque situatæ sint, quæ Romanorum Regi aut imperio quovis modo spectarent, nullus Rex Franciæ unquam Romanorum Regi aut Imperatori, neque imperio, aliquod impedimentum inferre neque præfatis aut aliquibus contrariis aut rebellibus Imperii, adjumentum, directè neque indirecte dare, sed de his omnibus penitus abstinere velit & debeat.

Item Tractatum est quod præfatus Christianissimus Francorum Rex, non vult neque intelligit se ingerere, neque intromittere se subditis feudis, & rebus imperii, sive in Italia, sive extra Italiam, nisi secundum quod supra dictum est & formam tractatus apud Tridentinum apud Serenissimam & Excellentissimam Cæsaream Majestatem & dictum Reverendissimum Dominum Legatum confecti.

Item quod investituram Ducatus Mediolani, quam Christianissimus Dominus Francorum Rex cupit habere pro se & hæredibus suis, conventum est, quod serenissimus Dominus Romanorum Rex dabit infra tres menses, à conclusione

clusione pacis ut supra investituram ipsi Christianissimo Domino Regi pro se & hæredibus suis masculis, ex suo corpore descendentibus, & eis deficientibus, pro filia sua primogenita & pro Domino Duce de Luxemburgo, ejus sponso, conjunctim. Et si contingeret eam mori, pro alia primogenita, quæ nubet prædicto Domino Duci vel alteri filiorum Serenissimi Domini Regis Castellæ & eis deficientibus sine liberis pro hæredibus masculis præfati christianissimi Domini Regis, qui illo tempore venient ad capiendum investituram, & pro dicta investitura, & quibuscunque aliis rebus, Christianissimus Rex dabit serenissimo Domino Romanorum Regi ducenta millia Francorum, secundum quod fuit tractatum Blesis, ita quod infra tres menses post datum hujus pacis, præfatus Christianissimus Rex mittat pro investitura, & ipse Dominus Romanorum Rex faciet & dabit eam pro prædictis Christianissimo Rege & Domina Claudia filia sua primogenita & Domino Duce de Luxemburgo ejus sponso; & si contingeret eam mori pro alia filia ipsius Christianissimi Regis, quæ nubet dicto Domino Duci vel alteri filiorum serenissimi Domini Regis Castillæ ut dictum est, & si contingeret, ut supra dictum est, illos decedere absque liberis, & præfatus Romanorum Rex non daret investituram prædictis hæredibus Christianissimi Regis, tunc Majestas Cæsarea tenebitur restituere dictis hæredibus prædicta ducenta millia Francorum; jure tamen, quod dicti hæredes in dicto Ducatu, tunc habebunt, non obstante restitutione dictæ summæ ipsis integre salvo remanente, intellecto tamen, quod si contingeret in prædicto casu hæredes supra dictos mittere pro investitura tunc illi hæredes teneantur solvere juxta consveta dictæ investituræ.

Et quoad regnum Neapolitanum attinet, præfatus Christianissimus Rex promittit præfato serenissimo Romanorum Regi, quod de cætero non tractabit, neque apunctuabit de dicto regno Neapolitano, cum Regibus Hispaniarum & Rege Friderico de Aragonia, nisi de voluntate dicti serenissimi & Excellentissimi Romanorum Regis; proviso tamen, quod præfatus serenissimus Romanorum Rex non dabit directè vel indirectè, sub quovis colore, dictis Regibus Hispaniarum auxilium, suppetias, vel favorem contra vel adversus dictum Christianissimum Regem, quinimo apertè se declarabit bonum amicum, fratrem & confœderatum dicti christianissimi Regis.

Et quoad filios Domini Ludovici Sfortiæ, quanquam ipse Christianissimus Francorum Rex in nullo eis teneatur, est tamen contentus ob honorem & amorem præfati serenissimi Romanorum Regis, habita præfata investitura, dare prædictis liberis aliquas terras seu statum in Regno Franciæ unde poterunt honorabiliter vivere, postea quam tamen prædicti liberi ad hoc Franciæ regnum se contulerint, & quamdiu in eo residebunt.

Item quoad bannitos Mediolanenses præfatus Christianissimus Rex est contentus remittere & remittit eis bona eorum & absolvit eos ab omnibus delictis, criminibus læsæ majestatis, & offensionibus eorum, & illos in gratiam suam redire permittit, modo ipsi teneant & adimpleant quæ ipsi per eos, aut procuratores & negotiorum gestores suæ Celsitudini promiserunt exceptis tamen domino Galea Sfortia, Alexandro Sfortia, Michaele Sclafeta, Joanne Philippo Afflico quondam Magistro hospitii dicti Domini Ludovici, Masino Lodensi, Ludovico de Landrino, & fratre suo, Petro de Porres, Blasino Grinol, Hieronymo de Carcano, Oldrado Lampugnani, Bonologea de Castronovatæ, Joanne Angelo, Frederico, & Ludovico de Landriando, fratribus; Comite Ludovico Bergamin Sforza Sfortia, Generale Humiliatorum, Episcopo Lodensi, Protonotario sancti Celsi, Protonotario Trinelle, Petro Corsiæ Comite, Hannibale de Balbiano, Lazaro Immerat, Comite, Frederico de Verine, Francisco de Verine, Comite; Petro de Verine, Comite; Fregosino Joanne Antonio Bilia, Vincenno de la Taille, Silvestro Ladensi, Antonio de Landriano, Francisco de Magno, qui non residebunt Mediolani nec in aliis suis dominiis in Italia existentibus & nihilominus recipient fructus, reditus & emolumenta bonorum suorum in dictis dominiis existentium, tenebuntur tamen omnes & singuli, qui redibunt ad Ducatum Mediolanensem, & cætera christianissimi Regis trans Alpes dominia, præstare juramentum ad sancta Dei Evangelia, in manibus officialium locorum ad quæ redibunt, quod de cætero ipsi erunt boni & fideles subditi Regiæ majestatis, nec aliquid contra suam Majestatem, aut statum, molientur.

Convenerunt etiam partes prædictæ, quod sacri Romani Imperii Principes Electores, & ipsum universum Romanum Imperium, sint hujus pacis, unionis, fœderum, & concordiæ, & singulorum in eis contentorum conservatores, ita & taliter quod possint & debeant totis viribus assistere ei, qui prædicta observaverit contra alium non observantem.

Item conventum est, quod prædicti serenissimi & excelsi Domini Romanorum, Franciæ, & Castellæ Reges poterunt, infra tres menses, à die pacis factæ numerandos, suos confœderatos, quos in hac pace intelligunt esse comprehensos, alter alteri nominare, & ex nunc præfatus christianissimus Francorum Rex, declarat & nominat pro suo primo & præcipuo confœderato S. D. N. Julium II. Papam modernum.

Poterit etiam catholicus & serenissimus Princeps Dominus Ferdinandus, Rex Hispaniarum, ingredi hoc fœdus & amicitiam infra quatuor menses a die pacis factæ, modo velit remittere regnum Neapolitanum, quantum ad eum attinet, illustrissimo Domino Luxemburgiæ, Duci; & Christianissimus Francorum Rex, similiter remittere portionem sibi in dicto

cto regno competentem dictæ Claudiæ filiæ suæ; cujus quidem regni administratio spectabit prædicto Castellæ Regi, quousque fuerit consummatum matrimonium inter prædictos Ducem, & Dominam Claudiam, aut alio modo, de consensu prædictorum Romanorum, Francorum, Hispaniarum, & Castellæ Regum, super hoc regnum Neapolitanum fuerit conventum.

Cumque præinserta pacis, fœderis, concordiæ & amicitiæ capitula omniaque & singula in illis contenta, nobis gratissima sint, ac libentissimo animo ea omnia servare, exequi & complere, quæ pro parte nostra præinsertorum capitulorum pacis virtute servanda & exequenda sint & complenda, idcirco præsentibus literis nostris, omnibus melioribus via, modo & forma quibus meliùs & validiùs de jure possumus & debemus præinserta pacis, fœderis, concordiæ & amicitiæ capitula, omniaque in illis quolibet eorum contenta juxta sui seriem & tenorem, laudamus, approbamus, ratificamus & confirmamus & corroboramus, ac rata grata & firma habemus & firmamus, & insuper præmittimus & juramus ad Dominum Deum nostrum & ejus sanctam crucem, & sancta quatuor Evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, bona fide & in verbo regio & sub censuris Apostolicis, quibus nos in hoc casu contraventionis subjicimus tenere, adimplere & inviolabiliter observare, pro nobis hæredibus et successoribus regnis, terris dominiis et ditionibus nostris, omnia et singula in præsentis pacis et fœderis, concordiæ et amicitiæ capitulis contenta, prout in eisdem cavetur et continetur et contra ipsam quovis modo directè vel indirectè non facere, nec venire, sub obligatione et hypotheca omnium bonorum nostrorum præsentium et futurorum, nec non sub pœna perjurii, quam Rex possit tali casu incurrere et si, quod Deus avertat, non adimplerentur integrè omnia et singula, per nos prædictis serenissimis Principibus promissa, volumus et consentimus ex nunc prout ex tunc, quod ipsi et neuter eorum in nullo sit nobis penitus obligatus.

In quorum omnium et singulorum prædictorum testimonium, præsentes literas manu nostra signavimus, sigillique nostri munimine jussimus roborari. Datum in nostro et Imperii sacri oppido Haguenaw die quarto mensis Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo quinto, regnorum nostrorum, Romani vigesimo, Hungariæ decimo sexto.

XXVIII.

Liga Cameracensis, Julium II. Pontificem Max. inter, ac Maximilianum I. Rom. Imperatorem, nec non Ludovicum XII. Galliæ, & Ferdinandum, Arragoniæ Reges, adversus Venetos conclusa, d. d. mens. Octobr. An. 1508.

MAXIMILIANUS *divinâ favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus &c.*

Convenimus, tractavimus, egimus & inivimus conclusimus omnes & singulos infra scriptos Articulos. Imprimis, quia hodie nos cum Reverendissimo Domino Cardinali Rothomagensi, Legato &c. Sacratissimi Domini Imperatoris, & Christianissimi Francorum Regis nominibus, inivimus & conclusimus pacem generalem atque confœderationem. In qua etiam inter cætera sanctissimum in Christo Patrem & Dominum, Dominum Julium secundum, divina providentiâ sanctæ Romanæ Ecclesiæ summum Pontificem, Dominum nostrum observandissimum & serenissimum Aragoniæ Regem inclusimus atque utrique parti adhuc facultatem reservavimus infra quatuor menses posse alios suos confœderatos nominare & eidem paci seu confœderationi includere. Et quoniam Veneti in maximum præjudicium sanctæ sedis Apostolicæ sacrique Romani Imperii, domus Austriæ, ac Christianissimi Regis Franciæ ad causam Ducatus Mediolani ipsiusque serenissimi Regis Aragoniæ, ad causam regni Neapolitani jamdudum tyrannicè & violenter occuparunt, & detinuerunt, ac præsentialiter usurpant, occupant & detinent quam plurimas provincias, urbes & dominia ipsis sanctissimo Domino, Imperatori & Regibus prænominatis, singula singulis referendo, pleno jure pertinentia, tractatum & conventum est inter nos nominibus antedictis, quod nec sacratissimus Dominus Imperator Romanorum, nec Christianissimus Francorum Rex debeant, nec possint Ducem & Dominum Venetorum aut eorum subditos nec alios communes hostes, contra quos movendum est bellum, pro confœderato vel confœderatis suis nominare seu huic paci & confœderationi hodie factæ qualitercunque includere; Quinimò præfatus Dux & Dominium Venetorum, atque eorum subditi, à præfata pace & confœderatione prorsus debent esse exclusi.

Item. Actum & conventum est, quod si una specialis liga, unio, amicitia, atque confœderatio inter sanctissimum Dominum nostrum Papam pro quo præfatus Dominus Cardinalis Rothomagensis fortem se fecit, & ejus ratificationem præsentibus tractatibus ligæ atque confœderationis à Sanctitate sua exhibendam promisit; & inter prædictos sacratissimum Dominum Imperatorem Romanorum & serenissimos Franciæ atque Aragoniæ Reges contra ipsum Ducem & Dominium Venetorum, atque eorum subditos pro recuperatione, seu reintegratione omnium deperditorum.

Item pro celeriori hujus rei expeditione actum & conventum est, quod ipsi Sanctiss. Dominus, serenissimique Franciæ & Aragoniæ Reges, ipsorum quilibet cum sufficienti militum & peditum exercitu ac cum Artilleria necessaria,

cessaria, teneantur infra diem primam aprilis proximè venturam, pro recuperatione ante dicta, communibus armis eosdem Venetos hostiliter invadere nec prius a prædicta invasione seu guerra, aut armis, per aliquem ipsorum desistatur, quin omnino & integrè Apostolica Sedes recuperaverit Ravennam, Cerviam, Faventiam, Ariminum, earumque districtus, ac etiam oppida Imolæ & Censenæ, cum omnibus eorum juribus & pertinentiis & omnia alia, quæ de statu & juribus Ecclesiæ Romanæ dicti Veneti occupant & detinent, & præfatus sacratissimus Imperator recuperaverit Rovoretum, Veronam, Paduam, Vicentiam, Tervisium, Forum Julium cum territoriis & pertinentiis eorum, nec non Patriarchatum Aquilegiensem cum singulis suis pertinentiis, omniaque alia loca & dominia per ipsos Venetos in hoc ultimo bello capta & occupata ex terris & dominiis domus Austriæ, & generaliter omnia ea, quæ ipsi Veneti tam à sacro Romano Imperio, quam à Domo Austriæ abstulerunt & de præsenti usurpant, detinent & occupant; Et pari modo christianissimus Francorum Rex recuperaverit totaliter Brixiam, Cremam, Bergamum, Cremonam, Geradaddam, cum singulis ipsorum locorum, districtibus, territoriis & pertinentiis, & generaliter omnia, quæ fuerunt antiquitus de Ducatu & Domo Mediolani & prædecessorum ipsius Christianissimi Regis in eodem Ducatu: Et similiter ipse serenissimus Rex Aragonum recuperaverit ea omnia, quæ ipsi Veneti de regno Neapolitano, & ex prædecessoribus in ipso regno, quovis modo abstulerunt & usurparunt, ac de præsenti quovis colore, usurpant, detinent & occupant, videlicet Tranum, Brundusium, Otrantum & Gallipolim & omnia alia, quæ de regno Neapolitano per eos occupantur.

Item quantum ad hanc invasionem contra ipsos Venetos fiendam per majestatem Cæsaream, quia Majestas sua novissimè inivit treugam cum ipsis Venetis triennalem, quam sine aliqua occasione honestè rumpere non posset, actum & conventum est, quod ipsa Majestas Cæsarea mittere debeat aliquas copias armatorum suorum in auxilium sanctissimo Domino nostro, ita ut die invasionis fiendæ, videlicet prima Aprilis, apud Sanctitatem suam, si velit, sint constituti, & eidem in dicta invasione fienda assistant & adhæreant; & inde ipse sanctissimus Dominus noster scribat eidem sacratissimo Imperatori, ut tanquam Advocatus, & Protector Ecclesiæ suæ Sanctitati cum omni potentia assistat ad recuperanda bona Ecclesiæ Romanæ tuncque majestas sua infra quadraginta dies sequuturos post primam aprilis una cum Imperio, et exercitu instructo, atque artilleria, ex latere suo etiam contra ipsos Venetos rumpere tenebitur, et contra illos sub hujusmodi colore omni potentia insistere.

Item si unus confœderatorum prædictorum prius recuperaverit terras & dominia sua, tenebitur ingenuè & sine dolo, alios adjuvare cum exercitu suo quoad usque illi etiam omnia sua dominia à dictis Venetis integrè recuperaverint.

Item si durante guerra seu bello contra ipsos Venetos unus exercitus egeat alterius auxilio, eo quod sit solus ab hostibus invasus, alter exercitus omni dilatione semota tenebitur illi succurrere.

Item poterunt etiam illustrissimus Dux Sabaudiæ pro regno Cypri, & Dux Ferrariæ, & Marchio Mantuæ, pro recuperatione eorum, quæ dicti Veneti eis detinent & occupant se huic ligæ adjungere & in hac Confœderatione se includere, & pro inclusis habebuntur, secundum, quod de inclusione dictorum Principum latius inter imperialem Majestatem & Christianissimum Franciæ Regem convenietur. Verùm quantum ad inclusionem ipsius Ducis Ferrariæ, conventum est, eam non aliter fiendam, nisi cum conditione solvendi unam summam pecuniarum Cæsareæ Majestati, ad arbitrium sanctissimi Domini nostri & Christianissimi Regis Francorum, propter actiones quas habet ipsa Majestas Cæsarea contra ipsum Ducem Ferrariæ.

Item. Quantum ad serenissimum Regem Aragonum, in hac liga & confœderatione principaliter intervenientem, quia in prædicto generali tractatu pacis & concordiæ, hodiè inter Imperialem Majestatem & Christianissimum Francorum Regem initæ, idem Rex Aragonum per eos tanquam confœderatus, & amicus communiter est nominatus et comprehensus, pro suis regnis et Dominiis. Actum est & conventum, quod quæstiones Regnorum Castellæ tam circa gubernium, et administrationem prætensam per ipsum Regem Aragonum, vice et nomine Reginæ Castellæ ejus filiæ, quam circa jura principatus pertinentia illustrissimo Domino Principi et Archi-Duci, circaque securitates successionis suæ ac quoad dotem, seu dotarium serenissimæ Reginæ Castellæ, nec non alia dependentia, emergentia et connexa ad causam ipsorum regnorum tractabuntur amicabiliter inter partes per arbitros concorditer eligendos. Et ne expeditio præsentis confœderationis et ligæ contra Venetos perturbetur, sed unusquisque ipsorum confœderatorum ad eandem expeditionem liberius accedat, Majestas Cæsarea nec Illustrissimus Princeps et Archi-Dux seu pro eo agentes, hac expeditione durante, et donec ad illius finem sit deventum, & per sex menses post, per viam facti aut alias, directè vel indirectè, nullam facient quæstionem de prædicto gubernio regnorum Castellæ & aliis dependentiis, sed interim remanebunt hujusmodi controversiæ, & omnia illa concernentia regna Castellæ in suspenso & in eo statu, in quo nunc sunt. Et hac expeditione perfecta debent prædicti arbitri hujusmodi controversiam infra præfatos sex menses, vel etiam antea, si velint amicabiliter tractare, & ambas partes ad amicabilem compositionem inducere.

Item

Item quia in eodem tractatu pacis hodie facto, conventum est de investitura Mediolani fienda absque alicujus temporis præfinitione, ideo, ut etiam pecuniæ ratione ipsius investituræ solvendæ in hanc expeditionem contra Venetos melius converti possint, actum & conventum est, quod ipsa investitura fieri debeat illa die, qua invasio effectualiter facta apparebit pro parte Christianissimi Regis contra eosdem Venetos; & quod tunc ejus procuratores, dictam investituram recipientes, exbursent summam centum millium coronarum auri in auro. Et quod fiat ipsa investitura ea conditione, quod ipse christianissimus Rex Francorum teneatur recuperare sua, & juvare Cæsaream Majestatem pro recuperatione usurpatorum per Venetos, quo usque id perfecte factum fuerit. Quæ quidem conditio nihilominus in literis investituræ non apponetur imo concedentur & fient ipsæ litteræ investituræ sine ipsius conditionis expressione, & pure secundum formam investituræ factæ in Haguenano, ita quod in ipsa investitura comprehendantur, & expresse comprehensa intelligantur dominia recuperanda ab ipsis Venetis ex parte Christianissimi Regis videlicet Brixiæ, Cremæ, Cremonæ, Bergami, Geradaddæ & ea omnia quæ sunt de antiquo statu Mediolani, & Ducatu ejusdem, cum eorum pertinentiis & districtibus quibuscumque.

Item quod etiam sit facultas serenissimo Regi Angliæ se includendi in hac confœderatione & liga contra Venetos, sive ad offensionem, sive ad defensionem tantum, sive ad utrumque simul, prout ei melius videbitur. Pro qua inclusione fienda eidem serenissimo Regi in præsenti tractatu reservatur hinc inde locus congruus.

Item actum est, quod si aliquis ex prænominatis confœderatis, quod Deus avertat, ante hujusmodi expeditionem, vel etiam ipsa expeditione durante ab hoc seculo migraret, quod hæres vel successor suus, possit eandem expeditionem perficere, & illi insistere in locum defuncti, si voluerit. Quod si nollet, nihilominus cæteri confœderati expeditionem ipsam laudabiliter exequantur.

Item. Actum & conventum est, quod si aliquis prædictorum sanctissimi Domini nostri Papæ & serenissimorum trium, videlicet Imperatoris & Regum Franciæ, atque Aragoniæ, præsentem confœderationem & ligam non acceptaret, aut non ratificaret, aut non exequeretur, quod is a præsenti tractatu atque confœderatione exclusus esse censeatur, & alii confœderati in nullo ei sint obligati; & tamen nihilominus firma maneat hæc confœderatio quoad cæteros, qui propterea eam exequi tenebuntur pro eorum pace.

Item. Quod præfati sacratissimus Imperator & Christianissimus Francorum Rex ac alii confœderati debeant conservare personam sanctissimi Domini nostri, dignitatem, jurisdictionem & auctoritatem ipsius ac sanctæ sedis Apostolicæ contra quoscunque hostes eam perturbare seu inquietare volentes.

Item. Quod pariter recipient in eorum protectionem illustrissimum Dominum Franciscum Marian de Rovere, urbis præfectum & in ejus statu & dominiis quæ de præsenti tenet, vel deinceps legitimè tenebit, eum defendent contra quoscunque eum offendere volentes.

Item. Quod nullius ipsorum confœderatorum possit quovis modo inire pacem, treugas, sive inducias, aut quodlibet aliud appunctamentum cum prædictis Venetis, nisi accedat etiam omnium confœderatorum expressus consensus.

Item. Quod sanctissimus Dominus noster debeat per censuras & maxime per interdictum, procedere contra ipsos Venetos, Ducem, & Magistratus Venetiarum, eorumque subditos, ac terras & dominia eis subjecta, contraque omnes fautores & auxiliatores eorum, ac ipsos sacratissimum Imperatorem, Regem Christianissimum, & alios confœderatos invocando ad præstandum brachium seculare. Concedendo etiam contra ipsos Venetos & eorum subditos, repressalias & dando bona illorum in prædam. Quibus sic actis, ipsi sacratissimus Imperator & Christianissimus Rex, ac alii confœderati tenebuntur Sanctitati suæ adesse, atque eandem juvare, ut ipsæ censuræ, & interdictum, ac alia Ecclesiastica remedia debitum executionis effectum sortiantur. Et ista fient ante diem invasionis superius declaratam.

Item. Quod sanctissimus Dominus noster, sacratissimus Imperator, et Christianissimus Francorum Rex, mittant et scribant conjunctim ad serenissimum Regem Hungariæ ad alliciendum eum et inducendum, ut huic ligæ et confœderationi se adjungat et in ea se includat pro recuperatione eorum, quæ dicti Veneti sibi indebite detinent & ut se præparet ad inferendum eis bellum circa dictam primam Aprilis.

Item fuit conventum, quod si spurcissimus Turcus, fidei nostræ Christianæ inimicus, ab ipsis Venetis accitus aut alias invadat Christicolas, quod præfati sanctissimus Dominus noster, sacratissimus Imperator, Christianissimus Francorum Rex, & alii supra nominati, qui hanc ligam ingressi fuerint, totis viribus tanquam unum in robur conjectis, communi hosti veluti ad commune incendium extinguendum occurrere debeant, secundum quod per sanctissimum Dominum nostrum, sacratissimum Imperatorem & Christianissimum Regem ac Regem Aragonum, pro communi utilitate conclusum extiterit.

Item quod omnes ipsi confœderati qui hanc confœderationem & ligam ingredi voluerint; teneantur infra duos menses proxime venturos hujusmodi tractatum cum omnibus & singulis ibidem contentis ratificare, laudare & approbare, ac litteras suarum ratificationum in forma debita, debitisque eorum sigillis munitas expedire, una cum submissione censura-

 rum

rum ecclesiasticarum, subque eorum corporalibus juramentis, ac bonorum obligationibus & aliis clausulis opportunis in ampliori forma.

Quæ quidem omnia & singula supra dicta, ut præmittitur, conclusa & tractata, promisimus & promittimus per præsentes, in quantum nos concernit, bona fide nostra, in verbo principissæ ac sub juramento notro corporaliter super sanctis Dei Evangeliis manibus tactis præstito, ratificari, laudari & approbari facere infra tempus præstaturum & cum omnibus clausulis supra contentis, videlicet per ipsum sacratissimum Imperatorem Dominum & genitorem nostrum metuendissimum, tam suo nomine proprio, quam etiam tutorio & administratorio nomine ipsius illustrissimi Domini Principis & Archiducis nepotis nostri & hoc sub obligatione omnium bonorum nostrorum, præsentium futurorum & cum renunciationibus & aliis clausulis necessariis. In quorum omnium fidem has nostras literas manu nostra propria signavimus & sigillo nostro jussimus communiri. Datum in civitate Imperiali Cameracensi, die decima mensis Decembris, Anno Domini 1508.

Nos igitur Imperator antedictus de præmissis omnibus & singulis tractatis & conclusis, plenissime informati, ac de eisdem plenam notitiam habentes, ex certa nostra scientia, & libera voluntate, hanc sanctam unionem, confœderationem fœdus & ligam inviolabiliter observandam suscepimus, ac omnia & singula illius capitula, ut præmittitur, tractata & conclusa juxta sui seriem, & tenorem in omnibus suis punctis, clausulis & articulis, omnibus melioribus via, modo, forma & ordine, quibus melius & validius de jure possumus et debemus, laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, ac rata, grata et firma præsentium tenore habemus & perpetuam roboris firmitatem obtinere volumus. Et insuper promittimus expresse per præsentes sub vinculo & religione juramenti per nos præsentialiter super vero ligno sanctæ crucis, sacroque canone, ac sanctis Dei Evangeliis manibus nostris corporaliter tactis præstiti, bona fide & in verbo nostro Cæsareo, pro nobis hæredibus & successoribus nostris, omnia & singula in præinsertis capitulis contenta, prout in eis continetur & cavetur, in quibus nos concernunt, & pro parte nostra respiciunt, tenere, attendere, adimplere atque inviolabiliter observare, & contra ipsa quovis modo, directe vel indirecte, quocumque exquisito colore non facere, nec venire, sub obligatione & hypotheca omnium nostrorum bonorum præsentium & futurorum, nec non sub censuris ecclesiasticis, quibus nos expresse subjicimus, & in casu non observantiæ prædictorum, contra nos per sanctam sedem Apostolicam ipso facto fulminari volumus & consentimus, ita, ut ab iis nullatenus absolvi valeamus, nisi prius conventis & promissis supra dictis paruerimus. Renunciantes hoc ipso relaxationi & dispensationi juramenti, absolutionique censurarum ac exceptioni, tam juris, quam facti, quibus contra præmissa, vel aliquod præmissorum dicere, facere vel venire, aut ab eorum observantia quomodolibet nos tueri possemus. In quorum omnium & singulorum prædictorum fidem & testimonium, præsentes nostras ratificationis & approbationis literas manu nostra propria signatas & subscriptas, nostri Imperialis sigilli munimine jussimus roborari. Datum in oppido nostro Mechlinæ, die vigesima sexta mensis Decembris, anno Domini 1508. regnorum nostrorum, Germaniæ vigesimo tertio Hungariæ vero decimo nono.

Bulla Julii II. Pontificis Maxim. quâ se fœderis præinserti socium fore declarat, illudque confirmat.

Julius Episcopus, servus servorum Dei, universis & singulis præsentes literas inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Petierunt a nobis magna cum instantia per Oratores suos ad hoc speciale mandatum habentes, charissimi in Christo filii nostri, Maximilianus, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Ludovicus, Francorum Christianissimus, & Ferdinandus, Aragoniæ & Siciliæ Catholicus, Reges, ut confœderationem & ligam inter ipsos in civitate Cameracensi, per dilectum filium nostrum Georgium sancti Xisti, Presbyterum Cardinalem, nostrum & Apostolicæ Sedis in Francia Legatum, qui etiam pro nobis de ratihabitione promisit dilectamque in Christo filiam, nobilem mulierem Margaritam Archiducissam Austriæ, Ducissam Sabaudiæ relictam & dilectum filium Jacobum de Albion ad hoc de sufficienti mandato suffultos pro exaltatione sanctæ Crucis tractatam, & die decima mensis Decembris, anno Domini 1508. conclusam, cujus confœderationis & ligæ nos, utpote fidelium omnium patrem, caput esse voluerunt, quam Imperator electus & Reges ipsi ratificarunt, ratificare & nos per literas nostras vellemus, cum omnibus & singulis capitulis infra scriptis in eisdem confœderatione & liga contentis. Cui petitioni nos, qui omnes curas & cogitationes nostras ad propagationem & exaltationem nominis Christiani semper convertimus, quique ab exordio nostri Pontificatus Principes Christianos inter se diffidentes paterna cura & charitate ad concordiam revocavimus, ac pacis inter Imperatorem electum & Ludovicum, Christianissimum Regem prædictos nuper conclusæ, suasores & auctores fuimus, eo libentius duximus annuendum, quod speramus confœderationem & ligam hujusmodi Reipublicæ Christianæ utilem & salutarem futuram, Deo & Salvatore nostro Jesu Christo cujus causa agitur, honor & gloria quæritur, adjutore. Quocirca confœderationem & ligam prædictas harum serie in tempore debito ratificamus & approbamus, easque cum omnibus in illis contentis capitulis gratas, ratas & firmas habere & tenere in verbo Pontifi-

cis

cis Romani promittimus; hodie enim de ipsarum tenore atque continentia legitime certiores facti fuimus, ac de præfatorum Regum ratihabitione per publica instrumenta nobis exhibita, simulque, ut præfertur, ad eam ratificandam fuimus requisiti, quam utpote in tempore debito a nobis factam iidem oratores receperunt atque acceptaverunt. Tenor autem capitulorum sequitur & est talis: Imprimis quia hodie nos cum præfato reverendissimo Domino Cardinali Rotomagensi, Legato &c.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1508. 10. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

Declaratio Ludovici XII. Galliæ Regis, Carolum II. Sabaudiæ Ducem antea inserto fœdere comprehendi.

LOuis par la grace de Dieu Roi de France, Duc de Milan, Seigneur de Gennes, &c. A tous ceux qui ces presentes lettres veront, salut. Comme ensuivans le Traité & confederation fait en la ville de Cambrai entre tres-haut, tres-puissant & tres-Excellent Prince, notre tres-cher & tres-amé frere & cousin l'Empereur, d'une parte, & nous d'autre pour le recouvrement des pieces & terres, que les Venitiens ont detenu & occupé, detiennent & occupent, tant au Siege Apostolique, audit Empereur, & nous, à cause de notre Etat & Duché de Milan, qu'a plusieurs autres Princes & Seigneurs, ait été entre autres choses dit & traité, que nôtre tres-cher & tres-amé cousin le Duc de Savoie Charles II. de ce nom poura être compris si bon lui semble, audit traité, pour le recouvrement du roiaume de Chipre, qu'il pretend lui apartenir, selon ce que par nôtredit frere l'Empereur & nous seroit avisé; savoir faisons, que nous, ce consideré, & après ce que avons été critifie, que entre les Ambassadeurs de nôtre dit frere l'Empereur, & les nôtres, & nôtredit cousin Duc de Savoie, à été conclu de ce que par lui se doit faire en cette entreprise. Avons entant que à nous est, compris & enclos, comprenons & incluons audit traité & confederation notredit cousin le Duc de Savoie, pour en tout & par tout jouir & user de benefice d'icelui traité & contenu en icelui, tout ainsi que les autres alliez & confederez font & pouront faire ci-après. En temoin de ce nous avons fait mettre nôtre scel à ces presentes. Donné au Camp prés Pontolio, le dix-neuvieme de Mai, l'an de grace 1509. & de nôtre regne le douzieme.

XXIX.

Instrumentum fœderis adversus Venetos sanciti, ad Ligam, cujus superius facta est mentio, spectans, d. d. 5. Januar. A. 1509.

MAXIMILIANUS divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Germaniæ & Hungariæ, Archidux Austriæ, Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ & Carinthiæ, ac Marchio Sacri Rom. Imperii &c. Recognoscimus & præsentium tenore notum esse volumus universis, quod quum sanctissimus in Christo Pater & Dominus Julius divina providentia Sacrosanctæ Rom. Universalis Ecclesiæ summus Pontifex Dominus noster reverendissimus, sæpius & repetitis vicibus, nos pariter & Serenissimum atque Excellentissimum Principem, Dominum Ludovicum Regem Franciæ, fratrem nostrum charissimum, aliosque Christianos Principes, instantissime admonuerit, ut tanquam veri & devoti filii Ecclesiæ, vellemus ad conservationem Christianæ Reip. intendere quæ in dies à truculentissimis Turcis & cæteris infidelibus maximas jacturas patitur, ac etiam ad conservationem jurium & bonorum sanctæ sedis Apostolicæ atque beatitudinis suæ totis viribus nostris assistere ad recuperationem eorum, quæ postposita fide, omnique religione contemta, nulla habita ratione æqua, honesta & justa, Veneti pluribus jam annis de Beati Petri & Sanctæ Rom. Ecclesiæ patrimonio tyrannice invaserunt, usurparunt & occuparunt, ac de præsenti nullo justo titulo indebite occupant & detinent. Cui exhortationi sanctissimi D. N. Nos Imperator præfatus pro sincera nostra in sedem Apostolicam observantia, (ut par est) parere volentes, hujuscemodi defensionem & conservationem Reip. Christianæ, nec non incrementum sanctæ sedis Apostolicæ, juxta majorum nostrorum vestigia & exempla tanquam etenim illius advocatus & protector, cum summo desiderio amplecti & suscipere fuimus semper ex animo inclinati: considerantes etiam gravissimas jacturas, injurias, rapinas & damna, quæ præfati Veneti, nedum Sacrosanctæ sedi Apostolicæ, sed & Sacro Romano Imperio, domui Austriæ, Ducibus Mediolani, Regibus Neapolitanis, & aliis multis Principibus violenter intulerunt, illorum bona, possessiones, civitates, oppida, perinde ac si in communem omnium perniciem conspirassent, tyrannice occupando & usurpando. Propter quod non solum salubre, utile & honorificum, sed & omnibus prædictis necessarium esse existimamus, ut omnibus ad justam vindictam excitatis, tandem restinguendam insatiabilem Venetorum cupiditatem & dominandi libidinem tanquam ad commune incendium accuratur, junctisque viribus & armis, bona per eosdem Venetos ablata & occupata recuperentur & reintegrentur. Eaque de causa nuper illustrissimam Principissam Margaritam Archiducissam Austriæ, Ducissam Burgundiæ, relictam viduam Sabaudiæ, filiam nostram charissimam, ad civitatem nostram Imperialem Cameracensem misimus, quæ vigore pleni & sufficientis mandati nostri tanquam specialis nostra in hac parte procuratrix, post conclusam generalem pacem inter nos

nos & supra nominatum Serenissimum fratrem nostrum Regem Franciæ cum Reverendissimo in Christo Patre, D. Georgio de Ambosia tit. sancti Sixti sanctæ Rom. Ecclesiæ presbytero Cardinale Rothomagensi, ac sedis Apostolicæ per Franciam de latere legato, facienti se hac in parte fortem nomine sanctissimi D. N. etiam jam dicti Serenissimi Regis Franciæ fratris nostri ad hoc deputato procuratore, ac cum spectabili Jacobo de Albion milite Serenissimi Regis Arragoni Oratore & ad hoc etiam speciali procuratore, tractavit, inivit, fecit, conclusit & juravit ac literis suis roboravit, fœdus, confœderationem, unionem & ligam, contra ipsos infideles, ac etiam contra Venetos, juxta capitula, puncta & Articulos: qua literarum, capitulorum, punctorum & Articulorum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. Inprimis quia hodie nos cum præfato Domino Cardinali Rothomagensi Legato & ex prædictorum sacratissimi Domini Imperatoris & Christianissimi Francorum Regis nominibus, inivimus & conclusimus pacem generalem, atque confœderationem; in qua etiam inter cætera sanctissimum in Christo patrem & Dominum, D. Julium II. divinâ providentia S. Rom. Ecclesiæ Summum Pontificem, Dominum nostrum observantissimum, & Serenissimum Arragoniæ Regem inclusimus, atque utrique parti adhuc facultatem reservavimus, infra quatuor menses posse alios suos confœderatos nominare & eidem paci seu confœderationi includere. Et quoniam Veneti in maximum præjudicium sanctæ sedis Apostolicæ, sacrique Romani Imperii, & Dominorum Austriæ, ac Christianissimi Regis Franciæ ad causam Ducatus Mediolani, ipsiusque serenissimi Regis Arragoniæ ad causam Regni Neopolitani jam dudum tyrannicè & violenter occuparunt, detinuerunt, & præsentialiter usurparunt, occupant & detinent quam plurimas provincias, urbes & dominia, ipsis sacratissimo Domino Imperatori & Regibus prænominatis, singula singulis referendo pleno jure pertinentia: tractatum & conventum est inter nos nominibus ante dictis, quod nec sacratissimus Dominus Imperator Romanorum, nec Christianissimus Rex Francorum debeant nec possint Ducem & Dominum Venetorum, aut eorum subditos, nec alios communes hostes, contra quos movendum bellum pro confœderato vel confœderatis suis nominare, seu huic paci & confœderationi hodie factæ qualitercunque includere, quinimò præfatus Dux & Dominium Venetorum atque eorum subditi à præfatâ pace & confœderatione inter sanctissimum Dominum nostrum Papam, & inter prædictos sacratissimum D. Imperatorem Romanorum & Sereniss. Franciæ & Arragoniæ Reges, contra ipsum Ducem & dominium Venetorum atque eorum subditos, pro recuperatione seu reintegratione omnium deperditorum; Item pro celeriori hujus rei expeditione actum & conventum est, quod ipsi sanctissimus D. N. & serenissimi Franciæ & Arragoniæ Reges & ipsorum quilibet, cum sufficienti militum & peditum exercitu, ac cum Artellaria necessaria, teneantur infra diem primum Aprilis proximè venturam pro recuperatione antedicta, communibus armis eosdem Venetos hostiliter invadere, nec prius à prædicta invasione seu guerra aut armis per aliquem eorum desistetur, quam omnino & integre Apostolica sedes recuperaverit Ravennam, Cerviam, Faventiam & Ariminum, earumque districtus, ac alia oppida Imolæ & Cesenæ, cum omnibus eorum juribus & pertinentiis, ac omnia alia, quæ de statu et juribus Ecclesiæ Romanæ dicti Veneti occupant et detinent; Et præfatus sacratissimus Dominus Imperator recuperaverit Roveretum, Veronam, Paduam, Vincentiam, Tarvisium, Forum Julium, cum territoriis ac pertinendis eorum, nec non Patriarchatum Aquilejensem, cum singulis suis pertinentiis, omniaque alia loca et dominia per ipsos Venetos in hoc ultimo bello capta et occupata ex terris et dominiis domus Austriæ. Et pari modo ipse Christianissimus Francorum Rex recuperaverit totaliter Brixiam, Bergomum, Cremam, Cremonam, Geradadam, cum singulis ipsorum locorum districtibus, territoriis ac pertinentiis, & generaliter omnia ea, quæ fuerunt antiquitus de Ducatu & domo Mediolani ac prædecessorum ipsius Christianissimi Regis in eodem Ducatu; Et similiter ipse serenissimus Rex Aragonum recuperaverit ea omnia, quæ ipsi Veneti de Regno Neapolitano & ex prædecessoribus in ipso regno quovis modo abstulerunt & usurparunt, ac de præsenti quovis colore usurpant, detinent & occupant, videlicet Tranum, Brundusium, Otrantum & Gallipolim, ac omnia alia, quæ de Regno Neapolitano per eos occupantur. Item poterunt etiam Illustris Dux Sabaudiæ pro Regno Cypri, & Dux Ferrariæ, & Marchio Mantuæ, pro recuperatione eorum, quæ dicti Veneti eis detinent & occupant, se huic ligæ adjungere, & in hac confœderatione se includere. Item quod etiam sit facultas serenissimo Regi Angliæ, se includendi in hac confœderatione & liga contra Venetos, sive ad offensionem, sive ad defensionem tantum, sive ad utrumque, prout ei melius videbitur. Ac pleraque alia huic fœderi ad Cameracum per partium Oratores adscripta fuere, quæ nos brevitatis causa omittimus. Ea autem Reges socii sigillorum suorum munimine roborari jussere, die quinto Januarii, Millesimo quingentesimo nono.

XXX.

XXX.

Conventio inita inter Maximilianum I. Rom. Imperatorem, & Ludovicum XII. Galliæ Regem, de Ratihabitione & prolongatione Ligæ contra Venetos A. 1508. conclusæ & superius insertæ, d. d. 16. Aug. (17. Novembr.) A. 1510.

LUDOVICUS, Dei gratia Francorum Rex, Dux Mediolani, Genuæque Dominus, &c. recognoscimus & tenore præsentium profitemur notumque esse volumus universis, cum nihil sanctius salubriusque habeatur pace & concordia, quibus respublicæ ita tuentur & conservantur, ut sine his nequaquam aliquandiu persistere possint, quod tametsi satis explicatum semper habuerimus, tamen advertentes & re ipsa experti, quantum boni & incrementi ex sanctissima illa unione, pace, concordia & fraternitate inter sacratissimum & potentissimum Principem, Dominum Maximilianum Romanorum Imperatorem semper Augustum, fratrem & consanguineum nostrum charissimum, & inter nos nuper in civitate Imperiali Cameracensi, die decima Decembris 1508. per illustrissimam Dominam Margaretam ex Archiducibus Austriæ, Ducibus Burgundiæ, viduam relictam Sabaudiæ, consobrinam nostram charissimam in hac parte præfati Imperatoris genitoris sui procuratricem & per R. quondam Dominum Georgium de Ambasia, Cardinalem Rothomagensem, & in Regno Franciæ legatum Apostolicum, nomine nostro & in hac parte procuratorem mandatarium nostrum inita, facta & conclusa, non solum nobis, regnis, dominiis, ac subditis nostris accesserit, & in futurum pervenire poterit, sed & tota christianitas inde acceperit & accipere poterit, quæ procul dubio ex ista sancta unione & concordia amborum nostrorum suscepit tranquillitatem, exaltationem & augmentum, nihil tantopere nobis curandum existimamus, quam in sanctissima illa unione, amicitia & fraternitate cum præfato sacratissimo Imperatore persistere, & quo magis intrinsecè & ferventiùs poterimus, illi nos conjungere, ut sanctissima illa unione & pace etiam ad posteros nostros diffusa, status, regna, dominia & subditi utrinque nostrum tranquillitate & securitate augeantur & conserventur. Propter quod ad laudem Dei omnipotentis, ejusdemque matris intemeratæ, nec non ad incrementum & bonum non tam nostrorum regnorum, dominiorum & subditorum nostrorum, quam totius christianitatis, Nos hodie cum illustrissimo & reverendissimo Domino Matthæo, Episcopo Gurcensi & sacri Romani Imperii Principe & cum magnanimo Domino Andrea de Burgo, equite, supradicti sacratissimi Domini Imperatoris &c. oratoribus, & in hac parte procuratoribus & mandatariis, vigore ipsorum mandati pleni & sufficientis, cujus tenor de verbo ad verbum hic sequitur, & est talis:

MAXIMILIANUS, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ & Comes Palatinus, &c. cum institutum nostrum semper fuerit, cum consanguineis & fratribus nostris, quibus semel adhæsimus, amorem & benevolentiam tenaciter retinere, & eam continuo augere, cupientes præ cæteris illud idem servare cum serenissimo Principe Domino Ludovico, Francorum Rege & consanguineo nostro charissimo, fœdusque nostrum Cameracense jam dudum inter nos initum in totum & quamlibet sui partem integre observare, & etiam arctius amorem, benevolentiam & mutuam intelligentiam nostram constringere pro bono utriusque nostrum, & subditorum nostrorum & universalis totius Reipublicæ christianæ. Nunc igitur pro hac re exequenda impræsentiarum destinamus nobilem ac venerabilem Matthæum, Episcopum Gurcensem Principem consiliarium & oratorem nostrum devotum, dilectum, confisi ideo de fide, prudentia, legalitate, & singulari rerum experientia ipsius Matthæi, Episcopi Gurcensis, & spectabilis fidelis, nobis dilecti Andreæ de Burgo consiliarii & oratoris nostri apud præfatum Regem residentis motu proprio, & ex certa scientia, ac animo nostro deliberato, citra tamen revocationem quorumcunque aliorum mandatorum nostrorum eosdem Gurcensem præfatum, & Andream & quemlibet eorum in solidum, fecimus, constituimus, creavimus, & ordinavimus, ac tenore præsentium facimus, constituimus & ordinamus oratores & procuratores, actores & speciales hujus negotii gestores & quicquid melius de jure potest specialiter & expresse vice & nomine nostro ad tractandum, transigendum, accordandum, concludendum & corroborandum & de novo renovandum & ratificandum cum sanctissimo in Christo patre & Domino, Domino Julio II. divina providentia S. R. & universalis Ecclesiæ summo Pontifice, Domino nostro reverendissimo, ac serenissimis Principibus Dominis Regibus Franciæ, Aragoniæ, Angliæ, & Hungariæ, fratribus nostris charissimis vel cum aliquibus ex eis aut solo sereniss. Rege Franciæ & regni statibus & dominiis suis ac aliqua parte eorum fœdus nostrum Cameracense prius inter nos initum, & illud declarandi ac interpretandi & prorogandi ad posteros nostros & illud de novo in eadem vel meliori forma & ampliori faciendi, & de novo conveniendi & paciscendi, prout eisdem mandatariis nostris melius videbitur & super omnibus aliis rebus inde pendentibus, emergentibus, connexis & annexis ac de bello continuando contra Venetos, & alios quoscumque communes nostros hostes & illud de novo inferendo à divisione nova de acquirendis ab hostibus nostris facienda. Dantes & concedentes præfatis Matthæo Principi & An-

& Andreæ, consiliariis & oratoribus nostris plenam & amplam potestatem agendi, gerendi, exercendi omnia & singula in præmissis necessaria & circa ea oportuna, jurandi in animam nostram & faciendi alia omnia, quæ nos ipsimet si personaliter interessemus, facere possemus, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale. Quæ omnia rite pro expressis haberi volumus. Ponentes præfatos Gurcensem & Andream, oratores & procuratores quoad præmissa, & circa ea cum omnibus suis dependentiis & emergentibus, annexis & connexis. Et quod datum, actum, transactum & conclusum fuerit, nullo unquam tempore contravenire, directe vel indirecte, aut quovis exquisito colore, de jure vel de facto, etiamsi de jure possem, harum testimonio literarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum in nostro oppido Inspruch die 16. mensis Augusti, anno Domini 1510. regnorum nostrorum, Romani vigesimo quinto, Hungariæ vero vigesimo primo.

PRæsente etiam Domino Magistro Joanne Caulier illustrissimi Domini Caroli ArchiDucis Austriæ, Principis Hispaniarum, consanguinei nostri charissimi, consiliario, Magistro requestrarum & oratore, quique etiam nomine supradictæ illustrissimæ Margaretæ gubernatoris ad hoc missus erat orator, convenimus, tractavimus, egimus, inivimus & conclusimus omnes & singulos articulos infra scriptos.

Imprimis actum est & conventum, quod illa vera bona, legalis, fidelis, sincera & indissolubis pax, unio, amicitia, liga, fraternitas & confœderatio inter præfatos sacratissimum Imperatorem tam nomine ejus proprio, quam etiam tutorio & administratorio nomine supra dicti illustrissimi Domini Archiducis Austriæ & Principis Hispaniarum ac nepotis sui, & serenissimum & Christianissimum Regem Franciæ per memoratam illustrissimam Dominam Margaretam, Archiducem &c. & Reverendissimum quondam Dominum Georgium Rothomagensem Galliarum Legatum nominibus quibus habebant in civitate Cameracensi, die et anno quibus supra, videlicet decima Decembris 1508. inita facta, conclusa ac jurata, duratura ad vitam utriusque ipsorum, videlicet sacratissimi Imperatoris & Christianissimi Reges Franciæ, & per annum unum post, sicuti in eodem tractatu pacis latius continetur, non solum rata & firma & inviolabilis permaneat pro tempore supra scripto, sed etiam quod prorogetur, extensa & prorogata sit, quam etiam dictæ ambæ Majestates nominibus quibus supra eximie extendunt & prorogant ad vitam primo proximorum, hæredumque & Successorum, tempore mortis utriusque eorum existentium cum omnibus & singulis capitulis, clausulis & conditionibus & punctis in dicto pacis contractu contentis, quæ hic pro expressis, & insertis habentur, aut haberi volunt præfatæ Majestates.

Item. Actum est & conventum, quod per prædictam prorogationem pacis & amicitiæ, omniaque alia hic supra scripta, nullatenus intelligatur esse recessum, derogatum vel in aliquo contraventum tractatui pacis factæ Cameraci, sed omnia & singula in eodem tractatu comprehensa sint & in suo robore maneant.

Item. Conventum est, quod Imperialis Majestas teneatur & debeat omnia & singula supra scripta expressa infra duos menses proxime futuros ratificare, laudare & approbare & literas ratificationis suæ in forma debita debito sigillo suo munitas expedire, una cum submissione censurarum Ecclesiasticarum sub suo juramento corporali ac bonorum obligationibus, una cum aliis clausulis apertius in ampliori forma. Item quod hujus prorogatio tractatus pacis & concordiæ & omnia supra dicta publicentur in Imperio & regnis & dominiis utriusque partis & registrentur in Camera Imperiali, & Parisiis in curia Parlamenti & in camera Computorum, præsente & consentiente procuratore generali Christianissimi Regis Franciæ.

Cumque omnia & singula prædicta nobis sint grata, cupiamusque illa inviolabiliter observare & exequi idcirco præsentibus literis nostris omnibus melioribus via, modo, forma & ordine, quibus melius & validius de jure possumus & debemus, præinserta prorogationis pacis tractatus Cameracensis capitula & articulos omniaque & singula in eisdem expressa & contenta juxta seriem & tenorem laudamus, approbamus, ratificamus confirmamus ac rata, grata et firma habemus et habere volumus. Promittentes in regio nostro verbo et sub bona fide nostra, nec non jurantes ad Dominum Deum nostrum et ejus sanctam Crucem et quatuor ejus Evangelia, per nos corporaliter et manualiter tacta, tenere, adimplere, et inviolabiliter observare omnia et singula in præmissis capitulis contenta et expressa, prout in eisdem cavetur, constituitur, sive continetur, in quantum nos concernunt et respiciunt, et sub obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium et futurorum hypotheca nec non sub pœna perjurii, in quod Rex tali casu incidere potest. Ac etiam ad prædictorum observantiam per præsentes consentimus, quoad possumus, compelli et constringi per quascunque censuras ecclesiasticas etiam in forma Cameræ, renunciantes ipsi relaxationi et dispensationi juramenti, absolutionique censurarum et exceptioni qualicumque tam juris quam facti, quibus contra eorum præmissa, vel aliqua ex his dicere, facere, vel venire aut ab eorum observantia quomodolibet nos tueri possemus. In quorum omnium et singulorum præfatorum fidem et testimonium, præsentes literas manu propria subscripsimus, et sigillo nostro Blesis 17. die mensis Novembris anno Domini 1510. regni nostri decimo tertio.

XXXI.

XXXI.

Tabula fœderis pacti inter Maximilianum I. Rom. Imperat. Leonem X. Pontificem Maxim. Henricum IIX. Angliæ Regem, Carolum I. & Joannem, Castellæ Reges, pro quiete Italiæ contra quoscunque hostes, inprimis Turcas, conservanda de A. 1516.

UNiversis & singulis, ad quorum notitam præsentes literæ pervenerint, nos Thomas, miseratione divina, tituli sanctæ Ciciliæ, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis, Eborum archiepiscopus, Angliæ Primas & Apostolicæ sedis legatus ejusdemque regni Angliæ Cancellarius, Thomas, Dux Norcolniæ, Angliæ thesaurarius, ac Thomas, Dunolmensis Episcopus & privati sigilli regii custos, consiliarii, oratores, ambassiatores, procuratores & commissarii excellentissimi & potentissimi principis Henrici, Dei gratia, Regis Angliæ & Franciæ, ac Domini Hiberniæ ad infra scripta sufficienter deputati constituti & autorisati, salutem in omnium salvatore.

Sciatis, quod nos oratores, prædicti nomine & autoritate ejusdem metuendissimi & potentissimi regis nostri, nobis ab eo per suas literas patentes data concessa & commissa, quarum literarum tenor inferius ad verbum inseritur:

Cum Reverendissimo in Christo patre & Domino, Domino Mathæo, miseratione divina, tituli sanctæ Potentianæ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero, Cardinali Sedunensi, sacrique Romani Imperii principe, Marchione Vigleuanæ, Præfecto & Comite Valesiæ, ac strenuo & magnifico Viro, Domino Johanne Bartholomæo Titione, Comite Decianæ, sacratissimæ invictissimæ et excellentissimæ Cæsareæ majestatis, nec non cum Reverendo in Christo patre et Domino, Barnardo, Eluensi Episcopo, potentissimorum et excellentissimorum Johannæ et Caroli Hispaniarum et Navarræ ac utriusque Ciciliæ et Jerusalem etc. Regum, necnon Archiducum Austriæ, Ducum Burgundiæ etc. Comitum Flandriæ etc. oratoribus, consiliariis, ambassatoribus et commissariis, per literas patentes supernominatorum supremorum Dominorum suorum prædictorum magnis sigillis suis respective sigillatas, quarum tenores inferius ad verbum inseruntur, sufficienter constitutis deputatis et autorisatis; nec non spectabili Viro, Domino Johanni Hedin, Oratore pro cæsarea majestate, apud præfatum Dominum nostrum Regem Angliæ agente, et in hoc actu oratoribus præfatæ sacræ Cæsareæ majestatis assistente, ad laudem gloriam et honorem omnipotentis Dei, gloriosæ virginis Mariæ, totiusque Curiæ Cœlestis, et orthodoxæ fidei ac christianæ religionis exaltationem et incrementum, Sacrosanctæque Romanæ Ecclesiæ et sedis Apostolicæ defensionem et conservationem; nec non pro statuum, personarum et dignitatum principum prædictorum et eorum cujuslibet conservatione ac regnorum, Dominiorum, civitatum, terrarum, oppidorum, villarum, castrorum et territoriorum suorum cujuslibet eorundem tuitione et defensione subditorumque suorum tranquillitate et quiete, ac etiam ut quorumcunque principum, suis finibus minime contentorum effrenata dominandi, et aliena invadendi, ac diripiendi libido eo facilius cohibeatur, compescatur et reprimatur; utque cæteri principes Christiani, quibus omnibus & singulis præsentem ligam intrandi libera facultas & locus inferius reservatur, ex dictorum principum confœderatorum indissolubili unione fida atque perfecta amicitia ad dictam ligam & confœderationem intrandam citius invitentur & alliciantur.

Ex quo non solum universalis ecclesiæ Christi & Reipublicæ pax subsequi, verum etiam contra immanissimos Thurcas, unanimi omnium Christianorum principum consensu pariter & assensu, generalis possit haberi & fieri expeditio, quæ eorundem principum dissentione, discordia, simultatibus & ambitu, in hunc usque diem præpedita, neglecta fuit & omissa, convenimus, concordavimus, contraximus & conclusimus, ac per præsentes convenimus, contrahimus, concordamus & concludimus omnes & singulos pacis, amicitiæ, ligæ & confœderationis articulos sequentes:

Imprimis conventum, concordatum, & conclusum est, quod inter præfatos Cæsaream majestatem ac potentissimos Angliæ & Hispaniarum reges eorumque heredes & successores, vasallos, incolas, habitatores & subditos quoscunque præsentes & futuros, tam ecclesiasticos, quam seculares cujuscunque dignitatis, status, gradus, aut conditionis existant, seu quacumque dignitate, statu, sive gradu præfulgeant, eorumque regna, patrias, terras, dominia, civitates, castra, terras, dominia, civitates, castra, territoria, villas oppida & loca quæcunque modo, per eorum aliquem habita, tenta, possessa & occupata, vel imposterum obtinenda sit bona, sincera, vera, integra, fidelis, perfecta & firma amicitia, unio, liga, intelligentia, confœderatio & pax per terram, mare & aquas dulces, portus maris & ubique locorum futuris temporibus perpetuo duratura.

Item conventum, concordatum & conclusum est, quod pro conservatione, tuitione & defensione dignitatum, personarum & statuum præfatorum confœderatorum omnium & singulorum ac eorum cujuslibet eorundemque heredum, aut successorum, regnorum, patriarum, terrarum & dominiorum, civitatum, castrorum, villarum, territorium contra invasores, perturbatores & hostiles aggressores quoscunque, prædicti Cæsarea majestas & potentissimi Angliæ & Hispaniarum Reges erunt perpetuis futuris temporibus amici, confœderati, uniti & invicem allegati sine aliqua exceptione, aut contradictione, ita quod si post hac

hac Rex, Princeps, Potentatus, sive Communitas, aut alius quicumque per se, vel locumtenentem, capitaneum generalem, aliumve quemcunque potente valido vel magno exercitu, aut alio quovis modo directe vel indirecte, regna, patrias, terras, dominia, castra, civitates, oppida, territoria, sive loca quæcunque per dictorum confœderatorum aliquem in præsentiarum habita, tenta, possessa & occupata, sive imposterum habenda, tenenda, possidenda & occupanda, hostiliter invaserit vel perturbaverit, aut invadi, seu perturbari procuraverit, sive cuiquam ex confœderatis violentiam, aut damnum grave, vel intolerabile inferre facere, vel irrogare attentaverit, tunc & in eo casu princeps invasus, perturbatus, vel, ut præmittitur, damnificatus, cupiens habere suppetias dictorum confœderatorum pro sua defensione, aut damnificatione, ut prædicitur, tenebitur admonere & requirere omnes & singulos confœderatos, per suas literas patentes manu sua subscriptas, ac suo sigillo sigillatas, super hujusmodi invasione, perturbatione, violentia & damnificatione, qui super hoc certiores effecti, &, ut præmittitur, admoniti & requisiti tenebantur, unanimiter & unico contextu una cum ipso requirente regem, principem, potentatum, sive communitatem sic invadentem, aut hujusmodi invasionem fieri, ut prædicitur, procurantem, perturbantem, violentiam damnum grave, vel intolerabile inferentem, facientem, vel irrogantem, per Oratores, literas, sive nuncios suos monebunt, & requirent, monebitque & requiret eorum quilibet, ut ab hujusmodi hostili invasione & gverra sive procuratione ejusdem perturbatione violentia & damnificatione totaliter desistat, & ab eadem & eisdem cesset realiter & cum effectu, & quod pro sic de facto attentatis & damnis exinde subsecutis condignam rependat emendam & satisfactionem, singnificantes eidem, quod vigore & virtute istius fœderis, sive ligæ defensivæ, tenentur ipsi confœderati omnes & singuli sibi invicem assistere, suppetias dare & se mutuo defendere, quod si illico & absque mora facere recusaverit, aut distulerit, tunc omnes & singuli confœderati, infra mensem extunc proximo sequentem, se hostes & inimicos regis, principis, potentatus, sive communitatis sic invadentis, perturbantis, damnificantis, sive violentiam inferentis; aut invasionem, perturbationem, damnum, sive violentiam hujusmodi fieri procurantis, publice & expresse declarabunt & manifestabunt, & sic declarabit & manifestabit eorum quilibet, ac infra duos menses ex tunc proximo & immediate sequentes ad summum absque omni dolo, fraude, malo ingenio, aut alio quovis colore sive excusatione quacunque, regna, patrias, terras & dominia regis, principis, potentatus, sive communitatis, aut alterius cujuscunque, sicut præfertur, invadentis, perturbantis, damnificantis, seu violentiam inferentis, vel hujusmodi fieri procurantis ab ea parte, quæ sibi propinquior existit, vel qua id commodius fieri posse sibi visum fuerit, unanimiter & uno contextu ingredientur & hostiliter invadent; ac si ingredietur & invadat eorum quilibet propriis suis expensis realiter & cum effectu, cum tanto & tam valido exercitu, tam equitum, quam peditum, equis, armis, bombardis & instrumentis bellicis aliisque rebus quibuscumque, ad tantam belli molem necessariis & requisitis ac sufficienter instructo, quanto & quali inferius describitur; videlicet

Cæsarea Majestas cum quinque millibus equitum & viginti millibus peditum, equis, armis, bombardis, instrumentis bellicis aliisque rebus quibuscunque ad bellum gerendum necessariis et requisitis sufficienterque, ut præfertur, instructis & communitis, loco, tempore modoque & forma præscriptis, terras & dominia communis inimici antedicti propriis suis expensis hostiliter invadet & aggredietur, ac bellum realiterque cum effectu geret & prosequetur.

Potentissimus vero Rex Angliæ cum quinque millibus equitum & viginti millibus peditum, etiam equis, armis, bombardis, instrumentis bellicis cæterisque rebus quibuscunque ad bellum gerendum necessariis & requisitis sufficienter, ut præfertur, instructis & communitis, loco, tempore, modoque & forma prædictis, terras & dominia præfati communis inimici propriis suis expensis invadet ac aggredietur, ac bellum realiter cum effectu geret & prosequetur.

Nec non dicti Catholici Hispaniarum Navarræ &c. Reges cum quinque millibus equitum & viginti millibus peditum, equis, armis, bombardis, instrumentis bellicis, aliisque rebus quibuscumque ad bellum gerendum necessariis & requisitis etiam, ut præfertur sufficienter instructis & communitis, loco tempore modoque & forma prædictis, terras & dominia communis inimici antedicti propriis suis expensis hostiliter invadent & aggredientur, ac bellum realiter & cum effectu gerent & prosequentur.

A qua quidem invasione desistere, aut tractatum pacis sive treugas, gverrarum abstinentiam, intelligentiam, aut appunctationem aliam quamcunque cum communi inimico per se, vel per alium, sive alios inire, facere, tractare, aut concludere, vel alicui ineunti, tractanti aut concludere volenti, tacite vel expresse, directe vel indirecte, consentire nullo modo poterunt, aut eorum aliquis poterit, absque scientia, notitia & voluntate omnium & singulorum prædictorum confœderatorum ac de expresso consensu eorundem.

Item conventum & concordatum est, ut supra, quod si rex, princeps, potentatus, vel commu-

communitas, seu quivis alius aliquem principum, sive confœderatorum, ut prædicitur, invadens, perturbans violentiam, sive damnum, ut supra, inferens, vel ea procurans, habeat, teneat, vel possideat dominia, terras, loca maritima, portus, aut litora, mari Hispanico, Britannico, aut Germanico adjacentia sive contigua, tunc & eo casu Potentissimi Angliæ & Hispaniarum reges, non solum per terram modo & forma suprascriptis gverram facient, verum etiam per mare bellum gerent, & eorum uterque faciet & geret, cum tanta navium classe, quanta inferius declarabitur, militibus, sive hominibus armatis, bombardis, sive instrumentis bellicis telis victualibus & aliis quibuscunque ad bellum navale gerendum necessariis & requisitis sufficienter instructa.

Quam infra mensem, postquam dictum bellum hoste communi sic, ut præfertur, induci & inferri ceperit, ad mare realiter & cum effectu, propriis suis expensis mittent ac mitti curabunt, ac facient, ac sic mittet & mitti curabit et faciet eorum uterque modo et forma sequentibus : Videlicet Potentissimus Angliæ Rex naves, quinque millibus hominum armatorum ac cæteris necessariis similiter, ut præfertur, instructas et ad bellum navale gerendum aptas, ut prædicitur, mittet.

Nec non Catholici Hispaniarum Navarræ &c. reges naves quinque millibus hominum armatorum et cæteris necessariis similiter, ut præfertur instructas ad bellum navale gerendum aptas sicut prædictum est, mittent.

Quæ quidem naves omnes et singulæ ad mare communis hostis regnis patriis terris et dominiis proximum adjacens navigabunt, ac ibidem continue remanebunt huc et illic navigando, communem hostem, ejusque regna, patrias, terras et dominia ac subditos suos, quantum poterunt, molestando, sese ac cæteros amicos et confœderatos eorumque regna, patrias, terras et dominia defendendo, ac quotiens et quando opus fuerit simul se conjungent, ut unitis viribus communi hosti resistere atque eundem infestare et debellare possint, nec licebit alteri regum prædictorum naves, sicut præfertur, missas inde revocare, aut earundem navium, sive hominum, numerum diminuere, sine mutuo eorundem expresso consensu et voluntate, sed si casu aliquo contingat, numerum navium aut gentes armorum hostium invasione, aut malis tempestate capi, divinci, aut alio quovis modo diminui, quod Deus avertat, tenebitur ille cujus classis, sic ut præfertur, casu capietur, sive deminuetur, illam infra mensem de novo reficere, et ad perfectum numerum superius limitatum realiter et cum effectu resarcire et reparare, sine omni dolo, fraude, dilatione, aut alia excusatione quacumque.

Item conventum et concordatum est ut supra, quod nullus confœderatorum prædictorum, eorumve heredes et successores, vel alius quisquam eorum alicujus nomine, sive auctoritate, scientia, vel consensu cum alio quocunque principe non confœderato, tractatum pacis amicitiæ, guerrarum, sive belli abstinentiæ, in præjudicium præsentis confœderationis, iniet, faciet, contrahet, tractabit, aut concludet, sive iniri fieri, contrahi, tractari, vel concludi procurabit, aut permittet, vel inire facere, tractare, aut contrahere vel concludere volenti quoque modo tacite vel expresse consentiet, sine expresso consensu, assensu et voluntate omnium et singulorum confœderatorum prædictorum, et si quid tale alicui confœderatorum prædictorum motum vel svasum fuerit; ille cui talia mota aut suasa fuerint, statim et immediate, et absque omni dilatione id ipsum cæteris confœderatis clare per suas literas significabit et explanabit, cum omnibus et singulis ejusdem motionis et svasionis qualitatibus et circumstantiis, et si contra aliquem confœderatorum prædictorum suspicio super hoc exoriatur, ille, contra quem talis oritur suspicio, per aliquem confœderatorum monitus et requisitus statim et immediate ejusdem suspicionis occasionem quamprimum amovebit et amoveri curabit:

Item conventum et concordatum est, quod nullus confœderatorum prædictorum aliquid aget, faciet, tractabit vel attentabit, aut ab aliis agi, fieri, tractari, vel attentari procurabit, sive procurari consentiet, quocunque in loco, causa & occasione quacunque in præjudicium damnum vel injuriam alicujus eorundem, eorumve regnorum, terrarum, patriarum, dominiorum, civitatum, villarum, oppidorum, territoriorum, aut subditorum quorumcunque, aut alicui alteri aliquid tali facere volenti, conanti, sive molienti, consilium, auxilium, assensum, vel favorem dabit, sive præstabit, aut dari, sive præstari tacite vel expresse consentiet, aut procurabit, sed omnibus viis & modis ac tota potestate sua resistet, ac realiter & cum effectu obstabit, impediet & contradicet, ac principem, sive confœderatum contra quem talia molientur, ejus rei, per suas literas manu sua subscriptas ac sigillo suo sigillatas, quamprimum poterit, certiorem faciet.

Item conventum, concordatum & conclusum est, quod datur cuilibet regi sive principi Christiano potentatui, vel communitati in hanc ligam, amicitiam, vel confœderationem intrandi & ingrediendi locus ejusdemque beneficio utendi & gaudendi infra octo menses post datam præsentium immediate sequentes, dummodo ad id accesserit concors & unanimis omnium & singulorum confœderatorum consensus & assensus; ac infra idem tempus Rex, princeps, vel communitas, sive potentatus per literas suas patentes, manu sua subscriptas & magno sigillo suo sigillatas & corroboratas se ingredi velle præsentem ligam singulis confœderatis prædictis significaverit ac declaraverit, ac etiam eandem amicitiam & tractatum, nec non omnia & singula capitula in eodem contenta per alias suas literas patentes etiam sua

manu ſubſcriptas & magno ſuo ſigillo ſigillatas, infra duos menſes extunc proximo ſequentes, confirmaverit, ratificaverit & approbaverit, ac ad obſervandum omnia & ſingula capitula ejuſdem tractatus juramentum præſtiterit corporale.

Item conventum & concordatum eſt, quod per præſentem amicitiæ tractatum, aut aliquem ejus articulum non cenſeatur derogatum ſive receſſum ab aliquibus tractatibus pacis & amicitiæ, ſive mercium intercurſus, inter aliquos confœderatorum prædictorum ante hac initis, factis & conclusis, ſed quod permaneant in ſuo robore & virtute, niſi in quantum præſenti tractatui contrariantur & repugnant, quibus quantum ad illum articulum vel articulos ſolum, ſi quis talis fuerit, derogatum & ab eiſdem receſſum eſſe volumus per præſentes.

Et quoniam ſupradicti confœderati firmiter ſibi perſvadent, ac indubie ſperant ſanctiſſimum Dominum Dominum noſtrum, Leonem Decimum, Papam modernum propter nonnullos egregios ſalutares ac præclariſſimos effectus, nec non ingentia & ſalutaria beneficia, quæ ex hac liga univerſæ reipublicæ Chriſtianæ ejuſdemque tranquillitati & quieti veriſimiliter proventura ſunt, eandem ligam promto, grato, ac libenti animo acceptaturum, & præſertim, quod ex ea univerſalis tantopere expectata & affectata pax, poſt tot diſcordias ſimultates, ac diuturna bella, in maximum & pene irrecuperabile totius reipublicæ Chriſtianæ damnum, detrimentum & diſpendium hucuſque habita & continuata, incunctanter pervenire & ſubſequi ſperatur; ex quo notabilis aliqua & felix expeditio contra immaniſſimos Thurcas crucis Chriſti atrociſſimos hoſtes geri, fieri & inſtrui poterit, idcirco dicti principes confœderati omnes & ſinguli, præfatum ſanctiſſimum Dominum noſtrum ac ſanctam ſedem Apoſtolicam, tanquam primum, præcipuum & principalem confœderatum, dictique ſanctiſſimi fœderis aurigam, caput & apicem comprehenderint, adeo plene & efficaciter, ac ſi ſua ſanctitas, mediante ſua commiſſione, unus principalium contrahentium ab initio extitiſſet, reſervaveruntque dicti confœderati ac per præſentes reſervant ſuæ beatitudini honorificum condecentem & condignum in hanc ligam ingrediendi et intrandi locum; Tenore etiam præſentium declarantes, quod dicta ſua ſanctitas integro ejuſdem ligæ beneficio, cum omni effectu ipſius & commoditate, utetur & gaudebit eiſdem modo & forma, quibus ipſi principales confœderati & contrahentes quovis modo uti et gaudere debeant, et poſſint; dum tamen Sanctitas Sua, caſu quo hanc ligam acceptare & intrare, ac beneficio ejuſdem uti voluerit, articulos et capitula, ad quæ prædicti confœderati obligantur et adſtringuntur, tam pro ſuorum ſtatuum et perſonarum tuitione auxilio et aſſiſtentia contra quoſcunque dictorum confœderatorum hoſtiles aggreſſores & invaſores perturbatores ac damnificantes, ut ſupra, vel invaſionem, ſive damnum hujuſmodi fieri procurantes, quam in contribuendo communibus farcinis, ſecundum ratam condecentem, ac etiam omnia & ſingula articulos & capitula in ipſa liga comprehenſa concordata & concluſa firmiter & inconcuſſe pro ſua parte perimplebit & obſervabit. Et inſuper ſententias excommunicationis in perſonas aliquem confœderatorum invadentes, aut invadere procurantes, ac interdicti in eorum regna, patrias, Dominia, terras, civitates, oppida, villas & territoria quæcunque feret & fulminabit ac ferri & fulminari faciet & mandabit abſque dilatione excuſatione, aut alio quovis quæſito colore; ac ſententias ſic latas publice denunciabit ac denunciari realiter & cum effectu faciet & mandabit, cum earundem ſententiarum aggravatione, ſi & quantum in ſua contumacia perſteterint, aut perſeverarint, aut ſteterit & perſeveraverit eorum aliquis, quas quidem ſententias, aut eorum aliquam quovis modo non revocabit ſuſpendet, relaxabit, vel ab eiſdem abſolvet Sua Sanctitas per ſe, vel per alium tacite, vel expreſſe, aut ſic fieri permittet, vel conſentiet, ſine voluntate & conſenſu expreſſo cæterorum confœderatorum; ſuper quibus omnibus & ſingulis, ſicut præmittitur, faciendis & perimplendis Sua Sanctitas, ſi in præſentem ligam intrare voluerit, infra ſex menſes poſt datam præſentis tractatus proximo & immediate ſequentes, non modo animum, voluntatem & intentionem ſuam declarabit, ſed etiam præſentem tractatum, ac omnia & ſingula in eodem contenta, per ſuas literas patentes ſuo ſigillo plumbeo munitas & roboratas approbabit, ratificabit & confirmabit, ſeque ad firmam obſervantiam eorundem per eaſdem literas ſuas adſtringet & obligabit.

Item inter nos oratores prædictos unanimi conſenſu & aſſenſu ac nominibus principum noſtrorum principaliter contrahentium conventum, concordatum & concluſum eſt, quod in præſenti tractatu & fœdere nova & antiqua liga ſocietas, communitas, ac cantoni Helvetiorum omnes & ſinguli includantur & comprehendantur, ejuſdemque confœderationis beneficio & commoditate ad omnem effectum, qui exinde ſequi poterit, utantur & gaudeant, modo comprehenſionem hujuſmodi acceptandum duxerint, confœderatiſque prædictis adhærere & ad dictorum confœderatorum ſtipendia contra quoſcunque arma gerere, nulliq; alii principi contra eos aut eorum aliquem inſervire decreverint, ſe adſtringerint & obligaverint.

Et ut dicti Helvetii, quos principes noſtri, ob eorum merita, virtutes, probitates & res ſtrenue geſtas intimo amore perſequuntur, eo citius ad id invitentur & alliciantur, nos oratores, ambaſſiatores & commiſſarii prædicti communi concordia nominibus & autoritatibus principum noſtrorum & de expreſſo mandato, conſenſu & aſſenſu eorumdem, non modo decrevimus certam annuam portionem, penſionem, ſive

sive largitionem, comuni contributione omnium dictorum confœderatorum & aliorum hanc ligam ingredi volentium, eis constitui, assignari, dari & solvi, sed etiam tractatus, conventiones, obligationes, securitates & pacta hinc inde super hoc fieri, concludi & firmari deberi. Sed quoniam dictis principibus Dominis nostris supremis, nobisque eorundem principum oratoribus ad præsens otium, tempus aut commoditas concludendi, super hujusmodi pensione, portione, sive largitione dictis Helvetiis assignandis & constituendis, non dabatur, eo præsertim quod tractandi modus, consuetudo & forma contrahendi in similibus cum præfatis dictis Helvetiis usitata nobis incognita existit.

Nos igitur oratores prædicti, autoritate & potestate principum nostrorum nobis in hac parte datis & concessis, promittimus, et eosdem principes nostros omnes & singulos per præsentes astringimus & obligamus, quod ipsi & eorum singuli respective, ne temporis procrastinatione, aut dilatione dicti Helvetii elabantur & in aliorum partes declinent, illico & absque mora destinabunt & mittent, sicque eorum quilibet destinabit & mittet oratorem, sive oratores suum, aut suos, sufficienti plena & ampla potestate & instructione fulcitum, seu fulcitos ad tractandum, communicandum, paciscendum & finaliter concludendum cum dictis Dominis Helvetiis, tam de & super prædicta comprehensione modo & forma præscriptis fienda, quam etiam annuæ pensionis, portionis, sive largitionis assignatione, tam in communi, quam in particulari, ipsosque principes omnes & singulos ad hujusmodi portionis sive largitionis sic constituendæ & assignandæ solutionem efficaciter astringendi & obligandi, modis, formis, temporibus & locis in ea parte advisandis, præfigendis & assignandis.

Item conventum & concordatum est, quod omnes & singuli præfati confœderati, infra duos menses datam præsentium proximo & immediate sequentes, præsentem tractatum ac omnia & singula capitula in eodem contenta per distinctas & separatas literas suas patentes, harum seriem de verbo ad verbum continentes, manu sua subscriptas & sigillo suo magno sigillatas, supplentes omnes & singulos tam juris quam facti defectus, si qui ratione mandati, vel alio quovis modo fortasse intervenerint, ratificabunt, approbabunt & confirmabunt, ac easdem literas patentes confirmatorias, sicut præfertur, subscriptas et sigillatas singulis confœderatis eorumve commissariis, oratoribus, aut procuratoribus ad hoc sufficienter deputatis, et auctorisatis, infra dictum tempus, tradent et liberabunt, seu sic tradi et liberari facient, tradetque liberabit, seu sic tradi et liberari faciet eorum quilibet realiter et cum effectu.

Item conventum et concordatum est, quod omnes et singuli confœderati prædicti, quando per oratorem sive commissarium alicujus eorundem sufficientem autoritatem et potestatem habentem ad hoc debite requisiti fuerint et eorum quilibet requisitus fuerit, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, juramentum corporale præstabunt et præstabit ille sic requisitus, in præsentia oratoris sive commissarii prædicti, quod omnia et singula in præsenti tractatu specificata et contenta bene et fideliter observabunt et adimplebunt ac observabit et adimplebit eorum quilibet, nec non à subditis suis et eorum quolibet, quatenus ipsos tangunt, aut tangere poterunt observari et adimpleri facient, et faciet eorum quilibet cum effectu.

Sequuntur tenores Commissionum.

HEnricus, Dei gratia Rex Angliæ et Franciæ et Dominus Hiberniæ universis et singulis, ad quorum notitias præsentes literæ pervenerint, salutem.

Recognoscimus et tenore præsentium profitemur, quod nos ex animo cupientes quietem et tranquillitatem populorum nedum fidei nostræ commissorum, seu etiam universæ Christianitatis, et ad reprimendam insolentiam cujuscunque in contrarium adnitentis.

Operæ pretium duximus Nos cum sanctissimo in Christo patre, Domino Leone Decimo, sacrosanctæ Romanæ & universalis ecclesiæ summo pontifice, ac serenissimis & potentissimis Principibus Regibus artiori vinculo sangvinis nobis conjunctis & cæteris statibus, universitatibus & populis nobis finitimis, ut tandem reliquum vitæ, quod nobis omnipotens præstare dignabitur, illud servitio divinæ majestatis impendere possimus.

Nos igitur confisi de fide, prudentia & dexteritate Reverendissimi in Christo patris, Domini Thomæ, permissione divina, tituli sanctæ Ciciliæ trans Tiberim sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbyteri, cardinalis Eboracensis, Archiepiscopi Angliæ primatis, & apostolicæ sedis legati, Cancellarii regni nostri Angliæ, ac carissimi consangvinei nostri, Thomæ, Ducis Norffolciæ marescalli & thesaurarii dicti regni nostri Angliæ, nec non Reverendi in Christo patris, Thomæ, Dunolmensis Episcopi, custodis privati Sigilli nostri, consiliariorum nostrorum motu proprio, & ex certa nostra scientia ac animo deliberato plenarie confidentes.

Constituimus, creavimus & ordinavimus ac tenore præsentium constituimus, creamus & ordinamus præfatos Dominum cardinalem, ducem & Episcopum, conjunctim & divisim, nostros procuratores, actores & negotiorum infra scriptorum mandatarios speciales omnibus melioribus modo, via, jure & forma, quibus melius & validius de jure possumus & debemus, specialiter & expresse vice & nomine nostro, tractandi, transigendi, componendi, concordandi & concludendi cum præfato sanctissimo in Christo patre & Domino, Leone Decimo, sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo

ſummo pontifice; Ac ſacratiſſimo principe, Maximiliano, divina favente clementia, Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rege, archiduce Auſtriæ, duce Burgundiæ, Brabantiæ &c. comite Palatino, ac Catholicis Principibus Domina Johanna & Carolo, Regibus Caſtellæ, Legionis, Granatæ, Aragoniæ, Navarræ, utriusque Ciciliæ, Jeruſalem, Majoricarum, Valentiæ, Sardiniæ, Corſicæ &c. Archiducibus Auſtriæ, ducibus Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolis, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Geldriæ, comitibus Flandriæ, Hasburgen. Thirolis, Artheſiæ, Burgundiæ, Palatinis & Hanoniæ, Lantgraviis Elſatiæ, Principibus Sueviæ, marchionibus Burgouiæ & ſacri Romani Imperii Holandiæ, Zelandiæ, Ferretis, Chiburgi, Namurci & Zutphaniæ Comitibus, Dominis Friſiæ, Marchiarum Slavoniæ, Portus naonis, Salinarum, Mechliniæ; Nec non Dominis Helvetiorum & aliis quibuscunque Principibus, Rebus publicis & potentatibus, qui dictum fœdus intrare, vel ipſorum oratoribus, procuratoribus, agentibus vel mandatariis, mandatum ſufficiens ab eisdem Pontifice, Imperatore, Regibus, Principibus, dominis ſtatibus & communitatibus habentibus, de & ſuper unione, amicitia integra, mutua intelligentia, ac indiſſolubili confœderatione & liga ſpeciali ſuper defenſione mutua, ſeu offenſione, ſi opus fuerit, contra quoſcunque, conſervatione unionis & dignitatis ſanctæ matris eccleſiæ & commodo & decore noſtrorum omnium pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, cum conventionibus & articulis, prout conventum fuerit, & eiſdem oratoribus noſtris expediens & oportunum videbitur, & aliis dependentibus, emergentibus, connexis & annexis, dantes & concedentes eisdem procuratoribus noſtris plenam & amplam poteſtatem gerendi & exercendi omnia & ſingula in præmiſſis neceſſaria et oportuna, quæ veri, legitimi et indubitati procuratores, liberam et generalem poteſtatem habentes, poſſent, et quæ noſmet facere poſſemus, ſi in præmiſſis perſonaliter præſentes eſſemus, etiamſi talia forent, quæ mandatum magis ſpeciale exigerent, non obſtante quacunque clauſula, aut re alia quacumque requiſita, quæ nos hic pro inſertis et expreſſis habere volumus; Nec non jurandi in animam noſtram; Promittentes omnia et ſingula, quæ per eoſdem procuratores noſtros geſta, acta, tractata et conventa fuerint, rata et grata habituros, et ea omnia et ſingula approbabimus et ratificabimus et rata et firma tenebimus, harum teſtimonio literarum ſigilli noſtri appenſione munitarum.

Datum in civitate noſtra Londoniæ, viceſimo die Octobris, anno Domini milleſimo, quingenteſimo ſexto decimo, regni vero noſtri octavo.

Per ipſum Regem

Porter.

Mandatum pro Oratore Imperatoris primario.

MAximilianus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germaniæ, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ etc. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, comes Palatinus etc. tenore præſentium recognoſcimus et profitemur, quod,

Quamvis pacem, unionem, mutuamque concordiam inter Chriſtianos principes ſemper ex animo deſideraverimus, et omni ſtudio ac ſolicitudine apud univerſos fere chriſtiani orbis principes ſolicitaverimus,

Edocti quantum inteſtina illa Chriſtianorum principum inter ſe diſcordia et diſſenſio hactenus rempublicam Chriſtianorum turbaverit, afflixerit, et illius vires contriverit, et quod gravius ducimus, Chriſtiani nominis hoſtes animo et viribus invaleſcentes opulentiores reddiderit, nihilominus cum nonnullorum principum ac potentatum Chriſtianorum animi uſque adeo effrænata dominandi libidine videantur ſuccenſi, ut nec cupiditati ſuæ immenſæ rationem, aut modum ſiſtere poſſint, immo, poſthabita omni ratione æqui atque honeſti et communi reipublicæ Chriſtianæ utilitate, nihil magis ſtudeant, quam ſine diſcrimine aliorum fines et terras armis ac bello impetere, ſingula pro libito, quantum poſſunt, deprædare ac depopulari, et univerſam Chriſtianitatem in perpetuo tenere incendio ac turbine, ut cum aliorum injuria atque oppreſſione ipſi continue locupletentur et quæſtum agant, cogitavimus tandem illorum moleſtis ac pernicioſis conatibus oportunis remediis obviare, & primos ac potentiores Chriſtiani orbis principes contra iſtorum perfidiſſimorum rabiem tyrannorum ad mutuam defenſionem cohortari,

Confiſi itaque de ampliſſimo ingenio, fide ac prudentia, reverendiſſimi in Chriſto patris, Domini Mathei tituli ſancti Potentiani, ſanctæ Romanæ eccleſiæ Presbyteri Cardinalis Sedimenſis, amici noſtri chariſſimi, Eundem reverendiſſimum Dominum Cardinalem, omni meliori modo via forma & ordine, quibus validius & efficacius de jure poſſumus ac debemus, conſtituimus & deputavimus, ac tenore præſentium conſtituimus, deputamus & ordinamus procuratorem, ſeu mandatarium noſtrum ſpecialem, ad tractandum, proloquendum & concludendum, vice ac nomine noſtro, cum Sanctiſſimo in Chriſto patre, Domino Leone, divina providentia, Sanctæ Romanæ eccleſiæ Summo Pontifice, Domino noſtro Reverendiſſimo, & cum Sereniſſimis Principibus Domino Henrico, Angliæ & Franciæ, & Domino Carolo Hiſpaniarum Catholico Regibus, fratribus & filio noſtro chariſſimis, aut cum eorum procuratoribus plenum atque ſufficiens ad id mandatum habentibus, confœderationem, unionem, intelligentiam, ſeu ligam pro communi omnium rerum noſtrarum conſervatione ad mutuam defenſionem contra quoſcunque, unum, aut plures ex nobis offendere volentes, his modis, formis, conditionibus, ſicuti magis commodum atque

atque oportunum præfato Reverendissimo Domino Cardinali & Dominis confœderatis videbitur. Dantes & concedentes eidem reverendissimo Domino Cardinali plenam ac omnimodam facultatem & potestatem omnia & singula circa prædicta agendi, disponendi, concludendi, quæ nosmet, si præsentes interessemus, facere possemus. Nec non jurandi in animam nostram & de rato promittendi; Promittentes insuper in verbo nostro Cæsareo omnia & singula, ut præmittitur, per præfatum reverendissimum Dominum Cardinalem concludenda, in quantum nos concernunt, firmiter atque inviolabiliter velle servare & exequi, & illis nequaquam ullo quæsito colore, vel causa, directe, vel indirecte contravenire, & hoc sub obligatione & hypotheca omnium bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, dolo & fraude penitus seclusis, harum testimonio literarum, sigilli nostri appensione munitarum. Datum in civitate nostra Imperiali Augusta, die vicesima quinta mensis Septembris, anno Domini millesimo, quingentesimo decimo sexto, regnorum nostrorum Romani tricesimo primo, Ungariæ vero vicesimo septimo.

Maximilianus,

Proprium ad mandatum Majestatis Cæsareæ,

Sperantius.

Mandatum pro Oratore Imperatoris secundario.

MAximilianus, divina favente clementia, electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comes Palatinus &c. recognoscimus, ac tenore præsentium profitemur, quod Nos ex animo cupientes quietem & tranquillitatem populorum nedum fidei nostræ commissorum, sed etiam universæ Christianitatis, sed ad reprimendam insolentiam cujuscunque in contrarium adnitentis, operæ pretium duximus Nos cum Sanctissimo in Christo Patre & Domino, Domino Leone Decimo, Sacro-Sancta Romanæ ac universalis ecclesiæ Summo Pontifice, Domino nostro reverendissimo, ac Serenissimis & Potentissimis Principibus, Regibus arctiori vinculo sanguinis nobis conjunctis, ac cæteris Statibus & universitatibus & populis nobis finitimis, ut tandem & reliquum vitæ, quod nobis Omnipotens præstare dignabitur, illud servitio divinæ Majestatis impendere possimus. Cum igitur nuper destinaverimus ad Serenissimum Principem, & excellentissimum Dominum Henricum, Angliæ & Franciæ Regem, consanguineum & Fratrem nostrum carissimum, magnificum nostrum & Imperii Sacri fidelem dilectum, Bartholomæum Ticionem, Comitem Decianæ, consiliarium & oratorem, ad tractandum & peragendum hujusmodi negotia; confisi de fide, prudentia & dexteritate ipsius Bartholomæi Ticionis, Oratoris nostri, ipsum absentem, tanquam præsentem motu proprio & ex certa scientia ac animo deliberato, citra tamen revocationem quorumcunque aliorum mandatorum nostrorum & præsertim illius, quod nuper dederamus pro fœdere particulari inter Nos & Serenissimos ipsum Regem Angliæ & Johannam, Reginam Castellæ & claræ memoriæ quoque Ferdinandum, Regem Aragonum, sed semper in suo robore permanentes, constituimus, creavimus & ordinavimus, & tenore præsentium, constituimus, creamus & ordinamus præfatum Comitem Decianæ, Oratorem nostrum solum & in solidum Procuratorem & negotiorum infrascriptorum mandatarium specialem, omnibus melioribus modo, via, jure & forma, quibus melius & validius de jure possumus & debemus specialiter & expresse, vice & nomine nostro tractandi, transigendi, componendi, concordandi & concludendi cum Sanctissimo in Christo Patre & Domino, Domino Leone Decimo, Sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ Summo Pontifice, Domino Nostro reverendissimo, ac Serenissimis Principibus & potentissimis Dominis Henrico, Angliæ & Franciæ, Domino Carolo Hispaniarum, utriusque Siciliæ & Jerusalem Regibus, ac nostris & Sacri Romani Imperii fidelibus dilectis confœderatis Helvetiis & aliis quibuscunque Principibus, Rebuspublicis & Potentatibus, qui dictum fœdus intrare voluerint, vel ipsorum oratoribus, procuratoribus, agentibus vel mandatariis, mandatum sufficiens ab eisdem Pontifice, Regibus, Principibus, Statibus & communitatibus habentibus, de & super Unione, amicitia integra, mutua intelligentia, ac indissolubili confœderatione & liga speciali super defensione mutua contra quoscunque, conservatione unionis & dignitatis sanctæ matris ecclesiæ, & commodo, & decore Nostrum omnium, & etiam pro offensione & expeditione contra infidos & alios communes hostes nostros quoscunque, pro nobis & successoribus nostris, cum conventionibus & articulis, prout conventum fuerit, & eidem oratori expediens & oportunum videbitur, & aliis dependentibus, emergentibus, connexis & annexis, non derogando tamen in aliquo nec aliqua parte aliis nostris confœderationibus particularibus, quas habemus cum eisdem Pontifice, Regibus & Communitatibus, sed eis in suo robore stantibus & permanentibus: Dantes & concedentes eidem Oratori nostro plenam & amplam potestatem gerendi & exercendi omnia & singula in præmissis necessaria & oportuna, quæ verus, legitimus & indubitatus procurator, liberam & generalem potestatem habens posset, & quæ nosmet facere possemus, si in præmissis personaliter præsentes essemus, etiam si talia forent, quæ mandatum magis speciale exigerent, non obstante quacunque clausula, aut re alia quacunque requisita, quæ nos hic pro insertis & expressis habere volumus; Promittentes omnia & singula, quæ per eundem Oratorem acta, gesta, tractata & conventa fuerint, rata & grata habituros, & ea

& ea omnia & singula approbabimus & ratificabimus, & grata & firma tenebimus harum testimonio literarum sigilli nostri appensione munitarum.

Datum in Landeck, die vicesima mensis Februarii, anno Domini millesimo, quingentesimo decimo sexto, regnorum nostrorum Romani tricesimo, Ungariæ vero vicesimo sexto.

Maximilianus.

Ad Mandatum Cæsareæ Majestatis proprium

Jac. de Banissis.

Mandatum Regium Hispanicum.

JOhanna & Carolus, Dei Gratia, Reges Castellæ, Legionis, Granatæ, Aragoniæ, Navarræ, utriusque Siciliæ, Jerusalem, Majoricarum, Valentiæ, Sardiniæ, Corsicæ &c. Archiduces Austriæ, Duces Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolis, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Gueldriæ, Comites Flandriæ, Habsburgens. Thirolis, Arthesiæ, Burgundiæ Palatini & Hanoniæ, Lantgravii Elsatiæ, Principes Sueviæ, Marchiones Burgoviæ & Sacri Romani Imperii, Holandiæ & Zelandiæ, Ferretis, Kiburgii, Namurci & Zutphaniæ Comites, Domini Frisiæ, Marchiarum Slavoniæ, Portus Naonis, Salinarum & Mechliniæ, universis & singulis præsentes inspecturis salutem.

Cum nuper, ob nostrorum Regnorum, Principatuum, Dominiorum confœderatorumque quietem, tutelam & amplificationem, Nos reverendum in Christo Patrem, Fratrem Bernardum de Mesa, Episcopum Helvensem, ad Serenissimum Potentissimumque Regem Angliæ, fratrem & avunculum nostrum charissimum, destinaverimus, ut in ejus aula & apud ipsum tanquam Orator & Legatus noster versaretur, rebusque nostris assidue intenderet, censeamusque ipsum sufficientem à nobis autoritatem habere, ut ea, quæ ipse ex nostra, amicorum confœderatorum populorumque nostrorum utilitate, dignitate & amplificatione esse competerit, gerere tractareque possit, tamen, quia rerum futurarum series & figura uno mandato difficulter exprimi valet, etiam si mandatis explorata voluntas accedat, decrevimusque quæcunque negotia nostra, quæ præfato Serenissimo fratri & avunculo nostro notissima conjunctissimaque esse volumus, penitus & cum absolutæ nostræ autoritatis certitudine per præfatum Oratorem & legatum nostrum geri atque tractari:

Notum facimus, quod Nos memoratum mandatum nostrum etiam ad infrascripta extendi, ampliari, & pro extenso & amplificato haberi volentes, ac si specifice super ipsis confectum esset, dicto reverendissimo Episcopo Elvensi, Fratri Bernardo, citra ullam derogationem eorum, quæ prius nostro nomine gesserit, plenam & irrefragabilem, absolutam & indubiam facultatem, autoritatem & potestatem, ac mandatum generale & speciale per præsentes damus, tribuimus & concedimus, ut nomine & vice nostris, tam cum ipso fratre & avunculo nostro Angliæ Rege, ejusque consiliariis, proceribus, commissariis, aut oratoribus, quam cum quibuscunque amicis & confœderatis nostris, & præsertim cum aratoribus, legatis, ambassiatoribus, seu commissariis Sanctissimi Domini nostri Leonis Papæ moderni, ac cum oratoribus, legatis, ambassiatoribus & commissariis sacratissimi Romanorum Imperatoris Maximiliani semper Augusti, avi nostri observandissimi, de pace, fœdere & amicitia quibuscunque inter nos & præfatos Sanctissimum Dominum nostrum, Cæsaream Majestatem, & Regem Angliæ omnes & singulos, seu nostrum aliquos, aut subditos nostros & populos omnibus & singulis, aut aliquibus nostrum subjectos, tractet, communicet & concludat, ac pacta, leges & conventiones quascunque, per quas, seu quæ, in bello inferendo & pace ineunda, erga quoscunque alios principes, populos aut nationes, nostram cum cæteris idem fœdus facientibus, æqualem conditionem efficere valeat, nomine nostro, cum præfatis Sanctissimo Domino nostro Papa, Cæsareque & Rege Angliæ, seu eorum aliquibus aut quibuscunque ineat, contrahat, paciscatur & concludat, ac nos obliget promittatque nostro nomine pro Helvetiorum, sive Suycerorum Dominio & Republica, ipsos in istam fœderum ita initorum conditionem & sponsionem ituros, & si locum habere & in ipsis comprehendi voluerint, locum habituros, accepto etiam ab ipsis vadimonio, ac jurejurando, quod contra nos & hanc nostram confœderationem & in ea comprehensos arma non sument, nec sumenti aperte vel occulte, suo milite, commeatu, vel armis opitulabuntur, sed quotiescunque à nobis confœderatis requisiti fuerint, arma in ipsos & quoscunque alios hostes nostros & alicujus nostrum accipient, eumque hostem habebunt quem Nos habituri sumus.

Damus irrevocabile & indeficiens mandatum præfato nostro oratori, ut nostro nomine consentiat, promittat & stipuletur pensionem certam annuam, quæ quotannis præfato Helvetiorum Dominio, corpori, Reipublicæ, & Rectoribus à nobis principibus & confœderatis præscriptis persolvetur, pro cujusque taxa & virili, juxta pacta conventa & conditiones latius in tractatu fœderum ineundorum exprimendas; Promittimusque in regium nostrum pectus atque sacramentum, sub quacunque obligationum forma & verborum conceptu, nos perpetuo ratum, gratum & stabile habituros, quicquid in præmissis, etiamsi expressiore mandato egere viderentur, per oratorem nostrum præfatum nomine nostro gestum, tractatum, conclusumque fuerit.

In quorum omnium fidem ac testimonium præsentes sigillo, quo nos Carolus principatus nostri tempore usi fuimus, & nostri nominis subscriptione muniri fecimus.

Datum

Datum in oppido nostro Bruxellensi, vicesima quarta die mensis Junii, anno Domini millesimo, quingentesimo decimo sexto, & regnorum nostrorum primo.

In quorum omnium & singulorum præmissorum testimonium atque fidem nos oratores, Ambassiatores & Commissarii Potentissimi Regis Angliæ antedicti, has literas nostras patentes fieri fecimus, easdemque sigillis nostris unacum appositione manuum nostrarum munivimus & roboravimus.

Datum Londoniæ, vicesimo nono die mensis Octobris, anno Domini millesimo, quingentesimo decimo sexto.

XXXII.

Henrici IIX. Angliæ Regis Ratificatio, Tabularum fœderis antea insertarum, d. d. 15. Novembr. An. 1516.

HEnricus, Dei Gratia Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ, universis & singulis, ad quorum notitias præsentes literæ pervenerint, salutem.

Cum quidem tractatus amicitiarum, ligæ & confœderationis, inter Reverendissimum in Christo patrem Thomam, miseratione divina, tituli Sanctæ Ceciliæ trans Tiberim Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Presbyterum cardinalem, Eboracensem Archiepiscopum, Angliæ primatem & apostolicæ sedis legatum, ejusdemque Regni nostri Angliæ Cancellarium, præcharissimum consanguineum nostrum, Thomam, Ducem Norffolciæ, Thesaurarium & Marescallum Angliæ, ac reverendum in Christo patrem, Dunolmensem episcopum, privati sigilli nostri custodem, nostros veros & indubitatos commissarios, ambassiatores, oratores, procuratores, deputatos nunciosque speciales ex una, & reverendissimum in Christo Patrem Dominum Matthæum, miseratione divina, tituli Sancti Potentiani Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Presbyterum Cardinalem Sedunensem, Sacrique Romani Imperii Principem, Marchionem Viglenani præfectum & Comitem Valesiæ, ac strenuum & magnificum virum Dominum Johannem Bartholomæum Titionem, Comitem Decianæ, sacratissimæ invictissimæque & excellentissimæ Cæsareæ Majestatis veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, oratores, ambassiatores speciales Charissimi fratris nostri Domini Maximiliani Romanorum Imperatoris Electi, semper Augusti sufficienter autorisatos, nec non reverendum in Christo Patrem, Dominum Bernardum, Eluensem Episcopum, verum, certum, legitimum & indubitatum procuratorem, oratorem, ambassiatorem specialem potentissimorum & catholicorum Johannæ & Caroli Hispaniarum & Navarræ, ac utriusque Ciciliæ & Jerusalem &c. Regum, Archiducum Austriæ, Ducum Burgundiæ &c. Comitum Flandriæ &c. legitime constitutum, nec non spectabilem virum Dominum Johannem Hedyn, Oratorem pro Cæsarea Majestate apud præfatum Dominum nostrum Regem Angliæ agentem, & in hoc actu oratoribus præfatæ Sacræ Cæsareæ Majestatis assistentem, partibus ex altera; Pro nobis & dictis fratribus nostris, regnis, civitatibus, patriis, terris, dominiis, castris, villis, territoriis, oppidis & locis quibuscunque per nos dictosve fratres nostros habitis, tentis, possessis vel occupatis, nostrisque heredibus & successoribus, vasallis, incolis, habitatoribus atque subditis nostris atque quibuscunque allegatis & confœderatis nostris per dictum tractatum pacis inferius comprehensis, jampridem hinc inde conventus, concordatus & conclusus fuerit, sicuti in literis Oratorum & Commissariorum nostrorum desuper confectis plenius apparet & continetur. Qui tractatus amicitiæ, ligæ & confœderationis acceptatus & approbatus in ea forma, qui sequitur:

Universis & singulis, ad quorum notitiam præsentes literæ pervenerint, nos Thomas, miseratione divina tituli Sanctæ Ciciliæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Eborum Archiepiscopus, Angliæ primas & apostolicæ sedis legatus, ejusdemque regni Angliæ Cancellarius, Thomas, Dux Norffolciæ, Angliæ thesaurarius, ac Thomas, Dunolmensis episcopus & privati sigilli regii custos, consiliarii, oratores, ambassiatores, procuratores & commissarii excellentissimi & potentissimi Principis Henrici, Dei Gratia Regis Angliæ & Franciæ, ac Domini Hiberniæ ad infra scripta, &c. ut supra de dato 29. Octobris 1516.

Nos autem tractatum prædictum ac omnia & singula capitula & articulos in eodem contenta, quatenus nos tangunt, aut tangere poterunt, acceptamus, confirmamus & ratificamus, renunciantes specialiter & expresse omnibus, tam juris, quam facti exceptionibus & exceptionum generibus, appellationibus, privilegiis, beneficiis & defensionibus quibuscunque, quæ & quas pro hic insertis haberi volumus, per quæ aliquid dici, allegari & objici potest contra dictum tractatum vel contenta in eodem, quo mediante à dicto tractatu vel articulis in eodem insertis recedi potest directe vel indirecte, quovis quæsito colore; Supplentes etiam omnes & singulos, tam juris, quam facti defectus maxime auctoritatis, commissionis, vel commissionum omnium confœderatorum, vel aliquorum, aut alicujus eorundem, ratione omissionis, signaturæ, vel alicujus rei, causæ, vel materiæ cujuscunque, vel ob inhabilitatem personarum, vel personæ, quibus, vel cui autoritas commissa est, vel fuit, vel si quicquid aliud ad validitatem præmissorum hic defuerit, aut aliquid sit insertum in commissione vel commissionibus confœderatorum prædi-

prædictorum, quod substantiam & effectum prædicti tractatus vel alicujus articuli ejusdem impediret, extenueret, diminueret, extingueret, vel eundem abrogaret, id per has literas nostras confirmatorias, manu nostra signatas & magno sigillo sigillatas, mero motu & ex certa scientia nostris, supplemus, ut perinde firmitatem habeat, atque si omnia solemniter, rite & recte facta essent.

Promittentes bona fide & in verbo Regio omnia & singula, in tractatu prædicto contenta & specificata, quatenus nos, aut subditos nostros tangunt, aut tangere poterunt, pro parte nostra, realiter & cum effectu, bene & fideliter observare, adimplere & exequi.

In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium his præsentibus literis nostris patentibus, manu nostra subscriptis, magnum sigillum nostrum apponi fecimus.

Datum apud London. decimo quinto die Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto, Regni vero nostri octavo.

Nota: Hoc fœdus denuo confirmatum quinto die Julii anno 1517, regni Henrici VIII. nono.

XXXIII.

Tabula fœderis stabiliti inter Carolum V. Rom. Imperatorem, & Leonem X. Pontificem Maxim. contra Gallos aliosque Italiæ turbatores, d. d. 8. Maji, Anno 1521.

Quoniam recta regnorum & rerum publicarum gubernatio duabus maxime rebus efficitur, cum & voluntas Principum intenta ad bonum, communem spectat salutem, & cum eorum talis est potentia, quæ possit reprimere & coercere pacis ac justitiæ turbatores; idcirco decet, eos, qui & auctoritate & potentia maxime excellunt, inter se concordes & unitos esse, quoniam sicut eorum discordiæ bellorum & tumultuum causa sunt, sic concordia atque amicitia pacem conservat, bonis fiduciam, malis injicit timorem, publicam omnium tuetur salutem. Quodsi ulla in alia natione & gente hæc pax populorum, Principum concordia, curanda & elaboranda fuit, certe hoc maxime fieri decet in Christiana, quæ tanto ceteris nobilior est, quanto hæc divino numine constituta est, ceteræ humanis consiliis ordinatæ fuerunt. Et tamen (quod magno cum dolore dicendum est) ubi potissimum pax & concordia, & Dei respectus, & universalis boni procuratio vigere debuit, in Christiana Republica videlicet, in ea tot cædes, rapinæ, urbium direptiones, populorum eversiones, sanguinis effusiones factæ sunt, ut omni humano & divino jure polluto, nihil relictum fuerit ad majorem crudelitatem, præsertimque in hac misera & afflicta Italia, in qua omnium cupiditates & odia sævierunt: quæ cum per se acerba & intoleranda, tum hoc etiam periculosiora ac perniciosiora fuerunt, quod immmente cervicibus totius Christianitatis atque ejusdem miseræ in primis Italiæ potentissimo atque immanissimo hoste Christiani nominis Rege Turcarum, quæ arma ad defensionem tanti periculi parata esse debuerunt, ea a nonnullis Principibus Christianis, tanquam conspiratione cum ipsis Infidelibus facta, ad augendum periculum damnumque Christianitatis, male conversa fuerunt. Et quidem non defuere illi, quorum auctoritas valere debuit, in admonendo, cohortando, & obsecrando, ut iis privatis odiis omissis, generali Christianitatis saluti & sanctæ fidei Catholicæ consuleretur: nec ullus labor aut cura prætermissa est, ut sancta inter Christianos Principes pax constitueretur. Sed tantum potuit quorundam effrænata cupiditas & privati emolumenti non tam amor, sed rabies, ut clausis ad bona & salutaria consilia auribus atque animis, vice Turcarum atque Infidelium, in ipsos Dei populos hucusque fuerit sævitum. Multa fuerunt dicta, scripta, tractata, ut sancta expeditio contra Turcas sumeretur: multa hinc inde recepta & promissa: decimæ ecclesiasticæ Principibus concessæ, Cruciatæ datæ, maximæque ex his rebus pecuniæ coactæ: & tamen unius adhuc solius Serenissimi Cæsaris Caroli Regis Romanorum electi fides & virtus in hoc præclarissimo opere spectata est, qui magna classe Gerbas insulam Maurorum, receptaculum piratarum, valde opportunam rebus Christianis, sub ditionem suam redegit.

Ceterorum aliquis, qui pro nomine & meritis erga hanc sanctam sedem potissimum tenebatur, his diebus requisitus, ut auxilium Rhodo insulæ, atque Italiæ, ac Siciliæ ferre vellet, quas Turcæ invasuri credebantur, respondit, hanc curam eorum esse debere, quorum interesset: se remotum ab his periculis, sua cum opus esset, defensurum esse, hoc modo suum auxilium Deo & Christianæ fidei negans, contra promissiones etiam suas manu propria conscriptas: quas pravas voluntates, mala, detrimentaque totius Christianitatis cum inde processisse & aucta fuisse manifestum sit, quod aliqui Principum suis propriis cupiditatibus frena laxantes, ad veros & primarios Principes Christianitatis, Romanum videlicet Pontificem, & Serenissimum Imperatorem respectum non habuerunt, propterea quod ad hunc diem alter auctoritate sola regere insolentias illorum non poterat, alter debitam ad coercendum potentiam non habebat: visus est omnipotens Deus suo divino consilio his tantis malis providere voluisse, vocato ad Imperium Serenissimo Carolo Catholico, qui opibus & potentia multis jam sæculis parem non habuerit, ex cujus magnitudine animi, pietate erga Christi fidem, observantia in sanctam sedem Apostolicam sit præditus, ut summa & certissima in eo spes felicium

licium temporum, & liberandæ ab omni Infidelium, & eorum, qui Infidelibus quandoque deteriores sunt, periculo, Christianitatis, possit constitui. Qua occasione oblata, quoniam utrasque has potestates, Pontificialem, & Imperialem, supremas omnium constituit Deus, & ab ipsis, Romano Pontifice & Imperatore, ratio Deo reddenda est gubernationis & administrationis totius Reipublicæ Christianæ, idcirco ad emendandos Christianitatis errores, pacemque universalem constituendam, bellum generale contra Turcas suscipiendum, omniaque in meliorem statum & formam redigenda, decreta est, Deo inspirante, eodemque adjuvante, inter Sanctissimum Dominum nostrum Leonem Papam X. & Serenissimum Cæsarem Carolum prædictos perpetuæ pacis, amicitiæque & inviolabilis fœderis conjunctio, quæ signum attollat, & spem confirmet omnibus Deum vere colentibus & fidem Catholicam salvam volentibus, meliora deinceps tempora a Deo optimo maximo suis fidelibus præparari.

Sed quia corpus graviter ægrotum sine alicujus partis detrimento sæpe non potest sanari, necessarioque pravum aliquod membrum aut secandum, aut inurendum est, idcirco si armis necessario utendum fuerit ad auctores tantorum malorum a sua injuria & insolentia repellendos, conveniet hoc justitiæ. Non enim potest effectus optatæ pacis consequi, nisi causæ bellorum sublatæ sint: quæ omnes ab ipsa Italia & propter ipsam ut plurimum exortæ sunt. Patet enim duas res fuisse & esse omnis tumultus semper & perturbationis causas: unam anxiam illam cupiditatem Francorum obtinendi Ducatum Mediolanensem & Civitatem Genuæ, ac ab his, tanquam arcibus, toti Italiæ dominandi: alteram, damna & injurias huic sanctissimæ sedi Apostolicæ sæpe illatas, quas ut propulsare & evitare posset, suaque detrimenta sarcire, erepta recuperare, auxilium ab aliquo Principum petere coacta est, & adversus impie contra se venientes arma implorare. Quibus malis omnibus providere omnino cogitans Serenissimus Cæsar Carolus, sedemque Apostolicam, ut bonum ejus advocatum & protectorem decet, in omni sua dignitate incolumem conservare, Italiam vero, cujus corrector ipse est, statumque Mediolani & civitatem Genuæ, ad se jure omni pertinentes, a tyrannide & violentia ad æquius imperium & legitimam gubernationem redigere, subditosque & commendatitios suos per vim atque injuriam pulsos restituere, rebusque publicis meliorem formam reddere; Sanctissimus vero Dominus noster Leo X. ad quietem, pacemque stabilem totius Christianitatis, & bellum contra Infideles, ut semper, anhelans, huncque ducem sacræ expeditionis a Deo sibi oblatum judicans, & quemadmodum socii in summa auctoritate ac potestate a Deo facti, ut sic animis, amore, amicitia, & fœdere perpetuo socientur ambo, quod Deo gratum & acceptum, Reipublicæ Christianæ felix faustumque sit, utrisque ipsis utile ac honorificum, fœdus indissolubile, pacemque perpetuam sub capitulis infra scriptis, per magnificum Dominum Joannem Emanuelem, Cæsareæ Majestatis oratorem, ad Cæsarem mittendis, ab ipsa deinde Cæsarea Majestate ratificandis manu propria, & approbandis, inierunt, fecerunt, confirmaverunt.

I.

Et primo prædicti duo Principes, Serenissimus Papa, Leo X. & Serenissimus Cæsar Carolus Hispaniarum ac utriusque Siciliæ citra & ultra Pharum Rex, faciunt ligam atque amicitiam, junguntque se fœdere perpetuo & indissolubili, ita ut eosdem habeant amicos, eosdem hostes sine exceptione, ut una atque eadem amborum sit fortuna, idem velle & nolle ad offensionem quorumcunque & defensionem a quibuscumque opus fuerit, alter semper cum altero copulati atque conjuncti, obligantes se invicem uterque alterius statum, dignitatem, res omnes, tam publice, quam privatim possessas, nunc & in posterum vigore præsentis fœderis possidendas, tueri, conservare, defendere, ut qui alterutrum læserit aut lædere attentaverit, alterius continuo sit hostis.

II.

Item quod omnia alia fœdera & colligationes, & obligationes alias inter eosdem Pontificem & Cæsarem facta, permaneant in suo robore, neque illis per hoc præsens fœdus intelligatur ullo modo derogatum, sed nova hæc conjunctio superiorum fœderum inter eos potius sit major confirmatio. Verum aliæ quidem omnes societates, amicitiæ, confœderationes, quas alteruter eorum cum alio quovis Principe aut Potentatu habeat, intelligantur suspensæ & abrogatæ, quatenus contra præsentem veniant conventionem. Hinc vero inter dictos duos Principes fœderi præsenti per alias nullas conventiones cum quovis alio Principe aut Potentatu factas seu faciendas, intelligatur unquam derogatum, neque possit derogari. Nec vero alter sine altero duorum dictorum Principum pacem sive inducias, aut conventionem aliquam cum aliis quibuscunque facere debeat.

III.

Item cum deliberaverit Serenissimus Cæsar ob rationes supra allegatas redigere in eam formam statum Mediolani & Genuæ, quæ cum voluntate suorum majorum, & quiete ac pace Italiæ olim fuit servata, ut ipse tanquam verus eorum Princeps pro Imperiali sua dignitate recognoscatur, id quod nunc non fit, Sanctissimus Dominus Noster contentus est & paratus accedere ad voluntatem Cæsaris, & contribuere pro sua parte auxilium ad hoc opus. Et quoniam plurimum conferet, in hanc expeditionem uti viribus & manu Helvetiorum, quæ fortissima natio hujus sanctæ sedis devotissima, & Cæsareæ Majestatis amantissima est, conventum est & decretum inter dictum Sanctissimum Dominum Nostrum, & Cæsarem conducere sexdecim millia Helvetiorum, & pro stipendio eorum, tempore, quo militaverint, deputare du-

centa millia ducatorum, centum per Sanctissimum Dominum Nostrum providenda, alia centum millia per Serenissimum Cæsarem.

IV.

Item quod hanc summam ducentorum millium ducatorum uterque pro sua parte paratam & in promptu habere debeat in civitate Augustæ primo die Septembris proxime futuri, & uterque ibidem hominem suum, in quo confidat: qui homines uno animo atque consilio dictas pecunias exponant, militibus stipendium dent, omniaque concorditer tractent atque gerant, quæ ad commodum & voluntatem suorum Principum exequendam fuerint opportuna.

V.

Item quod dictus numerus Helvetiorum debeat stipendiari citra diem XV. Septembris, & quam celerrime & occultissime fieri poterit, Illustrissimo Domino Francisco Sfortiæ, Barri Duci, Mediolanum versus præmitti, eodemque tempore Cæsarea Majestas ordinet, ut Classis sua cum omni copia militum, qui nunc sunt ad Favilinam, Adurnos Genuam deducat, atque ut expeditius utraque civitas recuperetur, Mediolanum & Genua videlicet, jam nunc statuatur, ut utra manus celerius commissionem suam peregerit, cum altera statim conjungatur ad opus celerius perficiendum, Gallosque extra Italiam penitus submovendos.

VI.

Item cum Cæsarea Majestas intentionem firmam habeat habueritque reponere dictum Franciscum Sfortiam in statum Mediolanensem, prout frater & pater ejus fuerunt, teneatur illum creare Ducem Mediolani, sicut a claræ memoriæ Maximiliano avo suo pater dicti Francisci creatus fuit, itemque Antoniottum Adurnum Ducem Genuæ juxta morem & leges illius Civitatis, a quibus tamen, tanquam obedientissimis suæ Majestatis servitoribus, Serenissimus Cæsar pro vero & supremo Domino cum omni reverentia recognoscatur.

VII.

Item quod Franciscus Sfortia prædictus teneatur, recepto Ducatu Mediolani, & Gallis expulsis, etiamsi nondum arces recuperatæ fuerint, curare, ut præfatis Papæ & Cæsari restituantur septuaginta quinque millia ducatorum in termino duorum mensium, & in alio aliorum duorum mensium termino alia septuaginta quinque pro tanto accepto beneficio & pro tantis expensis, ab ipsis Pontifice & Cæsare in ejus commodum atque honorem factis: quæ in totum centum quinquaginta millia ducatorum Pontifex & Cæsar pro rata parte impensæ in Helvetios factæ, inter se dividant.

VIII.

Item quod prædictus Adurnus, & Hieronymus ejus Frater, recepta Genua, teneantur intra dies XV. curare, ut militibus Classis Cæsareæ stipendium solvatur unius statim mensis, deinde etiam alterius, in recognitionem tanti beneficii & propter stabilimentum Status sui: quod beneficio Cæsaris assequentur, & sub ejusdem patrocinio retinebunt.

IX.

Item quo tempore Helvetii Mediolanum versus, Classis maritima Genuam jussu & auspiciis Cæsaris, contendent, eodem tempore ordinare debeat Cæsar, ut ex Regno Neapolitano quingenti equites cataphracti ad eandem properent expeditionem: qui quidem jam nunc, sub alio colore & prætextu (quod facile erit), in unum cogendi sunt, Bononiam suo tempore celeriter mittendi: quibus per Statum Sanctæ Ecclesiæ transeuntibus totidem ex suis aut etiam plures adjungat Summus Pontifex: qui omnes conjuncti & uniti, quo opus fuerit, tempestive ducantur.

X.

Item quod Cæsarea Majestas ordinare debeat, ut in sua Classe vis magna sit tormentorum cum omni munitione navaria, quibus, ubi res postulaverit, in terram expositis, arces, quæ ab hostibus tenebuntur, expugnari possint: idemque Sanctissimus Dominus Papa facere teneatur, copiamque tormentorum Bononiæ & in Romandiola paratam habere, quæ duci possint quo expedierit.

XI.

Item cum Serenissimus Cæsar constitutum habeat reintegrare Sanctam Romanam Ecclesiam & Sedem Apostolicam ad eas res omnes, quæ ad eam jure spectant, ut optimi protectoris ejus & advocati nomen officiumque adimpleat, ex nunc promittit Serenitas sua quamprimum Galli e Mediolanensi Statu fuerint expulsi, etiamsi arces nondum recuperatæ fuerint, restituendas se curaturum Parmam atque Placentiam Sanctissimo Domino Nostro & Sedi Apostolicæ, prout à felicis recordationis Julio II. & à Sanctitate sua possessæ atque obtentæ fuerunt, deque eis eundem Sanctissimum Dominum Nostrum & Sedem Apostolicam investiturum, renunciando, & in eam omne jus, actionemque, quam ipse forsitan ad eas jure Imperiali prætenderet se habere, transferendo, itemque efficiendo, ut Franciscus Sfortia eisdem cedat eidem Apostolicæ Sedi, omneque Jus, quod, tanquam Dux Mediolani in eas habet, in Apostolicam Sedem transferat. Quas etiam Civitates supradicto casu Sanctissimus Dominus Noster recipere & recuperare sibi ipse possit, & illi intelligantur concessæ & datæ.

XII.

Item promittit Serenissimus Cæsar, se effecturum, ut à prædicto Francisco Sfortia eædem conventiones, pacta, & capitula salis, à Sede Apostolica accipiendi, serventur, quæ cum Rege Francisco fuerunt facta, id est ut toti Statui Mediolanensi non aliud sal, quam à Sede Apostolica acceptum in usu sit, cum eisdem conditionibus & pactis, ut dictum est, quæ cum Francisco Rege convenerunt, promittendo etiam se effecturum, ut in his capitulis partes illæ, quæ ad Franciscum Sfortiam, & Dominos Adurnos

Aurnos spectant & pertinent, per eos ipsos acceptabuntur & ratificabuntur.

XIII.

Item, ut omnibus in rebus appareat Cæsareæ Majestatis erga Sanctam Sedem Apostolicam amor & observantia, utque ea in omne jus sibi debitum restituatur plenarie, cum clarius luce sit, Ferrariam ad ipsam Sedem omni ratione & causa pertinere, promittit Serenissimus Cæsar omnem vim, omnem potentiam suam, atque auxilium, ut ea eidem Sedi Apostolicæ recuperetur: modus autem eam obtinendi sic futurus est facilis, ut apparet, & expeditus & non magnæ impensæ. Ut primum invadentes Statum Mediolanensem Helvetii Gallos expulerint, & nondum receptis arcibus, subito Ferrariam deducantur; itemque maritimæ copiæ, recepta Genua, itinere terrestri ad eandem civitatem Ferrariæ continuo mittantur, ac simul cum his quingenti equites supradicti sub auspicio Cæsaris, totidemque vel etiam plures Summi Pontificis uniantur cum tormentis & Classe Cæsarea, & iis, quæ per Sanctissimum Dominum nostrum Bononiæ & circum fuerint parata: quo præpotenti exercitu, tormentis & apparationibus, de celeri expeditione dictæ Civitatis dubium futurum non est, præsertim re & celeriter & secrete tractata; tanta enim erit obsidionis vis & celeritas, ut locus non videatur dari, illam Civitatem, ut opus foret, fortificandi, etsi etiam bene munita esset, terrorem tamen tanti exercitus ferre non possit. Quod si tamen præter omnem rationem difficilior esset, & tardior Ferrariæ expugnatio, tunc idem Serenissimus Cæsar promittit Sanctissimo Domino Nostro, se prosecuturum expugnationem cum idoneo exercitu ad eam expugnandam per sex integros menses, medietatemque totius impensæ, in hoc bellum faciendæ, se contributurum.

XIV.

Item promittit Serenissimus Cæsar, se accepturum, prout ex nunc accipit, patrocinium & protectionem ac defensionem quascunque sine ulla prorsus exceptione personæ Sactissimi Domini Nostri & totius Illustrissimæ Domus & Familiæ de Medicis, ac in specie & præcipue Reverendissimi Domini Cardinalis de Medicis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellerii, necnon statuum, bonorum, rerum, jurium, privilegiorum, & prærogativarum omnium, quæ dicta familia possidet, tam à Sede Apostolica dependentium, quam propriorum & privatorum.

XV.

Item promittit idem Cæsar, in eadem se protectione habiturum omnes confœderatos & colligatos cum Sanctissimo Domino Nostro, & specialiter Florentinos cum omni statu & rebus, quas in præsens possident. Et quia in ipsis confœderatis Sena civitas est cum eo, quo nunc gubernatur, regimine, in quam plenum jus est Cæsaris, cui nulla in parte detrahere, sed potius semper favere intendit Sanctissimus Dominus Noster; ideo declaratur, Cæsarem ex sua benignitate velle, & concedere, ut Sena sub protectione ejusdem Sanctissimi Domini Nostri, & in eo, in quo nunc est, statu, gubernante Reverendissimo Cardinali de Petrucciis, manere permittatur; propterea quod ad ceterum Statum ejusdem Sanctissimi Domini Nostri vehementer commoda & opportuna est, & Cardinalis Petruccius Senæ ejusdem factura est. Sed hæc ita sint tamen, ut dicta civitas, & ejus regimen recognoscant Cæsarem supremum suum Principem, & illi omni observantia, servitio, & fide subjecti sint, quantum commode & honeste fieri poterit.

XVI.

Item quoniam Sanctissimo Domino nostro cura est aliquanto etiam major rerum spiritualium & pastoralis officii, quam temporalium, dignitatem Sanctæ Apostolicæ Sedis supra omnia carissimam habet, multi autem exorti sunt, qui & de Fide Catholica male sentire, & dictam Sedem sua malignitate & maledicentia lacerare non dubitant, promittit Serenissimus Cæsar, se contra eos, qui Sedem Apostolicam verbo, & facto lædere præsumunt, aut Fidem Catholicam perturbare conantur, ut justissimum & Christianissimum Imperatorem decet, omnem vim suæ potestatis distncturum, eosque persecuturum, omnesque injurias eidem sedi illatas, tanquam sibi factas, vindicaturum.

XVII.

Item promittit idem Cæsar, se non accepturum in protectionem quemque Sanctæ Ecclesiæ subjectum mediate seu immediate, sed eos omnes relicturum sub correctione & pleno arbitrio Sanctissimi Domini Nostri. Et si forsan aliquorum hujusmodi protectionem susceptam jam haberet, se eam dimissurum, & adversus contumaces se eidem Sanctissimo Domino Nostro omni auxilio affuturum, ut puniantur: quæ omnia vicissim promittit Sanctissimus Dominus Noster Cæsari, de ejus subditis; & quod de iis, quæ ex utraque parte deliquerint, stabunt & fidem habebunt inter se, alter dicto & assertioni alterius. Item promittit Sanctissimus Dominus Noster Serenissimo Cæsari, quoties opus sit, in defensionem Regni Neapolitani à Cæsare possessi contra quoscunque omnia auxilia sua, tam terrestria, quam maritima, quantum suæ & hujus Sanctæ Sedis vires se extendent, armaque omnia, tam temporalia, quam spiritualia.

XVIII.

Item quod adventum Cæsaris ad Italiam & ad accipiendam coronam Imperii omni sua gratia & liberalitate Sanctissimus Dominus Noster excipiet, & in omnibus eum, tanquam carissimum & amantissimum filium, tractabit.

XIX.

Item promittit Sanctissimus Dominus Noster, se omni auxilio affuturum Serenissimo Cæsari, quotiescunque ille bellum contra Venetos

netos sit suscepturus, omnibus viribus suis temporalibus & spiritualibus: nec non in omnibus aliis rebus, negotiis, bello, & pace, se cum eadem Majestate Cæsarea semper conjunctissimum futurum, ut res ipsius Cæsaris eodem habeat loco, quo suas, in omnibus & per omnia. Quoniam autem fortissima Helvetiorum natio cum hac Sancta Sede conjunctissima semper fuit, multaque præclara gessit facinora ad ecclesiasticam libertatem defendendam, ac præsertim contra eosdem Gallos, unde illustribus titulis meruit decorari, eamque Sanctissimus Dominus Noster secum omni tempore vult esse conjunctam, quam eandem fore non dubitat observantissimam Majestatis Cæsareæ; idcirco in hoc fœdere vult esse comprehensam, prout Sanctitas Sua eam comprehendit & nominat.

XX.

Item cum Serenissimus Rex Angliæ, & propter virtutem, & propter celsitudinem animi sui huic Sanctæ Sedi sit amicissimus, atque eodem in Cæsarem animo sit & benevolentia, Sanctissimus Dominus Noster, & Cæsar in hoc præsenti fœdere locum illi relinquunt honorificum, & dignissimum ipsius Serenitate Regia, ita quidem, quod non possit prædictus Rex Angliæ alios secum in fœdere ascribere, quorum ascriptio & nominatio præsenti fœderi & capitulis in eo contentis aliqua ex parte contrarietur.

XXI.

Item quod præsentis fœderis ac conventionis & colligationis, omniumque in ea capitulorum contentorum duo exemplaria authentica fieri debeant, quorum unum manu Serenissimi Cæsaris subscriptum apud Sanctissimum Dominum Nostrum remaneat, alterum manu subscriptum ejusdem Sanctissimi Domini Nostri apud ipsum Cæsarem sit depositum.

Hæc autem capitula acta, conclusa, & firmata fuerunt in palatio Apostolico in camera ejusdem Sanctissimi Domini Nostri, die, mense, & anno infrascriptis: quæ etiam erunt subscripta manu ipsius Sanctissimi Domini Nostri, & Illustris Domini Joannis Emanuelis Oratoris & Procuratoris dicti Serenissimi Caroli Regis in Imperatorem electi.

Ita convenimus & promittimus J.

Ego Joannes Emanuel Serenissimi Caroli Romanorum & Hispaniarum Regis Catholici in Imperatorem electi apud Sanctissimum Dominum Nostrum & Sedem Apostolicam orator, habens plenum & sufficiens mandatum ad capitulandum & firmandum conventiones & pacta quæcumque cum Sanctissimo Domino Nostro Leone divina providentia Papa X. & dicta Sede, vigore dicti mandati, quod exhibui, & eidem Sanctissimo Domino Nostro consignavi, approbo & confirmo omnia suprascripta, ac obligo prædictum Imperatorem nomine, quo supra, ad servandum omnia supradicta, per me suo nomine gesta: ac promitto, quod idem Carolus Rex ratificabit de novo infra viginti quinque dies a præsenti data omnia suprascripta in authentica forma cum insertione supradictorum capitulorum & conventionum sub pœna decem millium ducatorum, Cameræ Apostolicæ applicandorum: & ratificationem subscribet manu propria, & suo sigillo signari faciet, ac ad Urbem mittet, & eidem Sanctissimo Domino Nostro realiter & cum effectu intra dictos dies consignabit.

Et in fidem præmissorum hanc subscriptionem manu alterius subscriptam, propria manu firmavi, & subscripsi, & meo parvo sigillo firmari jussi. Romæ die VIII. Maji MDXXI.

Loco † Sigilli.

XXXIV.

Liga Sancta, inita inter Clementem VII. Pontificem Maxim. Franciscum I. Galliæ Regem, Respublicas Venetam & Florentinam, nec non Franciscum Sfortiam, Ducem Mediolanensem, adversus Carolum V. Roman. Imperatorem, An. 1526.

Quum multos jam annos diutinis & continuis bellis vexata Christiana Respublica, tam fracta ac debilitata conspiciatur, ut nisi omnipotentis Dei aspirante numine, tot sævissimis bellis imponatur finis, Respublica ipsa pacata tandem aliquantisper respirare valeat, non longe abesse a summo periculo sit jam omnibus perspectissimum: quum præsertim non ex uno confecto bello, quasi absumpta incendii materia, malis finem imponi, imo ex uno plura exoriri, flammamque magis ac magis invalescere videamus. Quod perpendens atque animo revolvens Sanctissimus Dominus noster Clemens VII. Pontifex Maximus, ac Pastor vigilantissimus, nihil prætermittere, atque omnia experiri decrevit, quo Reipublicæ Christianæ saluti ac securitati consuleret, veramque ac stabilem pacem inter Christianos Principes constitueret, nihilque ab eo prætermissum est, ut eam rem tam salutiferam, tam necessariam, ad optatum perduceret finem. Quum autem multa tentasset, tandem certior factus, serenissimum ac potentissimum Principem Franciscum, Francorum Regem Christianissimum, a captivitate, qua ab Imperatore detinebatur, liberatum fuisse; magnificum virum Capinum de Capo, equitem auratum, ejus nuncium ad eum destinavit, non modo, ut ob pristinam libertatem recuperatam sibi congratularetur, verum etiam, ut de pace universali inter Christianos Principes componenda ageretur. Quod, ut brevius assequeretur, generale ac speciale mandatum præfato suo nuncio dedit, cujus quidem tenor in fine præsentis capitulationis inseretur, ut hujus medio supradicta pace universali vel particulari, pactiones, capitula, tractatus,

ctatus, & conclusiones necessariæ fierent. Quod animadvertens illustrissimus Venetiarum Dux, Andreas Gritti, inclitumque Venetorum Dominium, nec non illustrissimus Princeps Franciscus Sforcia Mediolani Dux, pacis istius percupidi, attendentesque quot commoda ex illa oriventur, prædicti etiam Summi Pontificis exemplo ducti, magnificum virum Andream Rubertum, illustrissimi ipsius Ducis, inclitique Venetorum Dominii secretarium, ejus nuncium cum mandato, cujus etiam tenor in fine præsentis capitulationis inseretur, ad eundem Christianissimum Regem destinarunt, ad eos fines, eademque de causa, qua summus Pontifex; quibus tandem per Christianissimum Regem auditis, qui Christianitatis pacem universalem tanti semper fecit, ut eamdem modis omnibus, quibus potuit, assidue perquisierit, nullis parcens laboribus & impensis; quo factum est, ut læta facie, ac prompto animo hanc rem per dictos nuncios sibi tam facile persuasum habuerit, ut continuo procuratores generales ac speciales constituerit, quorum quidem potestas in fine præsentis capitulationis pariter inseretur, super jam dicta capitulatione fienda. Omnibus demum rebus rite ac recte consideratis, prædicti nuncii & procuratores, pro & nomine sanctissimi Domini nostri Papæ, Christianissimi Francorum Regis, illustrissimi Ducis, inclitique Venetorum Dominii, nec non illustrissimi Mediolani Ducis, pacis tractatum inierunt, & concluserunt etiam pro Imperatore, Rege Angliæ, aliisque Christianis Principibus, ac Potentatibus, qui hunc tractatum ingredi voluerint, honorabilem juxta eorum status locum relinquentes. Quod igitur felix faustumque sit prædictis Principibus contrahentibus, ac universæ Reipublicæ Christianæ, divino numine invocato, ad ipsius omnipotentis Dei honorem & gloriam, atque universorum Christianorum pacem & salutem, non ad alicujus injuriam, a qua cogitatione longissime absunt, sed ad commune commodum, tutelam & quietem, supradictæ pacis tractatus fuit in hunc, qui sequitur, modum conclusus.

I.

Imprimis, conveniunt & promittunt prædicti contrahentes se nullo modo, directe vel indirecte, palam vel occulte, lædere aut perturbare, neque ullum auxilium aut favorem directe vel indirecte, quovis modo præstare aliquibusvis eorum hostibus aut inimicis, imo illorum resistere conatibus, ac sese invicem, suaque regna & dominia defendere, quæ de præsenti tenent, possident, & occupant, (verum hac in clausula generali non intelliguntur comprehensa dominia, quæ sanctissimus Dominus noster Papa, illustrissimus Dux, inclitum Venetorum Dominium habent extra Italiam) uti bonos, veros amicos & confœderatos decet & convenit, ac illis viribus & copiis, quæ inferius explicabuntur; pollicenturque omnes prædicti sanctissimo Domino nostro Papæ assistere, ejusque dignitatem ac personam defendere adversus quemcunque illam perturbare aut offendere volentem, auctoritate, consilio, viribus, quibus infra dicetur, velut unusquisque præfatorum propriam salutem ac dignitatem defendere ac tueri conaretur.

II.

Conventum est, ut relinquatur honorificus locus ingrediendi hoc sanctissimum fœdus, si libuerit, imprimis serenissimo ac potentissimo Principi Carolo, Imperatori electo, & serenissimo Angliæ Regi, non modo ut contrahenti, sed etiam ut præsentis fœderis protectori, si assensum præbuerit, atque illustrissimo Domino Ferdinando, Austriæ Archiduci, cæterisque regibus, principibus, ac potentatibus Christianis. Non recipietur tamen, neque in hanc confœderationem ingredietur supra dictus Imperator, nisi prius illustrissimos Christianissimi Regis filios, quos tenet obsides, restituerit, soluta nihilominus competenti, honesta, & rationabili talea, & Mediolani Ducatum Duci Mediolanensi prædicto reliquerit liberum, ac cæteros Italiæ potentatus & dominia, sicuti erant ante proximum bellum præteritum; neque Italiam ad se coronandum, aut aliquovis modo ingrediatur, nisi cum tali statu & comitatu, qui videbitur aptus & conveniens, tum Sanctissimo Domino nostro Papæ, tum illustrissimo Duci, inclitoque Venetorum dominio, habito respectu ad ipsius summi Pontificis, totiusque Italiæ securitatem, nec non ad Imperialis Majestatis suæ dignitatem & securitatem; & quod regi Angliæ præsens fœdus intra tres menses a die sigillationis hujus tractatus ingredienti solvetur ea pecuniæ summa, quæ sibi ab ipso debetur Imperatore.

III.

Conventum est, ut ab ipsis confœderatis paretur & agatur exercitus in Italiam, communibus sumptibus, triginta millia peditum, duorum millium & quingentorum equorum cataphractorum, & trium millium levis armaturæ, una cum machinis & artelariis convenientibus & requisitis pro tali exercitu; tam ad oppugnandas, quam ad defendendas civitates & arces. Qui quidem exercitus iter arripiet, & pecuniæ mittentur in crastinum, quo præsentis tractatus ratificatio tradita fuerit in manibus Christianissimi Regis, dum ad defendendos præfatos confœderatos, tum ad illos cohibendos, qui ad pacem condescendere nollent, aut res Italicas perturbarent adversus præsentem confœderationem. In quo exercitu agendo Sanctissimus Dominus noster Papa pro parte sua contribuet cataphractos equites octingentos, & levis armaturæ septingentos, & peditum octo millia. Christianissimus autem Rex impendet singulis mensibus quadraginta millia nummorum aureorum solis, tantummodo pro stipendiis peditum, & aliis sumptibus; præterea quingentos cataphractos equites, more Gallico instructos, qui mille levis armaturæ equites comprehendunt. Illustrissimus vero Dux, inclitumve Venetorum Dominium dabit mille, seu octin-gen-

gentos gravis, & mille levis armaturæ equites, peditesque octo millia. Mediolani Dux pariter contribuet quadringentos gravis, & trecentos levis armaturæ equites, peditum vero quatuor millia. Quem numerum, si quo casu impeditus Dux ipse præstare non posset, præsertim circa belli principia, Sanctitas sua, inclitumque Venetorum Dominium, se obligavit ad præstandum etiam illa quatuor millia, quæ illustrissimus Dux contribuere teneretur, hac tamen conditione, ut cum primum prædictus Dux illa quatuor millia præstare posse judicabitur, Sanctissimus Dominus noster Papa, inclitumque Venetorum Dominium non teneantur, nisi pro suis octo millibus, ut supra declaratum est. Sumptus vero ac impensæ machinarum artelariæ deferentur per dictos, Summum Pontificem, inclitumque Venetorum Dominium, & Mediolani Ducem, ad rationem cæterarum rerum, quas contribuent. Exercitus autem iste conservabitur integer usque ad confectum Italiæ bellum, vel quoad profligati fuerint, qui Italiæ quietem perturbaverint, aut eorum exercitus deletus sit penitus, aut ita debilitatus & destitutus, ut reliquiæ se in aliquam civitatem, aut locum munitum ad se tuendum recipere cogantur, nec valeant amplius exire, seu in campo convenire, aut castra metari. Quo casu confœderatorum exercitus resolvi poterit, reservatis tantummodo copiis necessariis ad illas reliquias abolendas, arcesque, si quæ erunt majoris momenti, capiendas; & hoc ad arbitrium eorum, qui exercitui præerunt; ad quas copias alendas contribuet unusquisque, collata ratione ad id, quod antea contribuebat, quantum satis erit.

IV.

Promittit insuper ipse Christianissimus Rex confœderatis bellum in Italia gerentibus, præfatis de causis, se pariter citra montes contra quemcunque, qui præfatorum hostis esset, habiturum exercitum paratum ad divertendas & occupandas illius hostis vires, ne novas copias, vel auxilia adversus confœderatos in Italiam transmittere valeat; illiusque statum invasurum eodem tempore, quo bellum in Italia inchoabitur, cum valido exercitu, qui ad minus sit duorum millium cataphractorum equitum, & peditum sufficienti numero, nec solum terrestribus, sed maritimis viribus bellum, terra marique adversus quoslibet confœderatorum hostes gesturum.

V.

Conventum est, ut in præfato exercitu conflando ipsi confœderati eum numerum Helvetiorum peditum conducant, qui ipsis conducens videbitur; qua quidem in re Christianissimus Rex favore autoritateque, qua apud eos pollet, præstabit omnem operam, ut honestis conditionibus, & convenienti stipendio quam primum accedant.

VI.

Cum sanctissimum fœdus, ut superius dictum est, judicetur tum ad salutem, securitatem & quietem ipsorum Principum contrahentium, eorumque statuum & dominiorum; tum ad universam Rempublicam Christianam pacandam, conventum est, ut a præfatorum confœderatorum oratoribus, cum primum præsens tractatus ratificatus fuerit, eorum omnium verbis requiratur & rogetur serenissimus Princeps, in Imperatorem electus, ut pro universæ Reipublicæ Christianæ salute & pace illustrissimos Christianissimi Regis filios Majestati suæ benigne restituere velit, modo, quo supra dictum est; ac cum eo, dimissis omnibus simultatibus, veram, honestam, ac voluntariam pacem stabilire; cujus quidem ita constituendæ pacis, ut firma ac stabilis credi possit, nulla alia ratio inveniri potest, nec ullis arctioribus vinculis ligari valeat Rex ipse cum Cæsarea Majestate, quam eo beneficio restitutionis filiorum. Quodsi facere renuerit, ei denunciabitur præfatos Principes nihil esse prætermissuros, quousque id effecerit. Quamobrem ad id exequendum, pariter conventum est, quod confectis in Italia rebus, quæ per præsentem Capitulationem designantur, modo contento in tertio præsentis fœderis articulo, ad omnem requisitionem Christianissimi Regis præstari debeant per ipsos confœderatos auxilia decem millium peditum, mille cataphractorum, & mille quingentorum levis armaturæ equitum, aut pecuniæ sufficientes loco ipsarum copiarum, ad electionem Christianissimi Regis, ad omnem operam præstandam, bellumque peragendum, quousque Majestati suæ illustrissimi ejus filii libere dimittantur.

VII.

Præterea pollicentur sibi invicem, videlicet confœderati Italiæ, ex una, & Christianissimus Rex Franciæ, ex altera parte, mutuo sibi auxiliari, ac sese perpetuo defendere contra quietum & pacificum eorum statum perturbare, aut invadere volentem, mittendo sibi invicem auxilia decem millium peditum, mille gravis, & mille levis armaturæ equitum, distributo inter ipsos Italos sumptu, pro viribus cujuscumque, ad taxam superioribus articulis commemoratam.

VIII.

Cum ad prædictas peragendas res requiratur, non solum terrestres, verum etiam maritimas vires habere, conventum est, ut classis instruatur ad minus viginti octo triremium, & aliarum navium onerariarum, usque ad eum numerum, qui ipsis confœderatis opportunus judicabitur; ad quam classem parandam, Christianissimus Rex Franciæ præstabit duodecim triremes propriis sumtibus instructas & armatas; quæ etiam præsto sint infra declaratum tempus, ad navigandum ad quamlibet Italiæ partem, quæ ipsis confœderatis opus esse videbitur, paratis & instructis illis triremibus; & naves onerarias, quotquot commode poterit, sumtibus tamen Sanctissimi Domini nostri Papæ, illustrissimi Ducis, inclitique Venetorum Dominii; tredecim alias triremes suis sumtibus instructas & armatas præstabit illustrissimum Venetorum Dominium; reliquas vero tres sanctissimus Dominus noster Papa præstabit,

ſtabit. Contribuet tamen Mediolani Dux ad eum ſumptum in progreſſu belli perferendum, quod honeſtum videbitur. Poſſet autem is numerus aliquantulum diminui, caſu quo civitas Januenſis cæteris confœderatis adhæſiſſet, præſtante etiam ipſa ſuas triremes in hujus belli gerendi uſum. Hæc autem claſſis præſto & parata ſit ad quamcunque Italiæ partem, cum ipſis confœderatis opportunum videbitur, pro ratione belli gerendi. Aletur vero eadem claſſis à nominatis partibus, videlicet duodecim triremes à Chriſtianiſſimo Rege; tredecim ab Illuſtriſſimo Venetorum Dominio; reliquæ vero tres à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa, usque ad perfectum bellum, & quoad ipſis confœderatis neceſſarium & conveniens eſſe videbitur. Hac tamen conditione præſtabit Chriſtianiſſimus Rex duodecim triremes prædictas, ut, ſi neceſſe fuerit, easdem revocare poſsit, ad res ſuas defendendas, caſu quo bellum maritimum ab hoſtibus ſibi inferretur in Provincia, vel aliis locis maritimis illis conjunctis; in quo caſu, ſi duodecim illi non ſufficerent, magnitudoque periculi maritimi majorem claſſem poſtulare videretur, niſi triremes cæteræ pro bello confœderatorum in Italiæ occupatæ fuerint, etiam illæ in auxilium ei mittantur; exceptis tribus ſanctisſimi Domini noſtri Papæ, ſi ei neceſſariæ eſſent pro cuſtodia littorum Italiæ ab infidelibus piratis. Cæteræ omnes triremes ipſi Chriſtianiſſimo Regi ſervient, tam ad illius, ac Regis Franciæ hoſtes è Provincia, aut aliis locis, ut dictum eſt, propulſandos, rebusque, prout opus fuerit, ſuccurrendum, quam ad liberandos illuſtrisſimos Chriſtianisſimi Regis filios, ut inter amicos & bonos confœderatos ſibi invicem adeſſe atque auxiliari convenit.

IX.

Ad omnem ſuſpicionem Illuſtrisſimo Duci Mediolani tollendam, ob ea, quæ præteritis temporibus contigerunt, promittit Rex Chriſtianisſimus, ſe nullo tempore quicquam moturum, geſturum, nec adverſus ipſum Ducem, ſeu Mediolanenſem ſtatum, ſed permiſſurum, ut libere ac pacifice gaudeat illo ac fruatur absque ulla perturbatione aut moleſtia; imo & ipſum ſe omni tempore defenſurum, ad id pariter concurrentibus Italiæ confœderatis, ſi à Romanorum Rege, ſive à Sereniſſimo Principe ejus fratre, bellum ei ab illis inferretur, & à quibusvis aliis regibus ac potentatibus, illis copiis atque auxiliis, quæ pro bello Italico in ſuperioribus promittit articulis, auxiliante etiam ipſo Duce Regno Franciæ, ſi ei bellum inferretur, eisdem auxiliis & copiis, quas ad bellum Italicum contribuere tenetur. Hæc tamen omnia ea conditione & lege, quod prædictus Mediolani Dux ipſi Chriſtianisſimo Regi, tum ratione jurium, quæ in ipſo Ducatu tam majores ſui, quam ipſe, obtinuerunt & prætenderunt; tum magnorum ſumptuum ac impenſarum ipſius cauſa factarum, annuum cenſum ſive penſionem in civitate Lugdunenſi perſolvere debeat, quæ conveniens videbitur, tum Sanctisſimo Domino noſtro Papæ, tum illuſtrisſimo Duci, inclitoque Venetorum Dominio, ſed non minus quinquaginta millium nummorum aureorum, pro quibus annuatim ſolvendis dabit ſufficientem ſecuritatem; ſi vero cautiones nunc præſtare minime poſſet, reſpondebunt pro eo Sanctisſimus Dominus noſter Papa, inclitumque Venetorum Dominium. Tenebitur prætereà ipſe Mediolanenſis illuſtrisſimum fratrem ejus Maximilianum condecenter pro ejus dignitate alere, eidemque penſionem asſignare, & ipſum Chriſtianisſimum Regem ab annua penſione illa liberabit, quam dicto Maximiliano ſolvere tenetur.

X.

Cum præſens capitulatio, fœdusque ſpectet, non modo ad conſtituendam in tempore præſenti pacem, & Italiæ libertatem, ſed ut firma ac æterna permaneat, liceatque omnibus hujus felicitatis eſſe participes, quæ, Deo auxiliante, futura eſt, conventum eſt, ut reſtituantur libere univerſa bona ſua cum plena remisſione amicis, qui ea amiſerant quomodocunque, & qui partes regias ſecuti fuerant, ac etiam in patriam ſi redire voluerint, & præſertim magnificus Dominus Albertus, Carpenſis Comes.

XI.

Promittit Chriſtianisſimus Rex ad magis declarandam bonam voluntatem ſuam erga ipſum Mediolani Ducem, ad eum pariter ſecurum prorſus reddendum, in affinitatem ſibi illum conjungere, tradendo ſtatim ei in uxorem unam de regio ſanguine progenitam, quam ſanctisſimus Dominus noſter Papa opportunum atque ei condecentem judicabit. Rurſus ad eundem omnino confirmandum, atque in ipſo Mediolani Ducatu retinendum, pollicetur, ſe curaturum, & omnem operam daturum, autoritatemque ſuam interpoſiturum apud magnificos Dominos confœderatos Helvetiorum, ut cum illuſtrisſimo ipſo Mediolani Duce jungantur ad præfati Ducatus defenſionem & tutelam, ea forma, conditionibus & modis, quibus juncti erant ſibi, cum dictum Mediolani Ducatum obtinebat: quo caſu pollicetur, & ſe liberaturum dictos Dominos Helvetios ab obligatione illa, quam ſecum habebant, quoad defendendum pro Majeſtate ſua ipſum Mediolani ſtatum. Quo caſu, præfatus Mediolani Dux Helvetiis penſiones generales ac particulares perſolvere tenebitur, quas ſingulis annis in feſto Purificationis præfatus Dux mittet Helvetiis, apud quos comperiet unum ab ipſo Chriſtianisſimo Rege deputatum, cujus manibus perſolventur dictæ penſiones ipſis Helvetiis, atque eo quidem modo, ac pari forma fient dictæ penſiones, eo caſu, quo præfati Helvetii recuſarent ſuſcipere dicti Ducatus defenſionem. Ipſe autem Dux permittet eosdem Helvetios gaudere omnibus immunitatibus & exceptionibus in ſtatu Mediolanenſi, quibus gaudebant tempore, quo ipſe Chriſtianisſimus ſtatum illum poſſidebat; & de hoc obſervando, cum prædictus

gentos gravis, & mille levis armaturæ equites, peditesque octo millia. Mediolani Dux pariter contribuet quadringentos gravis, & trecentos levis armaturæ equites, peditum vero quatuor millia. Quem numerum, si quo casu impeditus Dux ipse præstare non posset, præsertim circa belli principia, Sanctitas sua, inclitumque Venetorum Dominium, se obligavit ad præstandum etiam illa quatuor millia, quæ illustrissimus Dux contribuere teneretur, hac tamen conditione, ut cum primum prædictus Dux illa quatuor millia præstare posse judicabitur, Sanctissimus Dominus noster Papa, inclitumque Venetorum Dominium non teneantur, nisi pro suis octo millibus, ut supra declaratum est. Sumptus vero ac impensæ machinarum artelariæ deferentur per dictos, Summum Pontificem, inclitumque Venetorum Dominium, & Mediolani Ducem, ad rationem cæterarum rerum, quas contribuent. Exercitus autem iste conservabitur integer usque ad confectum Italiæ bellum, vel quoad profligati fuerint, qui Italiæ quietem perturbaverint, aut eorum exercitus deletus sit penitus, aut ita debilitatus & destitutus, ut reliquiæ se in aliquam civitatem, aut locum munitum ad se tuendum recipere cogantur, nec valeant amplius exire, seu in campo convenire, aut castra metari. Quo casu confœderatorum exercitus resolvi poterit, reservatis tantummodo copiis necessariis ad illas reliquias abolendas, arcesque, si quæ erunt majoris momenti, capiendas; & hoc ad arbitrium eorum, qui exercitui præerunt; ad quas copias alendas contribuet unusquisque, collata ratione ad id, quod antea contribuebat, quantum satis erit.

IV.

Promittit insuper ipse Christianissimus Rex confœderatis bellum in Italia gerentibus, præfatis de causis, se pariter citra montes contra quemcunque, qui præfatorum hostis esset, habiturum exercitum paratum ad divertendas & occupandas illius hostis vires, ne novas copias, vel auxilia adversus confœderatos in Italiam transmittere valeat; illiusque statum invasurum eodem tempore, quo bellum in Italia inchoabitur, cum valido exercitu, qui ad minus sit duorum millium cataphractorum equitum, & peditum sufficienti numero, nec solum terrestribus, sed maritimis viribus bellum, terra marique adversus quoslibet confœderatorum hostes gesturum.

V.

Conventum est, ut in præfato exercitu conflando ipsi confœderati eum numerum Helvetiorum peditum conducant, qui ipsis conducens videbitur; qua quidem in re Christianissimus Rex favore autoritateque, qua apud eos pollet, præstabit omnem operam, ut honestis conditionibus, & convenienti stipendio quam primum accedant.

VI.

Cum sanctissimum fœdus, ut superius dictum est, judicetur tum ad salutem, securitatem & quietem ipsorum Principum contrahentium, eorumque statuum & dominiorum; tum ad universam Rempublicam Christianam pacandam, conventum est, ut a præfatorum confœderatorum oratoribus, cum primum præsens tractatus ratificatus fuerit, eorum omnium verbis requiratur & rogetur serenissimus Princeps, in Imperatorem electus, ut pro universæ Reipublicæ Christianæ salute & pace illustrissimos Christianissimi Regis filios Majestati suæ benigne restituere velit, modo, quo supra dictum est; ac cum eo, dimissis omnibus simultatibus, veram, honestam, ac voluntariam pacem stabilire; cujus quidem ita constituendæ pacis, ut firma ac stabilis credi possit, nulla alia ratio inveniri potest, nec ullis arctioribus vinculis ligari valeat Rex ipse cum Cæsarea Majestate, quam eo beneficio restitutionis filiorum. Quodsi facere renuerit, ei denunciabitur præfatos Principes nihil esse prætermissuros, quousque id effecerit. Quamobrem ad id exequendum, pariter conventum est, quod confectis in Italia rebus, quæ per præsentem Capitulationem designantur, modo contento in tertio præsentis fœderis articulo, ad omnem requisitionem Christianissimi Regis præstari debeant per ipsos confœderatos auxilia decem millium peditum, mille cataphractorum, & mille quingentorum levis armaturæ equitum, aut pecuniæ sufficientes loco ipsarum copiarum, ad electionem Christianissimi Regis, ad omnem operam præstandam, bellumque peragendum, quousque Majestati suæ illustrissimi ejus filii libere dimittantur.

VII.

Præterea pollicentur sibi invicem, videlicet confœderati Italiæ, ex una, & Christianissimus Rex Franciæ, ex altera parte, mutuo sibi auxiliari, ac sese perpetuo defendere contra quietum & pacificum eorum statum perturbare, aut invadere volentem, mittendo sibi invicem auxilia decem millium peditum, mille gravis, & mille levis armaturæ equitum, distributo inter ipsos Italos sumptu, pro viribus cujuscumque, ad taxam superioribus articulis commemoratam.

VIII.

Cum ad prædictas peragendas res requiratur, non solum terrestres, verum etiam maritimas vires habere, conventum est, ut classis instruatur ad minus viginti octo triremium, & aliarum navium onerariarum, usque ad eum numerum, qui ipsis confœderatis opportunus judicabitur; ad quam classem parandam, Christianissimus Rex Franciæ præstabit duodecim triremes propriis sumtibus instructas & armatas; quæ etiam præsto sint infra declaratum tempus, ad navigandum ad quamlibet Italiæ partem, quæ ipsis confœderatis opus esse videbitur, paratis & instructis illis triremibus; & naves onerarias, quotquot commode poterit, sumtibus tamen Sanctissimi Domini nostri Papæ, illustrissimi Ducis, inclitique Venetorum Dominii; tredecim alias triremes suis sumtibus instructas & armatas præstabit illustrissimum Venetorum Dominium; reliquas vero tres sanctissimus Dominus noster Papa præstabit,

ftabit. Contribuet tamen Mediolani Dux ad eum sumptum in progressu belli perferendum, quod honestum videbitur. Posset autem is numerus aliquantulum diminui, casu quo civitas Januensis cæteris confœderatis adhæsisset, præstante etiam ipsa suas triremes in hujus belli gerendi usum. Hæc autem classis præsto & parata sit ad quamcunque Italiæ partem, cum ipsis confœderatis opportunum videbitur, pro ratione belli gerendi. Aletur vero eadem classis à nominatis partibus, videlicet duodecim triremes à Christianissimo Rege; tredecim ab Illustrissimo Venetorum Dominio; reliquæ vero tres à Sanctissimo Domino nostro Papa, usque ad perfectum bellum, & quoad ipsis confœderatis necessarium & conveniens esse videbitur. Hac tamen conditione præstabit Christianissimus Rex duodecim triremes prædictas, ut, si necesse fuerit, easdem revocare posiit, ad res suas defendendas, casu quo bellum maritimum ab hostibus sibi inferretur in Provincia, vel aliis locis maritimis illis conjunctis; in quo casu, si duodecim illi non sufficerent, magnitudoque periculi maritimi majorem classem postulare videretur, nisi triremes cæteræ pro bello confœderatorum in Italiæ occupatæ fuerint, etiam illæ in auxilium ei mittantur; exceptis tribus sanctissimi Domini nostri Papæ, si ei necessariæ essent pro custodia littorum Italiæ ab infidelibus piratis. Cæteræ omnes triremes ipsi Christianissimo Regi servient, tam ad illius, ac Regis Franciæ hostes è Provincia, aut aliis locis, ut dictum est, propulsandos, rebusque, prout opus fuerit, succurrendum, quam ad liberandos illustrissimos Christianissimi Regis filios, ut inter amicos & bonos confœderatos sibi invicem adesse atque auxiliari convenit.

IX.

Ad omnem suspicionem Illustrissimo Duci Mediolani tollendam, ob ea, quæ præteritis temporibus contigerunt, promittit Rex Christianissimus, se nullo tempore quicquam moturum, gesturum, nec adversus ipsum Ducem, seu Mediolanensem statum, sed permissurum, ut libere ac pacifice gaudeat illo ac fruatur absque ulla perturbatione aut molestia; imo & ipsum se omni tempore defensurum, ad id pariter concurrentibus Italiæ confœderatis, si à Romanorum Rege, sive à Serenissimo Principe ejus fratre, bellum ei ab illis inferretur, & à quibusvis aliis regibus ac potentatibus, illis copiis atque auxiliis, quæ pro bello Italico in superioribus promittit articulis, auxiliante etiam ipso Duce Regno Franciæ, si ei bellum inferretur, eisdem auxiliis & copiis, quas ad bellum Italicum contribuere tenetur. Hæc tamen omnia ea conditione & lege, quod prædictus Mediolani Dux ipsi Christianissimo Regi, tum ratione jurium, quæ in ipso Ducatu tam majores sui, quam ipse, obtinuerunt & prætenderunt; tum magnorum sumptuum ac impensarum ipsius causa factarum, annuum censum sive pensionem in civitate Lugdunensi persolvere debeat, quæ conveniens videbitur, tum Sanctissimo Domino nostro Papæ, tum illustrissimo Duci, inclitoque Venetorum Dominio, sed non minus quinquaginta millium nummorum aureorum, pro quibus annuatim solvendis dabit sufficientem securitatem; si vero cautiones nunc præstare minime posset, respondebunt pro eo Sanctissimus Dominus noster Papa, inclitumque Venetorum Dominium. Tenebitur prætcrea ipse Mediolanensis illustrissimum fratrem ejus Maximilianum condecenter pro ejus dignitate alere, eidemque pensionem assignare, & ipsum Christianissimum Regem ab annua pensione illa liberabit, quam dicto Maximiliano solvere tenetur.

X.

Cum præsens capitulatio, fœdusque spectet, non modo ad constituendam in tempore præsenti pacem, & Italiæ libertatem, sed ut firma ac æterna permaneat, liceatque omnibus hujus felicitatis esse participes, quæ, Deo auxiliante, futura est, conventum est, ut restituantur libere universa bona sua cum plena remissione amicis, qui ea amiserant quomodocunque, & qui partes regias secuti fuerant, ac etiam in patriam si redire voluerint, & præsertim magnificus Dominus Albertus, Carpensis Comes.

XI.

Promittit Christianissimus Rex ad magis declarandam bonam voluntatem suam erga ipsum Mediolani Ducem, ad eum pariter securum prorsus reddendum, in affinitatem sibi illum conjungere, tradendo statim ei in uxorem unam de regio sanguine progenitam, quam sanctissimus Dominus noster Papa opportunum atque ei condecentem judicabit. Rursus ad eundem omnino confirmandum, atque in ipso Mediolani Ducatu retinendum, pollicetur, se curaturum, & omnem operam daturum, autoritatemque suam interpositurum apud magnificos Dominos confœderatos Helvetiorum, ut cum illustrissimo ipso Mediolani Duce jungantur ad præfati Ducatus defensionem & tutelam, ea forma, conditionibus & modis, quibus juncti erant sibi, cum dictum Mediolani Ducatum obtinebat: quo casu pollicetur, & se liberaturum dictos Dominos Helvetios ab obligatione illa, quam secum habebant, quoad defendendum pro Majestate sua ipsum Mediolani statum. Quo casu, præfatus Mediolani Dux Helvetiis pensiones generales ac particulares persolvere tenebitur, quas singulis annis in festo Purificationis præfatus Dux mittet Helvetiis, apud quos comperiet unum ab ipso Christianissimo Rege deputatum, cujus manibus persolventur dictæ pensiones ipsis Helvetiis, atque eo quidem modo, ac pari forma fient dictæ pensiones, eo casu, quo præfati Helvetii recusarent suscipere dicti Ducatus defensionem. Ipse autem Dux permittet eosdem Helvetios gaudere omnibus immunitatibus & exceptionibus in statu Mediolanensi, quibus gaudebant tempore, quo ipse Christianissimus statum illum possidebat; & de hoc observando, cum prædictus

dictus illustrissimus Dux in præsentia dare non posset fidejussiones in Francia a Christianissimo Rege requisitas; promittunt jam dicti nuncii, quod sanctissimus Dominus noster Papa, illustrissimus Dux, inclitumque Venetorum Dominium, effectualiter procurabunt, quod promptissime dabit eas; cum primum liber erit ab his angustiis, quibus nunc opprimitur: casu autem, quo id non faceret, erit ille quidem a præsentis tractatus beneficio exclusus; attamen prædictus Rex Christianissimus haud quaquam vult, nec ullo modo intelligit se ab amicitia illa & confœderatione separare, quam ob causam regni Franciæ cum ipsis Helvetiis habet.

XII.

Promittit idem Christianissimus Rex cæteris confœderatis Principibus eadem præstare & concedere Domino Maximiliano Sfortiæ, quæ promittit & pollicetur moderno Duci illustrissimo ejus fratri, casu quo ipse decederet, aut a prædicto Ducatu submoveretur.

XIII.

Conventum est, ut ipsi Christianissimo Regi restituatur comitatus Astensis, uti res sejuncta a Mediolanensi Ducatu, & antiquissimi juris hæreditarii illustrissimorum Ducum Aurelianensium; & si aliqua fortasse de causa confœderatis non videretur opportunum, ut ipse Christianissimus Rex ad eum comitatum restitueretur, ad minus tradetur illustrissimo Duci Aurelianensi, ejus filio, gubernandus comitatus ipse, a quo Majestati suæ placuerit, quod ipse Dux ejus filius ad legitimam ætatem pervenerit.

XIV.

Conventum est, ut in civitate Januensi, qui nunc est illustrissimus Dux Dominus Antoniotus Adurnus, Dux relinquatur, si ad confœderatorum devotionem, qui hoc comprehenduntur fœdere, sese converterit, vel mutetur quidem ejus civitatis status in eam formam, quæ ipsis confœderatis ad quietem & securitatem Italiæ maxime conveniens esse censebitur, reservato tamen Regi Christianissimo titulo & jure supremi Dominii, eo modo quo habebat idem Christianissimus, cum eam possideret civitatem.

XV.

Promittunt & pollicentur prædicti confœderati, quod si Imperator electus denegaret, aut protelaret peragere ea, quæ in secundo præsentis capitulationis articulo continentur, quod statim, & cum primum prædictum bellum pro pacanda Italia finem acceperit (qui quidem finis intelligitur & erit, quando exercitus hostium profligatus sit penitus, aut ita debilitatus ac destitutus, ut reliquæ se in aliquam civitatem, aut munitum locum ad se tuendum recipere cogantur, nec amplius exire, in campo convenire, aut castra metari valeant) jam dicti contrahentes invadent & offendent regnum Neapolitanum cum viribus tam terrestribus, quam maritimis, quibus supra declaratum est, demptis tamen his, quæ eorum arbitrio dimittentur ad obsidendas hostium reliquias, quæ se in aliquem locum munitum ad se tuendum receperint, ut superius commemoratum est. Quod si Imperator electus ab ipso regno Neapolitano pellatur, & ejus exercitus illinc ejiciatur; manebit quidem illud regnum ad Sanctissimi Domini nostri Papæ arbitrium, uti de regno, & re ad Ecclesiam pertinente. Nec vero ipse Christianissimus Rex aut reliqui confœderati quicquam diminuent de illa auxiliorum summa, quam quilibet præstare debet, quousque Imperatoris exercitus fuerit deletus aut ita debilitatus, ut in aliquod castrum seu munitum locum sese tuendi causa receperit; quo casu, communi eorum, qui bellum gerunt, arbitrio, deligentur tales copiæ, quæ aptæ & sufficientes existimabuntur ad prædictam reliquiarum expugnationem. Alentur pariter præfatæ copiæ communi confœderatorum impensa pro rata subsidii tradenda facienda, donec locus ille expugnatus fuerit, quemadmodum in simili casu explicatum est superius. Hac tamen lege & conditione Neapolitanum Regnum apud Summum Pontificem manebit, si idem Pontifex se, ac suos successores, de consensu reverendissimorum Dominorum Cardinalium obligaverit, securitatesque in Francia sufficientes dederit, quod singulis annis Christianissimo Regi, suisque successoribus, ratione juris, quod sibi in illo regno competit, eum annuum censum pensitabit, qui arbitrio suo conveniens videbitur, dummodo non sit minor septuaginta quinque millium nummorum auri solis. Hæc autem promittit Christianissimus Rex, solummodo casu, quo, ut supra dictum est, illius regni status immutetur. Quod si secus fieret, aut eveniret, permanebit eidem Christianissimo Regi salva & integra omnino sua actio, & pristinum jus, ac facultas agendi, ut libuerit.

XVI.

Conventum est, casu quo contingeret, quod Deus avertat, ut prædictorum fœderatorum aliquis decederet, vel ab hoc fœdere discederet, nihilominus fœdus ipsum inter reliquos confœderatos firmum ac stabile in suo robore maneat & persistat, successorque defuncti illud ingredi possit. Quod quidem Sanctissimus Dominus noster Papa promittit approbare facere per reverendissimorum Dominorum Cardinalium collegium.

XVII.

Pariter conventum est, ut ab omnibus dictis confœderatis assumatur, atque ex nunc assumpta esse intelligatur protectio & defensio illustrissimæ domus & familiæ Mediceorum, videlicet hæredum ac successorum Sanctissimi Domini nostri Papæ, illamque fovere ac manu tenere debeant in illo statu, primatu ac dignitate in excelsa Florentinorum Republica, quam ex antiquo obtinuit, ac de præsenti obtinet. Pollicetur pariter Sanctissimus idem Dominus noster cæteris confœderatis excelsam ipsam Florentinorum Rempublicam nullo pacto quicquam acturam gesturamve adversus sanctissimum hoc fœdus, sive in eo contenta, neque inserviendo inimicis suis quo-

quovis colore de pecuniis, aut aliis quibuscunque favoribus; imo fore eam Beatitudini suæ semper obedientissimam, uti obsequentissimos ac devotissimos decet filios; quod quidem ipsa Florentinorum Respublica suis patentibus literis ratificabit.

XVIII.

Conventum est, cum Serenissimus ac Potentissimus Angliæ Rex, fidei defensor, pacem tranquillitatemque semper spectarit, quod maxime hoc argumento novissimæ pacis cum Christianissimo Rege firmatæ comprobavit, omnes pariter animi sui affectus & rationes ad fidei Christianæ tempora accommodarit, Sedisque Apostolicæ status, & ecclesiasticæ dignitatis, tum ipse, tum felicis recordationis pater ejus, acerrimus defensor extiterit, neque ulla cujusquam autoritas gravior interponi possit, vel ad bene sentientes in officio continendos, vel ad eos, qui pacem perturbare vellent, reprimendos; conventum est, ut Majestas sua sanctissimi fœderis protector sit & conservator, quod sincere & inviolabiliter sine ulla exceptione observabuntur omnia & singula in præsenti capitulatione contenta; Hac enim spe freti, atque ejus hortatu præfati Principes ad hoc sanctissimum fœdus firmandum convenerunt, quod ipsius fœderis non modo protector, sed principalis contrahens futurus sit; ad quæ facienda & acceptanda à cæteris confœderatis interpellatur, ac instantissime requiritur. Qui quidem confœderati, ad amoris sui declarationem erga Majestatem suam conveniunt, quod ingrediendo sanctissimum hoc fœdus post constitutas res Italicas, ut supra explicatum est, gratum animum suum testificabuntur, dabuntque Majestati suæ, sive illustrissimo ejus filio naturali, pro se ac successoribus suis, unum dominium in regno Neapolitano, titulo Ducatus, aut Principatus, annui census ad minus triginta millia ducatorum, pro se ac successoribus suis, Reverendissimo Domino Cardinali Eboracensi, cujus quidem prudentiæ, labori ac vigilantiæ multum debet universa Christianorum Respublica.

XIX.

Conventum est, ut post præsens fœdus initum nemini ex confœderatis liceat ullum fœdus, pacem, intelligentiam, aut inducias firmare cum quovis alio Principe, aut potentatu, qui præsenti confœderationi ulla ex parte præjudicare possunt, sine aliarum partium consensu, ut ipsæ quoque in eadem intelligentia comprehendi possint, si velint, præsertim quantum attinet ad eum, qui supradictus est, Italiæ statum constituendum; imo si jam fœdus aliquod initum esset cum alio Principe, vel potentatu, id nullius esse momenti intelligatur, quatenus præsenti unioni prejudicium afferre posset.

XX.

Conventum est, ut ante ratificationem liceat cuique parti suas adhærentes & confœderatos nominare, dummodo in illis non sint aliqui subditi, vasalli aut inimici cujusque aliarum partium. Jam vero ex parte Sanctissimi Domini nostri Papæ nominatur serenissimus ac potentissimus Princeps Henricus Rex Angliæ, & illustrissimus Marchio Mantuæ, reservando sibi nominare quos voluerit alios infra tempus. Ex parte autem Christianissimi Regis, pariter nominantur Angliæ, Scotiæ, Navarræ, Lusitaniæ, Poloniæ, & Hungariæ reges serenissimi; Sabaudiæ, Lotharingiæ, & Gueldriæ Duces illustrissimi; strenui ac magnifici viri Domini Helvetii tredecem cantonum altæ Ligæ Alamaniæ, Christianissimi Regis compatres; similiterque ex parte illustrissimi Ducis, inclitique Venetorum Dominii, nominatur serenissimus ac potentissimus Princeps, Rex Angliæ, reservando etiam sibi nominare quos voluerit alios infra statutum tempus.

XXI.

Pariter conventum est, cum non possit tantum negotium vel assumi, vel peragi, nisi parata ac præsto sit pecunia, quod Christianissimus Rex teneatur pecunias numeratas mittere, prout supra declaratum est, quas contribuere promisit in urbe Roma, sive in civitate Venetiarum, aut Florentiæ, pro uno mense; & dare cautiones idoneas in banchis, quod per sex dies ante finitum primi mensis tempus pecuniæ pro secundo mense solventur per eosdem fidejussores in civitate Venetiarum, aut alibi; & sic successive de mense ad mensem, quamdiu bellum duraverit, ut superius declaratum est.

XXII.

Conventum est, quod infra mensem prædictum fœdus ratificari & approbari debeat cum singulis suis clausulis, & articulis à partibus contrahentibus. Si vero casu aliquo impeditus illustrissimus Mediolani Dux pro parte sua approbare & firmare non posset; Sanctissimus Dominus noster Papa, illustrissimus Dux, inclitumque Venetorum Dominium, pro ipso Mediolani Duce Illustrissimo præfata promittunt.

XXIII.

Cum in præsenti tractatu de illustrissimo Mediolani Duce fiat mentio, quamvis præfatorum Principum procuratorum, aut nunciorum nullus ab eo mandatum habeat; nuncii igitur, & procuratores Sanctissimi Domini nostri Papæ, illustrissimi Ducis inclitæque Venetorum Dominii, promiserunt pro & nomine prædictorum dominorum suorum, quod ipsi effectualiter procurabunt, ut præfatus Mediolani Dux ratificet, gratosque habeat, & approbet dictos articulos, suasque super hoc necessarias literas in forma avthentica mittat, infra mensem, si fieri potest; sin minus, infra trimestre spatium.

XXIV.

Conventum est, quod neutra contrahentium partium nullomodo ad stipendia & servitia sua conducet capitaneum aliquem, tam terrestrium quam maritimarum gentium, qui sit ad servitia alicujus alterius partis, sine consensu & bona licentia ipsius partis. Cum vero Sanctissimus Dominus noster Papa, magnificum virum Andream

dream Doriam Januensem jam conduxerit, qui huc usque fuit ad servitia Christianissimi Regis requisitusque fuerit ejusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ nuncius, ut in præsentia prædictus Andreas Doria, dimittatur ad ipsius Regis servitia; ille quidem respondit, non habere se super hoc facultatem obligandi Sanctitatem suam; non dubitare tamen, quin Sanctitas sua Christianissimo Regi sit in omnibus morem gestura; Id circo pollicentur præfati nuncii, & procuratores Sanctissimi Domini nostri, illustrissimique Venetorum Dominii, sub beneplacito prædictorum dominorum suorum, quod Sanctissimus ipse Dominus noster præfatum Doriam in suum servitium nequaquam recipiet; & si de facto jam receperit, eumdem relaxabit, procurabitque effectualiter, ut ad servitium Christianissimi Regis revertatur. In quarum verum testimonium præfati procuratores & nuncii hanc præfatam cartam propriis manibus subscripserunt, suisque sigillis obsignaverunt. Actum Cogniaci, die vicesimo secundo mensis Maji, anno millesimo, quingentesimo vicesimo sexto.

Cum vero eadem capitulationis die fuerint conclusa certa capitula inter nuncios & procuratores sanctissimi Domini nostri Papæ, Christianissimi Francorum Regis, illustrissimi Ducis inclitæque Venetorum Dominii, inter quæ capitula sunt duo, videlicet unum, quod de Florentinis; alterum, quod de Regno Neapolitano mentionem facit, super quo fuerunt nonnulla addita, quæ inter ipsos contrahentes secreta esse debent; idcirco conventum est inter eos, ut prædicti duo articuli hic separatim & seorsum ab aliis ponerentur. Is autem, qui de Regno Neapolitano mentionem facit, legendus est in fine decimi quinti articuli ipsius capitulationis, cujus quidem tenor sequitur, & est talis; videlicet:

Hoc addito & expresse declarato, quod præfato regno è manibus Cæsaris in totum, vel in partem ablato, & si pariter auferrentur per exercitum Christianissimi Regis alii status, vel loca ipsius Cæsaris in finibus regni Franciæ, & contentaretur ipse illustrissimos Christiani Regis filios restituere, atque alia in superioribus articulis contenta facere; dummodo ei pariter restituerentur omnia in hoc capitulo expressa, sic armis ablata, facta diligenti experientia per menses quatuor, quod ipse de parte dictorum ablatorum contentetur, hoc casu restitutio fiat pro rata, si vero nollet assentire, fiat integra; reservando tamen Sanctissimo Domino nostro Papæ in præfato regno Neapolitano, pro annuo censu suo, unum statum reditus Ducatorum quadraginta millium singulis annis, vel per ipsum Cæsarem solvatur in numerata pecunia Sanctitati suæ præfatus census ad optionem ipsius Cæsaris, dando in urbe Roma vel Florentia, sufficientes fidejussiones per triennium de hujusmodi solutione. Quæ quidem fidejussiones singulis annis novari possint, remanendo semper firmis primis fidejussionibus, quoad assignatæ fuerint secundæ: & sic de triennio in triennium.

Item, quod casu præfatæ restitutionis ipsius regni remanere debeant integræ Regi Christianissimo actiones, quas in ipso regno habet.

Sequitur articulus de Florentinis.

Item, cum, ut prædictum est, excelsa Florentinorum Respublica approbatura sit, & Sanctissimus Dominus noster Papa ejus nomine promiserit, consentaneum quoque videtur eandem inter confœderatos amplecti, & favoribus ita prosequi, ac si pro uno ex contrahentibus in hoc tractatu nominaretur. Quod cum non posset fieri sine maximo suorum civium damno, ob eorum negotiationes, & bona, quæ diversis in locis serenissimo Imperatori electo subjectis semper habent; idcirco promiserunt confœderati omnes ipsam Florentinorum Rempublicam, ejusque statum, se ita semper defensuros à quibuscumque eam offendere volentibus, ac si ex principalibus essent confœderatis. In quarum rerum testimonium præfati procuratores & nuncii hanc præsentem cartam propriis manibus subscripserunt, suisque sigillis obsignaverunt. Actum in loco & die ut supra scriptis.

XXXV.

Capitulatio conclusa inter Cæsareum exercitum in Italia commorantem, & Clementem VII. Pontificem Maxim. d. d. 25. Junii An. 1527.

POstquam fœlicissimus Cæsareus Exercitus, oppugnata Roma, urbem ingressus est, & Sanctissimus Dominus noster Papa, Clemens Septimus, & quam plurimi ex reverendissimis Dominis Cardinalibus, Prælatis, Curialibus, Familiaribus & etiam Capitaneis, & gentibus armorum, cum nonnullis Mercatoribus & Civibus Romanis, & aliis ad Castrum S. Angeli confugerunt, credens & persuasum habens præfatus Sanctissimus Dominus noster Cæsaream Majestatem ei non defuturam, sed ejus Beatitudinem, Reverendiss. Cardinales, & alios antedictos, & Sanctam Sedem Apostolicam ab omni conatu & violentia conservaturam & protecturam. Cum ipsius Sanctiss. nostri mentis & intentionis semper fuerit, & sic stare & perseverare in amicitia, tranquillitate & quiete cum sua Majestate: accersitum ad se fecit Magnificum Dominum Joannem Bartholomæum Gattinaram, Regentem in regno Neapolitano, ut ipse D. Joannes Bartholomæus ejus Sanctitatis nomine exhiberet & offerret illustribus, magnificis & multum & longe strenuis Capitaneis dicti fœlicissimi Exercitus, & ipsi Exercitui subsequentes conditiones, ab utraque parte inviolabiliter observandas. Et primo, quod præfati Pontificis Sanctitas cum Reverendissimis Dominis Cardinalibus, Prælatis

tis, Curialibus, familiaribus, & etiam Capitaneis & gentibus armorum, & quibuscunque mercatoribus, Civibus Romanis & his omnibus, qui in dicto Castro reperiuntur, ponantur & seponi debeant, sub fide, protectione, & potestate prædictorum Dominorum Capitaneorum Cæsar. Majest. & cum securitate personarum, & bonorum suorum associari debeant in regnum Neapolitanum, & etiam ulterius, si expediens fuerit, ut commode & absque violentia & impedimento eis inferendis possint accedere ad Cæsaream Majestatem, & tractari debeant, prout convenit ejus Sanctitati, habita semper ratione dignitatis præfati sanctissimi Domini nostri, Romanorum Cardinalium & aliorum, de quibus supra. Et si aliqui præfatorum, demptis semper personis summi Pontificis, Romanorum Dominorum Cardinalium & obsidum infra scriptorum, vellent alio se conferre, seu Romæ commorari, hoc eis liberum sit: & hac de causa eis præstare debeat amplus salvus Conductus, & præsidium, pro eorum tutela & securitate. Item quod præfatus sanctissimus Dominus per totam diem crastinam dare debeat & consignare in potestate & manibus illorum, qui deputabuntur per prædictos Cæsareos Capitaneos, Castrum S. Angeli, cum machinis, munitionibus, cibariis, victualiis & mobilibus, quibuscunque existentibus in dicto Castro quoquo modo pertinentibus, & deputatis ad defensionem & pro defensione & sustentatione dicti Castri. Alia vero bona particularia prædicti summi Domini nostri reverendissimorum Dominorum Cardinalium & aliorum sint & remaneant in libera potestate & arbitrio præfati summi Domini nostri reverendissimorum Cardinalium eorum, ad quos spectant dicta bona. Item ut exercitus Cæsareus stare possit præsenti Capitulationi & eam observare: quod quidem non esset facturus, ubi ei saltem in aliqua parte non satisfieret. De quantitatibus, quæ ei pro Stipendiis per decursa tempora debentur, præfatus sanctissimus Dominus noster assentit, & vult solvere & exbursare de præsenti centum millia scutorum auri a sole: in hunc modum, ut quamprimum firmata fuerit præsens Capitulatio, quadraginta millia scutorum in pecunia numerata, & tantam quantitatem auri & argenti, ex qua conflari possint alia quadraginta millia scutorum: & infra terminum sex dierum viginti millia scutorum, & alia quinquaginta millia scutorum infra terminum viginti dierum, quæ promittitur solvere reverendo Domino Abbati Nazario, seu ejus Procuratori, in Civitate Januæ, Senarum aut Neapolis. Quæ quidem centum quinquaginta millia scutorum, persolventur pro liberatione personarum, quæ reperiuntur in dicto Castro, & bonorum suorum; quæ liberantur, prout superius dictum est. Et præfatus sanctissimus Dominus noster ordinabit, & faciet impositionem super terris possessis per Ecclesiam, & ex ea impositione ultra dicta centum quinquaginta millia scutorum persolventur alia ducenta quinquaginta millia scutorum: & dicta de Ecclesia sanctitas sua deputabit Exactores, Officiales & Ministros, qui sibi videbuntur magis idonei, ut effectualis exactio & infra breve tempus subsequatur, ut tanto citius liberari possint obsides, qui exhiberi debent pro securitate dictæ solutionis, prout infra dicetur. Et pro hujusmodi exactione fienda, & alia quavis occasione præfatus exercitus exhibebit prælibato sanctissimo Domino nostro auxilium & favorem necessarium & oportunum. Et ut prædictus exercitus reddatur tutus solutionis dictorum millium scutorum fiendæ, ut supra, præfatus sanctissimus Dominus noster dabit obsides reverendissimos Archiepiscopos Sipontinum & Pisanum, Episcopos Pistoriensem & Veronensem, D. Jacobum Salviatum, D. Laurentium, Ridolphum & Simonem de Recca Solis, sub hac tamen declaratione, quod præfatus sanctissimus D. noster, non possit, nec debeat imponere onus alicujus solutionis super terris, quæ de præsenti consignari debent Cæs. Majest. ut infra dicetur, nec etiam super terris Latii & Campaniæ, super quibus sanctitas sua non intendit onus aliquod imponere. Item ut dictus Exercitus ex urbe Roma, & ex aliis terris Ecclesiæ egredi possit, prout desiderio tenetur ejus sanctitas, & non detur exercitui causa & necessitas capiendi possessionem temporalem aliquarum terrarum, Civitatum, & locorum possessorum per Ecclesiam, prædictus sanctissimus Dominus noster offert præfatis Dominis Capitaneis eisdem & in manibus suis nomine prædictæ Cæsareæ Majestatis consignare & ponere infra civitates cum suis fortalitiis & territoriis, videlicet Hostiam, Civitatem veterem cum ejus Portu, Mutinam, Parmam & Placentiam, quas de præsenti Sanctitas sua & Sedes Apostolica possidet. Ad arbitrium præfatæ Cæsareæ Majestatis, & in eventum, in quem aliquæ ex terris præfatis præter & contra voluntatem suæ Sanctitatis adversarentur, & essent renitentes, & inobedientes, possint & valeant præfati Cæsarei Ministri & Capitanei eas expugnare, & tanquam hostiles & inimicos habere & tractare: sperans & confidens præfatus Sanctissimus Dominus noster, quod prælibata Cæsarea Majestas pro ejus benignitate & observantia, quam semper habuit & habet erga Sedem Apostolicam, respiciet, prout convenit, honorem & dignitatem, & tuebitur auctoritatem ejus Beatitudinis & sanctæ Sedis Apostolicæ. Et in eventum, in quem observentur contenta in præsenti Capitulo, præfati Domini Capitanei Cæsarei teneantur & debeant se abstinere & abstineri facere præfatum Exercitum & alios quoscunque subditos Cæsareæ Majestatis ab omni violentia & hostilitate contra alias Civitates, terras & Status, mediate & immediate subjectas Ecclesiæ, ita tamen, quod possessores dictarum terrarum mediate & immediate aliquid non operentur contra Cæsaream Majestatem. Item contemplatione præfatæ Cæsareæ Majestatis

ftatis & dictorum Capitaneorum, & ut eis complaceat, præfatus fanctisfimus Dominus nofter affentit, & vult redintegrare illuftres Dominos Columnenfes ad Civitates, terras, caftra & ftatus, quæ & qui de præfenti per eos tenebantur & poffidebantur, absque aliqua exceptione & dilatione. Et pariformiter reftituere ac redintegrare reverendisfimum Cardinalem Columnenfem ad priftinas ejus dignitates, officia & prærogativas, & etiam ad bona fua patrimonialia & temporalia. Item præfatus fanctisfimus Dominus nofter ad preces prædictorum Dominorum Capitaneorum & dicti exercitus affentit liberare & abfolvere Præfatos Dominos Columnenfes ab omnibus & quibuscunque cenfuris, excommunicationibus, pœnis, & inhabilitationibus, in quas hactenus incurfi fuiffent, ex quibuscunque commisfis contra ejus fanctitatem & Sedem Apoftolicam. Item quod illuftris Dominus Princeps interfit & præfens fit, quando gentes armorum, & aliæ perfonæ utriusque fexus exeuntes in caftro S. Angeli, exibunt ex dicto Caftro, & providere debeat, quod tuto posfint abire absque damno & injuria. Item debeat eas gentes & perfonas affociari facere ab illis, feu Cohortibus tribus peditum Alemannorum, & quinque Hifpanorum, per fpacium quatuor feu quinque milliariorum, & etiam ultra, fi neceffum fuerit, & a centum equitibus levis armaturæ per fpacium viginti, feu viginti quinque milliariorum, cum fide & fecuritate, quod posfint pro eorum libito, tuto reverti. Item quod eis, qui remanebunt in dicto Caftro S. Angeli, & eis, qui voluerint Romæ manere, vel alio fe conferre, fieri debeant literæ patentes, & falvi Conductus in oportuna forma pro eorum fecuritate. Item, quod unico & eodem & concepto & tempore, quo gentes armorum exibunt, dictum Caftrum S. Angeli, in eo ingredi debeant gentes Cæfareæ Majeftatis, prout ordinabit & ftatuet præfatus Dominus Princeps: quæ gentes Cæfareæ fub earum cuftodia & poteftate tenere habeant fortalitia dicti Caftri.

Et nihilominus non intelligatur, nec fit conceffum alicui afcendere partes fuperiores dicti caftri, præterquam perfonis propriis dictorum Dominorum Capitaneorum, cum quatuor feu fex fociis pro quolibet eorum, pro convenienti cuftodia. Item quod per totam Diem craftinam præfatus Sanctisfimus Dominus Nofter fignificare debeat, & notum facere Caftellanis & Gubernatoribus Hoftiæ & Civitatis veteris, firmationem præfentis Capitulationis, ut posfint exinde exportari facere bona fua. Et poftmodum fequenti die debeat & relaxare fortalitia, & arces in poteftate & manibus ipforum, qui ad hoc deputabuntur per præfatum illuftrisfimum Dominum Principem cum contrafignis & brevibus expedientibus, ut curent cum effectu, ut primo quoque tempore Andreas de Auria cum fuis triremibus, & aliæ quinque triremes armatæ difcedant ex portu Civitatis veteris, ut fubinde poft ejus difceffum confignari posfit agentibus Cæfareæ Majeftatis. Item quod præfatus fanctisfimus Dominus Nofter, & reverendisfimi Domini Cardinales, & alii, qui cum eis difcedere voluerint, facta fatisfactione dictorum fcutorum centum millium, & confignatione dictarum Civitatum, Hoftiæ, civitatis veteris & expeditis Commisfariis & Exactoribus pro exigenda impofitione aliarum quantitatum & pro confignandis dictis Civitatibus, Mutinæ, Parmæ, Placentiæ, posfint & valeant pro libito & voluntate eorum difcedere ex dicto Caftro, & fe conferre ad Regnum Neapolitanum, prout fuperius expreffum eft: & interim præparari debeant omnia ad hæc neceffaria, & Sanctitas fua vacare debeat præmisfis ordinationi & expeditioni. Intellectis igitur fupra dictis oblationibus & Capitulis præfati fanctisfimi Domini Noftri, illuftrisfimus Princeps Philibertus de Chialon, Princeps Orangiæ, & reliqui Domini Capitanei gentium, tam equeftrium, quam pedeftrium Hifpanorum, Alemannorum & Italorum, & reverendisfimus Dominus Abbas Nazarius, Commisfarius generalis præfati exercitus, & cæteri confiliarii & officiales ipfius Exercitus perfpectam habentes humanisfimam & optimam voluntatem præfati fanctisfimi Domini Noftri erga Majeftatem Cæfaream, quæ utique declaratur ex præmisfis, & cognofcentes mentis & animi præfatæ Cæfareæ Majeft. femper fuiffe & effe, habere & tractare præfatum fanctisfimum Dominum, ac fi fibi effet pater, & eum in bona amicitia confervare, & fub ejus protectione habere, prout condecens eft ejus Majeftati prompto animo & fincera fide acceptarum hujusmodi Capitulationum & oblationum. Et fic dictæ promisfiones ftipulatæ fuerunt, interventu dicti Magnifici Domini Johannis Bartholomæi Gattinariæ. Et quemadmodum Sanctitas fua promifit, & promittit ipfa Capitula obfervare & obfervari facere fincere, realiter & cum effectu absque aliqua finiftra interpretatione pro parte fua. Ita etiam præfati Capitanei & Domini Cæfarei promittunt ea obfervare & obfervari facere inviolabiliter pro parte fua, & in fidem præmifforum prædictæ partes fubfcripferunt fe præfentibus capitulis, propriis fuis manibus: quæ quidem Capitula duplicabuntur, ut penes utramque partem remaneant Capitula ipfa authentica & fubfcripta. Datum Romæ ut fupra, die 5. Junii, Anno 1527.

Ego A. Epifcopus Oftienfis.
Ego Ant. Epifcopus Portuenfis.
Ego Paulus, Epifcopus Sabinenfis.
Ego Laurentius, Epifcopus Prænestenfis.
Ego Laurentius, Cardinalis Campegius.
Ego F. Cardinalis Camerarius.
Ego B. Cardinalis Ravennenfis.
Ego F. Cardinalis Urfinus.
Ego P. Cardinalis S. Euftachii.
Ego Her. Cardinalis de Rangon.
Ego A. Cardinalis S. Adriani.

Ego

Ego F. Cardinalis S. Marci.
Ego N. Cardinalis Firmanus.
Philibertus de Chialon, Princeps.
Ferdinandus de Gonzaga.
Conradus de Bemelberg.
Colonellus de Alemannia.
Johannes de Urbina.
Comes Ludovicus de Ladron.
Joannes Bartholomæus Gattinaria.
Marinus Abbas de Naggera.
Hieronymus Moronus.
Loys Gonsaga.
Petrus Ramirus.
Hieronymus de Mendoza.
Loys de Vallos.
Alfonsus de Gajoza.
Andreas de Egnareta.
Andreas Mendes.
Michael de Artieda.
N. de Aldana.
Lodovicus de Ripalta.
Johannes de Zepe.

XXXVI.

Breve Gregorii XIII. Pontificis Maximi ad Rudolphum II. Rom. Imperat. quo eum hortatur, ut de exorta circa Feudum Vallis Tarri controversia amice cum Rege Hispaniarum communicet, d. d. 13. Augusti, An. 1586.

CHarissime in Christo Fili Noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Exposuerunt nobis diligenter Oratores Maj. Tuæ desiderium tuum de Burgo Vallis Tari, postularuntque, vellemus totam illam causam omittere ac deponere. Respondimus nihil nos magis cupere quam quoque re possemus Tuæ Maj. gratificari: hujus vero voluntatis non leve in hoc negotio argumentum esse, quod cum possemus multa proferre de vetustissima ejus loci possessione, multo etiam vetustiora, quam altius proponebantur, nolumus tamen hoc tempore possessionis quæstioni insistere, sed totum illud tui gratia deponere, ac rejicere; Illud etiam adjecimus, voluisse nos discedere ab eo, quod jure optimo retinere tum poteramus, tum (ut hujus Sanctæ Sedis consuetudo fuit) etiam debebamus; quæ enim superiores Pontifices decreverunt, non solent sequentes aliter mutare, quam cum Cardinalibus communicata. Nos autem liberavimus dilectum Filium Octavium Tarnesium, Parmæ & Placentiæ Ducem religione & necessitate à Gregorio sanctæ mem. ei imposita ejus Burgi omnino retinendi, neque injussu Romani Pontificis dimittendi, idque fecimus semotis Cardinalibus, quia scilicet verebamur ne, adhibito Consistorio, multi tuo desiderio adversarentur, in quo etiam potes habere perspectam nostram erga te voluntatem. Tertium illud erat, quod longe maximum haberi debet; Nam cum Deus noster Jesus Christus constituerit Petrum, successoresque ejus super Gentes & Regna, cumque nos summa illius bonitate, nullo autem nostro merito ad hoc munus vocati simus, debeamusque controversiis omnibus, non modo quæ ad Fidei dogmata, sed quæ etiam ad Catholicæ ecclesiæ pacem & tranquillitatem pertinere possunt, providere, voluimus tamen supersedere cognitione hujus causæ spinosissimæ, quia te nostrum judicium haud postulare animadvertebamus. Habes undique nostra erga te officia amoris plenissima, quæ cum æquum esset aliqua ex parte agnosci, ecce redeunt ad nos Oratores tui, postulantque mandato tuo, ut jubeamus Ducem præcise, ut locum illum dimittat. Visa est nobis postulatio à jure atque æquitate aliena. Qui enim id facere possemus indicta causa, minimeque à nobis cognita; quando autem nostrum judicium postulatum est? quando auditum, Romanum Pontificem tali aliqua in re esse aliorum arbitrii executorem? his de causis negavimus, posse nos tuæ Maj. postulationi satisfacere; quod enim juste facere non possumus, id nos nullo pacto facere posse arbitramur; Tuæ autem pietati ita nos omnia paterna charitatis officia debere judicamus, ut summam recti atque æqui rationem habere debeamus, neque ab eo ulla in parte discedere. Hactenus igitur constat nostri erga Maj. Tuam officii ratio; Restat illud, quod vehementer cupimus atque hortamur, ut hac tota de re communicetur cum Charissimo Filio Nostro, Philippo, Hispaniarum Rege Catholico; summopere enim ei cordi est, scripsitque ad nos, atque per oratorem suum egit diligentissime: Cur recuses, causa nulla est; Intercedunt enim cum eo Maj. Vest. vincula necessitudinis atque amoris arctissima, habetque ejus prudentiam, & justi atque æqui studium perspectissimum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die 13. Augusti 1586. Pontificatus Nostri anno secundo.

Subscr. Antonius Buccadalius &c.

A tergo:

Charissimo in Christo Filio Nostro Rudolfho, Ungariæ & Bohemiæ Regi in Romanorum Imperatorem electo.

XXXVII.

Ferdinandi II. Rom. Imperat. Rescriptum ad Ferdinandum, Guastallæ Ducem, Cæsareum in Italia Commissarium generalem, ut ea, quæ, ad adstruendum Sacr. Rom. Imperio in loca Vallis Tarri, Bardi & Complani Dominium, aliquid conferre possint, in Tabulariis Italiæ conquirere & Viennam transmittere studeat, d. d. 3. Mart. 1627.

FErdinandus Secundus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus.

Illustrissime Consanguinee, & Princeps Charissime.

Non ita pridem insinuavit nobis Nuntius Apostolicus in Aula nostra Cæsarea residens, desiderare Sanctitatem Suam, ut de iis, quæ ratione feudorum Imperialium Castiglioni de Gattis, item Bardi & Complani inter Nos, sanctamque sedem Apostolicam dubia queant esse, vel controversa, amica tractatione componantur, eumque in finem, unum, vel plures Jurium Imperialium gnaros, quibus cum in urbe conferri posset, deputare dignaremur. Respondimus memores observantiæ, qua Sanctitati Suæ profitemur, nihil esse quod in illius causa magnopere velimus, sed Imperio quoque nos obstrictos, quominus de dominiis, feudis, & Juribus inde dependentibus claris, liquidis & indubitatis ambiguæ disceptationis aleam subire consultum censeamus. Cæterum ad Castiglioni feudum quod attinet, nuper à Ministris Ecclesiasticis per actus insolitos, quemadmodum dilectio tua non ignorat, impetitum haud quaquam nos recusare, ut nostra, & Imperii Jura eidem Nuntio ad Sanctitatem Suam relatu explicentur, dummodo vicissim Sanctitati Suæ libuerit, assertas sedis Apostolicæ prætensiones, & quibus illæ nitantur, fundamenta nobis per Oratorem nostrum Sauvelli Principem patefacere. De Bardo vero & Complano tot annorum quietam, continuatam & nunquam interruptam Possessionem unicuique merito sufficere debere, cui Nos quoque firmiter insistemus, libenter tamen audituri, quidquid vel Sanctitas Sua, vel alius quicunque ad adstruendum, & evincendum sibi jus aliquod in dictis locis proponere voluerit; enim vero sic se res habet. Archivis nostris Cæsareis diligenter exploratis ne apex quidem inventus fuit, quo Jura Imperii manifestissima, & longissimi temporis possessio inturbidari, aut S. Pontificis prætensiones, nunquam antehac vel verbulo saltem motæ, colorari possent. Itaque facile nobis persvademus, Burgum Vallis Tarry à tanto tempore occupatum, cujus restitutio hactenus neglecta Imperio debetur, animos illis addidisse, ut ad reliqua etiam à Principe Lando, etsi titulis & acquisitionibus diversis, possessa in dubium revocanda insurgerent: & ut sit possessione nostra legitima nitimur, neque aliud pro hac vice moramur, jussimus tamen omnia diligenter conquiri, quæ futuro etiam tempore ad stabiliendam & conservandam Imperio proprietatem supradictorum locorum quovis modo facere queant. In his autem non dubitamus, vel ex antiquis scripturis, tractatibus & Instrumentis ab eo tempore, quo rerum summæ in Italia nomine D. quondam Imperatoris Caroli quinti dilectionis tuæ avus cum laude præfuit, vel ex his, quæ per se ipsam informare, vel aliunde doctu rescire dilectio tua poterit, plurimum nobis lucis suppeditari posse. Rem itaque fecerit non minus Imperio opportune quam nobis particulatim acceptam, si, excusso suo Archivo, quidquid de memoratis feudis Imperialibus Vallis Tarry, Bardi & Complani de transactionibus inter S. Pontificem & Imperatorem, cum de restituendis Ecclesiis Parmæ & Placentiæ tractatum fuit, initis, deque aliis omnibus ad adstruendum Imperio dictorum locorum dominium pertinentibus reperuerit, plenam Informationem comprehensam nobis transmiserit. Quam operam inter tot sinceræ fidei, & obsequiorum demonstrationes gratô animô Cæsareâque benevolentiâ agnituri sumus. Dat. in Civitate nostra Viennæ, die 3. Martii 1627.

Illustrissimo Ferdinando Duci Guastallæ, Consanguineo nostro Charissimo nostroque in Italia Commissario Generali.

XXXVIII.

Tabula Pacis, Ratisbonæ pro restituenda quiete Italiæ inter Ferdinandum II. Romanor. Imperatorem & Ludovicum XIII. Galliæ Regem conclusa, d. d. 13. Octobr. An. 1630.

POstquam Sanctitas sua, tanquam Pastor universalis Ecclesiæ, & Pater communis Christianorum Principum, bello in Italia exorto, occasione controversæ successionis utriusque Ducatus Mantuæ & Montisferrati, apud Augustissimum Romanorum Imperatorem, Regesque & Principes, quorum armis ibidem concertabatur, officia sua quam diligentissime, & efficacissimè interposuit, ut suprà dicta de causa motas inter ipsos controversias amicis tractatibus componi, sopirique permitterent, hinc est, quod Majestas sua Cæsarea & Rex Christianissimus pro se & nomine utrinque assistentium, permoti non minus reverentia Sanctitati suæ debita, quod desiderio quietis & pacis universalis stabiliendæ, attentis quoque officiis perquam diligentibus & reiteratis ad hanc pacem & quietem publicam conciliandam, per Collegium Electorale & per magnum Ducem Hetruriæ interpositis, in subsequentes Articulos pacis mutuo consensu firmatos condescenserint.

I. Pri-

I.

Primo, Quod Rex Christianissimus promittit, Romanorum Imperatorem, sacrum Romanum Imperium ejusque Status & Ordines, aut Regna, Ditiones atque Provincias, Majestatis suæ hæreditarias, neque per se, neque per alios directe aut indirecte, vel alio quocunque modo offendet, neque Rebellibus, vel Inimicis Majestatis suæ Cæsareæ, sacrique Imperii, qui nunc sunt, aut aliquando declarabuntur, ope, consilio, pecunia, armis, commeatu, vel alia quavis ratione assistet, quin potius illos ad æquitatem, respectum & obedientiam debitam adhortabitur. Vicissim etiam Romanorum Imperator promittit, quod Regem Christianissimum, Regnum Galliæ, omnesque ipsius Regis Status, Ditiones atque Provincias, neque per se, neque per alios directe aut indirecte, vel alio quocunque modo offendet, neque Rebellibus vel Inimicis Regis Christianissimi illiusque Regni, qui nunc sunt, aut aliquando declarabuntur, ope, consilio, pecunia, armis, commeatu, vel alia quavis ratione assistet, quin potius illos ad æquitatem, respectum, obedientiam debitam adhortabitur.

II.

Ad sedandam vero tempestatem bellicam in Italia excitatam, propter controversiam in utroque Ducatu Mantuæ & Montisferrati successionem, cum vel maxime necessarium sit, prætensionibus illorum, qui sua interesse putant, imprimis & ante omnia consulere, Majestas sua Cæsarea declarat, & placet Regi Christianissimo, Duci Sabaudiæ, præ omnibus suis prætensionibus, quas habere posset, super Ducatu Montisferrati aut aliis, si & prout inter Ducem Sabaudiæ & Ducem Carolum Gonzagam, Nivernensem, ultimo in Italia tractatum & conclusum, neque ab illo tempore revocatum fuit, Trinum & alia loca in dicto Montisferrati Ducatu sita, adsignanda esse, quorum reditus annui stabiles, & antiqui, ascendent ad summam a 8000. Scutorum. Quæ loca specificari & æstimari debebant in Italia, mediantibus Comite Collalto Plenipotentiario, aut alio Majestatis suæ Cæsareæ Commissario, & Regis Christianissimi Deputatis, qui etiam de qualitate, & antiquitate redituum stabilium ut supra assignandorum, & de valore & qualitate dictorum scutorum, num aurei vel aurei in auro, vel alii esse debeant, nisi jam tum inter partes convenit ipsas, concordabunt.

III.

Quoad prætensiones Ducissæ Lotharingiæ condescendit Majestas sua Cæsarea, ne propterea tractatus pacis impediatur, aut retardetur, illas ad amicabilem compositionem vel processum compromissi, utriusque partis consensu instituendum, aut vero ad judicialem Majestatis suæ Cæsareæ cognitionem & decisionem Actis prius communicatis cum Principibus, Electoribus Imperii, & illorum voto audito intra semestre proximum, à data investitura computandum, secuturam remitti debere, & ut proinde neutra ex parte jura, lite pendente, alianentur aut transferantur. Obligatus autem erit Dux Carolus Gonzaga, juxta leges & constitutiones Imperiales, in ejusmodi casibus sancitas, ut citra oppositionem vel tergiversationem iis omnibus accurate satisfaciat, quæ, vel per compositores amicabiles terminata, & à partibus acceptata, vel per compromissarios, vel tandem per sententiam judicialem Ducissæ Lotharingiæ attribuentur, vel adjudicabuntur, quibus utraque pars stare tenebitur, quin potius, si dictus Dux Carolus præter opinionem aliter faceret, executionem Cæsaream absque ullius impedimento exspectabit, neque hanc ob causam pax hæc ullo modo infringetur.

IV.

Duci autem Guastallæ ut omnibus prætensionibus suis ad Ducatum Mantuanum in favorem Ducis Caroli ejusque lineæ Masculinæ renunciet, Majestas sua Cæsarea attribuit annuos reditus scutorum sex millium, unumquemque computando & reducendo ad justum valorem duorum florenorum Rhenensium, quorum singuli valent ad 60. Crucigeros sive Carantanos, pro quorum solutione illi assignabitur, cum omni superioritate & jurisdictione, uti Prædecessores olim Mantuæ Duces possidebant, una aut plures ex terris sequentibus, nimirum Diozolo, Luzzara, Suzara & Reggiolo, usque dum reditus illarum supra dictam summam conficiant, ita ut si una terra non sufficiat, successive duæ, tres, vel omnes quatuor illi assignentur. Ad removendam vero & superandam omnem difficultatem, utraque pars confidentem aliquem nominabit, & Majestas sua Cæsarea deputabit Commissarium suum Imperialem Ducem Parmensem, ut per Ministrum aliquem prudentem & discretum, neutri suspectum, sed quoad fieri queat utrique gratum, terras illas juxta morem Patriæ computatis in supra dictam summam fructibus & reditibus ordinariis & stabilibus tam feudalibus quam allodialibus & cujuscunque generis, & habita ratione pretii differentis, quoad reditus feudales & allodiales & cujuscunque generis æstimari, & dictum Ducem Guastallæ in unius vel plurium supra dictarum terrarum possessionem introduci fiat. Quantum vero ad supra dicta bona allodialia & talia esse debebunt, ut supra dictis saltem terris inclusa, neque Creditoribus ullis obnoxia, neque ad hæredem allodialium pertinentia, neque ulli alteri oneri supposita, sed omnino franca & libera esse debeant. Casu vero quod in una atque altera terra, Duci Guastallæ assignanda, reditus supra dictæ summæ quantitatem in aliquo excesserint, illud residuum una cum superioritate proportionabiliter ad Ducem Carolum pertinebit.

V.

Majestatis suæ Cæsareæ gratiam Dux Carolus in scriptis juxta formam submissionis & deprecationis conventam sibi conciliabit.

VI.

Atque tum ad decentem Ducis Caroli flagitationem per Plenipotentiarium sufficienti mandato instructum, ad intercessiones Sanctitatis suæ

suæ Regisque Christianissimi pro ipso in scriptis interponendas, Majestas sua Cæsarea, ex gratia & clementia sua Imperiali, utriusque Ducatus, Mantuæ & Montisferrati investituram illi intra sex hebdomadas, a data præsentium, concedet, intra quem terminum non solum quæ partibus, ut supra, sunt assignanda, inter ipsas mediantibus commissariis, deputatis & confidentibus, ut supra, omnino terminari & effectuari debebunt, sed etiam, si illæ partes inter se non conveniant, Commissarii Imperiales propria authoritate in possessionem illas mittent earum rerum, quæ illis assignandæ sunt: In eum autem insperatum eventum, quod ex parte Commissariorum inevitabili aliquo impedimento aut alio quovis obstaculo interveniente ante lapsum sex septimanarum supra dicta decidi & terminari non possint, tunc investitura immediate & possessio juxta Articulos nonum, decimum, undecimum Duci Carolo dabitur, post concessam autem investituram intra dies quindecim ad summum Commissarii Imperiales partibus, videlicet Ducibus Sabaudiæ & Guastallæ, consignanda ipsis omnino & absque ulla ulteriore mora & dilatione consignare, & eas in possessionem mittere tenebuntur.

VII.

Cujus investituræ vigore, Majestas Cæsarea ipsi Duci, uti ex tunc investito & fideli vasallo protectionem suam Imperialem, quibuscunque modis & mediis impertietur adversus omnes, qui ipsum contra tenorem investiturarum concessarum, & in consequentiam hujus ultimi belli, armis, vi & de facto infestare præsumerent.

VIII.

Porro quam primum hic tractatus pacis hic in aula Cæsarea a Commissariis utrinque deputatis fuerit subscriptus, & in Italia Generalibus hinc inde armorum præfectis notificatus, actus hostilitatum omni ex parte cessabunt.

IX.

Post investituram utriusque Ducatus Mantuæ & Montisferrati Duci Carolo Gonzagæ datam sua Majestas Cæsarea intra dies quindecim proxime secuturas, vel intra terminum in Italia partium consensu quamprimum determinandum, omnes suas copias militares ex Italia abduci faciet, præterquam e Civitate & fortalitiis Mantuæ atque Caneti, super flumine Oglio, si ibi videbitur opportunum, ubi præsidium conveniens relinquere poterit, relictis cæteris locis in dicto Ducatu Mantuæ sitis, in dispositione plena & libera ipsius Ducis Caroli. Eodem autem tempore Regis Catholici omnes copiæ militares e Civitate & Castro Casalensi totoque Ducatu Montisferratensi, & Principatu Pedemontano deducentur. Pari quoque passu, & sub idem tempus Rex Christianissimus omnes copias suas militares e fortalitio Casalensi omnique Montisferrato, Pedemontio, Sabaudia, totaque Italia abducere debebit, præterquam e Pignarolo, Bricaras, Susa, & Avigliano, quibus in locis conveniens præsidium, uti supra, disponere atque tenere poterit, relictis cæteris locis in dicto Ducatu Sabaudiæ & Principatu Pedemontano, in plena & libera dispositione Ducis Sabaudiæ. Dux Sabaudiæ pariter e Montisferrato omnem militem suum dimovebit, præterquam in Trino, quod illi juxta pacta conventa manet appropriatum & in eo statu, quo nunc est, etiam quoad fortificationem pertinebit. Et omnes supra dicti ita armorum suorum rationem instituent, ut in consequentiam hujus belli sibi invicem sinistrarum suspicionum rationabilem occasionem nullo modo relinquant.

X.

Civitas inde, Castrum & fortalitium Casalense aliaque loca ditionis Montisferratensis, exceptis Ducis Sabaudiæ, ut supra, assignatis, ante dicto Duci Carolo restituentur, quæ præsidiis convenientibus, & ab ipso tantummodo dependentibus, & prout Antecessores ejus Montisferrati Duces consueverant, & ut in consequentiam hujus belli sinistre suspicandi occasio apud vicinos evitetur, muniri poterit; casu vero quod in Italia inter supremos hinc inde militiæ Præfectos circa demolitionem fortalitii Casalensis, aliud quidpiam ante subscriptionem hujus tractatus stabilitum, conclusum, & signatum esset, hoc ipsum supra dicto Articulo non obstante ratum, firmum, & inviolatum manebit.

XI.

Quibus omnibus executioni mandatis, militia omni ex parte supra dicto modo educta, Majestas Imperialis vigore Investituræ Civitatem Mantuam & Castellum Porto cum omnibus ejusdem fortalitiis, nec non Caneto super flumine Oglio, consignari faciet ad manus Ducis Caroli, & abducto inde milite suo præsidiario ejusdem liberæ atque totali dispositioni permittet. Prout quoque Rex Christianissimus eodem tempore, educto milite suo præsidiario, restituet Pignarolum, Bricaras, Susam & Aviglianum, quæ venient in possessionem & liberam dispositionem Ducis Sabaudiæ, destructis simul, & demolitis omni ex parte fortificationibus in supra dictis locis occupatis noviter extructis.

XII.

Hisce præviis declarat Majestas sua Cæsarea ad effectum hujus pacis & in vim promissionis jam tum Grisonibus factæ, quod passus in Valle Tellina totaque Rhetia occupatos, & loca atque fortalitia, suo milite munita quamprimum deseret, & in statum pristinum, quemadmodum ante hos motus bellicos erant, restituet, novasque fortificationes demoliri quam primum faciet, ea tamen conditione, ut a nullo sub quocunque etiam colore & prætextu occupentur, aut fortificentur, salvis etiam quoad hunc articulum juribus, tractatibus, & pactis conventis quorumcunque.

XIII.

Ad executionem supradictorum magis assecurandam, Cæsarea Majestas & Rex Christianissimus hinc inde obsides dabunt, ejusdem qualitatis ad manus summi Pontificis, aut Magni Ducis Hetruriæ, vel alicujus Principis in Germania Catholici, qui illos, donec ante commemo-

memorata fuerint adimpleta & dum passus supradicti apud Grisones, & in Rhetia fuerint restituti, dicentur haberi, & custodiri jubebit & pollicebitur, ei, qui satisfecerit promissis, suos obsides se restituturum, illius vero, qui satisfacere ob temporis brevitatem nondum potuerit, obsides sese retenturum, usque dum sibi incumbentia plane fuerit executus. Quod si vero alterutra partium mala fide pactis stare noluerit, tunc illius obsides in manus alterius consignabuntur. Pertinebit ad supremos officiales bellicos in Italia & ad illos remittetur, ut de personis obsidum hinc inde dandorum, & ad cujus manus ex prædictis sint consignandi, inter se concludant, vel si quid aliud circa hoc particulare magis securum & opportunum statuere potuerint, hoc ipsum ratum, firmumque erit.

XIV.

Insuper perquam diligenti requisitione Regis Christianissimi id quod tribuit Majestas Cæsarea, quod Respublica Veneta pacis hujus beneficio frui atque gaudere valeat eique bello præsente usque ad executionem hujus tractatus occupata restitui debeant, neque futuro nunquam tempore, occasione illorum, quæ ex hoc bello contigerunt, molestari possit. Dummodo quoque Respublica promittat, quod Majestatem suam Cæsaream, Sacrum Romanum Imperium eique Status & Ordines nec non Majestatis suæ Cæsareæ Ditiones & Provincias hæreditarias, occasione hujus belli nullo modo offendet. Item quod Respublica quoque eodem, ut supra, tempore copias suas militares abducet, & militiæ suæ rationes ita moderabitur, ne in consequentiam hujus belli ulli vicinorum suspicandi causa relinquatur. Casu vero quod Italia inter supremos hinc inde militiæ Præfectos circa Venetorum exclusionem ab hoc tractatu aliud quippiam ante subscriptionem præsentis tractatus stabilitum, conclusum, atque signatum fuerit, hoc ipsum supradicto articulo non obstante ratum, firmum, atque inviolatum manebit.

XV.

Et ut pax hæc universalis inter S. Cæsaream Majestatem & Regem Christianissimum stabilita tanto sit securior, Deputati autem Majestatis suæ Cæsareæ allegaverint, superesse differentias, & innovationes factas in territoriis Civitatum & Episcopatuum Imperialium Meten. Tull. & Verdun. circa Abbatiam Gorzensem, aliosque ibidem occupatos passus, loca & feuda Imperialia, unde novi motus facilè pullulare possunt, de hisce vero particularibus neque se instructum, neque notitiam habere, Orator Regis Christianissimi responderit, visum fuit Majestati suæ Cæsareæ expediens, ut Commissarii ab utraque parte intra certum terminum, & ad certum locum destinentur, qui de omnibus illis amicabili tractatione componant. Interim vero declarat, ut nihil ulterius contra Jura Imperii illis in partibus attentetur, aut alibi de feudis Imperialibus tractetur sive componatur. Postmodum instante Oratore Regio pro abducendo milite à confinibus Franciæ, & pro demoliendo fortalitio noviter in Moyenwick extructo, cum Majestatis suæ Cæsareæ Deputati respondissent, dictum fortalitium in Moyenwick Imperatoris jussu in feudo Imperii, omni jure permittente, extructum ac proinde præsidio conveniente munitum, remanere debere, insuper urgerent, potius demoliri fortalitium ex parte Gallorum in Civitatibus Imper. Verdunensi & Metensi & quæ id genus similia illis in locis extructa, fortificata, & occupata fuissent, in integrum restitui. A parte vero Oratoris Gallici fuisset replicatum fortalitia illa prædicta, si quæ sunt, legitimè fuisse extructa, aliaque omnia à Deputatis Cæsareis allegata nullam conquerendi justam occasionem continere, insistere verò se in prima sua instantia pro demolitione ante dicti fortalitii in Moyenwick contra voluntatem & consensum Episcopi Metensis in ejusdem territorio ab Imperialibus noviter extructi; & Majestatis suæ Cæsareæ Deputati priora sua competiissent declarationem Imperatoris allegassent, quod fortalitium in Moyenwick ibidem manere, & conveniente præsidio Imperiali muniri debeat, usque dum, in conferentia super controversiis prædictis instituenda, aliud quid ordinetur, supradictis allegationibus insistens. Orator antedictus subjunxit, de conferentia istiusmodi instituenda, nihil siquidem in mandatis habere, neque de mente sui Regis sibi constare, velle autem absque mora, & perquam diligenter se perscribere, ut super illis omnibus particularibus peculiariter instruatur. Utrinque autem convenit, ut à confinibus hinc inde militia abducatur, nec propter hæc omnia effectus hujus pacis ullo modo impediatur, aut in posterum interturbetur.

XVI.

Et cum etiam Dux Lotharingiæ occasione hujus ultimi motus in sui Status conservationem militem conscripserit, placuit Majestati suæ Cæsar. & Regi Christianissimo, ut idem Dux cum suis Ditionibus atque Provinciis in hoc tractatu Pacis quoque comprehendatur, neque ullo modo vel ratione à quoquam offendi vel molestari possit aut debeat, dummodò nec ipse quenquam offendat, & utrinque in illa vicinia & militiæ ratio instituatur, ut nulla suspicionis sinistræ occasio rationabilis cuiquam relinquatur.

XVII.

Amnistia erit generalis & reciproca pro omnibus Principibus & aliis quibuscunque, qui in hoc bello pro una alterave parte militârunt, aut operas suas quocunque modo impenderunt qui omnes bonis suis immobilibus, pro ut ea nunc sunt, nec non in pristinum statum honoris, dignitatis & jurium restituentur, neque minus restitui debebunt omni ex parte, pristinis suis Dominis, quæcunque bona immobilia turbis & motibus hisce bellicis durantibus ad illos pertinentia aut devoluta sub quocunque prætextu confiscata, & aliis attributa, aut assignata fuissent, & restitutio quoque Captivorum omni ex parte gratuitò fieri debebit, absque omni reservatio-

vatione & prout Duces militiæ ratione expensarum inter se convenerint.

XVIII.

Quodsi vero ab eo tempore, quo sæpe dictus Regis Christianissimi Orator in hac aula Cæsarea tractare cœpit, in Italia inter supremos militiæ Præfectos sufficiente mandato instructos aliud quippiam per perfectum & integrum pacis tractatum fuerit conclusum, stabilitum atque subscriptum, antequam hic tractatus à Commissariis utrinque Deputatis firmaretur, illud ipsum in Italia conclusum, stabilitum atque subscriptum, ratum, firmum, & inviolatum habebitur, E contrà si nihil illo tempore in Italia supra dicto modo conclusum & subsignatum fuerit, huic tractatui in omnibus & per omnia utrinque stabitur.

XIX.

Atque hæc omnia & singula Majestas sua Cæsarea, & Rex Christianissimus, sibi invicem in verbo Imperiali & Regio optimâ fide reciprocè promittunt; Ita quidem, ut Majestas sua Cæsarea pro se, Rege Hispaniarum Catholico, & Duce Sabaudiæ assistentibus suis: Rex verò Christianissimus nomine suo polliceatur, omnia & singula supradicta, & in hoc tractatu contenta, sincere & inviolabiliter observatum iri.

XX.

Et in fidem præmissorum omnium præsentis tractatus duo Exempla ejusdem plane tenoris expedita, & tam à Deputatis Majestatis suæ Cæsareæ Consiliariis & Plenipotentiariis, Antonio Abbate in Kremsmünster, Majestatis suæ Cæsareæ Consiliario intimo, Ottone libero Barone à Nostiz, in Falckenau &c. ejusdem Majestatis suæ Camerario Consiliario Aulico Imperiali, & Regni Bohemiæ Vice-Cancellario, & Hermanno Libero Barone à Questenberg, in Coleschau, &c. itidem Majestatis suæ Consiliario Imperiali aulico; quam ab Oratore & Consiliario Status Regis Christianissimi, Carolo de Leon Brulard &c. vigore suæ plenipotentiæ, ejusque adsistente Patre Josepho Capuzino, fuerunt subscripta Ratisbonæ die 13. Mensis Octobris Anno 1630.

XXXIX.

Conventio inter Ferdinandum II. Roman. Imperatorem, & Ludovicum XIII. Galliæ Regem, de mandandis executioni paulo antea dictæ Pacis Articulis inita, d. d. 6. April. 1631.

Le Sieur Baron Mathias Gallosso, Commissaire General de l'Empereur, & avec pleinpouvoir de sa part, aiant receu ordre pour l'execution de la Paix d'Italie & du Traité de Ratisbonne: & à cet effet s'estant rendu en ce lieu de Querasque, s'y sont pareillement trouvez le Sieur de Thoras, Mareschal de France, & Lieutenant General de Sa Majesté Tres-Chrestienne en ses Armées d'Italie, & encore le Sieur Servient, Conseiller & Secretaire d'Etat de Sadite Majesté, tous deux ses Ambassadeurs & aians aussi tout pouvoir de sa part, pour au nom de Sadite Majesté accomplir avec Madame, & lui faire voir leur commission pour l'achevement de la Paix d'Italie; le Sieur Pancirole, Nonce extraordinaire, & le Sieur Julio Mazarini Ministre de Sa Sainteté, aians pris cette occasion, afin de continuer leurs poursuites sur le fait de la mesme Paix, ont requis lesdits Seigneurs de ne sortir dudit Querasque, mais d'y achever promptement l'affaire, toutes les autres Places se trouvans moins commodes pour l'Assemblée des Ministres des Princes interessez, & pour traiter, à cause de la contagion & des ruines de la Guerre; ensuite de quoi tous les susnommez munis, comme dit est, de pleinpouvoir, aians agrée d'y faire leur Assemblée, ont accordé & decidé ce qui s'ensuit.

I.

Le susdit Traité portant, que l'on doit assigner en paiement au Duc de Savoie la ville de Train, avec autant de Terres dans le Montferrat, que leurs revenus anciens & stables puissent monter jusques à la somme de dix-huit mil écus par chacun an les Ministres du Duc de Mantoüe ont pretendu, que cet écu une se devoit pas entendre de l'écu d'or, ou que du moins l'on ne devoit pas l'evaluër, selon le cours de l'écu d'aujourd'hui. qui est de trente trois florins, parce que cela seroit trop excessif. Que dans les revenus anciens l'on devoit faire entrer la taxe de la Citadelle, ce que les Juifs paient & autres redevances de l'Etat; que les biens en fond ou stables se doivent evaluër à l'égard des feodeaux ou droits Seigneuriaux, & estre tenus & nombrez pour revenus anciens, faisant la prisée d'iceux selon les beaux & loiers de devant la guerre. Surquoi a esté opposé de la part du Duc de Savoie, que l'on ne pouvoit pas mettre au nombre des revenus anciens desdites Terres, ceux qui sont survenus depuis le droit acquis par les Predecesseurs de son Altesse sur le Montferrat, & qu'il faloit que ce fussent revenus de cent ans, ou quatre vingt ans, ou du moins de soixante ans. De plus que ces revenus nouveaux n'estoient & ne devoient être tenus pour bien en fond, parce qu'ils cesseroient lors que lesdites Terres seroient remises au Duc de Savoie, & que pour le regard de la qualité de l'écu elle ne pouvoit s'entendre si non de l'écu d'or, eu égard aux Traitez passez, nommément à l'accord fait avec le deffunt Sieur Duc Ferdinand & de lui signé, & portant que la valeur dudit écu reduite en monnoye, pour le paiement des dixhuit mil écus, devoit estre estimée selon le cours qu'il a és lieux où se doivent recevoir les revenus, & que telle sembloit estre la raison: & enfin que les revenus en fond de Terres ne devoient entrer en parallele des biens & droits Seigneuriaux, parce que lesdites terres, étant en mauvais état, & en partis ruinées par le commandement des Ministres du Duc de Montouë, l'on ne pouroit pas recevoir les fruits de long-tems, & que mesme l'on n'y devoit point avoir d'égard, ni en faire aucun estat, parce que la pluspart d'iceux estoient acquis de nouveau & unis à la Chambre de

Mot-n

Montferrat. Or aprés plusieurs choses alleguées de part & d'autre, qui pouvoient faire des difficultez, à l'execution des Traitez de Paix, contraires à la bonne volonté de leurs Majestez, cejourd'hui les susdits Sieurs encore que par le Traité de Ratisbonne il soit dit, que ledit Sieur Duc de Savoie aura dix huit mil escus de revenu; neanmoins attendu la valeur & qualité de l'escu & des biens qui se donnent audit Sieur Duc de Savoie, & en vertu de leurs Commissions & Pouvoirs, pour lever tout le contraste qui pouroit survenir sur ce sujet, ont conclu, arresté & determiné ce qui s'ensuit. Promettans & s'obligeans pour son Altesse de Savoie le Sieur Baron Mathias Gallasso: & pour son Altesse de Mantouë, les Sieurs de Thoiras & Servient, de faire agréer & ratifier le present accord; Sçavoir, que son Altesse de Savoie en son nom & de ses successeurs Princes & Princesses de sa Maison, pour toutes les pretentions tant anciennes, que nouvelles, qu'il peut avoir sur les Duchez & Terres de Mantouë & de Montferrat, ausquelles même sadite Altesse renonce en la meilleure & plus parfaite forme qu'il le peut en faveur de son Altesse de Mantouë & ses successeurs, se contentera de la somme de quinze mil escus d'or de revenu, à prendre sur autant de Terres qu'il appartiendra & suffira, du nombre de celles ci aprés specifiées dans un cahier à part & signé desdits Sieurs Deputez & aians pleinpouvoir, compris entre les revenus anciens d'icelles, l'Ordinaire, la Gabelle du Sel, la Dace, les Insinuations ou Enregistremens & le Salpetre. Que l'escu ne sera pas evalué à la valeur courante de l'escu d'or, pour ce qui touche les revenus & choses qui se paient en argent, mais reduit seulement à vint-huit florins. Que l'estimation des Terres & biens de fond se fera sur le pied de ce que rapportoient lesdites Terres avant la guerre: & que pour cet effet ils doivent estre tenus pour revenus nouveaux paiables à trois pour cent, & jugeans lesdits Sieurs Deputez n'estre pas raisonnable que son Altesse de Mantouë perde le sur plus des biens & emolumens provenans desdites Terres, & dont ses devanciers ont joui, comme la taxe de la Citadelle, celle des Juifs, des Contrats & des Cartes, ont ordonné & dit que son Altesse de Savoie les paiera a son Altesse de Mantouë comme encore les biens stables à raison de trois pour cent, & ce dans dix huit mois au plus, montant le tout à de laquelle somme son Altesse de Mantoüe poura disposer comme il lui plaira. Et au cas mesme que ledit Duc de Mantouë voulut emploier ladite somme en achat de Terres limitrophes de ses Etats, ledit Duc de Savoie & le Sieur Baron de Gallasso promettent de s'emploier vers l'Empereur, ou tout autre que besoin sera pour lui en faire donner les permissions: & pour assurance desdits deniers, son Altesse de Savoie mettra & déposera és mains d'un notable Bourgeois, ou Marchand de Lyon ou de Paris, dont les parties conviendront, des bagues & joiaux montant à ladite somme, avec declaration que ledit terme de dix-huit mois passé & expiré, ledit Bourgeois ou Marchand à la premiere & simple demande, qui lui en sera faite de la part de son Altesse de Mantouë, & sans en donner autre avis à son Altesse de Savoie, poura & sera obligé de vendre lesdites bagues, & du prix en paier son Altesse de Mantoüe; & se fera la consignation desdites bagues avant que son Altesse de Savoie prenne possession des Terres qui lui seront adjugées, si ce n'estoit que d'ailleurs il pust assurer le paiement, ou satisfaire à son Altesse de Mantouë. Que tous les droits qui sont deus par les Communautez & par les particuliers, mesme à la Chambre de Montferrat, se paieront encore par son Altesse de Mantouë, au mesme prix qu'ils ont esté achetez.

II.

Que moiennant le paiement desdits quinze mil livres annuels sur lesdites Terres fait à son Altesse de Savoie, elle sera obligée de paier à la Serenissime Infante Marguerite, Duchesse de Mantouë, sa Dot, & l'augment de sa Dot & ses bagues, & tout ce qu'elle sçauroit pretendre, & en acquitera & indemnisera le Duc de Mantouë & ses heritiers. Comme aussi de toute autre demande que lad. Serenissime Infante pouroit lui faire, & pour demeurer quitte de ladite Dot, assignera & donnera le Duc de Savoie à ladite Serenissime Infante trois Terres prés de Cazal, sçavoir, la Motte, les Rives & Gonstanzane, & ce pour le prix de cent mil escus, s'obligeant de faire valoir le revenu desdites Terres par chacun an à trois mil escus d'or effectifs, restant à sadite Altesse de Savoie la Souveraineté desdites Terres avec pouvoir de les racheter; & en cas qu'elle ne les rachete, poura ladite Serenissime Infante en disposer comme & en faveur de qui il lui plaira, pour en jouir aux mesmes droits qu'elle les tient. Et pour le sur plus de ladite Dot, augment, interest, ou telle autre somme pour ce regard que le Duc de Savoie sera tenu de paier, il la fournira dans quatre ans, pendant lesquels il paiera les interests tels qu'il accordera avec ladite Serenissime Infante.

III.

Le droit de patronage, & la libre nomination de l'Abbaie de Lucedio, & la Souveraineté des lieux, biens & granges dépendans de ladite Abbaie, enclavez dans l'étendue des Terres, Places & Ressorts que l'on donne au Duc de Savoie, demeureront comme autrefois au Duc de Mantouë, & ses successeurs Ducs de Montferrat: & quant à la Justice dudit lieu de Lucedio & membres dépendans d'icelui, demeurera à l'Abbe comme auparavant, & les secondes instances ou appellations se vuideront par les Deputez de l'Abbé ou du Senat de Cazal, comme il s'est pratiqué par le passé. Et neanmoins les Membres & Terres de ladite Abbaie, qui par ci-devant estoient enclavez és Etats du Duc de Savoie, demeureront en l'estat qu'ils estoient auparavant la guerre.

IV. Son

IV.

Son Altesse de Savoie souffrira que l'on tire tous les ans dix mil sacs de grain pour la necessité de Cazal & autres victuailles; au prix qui courra és Marchez les plus voisins; sçavoir, six mil sacs de bled, moitié froment & moitié seigle, & quatre mil sacs, moitié legume & moitié ris; & ce sans paier aucune imposition ou traite-foraine, à la charge que ladite taite & levée de grains se fera au plustard dans le mois de Novembre, lequel passé l'on n'enlevera plus aucuns grains, ni pretendra de les pouvoir lever au double l'année suivante.

V.

Le Sieur Duc de Savoie sera obligé de paier tous les fiefs ou paction d'iceux, ou tous tels autres biens de quelque nature que ce soit, qui seront devolus à la Chambre du Sieur Duc de Mantouë, & ce à raison de - - - pour cent, à commencer du jour que led. Sieur Duc de Mantouë en aura connoissance jusq' à hui; à cause des guerres.

VI.

Les sujets du Duc de Mantouë, qui par le passé alloient moudre ez Moulins des Terres que l'on donnera au Sieur Duc de Savoie, seront doresnavant libres, & pouront aller moudre où bon leur semblera.

VII.

Tous les droits de patronage que les vassaux & sujets du Duc de Mantouë avoient dans les Terres que l'on donne en paiement au Duc de Savoie, demeureront en leur entier, & les Patrons en jouïront librement.

VIII.

Tous les biens de quelque nature & conditions qu'ils soient que l'on a occupez, & dont on jouït par forme de Represaille de part & d'autre, seront restituez sans exception quelconque à leurs Maistres & Proprietaires qui les possedoient avant la guerre, mais neanmoins en l'estat qu'ils sont à present.

IX.

La Navigation sur le Pau sera libre jusqu' à Train, tant à son Altesse de Savoie qu' a son Altesse de Mantouë, & encore à tous leurs sujets & ce sans paier aucuns droits, daces ou gabelles nouvelles, mais seulement les anciennes qui se levoient avant les troubles.

X.

Les Loix, Coutumes & Privileges dont usoient & jouïssoient les sujets du Piedmont & Montferrat, demeureront en pratique telle que devant la levée des armes.

XI.

Tous les forçats & prisonniers qui se sont faits depuis la guerre, tant sur les Terres que l'on donne au Duc de Savoie, qu'en tout autre lieu, pour quelque crime & delit que ce soit, seront presentement mis en liberté.

XII.

Les raisons & pretentions que les sujets & vassaux du Duc de Mantouë ont pour le cours des eauës, le droit de passage pour les personnes, hardes & bestiat tant par eau que par terre, les passages, ports & commerces, la liberte d'aller, passer & venir par Felizane, la conduite du sel, & les limites & confins demeureront en l'estat qu'ils estoient avant la guerre, & en jouïra le Duc de Mantouë comme en ont joui les autres Ducs ses devanciers: Et s'il arrive quelque differend pour ce regard, il se vuidera promptement par les Commissaires qui seront nommez des parties dans deux mois de la datte des presentes.

XIII.

Conformement au present accord, le Sieur Duc de Mantouë sera presentement mis en possession des Duchez de Mantouë & de Montferrat, excepté ce qui regarde le Duc de Savoie, lequel sera mis en possession des Terres qui lui sont assignées, si-tost que l'on aura receu l'investiture.

XIV.

Le Sieur Baron Galasso commencera a reconduire en bon ordre les Troupes de l'Empereur vers l'Allemagne, de façon qu'elles se retirent toutes, tant celles qui sont dans le Montferrat, Mantouän, qu'en tout autre lieu, & sans en reserver aucunes, afin que lesdites seigneuries demeurent libres, & soient remises és mains des Deputez de leurs Seigneurs.

XV.

Comme aussi se retireront de l'estat & postes de la seigneurie de Venise toutes les troupes qui y sont à present, & se rendront toutes les places que l'on a occupées dans ladite seigneurie, & se remettra le tout en tel estat qu'il estoit auparavant la guerre, sans qu' à l'avenir l'on puisse troubler ou molester en quelque sorte ou maniere que ce soit pour raison de ladite guerre.

XVI.

L'on commencera à faire ladite retraite des troupes le huitiéme du mois d'Avril courant, & se continuera incessament sans delai, sans desordre, & sans faire ravage aucun par les lieux où elles passeront, & ce jusques à tant que toute l'Armée soit vuidée, excepté qu'il sera laissé garnison suffisante à Mantouë, Porto, & Canetto seulement.

XVII.

Ce mesme jour huitiéme Avril, les Sieurs Mareschal de Thoiras & Servient commenceront à faire retirer d'Italie, de Piedmont & de Savoye, les troupes de sa Majesté trés-Chrétienne, & continueront sans aucunement differer, & ce jusques à tant qu'elles soient toutes retirées, sans commettre par icelles aucun outrage aux lieux où elles passeront, & sans faire aucun dommage aux Etats de son Altesse de Savoie; excepté qu'il sera aussi laissé garnison suffisante à Pignerol, Briqueras, Suze & Avigliane. Les pas & chemins pour aller & venir de France ausdites Places, & de l'une desdites Places aux autres, seront libres; l'on ne pourra

ra neanmoins loger aucune Gendarmerie entre l'une & l'autre desd. Places.

XIIX.

Ce mesme jour le Duc de Savoie sortira de Montcalvo & autres Places qu'il tient dans le Montferrat, excepté celles qui lui appartiendront en vertu du present Traité. De façon que le vingtiéme d'Avril toutes les Places respectivement prises par les Armées de l'Empereur, du Roi de France, & du Duc de Savoie dans le Mantouän, Etat de Venise, Montferrat, Piedmont & Savoie seront de part & d'autre remises és mains de leurs Maistres, excepté Mantouë, Porto & Canetto, Pignerol, Briqueras, Suze & Aviglane, ausquels lieux seulement sera mise garnison suffisante: & au huitiéme du mois Mai prochain au plus-tard, toute l'Armée de l'Empereur sera retirée dans l'Allemague.

XIX.

Le Sieur Baron Galasso promet de donner promptement avis par un Courier expres à sa Majesté Imperiale, du present Traité, lequel receu sadite Majesté donnera au Duc de Mantouë l'investiture des deux Duchez de Mantouë & du Montferrat, & autres Terres dépendantes desdits Etats (excepté celles qui sont assignées au Duc de Savoie, & qui pourront appartenir au Duc de Guastale) conforme aux investitures de ses predecesseurs, & sera apporté en Italie ladite investiture quinze jours aprés la datte des presentes, ou du moins dans ledit tems & terme sera receu & viendra avis de M. de Leon, Ambassadeur du Roi de France vers l'Empereur, ou du Sieur Evesque de Mantouë, que ladite investiture sera expediée & mise en leurs mains.

XX.

Ladite consignation faite, ou l'avis receu, comme dit est, & toute la Gendarmerie retirée de part & d'autre, l'on commencera à demolir les Fortifications, ausquelles demolitions s'emploieront quinze jours seulement, lesquels écheus, bien que les demolitions n'aient esté faites, ne sera differé la restitution susdite.

XXI.

La quinzaine passée, qui échera le vingttroisiéme Mai, le Sieur Baron Galasso retirera la Garnison qu'il avoit laissée à Mantouë: & le mesme jour le Sieur Mareschal de Thoiras rendra au Duc de Savoie Pignerol, Brigueras, Suze & Aviglane, comme dit est, & tout aut mesme tems ledit Sieur Baron Galasso retirera toutes ses troupes, & vuidera tout à fait des Etats, Forts & Passages qu'il tient és Suisses & en la Valteline, toutes lesquelles Places demeureront en la libre disposition des Grisons comme elles estoient avant le soulevement des armes.

XXII.

Pour l'assurance de la restitution desdites places, se bailleront ostages de part & d'autre, dans le tems & terme de quinze jours accordez ci-dessus pour les demolitions; Sçavoir de la part de l'Empereur le Sieur Baron & Colonel Jean-Baptiste Chieza, & les Sieurs aussi Colonels Picolomini & Visleben: & de la part du Roi de France, le Marquis de Tavanes, & les Sieurs de Nerestan & d'Aiguebonne, & se consigneront lesdits ostages és mains de sa Sainteté, laquelle promettra de les garder seurement pour la remise desd. Places, s'obligeant de remettre les ostages és mains de celui qui aura satisfait, & encor les autres ostages de celui qui n'aura satisfait.

XXIII.

L'on delivrera pareillement à la fin du mois courant les prisonniers de guerre, de quelque parti que ce soit, & de quelque qualité & condition qu'ils soient, sans paier aucune rançon; declarans toutes les promesses & accords faits pour leur sortie & liberté, nuls & de nul effet.

XXIV.

Les vassaux & sujets, & qui que ce soit qui en cette occasion de guerre auront suivi l'un ou l'autre des partis, seront receus en grace de leurs Princes, & leur seront rendus leurs biens ou confisquez ou tenus par represailles, & ce dans les Terres de l'Empereur, des deux Couronnes & de Piedmon, Savoie, Mantouë & Montferrat, en l'estat qu'ils se trouveront, sans que pour ce ils puissent jamais estre recherchez par Justice.

XXV.

Sont aussi entendus estre compris en ce Traité les Alliez & Confederez, nommément les Suisses, ceux de Berne & de Valais, & tous autres qui auront assisté durant ces troubles plus l'un que l'autre parti, demeurans les commerces avec iceux, la bonne intelligence, & toutes autres choses en pareil estat qu'elles estoient devant la guerre; sans que pour ce l'on les puisse jamais ou offenser ou molester.

XXVI.

La Liberté du commerce sera remise dans son premier estat parmi les Etats de France, Savoie, Piedmont, Montferrat, Mantouë, Venise, & autres Terres des Princes voisins, avec les mesmes frachises & immunitez dont l'on jouissoit respectivement auparavant les troubles.

XXVII.

Le canon qui estoit dans Mantouë, & autres Places du Mantouän & Montferrat, Savoie & Piedmont se rendra & demeurera és Places où il estoit.

XXVIII.

Se rendront encor les artilleries par les Sieurs Ministres d'Espagne, prises és Places de Pontesture, Nisse, & Ponson.

XXIX.

Le Sieur Baron Galasso promet (attendu qu'il est ainsi arresté au Traité de Ratisbonne) que les Troupes de Sa Majesté Catolique ne demeureront dans le Milanois, pour ne donner

donner point de jalousie aux Princes voisins, & qu'elles ne feront dommage aucun és Terres des Princes interessez en cette guerre derniere. Et pour l'execution de cette sienne promesse, & autres contenuës dans ce Traité, lesquelles dependent du pouvoir des Ministres de sa Majesté Catolique, promet ledit Sieur Baron d'entirer d'eux la Ratification, ou de montrer le pouvoir qu'il a de le promettre.

XXX.

Toutes lesquelles choses susdites, ledit Sieur Baron Galasso promet au nom de l'Empereur, en vertu des ordres & pouvoirs qu'il en a, lesquels il declarera bastans & suffisans pour l'accomplissement entier des susdits accords. Comme aussi d'autre part lesdits Sieurs Ambassadeurs de France, declareront pareillement que leurs ordres & pouvoirs sont bastans & suffisans pour l'execution perfaite du present, & promettent au nom de sa Majesté Tres-Chrestienne, l'observation d'icelui. Finalement pour faire foi de ce que dessus, deux copies ont esté faites, lesquelles seront signées desdits Sieurs aians pleinpouvoir de leurs Majestez Imperiale & Tres-Chrestienne. Fait à Querasque le sixieme Avril 1631.

MATTHIAS GALASSO.
THOIRAS.
SERVIENT.

Article Secret separé.

Attendu que le Traité de Ratisbonne permet de prendre d'autres seuretez pour la remise de tous les passages & forts occupez és Grisons, à cause que ceux des ostages ne se sont pas trouvez suffisans; par le present article secret, lequel aura mesme force & vertu que le Traité d'aujourd'hui, l'on est demeuré d'accord que l'on mettra les places de Suze & d'Aviglane és mains des Suisses levez és Cantons Alliez de France & de Savoie, qui les tiendront & garderont au nom de sadite Altesse de Savoie, & jureront & promettront de les lui rendre franchement, sitost que nouvelle assurée sera arrivée de la remise desdits Païs & Forts. Comme aussi jureront & promettront lesdits Suisses ausdits Sieurs Ambassadeurs, qu'au cas que ladite restitution ne se fasse dans le tems dans lequel elle se doit faire, ils remettront lesdites Places de Suze & d'Aviglane és mains du Sieur Mareschal de Thoiras, ou de telle autre personne qu'il plaira au Roi de France.

Dont & de laquelle chose estant deuëment instruit le Sieur Baron Galasso, & pleinement satisfait, il a de nouveau promis la restitution desdits Passages & Forts, faisant paroître la promptitude & le zele qu'a son Excellence en toutes les choses qui concernent le service de l'Empereur pour faciliter la Paix. Fait à Querasque le 6. Avril 1631.

M. GALASSO.
THOIRAS.
SERVIENT.

L'état des Terres assignées au Duc de Savoie dans le Montferrat, conformement au precedent Traité.

Encore que par le Traité d'accommodement fait entre les Ducs de Savoie & de Mantouë, il ait esté cejourd'hui arresté & determiné, que l'on donnera audit Duc de Savoie pour toutes ses pretentions des Terres & biens anciens & stables dans le Montferrat, jusques à la somme de quinze mil écus de rente, chacun desdits écus évalué à vingt-huit florins; neanmoins depuis s'étant lesdites Altesses accordées ensemblement à la somme de quinze mil & cinquante écus, & de plus que l'on feroit un estat particulier desdites Terres; c'est pourquoi cejour d'hui pour l'entiere execution du susdit Traité le Sieur Baron Galasso, Commissaire General de Sa Majesté Imperiale, & aiant pleinpouvoir d'icelle; & le Sieur de Thoiras, Maréchal de France, Lieutenant General des Armées de Sa Majesté Tres-Chrestienne en Italie, avec le Sieur de Servient, Conseiller & Secretaire d'Etat de Sadite Majesté, tous deux ses Ambassadeurs, & aians pleinpouvoir d'icelle, d'un commun consentement ont declaré & declarent que les Terres assignées à Son Altesse de Savoie, pour la satisfaction d'icelle, sont celles ci aprés nommées: Sçavoir, Train, Tricerro, Palazuolo, Fontaneto, Bienza, Carpaneto, Livorno, Salugia, Verrolengo, Rondizzone, Volpiano, Foglizzo, Marzevasco, Cigonio, Caluso, Canclia, Barone, Luceglio, Orio, Lusiglié, Montalengo, San Georgio Favia, Levone, Buzzano, Rivara, Forno, Rocca di Corio, Corio avec tout ce qui est delà le Pau, excepté Morano, Balzola, Villeveuve, & les Granges & Terres de l'Abbaie de Lucedio, située delà le Pau. Item, Brusasco, Cavagunolo, Monteu, Lauriano, San Sebastiano, Castaneto, San Raphaële, Cimena, Castiglione, Cordoüa, Sciolze, Buzzolino, Biazzo, Marcorengo, Tonengo, Cinzano, Moncucco, Verguano, Pogliano, Mondovio, Berzano, Albuguano, Pino, Isola, San Damiano, Guarena, Rocca, Cigliero, Somano, Verduno, Barolo, La Bosia, Grinzano, Perno, Borgomale, Benevello, Rodi, Rodello, Gotta, Secca, Camerana, Camo, Diano, Alba Montelupo & Barbaresco, toutes lesquelles montent à la somme de quinze mille cinquante écus de rente annuelle, & revenu de la nature convenuë; & desquelles Terres ledit Sieur Baron Galasso mettra ou fera mettre en possession sadite Altesse de Savoie, ainsi, qu'il a esté arresté au susdit Traité. Et pour le regard des biens & choses que paye son Altesse de Savoie au Duc de Mantouë, ledit Sieur Duc sera obligé, de l'en faire joüir paisiblement, & l'indemniser de tous les troubles & empechemens qui lui pouront estre faits en la jouissance d'iceux. En foi dequoi lesdits Sieurs ont signé le present acte, à Querasque le 6. Avril 1631.

Ratification du Traité de Querasque par le Duc de Savoie, à Querasque le 26. Avril 1631.

Victor Amedee, par la grace du Dieu Duc de Savoie, Chablais, Aoste & Geneve, Prince & Vicaire

Vicaire perpetuel du S. Empire. Aiant veu le Traité fait & passé en ce lieu de Querasque, de nostre consentement le sixiéme de ce mois, entre le Sieur Baron Galasso, commandant l'Armée de l'Empereur en Italie, & Commissaire General de Sa Majesté Imperiale, aiant plein pouvoir de sa part pour la conclusion & execution de la Paix; & les Sieurs de Thoiras, Maréchal de France, Lieutenant General pour le Roi Tres-Chrestien en son Armée d'Italie, & Servient, Conseiller de Sa Majesté en ses Conseils & Secretaire d'Etat, Ambassadeurs extraordinaires de Sadite Majesté en Italie; & aprés avoir attentivement leu, & meurement consideré chacun des points & articles contenus au dit Traité, duquel la copie est ci-attachée, nous les avons agrée, approuvé & ratifié, agréons, approuvons & ratifions selon leur forme & teneur, tant pour nous, que pour nos heretiers, successeurs & aians cause, & pour cet effet avons signé la presente de nostre propre main; promettant en foi & parole de Prince, de garder, observer & entretenir, faire garder & observer à present & toûjours ledit Traité en tous ses points & articles, pleinement, entierement & inviolablement, sans jamais y contrevenir de nostre part, ni souffrir qu'il y soit contrevenu, directement ou indirectement, en quelque sorte & maniere que ce soit: & à ceci nous avons obligé & obligeons nous & nos successeurs & aians cause, nostre Etat, Païs, Terres, Seigneuries, & Biens presens & à venir. En témoin de quoi nous avons fait sceller cesdites presentes du Sceau de nos Armes. Donné à Querasque le 26. du mois d'Avril 1631.

VICTOR AMEDEE.

Carron.

XL.

Leopoldi, Rom. Imperatoris Rescriptum ad Comitem Vitalianum Borromaeum, Caesareum in Italia Legatum, ut, instructioni suae stricte inhaerendo, à descriptione feudorum Italiae & titulo Commissarii generalis desistat, d. d. 7. Decembr. An. 1677.

Leopoldus &c.

Illustris & Magnifice, fidelis dilecte. Vidimus ex litteris tuis undecima praeterlapsi mensis Augusti ad nos datis, quo Te zelus servitii nostri provehat, ut nimirum, cum e re nostra & Sacri Imperii, proque conservatione feudorum, jurium ac jurisdictionis Caesareae per Italiam, omnino esse duceres, ut feuda per Italiam Imperialia de novo, & particulariter describerentur, tu ad id negotii non solum quendam Sacerdotem Jurium Doctorem, Dominicum, Vasalli, deligendum, sed eum etiam, quo necessariis ad id sumptibus ipsi commodius provideretur, cum Reverentissimo D. Cardinali Pio ad reditum aliquem Ecclesiasticum Romae ipsi impetrandum, tum nobis etiam pro promotorialibus in eam rem nostris commendandum duxeris. Enimvero memineris te alias à nobis jam monitum esse, quod eas adhuc deprehendamus rerum temporumque difficultates atque impedimenta, ut generalem ejusmodi provinciam (qualis haec ipsa est feudorum descriptio) in praesentiarum nemini adhuc demandandam censeamus, ut proinde multo minus fuerit consultum, eam abs te (quem non nisi ad casus repentinos & improvisos, in quibus praesens versatur morae periculum, provisorio modo instruximus) sine praescitu, jussuque nostro cuiquam demandari: prout adeo omnino volumus, ut ab ejusmodi descriptione demandanda, donec è re magis & de tempore nobis ipsis visum fuerit, supersedeas; Interim verò & quae ad feudorum conservationem vel pro Vasallis in ordinem fidemque reducendis, vel alias in rem nostram Imperiique publicam aut notis tu, aut ultro ad te delata fuerint, peculiariter aperias, nostramque desuper resolutionem operiaris. Sanè etiam sicuti Illustrissimus Massae Dux Commissarii Nostri Generalis per Italiam munus, non mediocribus nixus suffragiis, sibi ambit, eidemque Nos in eum, quem ex adjuncta hic copia videbis sensum, respondendum censuimus; Ita eo etiam facilius, vel ex hoc solo assequeris, quam nec illud aut intentioni, aut voluntati, aut praesenti etiam rerum statui conveniat, ut spartae tibi praescriptae limites (ultra eosdem aut titulo, aut re quidquam assumendo) transcendas. De quibus te non sollicitè minus, quam benigne hisce monendum censuimus, nostram quod reliquum est Gratiam Caesaream clementer confirmantes. Datum Viennae die 7. Decembris Anno 1677.

XLI.

Leopoldi, Rom. Imperat. Rescriptum ad Comitem Vitalianum Borromaeum, quo illum de eo, quid circa occupationem feudi Imperialis Frinchi sit agendum, instruit, d. d. 9. Augusti An. 1679.

Leopoldus, Divinâ favente Clementiâ, Electus Romanorum Imperator semper Augustus &c.

Illustris & Magnifice, fidelis dilecte. Ex litteris tuis decimâ nonâ mensis Julii proxime praeteriti datis, clementer vidimus, commissoriales nostras, ratione feudi nostri Imperialis Frinchi sexta Martii, iterumque nona Junii nuperorum datas necdum fuisse tibi redditas: Earum igitur copias pro directione tuâ simulque etiam requisitoriales nostras ad Serenissimam Ducissam Sabaudiae, quarum sensum ex junctâ etiam copia videbis, tibi hisce includendas duximus, benigne denuo monentes, ut rem sedulo

sedulo aggrediaris, Nobisque de ejus successu propediem referas, facturus ita benignam Voluntatem Nostram: Qui, quod reliquum est, gratiam nostram Cæsaream tibi clementer conservamus.

Datum in Civitate Nostra Viennæ, die Nona Mensis Augusti Anno Domini millesimo, sexcentesimo septuagesimo nono, Regnorum Nostrorum Romani vigesimo secundo, Hungarici vigesimo quinto, Bohemici vero vigesimo tertio.

Leopold &c.

Leopoldus Guilelmus, Comes in Kinigsegg.

Inscriptio.

Illustri & Magnifico fideli Nobis dilecto Vitaliano, Comiti Borromæo.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium.

Christoph Beuer.

XLII.

Leopoldi, Roman. Imperatoris Rescriptum ad Mariam Joannam Baptistam, Ducissam Sabaudiæ Tutricem, ut Comitem Vitalianum Borromæum, Cæsareum in Italia Legatum, in executione occupandi Feudi Imperialis Frinchi juvet potius, quam impediat, d. d. 9. Augusti 1679.

Leopoldus &c.

P. P.

QUem in modum nostrum & Sacri Imperii feudum Frinchi cum suis pertinentiis jam à multis retro annis contra ejus Detentores Mazzettos, Fisco seu Cameræ Nostræ Imperiali adjudicatum fuerit, Dilectionem Vestram haud latere arbitramur, & poterit id ex sententiæ declaratoriæ hic appositæ copia de eo fusius percipere. Ejus autem sententiæ executionem, cum temporis vicissitudo subinde retardaverit, atque remorata hucusque sit; Nunc vero devoluti feudi apprehensionem nostro nomine faciendam, denuo (tit.) Comiti Vitaliano Borromæo, in ejus integritate & comperto nobis obsequendi studio confisi commiserimus; de eo Dilectionem Vestram (in cujus Statu Pedemontano & Territorio Ducatus Sabaudiæ, dictum Frinchi feudum situm est) præmonendam censuimus, Ipsam fiducialiter etiam atque benevole hisce requirentes, ut in ea executione facienda, prædicto Commissario nostro, nedum impedimenti aliquid adferat, aut adferri permittat, sed pro comperto suo cum Justitiæ zelo, tum nobis gratificandi animo atque promptitudine, sua eidem ope, atque authoritate potius assistat, prout ipsam Dilectionem Vestram omnino facturam confidimus: Cui, quod reliquum est, effectum &c. benevolentia gratiaque nostra Cæsarea propense confirmamus. Viennæ 9. Augusti, 1679.

XLIII.

Leopoldi Romanorum Imperatoris Rescriptum adhortatorium ad omnes Italiæ Vasallos, ut ab omnibus illicitis adhærentiis atque conventionibus, in præjudicium Vasallagii Imperio Romano debiti factis, desistant, d. d. 13. Mart. An. 1687.

Leopoldus.

OMnibus & singulis nostris & Sacri Imperii fidelibus dilectis per Italiam Vasallis & Feudatariis gratiam nostram Cæsaream, & omne bonum. Consiliarius noster Imperialis Aulicus, & Fiscalis, fidelis nobis dilectus Alexander Franciscus Visintainer à Leuenberg, pro muneris sui partibus, quibus eidem pro Sacri Imperii jurium conservatione advigilare, inque eos, qui ejusdem sacris Constitutionibus insuper habitis ex publico damno atque exitio sibi prospicere, atque emolumenta captare satagunt, sedulo inquirere incumbit, graviter nobis conquestus est, quod tametsi pluribus Sacri Imperii Comitiorum Recessibus atque Constitutionibus, inprimis vero recessu anni adhuc 1548. aliisque sancte salubriterque provisum, & sub expressis pœnis iterato vetitum extet, ne quis Vasallorum Subditorumque seipsum, aut Imperii quæcumque membra citra Cæsareum consensum à jurisdictione Imperiali eximat, vel qualicumque prætextu fœdera, adhærentiasve cum quocunque, sive Rege, sive Principe, aut Republica (status, aut conditionis cujuscumque) in Supremi Cæsarum, Sacrique Romani Imperii juris detrimentum, atque præjudicium ineat, constituatve: nonnulli tamen, iis non attentis, aut vero insuper habitis, similes prohibitas adhærentias, quibus Imperialia feuda nostra Jurisdictioni nostræ Cæsareæ tandem subtrahuntur, ineant, constituantque, humillime supplicando, ut pro supra allegatis Imperialibus Constitutionibus æque, ac juribus sartis tectisque conservandis, opportunis sibi contra illos eaque attentata juris remediis subvenire clementer dignaremur: Quibus sane æquissimis ejusdem Consiliarii nostri Imperialis Aulici & Fiscalis precibus, cum vel eo minus deesse debuerimus, quod non solum hujusmodi ausus atque attentata in non leve Cæsareæ nostræ authoritatis & superioritatis præjudicium, Vasallorumque, quibus Imperii fulgor nititur, imminutionem cedant, sed de cætero etiam nobis, vigore Capitula-

tulationis nostræ Cæsareæ, sacras Prædecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum Constitutiones infractas, inviolatasque tueri incumbat; Ideo omnibus & singulis nostris & Sacri Imperii per Italiam Vasallis & Feudatariis authoritate nostra Cæsarea non tantum omnia ejusmodi attentata, atque adhærentias, quas cum quibuscumque (sive Reges illi, Principesque, sive Respublicæ, Status, aut alterius cujuscumque conditionis fuerint) ratione Feudorum nostrorum Imperialium hactenus iniverint, constituerintve, revocamus, cassamus & annullamus, revocatasque, cassas, ac nullas esse declaramus, sed serio quoque, districte, & sub gravissimæ nostræ indignationis, uti ex prædictis Sacri Imperii Constitutionibus expressa pœna mandamus, ut ab omnibus ejusmodi illicitis adhærentiis atque conventionibus prorsus desistant, easque ipsi cassent, annullent, revocent, irritasque, & infectas reddant; Inhibentes simul sub eadem pœna, ne imposterum ejusmodi quicquam in nostrum, Feudorumque nostrorum Imperialium subjectionis præjudicium quærere, inire, atque constituere, aut initis, constitutisve uti audeant, sed in omnibus, & per omnia (uti fidelium Imperii Vasallorum est) nostra, Sacrique Imperii conservatione, atque protectione contenti, eidem plene acquiescant, nisi indignationem nostram Cæsaream, prædictamque pœnam incurrere voluerint; De quo omnes & singulos nostros per Italiam Vasallos & Feudatarios certiores reddere voluimus per præsentes. Viennæ XIII. Martii M.DC. LXXXVII. Regnorum nostrorum Romani vigesimo nono, Hungarici trigesimo secundo, Bohemici vero trigesimo primo. Quod edictum fuit anno M.DC.LXXXXVI. replicatum & publicatum per Commissarium Imperialem Comitem Brüuner in omnibus Feudis Langarum.

XLIV.

Leopoldi, Roman. Imperat. Mandatum avocatorium & inhibitorium ad omnes in Italia Sac. Roman. Imp. Vasallos & Subditos, ut ne Gallis eorumque assectis ullo modo opem ferant, d. d. 9. April 1689.

LEopoldus, divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex &c. Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Comes Tyrolis &c. Universis ac singulis Nostris & Sacri Romani Imperii per Italiam fidelibus dilectis Vasallis & Subditis, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, gratiam nostram Cæsaream & omne bonum. Notum exploratumque Dilectionibus vestris & vobis esse volumus, quod cum Corona Galliæ jam dudum sanciti Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto in universalibus Imperii Comitiis Nos inter & Imperium ex una, & illam ex altera parte, Armistitii vicennalis leges, non tantum multifariam transgressa sit, & contra disertum tam earundem, quam Pacis Westphalicæ & Neomagensis tenorem varia in Imperio loca & proventus usurparit, pontes in Ripa Rheni non sua extruxerit, munimenta in terris Imperii erexerit, sylvas exsciderit, multisque aliis modis Sacri Romani Imperii Status & Subditos afflixerit, sed tandem etiam patientiæ Nostræ impatiens, vel Nostrorum contra Turcas successuum invidia & inexplebili proferendorum limitum suorum cupidine agitata, toties a se datæ & paulo ante renovatæ fidei immemor, conculcato omni Divino, Ecclesiastico & Gentium moratorum Jure, eo ipso tempore, quo Nostri & plurium Imperii Statuum exercitus, conventionum publicarum verbique Regii sanctimonia freti, ad Albam Græcam pro Dei gloria contra infideles decertabant, Nos & Imperium nihil minus suspicantes, quasi ex insidiis nullaque denunciatione prævia infestis armis aggressa sit, Philippiburgum pactorum fiducia necessario præsidio denudatum, summa vi expugnarit, Palatinatum, Franconiam, Sveviam, aliasque ad Rhenum ditiones invaserit, immisso in Agrum & Archi-Episcopatum Coloniensem milite, Nobis & Sacro Romano Imperio Cardinalem Furstenbergium contra legitimam & ab ipso summo Pontifice rite confirmatam Serenissimi Principis Josephi Clementis ex Ducibus Bavariæ electionem pro Archi-Episcopo & Electore Coloniensi obtrudere tentarit, Moguntiam, Wormatiam, Spiram Nemetum, Hailbronnam, Heydelbergam, Franckendalium, Manheimium aliasque Sacro Romano Imperio mediate, seu immediate subjectas urbes & arces, tum vi, tum deditione, certis legibus in suam potestatem redegerit, & nec ipsis Justitiæ Sacris parcendo, supremum Imperii Tribunal, quod in dicta Urbe Spirensi inter atrocissima superiorum bellorum incendia semper intactum manserat, transportatis inde in Galliam Scripturis & Documentis, ad totum Romanum Imperium pertinentibus everterit & dissiparit, Pauperumque & Pupillorum ibidem depositas & asservatas pecunias sibi nefarie vindicarit, contributiones passim immensas extorserit, imo integras urbes, oppida, & ditiones, quantumvis tributa imperata exsolverent, contra datam & ipsius Serenissimi Delphini manu roboratam fidem expilatas, partim delerit incendiis, partim immissis operis tanta rabie, ut nec lapis super lapidem maneret, ab imis sedibus diruerit, & nec ab ipsis templorum tectis Principumque antiquissimis Palatiis impias abstinendo manus solo æquarit, nonnullis in locis robustiores subditos, barbarorum more, in servitutem seu ad portanda in

Gallis arma violenter abegerit, alios frumentis, quæ post tantas exactiones reliqua erant, mulctatos propriis agris jam consitis aratrum inducere coëgerit, omnique in posterum agricultura sub pœna vitæ severissime interdixerit, denique passim omnia, quousque belluina militum suorum inhumanitas pertingere potuit, cæde, ferro, flammis, rapinis, aliisque inter barbaros vix notis, ipsamque Tartarorum & Turcarum crudelitatem ac malitiam excedentibus irarum, sævitiæ, avaritiæ, & libidinis exemplis horrende impleverit, atque etiamnum implere, & insuper juratos Sanctæ Crucis hostes in ultimam Christiani Orbis perniciem stimulare, & ad societatem armorum arctiore secum nexu stringendam sollicitare pergat; Nos cum universis Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus & Statibus in Imperiali nostra urbe Ratisbonæ congregatis, de defendenda & a præsentissimo interitu vindicanda charissimæ Patriæ Nostræ libertate, maturam deliberationem instituerimus, & ab iisdem concordibus omnium animis & suffragiis rogati simus, ut non tantum decreto, & per totum Romanum Imperium publicato universali justissimoque bello pro munere nostro Cæsareo, una secum tam immanes Injurias propulsare, & Imperii salutem & libertatem omnibus viribus asserere contendamus, sed etiam eos, qui prædictam Coronam milite, equis, armis, commeatu, pecunia, aut aliis quibuscunque mediis juverint, pro communibus totius Imperii hostibus habeamus, & speciatim Nostris & Sacri Romani Imperii per Italiam Vasallis, ne memoratæ Coronæ ullo modo adsint ejusdemque execrabiles conatus directe vel indirecte promoveant, severe & sub pœna amissionis Feudorum aliorumque a Nobis & Sacro Romano Imperio in ipsos profectorum beneficiorum serio edicamus. Quemadmodum igitur præmemoratam Electorum, Principum ac Statuum Imperii unanimem sententiam, utpote Jure divino & naturali, & uniuscujusque obligationi congruam, Imperiali Nostra auctoritate approbavimus, & divinæ Justitiæ freti auxilio, arma nostra pro necessaria defensione Imperii expedivimus; sic neminem quidem vestrum a pietate adeo alienum, aut fidei & obligationis suæ immemorem fore speramus, ut tam detestandæ crudelitatis & perfidiæ, quæque inde fluxere, & porro pullulatura sunt criminum participem se reddere, aut hostium infensis conatibus, in ruinam & eversionem patriæ unice vergentibus ullum adminiculum, vel auxilium præbere velit. Nolentes tamen ulla in re Imperialis nostræ sollicitudinis partibus deesse, hinc est, quod de Cæsareæ Nostræ potestatis plenitudine dilectiones vestras & vos benigne juxta ac serio monemus, atque sub gravissima nostra Sacrique Romani Imperii indignatione & pœna amittendorum Feudorum & quorumcunque a nobis & Imperio Romano vobis concessorum privilegiorum, jurium, ac gratiarum, districte inhibendo mandamus, ne quis vestrum cujuscunque ille status, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ extiterit, qui Romano Imperio qualicunque vinculo innexus est, & ejusdem honoribus & prærogativis gaudet, ex quo ei hæc nostra voluntas, sive ex Originalibus Nostris literis, sive ex earundem transsumptis (quibus parem fidem adhiberi volumus) aut alias perspecta fuerit, ullam amplius operam sæpe dictæ Coronæ Galliæ aut ejusdem colligatis & adhærentibus navet; neque auxilia ulla submittat, sed submissa revocet, stipendiis, si quis ea ex vobis apud eandem, vel illius adhærentes meret, renunciet, nec etiam imposterum iis operam suam addicat, neve milite, pecunia, commeatu, annona, re tormentaria, stationibus, transitibus, consiliis, aut alia ratione quacunque iniquissimis eorundem cœptis suffragetur & assistat, nec illicitos cum illis tractatus in præjudicium Imperii ineat, multo minus sponte aut exstimulantibus Europæ turbatoribus Gallis aliisve, sive Regnis & Provinciis Nostris hæreditariis, sive fidelibus Nostris & Imperii Membris aut Vasallis fœderatisve in terris Imperii vel extra illud sub ullo prætextu infesta signa inferat, contra Nos vel illos hostilia machinetur, aut talium moliminum suspicionem præbeat, vel quibuscunque aliis ad id operam studiumve commodet; Dilectiones vestras & Vos propterea benevole benigneque hortantes, ut, si qui forsitan ex earundem & vestris Filiis, Consanguineis, Clientibus, Vasallis, & Subditis, Coronæ Galliæ, aut ejusdem fautoribus & adhærentibus, aut iis etiam, qui Nobis & Imperio ejusque Membris, Vasallis, & Fœderatis adversari velint, militarent, aut alia ratione præsto essent, non tantum eos sub comminatione gravissimarum pœnarum, respective amissionis bonorum feudalium & allodialium, jurium, gratiarum, privilegiorum, municipii, famæ & vitæ avocetis, & contra refractarios confestim severe procedatis, sed etiam vires & operam vestram justæ potius Causæ & in defensionem Imperii alacriter impendatis, ita siquidem Dilectiones Vestræ & Vos de Nobis & Sacro Romano Imperio, nec non in universa Republica Christiana præclare merebimini. Quod si autem aliquis contra expectationem & expressam hancce Nostram & totius Romani Imperii Sanctionem, injustissima Galliæ molimina fovere, eidem, aut ejus adhærentibus aut horum auxiliatoribus ullo modo opem ferre, fautoribusve quibuslibet demum adversariis nostris, aut Fœderatorum Nostrorum, vel contra Nos, aut unum, vel omnes Sacri Romani Imperii Electores, Principes, & Status, aliosve Vasallos & Fœderatos hostilia patrare, seu moliri deprehensus fuerit, is omnibus, quæ a Nobis & eodem Sacro Romano Imperio possidet, beneficiis, juribus & privilegiis se noverit irremissibiliter esse privandum, & a Fisco Nostro Imperiali contra eum sine mora procedendum. Quod ut omnibus tanto magis manifestum fiat, neque ullus causam ignorantiæ prætexere possit, a Dilectionibus Vestris & Vobis benigne postula-

postulamus, ut hanc Nostram declarationem respective in vestris territoriis & districtibus vestris publicari & affigi curetis. Facturæ Dilectiones vestræ & vos rem se & vobis dignam, Nostræque voluntatis & vestræ obligationi consentaneam. Harum fide literarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli Nostri Cæsarei impressione munitarum; quæ dabantur in civitate Nostra Viennæ, die nona mensis Aprilis, Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo nono, Regnorum nostrorum Romani trigesimo primo, Hungarici trigesimo quarto, Bohemici vero trigesimo tertio.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

XLV.

Leopoldi, Roman. Imperat. Rescriptum ad Sac. Romani Imperii in Italia Vasallos, quo inhibet eos, ne quis ex illis vel minimum feudi prædiive Imperialis alienandi, vendendi, distrahendi, aut hypothecandi contractum pactumque, sine Imperatoris agnatorumque suorum consensu prius obtento, cum ullo quocunque inire conetur, d. d. 30. Decembr. An. 1698.

Leopoldus.

Nobilibus nostris, & Sacri Imperii Fidelibus dilectis in Italia Vassallis Imperialibus gratiam nostram Cæsaream, & omne bonum. Nobiles Fideles dilecti. Nobis innotuit quosdam vestrum eo procedere temeritatis, ut, quæ à Nobis & Sacro Romano Imperio possident Feuda, ac prædia, sine nostro & Agnatorum suorum consensu in alios alienent, vendent, ac distrahant, eoque non modo nostris, horumque juribus maximopere officiant, sed & viciniæ illic vestræ tranquillitatem turbent. Quamquam autem vobis ex clientelari, quo nobis & Imperio subestis, jure ac lege jam tum constet, nihil ejusmodi vobis licere; nihilominus vobis pro superabundanti serio, districtè, & sub indignationis nostræ Cæsareæ, feudorumque vestrorum amittendorum pœna inhibemus, ne quisquam vestrum, vel minimum Feudi prædiive Imperialis alienandi, vendendi, distrahendi, aut hypothecandi contractum pactumque, sine Nostra, Agnatorumque vestrorum consensu prius obtento, cum ullo quocunque ineat; Si quis vero in prohibitionis hujus nostræ contemptum secus fecerit, sciat in supra comminatam indignationis nostræ Cæsareæ, Feudorumque suorum ipso facto amittendorum pœnam se certo incursurum. Hæc enim est clementissima voluntas, & jussio nostra Cæsareæ, de qua vos certiores reddere volumus per præsentes manus nostræ subscriptione, & sigilli Cæsarei appressione munitas, quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ die trigesima Decembris Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, Regnorum nostrorum Romani quadragesimo primo, Hungarici quadragesimo quarto, Bohemici vero quadragesimo tertio.

XLVI.

Leopoldi, Roman. Imperat. Monitorium ad S. Rom. Imperii in Italia Vasallos & Feudatarios, ut intra anni spatium feudalia bona Sacro Rom. Imperio jure clientelari obstricta debite recognoscant, & investiturarum renovationem petant, d. d. 2. Decembr. An. 1695.

Leopoldus &c.

Omnibus & singulis Nostris, & Sacri Imperii fidelibus dilectis, per Italiam Vasallis, & Feudatariis, quorum interest, gratiam Nostram Cæsaream, & omne bonum. Eisque notum sit, ad benignissimas aures Nostras pervenisse, quosdam Imperii Vasallos debiti sui Clientelaris & obsequii oblitos feudorum à Nobis, ac Imperio Romano dependentium, sibi, majoribusque suis concessorum, Investituras non amplius requisiisse.

Quanquam igitur illos feudis ejusmodi, ipso facto privatos esse jura velint, nihilominus pro innata clementia Nostra Cæsarea hisce & prius clementissimè, & serio subque reali omnium bonorum feudalium confiscandarum pœna monitos volumus, ut Nos unusquisque illorum, saltem adhuc, & quidem, intra annum & diem, ab earum affixione, proximum, de subjectis bonis ejusmodi feudalibus à Nobis, & Sacro Romano Imperio, jure clientari, relevantibus, debitè recognoscant, & implorent, investiturarumque sibi majoribusque suis olim à Nobis Nostrisque prædecessoribus Romanorum Imperatoribus, aut Regibus concessarum, renovationum petant, nisi illa, ipso facto contrario, confiscata, seque iisdem privatum voluerit. Datum Viennæ 2. Decembris 1695.

XLVII.

Leopoldi, Romanor. Imperatoris Edictum ad Sacri Romani Imp. Feudatarios in Italia, ut de feudis suis quantocius se in aula Cæsareæ investiri curent; d. d. 29. April. An. 1697.

Leopoldus divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirrembergæ, Comes Tyrolis &c. &c.

Omnibus & singulis Nostris Sacrique Imperii in terris ac Provinciæ Italiæ Vasallis, & Feudata-

datariis, fidelibus dilectis, Gratiam nostram Cæsaream, & omne bonum. Quemadmodum providentia Divina, cujus benignitate S. R. I. Sceptrum & Diadema gerimus, Æternæ veritatis verbo, quæ sua, quæ Cæsaris sint, unicuique reddenda decrevit; Ita Nos ejusdem exemplo justitiam in hisce terris administrantes muneri nostro omnino congruum existimamus, ea quæ ad divos Prædecessores Nostros Romanorum Imperatores & Reges, atque modo ad nos & Imperium spectant, solicite non conservare tantum, sed etiam recuperare, ac supremo ac legitimo Domino suo asserere. Postquam igitur certiores redditi sumus, de evidentissimis quorundam feudorum Imperialium, nec non Dignitatum, Jurisdictionum, Præeminentiarum, Privilegiorum, Regalium, aliorumque usurpationibus, per nonnullos seu perversa ipsorum voluntate, seu dolo, seu negligentia sibi arrogatis, quandoquidem Vasalli isti debita recognitione supremi ac Directi Dominii Nostri post tergum relicta, a consveto Homagii fidelitatisque Juramento sese eximere satagant; Ex certa scientia, animoque deliberato, sano & maturo Tribunalis Nostri Imperialis Aulici accedente Consilio, eos qui a Nobis & Prædecessoribus Nostris de Feudis ejusmodi investiti sunt, Auctoritate Nostra Imperiali confirmandos & immittendos, injustosque Detentores & Usurpatores inde removendos esse resolvimus, ac proinde serio, districte benigneque mandamus, ut intra trium mensium terminum ab harum promulgationis & affixionis die proxime computandum, quarum tenori (sive manuscriptæ, sive typo expressæ exhibeantur) plenam fidem haberi cupimus, adeo quidem, ut nullam à transgressoribus, inobedientibus, ac contumacibus vel excusationem vel subterfugium admissuri simus, debeant Vasalli & Feudatarii Nostri vel ad Cancellariam Nostram Imperialem, vel in manus Nostras, sive ad manus Oratoris Nostri Cæsarei, Illustris ac Generosi Consiliarii Nostri Arcani, Camerarii, Sacrique Imperii fidelis dilecti Georgii Adami Comitis de Martinitz &c. aliorumque nostrorum Agentium dare, ac dedisse designationem authenticam & feudalem, non modo feudorum, sed etiam Dignitatum, Jurisdictionum ac Præeminentiarum, Privilegiorum, Regalium, cujuscunque ea generis existant, quæ quilibet ipsorum quantumvis etiam ex linea spuria prodiens, retinet, aut eorum Majores & Antecessores retinuerunt, sive investitura, sive concessione, sive donatione Cæsarea, sive quocunque alio modo, aut forma, quamvis hic non expressis, & quæ exprimi debuissent, quemadmodum ea omnia pro expressis haberi volumus; Serio insuper præcipientes, ut simul quoque supplicem libellum pro confirmatione, renovatione investituræ, novaque concessione rite exhibeant, quorum precibus benignas aures præbituri simus, concessurique ipsis omnia ista cum iisdem conditionibus, præeminentiis & qualitatibus, quibus semetipsos, aut majores suos gavisos esse probaverint, & quidem citra distinctionem, an a linea masculina, an vero à fœminina, supplicationes ejusmodi procedant; & quo majores stimulos addamus eorum animis, qui potiori jure Feuda Imperialia, Jurisdictiones, Dignitates, Præeminentias, Privilegia, & Regalia prætendunt, quoque vigilantiores eos ad Clementiam Nostram pro Confirmatione, Renovatione Investituræ, Concessionisque Cæsareæ implorandam reddamus, locum iis præcipue dabimus, qui intra præscriptum terminum primi nobis supplicaverint. Quod si forte feuda ista aut bona ære alieno, impositionibus, illegitimisque distractionibus, & citra Imperialem licentiam & consensum gravata reperirentur, ea nihilominus ipsis confirmanda & respective cum infeudatione & investitura libera, exempta, & immunia concedenda decernimus. Quandoquidem pro Imperiali Nostra Clementia & Magnanimitate omnibus iis Vasallis nostris ac feudatariis, qui patentibus hisce literis nostris Cæsareis debite obtemperabunt, Gratiam impertiri intendimus, confirmantes, infeudantes de novo, & condonantes, supplentesque tam commissionis, quam omissionis defectus, sive ab ipsismet Vasallis, sive ab eorum majoribus, fraudulenter licet, atque etiam ut cuipiam alii, quanquam illegitimo Domino se subjicerent, commissos. Cumque humana malitia ac perversitas quempiam Vasallorum nostrorum eo audaciæ adigere posset, ut oblata hac Imperiali & paterna Clementia abuteretur; Nos ad cœcam illorum mentem, quantum possibile fit, illuminandam, harum quoque vigore notum facimus, quod elapso trium mensium termino hisce præfixo si ea, quæ hactenus enunciavimus & præcepimus, non adimpleverint, paritionemque debitam non præstiterint, aliis literis patentibus tunc publicandis inobedientes & contumaces feudis, Dignitatibus, Jurisdictionibus, Præeminentiis, Privilegiis, & Regalibus exutos, & tanquam veros usurpatores ac rebelles severe ac sine spe veniæ punitos & tractatos, eademque feuda, & Dignitates, Jurisdictiones, præeminentias & regalia aliis collata nominatim declaraturi simus. Utque eo magis prædictorum malitiæ ac cœcitati obviam eamus, volumus, ut unicuique liberum licitumque sit de Vasallis Feudatariis hisce literis nostris morem non gerentibus, uti etiam de ipsorum Dignitatibus, Jurisdictionibus, Præeminentiis, Privilegiis, & Regalibus subdictis, cujuscunque generis probationes afferre; Quodsi delatores eas probationes attulerint, ejusque fuerint conditionis, ut feudorum, Dignitatum, Jurisdictionum, præeminentiarum, privilegiorum atque regalium celatorum capaces, desiderantesque censeri queant, hos ipsos delatores ad dimidium rei vero valore minus investiendos ac infeudandos; Si vero tales non reperiantur in summo secreto sumptibus Cameræ Nostræ Imperialis Aulicæ adæquate & secundum munificentiam nostram Cæsaream, tertia parte veri valoris eorum, quæ per dictas cujuscunque generis probationes revelata erunt, decernimus remunerandos, non obstante

ftante, quod probationes iftæ allatæ in Actis & Regiftris Noftris Imperialibus inventæ fuerint. Hæc enim eft feria mens ac voluntas noftra, qua pariter declaramus, ut poftquam hæ literæ noftræ a Nuncio vel Curfore, feu Nunciis ac Curforibus hunc in finem a dicto Oratore Noftro Imperiali Comite de Martinitz Romæ toties quoties opus fuerit deputandis, quibus peculiariter facultates ad hunc eundem fcopum neceffarias & opportunas hifce clementer tribuimus, in publicis Civitatum, Terrarum Caftellorumque locis affixæ, vel alio modo publicatæ fuerint, eædem unumquemque dd. Vafallorum ac Feudatariorum ita ad paritionem adftringant, & obligent, quafi ejusdem perfonæ, ac propriis manibus confignatæ intimatæque fuiffent, quatenus prædictam indignationem noftram Cæfaream ac fupra recenfitas pœnas evitare voluerit. Datum in civitate noftra Viennæ d. 29. Apr. 1697. Regnorum Noftrorum Romani 39. Hungarici 42. Bohemici 41.

Leopoldus. (L. S.)
V. C. Sebaft. Wunibaldus Comes a Zeyhl.
Ad Mandatum C. M. proprium.
Franciscus Winandus de Bertram m. p.

Nota: Publicavit & affixit Orator Cæfareus hoc Edictum ante immune Palatium Imperiale Romæ, ut ad omnium Vafallorum perveniret notitiam; fed ut optime facta non femper concomitatur debitus Juftitiæ fervor, fic minus conveniente apprehenfione perfuafus fummus Pontifex, & velut violatæ fuæ Jurisdictionis fervore commotus, non folum Contra-Edictum publicis typis evulgavit, fed acerbas etiam literas ad Auguftisfimum dedit.

XLIIX.

Edictum nomine Innocentii XII. Pontificis Maximi contra antea infertum Edictum, Romæ in quibusdam locis affixum, publicatum d. d. 17. Junii An. 1697.

Pauluzzo Vefcovo di Paleftrina, Card. Altieri della S. R. C. Cammerlengo. Effendo fequita in alicuni luoghi di queft' Alma Città di Roma publica affisfione d'un' Editto, ò Lettere patenti: E benche à detta affisfione non fi poteffe, ne doveffe in alcum modo venire, fenza l'efpreffa licenza è confenfo della Santità di Noftro Signore, non competendo tal Giurisdittione in Roma, e nello ftato temporale della Santa Romana Chiefa, foggetto unicamente alla fantà Sede Apoftolica, è fommo Pontifice à niuna Perfona in qualunque grado fia di Dignità anchorche Regia ed Imperiale, ed in confequenza refti dett' atto per fe medefimo nullo, di niun valore attentato, è notoriamente turbativo della Giurisdittione della medefima Santa Sede Apoftolica e fuo Pontefice Romano, in ogni modo, accio in alcun tempo non fi poffa allegare detta publica affisfione ò tacito confenfo approbativo di tal'atto: Per debito del Noftro Ufficio di Camerlengo della Santa Romana Chiefa, ed in vigore d'un Chirografo fpeciale fegnato della Santità fua quefto giorno da regiftrarfi col prefente Editto a perpetua memoria netti libri della Rev. Camera Apoftolica à maggior cautela, quando faccia di bifogno, caffiamo, irritiamo, annulliamo, circofcriviamo e dichiariamo di nium vigore, forza ed efficacia, come non foffe ftato fatto il prefato atto di publica affisfione in Roma e qualunque altro, che forfe à queft'ora fi foffe attentativamente fatto, o s'attentaffe fare in auvenire, tanto nella medefima Citta di Roma, quanto in qualunque altro luogho dello Stato della Chiefa, proibendo allegarlo ed addurlo contro l'omnimoda, affoluta e fuprema Autorità è Giurisdittione della prefatta Santa Sede Apoftolica.

E quantumque debba crederfi che in dette lettere patenti o Edito, come fopra affiffo, non fia ftato fentimento di comprendere li poffeffori de Beni Giurisdittionali, ed in qualunque modo Feudali, fituati entro lo Stato Ecclefiaftico come che quefti foggiacciono unicamente all'alto, diretto, fupremo & affoluto Dominio della S. Sede Apoftolica è non di alcun altro Prencipe, ni entedimeno, accio li medefimi Poffeffori fotto pretefto di qualche finiftra o erronea Interpretatione, che forfe fi daffe alle lettere patenti, o Editto fedetti, non incorrino in qualche errore e pregjudicio, ricordiamo à tutti li fubditi, ed altre perfone, che poffiedono entro lo Stato temporale foggetto alla S. Sede, Citta, Terre, Caftelli, ed ogn'altra forte de Beni Feudali, ò Giurisdittionali, le proibitioni è pene contenute nelle conftitutioni Apoftoliche, contro chi ardiffe riconofcere altro Prencipe, che la S. Sede Apoftolica e Pontefice Romano, e quando ne fia di bifogno, di nuovo proibiamo, che niuno di effi Poffeffori prefuma per fe, ò per altri chiedere, ricevere, produrre, ò effibire inveftiture, conferme, conceffioni, ò altro qualfivoglia titulo fopra Beni effiftenti, come fopra, nello Stato Ecclefiaftico, tanto in vigore del prefato Editto nullamente affiffo, quanto per qualfivoglia altra caufa, pretefto, o colore, fi direttamente, come indirettamente, ne fare alcun' atto che poffi importare Omaggio, ricognitione di Feudalità, alto ò fupremo Dominio verfo altere Perfone, Curie, Configli, ò Tribunali mà quelle debba ricevere è riconofcere refpettivamente della S. Sede, alla quale folamente fpetta il fupremo ed affoluto Dominio di tutti li luoghi Feudali, e Giurisdittionali entro il fudetto Stato Ecclefiaftico, fotto le pene della Confiscatione, Ribbellione, Lefa Maeftà, e d'altre, impofte contra ufurpantes bona, Jura & Jurisdictionem S. Sedis Apoftolicæ. Volendo non fuffraghi à niuno l'allegare ignoranza, errore, ò altro pretefto, è che alle dette pene fiano fotto pofte tutte, è fingole Perfone, che controveniffero, niuna eccetuatane, benche foffe degna di fpeciale, e fpecialiffima mentione, e che la publicatione del pre-

presente Editto, con affiggerlo nelle Porte del Palazzo della Cancellaria Apostolica, della Curia di Monte Citatorio, in Campo di Fiore, e negli altri luoghi soliti, adstringa ogn' uno come se à ci ascuno fosse stato præsentato personalmente. Dato dal nostro Palazzo li 17. Giurgno 1697.

P. Card. Altieri Cam.
Innocenzo Meola. Comm. Gen.

XLIX.

Monitorium Leopoldi, Rom. Imperatoris ad Sacri Roman. Imp. in Italia Vasallos & Feudatarios, ne feuda sua, sub pœna caducitatis, alienent, d. d. 22. Februar. An. 1698.

Sacra Cæsarea Majestas, Dominus Noster Clementissimus perquam moleste intellexit, quem in modum ab exteris Ministris id continuo intendatur, ut feuda quædam Imperialia in Italia ad alienas manus transferantur, eumque in finem Vasalli Imperiales, ac inter hos quidem N. N. ad portiones suas feudales alienandas pertrahantur.

Quod, cum in grave Authoritatis Cæsareæ supremique & directi Dominii, tum vero Sacri Romani Imperii detrimentum vergat, altissime dicta sua Majestas, pro munere suo Imperiali perniciosis ejusmodi tractatibus, & conventionibus obviam ire cupiens hujus Cæsarei Decreti vigore memoratis Marchionibus de N. serio, & districte vetat, & inhibet, ne ullum contractum super dicto feudo inire, multo minus possessionem illius, nisi obtento prius à sua Majestate Cæsarea speciali, & expresso consensu, transferre præsumant, quatenus indignationem Cæsaream gravissimam, feudique caducitatem, aliasque severas coercitiones, & pœnas evitare voluerint. Signatum Viennæ 21. Februarii 1698.

L.

Ejusdem Monitorium ad Sacri Romani Imperii in Italia Vasallorum & Feudatariorum Subditos, ut ne novum Dominum aut Vasallum acceptent, multo minus eidem se subjiciant, nisi is prius à Sua Majestate Cæsarea super isto feudo investitus sit, d. d. 22 Februar. An. 1698.

Postquam Sacræ Cæsareæ Majestati, Domino Nostro Clementissimo innotuit, super feudis in Italia diversis, sive eorundem portionibus ad exteras manus alienandis conventiones, & tractatus institui, eumque in finem Vasallos Imperiales variis Ministrorum artibus, atque studiis ad ipsorum partes trahi, idque signanter super feudo N. accidere. Unde per magnum Authoritati Cæsareæ, & Juribus Imperialibus detrimentum inferatur; Ideo altissime dicta sua Majestas nocivis, & illicitis ejusmodi tractatibus, pro supremo munere suo Imperiali, obviam ire cupiens, prænominati feudi Imperialis N. N. communitati, & subditis universis, & singulis, cujuscunque gradus, aut conditionis existant, serio vetat, & inhibet, ne quemquam novum Dominum aut Vasallum acceptent, minus eidem se subjiciant, nisi is prius a Sacra Majestate super isto feudo investitus, litteras Patentes Cæsareas, ad eandem Communitatem, & subditos decretas, una cum Investitura Imperiali producere queat: Cui Voluntati, & Jussioni Cæsareæ dicta Communitas, & Subditi, pro debita Cæsari, ceu directo Domino suo, fide, & obsequii zelo ad amussim obtemperare, neque eidem vel latum unguem contravenire noverint, quatenus indignationem Suæ Majestatis gravissimam, aliasque severas adversiones, & pœnas evitare voluerint. Signatum Viennæ 21. Februarii, An. 1698.

LI.

Leopoldi, Roman. Imperatoris Literæ patentes ad Sacr. Rom. Imp. in Italia Vasallos & Subditos, quibus eos hortatur, ut Gallicano Hispanicoque militi nullam annonam, aut aliud auxilium, vel adminiculum præstent, Cæsareo vero exercitui omni opera benevolentiaque subveniant, d. d. 20. Maji An. 1701.

Leopoldus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus &c. Omnibus Nostris & Sacri Romani Imperii fidelibus dilectis per Italiam Vasallis & Subditis Gratiam Nostram Cæsaream & omne bonum. Quanquam nulli dubitemus, quin pro Vasallagii subjectionisque Clientelaris & fidei Nobis Sacroque Romano Imperio juratæ debito, vos etiam citra monitiones Nostras ita vos hac inprimis rerum turbulentarum tempestate semper sitis realiter monstraturi, ut quod salus patriæ, devotionisque obsequium erga Nos uti Supremum Dominum vestrum sacrumque Imperium exigit, nihil à vobis desiderari queat, pro eo tamen ac Mantuæ & Montisferrati Dux Ferdinandus Carolus rejecto, quod ei Pontificis Romani Sanctitas obtulerat, auxilio militari, spretisque omnibus salutaribus adhortationibus & argumentis eidem nomine Nostro propositis & explicatis, urbem ac fortalitium Mantuæ nulla suadente ratione, nullo urgente periculo, & ne vel unico quidem hostilis tormenti globo provocatus sola Gallici auri aviditate in viciniæ vestræ, & Italiæ universæ perniciem immensumque Nostrum Sacrique Imperii præju-

præjudicium & damnum Gallico atque Hispanico Militi tradidit.

Unde vos harum vigore enixe paterneque monitos volumus, ut Vasallagium fidemque Nobis, Sacroque Romano Imperio sancte juratam pro debito & obligatione vestra laudabiliter firmiterque observantes, non solum Gallo Hispanove Militi nullam annonam, commeatum, apparatumve bellicum, aut aliud auxilium vel adminiculum, quocunque sub prætextu præbeatis, sed etiam illos, illorumque copias militares a terris & cervicibus vestris armata manu atque omni, quo potestis, robore ac vi propulsetis: Nostro vero Exercitui opera, benevolentia atque armis vestris, aliisque necessariis assistatis, ac Nobis solis, jussibusque Nostris Imperialibus vos obedienter submittatis, nec ullam jurisdictionem, nisi Cæsaream nostram agnoscatis, gratiam Nostram Cæsaream, qua jam tum in vos benigne propendemus, magnopere aucturi, nisi sequiorem in eventum interitum & ruinam vestram vos ipsimet vobis concire & adscribere, gravissimasque pœnas incurrere volueritis, de quo vos certiores reddere volumus per præsentes manus nostræ subscriptione & sigilli nostri Cæsarei appressione munitas. Quæ dabantur Laxenburgi die 20. Maji 1701.

LII.

Leopoldi, Roman. Imperatoris Rescriptum ad quosdam Italiæ Principes in Puncto Feloniæ a Duce Mantuæ commissæ, d. d. 20. Maji, Anno 1701.

LEopoldus, Divina favente clementia, electus Romanorum Imperator, semper Augustus.

Serenissime Princeps Charissime.

Nulli sane dubitamus, quin Dilectio Vestra haud fieri potuisse Nobiscum existimaverit, ut Mantuæ Dux Ferdinandus Carolus, rejecto, quod sua Sanctitas ipsi promiserat, auxilio militari bellique nervo ac spretis salutaribus monitis & rationibus, ipsi per Ablegatum illic Nostrum uberius sæpiusque demonstratis, atque Exercitu Nostro jam tum illuc properante, & eo ipso quidem tempore, quo se sine præscitu, consensuve Nostro ne vel quicquam facturum permissumve jurato asseruerat, de tradenda Mantuæ feudi Nostri Imperialis urbe & Castello cum Gallis & Andegavensibus tractaret, imo, nulla suadente ratione, ac ne unico quidem hostilis tormenti globo petitus illam re ipsa dederet. Verum cum aliter acciderit, isque omnis fidei Nobis Sacroque Romano Imperio juratæ immemor præ sola auri Gallici, suæ ipsiusmet, Patriæ totiusque Italiæ saluti præpositi cupiditate, tam nefanda & Principe plane indigna feloniæ labe se contaminare, ac in læsæ Majestatis Nostræ Cæsareæ & rebellionis crimen præcipitare non erubuerit; Profecto non potuimus, quin pro supremo, quo fungimur, officii nostri Cæsarei munere, ea quam tum communes Vasallagii leges, tum Sacri Imperii Constitutiones Nobis præscribunt, severitate in eundem illiusque Consiliarios, inprimis autem N. Perettum & N. Fianum animadverteremus, eosque ad audiendum & videndum bona sua respective caduca & Fisco Imperiali delata esse, addito una officii sui monito, citaremus, subditosque obedientiæ juramento absolveremus, prout etiam hodierna die tû & illos ita citavimus, tum & hos ita absolvimus. Quemadmodum igitur persuasi sumus, Dilectionem Vestram justissimæ ordinationi huic Nostræ Imperiali facile assensuram, ita etiam Nobis certo pollicemur fore, ut & ipsa pro noto Nobis alias ac debito suo fidei intemeratæ zelo, proque juris-jurandi, quo Nobis & Sacro Imperio obstringitur, religione Nobis immota adhærescat, neque Gallicis vel Andegavensibus Hispanicisque copiis militaribus Ducatum Mediolanensem, aliaque feuda Nostra Imperialia contra fas & nefas usurpantibus & depopulantibus vel minimo adminiculo assistat, quin illos potius a se terrisque ac finibus suis vi & armis avertat & propulset, Exercitus vero Nostros omni benevolentia, hospitalitate, atque adjumento prosequatur.

Cedet hoc ad majorem Dilectionis Vestræ gloriam & commune Imperii Romani, præsertim vero viciniæ suæ totiusque Italiæ restaurationem & incrementum, utpote quod & Nos, qua possumus ac debemus sollicitudine & opera indefesse promovere Divina, qua confidimus, sub ope, non intermittemus. Quod reliquum est, gratiæ ac benevolentiæ Nostræ Cæsareæ affectu eandem complectimur. Laxenburgi 20. Maji 1701.

Nota: Præinsertum Rescriptum ad Magnum Hetruriæ, Parmæ, Mutinæ, Guastallæ & Mirandulæ Duces mutat. mutand. transmissum.

LIII.

Breve Clementis XI. Pontificis Maximi, ad Josephum Rom. Imperat. quo serio graviterque conqueritur, milites ejus in ditionibus Patrimonio Petri subjectis hyberna occupatum venisse; eos vero, nisi confestim iisdem excedant, vi expulsum iri minitatur, d. d. 4. Januarii, Anno 1707.

CHarissimo in Christo Filio nostro Josepho, Hungariæ & Bohemiæ Regi illustri, in Romanorum Imperatorem electo.

Clemens Papa XI.

Charissime in Christo Fili noster, Salutem &c. Quæ diebus elapsis Ferraria nobis nunciata sunt

sunt de inopinata Germanorum militum irruptione in nostram Ecclesiasticam ditionem, adeo animum nostrum commoverunt, ut statim ad nos dilectum filium nostrum Vincentium, S. R. E. Cardinalem Grimanum advocaverimus, cum eo de illata nobis atque Apostolicæ sedi injuria graviter expostulantes, ipsique injungentes, ut sedulis officiis suis apud dilectum filium, Nobilem Virum, Principem Eugenium a Sabaudia, supremum exercitus tui in Italia moderatorem, ageret, quo nos ex præsentibus malis eximeremur, & quæ majora per hybernas, quas fama ponendas vulgaverat, militum Stationes imminere poterant, evaderemus. Nostras etiam ea de re Apostolicas litteras ad eundem Principem Eugenium adjecimus, quibus acerbum animi nostri sensum de hujusmodi a Ducibus Catholicis in Ecclesiæ contemtum æque ac detrimentum attentatis serio expressimus. Verum emendationis loco, quam petebamus, redditis nuperrime nobis ejusdem Eugenii Principis literis, inutilia verborum officia & varias prorsus excusationes accepimus, necessitatem quandam, seu potius prætextum propulsandorum Majestatis tuæ hostium obtendentes. Misso enim, quod nullus modo Gallorum militum in terris nostris versetur, aut facile rediturus timeatur, quænam tandem necessitas esse, aut fingi potest aliena rapiendi, insontibus nocendi, amicos vexandi, supremam ac liberam Pontificiam jurisdictionem perturbandi, uno verbo in Deum & Ecclesiam peccandi. Iteratis interea nuntiis quotidie admonemur, & illata subditis nostris a cohortibus tuis damna invalescere, & quod prorsus intolerandum & hactenus inauditum est, quorundam Ducum eo usque audaciam processisse, ut & hyberna militum hospitia, & menstruas pro iisdem alendis pecuniarum præstationes ab ipsis Legatis nostris, Ferrariensi & Bononiensi, impudenter expetere, quin etiam integras jam Legiones finibus nostris eo consilio immittere, non sine gravissimo pauperum illorum, & multis recentibus malis afflictorum incolarum, detrimento & exitio, ausi fuerint; Perinde ac si cum aperto hoste, non cum amico Principe, amantissimoque Parente (quales nos erga Majestatem tuam esse scimus, & Deus ipse, qui secreta cordium scrutatur, agnoscit) ac subditis populis ageretur. Quare nos amplius tacere non volentes, aut nostrorum etiam quoad temporalia subditorum necessariam tuitionem ultra differre, ne apud Deum & homines proditæ turpiter Ecclesiasticæ libertatis rei efficiamur, ea quamprimum adhibere remedia constituimus, quæ traditæ nobis divinitus potestati competunt, quæque in tam gravi negotio sine maxima neglecti nostri muneris culpa, omittere non possumus, Absit enim, ut fœdum adeo inferamus crimen gloriæ nostræ, qua tamen non in nobis (gloria enim nostra nihil est) sed in Domino gloriari volumus & debemus. Erit profecto adjutorium nostrum in nomine Domini, qui sperantes in se confundi non patitur, fidenterque cum Propheta clamabimus: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Hi in curribus & in equis, nos autem in nomine Domini. Insimul tamen ad ipsam Majestatem tuam, cujus perspecta nobis insignis pietas & avita, quam a clarissimis Progenitoribus cum sanguine hausisti, erga hanc sanctam Sedem Religio plenam nobis fiduciam parit, querelas nostras paterne quidem, sed ea nihilominus, quæ summum licet immeritum Dei Sacerdotem decet, libertate deferre statuimus, hortantes Te, atque Unigeniti Filii Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi nomine, cujus vices in terris gerimus, enixius requirentes, ut Ecclesiasticam ditionem, quæ Sacrum B. Petri Apostolorum Principis patrimonium existit, inviolatam esse omnino sinas, & S.R.E. quæ non ancilla, sed libera est, jura atque immunitatem a militibus tuis ullo pacto temerari permittas. Longe siquidem a piissima Majestatis tuæ mente absona esse arbitramur tam iniqua militum tuorum facinora atque etiam iniquiora consilia, quæ proinde & indignatus audies, & protinus, ut omnis justitia exigit, emendare juvabis. Quis enim credat passuram aliquando Majestatem tuam arma præcipui Rom. Ecclesiæ defensoris, quo titulo non minus, quam ipsa Imperii administratione gloriaris, contra Romanam ipsam Ecclesiam violenta ejus perturbatione converti, iisdemque Sedi Apostolicæ subjectis populis hostili manu exspoliandis adhiberi, qui paucos ante annos suis ipsis opibus orbavisse æquo animo tulerunt, ut amplissima Augustissimæ Domui tuæ Turcico bello vexatæ subsidia pararentur? Quod quidem ut ipsa per se Majestas tua liquido agnoscit, absque ingenti inclyti nominis tui dedecore, atque universæ Dei Ecclesiæ scandalo, sed & ipsius Imperii tui, Deo ulciscente, damno, animæque tandem verenda pernicie fieri omnino non posset. Speramus itaque ac certo nobis pollicemur, Majestatem tuam agnita causæ, quam sustinemus, justitia, nos gravissimis hisce angustiis illico liberaturam, Sanctæque Ecclesiæ non lædendæ, non onerandæ, non affligendæ, sed tuendæ potius, fovendæ, atque omni beneficiorum genere amplificandæ, studia & cogitationes tuas omnes impensuram. Hæc conservandi, hæc stabiliendi, hæc augendi feliciter Imperii tui tutissima erit ratio, si scilicet, ut sapienter olim prædecessorem quendam tuum sanctissimi Episcopi monuerunt, ita Te sanctæ matris Ecclesiæ memineris filium, ut ejus paci atque tranquillitati prodesse tuum facias principatum. Magis enim Christianum regitur atque propagatur Imperium, dum Ecclesiastico statui consulitur, quam ut in parte quacunque terrarum pro temporali securitate pugnetur. Et Apostolicam benedictionem Majestati tuæ, charissime Fili noster, amantissime impertimur. Datum Romæ die 4. Januarii, 1707.

LIV.

LIV.

Transactio, qua Ludovici XIV. Galliæ Regis nomine, Josepho, Roman. Imperatori promittitur, Lombardiam milite Gallicano & Hispanico, intra termini constituti spatium, fore vacuam, d. d. 13. Mart. An. 1707.

I.

ON abandonnera toutes les Places occupées par les Troupes des deux Couronnes, qui s'evacueront dans la forme & jour, dont on conviendra, & aux conditions suivantes. *Accordé.*

II.

Toutes les Troupes des deux Couronnes, de quelque Nation qu' elles puissent être, tant Cavalerie, Dragons, qu' Infanterie & Husars, & generalement tous les Officiers, & autres, qui composent les Etats Majors des Places, sortiront avec armes, bagages & équipages, Enseignes deployées, avec tous les honneurs de la guerre, dans l' état, ou elles sont presentement, marcheront en gros & en détail à nôtre choix, comme il s' ensuit, pour la commodité des troupes & seront renduës en toute seureté par le plus court chemin a Suze, sans qu' il leur soit fait aucun tort, retard, ni empechemenr à ceux, ni à leurs equipages, ni que sous aucun prétexte on puisse y contrevenir de la maniere qui suit. *Accordé.*

III.

La Garnison de Sestola se rendra à la Mirandole, & pour cet effet l' Ennemi donnera un passeport pour l'y conduire en seureté. *La Garnison est déja prisonniere de guerre.*

IV.

La Garnison de Final partira le 26. du mois present avec dix pieces de canon pour se rendre à Souze par la route qui sera reglée, & les mesures necessaires pour sa seureté, & subsistance jusqu'au dit Suze. *On n' en promet que quatre, sçavoir deux de douze & deux de six livres, lesquelles en cas de difficulté de pouvoir être conduites par Terre pourront être emportées par Mer. De plus sera donné à cette Garnison un Officier General, & un Commissaire de guerre pour la seureté de sa marche, & de sa subsistance.*

V.

La Garnison du Chateau de Milan partira le 20. de ce present mois pour se rendre à Valence, ou elle joindra la Garnison de cette Place pour marcher ensemble droit à Suze avec les memes circonstances. *Elle marchera, sans se detourner, droit à Novare, & joindra le gros à Suze. Celle de Valence sera prise en passant per celle de Cremone. On fera publier au plusvite une suspension generale, ensuite de laquelle le Château donnera des Otages.*

VI.

La Garnison du Chateau de Mirandole partira le 29. de ce present mois, & se rendra à Gualtieri pour se joindre à celle de Mantouë le jour qu' elle y passera. *Accordé.*

VII.

La Garnison de Mantouë partira le premier d'Avril pour passer le lendemain le Po à Borgoforte sur le pont, que nous feront faire, & se rendre à la hauteur du pont de Cremone par le chemin dont on sera convenu. *Accordé.*

VIII.

La Garnison de Sabionetta partira le 1. d' Avril, & ira joindre celle de Cremone par les chemins, & gites, qui lui seront reglez. *Accordé.*

IX.

La Garnison de Cremone passera le Po sur le pont de Cremone.

X.

Toutes les dites Garnisons de la Mirandole, Mantouë, Sabionette & Cremone, s' assembleront au bout du pont de Cremone pour marcher toutes ensemble par les Plaisantin, le Milanois, & les Etats de S. A. R. de Savoye droit à Suze, selon la route, & les gites, dont on sera convenu. *Accordé.*

XI.

Chaque Garnison pourra emmener avec soi dix pieces de canon avec les mêmes equipages que l'Artillerie, & cent coups à tirer par piéce, chaque Soldat & Cavalier pourra porter avec lui vint coups de poudre, & de plomb. *On permet dix piéces pour toutes les places sans y comprendre celles qui ont été accordées pour Final, & on conviendra de l' endrois precis, d' ou elles devront être tirées, savoir quatre de douze, deux de six, & quatre de trois libres avec cinquante coups à tirer pour chacune.*

XII.

En cas que les Gouverneurs des Places ayent quelque chose à ajouter aux presens Articles pour leurs propres interêts, ou de ceux qui composent leur Garnison, on leur accordera ce qu'on ne peut sçavoir, que lors qu'on leur envoyera les ordres pour l' execution de l' evacuation. *Si les Gouverneurs des Places ont quelque chose à ajouter aux dits Articles, on s' entendra avec eux selon la justice.*

XIII.

Aucun deserteur, de quelque Nation qu' il soit, ne sera pris ni rendu. *Il sera permis aux Deserteurs de retourner à leurs Corps; mais en cas qu' ils ne veuillent pas, on ne les prendra pas par force.*

XIV.

Aucun Officier, Soldat, & autre, de quelque caractere qu' ils puissent être de la part des Ennemis, ne pourra se mêler dans les Troupes des deux Couronnes pour debaucher les Soldats, Cavaliers, ou Dragons. *Accordé.*

XV.

Les Chariots necessaires seront fournis gratis tant des endroits dont les Garnisons sortiront, que par tous ailleurs dans leur marche jusqu' à Suze, autant qu'il en faudra pour le transport des effets des Rois, des malades & des Equipages de Troupes, & de ceux des Officiers Generaux. *On passera pour chaque Bataillon trois chariots gratis, & même trois chariots pour chaque Regiment de Cavalerie; le reste des chariots les Ennemis seront obligez de les payer, à la reserve des Officiers Generaux, auxquels on les donnera aussi gratis.*

XVI.

Il sera permis de laisser de nôtre part deux Commissaires de guerre dans les Places du Milanois, ou Piemont à nôtre choix, tant pour prendre soint des malades, qui seront restez dans les Places, à qui il sera donné des routes pour s' en aller en France, quand ils seront gueris, sur le même pied qu' elles auront été données aux Troupes; que pour liquider toutes les dettes, & les affaires, qui n' auront pas été consommées tant en Lombardie qu' en Piemont, moyennant quoi les Commissaires, Tresoriers, Commis, & autres retenus dans Pavie, Alexandrie, Casal & Turin, pour regler les dettes, & assister les prisonniers, auront permission de repasser en France, après qu' ils auront remis aux dits deux Commissaires, qui seront nommez par Mr. le Prince de Vaudemont, le memoire des affaires dont ils étoient chargez. *Accordé. Entendu que l' on ne comprenne pas les munitions & attirails militaires dans les effets des Couronnes, sachant bien que l' on ne parle point de munitions de guerre dans cet article, mais on l' a mis par precaution.*

XVII.

Les Ennemis, & les Pays, ou nous avons fait la Guerre, ne pourront rien repeter sur des chariots fournis dans les marches extraordinaires, & perte des boeufs dans les convois, & pour autres fournitures de foin, paille, & bois faites dans les passages des Troupes pendant que nous en avons été en possession. *Accordé.*

XVIII.

Qu' il sera permis d'evacuer les Hopitaux des Places par barques sur le Po, sans attendre le depart des Troupes, moyennant quoi il sera accordé des Passeports tant pour les barques, malades, blessez, & utenciles; que pour les Commissaires & les Commis, qui doivent avoir soin de leur conduite jusqu' à Chivas, ou il sera fourni des chariots pour mener le tout à Suze, & que si la necessité obligeoit de laisser quelques malades, ou effets dans quelque places du Milanois, ou du Piemont, on les y recevra: bien entendu, que ce seroit aux depens du Roi pour leur subsistance. *Accordé.*

XIX.

Outre les pieces d' Artillerie, que chaque Garnison peut emmener avec soi, on pourra emmener l'Artillerie de Campagne, qui consiste en trente pieces de Canon de tout Calibre, & cinq Mortiers, avec les munitions, que l' on voudra porter à la suite. *Quant au Canon des Places il y a été repondu par l' 11. Article. A l' egard de l' Artillerie de Campagne, on accorde vingt quatre piéces, & 50. coups par piéces, mais point de mortiers.*

XX.

Les Chariots necessaires pour le service de la dite Artillerie seront fournis gratis de la part des Ennemis en cas de besoin. *Outre les Boeufs necessaires pour les pieces de Canon on donnera pour toute l' Artillerie trente Chariots gratis; s' il en faut davantage, les Ennemis les payeront.*

XXI.

Tous les Officiers d' Artillerie & tous les Gens qui la servent, passeront à Suze avec ladite Artillerie aux mêmes conditions que les Troupes. *Accordé.*

EFFETS.

XXII.

Pendent le terme de trois mois à commencer du jour de la signature du Traité, il nous sera permis de tirer tous les vivres & toutes les Munitions de Guerre, qui sont dans les Places, & autres effets appartenans aux deux Couronnes, pour les conduire à Genes, Venize, ou Suze, tant par eau, que par terre, avec les passeports necessaires pour leur seureté en payant les voitures, qui seront fournies, avec liberté pourtant de s' accommoder sur les lieux, soit avec les Commissaires de sa Majesté Imperiale, soit avec les particuliers, ou Juifs qui voudront les acheter. *Quant aux provisions de bouche, qui appartiennent aux Ennemis, il sera permis de les vendre, n' étant pas possible de fournir les voitures pour le transport, on permettra aussi de laisser des Commissaires pendant trois mois pour la vente & la liquidation des dits effets. Les Munitions de Guerre resteront dans les places, hors celle qui sera donnée pour l' Artillerie aussi bien de Campagne, que de Garnison, & distribuée selon ce qui a été accordé aux Troupes.*

XXIII.

L' Intendant, les Commissaires de Guerre, les Generaux de Vivres, Directeurs des Hôpitaux, & des Postes, Ingenieurs, Tresoriers, & generalement tous les employez, dont il sera donné un état par l' Intendant, pourront marcher avec les Troupes, ou separement, en leur fournissant des Passeports pour se rendre en sûreté jusqu' à Suze. *Accordé.*

XXIV.

Les Galliottes pourront être conduites à Venize pour en faire l' usage, que l'on voudra, les Officiers & Matelots des dites Galliotes suivront les Troupes aux mêmes conditions, qui sont specifiées cidessus pour les Troupes & Officiers. *Accordé.*

XXV.

Tous les prisonniers de guerre faits en Italie, de quelque caractere, & de quelque Nation, qu'ils puissent être, nous seront rendus de bonne foi & suivront les Troupes, nous obligeant à rendre dans le terme d'un mois tous ceux, qui sont en France, & qui ne sont pas à portée d' être rendu sur le champ. *Les Prisonniers François, qui se trouvent marquez dans une specification signée à part & entre les mains des Imperiaux actuellement seront rendus, aussi bien que quelques autres qui sont detenus à Roveredo, l' Abadia, & au Corps du General Wetzel; à l' egard des Espagnols, Italiens, Suisses, & Grisons on en usera de même depuis le Colonel en bas, exceptez ceux, qui voudront prendre parti dans les Troupes de l' Empereur, ou de S. A. R. ou s' exempter tout à fait du service. En echange on se contente pour les prisonniers Imperiaux de ce qui a été offert dans l' Article, savoir aussi du Colonel en bas.*

XXVI.

XXVI.

Tous les Suisses, qui ont éte faits prisonniers, & qui se trouvent dans l'Estat de Milan, ou dans leur Pays, seront declarez libres. *Ceux qui n'ont pas pris parti seront censez être compris sous l'Article des prisonniers.*

XXVII.

Le pain, le fourage, & le logement seront fournis gratis par les Ennemis à toutes les susdites Troupes tant de Cavalerie que d'Infanterie, & aux Equipages des Officiers Generaux des Troupes, des Vivres, & de l'Artillerie dans tous les lieux de passage, dont il sera donné un état par l'Intendant, & de quatre jours l'un les Troupes sejourneront, ne faisant aux plus, que dix milles d'Italie par jour. *Le pain & l'avoine, ou autres grains pour les Chevaux ne peuvent pas être donnez gratis, quand l'Ennemi prétend profiter des Magasins, qui sont dans les Places: ainsi ils doivent payer ces especes, ou donner une certaine quantité de farines, & de grains, dont on leur fournira chaque jour, jusques aux frontieres du Piemont: le foin s'accorde gratis, & ou il ne s'en pourra trouver, les Ennemis se contenteront de paille, ou de la sorte du fourage, que l'on y pourra avoir: on accorde de même la marche de dix milles d'Italie par jour, & le sejour au quatrieme.*

XXVIII.

Monsieur & Madame la Princesse de Vaudemont, & tous les Officiers Generaux, de quelque Nation, qu'ils puissent être, marcheront avec les Troupes ou separement à leur choix droit à Suze, par le plus court chemin avec tous leurs Carrosses, Chaises, Equipages, Suites & Domestiques. Il leur sera fourni sur le parti qu'ils prendront les Passeports & Escortes convenables pour leur seureté, le logement & le fourage. *Accordé pour Monsieur & Madame la Princesse de Vaudemont, & les Officiers Generaux, les Suites & Equipages, & on se fie à leur parole, qu'ils ne demanderont, que ce qui sera de pure necessité.*

XXIX.

Il ne sera permis de retenir aucun Officier, Soldat, Valet, ou autre personne pour dettes, puis qu'on offre de laisser des Commissaires pour liquider les dites dettes en toute equité. *Accordé.*

XXX.

Quant aux dettes que Monsieur le Prince de Vaudemont peut avoir dans Milan & le Milanois, il y satisfera en donnant des cautions valables des à present pour la seureté du payement dans le terme de six mois, moyennant quoi main levé lui sera donnée de ses meubles & effects, & la liberté à ses domestiques de faire emballer les susdits meubles & effects, & de les envoyer avec passeport à Genes, ou à Suze, moyennant devoitures, qu'on lui fera fournir en payant: il sera permis à Mr. Carlos Semple, & à la Gorge, deux de ses Domestiques, comme à tout autre, qu'il envoyera pour faire les recherches des meubles, & hardes à lui appartenant, qui auront pû être pris particuliers dans les desordres de l'evacuation de sa maison, de faire toutes les diligences necessaire à cet effet, & en ce cas on demande l'autorité de Mr. le Prince Eugene, & ses ordres pour l'execution de ce que dessus. *On ne fait aucune difficulté de faire rendre les meubles de Mr. le Prince de Vaudemont, pourvu que les creanciers ayent seureté & satisfaction; Et Mr. le Prince Eugene consent de faire intervenir son autorité pour que le tout s'ajuste avec équité & justice.*

XXXI.

La meme chose sera accordée pour tous les meubles & hardes des domestiques de Mr. le Prince du Vaudemont, qui pourront se trouver dans Milan, ou le Milanois, aux quels il sera permis pendant trois mois de les retirer à Genes, ou à Suze. Pour cet effet les dits Domestiques pourront envoyer de leurs valets, ou y aller eux mémes pour faire la recherche de leurs meubles, ou hardes, auxquels il sera fourni des passeports valables pour trois Mois tant pour aller à Milan, que pour les retirer à Genes, ou à Suze. *Accordé hors ce qui n'aura pas été pris, ou dissipé dans le commencement.*

XXXII.

Tous les Officiers Generaux, & particuliers, de quelque Nation, qu'ils puissent être, qui pourront avoir laissé de leurs Bagages dans les Villes du Piémont, ou du Milanois pourront également les retirer à Genes, ou à Suze sur des passeports, qui leur seront donnez quand ils en demanderont. *Accordé hors ce qui n'aura pas été confisqué, ou dissipé dans le commencement.*

XXXIII.

On pourvira à la subsistance, & à la seureté de la marche des Troupes, & de tous ses Equipages jusqu'à Suze. *On pourvira à la seureté de la marche, & sur la subsistance, on y a repondu aux autres Articles précedens.*

XXXIV.

Mr. le Prince de Vaudemont demande à l'Etat de Milan le payement de cinquante mille écus, qui lui sont dus de ses appointements comme Gouverneur General du Milanois echus de les Mois de Septembre 1706. avant que les Ennemis y soient entrez. *On accorde à Mr. le Prince de Vaudemont la liquidation des comptes pour ce qui concerne ses gages ordinaires de Gouverneur de Milan jusqu'au terme exprimé dans l'Article; & au cas, qu'il lui en resulte quelques arrerages, Mr. le Prince Eugene lui fera faire raison par l'Etat de Milan.*

XXXV.

Le même Etat de Milan payera aux Entrepreneurs de l'Artillerie du pain, de munition, fourage, grains, & autres, ce qui leur est dû, & de la maniere, qu'il est stipulé dans les assignations, qui leur ont été données à cet effet par le Magistrat, & l'Etat de Milan. *C'est une discussion, qui regarde l'Etat de Milan, & le Magistrat, & qui sera decidée en justice, à la quelle les ennemis n'ont plus de part.*

XXXVI.

Il sera donné un passeport á Monsieur D. Jean de Herrera Grand Chancelier, qui est à Bologne, pour joindre les Troupes avec son Equipage, & marcher avec elles, ou separement, comme il lui plaira, droit à Suze, ou à Genes par le plus court chemin. Il lui sera permis

mis aussi de pouvoir retirer les effets, qu'il put avoir laissé dans Milan ou le Milanois. *Accordé quant aux effets sur le meme pied de ce qui est dit aux points precedens.*

XXXVII.

En rendant le Modenois il sera permis de faire rendre compte par Mr. de la Consulte de Modene de ce qui est dû au Roi jusqu' à jour de l'evacuation de la Citadelle de Modene des fermes de Modene, & des Billets faits payables à la fin de Septembre dernier par la dite Consulte pour la somme de 22. mille Livres, savoir 12. mille à Mr. de Chemerault, 6. mille à Mr. le Chevalier de Luxenbourg, & 4. mille à Mr. d'Esclainvilliers. *La Citadelle de Modene ayant capitulé, cet Article sera rennoyé à la capitulation de la Citadelle de Modene.*

XXXVIII.

On laissera en pleine liberté sans pouvoir contraindre tous Officiers, Soldats & autres personnes de quelque Nation, caractere ou profession, que ce puisse être, comme aussi leurs familles, de suivre les Troupes, ou de rester dans l'Italie dans leurs emplois, ou metiers, avec la liberté d'emporter avec eux leurs effets, ou de les vendre dans le terme de trois mois sans inquieter en aucune façon ni sous aucun prétexte ceux qui auront servi en quelque qualité que ce soit, les deux Couronnes, ou leur auront été attachez. *Accordé, à la reserve que ceux qui voudront rester apres trois mois auront besoin d'une nouvelle permission.*

XXXIX.

Les Officiers Generaux, particuliers, ou autres, étant au service des deux Couronnes, pourront jouir du bien, qu'ils ont dans le Milanois, le Montferrat, le Modenois, & le Mantouän, ou auront la liberté, pendant un an, d'en pouvoir disposer par vente, ou autrement. *Accordé pour six mois à prendre le parti, qu'ils jugeront à propos.*

XL.

On rendra à Monf. le Duc de Mantouë la partie du Montferrat, qui lui appartient, ou pour équivalent Cremone & le Cremonois avec la meme Neutralité que lui resteront Mantouë & ses Etats, dans lesquels sont compris le Guastallois, & le Bozolois, & qu'il lui sera libre de mettre telle Garnison neutre, qu'il lui plaira, dans Mantouë & Cremone, quand les Troupes des deux Couronnes en sortiront. *Refusé en tous points : on promet cependant la conservation des privileges aux habitans de Mantouë, & aux Juifs y demeurans.*

XLI.

On rendra aussi à Mr. le Duc de Mirandole la Mirandole, & ses Etats. *Répondu par l'article précedent.*

XLII.

Toutes les Bâteaux, & Attirails necessaires pour les ponts sur les passages des Rivieres, qui se trouveront dans la marche des Troupes jusqu' à Suze seront faits, & fournis aux depens des Ennemis, & les ordres de le part des Ennemis seront donnez à cet effet, comme aussi de faire descendre incessamment lex Bâteaux pour achever de construire le pont de Cremone. *Accordé.*

XLIII.

Il sera donné des otages de part & d'autre jusqu' à l'entiere execution du présent Traité, dont S. A. R. de Savoye & Monsieur le Prince Eugene demeureront Garants dans tout son contenu. *Convenu pour deux Officiers, savoir un Marechal de Camp, avec un Colonel, ou un Brigadier; & pour la dite Garantie.* Fait à Milan le 13. de Mars.

(L.S.) Le Comte Schlik. (L.S.) St. Pater.
(L.S.) Le Comte Daun. (L.S.) La Javeliere.

Nous en consequence des ordres & du pouvoir à nous donné par sa Majesté T. C. avons ratifié les conventions ci dessus. Fait à Mantouë le 15. de Mars 1707.

(L.S.) Charles Henri de Lorraine.

Victor Amadée II. par la grace de Dieu Duc de Savoye, Prince de Piemont, Roi de Chypre &c. Supreme General Commandant des Armées de Sa Majesté Imperiale en Italie.

Ayant vû les articles ci-dessus signez par Monf. le Prince Eugene, nous les avons approuvez, ratifiez & confirmez; approuvons, ratifions, & confirmons selon leur forme & teneur; Promettant en foi & parole de Prince de les observer, & faire inviolablement observer, sans y contrevenir, ni permettre qu'il y soit contrevenu directement ni indirectement. En temoin de quoi nous avons signé les presentes de nôtre main, & à icelles fait apposer nôtre séel secret. Donné à Turin le 16. Mars, 1707.

Signé

V. Amadée.

& contresigné

De S. Thomas.

LV.

Manifestum Josephi, Rom. Imperatoris contra Declarationem Clementis XI. Pontificis Maximi, qua hic transactionem de hybernis, inter Exercitum Cæsareum ex una, & Parmæ ac Placentiæ Ducem ex altera parte factam, cassam irritamque declaraverat, d. d. 26. Junii An. 1708.

JOsephus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wurtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri

Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c.

Compertum est omnibus, novissimorumque temporum series demonstrat, quam insigni cura, labore ac sumptu hostes ex Italia ejecti sint, atque huic libertas, quam vis Gallica labefactarat, victricibus Nostris Fœderatisque armis feliciter restituta: ut proinde persuasi omnino fuerimus, neminem potuisse e totius Italiæ Proceribus reperiri, qui non esset gaudium propterea & condignum erga Nos amorem gratitudinemque testaturus.

Verum memorare nunc, haud absque justo doloris sensu, cogimur, Ministros Curiæ Romanæ, seu alieni instinctu genii, seu proprii qualiscunque emolumenti fiducia, eo abreptos esse, ut ausi fuerint, ad stuporem universi, & cum Reipublicæ Christianæ scandalo, sæcularibus in rebus spiritualia arma intentare, & scriptum typo impressum in vulgus edere, tenoris sequentis:

Declaratio Nullitatis Cujusdam Concordiæ in Sedis Apostolicæ, & S. R. E. præjudicium initæ super hybernis stationibus, quas Milites Germani in Ducatu Parmæ, & Placentiæ locarunt: Firmis remanentibus Ecclesiasticis censuris eidem Sedi reservatis, per eos quovis modo incursis, qui tam ea occasione loca Ducatus prædicti invaserunt, & perturbarunt, quam nuperrime onera, & gravamina bonis personarum Ecclesiasticarum ejusdem Ducatus intulerunt. Romæ M. DCC. VII.

Clemens XI. P. P.

AD Apostolatus nostri notitiam non sine gravi animi nostri molestia ante aliquot menses pervenit, quod cum prius, videlicet mense Novembri proxime præterito, nonnullæ Germanorum militum legiones in plura loca Ducatus Parmæ & Placentiæ ex inopinato irrupissent, dictorumque locorum incolis plurima, & sane gravissima damna intulissent, ac insuper legionum hujusmodi Ductores, seu Moderatores hybernas ibidem stationes de facto, ac violenter se figere velle declarassent: nec ad mala ista avertenda quidquam profuissent plures tam a dilecto filio Nobili Viro Francisco Farnesio Parmæ, & Placentiæ Duce, quam a dilectis filiis Communitatibus & hominibus Civitatum Parmen. & Placentin. adductæ rationes, eo potissimum fundamento innixæ, quod Ducatus ipse, & ejus loca prædicta Nobis, & huic Sanctæ Sedi, etiam in temporalibus, mediate subjecta essent, ideoque ab ejusmodi oneribus, ac gravaminibus libera prorsus, & immunia esse deberent; tandem mense Decembri subsequenti, Communitatibus, & hominibus præfatis assentientibus, qui tamen vi, & necessitate coacti, nec alio, quam imminentia graviora mala propulsandi consilio, hæc peragere protestati fuerunt, ipsoque Francisco Duce ob easdem rationes annuente, inita fuit super præmissis quædam concordia in decem capitula, seu articulos distincta, cujus tenor est, qui sequitur, videlicet - - -

Articoli concordati trà S. E. il Sig. Marchese di Priè, come Plenipotentiario di Sua Maestà Cesarea in Italia, in virtù dell' Imperiale Diploma delli 4. Maggio scaduto, e l' Illustrissimo Sig. Governatore Francesco Malpeli Deputato da S. A. Serenissima il Sig. Duca di Parma coll' interuento dell' Illustrissimi Signori Conte Gio. Francesco Marazzani Visconti, e Marchese Annibale Scotti, due Caualieri di questo Publico di Piacenza, dal quale coll' approuazione, e consenso dell' A. S. Serenissima, come da suo benignissimo foglio in data de 20. Nouembre prossimo passato, sopra il regolamento del presente Quartiere d' Inuerno, che si è preso de fatto ne Stati di Parma, e Piacenza, mediante l' ingresso delle Truppe Cesaree, e Collegate, non ostanti li varij ricorsi, e le rimostranze più efficaci fatte dall predetto Sig. Duca, e col mezzo de suoi Ministri, come pure da queste Communità di Parma, e Piacenza, s' è venuto all' accordo infrascritto, affinche si stabilisca il buon ordine e si scansino li maggiori danni, e pregiudizij.

I.

Si è fissato dal sodetto Sig. Marchese Priè per parte del Commissario Cesareo l' ammontare di esso quartiere alla somma di doppie nonantamille di Spagna, ò loro valore, delle quali ne toccheranno doppie sessanta settemille settecento cinquanta alli particolari secolari d' essi due Stati (esclusa la tangente delli Ecclesiastici riservata nell' Articolo nono) da sborsarsi ne termini e modi infrà espressi alla Cassa Cesarea per il mantenimento delle Truppe, che restaranno acquartierate in questi Stati, e de Regimenti di Caualleria, che si sono rimesse per maggior sollieuo di essi, mediante la qual somma sarà buonificato tutto ciò che verrà somministrato in natura dal Paese tanto per le porzioni da bocca, che di Caualli, e douranno pure non meno li Signori Generali, ed Officiali che li Soldati communi (escluse le infrascritte porzioni) pagare pontualmente la Carne, Vino, e tutti li Commestibili, che saranno tassati à giusti prezzi, e seguendo qualche disordine contro il buon regolamento, che se publichera, e stabilirà ne quartieri, sarà riparato con ogni più accurata diligenza da Signori Commandanti de Reggimenti, che douranno obbligare li trasgressori ad vna congrua indennizazzione, la quale oue non si ottenesse col loro mezo, si ricorrerà all' Eccellentissimo Sig. Generale della Caualleria Marchese Visconti Commandante in questo quartiero, che farà dar loro la douuta sodisfazzione.

II.

Hà pure condesceso detto Sig. Marchese di Priè alla compensa di doppie cinquemille dalla total somma delle Doppie 90000. tanto a fauore deg l' Ecclesiastici secondo la loro porzione che de Secolari, in sconto del pane somministrato in occasione del passaggio dell' Armata Cesarea nello scorso mese d' Agosto, di cui si promise la restituzione, come pure del Pane, & altri Commestibili riceuuti in più occasioni, dalle Truppe Assiane, e dal Corpo delli 500. Caualli commandati vltimamente dal Tenente Colonello Sant' Amor, e si è hauuto in ciò pure qualche riguardo alli Carri, che verranno prouedati da essi Stati per la vettura de Grani, ed Auena, che converrà introdurre da varie parti per la sossistenza delle Truppe e per non accrescere la penuria del Paese, cui verrano concessi gl' opportuni Passaporti, che saranno bramati tanto per acqua, che per terra per

l'introduzione pure de Grani, che mancassero al loro bisogno.

III.

Per facilitar maggiormente il Paese al pagamento della sudetta somma spettante à Secolari, si è convenuto per patto espresso, che saranno sborsate le due terze parti, che importano doppie 42500. nel mese d'Aprile, e l'altra terza parte di doppie 21250. mediante l'obbligazione de migliori Banchieri di questi Stati in due termini, cioè la metà nel mese d'Agosto, e l'altra metà in Ottobre dell'anno prossimo venturo, con le quali somme si dichiara da detto Sig. Marchese di Priè, che s'intende sodisfatto per parte del Sig. Duca alle obbligazioni feudali, che gli corrono verso S. Maestà Cesarea.

IV.

Come si è creduto spediente per minore peso di questi Stati di devenire all'erezzione d'un Monte per un Capitale di doppie trenta seimilla, e più, come si publicherà senza ritardo nel mese corrente. Sarà destinato per fondo di esso Monte, che ascenderà a doppie Spagna 36000. e più, un reddito annuo da assegnarsi sopra li proprii effetti di S. A. Serenissima a raggione del cinque per cento, che dal giorno dell'impiego correrà a fauore de Compratori. Si daranno inoltre tutte le cautele possibili per sicurrezza, & indeo di essi Compratori, & a questo fine s'obbligheranno non solo li Publici delle Città di Parma, e Piacenza, ma ancora insolidum sei delle Case più commode, e benestanti, e li migliori Banchieri d'ambedue dette Città, al pontuale pagamento da frutti come sopra di trimestre a termini maturati, & alla restituzione del Capitale in due termini, cioè doppie 18000. in Ottobre dell'anno 1708. e l'altre 18000. o più nello stesso mese del 1709. Perche poi detti Signori hanno dubitato (attese le circostanze de presenti tempi) di non poter ritrouare tutta la somma per riempire il Monte, però si è benignamente accollato S. E. il Sig. Marchese di Priè (nel caso sudetto) di prendere sopra di sè il carico, di trouare una, o più persone, che supplischano sino alla somma di doppie vintimilla nella compra d'esso Monte, la quale fra tanto dall'E. S. sarà compensata in detti termini. Si è però conuenuto, che si pratichino senza ritardo da sudetti Signori tutte le possibili diligenze a Milano, Genoua, o Bologna per rinuenire il più prontamente che si potrà, tutta essa somma, ed oue ciò riesca, & a misura ch'entrerà il denaro, si farà sborsare indilatamente alla Cassa Cesarea di guerra.

V.

Afine d'accertare il punto più essenziale, che si è discusso, cioè il modo di potere stabilire, e combinare col serviggio Cesareo, e la sossistenza delle Truppe, la conseruazione del Paese, e Perciò il sostentamento del Popolo, e del Bestiame (attesi li frequenti passaggi di Truppe, la penuria de grani, e de foraggi, che si proua nel corrente anno per la siccità della scorsa Estate, e le straordinarie inondazioni ultimamente accadute) si è conuenuto, che l'obbligazione per parte del Paese, di prouedere il pane sia puramente ristretta alli tre Reggimenti Imperiali di Cavalleria, e Dragoni, e sarà bonificato per oncie trenta di peso, che importa per cadauna porzione, & oncie dieciotto carne al giorno, che sarà somministrata dal Paese, doppia vna di Spagna al mese, comprese lire dodeci di questa moneta di Piacenza, che saranno pagate per il Vino, che si venderà a Soldati nel Paese stesso a giusti prezzi; Quanto poi alle Truppe di Prussia sarà totalmente a carico del Commissariato Cesareo il prouederle, e l'introdurre grani per la sossistenza loro, e saranno puramente somministrate le vetture dal Paese entro il Territorio; Si farà però l'anticipazione per vn mese di tre milla porzioni di pane ogni giorno, il quale sarà puntualmente restituito in tanto grano della medesima specie; Dourà pur anche somministrarsi il foraggio con Carri del Paese, e distribuirsi, con tutto il miglior ordine, e la più e satta misura che sarà possibile, cioè a ragione di quindeci libre di fieno per ogni porzione da Cauallo, e si prouederà per quattro milla in circa, secondo la ripartizione, specificazione, che sarà data da Commissarii di guerra di Sua Maestà Cesarea, purche si lasci la necessaria sossistenza per il Bestiame, senza la quale non haurebbe potuto questo Paese assumere, ne supplire alle sudette obbligazioni; Si restringerà però esso Bestiame al numero puramente indispensabile alla coltura de terreni, & alla metà delle Vaccherie, e si destineranno pur anche Commissarii da ambe le parti per fare la ricognizione de foraggi, e procurare, che tutto ciò sia posto puntualmente in esecuzione.

VI.

Si è fissato il prezo del foraggio, regolato alle sudette libre 15. al giorno, e due terzi di doppie di Spagna ogni mese, e l'altro terzo per l'auena di libri 8. per porzione, che si somministrarà dal paese fino al fine di Genaro prossimo (passato il qual tempo, sarà tenuto il Commissariato Cesareo a prouederle) con facoltà al Paese medesimo di poter somministrare in diffetto dell'auena sudetta altri grani confaceuoli alla sossistenza della Caualleria Imperiale, secondo vna giusta porzione, che dourà stabilirsi col sudetto Sig. Marchese Generale Visconti, e doue venissero dette porzioni da Cauallo ad essere calcolate a maggiore prezzo nello Stato di Milano, si seguirà la stessa regola.

VII.

Mediante le accennate prestazioni, & obbligazioni, non douranno li sudetti Stati essere astretti, ne soggetti ad alcun'altro peso, toltone il coperto con l'vso del fuoco, lume, e letto, o pure pagliarizzo, secondo il commodo de Paesani per li Soldati in casa de particolari, & esigendosi di più, si farà sodisfare da loro Officiali. Parimente non saranno astretti li Stati sodetti, che a dare il puro coperto, e la legna (in quella quantità, che sarà limitata dal Sig. Generale Visconti) per li Signori Generali, & Officiali, li quali pure non potranno obbligare il Paese a somministrare il foraggio per il loro Caualli, il quale potesse eccedere le porzioni, che sono a loro assegnate &c.

VIII.

Sarà compensato nella detta somma l'ammontare del foraggio per tutti li Reggimenti Cesarei, e Prussiani dal tempo, che sono entrati in questo Paese, o sono Stati di passaggio dal principio dello scorso mese di Novembre, e perche non si può fare presentement un esatto calcolo di tutto ciò, che di foraggio, & auena hanno riceuuto, si dichiara, che per temperamento d'equità si compensarà ogni porzione a quattro quinti di doppia si farà pure rimborsare da Reggimenti il Pane, Carne, e Vino, che si giustificarà essere stato dal sudetto tempo somministrato, o ricauato dal Paese.

Lo

Lo stesso particarà esattamente nell' auuenire per tutte le Truppe che eccorresse di far passare per questi Stati, eccettuato il foraggio in erba, che si sominiſtrarà senza alcun' pagamento del Paese, spirato il termine de quartieri.

IX.

Per eguagliari il peso del presente quartiere, sollevare questi Stati douranno concorrere li Particolari tutti indistintamente, ancorche privilegiatissimi, mentre l' A. S. Serenissima istessa effettivamente concorre per la quota de suoi beni, e come li Ecclesiastici, siano Secolari, o Regolari possedono buona parte de terreni in ambi detti Stati, & hanno già concorso altre volte a quartieri, come pure concorrono anche attualmente per la quarta parte de Secolari al mantenimento de Presidii di Parma e Piacenza, così si riserva il Commissario Cesareo la facoltà nelle dovute, e legitime forme, di ricavare da essi la loro rata fino a doppie ventunmille, e ducento cinquanta, mediante il che restano pure esenti li beni de sudetti Ecclesiastici dalli danni maggiori, che haurebbero potuto patire indistintamente, quando non si fossero divertiti con li sudetti temperamenti, nel che tutto però si protesta per parte de Secolari di non voler havere alcuna parte, ne ingerenza.

X.

Il Sig. Marchese Generale Visconti Commandante di queste Truppe farà osservare ogni più esatta disciplina nelli sudetti quartieri alla mente, e conformità di questo stabilimento, ed invigileranno pure li Signori Commissarii di S. A. Serenissima, e di questi Stati, acciò si adempisca a tutto ciò per parte di essi, & affinche si faccia la più giusta, e proporzionata dispozizione, & distribuzione, de quartieri.

In fede che si è sottoscritta la presente, e munita de respettivi Sigilli: Piazenza nel Convento di S. Savino li 14. Decembre 1706.

Il Marchese di Priè. Francesco Malpeli Governatore, e Delegato: Gio: Francesco Marazzani Visconti. Annibale Scotti.

Porro licet explorati juris esset concordiam prædictam, quam non quidem approbandi, sed penitus, & omnino reprobandi animo præsentibus inserendam duximus, utpote nostrorum, & dictæ Sedis jurium, nec non directi, ac supremi dominii Nobis, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ in Ducatu supradicto competentis manifeste læsivam, nullius prorsus esse roboris, & momenti; ac insuper notum esset fel. rec. Urbanum PP. VIII. Prædecessorem nostrum Apostolicæ Sedis, & Romanæ Ecclesiæ præfata jam jura a quibuscunque præjudicialibus hujusmodi per quasdam suas die V. Junii M. DCXLI. expeditas literas amplissime præservasse; adeoque nulla prorsus opus esset ulteriori declaratione, ad hoc ut eadem concordia, tanquam irrita, inanis, ac invalida ab omnibus haberi deberet: nihilominus cum ad Nos delata res esset occasione petiti a Nobis beneplaciti super iis, quæ in nono capitulo, seu articulo ejusdem concordiæ quoad portionem seu ratam pecuniarum a personis Ecclesiasticis tam Sæcularibus, quam Regularibus Ducatus prædicti persolvendam, sicut præmittitur, conventa fuerant, Nos beneplacitum hujusmodi denegando, concordiam præfatam non modo a Nobis approbari non posse, sed semper reprobari, ac damnari debere non obscure declaravimus; quinimo animo revolventes quam diras, omnique humanæ potestati terribiles censuras, & pœnas irrogent canonicæ sanctiones spiritu Dei conditæ, quæque deterrima ingeminatæ quotannis Ecclesiæ voces imprecentur iis, qui Ecclesiastica jura violant, aut bona diripiunt vel illis damna, & onera divinis, humanisque legibus vetita inferre non verentur, per quasdam nostras ad eundem Franciscum Ducem die V. Januarii proxime præteriti manu nostra conscriptas Literas eos omnes, qui loca prædicta, sicut præmittitur, invadere, illaque, ac supremam jurisdictionem in eis Nobis, & eidem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ competentem perturbare, & vexare temere, & de facto præsumpserunt, censuras, & pœnas supradictas incurrisse, nec eis illas a Nobis quovis modo remissas, vel condonatas intelligi debere, diserte significavimus: sperantes, ubi hæc innotuissent, abunde sufficere posse, ut redirent prævaricatores ad cor, absque eo quod Nos apertius ad severiora procedere cogeremur.

Cum autem, sicut accepimus, non solum studia hæc nostra optato quem sperabamus fructu vacua remanserint, sed quod maxime deplorandum est, personis Ecclesiasticis tam Sæcularibus, quam Regularibus prædictis portionem, seu ratam pecuniarum in dicto nono capitulo, seu articulo, sicut præmittitur, conventam solvere merito recusantibus, eo, quia necessarium ad id nostrum & dictæ Sedis beneplacitum non modo non concessum, sed expresse, ut præfertur, a Nobis denegatum fuerat, inaudito, ac detestabili ausu plures militum turmæ in earumdem personarum Ecclesiasticarum domos, prædia, ac bona immissæ fuerint, ibidem expensis personarum hujusmodi permansuræ, donec illæ tædio affectæ portionem, seu ratam prædictam realiter, & cum effectu persolverint: hæc vero, quæ nonnisi summo omnium recte sentientium horrore, ac mœrore audiri potuerunt, nullatenus tolerabilem libertatis, immunitatis, ac jurisdictionis Ecclesiasticæ violationem important.

Hinc est, quod Nos, qui omnia paternæ charitatis officia, quæ pro ejusmodi tollendis malis sedulo adhibere curavimus, vana hactenus & inania experti fuimus, quique ex commissi Nobis divinitus Pastoralis muneris debito, quorumcumque eidem Romanæ, aliisque inferioribus Ecclesiis, nec non quibusvis personis, & bonis Ecclesiasticis competentium jurium assertores in terris a Domino constituti sumus: tametsi non dubitemus, Venerabiles Fratres Episcopos illarum partium, quorum zelum excitare non prætermisimus, strenue, ac fortiter hac in re muneris sui partes impleturos esse, & forsan etiam jam implevisse, ac insuper certo credamus tam iniqua militum facinora, ac etiam iniquiora consilia longe ab æquissima Charissimi in Christo Filii nostri Josephi Romanorum Regis in Imperatorem electi mente aliena esse, quin imo

imo ipsum in eos, qui illa perpetrarunt, severe, ut omnis justitia exigit, animadversurum esse speremus: nihilominus, ne in tanta Ecclesiæ afflictione diutius silentes, ac Sacerdotibus Ministris Domini inter vestibulum, & altare plorantibus, & dicentibus: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium: otiosi, ac desides, incumbenti Nobis Apostolicæ servitutis officio deesse videamur, ac nimia longanimitate proditæ Ecclesiasticæ libertatis, desertæque turpiter Dei causæ rei efficiamur, exurgentes in Domino, ac tam memorati Urbani Prædecessoris, quam rec. mem. Leonis PP. X. etiam Prædecessoris nostri, qui per quamdam suam octavo Kalen. Junii anno M. DXV. editam constitutionem personas omnes etiam specifica, & individua mentione dignas, quæ Civitates, Terras, & Loca ad dictam Romanam Ecclesiam mediate, vel immediate pertinentia, præsertim vero Parmen. & Placentin. Civitates invasissent, excommunicavit, anatematizavit, ac maledictionis, & damnationis æternæ mucrone percussit, vestigia sectantes; ac insuper Apostolicis literis, quas plurimi Romani Pontifices Prædecessores nostri die Cœnæ Domini legi, & promulgari fecerunt, & Nos similiter singulis annis legi, & promulgari fecimus, ac signanter canonibus decimo octavo, & vigesimo literarum hujusmodi firmiter inhærentes, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præinsertam concordiam, ejusque articulos, & capitula quæcumque cum omnibus, & singulis in eis, eorumque quolibet contentis, ac inde secutis, & quandocumque secuturis, ipso jure nulla, irrita, invalida, injusta, damnata, reprobata, inania, viribusque & effectu penitus, & omnino vacua ab ipso initio fuisse, & esse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum, seu cujuslibet eorum, etiamsi juramento vallata sint, observantiam teneri, imo nec ea a quopiam observari potuisse, vel debuisse, nec ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum etiam coloratum, vel possidendi, aut præscribendi causam acquisitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quandocunque acquiri, vel competere posse, neque illa ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde ac si nunquam emanassent, vel facta non fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo haberi debere, tenore præsentium declaramus. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus damnamus, reprobamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus.

Firmas præterea, ac salvas esse volumus, atque decernimus quascumque censuras, & pœnas Ecclesiasticas, quas ii omnes, qui præmissa perpetrarunt, ab Episcopis supradictis juxta ea, quæ ipsis mandavimus, palam & publice de more denunciandi, vel forsan jam denunciati, tam scilicet, qui terras, & loca Ducatus supradicti, ut præfertur, invadere, perturbare, & prænarratis modis vexare, quam qui prædicta onera, & gravamina personis, ac bonis Ecclesiasticis Ducatus hujusmodi inferre, & imponere per se, vel alios, directe, vel indirecte præsumpserunt, nec non adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes, quocumque tandem gradu, seu dignitate præfulgeant, propter eadem præmissa quovis modo incurrerunt; a quibus post debitam damnorum illatorum refectionem, ac alias condignam Ecclesiæ præstitam satisfactionem, nonnisi a Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo constituti, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, atque cum reincidentia eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari valeant.

Decernentes etiam easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod præfati, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ propter quas eædem præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium, vel habere prætendentium consensus aliove quocumque, etiam quantumlibet magno, ac incogitato, inexcogitabilique defectu, aut ex alio quovis capite a Jure, vel Facto, aut statuto, consuetudine, vel privilegio resultante notari, impugnari, invalidari, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci ullatenus posse, sed ipsas præsentes literas semper, & perpetuo firmas, validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ præfatæ Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstan. præmissis ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus & quatenus opus sit, nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, legibus quo-

quoque, etiam Imperialibus, & municipalibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Apostolicis quibuscumque personis etiam quantumvis sublimibus, specialissima mentione dignis sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis ac pluries iteratis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium, in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXVII. Julii M. DCC. VII. Pontificatus nostri anno septimo.

F. Oliverius.

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo septimo die prima mensis Augusti Indictione 15. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ XI. anno septimo supradictæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ, aliisque locis solitis, & consuetis Urbis per me Benedictum Baldi Apost. Curs.

Sebastianus Vasellius
Magister Curs.

Nos habita declarationis præinsertæ, clausularumque ejus omnium ac singularum attenta consideratione, non possumus non graviter inter cætera ex eo commoveri, quod antiquissima Nostra & Imperii Romani in Italia, atque inde dependentia Ducatus Mediolanensis Jura in Parmam ac Placentiam, velint a Romana Curia, per assertionem dominii quasi sibi competentis, præfidenter convelli, cum plena historiarum fide & ipsis Investiturarum per Prædecessores Nostros Romanorum Imperatores datarum tabulis, aliisque actibus evidentibus, in hunc usque diem constet, directum, supremum & Majestaticum dominium in præfatam Parmam Placentiamque, non nisi Nobis Sacroque Romano Imperio competere, legitimosque Ducatus Mediolanensis Possessores desuper investiri. Ostendi profecto nequit, directum hoc & supremum dominium, reservatumque Majestaticum, ab ullo unquam Imperatore abdicatum esse, aut sine expresso Ejusdem ac Imperii consensu a Ducibus Mediolanensibus abdicari, cedi, vel transferri, multo minus a Curia Romana valide usurpari, ab eave per Duces Parmenses legitime recognosci potuisse. Innuunt hoc plures historiarum libri, & prolixe simul notant, quæ hac in materia pro conservatione Jurium Imperialium non interrupto ordine peracta sint. Neque latet publici status peritos, quantopere Prædecessores Nostri, & speciatim Carolus quintus gloriosæ memoriæ, Cæsarea sua Imperiique Jura, non in curriculo vitæ solum, sed ultimæ etiam voluntatis elogio, sit tuitus testatusque. Et aliunde sat liquet, Imperialia Jura sic esse Imperio innexa, ut ab illo, sine totius assensu, nequaquam separari, multoque minus ab invito per Bullas Pontificias, qualibuscunque fulminum minis refertas, abstrahi & separari queant.

Irritus idcirco labor fuit, & vix non explosione dignus, quo allegati in supratacta Declaratione Pontifices judicium in causa propria arrogare, & ope Bullarum ejusmodi, Jura tertiorum sibi asserere conati sunt. Nec certe potest intelligi, quid in mentem Romanæ venerit Curiæ, quando a militia Nostra bona Ecclesiæ invadi scripsit, cum sciet aut scire saltem debeat, Nostra & Imperii esse feuda, in quæ miles dispertitus est; alimenta quoque vitæ necessaria tantopere per Jus naturæ ac gentium privilegiata haberi, ut possint etiam in territorio neutrali tunc potissimum quæri sumique, cum sustentatio in propriam alentis defensionem præservationemque ab ulteriore hostili damno & periculo cedit: quales circumstantias in præsente inveniri casu, & per Canones, leges, rationemque status, ad communia onera ipsummet Clerum pro pace ac libertate stabilienda obligari, nemo est, qui non videat; præsertim illa in provincia, in qua & mos hujusmodi antiquus circa communionem tributorum militarium servatur, & possessiones Cleri Parmensis tam amplæ existunt, ut quartam Ducatus integri partem pene exsuperent. Indignum itaque Clericali felicitate est visum, quod, cum alii eguerint, ipsa tenacitatem suam prodere, nec cum Laicis, quanquam instanter a Commissario Nostro Imperiali sollicitata, ne ad obulum quidem erogandum, concurrere voluerit, sed pertinaci suo refractarioque inhæserit proposito, quamvis ipse consensus Pontificius pro collectis ad communem necessitatem utilitatemque conferendis, non sine illustri reveren-

verentiæ nota in tractatu per dictum Commissarium Nostrum concluso fuerit reservatus.

Quæ omnia & plura alia, quibus tam provide ac juste ex parte Nostra procedi placuit, adeo luculenta sunt Nostræ æquitatis & Muneris Cæsarei legitime exerciti testimonia, ut, ex quo Juris fonte arcres istæ superius expositæ Censuræ spirituales confestim profluxerint, dispicere haudquaquam valeamus. Fecimus, quod Nostra & Imperii Jura postularunt; & eo quidem modo fecimus, quem Constitutiones Imperii, illarumque usus dictavere, ac singularis etiam observantia, qua communem Christianitatis Patrem Sedemque Apostolicam extra partium studia prosequimur, desiderare visus est; prout Cardinalis Grimani negotiationes complures, tum pro impetrando superfluo Pontificis assensu, tum ad remonstrandum auctoritatis Ecclesiasticæ, præpropere nimis ac perperam adhibitæ, abusum, non uno loco convincunt.

Observamus exempla in simili collectarum & onerum Ecclesiasticorum genere, sed modo agendi prorsus dispari cum hostibus Nostris, ut communem Europæ libertatem infestantibus, & nullo favore dignis; quibus tamen a Romana Curia, vel consensus etiam sæpe contra fas ipsum præbetur subito, vel ita indulgetur conniveturque, ut animositas contraria, qua & Nos liberrime in conspectu totius Mundi impetimur, & aperta Nostra ac Imperii Jura passim verbis, typis, factisque impugnantur, jam pridem duriorem in Nobis motum excitasset, nisi hunc innata bonitas Austriaca & alia momenta intuitu sanctæ Ecclesiæ mollivissent. Et vellemus adhuc ulterius longanimitatem Nostram, etsi jam ab origine Nostri Regiminis Cæsarei sat lacessitam, lubenter manifestam reddere, si in omittendis Nostrorum & Imperii Jurium defensionibus longior mora permissa foret, possemusque erga DEVM & posteros de illa recte excusari; Nunc autem, cum in contrarium a lege Divina & humana, recta ratione, Gentium jure, & aliis justitiæ pietatisque Principiis moneamur.

Hinc omnibus istis ac singulis innixi, nec non juratæ Capitulationis Nostræ Constitutionumque Imperialium memores, adhibito Consiliariorum Nostrorum arcanorum, totiusque Consilii Nostri Imperialis Aulici scrutinio, consultis etiam extraneis præstantibus Theologis, Canonumque & Legum civilium peritis, pro nostrorum atque Imperii Jurium tutela.

Declaramus suprainsertam sic dictæ nullitatis Declarationem, inanem, irritam, & nullam, simulque Excommunicationem in ea expressam, aut si quæ alia hujuscemodi prætenditur, aut prætendi potest, omnino pro invalida reputandam esse, eoque minus hanc subsistere, quo evidentius patet, ejusdem requisita (nimirum peccatum mortale, contumaciam in notabili errore, præviam personarum citationem, &c.) defecisse, ac deficere, scriptumque Romanæ Curiæ, non ad defendendam hæreditatem Domini, sed ad Jura Imperialia super Ducatibus Parmæ ac Placentiæ porro usurpanda, tendere.

Et cum juxta sanctorum Patrum Conciliorumque mentem, non illis, quibus, sed his, a quibus injuste infliguntur, timendæ sint Censuræ, Nos Judici omnis carnis, cordiumque scrutatori, omnipotenti DEO, sicut & cuilibet mortalium ab affectibus libero, discernendum atque æstimandum relinquimus, quid oporteat de ploratu Cleri sentire, qui tunc aures obturatas habet, cum Nostri ac Sacri Romani Imperii hostes in Germanicis Italicisque Provinciis, imo in ipsis Pontificum Ditionibus, Ministros Dei & Ecclesiæ pro libitu opprimunt, crudeliterque discruciant; in Nos vero & Serenissimum ac potentissimum Principem Dominum Carolum tertium Hispaniarum Regem, ac adversus Neapolitanum Regnum Sabaudiæque Ducem, tunc primum insurgit, cum Nobis & justæ causæ nostræ tam prospera affulsere sidera, ut ex hostilibus prævalidisque manibus si cum aliis Italiæ oppressæ Partibus Neapolis & Belgium prodigiose ereptum.

Ad perpetuam præterea rei memoriam tenore præsentium declaramus, & efficacissime, quantum opus, protestamur, nullum omnino Jus, & multo minus directum supremumque dominium in Parmam & Placentiam Sedi Romanæ à Nobis dimitti posse, quin potius omnia & singula suprema dominia, quæ in Prædecessorum Nostrorum Nostrumque præjudicium usurpata sunt unquam, & adhuc usurpantur, quocunque etiam nomine appellentur, Nobis & Sacro Rom. Imp. firmiter reservamus & confirmamus omni meliori forma ac modo; cunctas possessiones illegitimas & prætensiones, exceptis iis, quæ ex magnanimitate & munificentia Cæsarea in antedictam Sedem expressim translatæ sunt, annullando, abolendo & cassando, eoque magis pro nullis, injustis ac invalidis declarando, quo manifestius per se corruit, quicquid Imperatoriæ Majestati, clam palamve, auctoritate propria subtractum est, aut etiam ab Imperatore extra normam debitam alienari nequiit.

Solennissime pariter & speciatim Romanæ contradicimus Curiæ prætensam illam quoad Jura tertiorum bonave temporalia potestatem, quam Bullæ Pontificiæ exercere præsumunt, cum hæ, nec validæ hoc in genere, nec receptæ sint, quibuscunque insigniantur nominibus, & Nos Romanumque Imperium obligare non possint debeantve; neque facultatem Nos ullam admittamus, aut tolerare possimus in sæpe fata Curia, quæ cassare vel annullare conetur ea, quæ Nos vi Muneris Authoritatisque Nostræ Cæsareæ disponimus ac ordinamus; nullatenus dubitantes, quin Conventus universi Imperii, ac omnes ejusdem Electores, Principes, & Status, Vasallique ac subditi, consilio Nobis ac auxilio suo efficace, ubi opus fuerit & ordo rerum demandarit, sint actutum adstituri.

Iterato igitur, & deliberato animo, sanoque & ma-

& maturo accedente consilio, atque ex plenitudine potestatis nostræ Cæsareæ, hisce publice declaramus, contradicimus, abolemus, cassamus, & protestamur, ut supra, solennissimo quo potest fieri, pacto & modo, annullantes, & irritum injustumque decernentes, quicquid in sæpius commemorato superiori scripto quoad formam aut materiam in præjudicium Nostrorum & Sacri Romani Imperii Jurium, vel etiam contra Nostros Ministros, Commissarios, Milites, vel alios quoscunque, exprimitur, aut intellectum videri potest.

Inhibemus quoque omnibus ac singulis Ecclesiasticis ac sæcularibus Nostris & Imperii Vasallis, Ministris ac subditis, sive in terris Ecclesiæ, sive in Ducatibus Parmæ aut Placentiæ, sive alibi existentibus, sub gravissima Nostra & Imperii indignatione, omnium bonorum confiscatione, aliaque pœna, ne quam rationem ejus, quod in adducto scripto continetur, ullam habeant; sed districte mandamus, ut Nostris Jussibus, & Ordinationibus constanter & debite pareant: idem vicissim protectionem Nostram Clementiamque Cæsaream fidelibus ac obedientibus impensuri, non intermittentes monere idcirco etiam modo debito Parmensem Ducem, ut nullum aliud dominium quam Nostrum & dicti Hispaniarum Regis, Fratris Nostri Charissimi, utpote legitimi Ducatus Mediolanensis respective Dominorum & Possessorum, ratione Parmæ ac Placentiæ recognoscat, tum potissimum etiam aliunde in propatulo sit, quod respondere Nobis de Nostris & Sacri Romani Imperii juribus non immerito teneatur.

Rogamus denique Omnipotentem ac Justissimum DEUM, ut ardentem omnibus & sincerum honestæ, fidæ ac perpetuæ pacis concordiæque amorem instillare, Nobismet autem largiri gratiam dignetur, qua continuo & fortiter, quæcunque ad Nos & Sacrum Imperium pertinent, tueri valeamus, cum submississima gratitudine totum id, quod Cæsaris est, divinæ Majestati acceptum ferentes, publicaque hac Declaratione, Protestatione & Reservatione repetita profitentes, circa temporalia Imperii bona & Jura nihil alteri cuipiam, nisi quod expresso prædecessorum Nostrorum & Imperii consensu munitum est, atque in specie nullum dicti Imperii Dominium temporale supremum legitime unquam competere, asseri, aut vindicari posse; iis omnibus ac singulis, quæ secus facta sunt aut reputantur, hisce pro nunc ut ex tunc, & pro tunc ut ex nunc, ac futuris æternum temporibus, quam fieri potest solennissime, gravissime, firmissimeque contradicentes, vigore Diplomatis hujus, Manu Nostra subscripti, & sigillo Nostro Cæsareo muniti, quod datur in Civitate Nostra Viennæ, die vigesima sexta mensis Junii Anno Domini Millesimo septingentesimo octavo, Regnorum Nostrorum Romani decimo nono, Hungarici vigesimo primo, Bohemici vero quarto.

Josephus.

(L.S.)

Vt. Frid. Carolus Comes de Schönborn.

Ad Mandatum Sacr. Cæs. Majestatis proprium

Franciscus Winandus de Bertram.

LVI.

Literæ Collegii Cardinalium ad Josephum, Roman. Imperat. quibus eum submisse rogat, velit, remota procul omni diffidentia, in id sedulo incumbere, ut pristinæ fiduciæ & mutuæ necessitudinis vinculum inter Sacr. Roman. Imperium & Apostolicam Sedem solidius indies coarctetur, d. d. 11. Augusti, Anno 1708.

Miseratione divina, Episcopi, Presbyteri & Diaconi S. R. E. Cardinales, Serenissimo Cæsari Salutem & sinceram in Domino charitatem.

Literis unius Exempli Nobis a Majestate Vestra Cæsarea conscriptis, qua par est reverentia, communi hac epistola, singularis obsequii nostri teste, rescribere satius duximus, ut unus omnium Nostrum sensus eidem facilius & expeditius innotesceret. Vestræ itaque Majestati Cæsareæ certo affirmare possumus, quæ primo loco legimus, velle scilicet Majestatem Vestr. vestigia sui Invictissimi Genitoris sectando, omni filiali observantia summum Pontificem prosequi, ea nos summo gaudio affecisse, quod tamen gaudium non parum perturbavit a Majestate Vestra Cæsar. de ipso Summo Pontifice præconcepta opinio, qua eum ab Augustissimæ Domus Austriacæ rationibus alienum arbitratur, cum longe aliter persuasum sit nobis, animum illius propius spectantibus, sancte constanterque testari valentibus Suam Sanctitatem amore prorsus Paterno erga Majestatem Vestram teneri, quod non indicio tantum & fide nostra, sed & præteritarum & præsentium rerum experimento facile esset comprobare; & quidem Cæsarea quoque Majestas Vestra Nobiscum haud ægre consentiret, nisi abruptum jam diu & quidem importune nimis inter utramque aulam commercium eo rem adduxisset, ut interdicto ipsis prorsus officiis adhuc omnis inde apud Majestatem Vestr. veritati obumbrandæ locus factus esset, relictus eidem revelandæ pene nullus. Nos sane quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, si qui vero aliter Majestati Vestræ forte suadere contendunt, illi quidem non satis Nostrarum rerum consilii, animove præoccupato ac parum æquo esse deprehendentur, & ex his demum esse videntur, a quibus cavendum esse Sacræ

Literæ admonent: A Consiliario serva animam tuam, & Consiliarius sit tibi unus de mille. Jam vero quod attinet declarationem nullitatis concordiæ initæ super hybernis stationibus, quas nuper Cæsarei milites in Ducatu Parmensi locarunt, Majestatem Vestram Cæsaream obsecramus, ne credat summum Pontificem, cum eam concordiam annullaret, de lædendis violandisve ullo pacto Imperialibus Juribus cogitasse, ea enim Jura ad Parmæ & Placentiæ Ditionem minime extendi pro comperto habuit ac habere debuit, cum satis constet tribus abhinc seculis Ducatum illum jure optimo possideri ab Apostolica Sede, directoque summi Pontificis Dominio jam diu subesse tum quidem antea, tum vero postquam Jure Feudi Farnesiis Principibus obvenit, quo nomine ad hæc usque tempora census annuus Cameræ Apostolicæ ab iisdem libere ac publice penditur. Hinc est, quod Augustæ memoriæ Leopoldus Majestatis Vestræ Parens datis die 14. Decembr. 1691. ad S. Memoriæ Innocentium XII. Literis aperte declaravit, Parmæ & Placentiæ Ducem Vasallagio Sanctæ Sedi adstrictum esse, ac rursus, scilicet die 27. Julii 1697. solenni Consilii Aulici Cæsarei decreto professus est, eundem Ducem pauca tantum feuda a Sacra Cæs. Majestate & Sacro Romano Imperio recognoscere. Mirum propterea videri potest, cur hæc omnia ad Majestatis Vestræ Cæs. notitiam deducta non fuerint, nisi & forte consilio clara sint, ut Majestas Vestra a juribus Sacræ Romanæ Ecclesiæ hac etiam in parte tuendis abstraheretur, atque interim locus daretur, malis Consiliariis, Theologis & Canonistis ea præbendi consilia, quæ in adjuncto Literis suis typis impresso libello vulgata sunt. Eum quidem libellum, Augustissime Cæsar, non sine intimo cordis dolore omnes, aliqui etiam Nostrum non sine lacrymis legere valuimus. Siquidem Majestas Vestra æquo & pacato animo expendere velit, quousque abripi se passi fuerint ejusdem libelli autores, quibusve dicendi formulis usi sint, cum de supremo Catholicæ Ecclesiæ Pastore, Christi in terris Vicario, eique ab eodem Christo traditis cœli clavibus, cæterisque Dei Ministris, ac sacris Ecclesiæ juribus agatur, minime dubitamus, quin ipsa Majestas Vestra probe agnitura sit, non immerito animos nostros tam vehementer esse commotos, ut pro insita sibi eximia ac vere Austriaca pietate & Religione, ea omnia sit facile improbatura. Atque inde ansam forte arripuerunt Majestatis Vest. Cæs. milites, quibus non ita pridem non semel Ditionem Ecclesiasticam pertranseuntibus viaticum a subditis Pontificiis liberaliter suppeditatum fuit, inermem atque rebus omnibus imparatum Comaciensem civitatem in Ducatu Ferariensi inopinato occupandi, eamque operibus muniendi, de quo manifesto Apostolicæ Sedis gravamine removendo non cogitari videmus. Quæ cum naturali & gentium Juri adversentur, & a Majorum tuorum, Cæsar, virtute ac pietate dissentiant, nullo modo credimus ab æquitate & recta voluntate Majestatis Vestræ Cæsareæ processisse; imo speramus pro vindice, qualem eam esse agnoscimus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ se gesturam, ut quæ erepta sunt eidem Apostolicæ Sedi, reddantur, utpote, quæ tot Romanorum Imperatorum declarationibus, ac tam longa temporis possessione in Ecclesiæ Romanæ Dominium transiisse probantur. Nam nisi longa possessio & antiqua & repetita pacta & publica Documenta, Jura ac rationes Ecclesiæ & Pontificis muniant atque consolident, qui demum Principatus, aut quæ Regna consistent, utpote quæ non alio certe jure, quam quo ditio Ecclesiæ, nempe diuturnitate temporis & publicis fœderibus stabilita sunt? Iisdem exemplis nixa plane videtur prohibitio illa adhuc inaudita, qua tum in Ducatu Mediolanensi, tum in Regno Neapolitano Ecclesiasticis absentibus interdicuntur proventus beneficii aut Pensionis titulo debiti, & pristinum fere commercium cum subditis Pontificiis, cumque ipsis Romanæ curiæ incolis tollitur, quam tamen prohibitionem benigna valideque Majestatis Vestræ intercessione & autoritate quamprimum sublatum iri confidimus. Sed de his quidem fusius & liberius loquimur forsan, quam opus est apud Principem, recta & pro Justitia sentientem, sed ad id nos admonet officii purpura, immaculati agni sanguine conspersa, quam cum induimus, solenni jurejurando Nos obstrinximus fidem & obedientiam Nos præstituros esse beato Petro & Successoribus Ecclesiæ Romanæ Pontificibus eisque præsto futuros, ut Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri retineant, defendant, & recuperent, ut proinde minus candidi erga Majestatem Vestram haberemur, nisi intimos sensus Nostros perinde ac Deo scrutatori Cordium Majestati Vestræ Cæsareæ panderemus, qui ex ratione hisce etiam ad extremum addere cogimur, quod cum Majestas Vestra Cæsarea Christianæ Religionis commodis & concordiæ Sacerdotium inter & Imperium conciliandæ summopere studeat, eoque tam pie Nos provocet, velit Cæsarea Majestas Vestra Summo Pontifici aures animumque iterum patefacere, simulque rogamus Majestatem Vestram Cæsaream, ut sicut potentia ac felicitate Majores suos inclytos æquat ac superat, ita eosdem valido Ecclesiæ Jurium Patrocinio una cum Imperio suscepto vincere contendat, ita ut Nos pristinæ tranquillitati reddamur, nec tam ad repellenda arma, sed ad fundendas pro Imperii sui diuturnitate ad Deum preces, quod magis Nostrum est, secura libertate attenti, ac Majestati Vestræ Cæsareæ assidua gloriæ incrementa ex animo augurari queamus. Datum Romæ, die 12. Augusti, 1708.

Sub Sigillis trium Nostrum in Ordine priorum, sede plena.

(L.S.) Cardinalis Marascotti.
(L.S.) Cardinalis Carpegna.
(L.S.) Cardinalis Pamphilii.
Gvido Passioneus, Secretarius.

Inscriptio:

Serenissimo Principi Josepho, Romanorum Regi in Imperatorem Electo semper Augusto.

LVII.

LVII.

Transactio nomine Josephi, Roman. Imperat. & Clementis XI. Pontificis Maximi inita, d. d. 15. Januar. An. 1709.

PEr il restabilimento di una perfetta e durevole correspondenza, tra Sua Beatitudine, e la Maestà dell' Augustissimo Imperatore & tutta l'Augustissima Casa, si sono concordati in virtù delle Plenipotenze, che si sono vicendevolmente cambiate tra Sua Eminenza il Signor Cardinale Paolucci, Segretario di Sua Santità, & Sua Excellenza il Signor Marchese di Prié, Consigliere intimo di Stato di Sua Maestà Cesarea, gl' infrascritti articoli.

I.

Sua Eminenza il Signor Cardinale Paolucci come Plenipotenziario Pontificio promette, che Sua Santità, attese le infrascritte promesse che si fanno da Sua Excellenza il Signor Marchese di Prié Plenipotenziario Cesareo, riformera le Truppe che presentemente hà in Ferrara, Fort Urbano, Roma, Ancona, Civitta-Vecchia, & in tutto ill rimanente dello Stato Ecclesiastico, riducendole al piede & alla forma che erano primà del presente armamento, cioè al numero di cinque milla huomini, in circa tra Cavalleria & Fanteria, con licenziare tutti li officiali e Soldati stranieri, non soliti à servire alla Santa Sede; anzi per torre ogni gelosia, & attese le accennate vicendevoli sicurezze e promesse, continuerà su l'istesso piede durante la presente guerra, ne accrescerà le dette Truppe oltre il sudetto numero solito à ritenersi di cinque mila huomini in circa, e la sudetta riforma e riduzione di Truppe, dovra principiare nel termino di tre giorni doppo la sottoscrittione de presenti Capitoli, e compitamente terminarsi nello spazio di venti giorni.

II.

Si ridurranno li presidii di Ferrara e Fort Urbano allo stato antico, cioè al numero de Soldati solito à tenersi primà di quest' armamento.

III.

Sua Santità farà parimente rimuovere li Presidii, da i Luoghi e Portiche sono stati nuovamente muniti e fortificati, nelle frontiere del Regno di Napoli; cioè dal canto del Garigliano e dell' Abbruzzo, come pure da quello del Mantouano.

IV.

Che Sua Santità farà rimouvere il suo Presidio da Paliano, & si rimetterà nello stato di prima.

V.

Promette all' in contro Sua Eccellenza il Signor Marchese de Prié, Plenipotenziario Cesareo, in corrispettività del detto Disarmo, e delle infra scritte promesse, che si fanno per parte di Sua Santità, di fare in modo che in conformità degli ordini che sono dati da Sua Maesta Cesarea à i Generali Commandanti delle sue Armate in Italia, sia quanto prima sia possibile sollevato lo Stato Ecclesiastico dalle Truppe Cesaree, aleate, & ausiliarie. Partiranno immediatamente da i Confini dello Stato, quelle che si trovano dal canto del Garigliano, e del Tronto sotto il Commando di Sua Altezza il Signor Principe de Darmstat. Sua Eccellenza il Signor Marésciallo Comte di Daun, Commandante Generale dell' Armata Cesarea, che si trova nelle tre Legazioni, farà uscire due mila Cavalli, subito che havra l'auviso della conclusione del Trattato, e sottoscrittione de presenti articoli.

VI.

Quando Sua Santità ridurra al numero e stato come sopra, il Presidio della Città e Fortezza di Ferrara e Fort Urbano, promette detto Signor Marchese, che il detto Signor Maresciallo farò subito levare il Blocco di dette piazze, e fara parimente dare le opportune sicurezza, affinche li Soldati che si licenziano possano liberamente ritornare alle loro case e dove loro parerà.

VII.

A misura che anderà succedendo detta riforma, per parte di Sua Santità, anderanno pur anche uscendo le sudette Truppe Imperiali, ausiliari & aleate; di modo che resti quanto prima sia possibile intieramente evacuato lo Stato Ecclesiastico dalle medeme alla riserva di un piccolo Corpo da restare in Comachio, come si dirà in appresso.

VIII.

Che in tanto che anderanno uscendo le Truppe dallo Stato Ecclesiastico, quelle che vi resteranno fino alla totale evacuazione, debbano contenersi nelle sudette tre Legazioni di Ferrara, Bologna e Romagna, osservando tutta la piu esatta disciplina, che è stata prescritta da Sua Maestà Cesarea, senza che possano commettere alcuna sorte di ostilità.

IX.

Restando in tal forma stabilito il riposo e la sicurezza dello Stato Ecclesiastico, senza che possano entrarvi nuovamente durante questa guerra le Truppe dell' Augustissima Casa, come il detto Signor Marchese promette, & avendo pur anche Sua Santità domandato d' essere assicurata da Sua Maestà Cesarea, per conto dell' Altezza Serenissima del Signor Duca di Modena, al che essendo condescesa Sua Maestà; percio il detto Excellentissimo Signor Marchese promette & assicura, à nomme della medesima, che lo Stato della Chiesa non sarà molestato per detto tempo dalle armi di detto Signore Duca, ne d' alcun altro Prencipe. Per tal riguardo Sua Beatitudine assicura all' incontro Sua Maestà Cesarea, e col di lei mezzo detto Serenissimo Signor Duca, come così promette l'Eminentissimo Paolucci per parte della medesima, che per tutte le sue pretensioni particolari saranno sentiti li suoi Ministri e Defensori, avanti una Congregazione particolare de Signori Cardinali, che sarà subito dalla Santità Sua deputata, accio sia

sia tutto diligentemente riconosciuto e determinato *prout de Jure*, e sia resa al detto Signor Duca una pronta & esatta giustitia.

X.

Promette pure detto Eccellentissimo Signor Marchese, che il Signor Marescíallo di Daun farà restituire tutti i Priggionieri di Guerra delle Truppe Pontificie, & in quanto a gli Avignonesi che sono stati presi in mare, farà detto Eccellentissimo Signor Marchese le sue parti appresso l'Amiraglio, affinche siano rilasciati & occorrendo si contenterà Sua Maestà Cesarea, farne passare officio in Inghilterra.

XI.

Si farà dai Generali Cesarei l'intiera restituzione de Canoni & attrezzi militari, che sono stati presi doppo le correnti emergenze, à chi sara commesso da Sua Santità.

XII.

Si restituirà pure per parte di Sua Santità, tutto, ciò che fù preso e ritrovato sopra le barche, che furono arrestate vicino à Ferrara, nel principio del passato Settembre.

XIII.

Si rimetteranno tutti li Desertori Allemanni che si ritrovano nelle Truppe Pontificie, à quali si concederà da Sua Maestà Cesarea l'Amnistia per tale riguardo.

XIV.

Si demoliranno per parte di Sua Santità le nuove Fortificazioni fatte ne luoghi che non erano fortificati primà delle presenti emergenze, nelle Frontiere del Regno di Napoli e del Mantouano.

XV.

Non si darà alcun impedimento alla Navigazione libera del Pò, nel modo che si prattica frà Prencipi amici, per tutto ciò che possa soccorrere per il Cesareo servigio e dell' Armata, secondo li Passaporti che saranno spediti à quest' effetto da i Generali Cesarei.

XVI.

Sarà contenta Sua Santità durante la presente guerra di dare libero il transito alle Truppe dell' Augustissima Casa, per la Cavalleria e rimonte che convenisse fare passare nel Regno di Napoli, come pure alla Fanteria e sue Recrute, ove esigesse la necessità di far la passare per terra, è fosse troppo difficile di spedir la per mare, dovrà in tal caso tal transito essere innoxio, cioè senza danno & aggravio alcuno dello Stato Ecclesiastico e suoi sudditi, come si pratticà nel stati de Prencipi neutrali, e seguire di un solo Regimento per volta con precedente aviso di giorni quindeci, e per la strada del Tronto che è la più breve, e di minore incommodo allo Stato della Chiesa, di modo che fra l'uno e l' altro Regimento corro sempre lo spatio di trè giorni, affinche riesca più pratticabile. Si contenterà per altro Sua Santità, in caso di straordinaria necessità, per soccorso del Regno, di concedere il passagio verso Torracina, e si assegnerà da Sua Beatitudine in tal emergente la strada più commoda e vicina.

XVII.

Desiderando Sua Santità di cooperare pur anche alla quiete delle Provincie confinanti, nella quale hà tanto interesse lo Stato Ecclesiastico, non permetterà che si dia alcuna assistenza e favore à i forusciti di Napoli, ne che vi sia in Roma, ò nel di lei Stato chi fomenti torbidi in quel Regno.

XVIII.

Sua Santità deputera uno ò più Cardinali frà i quali & il sudetto Eccellentissimo Signor Marchese come Ministro Cesareo, ò chi serà in seguito destinato dalla Maestà Sua, si esaminerà e discutterà la materia delle verteuti pendenze sopra li Stati di Parma, Piacenza e Comachio, e questo non in veruna forma di giudizio, mà por appagamento commune, tanto di Sua Santita che di Sua Maestà Cesarea.

XIX.

Eperche Sua Maesta intende che la Citta di Comachio colle dette Valli debba restare in sue mani nello stato in cui è di presente, con un piccolo Corpo di Fanteria Imperiale, fin tanto che sia in detto Congresso ventilata e di poi terminato detta pendenza, con che detto Corpo non possa commettere alcuna hostilità, & all' incontro intendendosi per parte di Sua Santità, che detta Citta con le predette Valli debba restituirsi liberamente alla Santa Sede, ha Sua Beatitudine tal fiducia in Sua Maestà Cesarea, che confida sia dalla medesima per ordinarsi, che cosi venga eseguito. Quando poi Sua Maestà non inclini, e persista come hora in detta ritentione, non per questo si lascierà par parte di Sua Beatitudine di adempire à quel tanto che ne presenti articoli si conviene, e colle condizioni sopra stabilite, ne permetterà in tal caso, che si dia alcuna molestia al sudetto Corpo in Comachio, ne che sia impedita la libera communicazione, tanto per aqua che per terra al medesime, assendo Sua Santità sommamente bramosa di contribuire, dal canto suo, tutte le maggiori facilità per il sollievo de suoi Sudditi, & insieme di dare questo nuovo argomento della confidenza che ripone in Sua Maesta Cesarea, che si preggia del Titulo di Auvocato e Difensore della Chiesa. Promette detto Eminentissimo Cardinale Paolucci, di rapportare la Ratificanza da Sua Santità del presente Trattato tra il termine di giorni venti cinque, e detta Eccellenza del Signor Marchese da Sua Maestà Cesarea fra giorni trenta cinque, senza che frà tanto si ritardi in alcun modo la puntuale essecuzione del presente Trattato. In fede &c. Dat. in Roma li di 15. Gennaro, 1709.

F. Cardinale Paolucci. *Il Marchese di Prié.*

LVIII.

LIIX.

Edictum Josephi Roman. Imperatoris ad Sacri Rom. Imperii in Italia Vasallos, præsertim Langarum, quo omnes, a Juramento fidelitatis præstito Duci Sabaudiæ absoluti fuerunt, iisque injunctum, ut in posterum neminem, nisi Imperatorem Romanum Dominum suum agnoscant, d. d. 29. Julii An. 1709.

Josephus &c.

OMnibus vasallis nostris in Italia, & præsertim Langarum districtu Feuda Imperialia possidentibus, & in primis Marchionibus, & Comitibus respective Carrettis de Balestrino, Millesimo, Sancto Georgio, Mombasilio, Bagnasco, Pruneto, Valperga, Sanctæ Juliæ, nec non Joanni Steffano Cazulino, ac Ducissæ ab Arschot, uti & Feudatariis Cairi, Altaris, Mallarum, Deghi, Cossani, Mangani, & Rochetæ Belbi, gratiam Nostram, & omne bonum. Relatum Nobis est humillime a compluribus quod, etsi majores vestri Bona, prædiaque sua solis Romanorum Imperatoribus, & Sacro Romano Imperio, partim in Feuda obtulerint, partim ab Imperatoribus Romanorum, Regibus, dictoque Imperio in meritorum suorum compensationem receperint, recognoverintque; Tamen Serenissimus Sabaudiæ Dux vos una cum Feudis Imperialibus Bosolaschi, Niellæ, Feisolii, Albareti, Sancti Benedicti, Pruneti, Levicis, Scalettæ, Altesini, Serravallis, Bardineti, Providæ, Arnaschi, Novelli, Montisfortis Rochævignalis, & aliis ad se veluti superiorem, ac Dominum vestrum recognoscendum, & Investituras ab ipso recipiendas, fidelitatemque Juramento præstandam sub uno, alterove prætextu compellere modis omnibus conetur, nonnullos etiam compulerit, atque insuper non exiguam collectarum summam pro ærario, Decimumque subditorum vestrorum pro militia sua sic exigat, ut quisquis vestrum se ipsius voluntati subjicere renuat, hunc minis gravibus, atque ipsis etiam actionibus criminalibus non parum inquietet.

Quemadmodum autem Cæsarei nostri muneris non una ratio postulat, ut ea, qua Vasalli Imperiales Nobis, ac Imperio se fideles, ac obedientes exhibere jubentur, lege, Nos vicissim etiam illos contra vim omnem tueamur, sub protectionem nostram Cæsaream recipiamus, ita dictum quidem Sabaudiæ Ducem à cœptis hisce suis tum per ministros nostros ita dehortati sumus, ut æquanimitas ipsius, & qua semet Romano Imperio obstrinxit Fides non patiatur nos dubitare, quin ordinationibus nostris tam justis sit locum daturus; Interea tamen Juramenta, quæ vos eidem, aut vestrum aliquis hactenus præstitistis pro irritis, ac invalidis declaravimus, cassavimus ac annullavimus, atque ab illis vos omnes, ac singulos supranominatorum, aliorumque Feudorum Imperialium possessores pro auctoritate Nostra Cæsarea absolvimus, prout tenore præsentium illa omnia utpote in nostrum, & Sacri Romani Imperii præjudicium tendentia cassamus, annullamus, irrita declaramus, & vos absolvimus, nec non sub tutelam, protectionem nostram Cæsaream clementissime recipimus, districte subque expressa amittendorum Feudorum vestrorum Imperialium, aliisque legitimis pœnis serio inhibentes, ne ullum alium præter nos, donec aliter pro circumstantiis rerum agnoverimus, & nominatim jusserimus, pro Domino vestro superiore agnoscatis seu respiciatis, secus fidem, fidelitatem, & obsequiorum clientelarium debitum Nobis solis, & Sacro Romano Imperio, ut jurastis, vel jurare adhuc debetis, ita etiam præstare, & exhibere nullo unquam tempore, aut occasione intermittatis, nisi indignationem nostram Cæsaream pœnasque memoratas incurrere volueritis. de quo certiores vos reddere voluimus per præsentes manu nostra subscriptas sigillique nostri Cæsarei appensione munitas. Quæ dabantur in Civitate nostra viennæ vigesima nona Julii anno 1709. Regnorum nostrorum Romani vigesimo, Hungarici vigesimo secundo, Bohemici vero quinto.

LIX.

Transactio inita inter Carolum VI. Roman. Imperatorem, nec non Galliæ & Hispaniæ Reges de evacuando Catalauniæ Ducatu, & Armistitio in Italia stabiliendo, d. d. 14. Mart. An. 1713.

AFin que la guerre & les malheurs dont elle est suivie soient plutôt terminez, & pour avancer l'ouvrage de la paix, on a trouvé à propos & cru utile de convenir sur l'Evacuation de la Principauté de Catalogne & des Isles de Majorque & d'Iviça & sur l'etablissement d'un Armistice dans toute l'Italie & les Isles adjacentes & situées dans la Mer Mediterranée, ainsi que dans les Etats de S. A. R. le Duc de Savoye, ce qui aprés plusieurs conferences tenues entre les Ministres Plenipotentiaires des Parties belligerantes auroit été en fin fait, en la maniere suivante, principalement par les soins infatigables des Ministres Plenipotentiaires de S. M. Britannique

I.

Toutes les Troupes Allemandes & Alliées seront transportées hors de la Principauté de Catalogne, & hors des Isles de Majorque & d'Iviça, & afin que cela se fasse plus promptement, & avec plus de seureté il y aura entre les parties belligerantes, leurs Armées, Troupes & sujets dans tous les lieux cy-dessus mentionnez une pleine & entiere cessation d'armes & de toutes hostilitez tant par mer que par terre, laquelle commencera quinze jours aprés qu'on y aura eu

eu connoissance de la presente convention. Le jour, que la dite cessation commencera, la Puissance, laquelle fait l'evacuation, remettra entre les mains des autres Puissances belligerantes Barcelone, ou bien Tarragone, le choix demeurant à la Puissance, qui fait la remise, laquelle des villes susdites elle voudra garder jusqu' a l'entiere evacuation. La dite suspension d'armes durera, & sera observée de bonne foy jusqu' a ce que la cour, qui fait presentement son sejour en Catalogne, toute sa suite & autres personnes, qui voudront la suivre, de quelques condition & nation, Militaires ou non, soit Espagnols ou autres avec leurs effects, ainsi que les troupes, dont il a été parlé cy-dessus, en soient entierement sorties & arrivés en Italie, & d'autant, que tout ce Monde n'en peut sortir autrement que par Mer. Il est convenu, que ceux, qui demeureront, pourront apres le depart des premiers & jusqu' a ce qu'ils ayent trouvé les vaisseaux necessaires pour leur transport, y rester en seureté, & dans des lieux commodes suivant ce qui est stipulé dans l'Art. 7.; a condition de remettre a l'autre Puissance les endroits encore occupez dans le méme Etat, a mesure qu'ils en sortiront.

II.

Le susdit transport de la dite cour & des troupes commencera, & se finira sans aucun retardement, & pour l'avancer & achever le plus promptement qu'il se pourra, le Commandant de la Flotte Angloise, qui est dans ces mers, determinera le tout, apres en avoir conferé avec les Commendants en Chef, ou les Commissaires nommés par l'une & l'autre partie belligerante.

III.

La susdite cour & toute sa suite, ainsi que ceux qui la voudront accompagner, comme aussy les troupes cy-dessus mentionées pourront passer en toute seureté de Catalogne en Italie avec leurs Effets, Bagages, Armes, Canons, & Instruments de guerre a l'exception toutes fois des Canons & des Instruments de Guerre, qui se sont trouvez sur les lieux, quand ils ont été occupez, & de ceux, qui se trouveront marqués aux armes de France, qui seront remis à l'autre Partie; le trajet de Catalogne en Italie se fera sous le convoy de la Flotte de Sa M. Britannique, & sans que la France, ses Alliéz, leurs armées Flotes, & sujets y puissent apporter aucûn empechement; & en cas que quelques uns des Vaisseaux & autres batiments servants à ce transport fussent contraints par tempêtes ou autrement de relacher dans les ports, ou sur les cotez de France, ou de ses Alliez, les dits Vaissaux, les personnes & choses embarquées dessus n'y pourront étre retenus, ni arrestez; au contraire il leur sera donné toute sorte d'assistance.

IV.

Il ne sera permis d'arrester pour dettes ceux qui voudront s'en aller; Mais on est tombé d'accord pour la seureté des creanciers de nommer de part & d'autres des Commissaires, qui statueront sur les dettes & sur les ôtages, qui seront donnez pour seuretez.

V.

Il sera aussy permis aus malades & aux blessez, tant gens de guerre, que d'aucune autre condition, & nommement aux Ecclesiastiques de rester en Catalogne, en toute seureté, jusqu' au recouvrement de leur sanété a leurs depens, & d'en sortir en suite pour se retirer, par ou bon leur semblera, soit par terre, ou per mer, & il leur sera accordez les passeports necessaires sus leur requisition.

VI.

Tous les prisonniers faits dans la Guerre d' Espagne seront redus de part & d'autres.

VII.

Quant aux autres choses, qui ont été jugées convenables pour accelerer & mettre a fin la presente affaire avec toute sorte de seureté, principalement ce qui regarde les lieux que les Armées & Troupes des deux parties belligerantes devront occuper jusqu' a l'entiere evacuation de Catalogne & desdits Isles, comme ce qui regarde le sejour commode de la Cour, de sa Suite & des Troupes & leur seureté contre toute sorte d'insulte, il est statué, que les commandans en Chef de chaque partie belligerante en conviendront entre eux, & ce qu'ils regleront entre eux a cet égard, sera observé, comme s'il etoit icy stipulé.

VIII.

Lorsque l'evacuation commencera, il sera accordé & publié en faveur de tous les sujets & habitans de Catalogne & des dites Isles, Seculiers, & Ecclesiastiques, & de quelque condition qu'ils soient une amnestie generale, & un oubli perpetuel, de tout ce qui a été fait par eux pendant cette guerre, & a son occasion en quelque Lieu, en en quelque maniere que ce soit contre les parties en guerre; En sorte que pour ces causes, ou semblables ils ne puisent en general, ou en particulier, ouvertement, ou secretement, directement ou indirectement, par voye de droit ou de fait etre molestez, ni souffrir aucun dommage ou inimitiez, tant en leurs personnes, qu'en leurs biens, reputation & seureté, mais que toutes les injures, violences, hostilitez, & dommages causez tant pendant la guerre qu'en son occasion, par paroles, ecrits ou faits soient entierement oubliez & abolis sans aucune distinction de personnes & de choses, & qu'il ne puisse etre fait à ces égards aucune recherche contre les Catalans & les habitans & sujets des dites Isles.

IX.

Et d'autant que les Ministres Plenipotentiaires de la Puissance, qui retire ses troupes de la Catalogne, & des dites Isles, ont encore insisté pour obtenir avant l'evacuation la jouissance des privileges des Catalans & des sujets & habitans des Isles de Majorque & d'Iuiça & que du coté de la France, & de ses Alliez, on a remis a la conclusion de la paix future, cette affaire en

en tout son entier, S. M. Britt. a fait une declaration reiterée, qu'Elle employeroit ses offices les plus efficaces par tout ou il en seroit besoin, afin que dans la suite les Catalans & les sujets & habitans des dites Isles puissent jour de leurs Privileges, a quoy les dits Ministres Plenipotentiaires ont enfin acquiescé, d'autant que le Roy tres-Chretien a fait declarer par ses Ministres Plenipotentiaires, qu'il concurreroit à la méme fin.

X.

D'autant qu'en redigeant la presente Convention, quelques autres points ont eté debatus, sçavoir l'Amnistie generale, la conservation des biens, benefices, charges, pensions, & autres avantages, tant en faveur de tous les Espagnols, qu'en faveur des Italiens, & des Flamands, qui jusqu'a present ont adheré à l'un de deux partis & voudroient dans la suite y adherer, & qu'il n'a point été jugé convenable de meler la discussion de ces points dans la convention, qui se fait principalement pour l'evacuation de la Catalogne, on a trouvé bon de les remettre au traité de paix. S. M. Br. ayant declaré, qu'Elle employera ses offices les plus efficaces, afin qu'on convienne reciproquement, & qu'il soit statué sur ces dits points lors de la conclusion de la paix.

XI.

Il est en outre convenu & accordé entre les parties contractantes avec le concours de S A. R. le Duc de Savoye, que jusques a la paix generale a faire, & quatre semaines apres le jour de signature du present traité, il y aura un armistice entier & cessation de toute sorte d'hostiletez par mer & par terre, sous quelque nom, pretexte ou en quelque occasion, qu'elles puissent s'exercer dans toute l'Italie & dans toutes les Isles de la Mer Mediterranée, respectivement possedées par les parties belligerantes, comme dans toutes les Etats de S. A. R. de Duc de Savoye situez tant en deça que delá des Alpes, & cet Armistice aura lieu sans reserve, ni exception d'aucun endroit compris sous la denomination d'Italie, des Isles de la Mer Mediterranée & des Etats de S. A. R. le Duc de Savoye, ledit Armistice sera observé par les Armées, Soldats, & sujets des parties contractantes cy-dessus mentiones, qui envoyeront sans delay les ordres necessaires aux Commandans en Chef, & autres Officiers, afin que la presente Convention, en soit plus promptement mise a Execution de maniere que toutes les contraventions faites au present armistice, apres qu'il aura commencée, & pendant la durée, tant de l'un que de l'autre coté, feront de quelque façon & en quelques lieux, que la chose avienne redresez incontinent annulez & reparez de bonne foy. Il est encore expressement statué & declaré, que durant l'armistice toutes les contributions militaires cesseront dans les Etats de S. A. R. le Duc de Savoye, qui sont presentement possedez par la France & l'on n'y pourra absolument rien exiger au delà des revenues ordinaires & accoutumez. Bien attendu que toutes les conditions de cet armistice auront lieu par toutes les provinces de France, qui touchent les Etats de S. A. R. le Duc de Savoye. Il sera permis reciproquement aux sujets de commercer ensemble durant l'armistice.

XII.

Les choses demeureront en Italie pendant le present armistice en l'Etat, ou elles sont presentement, et l'on remet a les ajuster à la Negociation de la paix.

XIII.

Et d'autant que les exhortations affectueuses de S. M. Britt. ont beaucoup contribué à la presente convention, & qu'il a parû necessaire afin d'en assurer l'entiere execution, que Sadite Majesté y prit part, & s'y engageât, Sa Majesté Britt. se fondant sur l'Asseurance, que luy donne le Roi Tres Chretien, tant en son nom, qu'au nom de ses Alliéz par la presente stipulation, qui aura la force d'un Traité solemnellement fait entre leurs Majestéz Royales, que luy le Roy T. C. & les Alliez accompliront de bonne foy & dans leurs entier tous & chacun des Articles de cette convention; Elle veut bien se rendre garante du present Traité ainsy que prendre sur foy & promettre, que les parties contractantes cydessus mentionées observeront de bonne foy & accompliront pleinement tous & chacun des Articles d'iceluy.

XIV.

La presente convention sera ratifiée par leurs Majestéz Royales & les ratifications en seront echangées a Utrecht dans le terme de quatre semaines, ou plutôt si faire se peut. En foy de quoy les Plenipotentiairs de S. M. T. C. & de S. M. B. ont signé & fait apposer le cachet de leurs armes à la presente convention.

Fait à Utrecht le 14. Mars. 1713.

LX.

Tractatus Carolum VI. Rom. Imperatorem inter, & Ludovicum XV. Galliæ, nec non Georgium I. Magnæ Britanniæ Reges, pro pacificatione Europæ, & in primis successione in quibusdam Italiæ Ducatibus firmanda, Londini 2. Augusti, Anno 1718. conclusus, vulgo fœdus Quadruplex *nominatus.*

In nomine Sanctissimæ & individuæ Trinitatis.

NOtum perspectumque sit omnibus quorum interest aut interesse quomodocunque potest.

Postquam Serenissimus & Potentissimus Princeps Ludovicus decimus quintus, Franciæ, Navarræque Rex Christianissimus, & Serenissimus ac Potentissimus Princeps Georgius Magnæ Bri-

Britanniæ Rex, Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, Sacri Romani Imperii Elector, &c. Necnon Celsi & Potentes Status Generales Unitarum Fœderati Belgii Provinciarum, conservandæ almæ Paci jugiter intenti, probè animadverterunt, per fœdus illud triplex sub quarto Januarii Anno 1717. inter se ictum, Regnis quidem suis atque Provinciis utcunque, non tamen undequaque, neque tam solidè prospectum esse, ut nisi unà & gliscentes adhuc inter nonnullos Europæ Principes simultates, ceu perpetua dissidiorum fomenta è medio tollerentur, tranquillitas publica vigere diù, aut constare non posset, edocti videlicet experimento Belli anno superiori in Italia exorti, ad quod proinde tempestivè sopiendum per tractatum die 18. Julii Anno 1718. initum, de certis inter se pacificationis Articulis convenerunt, juxta quos Pax quoque inter Sacram Cæsaream Majestatem, & Hispaniarum Regem, necnon inter eandem, Regemque Siciliæ conciliari, stabilirique posset, facta desuper amica invitatione, ut Sua Majestas Cæsarea, amore pacis ac quietis publicæ, istos conventionum Articulos, suo quoque nomine amplecti ac probare, adeoque tractatui inter se inito & ipsa accedere quoque vellet, quorum quidem tenor sequens est.

Conditionum Pacis, inter S. Majest. Cæsar. & Regiam Cathol. Majest.

Art. I.

AD reparanda ea, quæ contra Pacem Badensem die septima Septembris 1714. conclusam, prout & contra Neutralitatem, per tractatum die decima quarta 1713. pro Italia stabilitam, novissime turbata fuerunt, Sereniss. & Potentiss. Hispaniarum Rex, obligat se ad restituendam Suæ Majest. Cæsareæ, prout & idem, mox vel ad summum duos post menses, à communicatione Ratificationum præsentis tractatus, actu restituet Insulam & Regnum Sardiniæ, in eo statu quo erat tunc, cum illud occupavit, renunciabitque Suæ Majestati Cæsareæ omnia jura, prætensiones, rationes, & actiones in dictum Regnum, ita ut Sua Majestas Cæsarea de illo, ceu de re sua, plene libereque atque ad eum modum, juxta quem amore boni publici facere statuit, disponere possit.

Art. II.

Quandoquidem unica quæ excogitari potuit ratio ad constituendum duraturum in Europa æquilibrium ea visa fuerit, ut pro Regula statuatur, ne Regna Galliæ & Hispaniæ ullo unquam tempore, in unam eandemque personam, nec in unam eandemque lineam, coalescere, unirique possent, istæque duæ Monarchiæ, perpetuis retro temporibus separatæ remanerent, atque ad obfirmandam hanc regulam, tranquillitati publicæ adeo necessariam, ii Principes, quibus nativitatis prærogativa jus in utroque Regno succedendi, tribuere poterat, uni e duobus pro se, totaque sua posteritate solemniter renunciaverint, adeo ut ista utriusque Monarchiæ separatio in legem fundamentalem abierit, in comitiis Generalibus, vulgo LAS CORTES, Madriti die 9. Mensis Novembris 1712. receptam, & per tractatus Trajectenses die 11. Aprilis 1713. consolidatam, Sua Majestas Cæsarea legi adeo necessariæ & salutari ultimum complementum datura, atque omnem sinistræ suspicionis ansam tollere, tranquillitatique publicæ consulere volens, acceptat, & consentit in ea, quæ in tractatu Trajectensi super jure & ordine successionis in Regna Franciæ & Hispaniæ acta, sancita & transacta fuerunt, renunciatque tam pro se, quam pro suis hæredibus, descendentibus, & successoribus maribus & fœminis, omnibus juribus, omnibusque in universum prætensionibus quibuscunque, nulla penitus excepta, in quæcunque Regna, Ditiones & Provincias Monarchiæ Hispanicæ, quarum Rex Catholicus, per Tractatus Trajectenses agnitus fuit legitimus possessor, solemnesque desuper renunciationis actus, in omni meliore forma expediri, eosque publicari, & in acta loco congruo referri curabit, ac super his instrumenta solita Suæ Majestati Catholicæ, Partibusque compaciscentibus, exhibituram se promittit.

Art. III.

In vim dictæ Renunciationis, quam Sua Majestas Cæsarea amore universæ Europæ securitatis, habita quoque ea ratione, fecit, quod Dominus Dux Aurelianensis, juribus & rationibus suis in Regnum Hispaniæ, pro se & pro suis descendentibus, sub ea conditione renunciaverit, ne Imperator aut ullus ejusdem descendentium in dicto Regno succedere unquam posset; Sua Majestas Cæsarea agnoscit Regem Philippum V. legitimum Hispaniarum & Indiarum Regem, eidemque tribuere promittit titulos & prærogativas dignitati suæ, Regnisque suis debitas; sinet præterea eundem, ejusque descendentes hæredes, & successores, masculos & fœminas, pacifice frui cunctis iis Ditionibus Monarchiæ Hispanicæ in Europa, in Indiis, & alibi, quarum possessio ipsi per tractatus Trajectenses asserta fuit, neque eum in dicta possessione directe vel indirecte turbabit unquam, aut ullum jus in dicta Regna & Provincias sibi sumet.

Art. IV.

Pro Renuntiatione atque agnitione a Sua Majestate Cæsarea, in præcedentibus duobus articulis facta, Rex Catholicus vicissim renuntiat tam suo quam suorum hæredum, descendentium & successorum marium & fœminarum nomine, suæ Majestati Cæsareæ, ejusque successoribus, hæredibus & descendentibus masculis & fœminis, cuncta jura ac rationes quascunque, nulla penitus excepta, in omnia & quælibet Regna, Provincias & Ditiones, quæ vel quas Sua Majestas Cæsarea in Italia vel in Belgio possidet, aut ei vigore præsentis Tractatus obvenient, abdicatque se universim omnibus Juribus, Regnis & Provinciis in Italia, quæ olim ad Monarchiam Hispanicam pertinuerunt, quas inter Marchionatus Finaliensis, à Sua Majestate Cæsarea Reipublicæ Genuensi Anno 1713. cessus, diserte quoque

quoque comprehensus intelligatur, solemnesque desuper Renunciationis actus in omni meliori forma expediri, eosque publicari, & loco congruo in acta referri, curabit, ac super his, instrumenta consueta Suæ Majestati Cæsareæ & Partibus compaciscentibus exhibiturum se promittit. Sua Majestas Catholica renuntiat pariter Juri reversionis ad Coronam Hispaniæ, sibi, super Regno Siciliæ reservato, omnibusque aliis actionibus, & prætensionibus, quarum prætextu Suam Majestatem Cæsaream, ejus Hæredes & Successores, directe vel indirecte, tam in supradictis Regnis & Provinciis, quam in cunctis aliis Ditionibus, quas actu in Belgio vel ubicunque alibi possidet, turbare posset.

Art. V.

Quia vero eo casu, quo magnum Hertruriæ Ducem, prout etiam Ducem Parmæ Placentiæque, eorumque successores, absque liberis masculis decedere contingeret, ipsa ratio successionis in Ditiones ab iis possessas, novum facile bellum in Italia excitare posset, ob diversa videlicet successionis jura, quæ præsens Hispaniarum Regina, nata Ducissa Parmensis, post decessum propiorum ante se hæredum, ex una; ex altera vero parte, Imperator & Imperium, in dictos Ducatus sibi competere utrinque obtendunt. Quo itaque gravibus ejusmodi contentionibus, & iis, quæ inde nascerentur, malis tempestive obvietur, conventum fuit, ut Status seu Ducatus, à præfatis magno Duce Hertruriæ, Parmæque & Placentiæ Duce, modo possessi, futuris in perpetuum retro temporibus, ab omnibus Partibus contractantibus agnoscantur & habeantur pro indubitatis Sacri Romani Imperii feudis masculinis. Vicissim Sua Majestas Cæsarea, per se, ceu Caput Imperii, consentit, ut si quando casus aperturæ dictorum Ducatuum, ob deficientiam hæredum masculorum, contingat, filius dictæ Hispaniarum Reginæ primogenitus, hujusque descendentes masculi, ex legitimo matrimonio nati, iisque deficientibus, secundus, aut alii postgeniti ejusdem Reginæ filii, si qui nascentur, pariter una cum eorum posteris masculis, ex legitimo matrimonio natis, in omnibus dictis Provinciis succedant. Quem in finem cum & Imperii consensu opus sit, Sua Majestas Cæsarea, pro eo obtinendo, omnem operam impendet, eoque obtento Litteras expectativæ, Investituram eventualem continentes, pro dictæ Reginæ filio vel filiis, eorumque descendentibus masculis legitimis, in debita forma expediri, easque Regi Catholico, mox, vel saltem post duos menses, a commutatis Ratificationum Tabulis, tradi curabit, absque ullo tamen damno aut præjudicio, salvaque per omnia Principum, qui dictos Ducatus in præsens obtinent, possessione.

Conventum præterea, inter Sacram Cæsaream Majestatem, Regemque Catholicum fuit, quod Oppidum Liburni in perpetuum sit & permanere debeat Portus liber, eo plane modo quo nunc est.

Virtute Renunciationis ab Hispaniarum Rege, in universas Italiæ Ditiones, Regna ac Provincias, quæ olim ad Reges Hispaniæ pertinebant, factæ, ipse Rex præfato Principi suo filio, Urbem Portus Longi, una cum ea parte Insulæ Ilvæ, quam in illa actutum tenet, cedet, traderque quamprimum dictus Princeps, extincta Magni Hetruriæ Ducis posteritate masculina, in actualem ejusdem Ditionum possessionem immissus fuerit.

Transactum insuper, ac solemni stipulatione cautum fuit, quod nullus prædictorum Ducatuum ac Ditionum, ullo unquam tempore aut casu possideri possit aut debeat, a Principe, qui uno tempore Regnum Hispaniæ obtinet, & quod nullus unquam Hispaniarum Rex, tutelam ejusmodi Principis assumere possit, aut gerere valeat.

Denique conventum est, & in id omnes singulæque partes contrahentes pariter sese obligarunt, nunquam iri admissum, ut viventibus adhuc præsentibus Ducatuum Hetruriæ, Parmæque possessoribus, aut eorum successoribus masculis, ullus unquam miles, cujuscunque Nationis, sive proprius, sive conductitius, ab Imperatore, & Regibus Hispaniæ ac Galliæ, aut etiam a Principe, ad eam successionem supra designato, in dictorum Ducatuum Provincias & Terras induci, aut ullum ab iis Præsidium Urbibus, Portubus, Oppidis & Fortalitiis in iis sitis imponi possit.

Ut vero dictus Reginæ Hispaniæ filius, ad magni Ducis Hetruriæ, Parmæque & Placentiæ Ducis successionem, per hunc Tractatum designatus, contra omnes casus uberiore securitate fruatur, certiorque de executione promissæ sibi successionis reddatur, nec non Imperatori & Imperio feudum desuper constitutum illibatum maneat, utrinque placuit, ut miles præsidiarius, numerum tamen sex millium non excedens, in præcipua ejusdem Oppida, Liburnum scilicet, Portum-Ferraium, Parmam, Placentiamque imponatur, ab Helvetiæ Pagis, vel ut vocant, Cantonibus, quibus Cantonibus hunc in finem subsidium solvent tres partes contrahentes, mediatoris vices gerentes, ac miles ille ibidem continuetur, usque dum casus dictæ successionis, quo Oppida sibi commissa, dicto Principi ad eandem designato, tradere tenebitur, existat, absque ulla tamen molestia aut sumptu præsentium possessorum, eorumque successorum masculorum, quibus etiam dicti milites præsidiarii juramentum fidelitatis sunt præstituri, nec aliam ullam sibi assument auctoritatem, præter solam Urbium tuitionem custodiæ suæ commissarum.

Cum autem, donec de numero & stipendio & modo talis militis instituendi, cum Helvetiorum Pagis conveniatur, longior forte, quam operi tam salutari expediat, mora efflagitari posset, Sacra Regia Majestas Britannica, pro singulari suo, in id, tranquilitatemque publicam, studio, & scopo citius assequendo, interim, si reliquis contrahentibus ita e re visum fuerit, proprium suum militem ad supra memoratum usum præbere,

haud

haud denegabit, donec miles in Helvetiorum Pagis conscribendus, tuitionem & custodiam dictarum Urbium assumere possit.

Art. VI.

Sua Majestas Catholica; ad testificandam sinceram suam in tranquillitatem publicam voluntatem, consentit iis, quæ infra de Regno Siciliæ in commodum Suæ Majestatis Cæsareæ disponuntur, renunciatque, pro se suisque hæredibus & successoribus, maribus & fœminis, juri reversionis dicti Regni ad Coronam Hispaniæ, per instrumentum cessionis die 10. Junii 1713. diserte eidem reservato, amoreque boni publici, dicto actui 10. Junii 1713. in quantum opus est, item & articulo sexto Tractatus, se inter, Regiamque suam Celsitudinem Ducem Sabaudiæ Trajecti initi, prout & generaliter omni ei derogat, quod retrocessioni, dispositioni, & permutationi memorati Regni Siciliæ, per præsentia Pacta stabilitæ, adversari posset, ea tamen conditione, ut jus reversionis Insulæ & Regni Sardiniæ, ad eandem Coronam eidem vicissim cedatur & asseratur, prout infra articulo secundo conventionum inter Sacram Majestatem Cæsaream & Regem Siciliæ magis explicatur.

Art. VII.

Imperator, & Rex Catholicus, spondent mutuo, seseque obstringunt ad defensionem, seu guarantiam reciprocam omnium Regnorum & Provinciarum, quæ vel quas actu possident, aut quorum possessio ad illos, vigore hujus Tractatus pervenire debet.

Art. VIII.

Sua Majestas Cæsarea, Suaque Regia Catholica Majestas executioni mandabunt, statim a commutatione Ratificationum præsentium Conventionum, omnes & singulas conditiones in iis comprehensas, idque intra spatium ad summum duorum mensium, instrumentaque Ratificationum dictarum Conventionum commutabuntur Londini, intra terminum duorum mensium a die subscriptionis computandorum, aut citius si fieri potest; Qua conditionum executione prævie facta, eorum Ministri Plenipotentiarii ab iis nominandi, in loco Congressus, de quo inter se convenerint, quantocius cætera Pacis suæ particularis puncta singillatim, sub mediatione trium Partium Compaciscentium, component atque definient.

Conventum præterea fuit, quod in Tractatu Pacis inter Imperatorem & Regem Hispaniarum peculiariter ineundæ, concedetur amnestia generalis, pro omnibus personis cujuscunque status, dignitatis, gradus, aut sexus sint, tam Ecclesiasticis quam Militaribus, Politicis & Civilibus, quæ durante ultimo bello partes unius aut alterius Principis secutæ sunt, vigore cujus, universis & singulis dictis personis permittetur, licebitque recipere plenariam possessionem & usumfructum suorum bonorum, jurium, privilegiorum, honorum, dignitatum & immunitatum, iisque utentur, fruenturque æque libere ac iis sub initium ultimi belli, vel quo tempore uni alterive parti cœperunt adhærere, gavisæ & fruitæ fuerunt, non obstantibus Confiscationibus, Arrestis & Sententiis sub bello factis, latis aut pronunciatis, quæ pro nullis & ceu non factis habebuntur. Insuper virtute ejusdem amnestiæ, omnibus & singulis dictis personis, quæ unam alteramve partem secutæ sunt, fas liberumque erit repetere Patriam suam, bonisque suis uti, frui, plane ac si bellum nullum intervenisset, data eis commoda facultate, dicta bona sua, sive per se, si præsentes sint, sive per Procuratores, si abesse a Patria maluerint, administrandi, eaque vendendi, aut de illis, quocunque alio modo pro libitu suo disponendi, ad eum omnino modum quo ante cœptum bellum, de iis disponere valuere.

Conditiones Tractatus concludendi, inter Suam Majestatem Cæsaream, & Regem Siciliæ.

Art. I.

Postquam Cessio Siciliæ, Domui Sabaudicæ per Tractatus Trajectenses, unica consolidandæ Pacis causa, nulloque Regis Siciliæ in eam habito jure, facta, teste universa Europa, ad scopum illum assequendum adeo nihil contulerit, ut magnum potius obstaculum effecerit, quo minus Imperator eisdem Tractatibus accesserit, eo quod separatio Regnorum Neapolis & Siciliæ sub uno eodemque Dominatu, vulgarique utriusque Siciliæ appellatione, tam diu stare solitæ, non modo communibus utriusque Regni rationibus, mutuæque conservationi, verum etiam reliquæ Italiæ quieti adversetur, novas indies turbas paritura, dum vetus illa necessitudo & commercia inter utrumque Populum neque tolli, neque diversorum Principum rationes tam facile conciliari se sinant; hinc est quod Principes, qui Tractatibus Trajectensibus primam manum admovere, licere sibi, etiam citra assensum eorum quorum interest, existimarint, unum illum Tractatus Trajectensis articulum, qui Regnum Siciliæ spectat, neque aliquam ejus adeo præcipuam partem facit, abrogare. Iis potissimum rationibus nixi, quod præsens Tractatus, ab renunciatione Cæsaris, incrementum complementumque suum recipiat, & quod per commutationem Regni Siciliæ, cum Regno Sardiniæ, impendentia Italiæ bella præverterentur, quando Imperator Siciliam, cui nunquam renunciavit, armis, quod post fractam, occupata Sardinia, Italiæ neutralitatem, jure potest, repeteret; Præterea quod Regi Siciliæ, beneficio Tractatus adeo solemnis, cum Sua Majestate Cæsarea, & a primis Europæ Principibus guarantigiati, certus permansurusque Status obtingeret. His tantis igitur rationibus permoti convenerunt, quod Rex Siciliæ Insulam, Regnumque Siciliæ cum omnibus suis dependentiis & annexis, suæ Majestati Cæsareæ in eo quo nunc sunt statu, mox, vel ad summum, duos post menses a commutatione ratificationum præsentis Tractatus, restituet, renunciatis Cæsari ejusque hæredibus & successoribus utriusque sexus, in dictum Regnum juribus & actionibus quibuscunque

cunque, tam pro se, quam pro suis hæredibus & successoribus masculis & fœminis, sublata penitus ejus ad Coronam Hispaniæ reversione.

Art. II.

Vicissim Sua Majestas Cæsarea, cedet Regi Siciliæ, insulam regnumque Sardiniæ, in eo quo illud à Rege Catholico receperit statu, renunciabitque omnibus juribus & actionibus in dictum Regnum, pro se, suis hæredibus & successoribus utriusque sexus, in favorem Regis Siciliæ, ejusque hæredum & successorum, ad illud deinceps, cum titulo Regni, cunctisque Regio axiomati annexis honoribus, perpetuo possidendum, prout Regnum Siciliæ possederat; salva tamen, uti supra, dicti regni Sardiniæ ad Coronam Hispaniæ reversione, quando Regem Siciliæ absque posteris masculis, & totam domum Sabaudicam successoribus masculis, destituti contingeret: cæterum ad eum plane modum, quo dicta reversio, per Tractatus Trajectenses, & per actum cessionis consequenter à Rege Hispaniæ factæ, pro Siciliæ regno pacta & ordinata fuit.

Art. III.

Sua Majestas Cæsarea, confirmabit Regi Siciliæ, omnes, per tractatum signatum Taurini 8. Novembris 1703. eidem factas cessiones, tam illius partis Ducatus Montisferrati, quam Provinciarum, Urbium, Oppidorum, Castellorum, terrarum, locorum, jurium & redituum de Statu Mediolanensi, quæ possidet, eo modo quo ea actu possidet, spondebitque pro se, suis descendentibus & successoribus, nunquam se, neque illum, nec ejus hæredes & successores in dicta possessione esse turbaturam, ea tamen lege, quod omnes cæteræ actiones seu prætensiones, quæ dicto Regi Siciliæ virtute memorati Tractatus competere forte possent, perpetuo peremptæ sint & maneant.

Art. IV.

Sua Majestas Cæsarea agnoscet jus Regis Siciliæ, ejusque Domus, succedendi immediate in Regno Hispaniæ & Indiarum, in casum, quando Rex Philippus V., ejusque posteri deficient, eo modo ac per renunciationes Regis Catholici, Ducis Biturigum, Ducis Aurelianensis, & Tractatus Trajectenses stabilitum fuit, promittetque Sua Majestas Cæsarea, tam pro se, quam pro suis successoribus & descendentibus, quod nullo unquam tempore eidem se directe vel indirecte opponere, aut quidquam in contrarium obmovere velit; hac tamen declaratione adjecta, quod nullus Princeps è Domo Sabaudica, qui in Regno Hispaniæ succedet, ullam unquam provinciam, seu ditionem, uno tempore possidere in continenti Italiæ possit, & quod in eum casum istæ provinciæ, devolventur ac Principes collaterales istius Domus, quorum unus post alium secundum proximitatem sangvinis in iis succedet.

Art. V.

Sua Majestas Cæsarea, & Rex Siciliæ, mutuam tutelam seu guarantiam sibi præstabunt, pro Regnis & Provinciis universis, quas actu in Italia possident, aut vigore hujus Tractatus eis obvenient.

Art. VI.

Sua Majestas Cæsarea, & Rex Siciliæ, statim à commutatione Ratificationum istarum conventionum, executioni dabunt omnes & singulas conditiones in iis contentas; idque intra spatium ad summum duorum mensium, Ratificationumque instrumenta dictarum conventionum commutabuntur Londini, in termino duorum mensium à die subscriptionis, aut citius si fieri potest; & mox ab executione prævia dictarum conditionum, eorum Ministri Plenipotentiarii ab iis nominandi in loco congressus, de quo ipsi mutuo convenerint, sub mediatione trium partium contractantium, cætera sigillatim puncta pacis suæ particularis component.

Quod alte fata Sua Majestas Cæsarea Catholica, ad promovendum ejusmodi Pacis propositum, & ad avertenda dira bellorum mala suapte pronissima, præinsertas conventiones, omnesque & singulos earundem articulos, ex sincero consolidandæ universalis pacificationis desiderio, acceptaverit, prout hisce acceptat, ac proinde, cum præmemoratis tribus Potentiis, fœdus peculiare in sequentes conditiones pepigerit.

Art. I.

Sit, maneatque inter Sacram Cæsaream Catholicam Majestatem, Sacram Regiam Majestatem Christianissimam, Sacram Regiam Majestatem Magnæ Britanniæ, Celsosque ac Potentes Dominos, Status Generales Fœderati Belgii, eorumque hæredes & successores, fœdus arctissimum, vigore cujus, singuli, Ditiones & subditos aliorum tueri, nec non Pacem manutenere, propriaque ipsorum commoda, ceu sua mutuo promovere, damna vero & injurias cujuscunque generis prævenire, avertereque, teneantur.

Art. II.

Tractatus Trajecti, Badæque Helvetiorum initi, in suo vigore & robore firmi permaneant, partemque istius efficiant, exceptis tamen iis articulis, quibus per præsentem tractatum expresse derogare è republica visum est, ut & iis Tractatuum Trajectensium articulis, quibus per Tractatum Badensem derogatum fuit. Attamen Tractatus fœderis West Monasterii sub 25. Mensis Maji anno 1716. inter Sacram Cæsaream Catholicam Majestatem, nec non inter Sacram Regiam Magnæ Britanniæ Majestatem, celebratus, prout & alter ille die quarta Januarii anno 1717. Hagæ Comitis inter Christianissimum & Magnæ Britanniæ Reges, Statusque Generales Fœderati Belgii initus, plenum suum per omnia robur ac vim obtineant.

Art. III.

Sacra Majestas Christianissima prout & Sacra Majestas Britannica, Dominique Status Generales Fœderati Belgii, pro se, suisque hæredibus & successoribus spondent, quod Sacram Majestatem Cæsaream Catholicam, ejusque hæredes & successores in nullo penitus suorum Regnorum, Ditionum & Provinciarum, quæ vel quas

quas nunc possidet vigore Trajecti, Badæque Tractatuum, aut quorum quarumve possessionem vigore hujus Tractatus obtinebit, nec directe nec indirecte turbare unquam, quin potius ejusdem Provincias, regna & jura, quæ modo possidet, aut vi hujus Tractatus eidem obvenient, tam in Germania quam in Belgio & Italia, tutari, & ut ajunt, guarantigiare velint ac debeant, expromittentes sese dicta Sacræ Cæsareæ Catholicæ Majestatis Regna & Provincias contra omnes & singulos, qui eas hostiliter invadere tentarent, defendere, eique, eveniente casu, submittere velle & debere auxilia quibus opus habebit juxta conditiones & partitionem, de quibus infrà inter eos convenit. Pariter utraque præfata Christianissima & Britannica Majestas Regia, ac Status Generales diserte se obstringunt, quod nullam unquam protectionem aut asylum in ullo suarum Ditionum loco, dare, concedereve subditis Sacræ Majestatis Cæsareæ Catholicæ velint, qui actutum sunt, aut in futurum ab ea declarati fuerint rebelles, & casu quo ejusmodi forte in eorum Regnis, Provinciis & Dominiis existerent, ii, ut à finibus suis, intra octo dies à facta interpellatione Cæsarea expellantur, serio se curaturos sincere pollicentur.

Art. IV.

Vicissim Sacra Majestas Cæsarea Catholica, Sacra Regia Majestas Britannica, Fœderatique Belgii Status Generales, pro se, suisque hæredibus & successoribus promittunt, quod Sacram Majestatem Christianissimam, in nulla penitus suarum Ditionum ad Coronam Galliæ nunc spectantium, nec directe nec indirecte turbare unquam, quin potius easdem contra omnes & singulos, qui illas hostiliter invadere tentarent, tueri ac defendere, eidemque in eum casum auxilia submittere velint & debeant, quibus Rex Christianissimus opus habebit, juxta ac infra transactum est.

Pariter Sacra Majestas Cæsarea-Catholica, Sacra Majestas Regia Britannica, & Domini Status Generales, promittunt, seseque obligant, quod manutenere, guarantigiare, & defendere velint ac debeant jus successionis in Regno Franciæ, juxta tenorem Tractatuum Trajecti 11. Aprilis anno 1713. initorum, obstringentes se, ad tutandam dictam successionem, plane ad normam Renuntiationis, quæ à Rege Hispaniarum 5. Novembris anno 1712. facta, & 9. ejusdem mensis & anni in Comitiis generalibus Hispaniæ per solemnem actum acceptata fuit, quæ subinde die 8. Martii anni 1713. in legem abiit, & postremo per dictos tractatus Trajecti stabilita & ordinata fuit, idque contra omnes quoscunque, qui ordinem dictæ successionis contra præmissos actus & subsecutivos Tractatus, turbare præsumerent, quem in finem, auxilia juxta partitionem infrà conventam suppeditabunt. Quin, ubi res postularet, omnibus viribus dictum successionis ordinem propugnabunt, denunciato etiam bello, ei qui eundem infringere, aut impugnare tentaret.

Insuper Sua Majestas Cæsarea Regio-Catholica, & Majestas Regia Britannica, Statusque Generales, pariter se obstringunt, quod nullum unquam tutamen aut asylum, in suis Ditionibus, dabunt aut concedent subditis Majestatis Regiæ Christianissimæ, qui actutum sunt, aut olim fuerint declarati rebelles, & casu quo ejusmodi forte in eorum Regnis, Provinciis & Dominiis existerent, eos è finibus suis, intra octo dierum spatium, à facta interpellatione regia, exire jubebunt.

Art. V.

Sacra Majestas Cæsarea Regio-Catholica, nec non Regia Majestas Christianissima, Statusque Generales Fœderati Belgii, obligant se, pro se, suis hæredibus & successoribus, ad manutenendam & guarantigiandam successionem, & in Regno Magnæ Britanniæ, quemadmodum ea per Leges Regni stabilita est, in Domo Suæ Majestatis Britannicæ modo regnantis, prout etiam ad defendendas universas Ditiones & Provincias à Sua Majestate possessas, nullumque asylum aut refugium, in ullo suorum Dominiorum loco, dabunt aut concedent, Personæ, ejusve descendentibus, si qui ei obtingant, quæ vivente Jacobo II. Principis Walliæ, & post ejus excessum, Regium Magnæ Britanniæ titulum assumpsit; promittentes pariter pro se ipsis, suis hæredibus & successoribus, nullum se dictæ Personæ, ejusve descendentibus, directe vel indirecte, terra, marive, præbituros esse auxilium, consilium, aut opem quamcunque, sive in ære, armis, apparatu militari, navibus, milite, nautis, sive alio quocunque demum modo. Idem observaturos intuitu eorum, quibus à dicta Persona, ejusve descendentibus, forte mandatum aut commissum foret, regimen Suæ Majestatis Britannicæ, aut tranquillitatem Regni sui, sive bello aperto, sive clandestinis conspirationibus, suscitandove seditiones, & rebelliones, aut piraticam contra subditos Suæ Majestatis Britannicæ exercendo turbare, quo postremo casu, Sacra Majestas Cæsarea Regio-Catholica promittit se minime permissuram, ut ejusmodi Piratis, ullum in Portubus Belgii sui detur receptaculum. Tantundem spondent Sacra Majestas Christianissima, Statusque Generales Fœderati Belgii, pro Portubus sui Dominii, prout vicissim Sua Majestas Regia Britannica, refugium omne in Portubus Regni sui denegaturam promittit, Piratis, subditos Sacræ Cæsareæ Majestatis Regio Catholicæ, Sacræ Regiæ Majestatis Christianissimæ, aut Dominorum Statuum Generalium infestantibus. Denique Sua Majestas Cæsarea Regio-Catholica, Sacra Regia Majestas Christianissima, Dominique Status Generales obstringunt sese, quod nullam unquam protectionem vel asylum, in ullo suorum Dominiorum loco illis Regiæ Magnæ Britanniæ subditis dabunt, qui actutum sunt, vel aliquando fuerint declarati rebelles: Et casu quo ejusmodi forte in eorum Regnis, Provinciis, & ditionibus existerent, eas, è finibus suis, intrà octo dierum spatium, ab interpellatione Regia, exire jubebunt.

Quod

Quod si etiam Sacram Regiam Majestatem Britannicam in aliqua parte hostiliter invadi accideret, Sua Majestas Cæsarea Regio-Catholica, ut & Regia Majestas Christianissima, Fœderatique Belgii Status Generales, in eum casum obstringunt sese ad submittenda auxilia infra determinata: idem facturi ejus descendentibus, si quando eos in successione Regni Magnæ Britanniæ turbari contingeret.

Art. VI.

Sua Majestas Cæsarea Regio-Catholica, Regia Christianissima & Britannica, obligant se pro se ipsis, suis hæredibus & successoribus ad guarantiam & tuitionem omnium Ditionum, Jurium, & Provinciarum, quas Domini Status Generales Fœderati Belgii actu possident, contra quoslibet qui eas turbarent aut invaderent, promittentes eis, existente casu, auxilia infra enunciata. Sua Majestas Cæsarea Regio-Catholica, utraque quoque Majestas Regia Christianissima & Britannica æque se obstringunt, quod nullum unquam refugium vel asylum in ullo Regnorum suorum illis Statuum Generalium Subditis concedent, qui sunt, vel in futurum fuerint denunciati rebelles, & si forte ejusmodi in eorum Regnis, Ditionibus & Provinciis existerent, eos è finibus suis, intra octo dierum spatium à facta Reipublicæ interpellatione exire curabunt.

Art. VII.

Ubi alterutram ex prædictis quatuor Partibus contractantibus, a quocunque alio Principe, aut Statu invadi, aut etiam in possessione Regnorum, Ditionumque suarum per violentam detentionem Subditorum, Navium, Rerum, aut Mercium, Terra, Marique turbari contingeret, tunc superstites tres officia sua, mox ac de eo requisiti fuerint, impendent, quo offenso, super illato damno, & injuria satisfiat, aggressorque à persecutione hostilitatis abstineat.

Ast ubi amica hæc Officia reconciliandis Partibus, atque ad procurandam debitam Parti læsæ satisfactionem, reparationemque haud sufficerent, eo casu Alti Contractantes submittent invaso, intra bimestre spatium à facta requisitione, auxilia sequentia unitim vel separatim, videlicet:

Sua Majestas Cæsarea Regio-Catholica, octo millia Peditum, & quatuor millia Equitum.

Sua Majestas Christianissima, octo millia Peditum, & quatuor millia Equitum.

Sua Majestas Britannica, octo millia Peditum, & quatuor millia Equitum.

Et Domini Status Generales, quatuor millia Peditum, & duo millia Equitum.

Quod si Princeps, aut Pars læsa, pro Milite, Naves bellicas aut onerarias, vel etiam subsidia pecuniaria, submitti sibi mallet, quod in ejus arbitrium reponitur, eo casu petitæ Naves, pecuniæve ei subministrabuntur, ad mensuram sumptuum in Militem impendendorum, & ut omnis ambiguitas circa calculum, seu æstimationem dictorum sumptuum tollatur, placuit mille Pedites, menstruatim ad valorem decem millium Florenorum Hollandicorum, mille vero Equites ad triginta mille Florenos Hollandicos menstruatim æstimari, eadem intuitu Navium proportione observata.

Ubi auxilia supra enumerata impendenti necessitati imparia forent, Partes contractantes de ferendis amplioribus suppetiis indilarim convenient: quin exigente casu, Socium læsum, omnibus suis viribus adjuvabunt, bellumque Aggressori denunciabunt.

Art. VIII.

Principes & Status, de quibus Partes Contractantes unanimiter convenient, isti Tractatui accedere poterunt, nominatim vero Rex Lusitaniæ.

Tractatus iste approbabitur & ratihabebitur, a Sua Majestate Cæsarea, Regia Christianissima & Britannica, atque a Celsis & Potentibus Dominis Statibus Generalibus Uniti Belgii, Tabulæque Ratificationum commutabuntur Londini, extradenturque reciproce intra spatium duorum mensium, aut citius si fieri potest.

In cujus rei fidem, Nos infra scripti, Plenipotentiarum Tabulis muniti, iisdemque invicem communicatis, quarum apographa cum archetypis rite a Nobis collata & recognita, sub finem hujus Instrumenti, verbo tenus inserta sunt, præsentem hunc Tractatum subscripsimus & Sigillis nostris communivimus. Actum Londini die $\frac{\text{vicesimo-secundo Julii V. St.}}{\text{secundo Augusti N. St.}}$ anno Domini millesimo septingentesimo decimo octavo.

(L.S.) CHRISTOPH. PENTENRIEDER ab ADELSHAUSEN.

(L.S.) JOES PHIL. HOFFMAN.

(L.S.) DU BOIS.

(L.S.) W. CANT.
(L.S.) PARCKER C.
(L.S.) SUNDERLAND P.
(L.S.) KINGSTON C.P.S.
(L.S) KENT.
(L.S.) HOLLES NEWCASTLE.
(L.S.) BOLTON.
(L.S.) ROXBURGHE.
(L.S.) BERKELEY.
(L.S.) J. CRAGGS.

Articulus separatus.

Quod si forte Dominis Generalibus Uniti Belgii Ordinibus grave nimis foret, conferre ratam suam partem stipendii Helvetiorum Cantonibus, pro Liburni, Portus Ferrai, Parmæ & Placentiæ Præsidiis solvendi, juxta conclusi hodie

die Tractatus fœderis tenorem, Articulo isto separato expresse cautum, & inter quatuor Partes contrahentes conventum est, quod eo casu Rex Catholicus dictam Dominorum Statuum Generalium ratam in se recipere possit.

Articulus iste separatus, eandem vim obtinebit, ac si ipsimet Tractatui hodie concluso, signatoque verbo tenus insertus fuerit, ratihabebiturque eodem modo, atque ratihabitionum Tabulæ intra idem tempus cum ipso Tractatu extradentur.

In quorum fidem, Nos infra scripti vigore Plenipotentiarum hodie invicem exhibitarum, hunc Articulum separatum subscripsimus, & Sigillis nostris communivimus. Actum Londini die vicesimo-secundo Julii S. V. / secundo Augusti S. N. anno Domini millesimo septingentesimo decimo octavo.

(L.S.) CHRISTOPH. PENTENRIEDER ab ADELSHAUSEN.

(L.S.) JOES PHIL. HOFFMAN.

(L.S.) DU BOIS.

(L.S.) W. CANT.
(L.S.) PARKER C.
(L.S.) SUNDERLAND P.
(L.S.) KINGSTON C.P.S.
(L.S.) KENT.
(L.S.) HOLLES NEWCASTLE.
(L.S.) BOLTON.
(L.S.) ROXBURGHE.
(L.S.) BERKELEY.
(L.S.) J. CRAGGS.

Articulus Separatus.

QUum in Tractatu Fœderis cum Sac. Cæsarea Catholica Majestate hodie subscribendo, ut & conditionibus Pacis in eo insertis, Sacræ Regiæ Majestates Christianissima & Britannica, & Domini Status Generales Belgii uniti, præsentem Hispaniarum & Indiarum possessorem Regem Catholicum, & Ducem Sabaudiæ Regem Siciliæ, vel etiam Sardiniæ appellent: & vero Sacra Majestas Cæsarea Catholica, binos hos Principes pro Regibus agnoscere haud possit, antequam & ii ad hunc Tractatum accesserint; proinde Sacra Cæsarea Catholica Majestas, per Articulum istum separatum & ante Tractatum fœderis subscriptum, declarat & protestatur, quod per Titulos ibi adhibitos vel etiam omissos, sibi minime præjudicare, neque dictis binis Principibus, Titulos Regios concedere aut adjicere intendat, nisi in eum duntaxat casum, ubi & illi Tractatui hodie subscribendo accesserint, atque placitis in eo conditionibus Pacis pariter consenserint.

Articulus iste separatus eandem vim obtinebit, ac si ipsimet Tractatui hodie concluso, signatoque verbo tenus insertus fuerit, ratihabebiturque eodem modo, atque ratihabitionum Tabulæ intra idem tempus cum ipso Tractatu extradentur.

In quorum fidem, Nos infra scripti, vigore Plenipotentiarum hodie invicem exhibitarum, hunc articulum separatum subscripsimus, & Sigillis nostris communivimus. Actum Londini die vigesimo secundo Julii S. V. / secundo Augusti S. N. Anno Domini millesimo septingentesimo decimo octavo.

(L.S.) CHRISTOPH. PENTENRIEDER ab ADELSHAUSEN.

(L.S.) JOES PHIL. HOFFMAN.

(L.S.) DU BOIS.

(L.S.) W. CANT.
(L.S.) PARKER C.
(L.S.) SUNDERLAND P.
(L.S.) KINGSTON. C.P.S.
(L.S.) KENT.
(L.S.) HOLLES NEWCASTLE.
(L.S.) BOLTON.
(L.S.) ROXBURGHE.
(L.S.) BERKELEY.
(L.S.) J. CRAGGS.

Articulus separatus.

QUum Titulorum aliqui, quibus Sac. Cæsarea Majestas, sive in Plenipotentiis, sive in tractatu Fœderis hodie secum subscribendo, utitur, per Sacram Regiam Majestatem Christianissimam agnosci haud possit, per hunc articulum separatum & ante Tractatum Fœderis subscriptum declarat & protestatur, quod per dictos hoc Tractatu adhibitos Titulos, aut sibi alterive præjudicare, aut Sacræ Cæsareæ Majestati, jus ullum adjicere minime intendat.

Articulus iste separatus eandem vim obtinebit, ac si ipsimet Tractatui hodie concluso signatoque, verbo tenus insertus fuerit, ratihabebiturque eodem modo, atque ratihabitionum Tabulæ intra idem tempus cum ipso Tractatu extradentur.

In quorum fidem, Nos infra scripti, vigore Pleni-

Plenipotentiarum hodie invicem exhibitarum hunc articulum separatum subscripsimus, & Sigillis nostris communivimus. Actum Londini die vigesimo secundo Julii S. V. / secundo Augusti S. N. Anno Domini millesimo septingentesimo decimo octavo.

(L.S.) CHRISTOPH. PENTENRIEDER ab ADELSHAUSEN.

(L.S.) JOES PHIL. HOFFMAN.

(L.S.) DU BOIS.

(L.S.) W. CANT.
(L.S.) PARKER C.
(L.S.) SUNDERLAND P.
(L.S.) KINGSTON C.P.S.
(L.S.) KENT.
(L.S.) HOLLES NEWCASTLE.
(L.S.) BOLTON.
(L.S.) ROXBURGHE.
(L.S.) BERKELEY.
(L.S.) J. CRAGGS.

Declaratio à Plenipotentiariis Regis Magnæ Britanniæ subscripta.

QUandoquidem secundum usum, quem utrinque convenit, receptum fuisse in Tractatibus inter Majestates suas Britannicam & Christianissimam Riswici, Trajecti ad Rhenum & Hagæ Comitis, pro Triplici Fœdere initis, Instrumenta pro Rege Magnæ Britanniæ Lingua Latina, pro Rege vero Christianissimo Lingua Gallica confecta sint, adjecta tamen Declaratione, quod si alius antea usus obtinuerit, eidem se Rex Christianissimus in posterum accommodaret. Cumque in tractatu hodierno die inter Imperatorem Romanorum, Regem Magnæ Britanniæ, Regem Christianissimum, & Status Generales Fœderati Belgii signato, usus supra memoratus observari haud potuit, sine incommodo plurium adhuc Instrumentorum faciendorum, quo Tractatus hujus subscriptio in longius differri necesse foret. Cumque insuper aliqui è Plenipotentiariis enixe postulaverint, ut nullum Tractatus hodierni Instrumentum fieret, quod omnium simul Partium contrahentium subscriptionibus munitum non fuerit; quo pacto factum est, ut omnia dicti Tractatus Instrumenta Lingua Latina conscripta sint. Eum igitur in finem, ne hoc exemplum in usum trahatur, inter Regem Magnæ Britanniæ & Regem Christianissimum, Nos Plenipotentiarii Majestatis Suæ Britannicæ, rogatu Plenipotentiarii Majestatis Suæ Christianissimæ, declaramus, quod id omne, idioma, sive Linguam Tractatus hodierni spectans, in exemplum trahi aut proferri non poterit in posterum; verum usus antea receptus inter utramque coronam obtinebit, ita ut quod hodie factum est, eidem nullo modo derogabit, neque jus aliquod novum in contrarium adjiciet.

In quorum fidem, Nos Plenipotentiarii Majestatis Suæ Britannicæ, hanc Declarationem subscripsimus, & Sigillis nostris communivimus: Londini die vicesimo secundo mensis Julii, anno Domini millesimo septingentesimo decimo octavo.

(L.S.) SUNDERLAND. P.
(L.S.) ROXBURGHE.
(L.S.) J. CRAGGS.

Ratificatio Cæsarea.

QUod nos, inspectis, probeque examinatis istorum Tractatuum ac Conventionum Articulis, eosdem omnes & singulos in universum ratos, gratosque habuerimus, & approbaverimus, prout eos omnes & singulos, & universim, quæ ita acta, conclusa ac subscripta fuerunt, vigore Præsentium approbamus & ratificamus, verbo Cæsareo, Regio & Archiducali promittentes, Nos ea firmiter religioseque per omnia observaturos ac impleturos, neque unquam admissuros esse, ut iis a Nobis, aut a nostris ullo unquam tempore contraveniatur. In quorum fidem præsens Ratificationis Instrumentum propria manu subscripsimus, appensoque consueto nostro Sigillo communiri jussimus. VIENNÆ 14. mensis Septembris anno Domini millesimo septingentesimo decimo octavo: Regnorum nostrorum Romani septimo: Hispaniarum decimo quinto: Hungarici vero & Bohemici octavo. CAROLUS. *Ad Mandatum Sac. Cæs. & Cathol. Regiæ Majestatis proprium* JOANNES GEORGIUS BUOL. *Ad latus* PHILIPPUS LUD. COMES a SINZENDORF.

Ratification du Roy de France.

NOUS, ayant agréable les susdits Traité & Articles séparez, en tous & chacuns les points qui y sont contenus; avons de l' avis de nôtre tres-cher & tres-amé Oncle, le Duc d'Orleans Regent de nôtre Royaume, iceux, tant pour Nous que pour nos Heritiers & Successeurs, Royaumes, Pays, Terres, Seigneuries & Sujets, accepté, approuvé, ratifié, & confirmé, & par ces Presentes signées de nôtre main, acceptons, approuvons, ratifions, & confirmons, & le tout promettons, en foy & parole de Roy, garder & observer inviolablement, sans jamais aller ni venir au contraire, directement ou indirectement, en quelque sorte & maniere que ce soit. En temoin de quoy nous avons fait mettre nôtre Scel à ces Presentes. Donné à Paris le trente-uniéme jour d' Aoust l' an de grace mil sept cens dix-huit, & de nôtre Regne le troisiéme. Signé, LOUIS; Et plus bas: Par le Roy le Duc d' Orleans Regent present. Signé PHELYPEAUX, & scellé du grand Sceau de cire jaune, sur lacs de soye bleuë tressez d'or, le Sceau enfermé dans une boëte d' argent, sur le dessus de laquelle sont empreintes & gravées les Armes de France & de Navarre, sous un Pavillon Royal soutenu par deux Anges.

Ratificatio Regis Magnæ Britanniæ.

NOS, viso perpensoque Tractatu suprascripto, eundem in omnibus & singulis ejus articulis & clausulis approbavimus, ratum, gratum,

S 3 tum,

tum, firmumque habuimus, sicut per Præsentes pro nobis, hæredibus & successoribus nostris, eundem approbamus, ratum, gratum, firmumque habemus, spondentes ac in verbo Regio promittentes, Nos omnia & singula, quæ in prædicto Tractatu continentur, sincere & bona fide præstituros & observaturos, neque permissuros unquam, quantum in nobis est, ut ea, a quopiam violentur, aut ullo modo iisdem in contrarium eatur. In quorum omnium majorem fidem & robur, Præsentibus manu nostra Regia signatis, magnum nostrum Magnæ Britanniæ Sigillum appendi fecimus. Quæ dabantur in Palatio nostro, apud Kensington septimo die mensis Augusti, Anno Domini millesimo septingentesimo decimo octavo, Regnique nostri quinto.

GEORGIUS R.

Plenipotentiarum Tabula Majestatis Suæ Cæsareæ.

NOS CAROLUS SEXTUS, Divina favente Clementia, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Indiarumque, nec non Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Esclavoniæque Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, & Würtembergæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tirolis & Goritiæ. &c. Hisce notum testatumque facimus omnibus quorum interest: Postquam amicissimis Serenissimi ac Potentissimi Principis Georgii, Magnæ Britanniæ Regis, nec non Sacri Romani Imperii Electoris, Ducis Brunsuicensis, hortationibus sæpius fuimus invitati, ut eas secum rationes iniremus, quibus pax ac quies per Europam cum universis Principibus Christianis constare vel certe obfirmari magis, etiam in eos casus posset, qui olim bellorum causam suppeditare & vel ex nunc alere videntur; In quem quoque partem etiam Serenissimum ad Potentissimum Principem Ludovicum XV. Franciæ Regem, una cum Statibus Generalibus Fœderati Belgii, itidem propendere accepimus: Hinc pro sincero desiderio, quo in pacis ac quietis consilia ferimur, honorabilem nostrum Consiliarium Imperialem Aulicum, nec non Consilii Belgici Austriaci Assessorem, Christophorum Pentenrieder ab Adelshausen, nostrum Sacrique Romani Imperii fidelem & dilectum, cum plena facultate, cum Ministris præfatorum Regum Franciæ & Magnæ Britanniæ, ac eorum Fœderatis ea omnia, quæ ad scopum tam salutarem assequendum facere possent, tractandi ablegandum statuimus, dantes illi plenam ac omnimodam potestatem, una cum Residente Londini nostro, honorabili, fideli, dilecto, Joanne Philippo Hoffmann, cui parem in hanc rem facultatem impertimur, sive simul, sive altero eorum impedito, in solidum cum dictis Ministris, isthoc negotium tractandi & concludendi, verbo Cæsareo Regio spondentes, Nos ea omnia & singula, quæ nomine nostro, ii vel alteruter eorum ita egerit, tractarit, atque concluserit, non modo rata, grataque, æque ac si a nobis ipsis acta forent, habituros, verum etiam nostrum Ratihabitionis instrumentum intra tempus conventum extradituros esse. In quorum fidem præsentes propria manu subscripsimus, Nostroque Sigillo Cæsareo communiri jussimus. Datum in Civitate nostra Viennæ, die vigesima septima Septembris, anno millesimo septingentesimo decimo septimo. Regnorum nostrorum Romani sexto, Hispaniarum decimo quinto, Hungarici vero & Bohemici septimo. Signatum CAROLUS. *Ad mandatum Sacræ Cæsareæ & Catholicæ Regiæ Majestatis proprium.* JOANNES GEORGIUS BUOL. *Et ad latus*, PHILIPPUS LUD. COMES a SINZENDORF.

Plein-Pouvoir du Roy de France.

LOUIS par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre. A tous ceux qui ces Presentes Lettres verront, SALUT. Comme Nous voulons contribuer, autant qu'il est en Nous, au maintien de la tranquillité publique, retablie par les Traitez d'Utrecht & de Bade, & à l'affermissement de la Paix si necessaire à toute l'Europe, que Nous desirons d'ailleurs de répondre aux ouvertures, qui Nous ont été faites de la part de nôtre très-cher & très-amé Frere le Roy de la Grande Bretagne, dans la vûë de prévenir les suites de l'embrasement qui vient de s'élever, à l'occasion des differends, qui subsistent entre nôtre tres cher & très amé Frere l'Empereur des Romains, & nôtre tres cher & très amé Frere & Oncle le Roy d'Espagne, Nous confians entierement en la capacité, experience, zele & fidelité pour nôtre service, de nôtre amé & feal le Sieur Abbé du Bois, Conseiller ordinaire en nôtre Conseil d'Etat & au Conseil des Affaires Etrangeres, Secretaire de nôtre Cabinet: POUR CES CAUSES, & autres bonnes considerations, à ce Nous mouvans, de l'avis de nôtre très-cher & très-amé Oncle le Duc d'Orleans, Regent; Nous avons commis, ordonné & deputé, & par ces Presentes, signées de nôtre main, commettons, ordonnons & deputons, le dit Sieur Abbé du Bois, & luy avons donné & donnons Pleinpouvoir, commission & mandement special pour en nôtre nom, en qualité de nôtre Plenipotentiaire, convenir avec un ou plusieurs Ministres de la part de nôtre dit Frere l'Empereur des Romains, de celle de nôtre dit Frere & Oncle le Roy d'Espagne, de celle de nôtre dit Frere le Roy de la Grande Bretagne, & de celle de leurs Hautes Puissances, nos trés-chers & grands amis, les Etats Generaux des Provinces Unies des Bays-Bas, pareillement munis de Pouvoirs en bonne forme, arrêter, conclure, & signer avec les dits Ministres ensemble ou separément, tels Traités, Articles & conventions, que le dit Sieur Abbé du Bois avisera bon être, voulant qu'il agisse en cette occasion, avec la même autorité que Nous ferions & pourrions faire, si Nous y étions presens en personne, encore qu'il y eût quelque chose qui requit un mandement plus special, non contenu en cesdites Presentes. Promettant en foy & parole de Roy, d'avoir

d'avoir agréable, tenir ferme & stable à toujours, accomplir & executer ponctuellement tout ce que le dit Sieur Abbé du Bois aura stipulé, promis & signé en vertu du présent Pouvoir, sans jamais y contrevenir, ni permetter qu'il y soit contrevenu, pour quelque cause, ou sous quelque prétexte que ce puisse être; comme aussi d'en faire expedier nos Lettres de Ratification en bonne forme, pour être échangées dans le temps dont il sera convenu, CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR. En témoin de quoy Nous avons fait mettre nôtre Scel à ces Présentes. DONNE' à Paris le vingt-cinquiéme May l'An de grace mil sept cent dix huit, & de nôtre Regne le troisiéme. Signé, LOUIS, & sur le repli, Par le Roy, LE Duc d'ORLEANS Regent present; Signé PELYPEAUX & scellé.

Plenipotentiarum Tabula Maj. Brit.

GEORGIUS R.

GEORGIUS Dei Gratia, Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hiberniæ Rex, Fidei defensor, Dux Brunsvici & Luneburgi, Sacri Romani Imperii Archi-Thesaurarius, & Princeps Elector, &c. Omnibus & singulis ad quos præsentes hæ Litteræ pervenerint, SALUTEM. Cum Tractatibus Trajecti ad Rhenum & Badæ Ergoviæ conclusis, tot bellorum semina etiamnum relicta animadverteremus, ut non tam extinctæ, quam sopitæ paululum dilatæque viderentur Europæ calamitates, curas protinus, omnes cogitationesque contulimus, ut solidis duraturisque Pacis conditionibus hinc inde initis, omnes armorum capiendorum causas radicitus præcideremus. Cumque bellum, quod inter Imperatorem Romanorum, atque Hispaniarum Regem exortum est, ardeat magis, magisque, & latius sese spargere incipiat, sollicitudines quidem nostras duplicavimus, quo tranquillitatem publicam, hisce motibus turbatam, sine mora restitueremus. Cumque pacificationis capita, quæ nos una cum Rege Christianissimo, & Dominis Ordinibus Generalibus Uniti Belgii partibus vel bello jam implicitis, vel mox implicandis, ex æquo bonoque proponenda esse duxerimus, dicto Romanorum Imperatori, pro suo erga bonum publicum studio, haud ingrata esse acciperemus; cumque spes porro sit, reliquos Principes, quorum interest, mature perpensis conditionibus, easdem haud gravate tandem amplexuros, consultum esse judicavimus, viros undiquaque istiusmodi muneri obeundo pares, ex nostra parte nominare, qui tam præclaro, tamque salutari operi finem imponerent. Sciatis igitur, quod nos fide, prudentia, integritate atque industria, Reverendissimi in Christo Patris, perquam fidelis & intime dilecti Consiliarii nostri, Gulielmi Archi-Episcopi Cantuariensis, totius Angliæ Primatis & Metropolitani; perquam fidelis & dilecti Consiliarii nostri, Thomæ Domini Parker, Baronis de Macclesfeld, summi nostri Magnæ Britanniæ Cancellarii; perquam fidelis & prædilecti consanguinei & Consiliarii nostri Caroli, Comitis de Sunderland, Consilii nostri Præsidis; perquam fidelium & intime dilectorum Consanguineorum & Consiliariorum nostrorum, Evelyn Ducis de Kingston, Privati nostri Sigilli Custodis; Henrici Ducis Cantii, hospitii nostri Præfecti; Thomæ Ducis Novi Castrensis, dicti nostri hospitii Camerarii; Caroli Ducis de Bolton, Regni nostri Hiberniæ Locumtenentis & Gubernatoris nostri generalis; Joannis Ducis de Marlboroug, Exercituum nostrorum Capitanei Generalis; ac Joannis Ducis de Roxburghe, e Primariis nostris Status Secretariis unius; perquam fidelium & prædilectorum consanguineorum & consiliariorum nostrorum, Jacobi Comitis de Berkeley, Primarii Admiralitatis nostræ Commissarii; Gulielmi Comitis Cowper, Baronis de Vingham, & Jacobi Comitis Stanhope, e primariis nostris Status Secretariis alius, & perquam fidelis & dilecti Consiliarii nostri Jacobi Craggs Armigeri, e Primariis nostris Status Secretariis alius, plurimum confisi, eosdem nominavimus, fecimus, & constituimus, quemadmodum per præsentes nominamus, facimus & constituimus nostros veros, certos & indubitatos Commissarios, Procuratores & Plenipotentiarios, dantes & concedentes eisdem omnibus, vel eorum tribus quibusvis, aut pluribus omnem & omnimodam facultatem, potestatem, authoritatemque, nec non mandatum generale, pariter ac speciale (ita tamen ut generale speciali non deroget, neque contra) pro nobis & nostro nomine, cum Ministro, Ministrisve tam ex parte boni Fratris nostri Romanorum Imperatoris, quam ex parte boni Fratris nostri Regis Christianissimi, ac etiam ex parte Dominorum Ordinum Generalium Unitarum Belgii Provinciarum, potestate sufficienti, hinc inde munito vel munitis, de & super conditionibus pacis, quæ ad bellorum motus sedandos, & ad communem Europæ tranquillitatem restituendam, stabiliendamque plurimum facere possint, ac etiam super articulis, sive secretis, sive separatis, ac denique super omnibus, quæ ad opus prædictum promovendum perficiendumque, maxime apta videbuntur, conveniendi & concludendi: quæque ita conclusa & conventa fuerint, nostro nomine subsignandi, mutuoque extradendi, recipiendique, reliquaque omnia factu necessaria præstandi, perficiendique, tam amplis modo & forma, ac nosmet ipsi, si interessemus, facere & præstare possemus; spondentes & in verbo Regio promittentes, nos quæcunque a dictis nostris Commissariis, Procuratoribus, a Plenipotentiariis, vel eorum tribus pluribusve concludi contigerit, rata ea omnia, grata & accepta omni meliori modo habituros, neque passuros unquam, ut in toto vel in parte, a quopiam violentur, aut ut iis aliquo modo in contrarium eatur. In quorum omnium majorem fidem & robur, magnum nostrum Magnæ Britanniæ sigillum, Præsentibus manu nostra Regia signatis appendi fecimus. Quæ dabantur in Palatio nostro apud Kensington 15. die mensis Julii Anno Domini 1718. Regnique nostri quarto.

Articuli

Articuli Separati & Secreti.

Art. I.

POstquam Serenissimus & Potentissimus Rex Christianissimus, & Serenissimus & Potentissimus Rex Magnæ Britanniæ, nec non Celsi & Potentes Domini Status Generales Fœderati Belgii, vigore Tractatus, inter eos hodierna die conclusi & subscripti, super certis conditionibus convenerunt, secundum quas Pax inter Serenissimum & Potentissimum Romanorum Imperatorem atque Serenissimum & Potentissimum Regem Hispaniarum, item inter eandem Sacram Majestatem Cæsaream, Regemque Siciliæ (quem deinceps Regem Sardiniæ nominare visum est) conciliari posset, quarum quidem conditionum copiam præfatis tribus Principibus fecere, ut loco basis fixæ, stabiliendæ inter eos pacis forent, Sacra Majestas Cæsarea, ex gravissimis rationibus, ob quas Rex Christianissimus & Rex Magnæ Britanniæ, & supradicti Status Generales hoc tantum tamque salutare opus susceperunt, permota, deferensque circumspectis urgentibusque eorum consiliis & suasionibus, acceptare se declarat dictas conditiones, seu Articulos, nullo penitus eorum excepto, ceu conditiones fixas & immutabiles, juxta quas pacem perpetuam cum Rege Hispaniarum, atque cum Rege Sardiniæ concludere consentit.

Art. II.

Quia vero Rex Hispaniarum & Rex Sardiniæ dictis conditionibus necdum adhuc sunt assentiti, Sua Majestas Cæsarea, prout & Suæ Majestates Regiæ Christianissima & Britannica, præfatique Status Generales, convenerunt de admittendo iis ad consentiendum spatio trium mensium, a die subscriptionis præsentis Tractatus computandorum, sufficere existimantes hoc temporis intervallum, ut dictas conditiones rite perpendere possint, iique demum se determinent atque declarent, num conditiones fixas & immutabiles pacificationis suæ, cum Sua Majestate Cæsarea acceptare ipsi quoque velint, prout eos esse facturos ab eorum pietate & prudentia sperare licet, fore scilicet & exemplum Suæ Majestatis Cæsareæ secuti animi motibus moderari, habitaque humanitatis ratione tranquillitatem publicam privatis suis sensibus præhabere, unaque effusioni sanguinis subditorum suorum parcere, atque calamitates belli a reliquis Europæ nationibus avertere velint. In quem finem Suæ Majestates Christianissima & Britannica, Statusque Generales Fœderati Belgii, officia sua quam efficacissima una simul & seorsim impendent, quo dictos Principes ad ejusmodi acceptationem permoveant.

Art. III.

Verum, si contra omnem expectationem Alte-Contractantium, votaque universæ Europæ, Rex Hispaniarum & Rex Sardiniæ, post elapsum trium mensium terminum dictas conditiones pro eorum pacificatione, cum Sua Majestate Cæsarea propositas, acceptare abnuerent, cum tranquillitatem Europæ a renitentia vel moliminibus clandestinis dictorum duorum Principum dependere æquum non sit, Suæ Majestates Christianissima & Britannica, necnon Status Generales, suas cum viribus Suæ Majestatis Cæsareæ jungere promittunt, quo illi ad acceptationem & executionem præfatarum conditionum adigantur. Quem in finem Cæsareæ Suæ Majestati præbebunt unitim & separatim eadem ipsa auxilia, de quibus, pro reciproca defensione mutua, articulo septimo Tractatus fœderis sub hodierno die subscripti convenere, unanimiter consentientes, ut Sua Majestas Christianissima subsidia loco militis præstet in ære. Quod si auxilia in dicto articulo septimo enunciata, assequendo proposito scopo imparia forent, tum quatuor partes contractantes de amplioribus auxiliis Suæ Majestati Cæsareæ submittendis absque mora convenient, eaque continuabunt, quousque Sua Majestas Cæsarea Regnum Siciliæ subegerit, ejusque Regna & Provinciæ in Italia plena securitate gaudeant.

Conventum insuper & quidem disertis verbis fuit, quod si ob causam auxiliorum, quæ Suæ Majestates Christianissima & Britannica, Dominique Status Generales, suæ Majestati Cæsareæ vi & in executionem præsentis Tractatus suppeditabunt, Reges Hispaniæ & Sardinæ, vel unus illorum, bellum alterutri dictorum Contractantium declaret, aut inferret, sive eum in suis Ditionibus aggrediendo, sive eorum subditos, aut naves, res & merces, terra marive violenter retinendo, in eum casum duæ aliæ Potentiæ Contractantes illico bellum præfatis Regibus Hispaniæ & Sardiniæ, vel illi binorum eorum Regum, qui id alterutri dictarum Potentiarum contractantium denunciaverit aut intulerit, declarabunt, neque arma ante deponent, quam Imperator in possessione Siciliæ & securus ratione suorum Regnorum & Provinciarum in Italia sit, satisfactumque pro justitia fuerit illi, ex tribus Partibus Contractantibus, quæ occasione præsentis Tractatus, armis impetita aut damnificata fuerit.

Art. IV.

Ubi unus duntaxat præfatorum binorum Regum, qui pacis conditionibus cum Sua Majestate Cæsarea faciendæ, necdum assentiti sunt, eas acceptaret, iis quoque quatuor Partibus contractantibus ad compellendum eum, qui eas recusaverit, se conjunget, submittetque suam partem subsidiorum juxta distributionem desuper faciendam.

Art. V.

Si Rex Catholicus amore boni publici, & quod commutatio Regnorum Siciliæ & Sardiniæ, pro manutentione Pacis universalis necessaria sit, persuasus, in eam consentiat, conditionesque Pacis cum Imperatore ineundæ, ut supra, amplectatur, e contra vero Rex Sardiniæ, ea permutatione rejecta, Siciliam retinere persistat, in eo casu, Rex Hispaniæ Sardiniam Imperatori restituet, qui istius Regni custodiam, (salvo supremo suo in illud Dominio) Serenissimo Regi Britannico & Dominis Statibus Generalibus tamdiu committet, donec subacta Sicilia, Sardiniæ Rex,

Rex supra recensitis conditionibus Tractatus cum Imperatore ineundi subscribat, atque in acceptationem Regni Sardiniæ, loco æquivalentis pro Regno Siciliæ, consentiat, quo facto, in ejus possessionem, à Rege Magnæ Britanniæ, Statibusque generalibus mittetur. Si vero Sua Majestas Cæsarea expugnare Siciliam, atque in suam potestatem redigere nequiret, in eum casum, Magnæ Britanniæ Rex, Statusque Generales, Regnum Sardiniæ eidem restituent, frueturque interim Sua Majestas Cæsarea dicti Regni reditibus, qui sumptus in custodiam factos excedent.

Art. VI.

Ast ubi Regem Sardiniæ in dictam permutationem consentire, Regem vero Hispaniarum eandem recusare contingeret, in hoc casu, Imperator adjutus reliquorum compaciscentium auxiliis, Sardiniam oppugnabit, quæ tamdiu ei submittere spondent, æque ac Sua Majestas Cæsarea, arma minime deponere promittit, donec universum Sardiniæ Regnum occupaverit, quod mox ab occupatione, Regi Sardiniæ cedet.

Art. VII.

Quod si uterque & Hispaniæ & Sardiniæ Rex, permutationi Siciliæ & Sardiniæ sese opponerent, Imperator, una cum sociorum auxiliis, primo loco Regnum Siciliæ adorietur, quo occupato, arma contra Sardiniam vertet, eo copiarum numero, quo præter auxilia sociorum ad utramque expeditionem opus esse existimabit, subacta quoque Sardinia, ejus custodiam, Sua Majestas Cæsarea Regi Britannico, Dominisque Statibus Generalibus eo usque committet, donec Sardiniæ Rex conditionibus pacis cum Imperatore ineundæ subscripserit, atque Regnum Sardiniæ, pro æquivalente Regni Siciliæ, acceptare consentiat, sibi tunc à Sua Majestate Britannica, Statibusque Generalibus tradendum, frueturque interim Sua Majestas Cæsarea reditibus istius Regni, qui sumptus in custodiam factos superabunt.

Art. VIII.

Postquam hys lacrimosis propositionibus cordiali dolore duratis, finem fecit, lacrimarum fontem continere non potui: Et, o inquam veneranda Domina, quam beatam me dicerem, si ante legationis officium commissum, per me imperitum nuncium, felicem sortiretur effectum! Si tam magnifici Principis animus, meis sentenciolis, ad amorem visitationis tue moveretur! Unde totum me huic obsequio, licet trepidus, humiliter submittere sum paratus, ne forte justissimam tante gravitatis orationem sub dissimulatione videar obaudire.

Principum igitur gloriosissime, aures vestræ mansuetudinis verbo servitoris vestri nunc accommodate benignas. Illa equidem lamentabilis quæstio querula patrie, me subsequentia dictare coëgit. Ceterum quidam amicorum meorum mee familiaritatis erga Majestatem vestram conscii, me scriptis sepe sollicitarunt supplicibus, ut ad miserande visitationem patrie pectus Cesareum, hortatu memoratuque crebro, movere ac provocare, si & quantum phas fuerit, non cessarem: hoc quoque erat, quod mentem meam usque huc vehementer & percrebre ymaginacionis assiduitatem animum indoctum sciencie habitu erudivit. Nam non sola sciencia seu doctrina causas rerum aut novitates utilium dat cognoscere, ymo studiose mentis frequens & affectuosa Cura, quamvis ex obtuso pectore, consuevit tamen sepius perducere inaudita. Mansuetudinem igitur vestram assumens pro clipeo, & lacrimarum patrie provocatus amaritudine, hunc ausim aut cogar potius libellum scribere, nec minervas docere studeo, sed ad derelictam Romani fastigii terram nobilem, sed ad vestri honoris thesaurisationem, pietatem Cesaream provocare. Et quia non recte aliquid inchoatur nisi post Deum faverit Imperator, Supplico voce humilima, quatenus verba inexperti, pia dispensatione, feratis, & si quid correctionis lima videbit, presto sum correctionem subire & mala prolata sive humiliter revocare paratus. Materia autem hujus libelluli est, felix quarti Karoli processus versus Italiam, felicior introitus & felicissimus ibidem Status ejus. Dividitur autem hoc opusculum in duodecim Capitula. *Primum Capitulum*, de habilitate temporis ad processum ver-

versus Ytaliam tum propter electionem Imperatoris & Regis Romanorum, tum propter discordias Itallorum. *Secundum Capitulum*, de Senescallo seu Marscalco ydoneo pro tanti principis exercitu eligendo. *Tertium Capitulum*, de Tutela & societate solius Imperialis persone. *Quartum Capitulum*, de Conservatione Imperialis persone contra pericula tam aperta, quam occulta, quam fraudulenta, specialiter ut a veneno præservetur. *Quintum Capitulum*, de Legistis seu judicibus Curie Imperiali necessariis precipue. *Sextum Capitulum*, de modo intrandi Terram Ytalie. *Septimum Capitulum*, de Stipendiariis eligendis. *Octavum Capitulum* de Stipendiariis ordinandis & debite parciendis & tractandis. *Nonum Capitulum*, de ordine standi in Campis & locatione tentoriorum. *Decimum Capitulum*, de proclamatione facienda in Campis. *Undecimum Capitulum*, de modo acquirendi & obtinendi Civitates & Castra. *Duodecimum Capitulum*, quod agendum sit in Civitate obtenta & quomodo Tyranni sint tractandi, & Cives. Et de Capitaneo & potestate ibidem statuendis.

Primum commemorandum proposui, quod viam apertam & Tempus ydoneum progrediendi versus Italiam vobis ipsa divina providentia jam providit. Nam electio atque *Coronatio Serenissimi Wenceslai filii vestri in Regem Romanorum*, validissimum Securitatis vallum in persequendis propositis erit vobis. Ita quod Genitus Genitori se præbebit in clipeum & contra omnia contraria firmamentum; Vicini namque aliquam rebellionis non audebunt machinari materiam; Italorum etiam ebetabitur presumptio, nec alioquin nocendi genera, qualiter pretenderent, attemptabunt. Ut dum nemoris Africani Leo nobilior, multo jam evo confectus, detrimenta virium suarum senciens, alti tamen nominis fama cunctis semper circumquaque feris timendus silvestribus: Dum inquam, de cubilis sui grandi egressus Cacumine *ad debiti redditus* venationem prorumpit, quanquam in primis sui motus passibus omnes ferarum greges pavor novus percutiat, quando tamen potentis pellem dependere aridam caput quoque demissum gravius, nec ut quondam firmis inniti gradibus manifeste perspexerint, audent setis erectis perstare & avia potenter non cedere: ymo in mente confisi & numero hostili presumerent impetu perniciem machinari: Sed si Leunculum juniorem prope viderent patris circumcirca gravi spacio ambientem latera, ore ac pectore paternam prodentem effigiem caude quamvis obliqui te minantem obstupescunt: illico & declinatis cervicibus passus legentes retrogrados in altis suorum lustrorum stabulis se reponunt. Amplius magna pars belli pro Majestate vestra jam peracta est, quando mayor es. *Partes* Ytallorum præimminentes, dissensiones & guerras, viribus & erariis eorum in maxima parte consumptis *debilitati* sunt, in tantum, ut hy quidem facillime auxiliatorem suscipiant. Hy quoque de levi poterint perdomari, Hostis enim defessus viribus locum de facili viliori concedit.

Prudentissimus igitur Princeps morem nunc providi Venatoris imitari non negligat, qui postquam fugacione Cervum aut ferocem aprum Canum plurimo exagitatum insultu viribus primis omnino prostratum perspexerit, acuto ipsum excipere festinat venabulo, donec affixum pectore profunde vulneret & prosternat. Attendite nunc, Principum maxime quomodo totam se vestris fortuna præbeat manibus, vos & primogenitum vestrum mundo imponere festinans. Utendum igitur est illa, dum se tam tractabilem exhibet, ne vultum instabilem incipiat variare. *Cato* consulit dicens: *Quam primum rapienda tibi est Occasio prima, ne rursus queras, que jam neglexeris ante.* Quidam fortunam alatam cum manibus & sine pede pingebant; Si ergo vobis manus porrexerit, non tantum per manus, sed etiam per alas ipsam rapite, ne rapidis alis suis queat instabilis evolare. Nec preciositas tam Sancti propositi, rapacitati damnosi Temporis est credenda. Cum tam fugitiva sit vita hominum. Sepe enim rerum optimarum dilatio in mundi dampnum irrecuperabile impia morte rapit: Et unius Capitis interitus multis solet milibus inexplicabilem præstare ruinam.

Cap. II.

De Marsalco ydoneo pro tanto Principis exercitus eligendo.

Postquam menti Cesaree fuerit visitare populum, & facere mimiam cum servis suis. Ut quanto ampliores gratias susceperit à Domino, tanto majora suis etiam Subditis caritatis & gratiarum Commoda largiatur; antequam quicquam incipiatur agendum, inprimis omnibus Ordo debitus debebit imponi, sine quo nullum factum stabile perhibetur. Quodlibet enim, ut innuit *Boëtius*, statum suum, & naturam retinere consuevit: Et quoniam non modica Principis utilitas, quin imo necessitas, ut voluit *Aristoteles*, in officialium legalitate consistit; principaliter igitur & precipue animadvertendum vobis est, Princeps Serenissime, ut Senescallus sive marescalcus ydoneus pro tanto negocio eligatur, cujus probitatis fama in verbo & opere satis fuerat inter probissimos prædicata, qui vestri & proprii amator sit honoris; qui utilitatem probitati non preponit; qui non corrumpitur muneribus, nec personarum sit acceptor, sed sititor Justitiæ & strennuus in operibus. Qui audiat præcipere, sciat consulere, & exercitum provide gubernare. In illo enim velut super firmissimum fundamentum turbe debent cetere sustentari. Ipse debebit super necessitate communi curam gerere, & cunctus exercitus ad ipsius auctoritatem pertinere. Multis enim veteribus & cottidianis patet exemplis, quantam utilitatem aut dampnum Dux exercitus possit efficere. Que proferre nimiam prolixitatem narrationi putavi afferre.

Cap. III.

De Tutela & Societate solius Imperialis persone.

Hoc proviso, pro tutela & societate vestri Corporis, princeps Clarissime, nobilium Bohemorum viros curetis eligere, eos scilicet, quos vobis fore fidelissimos cognovistis: Qui mortis pericula amore Domini sui subire non formidant. Hy ab omnibus aliis occupationibus exempti, solius persone vestre Custodiis invigilare non cessent. Isti honestissimos Clientes & in probitate conspicuos sibi associent: Tales videlicet, qui predam, nisi ratio exegerit, non quærunt: Nec violentiam hominibus ipsis, quibus non debent, inferre siciunt: Sed quorum quilibet mensura propria est contentus. Sæpius enim familiares incompositi, in grandibus negotiis, principibus nocuerunt. Et quidem, ut ait *Boëtius*, vitiosi moribus famuli sunt perniciosa domus Sarcina, & ipsi Domino vehementer inimica. Serviencium namque vitia Dominancium semper solent famam inficere. Quales enim familiares, talis & Dominus crebrius appellatur. Non conducetis autem de Boëmia versus Italiam, stipendiarios, sed excubiis Regni Boëmiæ regnicole ipsi relinquentes.

Cap. IV.

De conservacione Imperialis persone contra pericula tam aperta & occulta, quam etiam fraudulenta & precipue ut a veneno preservetur.

Dicit in Secretis Secretorum *Aristoteles*: oportet Regem cogitare futura & futuris Casibus diligenter & prudenter obviare. Quicquid etiam a sapiente providetur, cum ad actum venit, facilius tolleratur. Ne igitur in Curia tanti Principis expers ordinis quicquam & improvisum videatur, quod malignitati cujuspiam periculi audaciam tribuat subintrandi, unde etiam Majestas Imperatoria secura esse non possit; Hac rerum serie, Princeps magnifice, malignorum aspectum cognoscat, per quos vita vestra possit defraudari, quemadmodum etiam in sequentibus luce clarius hoc dicetur, per que etiam imminentia vite vestre pericula facile vitabuntur. Distinguendo primo duo periculorum genera, contra que duobus remediis contrariis vita Principum muniri consuevit. Aut enim ab aperta violencia aut a fraude veneni pericula timentur interitus. Ut igitur a violencia tutus sis, hoc munimento personam vestram roboretis. Primo quidem Boëmi vestri semper Serenitati vestre presentes in armorum apparatu assistant: Et in modum valli Cesaream Majestatem circumquaque, sive sit in Campis, seu alibi semper veneranda stacione circumdent. Porro quanto valentiores *bricanti* tot numero, quot ad hoc videbuntur in hoc negotio sufficere eligantur, & cum sufficiencia stipendii reddantur contenti. Hy ad frontem primi occursus a predictis collateralibus vestris non longe continue & ubilibet sistentur; Unde sive fuerit in Domo, sive in Castro, Boëmi ante Cameram vestram sive commodum vestrum, & *Bricanti* ante primam portam situabuntur. (Bricanti, peditum genus erant. Ita scriptor coævus Albertus Argentinensis in Chron. Anno 1351. *Cum quatuor millibus armatorum, duobus millibus Brigantum & Ducentis equitibus armatis* &c.) Ipsi etiam, si quicquam rumoris sinistri timetur oriri, contra primum stabunt impetum sustinendum.

Persuasio necessaria de preservacione vite contra Venena.

Ad conservationem autem vite vestre contra venenum subscriptum tenentes ordinem, non est, quod in hac parte vobis relinquitur timendum. Cujus rei talis modus teneatur: ut non communis, sed specialis pro persona vestre Serenitatis habeatur Coquina: ad quam duo s.ᵗ tres fideles viri sub Juramento constituti, & non plures deputentur. Nec quibusque aliis preter hos Coquine concedatur Introitus. Tales Coci larga mercede procurati existant, ut nec prece, nec precio capiantur. Monet enim *Aristoteles* Alexandrum, sic inquiens: oportet, ut Tui bene regantur, & quod necessitatibus eorum intendas. Quando autem Tempus aderit afferendi Cibaria coram Majestate Vestra, Magister Curie personaliter cum decem vel duodecim generosis usque ad Coquinam eant Baronibus: ibi quilibet Coquorum visibilem pregustacionem seu Credenciam faciat omnibus Dapiferis facientibus idem; Et tunc quisque ferentium cibaria processionis seriatim procedat, magistro Curie cunctos debitis passibus procedente. Cum autem ad mensam Cesaream ventum fuerit, iterum quisque dapiferum de propria soutella, quam attulit, pregustacionem faciat manifestam. Demum ille, qui coram Majestate Cesaris incidendi exercet officium propter cultros facturus est. Nec mansuetudo Vestra, Princeps sacre, hanc solemnitatem mense Imperialis, pompe seu elacionis dicat speciem. Hoc enim propter Imperatorie dignitatis honorem & reverentiam necessarium requiritur. Quemadmodum *Aristoteles* in Secretis Secretorum asserit, inquiens: Regem in quadam prerogativa omnes alios superare, ut per hoc dignitas decoretur, potentia non ledatur, reverentia tribuatur. Unde & Regina Sabæ ordinem ministrantium in Domo Salomonis collaudat: Etiam quotiescunque ordo debitus in Curia Imperiali videbitur, multorum male cogitacionis machinatio, que aliter possit irripere, evanescit. Iste autem ordo pro parte hujus negotiis michi sufficiens videbatur.

Cap. V.

De Legistis seu Judicibus Curie Imperiali multum necessariis.

Dicam nunc illud preciosissimum, quod necessarium censeo ad Cesaris obtinendum propositum, ut scilicet Legis & Justitie rectitudine Domus armetur Cesarea. Imperatoriam etenim Majestatem non solum armis decoratam sed etiam Legibus oportet esse munitam, ut utrumque Tempus & Bellorum & Pacis recte possit gubernari, & Princeps Romanus victor existat non solum

lum in Hostilibus præliis, sed etiam per legitimos tramites calumpniarum iniquitates expellat: ut etiam tanto fortiori robore Tronus Cesareus roboretur. Justitia enim & Judicium sunt sedis regalis preparacio. Dicitur enim *Sapientie primo:* Diligite justitiam, qui judicatis terram. Justitia enim est constans & perpetua voluntas Jus suum unicuique tribuens: propter hanc Deus Reges constituit super Terram; Unde *Tulius de Officiis*; eadem Constituentium Legum Causa fuit, que & Regum: sine Justitia Dominii fundamenta mutacionis semper in infirmitate suscepta sunt. Nam *Ecclesiastici decimo* dicitur: *Regnum de gente in gentem transfertur propter injustitias & injurias.* Legitur in *Chronica Britanorum* de tribus fratribus, uno post alium regnantibus, quorum primus Gorbonianus justissimus existens vitam laudabiliter finivit. Archallo frater successit in regnum, Hic omnino diversus in actibus suis predecessori suo extitit. Non enim rectam plebi justitiam per urbes exercebat Britanie, Nec populum ab injuriis defendebat, propter quod a Solio Regni tandem per Dominos terre ac populum dedecorose deponitur. Et Olidurus frater junior in dignitate ejus sublimatus; sed admirabilis fatalis ordinis series, postquam fratris pii industriam Archgallo prime dignitati restitutus se ab incepta nequitia corrigeret justitie & rectitudini vocaret; honorem dyadematis usque in vite sue diem ultimum & suis dilectus subjectis, non amisit. Hoc autem exemplorum genere omnes plene sunt Cronice, que superfluum reputo explicare. Igitur, Domine Magnipotens, prima in vestri exercitus acie justicia consistat: hec majestati vestre subjiciet populos: hec totam Jugo Cesaris Italiam subjugabit. Ut ergo hac Duce gressus vestre Serenitatis dirigantur in ardua, Sapientes legiste seu judices pro Curia Majestatis Imperialis eligantur. Qui largis provisionibus seu solariis ad sufficienciam necessitatis eorum procurentur, ne coacti egestate corrumpantur muneribus; quingentis fortissimis hastatis militibus, tales in negociis Majestatis Cesaree prevalebunt. Multi enim multas petunt gracias, harum quedam sunt licite, quedam minus licite. Ut ergo queque ipsarum secundum sui tractetur materiam, Si gratia justa fuerit, sine dilacione per prefatos approbetur; Et is, qui ipsam petierit, immediate fit per ipsos expeditus: Si vero reperiatur non justa, sine longo morarum dispendio non accipienda monstretur circa quam homines non multum morentur in Causa; Sed juxta certum & determinatum Terminum expediatur unusquisque, ut cognoscatur justitia vestra & fama vestre dominacionis predicetur in mundo. Dicit enim *Tulius in libro de Officiis:* qui adipisci vult veram gloriam, justitie fungatur officiis. Fundamentum enim commendacionis & fame justitia est, sine qua nichil potest esse laudabile. Propterea dicitur in *Parabolis vicesimo Sexto;* Judicium determinat Causas; ergo omne Cause negocium formam requirit Judicii; plures autem pro Justitia in conspectu clamant Cesareo. Igitur summopere providendum erit, ut justus sua pociatur Justicia, & peccantes secundum excessus suos juxta Legum sanctiones puniantur. Et sic omnes partes adiisse pertremescent, Et rumoris populi contra Majestatem vestram cessabit occasio; ymo populorum corda ad Domini sui fortius allicientur amorem. Dicit *Aristoteles* ad Alexandrum: Converte ad te animos subditorum, tolle injurias & injustitias ab eis. Noli dare hominibus materiam contra te obloquendi. Hinc eciam procurabitur, quod in conspectu tante majestatis non infirmentur federa, nec promissa negligantur, sed fides suam Justitiam sustinebit: Unde *Tulius:* fundamentum Justitie fides est: per fidem namque, ut dicitur in Secretis Secretorum fit hominum congregacio, Civitatum inhabilitacio, virorum omnium & Regum duracio; per fidem Castra tenentur, Civitates servantur. Reges dominantur.

Cap. VI.

De modo intrandi Terram Italie & directione exercituum, & ordinatione eorum.

Ordinatis illis, que ad familiaritatem Imperialis magnificencie pertinent, modus intrandi Italiam, sive Lambardiam Imperiali providentiæ sedebit in animo. Hic modus in locorum & passuum opportunitate consistit, quod quidem sub silentii sobrietate reveritus pertüseo soli Cesareo Cordi discutiendum obmittens: Non quod hoc scivisse, alia vero eum ignorasse significem, sed quia honestius sub taciturnitatis perpendi pertransire silentio, ut occultiora consilii arcana sola ventilet Sapiencia Salamonis. Unde congrue tantus Princeps hoc verbum dicere posset, *Sapientie VIII.* propter hanc Sapienciam acutus inveniar in Judicio. Et in conspectu potencium admirabilis ero. Et facies principum admirabuntur me, tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient, & sermocinante me plura manus ori suo imponent. Disponam populos & naciones mihi erant subjecte. Et ergo, quoniam de plenitudine ipsius tot & tanta, Sacre Princeps, accepistis, multa eciam tenemini pusillis ejus & devotis vestris munia erogare.

Cap. VII.

De Stipendiariis eligendis, qui non de Terra Boëmie, sed de Italia eligentur, & hoc propter circumspectionem Cesareo exercitui multum necessariam.

Hys pro securitate Imperialis Curie provide dispositis & ad Terram optatam reperto introitu, de stipendiariis eligendis meditandum restat. Eligendi sunt Italorum stipendiarii. Cujus duplex decurrit racio. Primo quod quantitate minoris stipendii, quam de Boëmia ducti appreciabuntur. Quod enim prodesset, si pluribus vel paucis stipendiis miles unus moretur in Castris. Racio secunda & potissima, quia Italici stipendiarii passus viarum & qualitates, earum compendia & diverticula, montes & flumina locorumque situs cognoscunt. In laboribus non delicus

deliciis nutriuntur. Solaris Caloris & brune rigoris passionum assueti, balneorum insueti, famis longe patientes. In cunctis aliis duris rebus temptati, docti ad Bella & in armorum exercitio comprobati. Dicit *Vegetius de Re militari:* In omni prelio non tam multitudo & virtus indocta, quam ars & exercicium solent prestare Victoriam. In locis pluribus Historiarum reperitur, quod Romani sola exercitatione armorum omnes gentes vincebant. Unde *Vegetius;* Exercicio paucitas ad victoriam promtior est, rudis autem & indocta multitudo exposita est semper ad necem. Preterea Italici stipendiarii semper obedientes Capitaneo debite incedendi ordinem non excedunt. Nichil enim magis in Itinere vel in acie custodiendum est, ut asserit Vegetius, quam, quod omnes bellatores incedendi ordinem servent, periculum enim ab hostibus sæpe gravissimum sustinuit divisus & inordinatus exercitus. Hoc omnes noveque veteres decantant Cronice, meoque tempore id accidere non semel cognovi. Quare dispendiosum reputo talium exemplorum posicionem proferre. Maxime Majestatis vestre animum tedio afficere pertimescens.

Cap. VIII.

De Stipendiariis ordinandis & debite parciendis & tractandis.

De numero Stipendiariorum non in specie sed in genere facio mentionem, ut scilicet pro equestri numero tam hostatorii assumantur, quantum de Necessitate sufficere videantur. Et dico de Sagittariis valentibus, vulgaribus, probatis. Eligantur subinde pedites & *pensarii* juxta numerum Sagittariorum, sicuti ad hoc Negocium videbitur expedire. *Vegetius* asserit, magis necessarios exercitui pedites bonos. Hy possunt ubique prodesse & minori sumptuum expensa nutriuntur. Demum omnes predicti dividantur per centum. Quilibet autem Centenarius proprium habeat Capitaneum, seu in vulgo Contestabilem, cujus precepto moderationique obedire debebit. Item quisque Centenarius in duos quinquagenarios parciatur. Et iterum queque pars suo Capitaneo sive Contestabili sit subjecta. Item omnis quinquagenarius dividatur per medium, & sic fiat ultra, si placet per parcionem descendendo, ita quod unaqueque pars proprium similiter habeat preceptorem, ut dicitur. In Secretis Secretorum *Aristoteles* docuit Alexandrum, necessariam fore in exercitu parcionem. Et *Vegetius*, de re militari, atque omnes auctores Romane Reipublice de divisione exercitus Documenta dedere, legiones scilicet per choortes expeditis studiis parcientes. Causa vero divisionis hujus est; Quatenus immittendis ad quempiam locum armatis per novam electionem ipsorum plurimum Temporis non perdatur; non modicum enim damnum sepe dedit dilacio, & neglecta incendia summere vires. Et *Lucanus:* semper nocuit differre paratis: Unde sepe accidit, quod sola dilacionis negligentia, aut quo separatur, negligitur, aut quod deterius est, id quod differtur, aufertur. Ergo quia multotiens centum hastas quandoque plures vel pauciores ad aliud agendum & expediendum contingit mittere; Tunc Senescallus mandare poterit parti, quæ indiget, ut ad aliquem locum occupandum vel alicujus rei expediendum negocium se transferat sine mora. Hinc totis votis exopto tenendum, quod stipendiarii non solum non morentur in perceptione Stipendy, sed etiam, quando fieri poterit, & fiscus Imperialis habundarit, de speciali gratia Cæsaree munificencie aliquibus denariis mulceantur. Quod maximam habet vim alliciendi pectora servientium ad amorem Dominorum & mille mortes pro principe parvipendere cogit. Munera namque gratis a Principibus concessa, quanquam etiam parva fuerint, cunctis tamen existunt stipendiis gratiora. Preterea strennui & valentes milites laborum suorum optima volunt consequi premia, propter que solent etiam Dominos commutare. Unde *Lucanus* de illis dicit: Ibi fas, ubi maxima merces. In expedicione spes & premia meliores faciunt milites. Unde dicit optime *Gualterus*, sub forma Aristotilis ad Alexandrum; Principibus dubiis, subitumque timentibus hostem Est dare pro muro, solidique muniminis instar, Non murus, non arma Ducem tuentur avarum. De *Alexandro Magno* legitur, quod cum in forma Legati ad provinciam Regis Darii veniens vasa poculorum sinu suo reconderet, interrogatusque quare hoc faceret respondit: Hanc Consuetudinem in Curia Regis Alexandri teneri, tunc Perse audientes hanc Consuetudinem commendare ceperunt: demum plures eorum relicto Dario, Alexandro adhæserunt. In *Britannorum* legitur *Cronica*, quod propter famam largitatis Arturi ad Curiam ejus ex longe positis Regnis probissimi confluebant. Undique igitur ceteros Reges timor invadebat; non minimus, ne inquietacione ejus oppressi subditas amitterent naciones; nimirum quia in brevi tantum Tempore subjugavit sibi Gallos, quod sponte famulabatur ei melior pars Gallicane provincie, quam largitate sua sibi subnexam fecerat. Qualiter tantum exercitum contra Romanos Dominos mundi educere valuisset Arcturus, nisi tot & tanti principes preclari & nobiles Barones, in ejus spontanee properarent auxilium, quos sola largitas Arcturi per totum mundum divulgata in amorem ejus dicitur illexisse. Si autem vestra Majestas mihi objiciet, vix maxima pecuniarum quantitas tante multitudini posset sufficere. Respondeo; qui multa possidere desiderat multis eum indigere necesse est: Unde providus Seminator centum mensuras tritici Terre committit, ut septupliciter fructum afferat percipiendum. Sic etiam pluribus adminiculis opus est, ad varietatem, tam magnorum bonorum acquirendam.

Cap. IX.

De ordine standi in Campis, & de electione & invencione loci Campestris pro locatione Tentoriorum.

Nunc Ordinem standi in Campis & locacionem

nem Tentoriorum per consequens est notare. In primis reor meditandum ut aptus Castramentorum locus perquiratur. Quia notum est, ut ait Vegecius : Quod amplius sepe locus prodest, quam virtus, hoc facto & exercitu campum tenente. Hinc, o maxime Imperator, maximum pro Serenitate vestra & excelsum elevetur Tentorium, altitudine sua universa excedens alia longo tractu Tentoria, nomen tante predicans Majestatis ut eciam reverencia per omnes Nobiles & populares & magnitudo Cesarea veneretur. Illud enim, ut dixeram, Philosophus per principes edocuit observandum, ut scilicet quadam prerogativa pretendere debeant Dignitatem. Preterea, secundum morem saluberrimum, fossata in Circuitu tocius exercitus preparentur, que circumcirca securius populum complectantur. Idipsum *Vegecius* multis persuasionibus docuit observandum. Vigiles eciam nocturnis excubiis sollerti ordinacioni deputentur, Si namque moderamen & series non statuetur in campis exercitus tanquam incustoditus grex per agros dispersus ad dilacerandum adversariis exponetur. Non solum autem in campis, verum etiam in itinere hic ordo tenendus est. Dicit enim *Vegecius* : Qui rem militarem studiosius didicerunt, asserunt plura in itineribus, quam in ipsa acie pericula solere contingere. Nam in conflictu armati sunt omnes, hostem cominus vident, & ad pugnandum veniunt omnino preparati. In itinere minus armatus minusque attentus est miles, & à superveniente impetu repente turbatur.

Cap. X.

De proclamacione facienda in Campis & de vociferacione nove libertatis.

Postquam autem in omni Tentoriorum vestrorum posicione Campos Itallorum tenebitis, aut aliquam Civitatum seu Castrorum in primo impetu possidebitis, hic rigor appareat vester, hic Imperatoris magnanimitas, affectus populi, amorem sui, studeat provocare. Quod hoc modo fieri poterit : Fiat preconis voce generalis proclamacio, nomen nove libertatis predicens, ut scilicet vociferando dicatur: Vivat decus, vivat Sancta libertas, pereant gabelle dacie, cum infaustis aliorum gravaminum generibus, quibuscumque nuncupentur nominibus. Ecce gratia Cesaris pacem concedere, Justitiam facere, omnem delere tyrannidem & cunctas destruere Tyrannides advenit! hec proclamacio in vestris agendis maximam vim habebit. Tunc etiam audientes hoc homines aperient ad affectum vestri, mentes eorum & incalescent Corda Civium, dilectione Domini sui : Et in unum confluens populus venerabitur nomen vestrum. Et dicet: Gaudeat Italia ! ecce Dominus noster naturalis advenit, Vades dure Tyrannidis solvere, & oppressos per injurias, per Judicium & Justiciam liberare. Ultimus ecce Dies adest tibi Roma malorum!

Cap. XI.

De modo acquirendi & obtinendi Civitates & Castra & de accessu ad muros & ad portas Civitatum.

De modo acquirendi & obtinendi Civitates & Castra jam brevi narratione perstringam. Hoc premisso, quod, si una Civitatum sub jugum vestre dominacionis cesserit, cum moderamine ac equitate justiciæ tractata fuerit, profecto relique omnes Imperiales potentie, cum voluntate spontanea, exoptabunt submitti : sin autem sine gladio propositum haberi non poterit. Ex tunc brachium potestatis Cesaree in arma prorumpat, muros ariete impetat, vectes portarum conterat & per Civitatis ostium sibi viam gladio preparet & festinet. Sit quod una Civitatum viriliter expugnetur, nec paucorum Stipendiariorum interitum propter salvacionem plurimorum Cesar magnificus advertat. Ut dicit *Tulius*: Stipendia sunt bella, ob eam Causam, ut sine injuria in pace vivatur. Decertandum igitur est mante & mors servituti & turpitudini anteponenda est. *Et Augustinus XV. de Civitate Dei* dicit: Quandoquidem & ipsi, qui bella volunt, nichil aliud quàm ad gloriosam pacem cupiunt bellando pervenire, plurimos legimus Causa justa subeunte pugnas acerrimas commisisse. Et que justior arma induendi racio, sacratissime principum, quam piorum jugulos ab impiorum gladiis eruere, humilium Cervices à dira Tyrannide liberare & Christianos homines, quos tante dissensionis atque Cladis tam frequens sorbet Caribdis ad tranquillum pacis conducere, & Caritatis favos, felle livoris diluto, animabus fidelium instillare.

Item ex consequentia dicetur, quid sit agendum in Civitate obtenta cum Tyrannis, qualiter scilicet sit tractandum. Breviter dico: quod Domino suo rebello velut majestatis detractores, ut Chore ac Dathan, rebellium confusione, sic districto judicio judicentur, ita quod semen eorum non pullulet amplius super Terram. Ne contra vos & genus Majestatis vestre & mundum possint de cetero malitiam fabricare. *Regum libro Tercio Cap. XX.* Achas Rex Israël Regem Benadab in proprium vivere interitum permisit. *Lucanus* in suo refert volumine: Qualiter Pompejus parcendo interitui proprio fecit vivere inimicos. Poterat enim ad littora maris Jonii finem Civilibus armis imponere ; poterat Jugulum inimici superare. Poterat Roma longiori pace ac Legibus liberioribus perfrui, & Tessalia è fatorum crudeliori exire portento. Sed gladios furentium, contra furentium Hostium Turmas, suo dampno, & Pompejus adversariorum vitam in proprii censuram capitis prorogavit. Sic dico de iniquitate Tyrannorum, quod viventibus illis nunquam quiescet à fraudibus insidum cor eorum. Nunquid enim feret ratum pactum vobiscum & accipietis eos in servos in sempiternum. Nunquid alligabitis rinocerantta ad arandum loro vestro. Nunquid fiduciam habebitis in magna fortitudine ejus & derelinquetis ei labores vestros, Nunquid

quid credetis ei, quem reddet fementem vobis & aream vestram congreget. Dicitur *Ecclesiastici XII.* Non credas inimico tuo in eternum. Sequendum est igitur Samuelem Prophetam fidelem, ut qui matres faciunt sine liberis, sic matres eorum fiant sine liberis inter mulieres. Salomon Pacificus ipsi Joab cum ceteris Viris sanguinum non pepercit. Complacuit semper in oculis Domini malorum exterminium. Unde ipse dixerat ad *Yen*, in libro Regum: quia studiose fecisti, rectum erat in oculis meis, & placebat: supple, quando delesti domum Achab, filii tui, usque ad quartam cognacionem, sedebunt super Throno Israël. Ergo, ut dicitur *Ecclesiastici XXXIII.* Servo malivolo tortura & Compedes. Igitur juxta meritum illorum retribuendum est illis. Parum est eis, quod super Concives eorum permissum est illis fieri preceptores & substancias impiorum possidere, nisi etiam in Dominum ipsorum insurgant famuli scelerati. Sic, partis operibus & honoris Culmine, Servus in Dominum surgens truculentior aspide surda, obturat precibus aures, mansuescere nescit. Si vero humiliati, motu proprio, Cesaris gratie se ultro dederint, tunc benignissime suscipiendi sunt, & fovendi graciose. Ita tamen quod officia prioris Status nullatenus eis credantur. Sed hoc modo providendum erit illis: Evocentur primitus ad Majestatem Cesaream: ibi & privilegia hereditatum & bonorum suorum representent: Quibus visis & examinatis, ipsi prefati Tyranni sive Domini, circa Jura sua manere sinantur. Preterea, ex speciali munificentia, amplioribus provisionibus seu promocionibus secundum uniuscujusque Statum & personam procurentur. Deinde Romam ad habitandum in ea mittendi sunt, ubi manentibus in ea Census eis debitus offeratur: aut vendita hereditate alia bona juxta Romam, vel ubi congruum videbitur, poterint comparare.

Cap. XII.

Quid agendum sit in Civitate obtenta & quomodo Tyranni sint tractandi & Cives, & de Capitaneo & potestate ibidem statuenda.

Sed quid agendum restabit cum Civibus post Civitatis obtentum; hoc certe potissimum judicavi, ut multo studio Civitatis incole ad dilectionem Cesaream excitentur. Hic illud animadvertendum significo, ut quoque, civitate habita, introiri non debeatur aliquatenus, nisi prius Castrorum si fuerit possideatur municio. Deinde ducenti vel trecenti famosiores Cives ad Majestatem Cesaris convocentur: Et hec eorum evocacio in medio Camporum fieri poterit. Tunc gratioso vultu suscipiendi, arengæ dulcis alloquy de ore Cesareo prodeunte affabunt hoc modo. Amici dilecti percipite in exultatione verba oris nostri, non nocendi, sed prodesendi (forte protegendi) non contra vos, sed ad vos venimus; non ad minorandum, sed ad promovendum libertatem vestram, exercitum paravimus. Nec solum pro extollendo honoris nostri Augustalis Solio arma induimus, sed ut nove pacis commodum in vestris edificemus Terminis. Consolamini ergo, quia liberescitis, in quo Dominum vestrum benignissimum cognoscetis: Sed quia tam sancti propositi exceptum, & tantum communis utilitatis negotium sine maximorum laborum sudoribus & plurimorum sumptuum expensis facile, ut ipsi videre potestis, expleri non potest, in voluntate nunc vestra ponimus nostri exercitus subsidium. Si ergo Domino vestro civilia censuare annuatim consuevistis, nobis quartam partem hujus pecunie tribuite, quo faciliori modo sine Communitatis vestre damno conquisitam. Hic sermo mansuefaciet & mulcebit Corda Civium, & fortius ancipiti gladio penetrabit. *Regum iij. Cap. XII.* Si locutus fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis Diebus. Tandem exeat augustale per Civitatem edictum, & nomine Majestatis proclametur, sub debite pene seu condemnacionis imposicione: Ne aliquis de infaustis, Golfus & Gibellinus amplius contendere presumat, & si quis dictum Imperatoris dicto vel facto contempserit, cujuscunque etiam sexus vel etatis fuerit, sine remissione statuta pena puniatur, ut alii à facto simili arceantur. Proclametur etiam, si quispiam Jus sive justitiam habere desiderat, quam pre paupertatis penuria vel per alicujus injurie vel violencie obstaculum consequi non potuit, quod talis ad presentiam Cesaree Majestatis veniat integritatem sue justitie potiturus.

Non detineantur autem pauperes longa morá Temporis, sed subito per discussionem Legistarum, secundum constitutos Terminos reddantur contenti. Deinde tibi fidelis & bone fame Capitaneus surrogetur. Qui personam Majestatis vestre ibidem in equitate ac justicia representet. Constituatur illic quoque potestas laudabilis, & tales si fieri poterit, sint Romani. Ex hoc enim Romane communitatis populum ad grandem devocionem & ad multam serenitatis vestre dilectionem multipliciter provocabitis, & Cives cujuslibet Civitatis efficietis contentos, & omnibus conmurmurationum odiis viagium precludetur. Isti autem per talem *demraciones* (id est demonstrationis) modum per Communitatem tractentur, quod honori Serenitatis vestre possit minime derogari. Elapsis autem sex mensibus prefati Officiales a suis deponantur Officiis, & alii duo subrogentur. Sed tempore deposicionis eorum ab officiis examinentur discrete, ut mos est, per officialem vestrum, qualiter officium sibi commissum rexissent. Et fiat proclamatio in Civitate, si quis molestatus, querens justitiam, eam consecutus non fuerat, ille infra determinati temporis spatium coram Judicio Cesareo conqueratur, Justicie complemento freturus. Nec quisquam predictorum Officialium ultra Terminum sex mensium in suo permanebit officio, ne per diuturnitatem Temporis alicujus astucie *fomite* sui confirmationem super hujusmodi Civitatis Dominio denuo valeat attemptare.

re. Talium modorum viis, ordinum quoque ftipendiis que in hoc libellulo conscripsi, Cesaris ufsa Serenitas principale propositum fine dubio auxilio altisfimi obtinebit. Hec fummopere, o principum manfuetisfime, proviso, ut coram Sedium majeftatis asfiftrice fapientia femper prefens juftitia cum Judicii fui Trutina confiftat. Hec in cunctos hoftes pre univerfis Legionum exercitibus prevalebit. Hec enim cum liberalitate fua etiam durisfima corda gentium in amorem liquefaciet Dominorum. Dicit enim *Tulius in libro de Virtutibus:* Quanquam omnis virtus nos ad fe allicit, facitque ut diligamus eos, in quibus ipfa ineffe videatur, tamen Juftitia & libertas id maxime efficit. Dicitque idem ibidem: Nullum Tempus eft quod a Juftitia vacare debeat. *Item dicit in libro de Officiis:* Juftitia fine prudentia fatis habet autoritatis, prudentia fine Juftitia nichil habet ad faciendam fidem. Unde dicit ibidem: Juftitie tanta vis eft, ut nec illi, qui maleficio & fcelere pafcuntur, posfint fine ulla particula juftitie vivere. Et leges Latronum effe dicuntur, quibus pereant, quas obfervent; & in hoc hunc volui determinare libellum.

Explicit Tractatus brevis & utilis de Via & ingresfu verfus Italiam & Statu ibidem beate memorie Invictisfimi Principis Domini Domini Karoli Quarti Romanorum Imperatoris femper Augufti & Boëmie Regis.

Sequitur Capitolum de Succesfore ipfius incliti videlicet filii Domini Domini Wenceslai Romanorum & Boëmie Regis potentisfimi, per ejusdem Notarium adjunctum.

Sacri Imperii fidelium univerfitas, plenitudine gaudiorum lafciviens, hylarefcat. Jocundis exultet applaufibus & letitie Caufam concipiant diutius expectate, tanto & tali gubernatore ad ipfius Imperii Regimen accedente. Qui divina munificencia illectatus, & fulgore illuftratus fapientie. Qui in excelfi potentatu brachii difponet cuncta fuaviter & profpere gubernabit. Ad cujus adventum, velut ad ortum furgentis aurore difcusfa tenebrarum caligine mundi facies lucem induet clariorem. Et pacis cultu ac juftitie florente, cunctarum naciones gentium eo fecuras quo & amabiles faciet. Ut generalis fcisfura disfidii & populorum disfone voluntates ad unionem laudabilem redeant, & ferenatis fluctibus, fedatisque Turbinibus omnes teneat alta quies. Dante ergo ad hoc operam fummo Rege, oportet principes orbis Terre fervare pacta, non derogare contractibus & convencionibus, quas cum aliis inierunt, nullatenus contraire.

Eciamfi cum fubditis contractus aliquo genere duxerint contrahendos. Quia, licet Legibus non fubjaceat regie fupereminentia dignitatis, posfitque fuis mandare fubditis, ut ejus edicta obfervare debeant, ut alia fui regni ftatuta infringere, ufus & confuetudines abrogare de plenitudine poteftatis; ex bono tamen & equo ducitur, ymo cogitur fuam celfitudinem inclinare, ut vireat, obediat Legi, jufticie fe fubmittat. Fiatque princeps fuo equalis fubdito in recti Statera judicii & quam regiminis aliquando fibi fenciat miniftrare rationem; fic fuum adimplebit officium, fic Regimen in Statu gubernabit pacifico: Sic per folum integre debitum pietati: Sicque, quotiescunque Cefarea Majeftas Status fui eminentiam ac Culmen honoris immenfi mente confpexerit gloriofa, fortitudine valida roborabitur ejus dextra: Jufticia & pax, lex & equitas ambigentes latera ejus gresfus ipfius in viam dirigent falutarem, & de nutantium cordibus fubditorum Dubietas & Caligo protinus relegata, ad omnes fidelitatis priftine vigor revertetur. Et fincera devotionis Serenitas remeabit, regnum quoque Boëmie in ipfius potencia quafi in petra ftabilitum firmisfima, emulorum infolentiam non timebit. Ex tunc ejus gloria fortisfima, que, propter confideracionem, fub disfimulacione tranfivit, contraria fuperborum fupercilia & facta fuperans fubdola, ipforum presfuras opprimet, & nequicias conculcabit, anguftabit anguftias, reprobabit opprobria & fumma rectoris Induftria violencias violabit: Et favente altisfimo certis patebit indiciis & oculare fidei videbitur argumentis, quod divini muneris gracia profperis applaudebit fuccesfibus magnifico principi Regi Boëmorum.

Appendix hujus Tractatus. De Civitatibus & Caftris, que in Ditione Florentina, Lucana, Piftorienfi, Vulterra & Senenfi tunc ad Imperatorem, & Imperium Romanum adhuc pertinebant, Confignatio per Wenceslai Regis Notarium facta.

Civitates & Caftra que funt in liga & Societate in Tufcia contra Dominum noftrum.

Civitates principales.

Florentia.
Luca.
Sene.
Perufium.
Piftorium.
Pratum.
Sanctus Minate.
Vulterra.
Sanctus Geminianus.
Colle.
Civitas Caftelli.

Civitates & Caftra, que non funt in dicta Liga, fed funt Imperii.

Mafsa.
Grosfetum.
Monte Pulciano.
Monte altino.
Cortonium.
Clofin.
Caftrum plebis.
Civitas Caftelli.
Arctium.
Burgus Sancti Sepulchri.

Urbenetero.
Cornetum.

Terre & Castra de Comitatu Florentie, que sunt Imperii Sacri.

In Vallis pese.
Castrum Montis Lupi.
Castrum de Capraria.
Castrum de Quarivola.
Castrum de Castiglione.
Castrum Montis Spercoli.
Castrum Montis ghufoni.
Castrum de Popiano.
Castrum della Ripa.
Castrum de Litigliano.
Castrum de Mauzano.
Castrum Montis Albini.
Castrum de Lucardo.
Castrum S. Marie novelle.
Castrum Vetthium.
Castrum de Anglione.
Castrum Salmolpi.
Castrum de Cellote.
Castrum Montis Calui.
Castrum de pergelato.
Castrum de petrojo.
Commune S. Petri in Bozele.
Castrum del Sambucho.
Castrum de Barberino.
Castrum de Tigmanno.
Castrum S. Donati in posi.
Castrum Montis Corboli.
Castrum de Origniano.
Castrum podii de Luento.
Castrum de Posignano.
Castrum de Fabrica.
Castrum de Monti.
Castrum Montis Agnti.
Castrum Bibioni.
Commune de S. Castiano.
Castrum S. Martini Episcopi.
Commune de Monte faldi.
Castrum Pontormi.
Castrum de Empoli.
Castrum Montis Campolesi.

In Contrata Vallis Elise.

Castrum Bughi de S. flore.
Castrum de Semontana.
Castrum Cerreti Guidi.
Castrum de Monte rapoli.
Castrum de Vinoi.
Castrum de Grana violo.
Castrum della lencia.
Castrum de Martignano.
Castrum Florentinum.
Castrum de Catignano.
Castrum de Cambasi.
Castrum montis tignosi.
Castrum de Policciano dni neri.
Castrum de Sagninolo.
Castrum Cabiadole.
Castrum de Pulicciano domini Eeuchi.
Castrum de Ceraldo.
Castrum de Vicho.

Castrum de Pianeta.
Castrum de Pastina.
Castrum de Petrognano.
Castrum Pongne.
Castrum Magliano.
Castrum de Popiarello.
Castrum Linari.
Castrum Sancti Apiani.
Commune, de Ceperello.
Castrum Podiobonizi.
Castrum Staggie.
Castrum de Knizme.

De partibus Mucelli.

Castrum Montis Chucholli.
Castrum de Latera.
Castrum de Barcharino.
Castrum de Campiano.
Castrum de Villanona.
Commune de Galgliano.
Commune S. Petri in Siene.
Castrum de Spugnole.
Castrum de Combiate.
Commune de Legni.
Commune Sancti Johannis in petrojo.
Commune de Starperia.
Castrum Burgi S. Laurencii.

In Val di Bisenzo.

Commune de Legni.
Commune de Combiata.
Commune de Somaria.
Commune de Septimello.
Commune de Sexto.
Commune de Castiglione.
Castrum de Gersme.
Castrum de s. Domnino.
Commune de Brozi.
Commune de Santo Maro.
Castrum de le Core.
Commune de Singna.

Castra & terre de Comitatu Florentie in Val di robiata.

Castrum de Musignano.
Castrum de Ganignano.
Castrum de Tuzano.

In Val di Siene.

Castrum de Magmale.
Castrum Ristiorchi.
Castrum Pelaghi.
Castrum de Alcomena.
Castrum de Nepozano.
Castrum Vichi Vallis Senis.
Castrum Montis Borelli.

De partibus Mucelli.

Commune de Rabacca.
Commune de Vispigniano.
Commune de Pulicciano.
Castrum de Muciano.
Castrum de Molezano.
Castrum de Pagliariccio.
Commune de Ronta.
Commune de Ulmeta.
Commune Montis Sassi.
Commune Sancti Cresci de Valcana.
Commune de Luco.

Com-

Commune S. Johannis Majoris.
Commune Montis Ceraie.
Commune de Grezzano.
Commune de rabiacanina.

De partibus Vallis Grieve.

Castrum Bonizi.
Castrum Vichi della Bate.
Castrum Vichi Magy.
Commune de Mugnana.
Commune de Sezata.
Commune de Cintoria.
Castrum de Lucolena.
Castrum Ripe montorie.
Castrum Uzzani.
Castrum Montis Ficalli.
Castrum Montis gonzi.
Commune Montis Agliari.
Castrum Panzani.

In chianti.

Castrum Montis Raxnaldi.
Castrum de Grimano.
Castrum de Pietrasicta.
Castrum de Castellina.
Castrum Richani.
Castrum Collis pietrosi.
Commune Treby.
Commune de Radda.
Castrum Vertme.
Castrum montis Grossok.
Castrum de Broli.
Castrum Cachiani.
Castrum Montis Luchi de Labarnardesscha.
Castrum Montis Juchi de Lechio.
Castrum Sante Marie novelle.
Castrum de Volpaia.
Castrum delle Stinche.
Commune de Albola.

In Valdarno.

Commune de Montaia.
Castrum de Campo selvole.
Castrum de Salbischio.
Castrum de Monte Gonzoli.
Castrum de Ricasoli.
Castrum Montis Gnarchi.
Castrum S. Johannis.
Castrum de Gangareta.
Castrum Deltasso.
Castrum della Cigogna.
Castrum Montis Lunghi.
Castrum della penna.
Castrum delle Cane.
Castrum del Tarraio.
Castrum de Mori.
Castrum de pozzo.
Castrum S. Mariani.
Castrum Marciani.
Castrum de Tregaia.
Castrum de Sofena.
Castrum de Pojolazi.
Castrum francum.
Castrum de pulliciano.
Castrum delleccio.

Castiglione Menzani.
Castrum de Castia.
Castrum Persigniani.
Castrum de Ostmia.
Castrum de Ancisa.
Castrum de Fighme.
Castrum de Tartigliese.
Castrum de Caville.
Castrum Montis Dominici.
Castrum de Piano.
Communia de Anena Abacie.
Castrum de Abacia de monte Murlo.
Castrum de Colle.
Castrum novum.
Castrum de Cetenanechia.
Castrum Vieschia.
Castrum de Sancto Ellero.

Lucana Civitas & sex milliaria.

Commune pleberie Computi.
Commune Knote.
Castrum Vetus.
Commune plebis mirni.
Commune plebis masse pissane.
Commune plebis Vicopelagi.
Commune plebis Frery.
Commune plebis massaccientholi.
Commune plebis Arliani.
Commune plebis S. Macarii.
Commune plebis S. Stephani.
Commune plebis Mostessigradi.
Commune plebis Turris.
Commune Capelle S. Laurencii.
Commune plebis Morriani.
Commune plebis Brantali.
Commune plebis S. Prancacii.
Commune plebis Subgromy.
Commune plebis Marlie.
Commune plebis Lamarii.
Commune plebis Lunate.
Commune plebis S. Pauli.
Commune S Martini de Collibus.
Commune Vallis Octavi.
Commune Montis S. Petri.

Ea sunt Castra, quæ Lucanum Commune tenet de Comitatu Pistorii.

Castrum Seravalle.
Castrum Lerccani.
Castrum Cetine.
Castrum Catelline.
Castrum Marliane.
Castrum Casuli.
Castrum Fagni.
Castrum Minnigni.
Commune Vallis Celle.
Castrum de Serra.
Castrum Crespoli.
Castrum Calamecchie.
Castrum Lanciole.
Castrum Porcelly.
Commune Pupilly.
Castrum S. Marcelli.
Commune de Cavinana.

Commune Uizzani.
Commune Brardelly.
Commune Umacciani.

Infra scripta sunt communia & terre que detinentur per Lucanum commune & sunt Romani Imperii in Valle Arcy.

Castrum montis Copoli.
Castrum Cerretelli.
Castrum Montis Cawlii.
Castrum S. Marie de Monte.
Castrum Francum.
Castrum S. Crucis.
Castrum Ficecchy.
Castrum Cappiani.
Castrum Masse doltrario.
Commune doltrario.
Castrum Galleny.
Castrum Orentani.
Castrum Montis Falconi.
Castrum Putei.
Commune de Staffoli.

In Valle Nebula.

Castrum Montis Vettolini.
Castrum Montis Catini.
Castrum Masse bugianense.
Castrum de Cochile.
Castrum de Colle de Bugiano.
Castrum Bugiani.
Castrum Stignani.
Castrum de Costa.
Castrum Uchani.
Castrum Pistie.
Castrum Sorici.
Castrum Avellani.
Castrum Pietrabone.
Castrum Castellaris Ubaldi.
Castrum Venueri.
Castrum Collodi.
Castrum Sancti Petri de Campo.
Castrum Viviarie.

In Valle Ariane.

Castrum Medicine.
Castrum Arami.
Castrum Fibialle.
Castrum Sorani.
Castrum Lignane gualcielo.
Castrum Pontici.
Castrum de Schiappa.
Castrum Vetus.
Castrum Sancti Quirini.

In pleberio Valle Bagilice.

Commune Ville predicte.
Castrum Pariani.
Castrum Boëly.
Castrum Colognore.

In Valle Lune.

Castrum Montis Fegatesis.
Commune de Corsena.
Commune de Controne.
Castrum Pallegii.
Castrum Cocilglie.
Commune Lunani.
Castrum Vicipancelaro.
Castrum Lucchii.
Castrum de Casuli.
Castrum de Cartiano.
Castrum de Casabastiana.
Castrum Sorignane.
Castrum Brandelli.
Commune Menabby.
Castrum Cerbarie.
Castrum Lulglani.

In provincia Carfagnane.

Castrum Pescallie.
Commune de Gello.
Commune de Vulmiani.
Commune Desse.
Castrum & Commune Decimi.
Commune Burgi Mozani.
Commune Henete.
Castrum Lacunie.
Castrum Motronis.
Commune Retche de Mozano.
Commune Cerretoli.
Commune de Anthiano.
Commune Purricciani.
Commune Serre.
Commune Corsagne.
Commune de Chiseati.
Commune Fornoli.
Castrum Calalorne.
Castrum Vicihane.
Castrum Terelly.
Commune Bori.
Commune de Litignana.
Commune Collis Bertraghi.
Castrum Ghinizani.
Castrum Corellie.
Castrum Tilly.
Commune de Loppia.
Castrum de Bargha.
Castrum Fracconis.
Castrum Perpori.
Castrum Montis altissimi.
Commune de Casti.
Castrum Gallicapi.
Castrum Trasilice.
Castrum Cardosi.
Castrum Bolognane.
Commune Gioniani.
Commune Spulissani.
Castrum Pallarosi.
Castrum Novum.
Castrum Bargecchie.
Castrum Sirici.
Castrum Caprarie.
Commune Cizerani.
Commune Ville.
Castrum Chioggie.
Castrum sive Commune Verruchy.
Castrum Pischolle.
Castrum Granajoli.
Commune Ville Terrensane.
Castrum Castillionis.

Com-

Commune de Pontecolsi.
Commune Masse & Sassorossi.
Commune Carfini.
Commune Sancti Romani.
Commune Seracagnane.
Commune Burciliani.
Commune Verucole Ghirardinghi.
Commune plebis Castelli.
Commune Silani. Commune Soragii.
Commune Dalli & Dalli.
Commune Gragnani.
Castrum Curfiglani.
Castrum Vallis Disopra.
Castrum Pulliani.
Commune plebis S. Laurencii.
Commune Ville Roggii.
Castrum Vallis Disocco.
Castrum Caretinii. Commune Silicani.
Castrum Cerreti.
Castrum Sale Episcopi.
Commune Santorensy.
Commune Camporegiani.
Commune Gragni.
Castrum & Commune Sassi & Brancila.
Commune Linignani. Commune Malliani.
Commune plebis Fosciani.

In provincia Lunisciane.

Castrum Verocole, Bnosi & ejus districtum.
Castrum pontenioli & ejus districtum.
Castrum Agnle.
Castrum Sastefani.
Castrum Ponsani.
Castrum Falcinelle.
Castrum Serezane.
Castrum Disariezane.
Castrum Anielie.
Castrum Novum.
Castrum Ortononi.
Castrum Nicchole.
Castrum Vohoiglionis.
Castrum Monete.
Castrum Anensie.
Commune Carrare.
Commune Masse Marchionis & ejus Districtum.
Commune Montis Tignosi.

In Versillia.

Commune Burgi Petra Sante.
Commune Sterccorie.
Commune Saraccesse.
Commune Farnochie.
Commune Primi & Voligni.
Commune Pomezani.
Commune Capelle S. Martini.
Commune Veghiatorie.
Commune Burgi Camajoris.
Castrum Monteggiori.
Commune Lombrici. Commune de Nochi.
Commune Montis Magni.
Commune Comitelli.
Commune Tertilliani.
Commune Valpromarii.
Commune Picchani. Commune Fibialle.
Commune Gnaldi. Commune Riscetoli.
Commune plebis Herici. Commune Schiane.
Commune Bargiochie. Commune Corsanici.
Commune de Pedone. Commune de Momnno.
Commune de Ponte Massori.
Commune de Bozano.

Hec sunt Castra, que tenet Lucanum Commune de Comitatu Pisano.

Castrum Brentine.
Commune Cintorie.
Commune & Castrum Debuiti.
Castrum Asciani.
Castrum Guoze.
Castrum Ripafracte.
Castrum de Anane. &c.
Commune Anane. Commune Fileccoli.
Castrum Viaregii.
Castrum Mottonis.

Ee sunt Terre, quas tenet Episcopus Vulterr & sunt Romani Imperii.

Castrum Berignone.
Castrum Ripamarancia. Mezza.
Castrum Monte Cerboli.
Castrum Ilsasso. Castrum Calecia.
Castrum Serazano.
Castrum Vethena.
Castrum Monte Castelli.
Castrum Gabreto.
Castrum Montalcino.
Castrum Moncieri.
Castrum Chasoli.
Castrum Gabanssi.

Ee sunt Terre, quas tenet idem Episcopus Vulterr & sunt Romani Imperii.

Castrum Ripamarancia. Mezza.
Castrum Santalmagio.
Castrum Aquenie.
Castrum Castelmiono.
Castrum Burgione Mezzo.
Castrum Monte Verdi.
Castrum Lustnigiano.
Castrum Chaneto.
Castrum Chaseli.
Castrum Monte Rufoli.
Castrum Micciano.
Castrum Libiano.
Castrum Quarceco.
Castrum Laisassa.
Castrum Montis Genioli.
Castrum Matolla.
Castrum Castello Volternano.
Castrum Ponzano.
Castrum de Vlignano.
Castrum Buriano.
Castrum Giello.
Castrum Miemo.
Castrum Gorliojano.
Castrum Angiano.
Castrum Villa magna.
Castrum Lanera.
Castrum Lacorte de Monte Voltraria.
Castrum de Pignano.

Infra

Infra scripta sunt Castra ad Dominum Imperatorem & ad Romanum Imperium pertinentia, quæ possidentur a Senarum Civitate.

Castrum Montagucoli de Boscho.
Castrum Montereggionis.
Castrum Mencani.
Castrum Montis Gnidi.
Castrum Radecondoli.
Castrum Belfortis.
Castrum Monte Castelli.
Castrum Silve, quod continetur a Salnibenensibus Civibus Senarum.
Castrum cuidam Montarenti.
Castrum de Turri.
Castrum Caprarie.
Castrum Orgie, quod erat Camera Vicarii Imperii, fuit destructum a Guelphis Civitatis Senarum.
Castrum Matareti prope Balneum de Matareto.
Castrum Foiam.
Castrum de Pari.
Castrum de Montagucolo ardenghessche.
Castrum Civetelle Ardenghessche, ut justa de castro. Montis Verdi.
Castrum Sassi de Maritina.
Castrum montis Verdi, quod abstulerunt Domino Nicolao.
Castrum Porone.
Castrum cuidam Castiglioncello del torto.
Castrum francum Paganici.
Castrum Compagnatici.
Castrum Pschie.
Civitas Grossetana queque de communi Senarum detinetur.
Castrum montis Trulliani.
Castrum de Rosellis.
Castrum Montejani.
Castrum Montis Pestaliz.
Castrum Montis Pistini.
Castrum Rocchastrate Cotonis.
Castrum Montis Orgialis.
Castrum Pontitalamonis.
Castrum Montis Grani.
Castrum Bocheiam, quod detinetur a Salibenensibus.
Castrum Prate prope Massam.
Castrum Perolle.
Castrum Pietre, quod a Communi Senarum detinetur.
Castrum Travalis.
Castrum de Monte Massi, quod a Domino nelle detinetur.
Castrum Montis Latronis.
Castrum Monticelli.
Castrum Segiani.
Castrum Montalcini de Lacreta.
Castrum S. Angeli in Colle.
Castrum novum Abbatis.
Castrum Monteronis Lograssi.
Castrum Santi Johannis ad Assum.
Castrum Lucignani Vallis Assi & Communitas.
Castrum Percene.
Terra Buonconventi.
Terra & Communitas montis Farlli.
Castrum de Sinncille.
Terra & Communitas Lucignani Vallis Arbie.
Terra & Communitas Torranieri.
Castrum Santi Quirici in osenna.
Camera Imperii & sui Vicary.
Castrum Rocche tintinnani.
Castrum Ripe quod ibi vicinat.
Castrum Silve.
Castrum Castiglionis vallis Urcie.
Castrum Segiani.
Castrum Monte chielli.
Castrum Monte Puliziani.
Castrum Monte Follonici.
Castrum quod dicitur Castrum Mozzii.
Castrum Trequende.
Castrum de Monte Chiesi.
Castrum Asme Longhe.
Castrum Serofrani.
Castrum de Ripis Vallis Clave.
Castrum Betullis. Castrum Fabrice.
Castrum Torrite.
Castrum de Serris.
Castrum Petrorii.
Castrum Licignanelli, quod detinetur a Domino Fazmo.
Castrum Licignani Vall' clave, quod olim consuevit possideri a Communi Arety, hodie possidetur a Communi Senarum.
Castrum Montalceti.
Castrum de Monte Galboli.
Castrum novum Biezy.
Castrum Pody S. Cicilie.
Castrum Rapoloni.
Castrum Montis Sante Marie.
Castrum & Communitas Sciam.
Castrum Armanioli.
Castrum Lati Castelli.
Castrum novum Orgiesis.
Castrum Rigomagi sive montis Oliveti.
Castrum Farnetelle.
Castrum Montis Pertusii.
Castrum sive Communitas Selnole.
Castrum sive Communitas de Strove.
Castrum Chinslini.
Castrum sive Communitas Rocchasilliani.
Castrum Creci ciampoli, quod detinetur per quosdam Nobiles.
Rocha, quæ dicta Roccha filiorum Tedeati.

LXVII.

Ministri Sabaudici specifica & Chronologica feudorum Langarum Enucleatio cum animadversionibus in seriem facti, Eminentissimis & Serenissimis Sacr. Rom. Imperii Electoribus, nomine Vasallorum Langarum, porrectam.

Cum ad manus meas jam a duobus mensibus quædam series facti a Vasallis Langarum Eminentissimis & Serenissimis Sacri Romani Imperii Electoribus directa, manuscripta pervenerit;

rit; non putabam authorem eam typis mandare ausurum fore, minusque Dominum Marchionem Balestrinum illam seminaturum & distributurum: tot enim falsis suppositionibus, allegationibusve scatet, ut nec quidem Augustissimi Imperatoris æquitati, Ministrorum Cæsareorum diligentiæ, nec Cancellariæ Imperialis Aulicæ accuratissimæ attentioni pepercerit. Sed cum viderim dictum Marchionem de Balestrino dictam facti seriem typis mandatam Electoralibus Ministris, & aliis distribuere cum adjuncta scriptura, quæ incipit animi gratia breviter informandi &c. in qua Ministros Sabaudiæ de falsis suppositis, fucatis hortationibus & secretis declamationibus redarguere tentat, non potui, quin in dictam seriem facti animadversiones conscriberem, quas articulatim a latere scripturæ Balestrinæ, facilioris demonstrationis gratia, posui; ex quibus & ex sequenti Enucleatione Chronologica falsitas allegationum, suppositionumve dictæ scripturæ clare & manifeste apparebit. Hanc autem Chronologicam Enucleationem apponendam esse duxi, ut jus simul & antiquissima possessio Ducatuum Montisferrati, & Mediolani omnibus evidenter innotescant. Sciatque Marchio Carretus, quod Ministri Sabaudiæ in abscondito non conclamant, & quod eorum argumenta, quæ in facto consistunt, fallaciis non involvuntur. Pro tanto Principe, qualis est Regia Celsitudo Serenissimi Ducis Sabaudiæ, falsa supposita, absconditas conclamationes, secretas declamationes, & fucatas hortationes adhibere non licet, uti dictus Marchio sibi licere audacter nimis putavit.

Enucleatio Chronologica Feudorum Langarum.

Sic vocantur feuda Langarum non ex Provincia, (nulla enim nec est, nec fuit sic denominata:) sed ex eorum situ in locis desertis, uti loquitur Otto Imperator in concessione Aledramo facta, de qua proxime loquendum: Vulgariter enim loca deserta *Langa* vocantur, gallice *Landes*.

Imperator Otto concessit Aledramo, primo Marchioni Montisferrati, *omnes illas cortes in desertis locis consistentes a flumine Tanagri ad flumen Orba, & ad littus maris,* diplomate diei 23. Martii anni 967. quo confirmavit quidquid dictus Aledramus possidebat ex hæreditate parentum, aut acquisiverat in regno Italiæ; & quicquid ibidem hactenus juris Italici pertinuerat, illi concessit Cæsar.

Secundo geniti descendentes ex Aledramo de portionibus in appanagium sibi concessis septem constituerunt Marchionatus, scilicet

Savone, seu Carretorum,
Clavesanæ,
Cevæ,
Bosci,
Ponzoni,
Buscæ,
& Incisæ.

Marchionatus Savonæ obvenit Henrico Guercio, qui Carreti nomen assumpsit. Is à Frederico I. investitus est omnium eorum, quæ possidebat in Marchia, civitate, & in Episcopatu Savonæ, & in locis Quiliani, Segnii, Noli, Perticæ, Piæ, & Orchæ, Anno 1162. Marchia autem Savone restringitur ad loca, quæ sunt ultra Alpes, seu jugum versus mare, ubi posita est civitas Savonæ, & nullatenus extenditur ad ea loca, quæ sunt citra montes, & in continentibus Lombardiæ. Alpes enim intermediæ præsumuntur esse loco terminorum ad dividendam unam Provinciam ab alia.

Dictus Henricus duos habuit filios, Henricum & Ottonem. Is partem, quam habebat in civitate Savonæ, Communi Januæ Anno 1191. vendidit, & ille de portionibus sibi in dicta Marchia competentibus à Frederico II. anno 1226. fuit investitus; & Genuenses à Successoribus suis aliam Civitatis & Marchiæ Savonæ partem habuerunt.

Ast Carolus IV. considerans utilitatem, quæ Imperio provenit, si territoria conglutinentur, quo magis adversus vim externam tutum sit (modicis illis Vasallis, & tenuis potentiæ neque sibi, neque aliis momentum aliquod conferre valentibus) superioritatem omnium feudorum intra Tanarum & Orbam, & littus maris, & omnium eorum, quæ ex Aledramo provenerant; Item & eorum, quæ a descendentibus ejus possidebantur, & dictorum septem Marchionatuum, fidelitates, fidelitatis Vasallatus, superioritates, & superioritatis dominia, & eorum, qui de eadem progenie Aledrami sunt, in quibuscumque locis sint, & consistant Marchioni Montisferrati, & successoribus suis ex certa scientia de Imperialis plenitudine potestatis irrevocabiliter dedit, & transtulit; Non obstantibus quibuscumque Investituris, concessionibus &c. generalibus vel particularibus in contrarium factis vel fiendis, concessis vel concedendis, etiamsi oporteret de iis specialem fieri mentionem; Salvo Imperatori, & Sacro Romano Imperio in dictum Marchionem, & successores suos superioritatis dominio. Et hoc diplomate diei 8. Maji 1355.

Ipse enim Carolus IV. divisionem Principatuum in Germania prohibuerat, uti Fridericus in Italia, ut in titulo feudorum, de prohib. alien. per Frederic.

Idem Carolus IV. ex post confirmavit præcedens diploma 8. Martii 1369. uti subsequentes Imperatores, scilicet

Vinceslaus 13. Martii 1384.

Fredericus III. 14. Maji 1464. 1. Februarii 1469. 8. Julii 1485. 7. Septembris 1487.

Maximilianus 17. Martii 1494.

Carolus V. 19. Nov. 1512. & 31. Decemb. 1532. & huic Investituræ, in qua comprehenduntur præcedentes, se refert Investitura concessa ab Imperatore Josepho recol. mem. Regiæ suæ Celsitudini 7. Julii 1708.

In prælaudatis Investituris fere omnia feuda, de quibus agitur, sunt nominatim comprehensa; & omnia omnino in tribus clausulis generalibus; quarum prima hæc est: *Omnes illas cortes in desertis locis consistentes à flumine Tanagri ad flumen Orba & ad littus maris*, intra quos limites sita sunt omnia feuda.

Secunda, *superioritatem & superioritatis Vassallatus in omnes descendentes ab Aledramo*, ex quo Carreti se descendere jactitant.

Tertia, *superioritatem & superioritatis Vassallatus in septem Marchionatus*, quorum feuda, de quibus agitur, fuerunt partes.

Post Investituram Caroli IV. aliqui ex Vassalis recognoverunt Marchiones Montisferrati, uti Comes Millesimi, Roccævignalis, & aliorum feudorum per contractum anni 1393. in quo legitur: *quod fide oculata erat certioratus concessionum Imperialium favore Marchionis Montisferrati.*

Et cum commune, nunc vocata Respublica Genuæ, quædam dictorum Feudorum occupasset, Marchio Montisferrati illam bello ad eorumdem restitutionem, pace inita anno 1419. coegit, & sic sub sua superioritate & consequenter sub alto dominio Imperatoris & Imperii restituit.

Deinde Marchio Montisferrati cum Venetianis tunc inimicis Imperii fœdus inivit: Sigismundus Imperator Ducem Mediolani, ut bellum gereret adversus dictum Marchionem, invitavit. Dux Mediolani in bello pro Imperio omnia dicta feuda, & alia super Marchione Montisferrati occupavit; Vassalli dicto Duci fidelitatis sacramentum præstiterunt, & ab illo investiti fuerunt; sed pace conclusa inter dictos Ducem & Marchionem anno 1434. conventum fuit, quod Dux Mediolani Vassallis, ut fidelitatem Marchioni Montisferrati jurarent, & sub ejus superioritatis dominio rediTent, stricte juberet; ea tamen conditione, quod si quidam Vassalli parere nollent, arbitrio tertii uterque Princeps se submittendum promisit, an dicti Vassalli sub Duce Mediolani permanere vel sub Marchionem Montisferrati redire deberent.

Quidam Marchionem Montisferrati rursus recognoverunt, & ab eo ejusque successoribus & Ducibus Investituras recipere continuarunt.

Alii sub Duce Mediolani permanserunt, a quo & a successoribus suis & etiamnum a Duce Andegaviense Investituras infra designandas habuerunt.

Designatio Investiturarum à Ducibus Montisferrati Vassallis sequentium feudorum concessarum, quas Sabaudiæ Minister exhibuit.

Pro medietate Comitatus Millesimi,
cui subsunt terræ.

Millesimi, Crucis ferreæ, Plodii, Biestri, & Chiorii.

1440. 15. Octobr.	1590. 19. Novembr.
1505. 5. Junii.	1594. 29. Novembr.
1519. 27. Septembr.	1595. 27. Julii.
1529. 27. Septembr.	1611. 29. Septembr.
1532. 14. Maji.	1619. 7. Decembr.
1546. 20. Septembr.	1619. 12. Decembr.
1559. 6. Novembr.	1634. 11. Decembr.
1560. 30. Januarii.	1652. 27. Novembr.
1564. 14. Januarii.	1652. 11. Decembr.
1582. 14. Februar.	

Pro Roccavignale.

Marchio Montisferrati Galeoto Carreto hoc feudum dono dedit, die 1. Julii 1512., & deinde Vassalli sequentes Investituras à Marchionibus & Ducibus Montisferrati receperunt.

1517. 27. Junii.	1595. 7. Julii.
1532. 16. April.	1611. 29. Septembr.
1546. 26. Septembr.	1619. 12. Decembr.
1560. 30. Januar.	1652. 11. Decembr.
1566. 1. Octobr.	

Pro Altare.

Die 30. Octobr. 1686. ultimus Dux Mantuæ dono dedit Altare Marchionissæ Grandiliæ Moræ, quæ investita fuit 12. Novembris sequentis.

7. Martii 1701. dicta Marchionissa vendidit Altare Comitibus Millis, qui 12. Martii ejusdem anni investiti fuerunt a Duce Montisferrati, cujus prædecessores sequentes Investituras dicti feudi dederant.

1434. 30. Decembr.	1532. 14. Maji.
1440. 15. Octobr.	1546. 20. Septembr.
1445. 30. April.	1560. 30. Januarii.
1464. 23. Februarii.	1566. 1. Octobr.
1477. 11. Julii.	1590. 19. Novembr.
1505. 5. Junii.	1595. 7. Julii.
1517. 7. Junii.	1611. 29. Septembr.
1519. 27. Novembr.	1619. 12. Decembr.
1529. 29. Septembr.	1652. 11. Decembr.

Pro tribus partibus ex quatuor Cairi, Vignaroli & dependentiarum.

1419. 9. Julii.	1563. 4. Septembr.
1434. 15. April.	1566. 16. Februarii.
1448. 20. April.	1587. 7. Martii.
1519. 3. Novembr.	1588. 15. Martii.
1520. 2. Martii.	1589. 2. Julii.
1533. 29. Augusti.	1596. 2. Novembr.
1538. 2. Martii.	1619. 7. Decembr.
1546. 21. Septembr.	1619. 17. Decembr.
1546. 27. Septembr.	1619. 23. Decembr.
1559. 2. Novembr.	1634. 22. Decembr.
1560. 22. Martii.	1652. 27. Novembr.
1561. 7. Septembr.	1652. 11. Decembr.
1562. 29. April.	

Pro

Pro Cossano, Mangano, & Rocheta Belbi.

1511.	12. Junii.	1594.	17. Novembr.
1510.	24. Januarii.	1598.	28. Junii.
1539.	29 Maji.	1619.	7. Decembr.
1539.	13. Decembr.	1619.	23 Decembr.
1559.	20. Novembr.	1620.	4. Januarii.
1567.	19. Octobr.	1634.	22. Decembr.
1546.	20. Septembr.	1635.	10. Januarii.
1559.	23. Octobr.	1652.	29. Novembr.

Pro Dego, Cagna, Piana, & Giusuala.

1419.	9. Julii.	1537.	27. April.
1434.	30. Decembr.	1546.	26 Septembr.
1445.	30. April.	1562.	12. Martii.
1464.	23. Februarii.	1600.	16. Maji.
1477.	11. Julii.	1619.	7. Decembr.
1515.	7. Junii.	1635.	5 Martii.
1530.	19. Februarii.	1652.	6. Decembr.
1532.	8. Februarii.	1698.	13. Septembr.
1533.	20. Julii.		

Pro Mallaris.

1434.	30. Decembr.	1594.	17. Novembr.
1445.	30. April.	1596.	14. Novembr.
1464.	23. Februarii.	1619.	7. Decembr.
1477.	11. Julii.	1619.	17. Decembr.
1515.	7. Junii.	1632.	9. Februarii.
1530.	19. Februarii.	1634.	11 Decembr.
1532.	28. Februarii.	1639.	30. Maji.
1533.	29. Julii.	1654.	11. Maji.
1546.	24. Septembr.	1665.	22. Junii.
1560.	19. Augusti.	1668.	22. Martii.
1585.	21. Novembr.		

Pro Medietate Mornesii.

1389.	7. Septembr.	1596.	2. Novembr.
1394.	7. Septembr.	1597.	16. April.
1510.	10. Maji.	1602.	23. Septembr.
1532.	24. Maji.	1618.	7. April.
1538.	19. Februarii.	1619.	12. Decembr.
1546.	20. Septembr.	1628.	14. Martii.
1559.	26. Octobr.	1652.	27. Novembr.
1567.	13. Octobr.	1695.	20. Augusti.

Omnes Vasalli dictorum feudorum, excepto Comite Dominico Francisco Maria Carreto, qui partem habet Comitatus Millesimi, juramentum fidelitatis præstiterunt Regiæ Celsitudini Sabaudiæ, postquam de Ducatu Montisferrati ab Imperatore Josepho recol. mem. die 7. Julii, 1708. investita fuit, & in possessionem dicti Ducatus a Domino Comite de Castrobarco, Commissario Cæsareo mense Augusti ejusdem Anni immissa, & etiamnum Domina Ducissa ab Arscot, quæ partem dicti Comitatus Millesimi possidet, sacramentum fidelitatis dicto Serenissimo Duci præstitit.

Quod feuda vero, super quibus jus aut exercitium juris quod Statui Mediolani competebat, R. S. C. fuit cessum, jam supra dictum est, quod quidam ex dictis Vasallis post pacem anni 1434. inter Ducem Mediolani. & Marchionem Montisferrati conclusam, ac Ducibus Mediolani, & etiamnum a Duce Andegaviensi Investituras receperunt, quarundam earum authentica exemplaria mandante Commissario Cæsareo Commissariis R. S Celsitudinis a Præfecto Regii Archivi Mediolani tradita sunt, & hic infra designantur; omnium vero exemplaria habere non licuit.

Investitura Marchionatus Bossolasci, cui subsunt terræ Bossolasci, S. Benedicti, Niela, Fisolii, & Albareti.

1431.	11. Novembr.	1454.	24. Augusti.
1432.	22. Septembr.	1471.	13. Junii.

Et post illa feuda divisa sunt inter quatuor sorores filias Joannis Bartholomæi Carreti infra nominandas, quæ & eorum successores sequentes a Ducibus Mediolani receperunt Investituras.

Elisabetha Comiti Valpergæ de Masino nupta.

1477.	16. Novembr.	1605.	28. Martii.
1532.	28 Maji.	1666.	30. Septembr.
1585.	4. Decembr.		

Catharina Marchioni Cevæ nupta, cujus pars ad Marchionem de Mombasilio pervenit.

1498.	12. Octobr.	1610.	6. Februarii.
1532.	28. Maji.	1623.	22. Augusti.
1559.	20. Decembr.	1668.	19. Januarii.
1601.	10. Octobr.		

Margarita Marchioni a S. Georgio nupta.

1497.	10. Januarii.	1622.	19. Augusti.
1516.	14. Novembr.	1683.	29. Novembr.
1586.	29. Martii.	1702.	6. Martii.

Maria Carolo Carreto de Balestrino nupta.

1477.	4. Decembr.	1601.	10. Octobr.
1488.	6. Januarii.	1625.	10. Januarii.
1497.	27. Novembr.	1652.	28. Septembr.
1498.	5. Februarii.	1666.	9. Decembr.
1514.	13. Junii.	1680.	27. Septembr.
1570.	21. Martii.	1702.	8. Februarii.
1592.	29. Septembr.		a Duce Andegaviensi.

Investituræ pro tertia parte Bardinetti à Marchionibus Bagnasci, & Balestrini possessa.

1455.	17. Augusti.	1652.	28. Septembr.
1467.	25. Februarii.	1660.	13. Augusti.
1534.	13. Junii.	1665.	18. Junii.
1570.	21. Martii.	1666.	25. Augusti.
1592.	29. Septembr.	1666.	9. Decembr.
1601.	10. Octobr.	1680.	29. Septembr.
1623.	22. Augusti.	1702.	8. Februarii.
1625.	10. Januarii.	1702.	25. Februarii.

Adherentia pro duabus aliis partibus Bardineti a Marchione Balestrino possessis.

1455.	17. Augusti.	1601.	10. Octobr.
1570.	21. Martii.	1625.	10. Januarii.
1592.	29. Septembr.		

Et a Duce Andegaviensi Investituram accepit 8. Februarii 1702. clausula sequenti, omnium terrarum, quæ possidet in Langhis.

Investitura pro Arnasco.

Marchio Balestrinus a Ducibus Mediolani de tertia parte hujus feudi investitus fuit per easdem investituras supra designatas, quibus investitus est quartæ partis Bossolasci.

Duas alias partes jure pignoris pro sex millibus scutis aureis a Ducatu Mediolani possidet, ea-

earumque partium adminiſtrationem habuit per contractum 23. Auguſti 1677. & Juramentum fidelitatis Duci Mediolani præſtitit.

1677. 23. Auguſti.	1702. 8. Februarii.

Inveſtitura pro Carreto.

Hoc feudum eſt ex iis, quæ Carreti vendiderant Genuenſibus, a quibus Inveſtituram accepit Hugo Carretus 16. Maji, 1302.

Genuenſes vero dicti feudi ſuperioritatem Marchioni Montisferrati reſtituerunt tractatu pacis 10. Maji, 1419.

Dux Mediolani ſuper Marchione Montisferrati hoc feudum anno 1431. bello occupavit; deinde Duces Mediolani ejusdem Inveſtituras Vaſſallis dederunt, quas Imperator Maximilianus Diplomate 16. Maji, 1509. ut juſtas, legitimas & rationabiles confirmavit.

Eas tamen & quæ ab hinc datæ ſunt ab Archivio Mediolani habere non licuit præter ſequentes.

1532. 25. Febr.	1702. 8. Febr.

Inveſtitura pro Serravalle.

1431. 11. Novembr.	1601. 10. Octobr.
1432. 22. Septembr.	1605. 28. Martii.
1454. 24. Auguſti.	1623. 12. Auguſti.
1471. 4. Junii.	1660. 13 Auguſti.
1477. 16. Novembr.	1665. 15. Junii.
1488. 6. Januarii.	1666. 25. Auguſti.
1532. 8. Maji.	1666. 30. Septembr.
1532. 10. Julii.	1702. 25. Februarii.
1585. 4. Decembr.	

Inveſtitura pro Menuſilio.

1431. 11. Novembr.	1593. 25. Octobr.
1432. 22. Septembr.	1640. 24. Januarii.
1454. 24. Auguſti.	1662. 2. Auguſti.
1471. 13. Junii.	1666. 22. Julii.
1497. 10. Januarii.	1666. 27. Julii.
1516. 14. Novembr.	1684. 15. Novembr.
1563. 7. Decembr.	1702. 25. Januarii.
1532. 28. Maji.	1702. 16. Februarii.
1583. 3. Julii.	

Inveſtitura pro Pruneto, Levice, & Scaleta Alteſino.

1431. 9. Novembr.	1560. 13. Novembr.
1477. 8. Decembr.	1625. 6. Septembr.
1487. 28. Septembr.	1625. 5. Martii.
1532. 25. Februarii.	1667. 30. Julii.
1532. 16. Martii.	1701. 6. Novembr.

Notandum, quod pro his feudis Marchio Baleſtrini contra Marchionem Scarampi coram Senatu Mediolani litem movit.

Inveſtitura pro Marchionatu Spigni, cui ſubſunt terræ Spigni, Rocheta, Malvicini, Meirana, & Urſeolarum.

Hæc feuda partem conſtituebant Marchionatus Ponzoni. Thomas, Henricus, & Manfredinus de Ponzono ea dederunt Communi Januæ, a quo in feudum receperunt die 20. Nov. 1290.

A dictis Ponzonis Albertus Carretus duas partes ex tribus dictorum feudorum emit die 3. Febr. 1300.

Tiburgia vero dicti Alberti vidua dictas duas partes 15. Febr. 1314. vendidit Jacobo Carreto, qui aliam tertiam partem ab Henriqueto & Manfredino de Ponzono die 25. Junii, 1332. emit, & deinde ipſe & ſucceſſores ſui ſequentes Inveſtituras a Communi Januæ receperunt.

1340. 1. Auguſti.	1392. 12. Novembr.
1350. 10. Februarii.	1392. 1. Decembr.
1386. 18. Julii.	1417. 17. Februarii.

Sed cum Marchio Montisferrati de ſuperioritate Spigni a Carolo IV. (ut ſupra dictum eſt) fuiſſet inveſtitus, Genuenſes ad reſtitutionem dicti feudi per prælaudatum tractatum pacis anni 1419. coëgit, & eodem anno a Communitate fidelitatis ſacramentum recepit: Dux vero Mediolani dicta feuda ſuper Marchione Montisferrati occupavit & Freilinus Carretus ſuique Succeſſores Vaſſalli dictorum feudorum ſequentes Inveſtituras a Ducibus Mediolani receperunt.

1431. 13. Novembr.	1489. 19. Maji.
1454. 26. Octobr.	
1477. 25. Januarii.	

Uti & ſequentes prorogationes ad Inveſtituras accipiendas.

1522. 4. Octobr.	1531. 31. Auguſti.
1531. 31. Martii.	1531. 9. Februarii.
1531. 21. Maji.	

Interim Joannes Freilinus Carretus a Duce Mediolani medietatem feudorum Franciſco Spinolæ vendendi facultatem die 7. Junii, 1531. obtinuit.

Ex poſt Franciſcus Spinola a Carolo V. die 1. Aprilis 1533. impetravit Diploma, quo Imperator concedendo facultatem feudorum dicti Spinolæ primogenium conſtituendi, expresſiſſimis verbis deſignat Spignum ſtatus eſſe Mediolanenſis, & a Duce Vaſallum de eodem feudo inveſtitum; declaravitque, quod Inveſtituræ a Ducibus Mediolani dandæ, in primogenium datæ cenſerentur. Deinde dictus Spinola Inveſtituram a Duce Mediolani recepit 17. Octobr. 1533. uti poſſeſſores alterius medietatis prorogationem 18. Auguſti, 1535.

Devoluto deinde dicto Ducatu Carolus V. ipſe Imperator a Vaſſallis juramentum fidelitatis pro ſe, *& iis quibus dederit dictum Ducatum*, recepit.

Inveſtito poſtea a Carolo V. de dicto Ducatu Philippo II. Rege Hiſpaniarum Camera Mediolanenſis medietatem dicti feudi a Thoma Carreto per mortem derelictam Aloyſio Aſinari filio Chatharinæ Carretæ, uti in Inveſtituris comprehenſo die 11. Aprilis 1579. adjudicavit; ut & anno 1590. alteram medietatem per Feloniam Franciſci & Scipionis Carreti fiſco addictam; dictusque Aſinarius Juramenta fidelitatis Duci Mediolani præſtitit.

1579. 5. Septembr.	1591. 26. Septembr.

Ex poſt Marcus Antonius ejus filius 23. Februarii, 1612.

Prima vero Maji 1614. Philippus III. Rex Hiſpa-

Hispaniarum Feudum Spigni titulo Marchionatus decoravit, & de eo Marcum Antonium Asinari 15. Aprilis 1615. investivit.

Frederico autem Asinari propter crimina à Carolo II. 27. Junii 1667. proscripto, feudisque fisco addictis prælaudatus Rex de iis successive Lelium & Hippolithum Inuream investivit 20. Junii, 1674. & 7. Aprilis 1691.

Ex post Comites Carreti de Mombaldono ex falsis suppositis & mutatis nominibus feudorum in Fredericorum I. & II. Investituris designatorum ob- & subreptitie, inauditis quibus interest, ab Imperatore Leopoldo Investituras ejusdem feudi impetrarunt, & in iis etiamnum feuda Olmi, Cæsolæ, & Roccaverani contra dispositionem tractatus pacis Monasteriensis §. *Item conventum 96.* apponi curarunt.

Investitura pro quarta parte Cairii, & Vignarolii.

Jam supra dictum est, quod Vassalli trium partium quatuor dictorum feudorum post pacem anni 1434. sub superioritate Marchionis Montisferrati redierunt. Vassallus vero alterius quartæ partis sub Duce Mediolani permansit, a quo & a successoribus Ducibus Vasalli Investituras sequentes receperunt.

1431.	9. Novembr.	1559.	27. Julii.
1457.	16. Decembr.	1591.	26. Sept.
1467.	5. Martii.	1614.	18. Julii.
1477.	31. Januarii.	1623.	22. Augusti.
1482.	5 Februarii.	1667.	28. April.
1489.	19. Maji.	1684.	9. Maji.
1532.	15. Martii.	1698.	10. Augusti.
1538.	5. Septembr.	1703.	25. April.
1551.	17. Februarii.		

Investitura pro Rocheta Cairii, & Montenotte.

1431.	9. Novembr.	1551.	17. Februarii.
1457.	15. Decembr.	1559.	27. Julii.
1467.	5. Martii.	1591.	26. Septembr.
1477.	31. Januarii.	1614.	18. Julii.
1482.	5. Februarii.	1623.	22. Augusti.
1489.	19. Maji.	1667.	28. April.
1532.	15. Martii.	1684.	9. Maji.
1538.	5. Septembr.	1698.	10. Augusti.
1549.	26. Octobr.	1703.	25. April.

Adhærentia pro partibus Belvederii.

Regia Celsitudo Sabaudiæ Ducis ab Imperatore Leopoldo de 16. Partibus ex 44. quæ totum constituunt Feudum Belvederii die 3. Junii 1720. fuit investita in feudum francum liberum, sapiens naturam allodii.

Domini aliarum partium adhærentias cum Ducibus Mediolani contraxerunt & renovarunt per sequentes contractus.

1410.	7. Novembr.	1581.	27. Junii.
1470.	25. Januarii.	1587.	13. Novembr.
1431.	31. Maji.	1699.	28. Martii.
1564.	26. Januarii.	1701.	1. Octobr.
1581.	19. Junii.		

Investitura pro Vincio.

Hoc feudum dependebat a communi Astensi, quod de eo fratres Scarampi 20. Decembr. 1339. investivit. Ex post Duces Mediolani, qui fuerunt dicti communis Astensis Domini, sequentes Investituras Vassallis concesserunt.

1388.	6. Martii.	1623.	22. Augusti.
1428.	27. Julii.	1663.	26. April.
1454.	20. Maji.	1667.	28. April.
1457.	15. Decembr.	1667.	30. Julii.
1467.	5. Martii.	1670.	5. Martii.
1532.	15. Martii.	1672.	23. Augusti.
1534.	12. Martii.	1684.	19. Maji.
1534.	26. Septembr.	1698.	28. Martii.
1535.	15. Augusti.	1698.	10. Augusti.
1559.	27. Julii.	1699.	28. Martii.
1569.	13. Septembr.	1701.	1. Octobr.
1585.	30. Novembr.	1701.	6. Decembr.
1614.	18. Julii.	1703.	25. April.

Investitura pro Monteberfero.

Hoc etiamnum feudum dependebat a Communi Astensi, a quo Fratres Scarampi exempto habuerunt.

Primo Februar. 1490. Vassallus a Duce Mediolani prorogationem pro Investitura recipienda obtinuit.

Dum Carolus V. Ducatum possidebat, Vassallo feudum alienandi facultatem Diplomate 9. Septembr. 1538. concessit, dictumque Diploma mandante Cæsare 11. Febr. 1540. a Senatu Mediolani fuit confirmatum.

Ex post Carolus V. Vassallum ad formam Investiturarum a Ducibus Mediolani concessarum investivit; & Gubernatori Senatuique Mediolani Investituram confirmandam mandavit; qui Senatus dictam Investituram die 26. Octob. 1546. confirmavit.

Vassallus denique Investituram a Carolo II. 30. Julii 1677. recepit.

Investitura pro Castro novo Calcea.

Hoc feudum etiamnum dependebat a Communi Astensi, quod de eo Guttuarios ejusdem Vassallos 24. Jan. 1342. investivit.

Duces Mediolani dicti Communis facti Domini sequentes Investituras & prorogationes concesserunt.

1419.	1. Februarii.	1495.	4. Februarii.
1435.	17. Maji.	1498.	1. Februarii.
1470.	20. Martii.	1667.	29. Augusti.

Serenissimo Duci Sabaudiæ alias habere non licuit, sed hæc sufficiunt; nam cum Vassalli feudum alienare voluerunt, facultatem impetrarunt a Ducibus Mediolani, qui alienationes approbaverunt.

1524. 26. Nov. 1610. 3. Julii. 1652. 15. Dec.

Et defuncto Comite Trotti Papiensi Episcopo Camera Mediolanensis feudum in sequestro posuit, & Oeconomum 28. Maji 1701. constituit: statque sequestrum.

Investitura pro Rocca Aratii.

Hoc feudum specifice in prima Investitura Cæsarea Duci Mediolanensi concessa, & ab omnibus sequentibus confirmata fuit nomina-

tim; ex post Philippus Maria Vice-Comes Dux Mediolani illud Brunoni Cacherano 12. Aprilis 1419. in feudum perpetuum concessit, quam concessionem cum sequentibus solum Investituris Serenissimus Dux Sabaudiæ ab Archivio Mediolani habere potuit.

1454.	6. Dec.	1479.	27. Octobr.
1470.	10. Martii.	1532.	7. Januarii.

Investitura pro Rocheta Tanari.

Hoc feudum Provinciæ est Alexandrinæ, & jam ab origine Ducatus Mediolani ab ipso dependet: ex Investituris a Ducibus Mediolani concessis sequentes Regia sua Celsitudo habet.

1380.	18. Februarii.	1531.	18. Decembr.
1413.	5. Julii.	1534.	1. Decembr.
1454.	14. Septembr.	1534.	18. Decembr.
1466.	30. Maji.	1542.	28. Martii.
1470.	20. Martii.	1702.	8. Februarii.
1496.	3. Martii.	1702.	18. Februarii.

Feuda vero Belvederii, Vincii, Monberserii, Castri novi Calceæ, Roccæ, Aratii, & Rochetæ Tanari nunquam fuerunt a Carretis possessa.

Quibus omnibus supradictis Investituris a Commissario Cæsareo Commissariis Sabaudicis 25. Sept. 1708. remissis Serenissimus Dux Sabaudiæ 7. Decemb. ejusdem anni mandavit Vasallis, ut sibi fidelitatis juramentum præstarent.

At Comes Millesimi Dominicus Franciscus Maria Carretus, & Marchio Hieronymus Carretus de Balestrino secundo genitus, qui nihil in feudis familiæ suæ præter annuam pensionem habet, ægre ferentes cessiones & translationes in Regiam Celsitudinem Sabaudiæ factas ob- & subreptitie per falsas allegationes & fraudulentas insinuationes a Cæsare 29. Julii 1709. impetrarunt rescriptum, quo revocata & annullata fuerunt juramenta fidelitatis a Vasallis Serenissimo Duci Sabaudiæ vigore Imperialium Investiturarum præstita, & non solum in omnibus supradictis feudis, sed & in aliis jam antiquitus Regiæ Domui Sabaudiæ acquisitis, & etiamnum in Pace Monasteriensi ad ipsam pertinere declaratis publicari curarunt.

Hæc est origo controversiarum inter Cæsarem & Ducem Sabaudiæ pro executione tractatus, pro quibus sopiendis Consiliarius Mellarede ad Aulam Cæsaream fuit a R. C. missus, qui Excellentissimis Dominis Comite a Windisgrats, primo Legato & Plenipotentiario Regiæ Catholicæ Majestatis, Barone a Zeilern, Cancellario Aulico, & Comite a Schœnborn, Imperii Vice-Cancellario, dictæ Cæsareæ Majestatis Consiliariis intimis & specialiter deputatis, & in præsentia D. D. Comitis a Wornbrand, & Baronis ab Heüel, Consiliariorum Aulicorum & Comitis a Königseck, qui fuit super loco loci, primo jura, & possessionem Ducatus Montisferrati in feudis ab eo dependentibus, in quibus rescriptum publicatum fuerat, exposuit, & authenticis documentis probavit; quorum, & Instrumentorum tam in Archivio Imperiali Aulico repertorum, quam supposito nomine Vasallorum a Marchione Balestrino exhibitorum, examine facto ponderatisque rationibus hinc inde allatis, declaravit Cæsar 28. Martii proxime præteriti, *ut possessio dictorum feudorum penes Serenissimum Sabaudiæ Ducem qua Successorem in Ducatu Montisferratensi maneat, juribus Imperatoris, Imperii, & quorumcumque aliorum juxta priorum Imperatorum declarationes, Imperiique constitutiones semper salvis & illæsis.* Et Decreto sub eadem die Vasallis mandavit, *ut dicto Serenissimo Duci qua Duci Montisferrati Vasallagium, & reliqua præstent, quæ Prædecessoribus in hoc Ducatu im vim possessionis ab his circa loca præmemorata habita præstiterunt.*

Quoad feuda super quibus jus aut exercitium juris, quod Statui Mediolanensi competere poterat, R. S. C. fuit cessum, Augustissimus Imperator præmatura morte præventus declarationem suam dare non potuit.

Notandum est, quod fere omnia dicta feuda in statibus Serenissimi Sabaudiæ undequaque sunt circumscripta, ut ex publica tabula topographica non manuscripta, ut ea, quæ ad artem a Marchione Balestrino fuit confecta, sed jam diu typis mandata, evidenter constat.

LXIIX.

Feudorum Langarum Imperialitas asserta contra seriem investiturarum productam a Domino Administro S. Reg. Celsitud. Sabaudiæ in specifica & chronologica Feudorum Langarum Enucleatione.

Cum in Enucleatione Chronologica Dn. Administer S. R. C. Dn. Ducis Sabaudiæ descripserit omnes Investituras concessas Langarum Vasallis a Ducibus Mediolani, & Montisferrati; ne ex metipsis credi possit prædictos Vasallos destitutos esse legitimo titulo vindicandi antiquam eorum libertatem, hic super singulo feudo pro nunc quamplurimas Cæsareas Investituras, aliaque documenta pro eorum interesse utilia proponere decreverunt, reservantes in petitorio, quatenus D. Dux causam instruere credat, omnia Vasallorum jura exhibere.

Millesimum, Crux ferrea, Plodium, seu chiorium, & Biestrum, Altare, Mallare, Roccavignalis.

Hæc feuda possessa ab *Enrico Guercio Marchione Savone* comprehensa fuere in investituris Friderici I. & II. anno 1162. & 1226.

Investivit Carolus IV. de his familiam de Caretto anno 1355. quarto Nonas Febr. 1355. Idibus Maji, & 1358. IV. Calend. Januarii.

Quidam ex Convassallis anno 1393. die 23. Junii medietatem Millesimi & feuda Altaris, Mallerarum, & Rochæ Vignalis per contractum Marchioni Montisferrati se addixerunt instituta conditione Cæsarei assensus assequendi.

De medietate Comitatus Millesimi Imperatores perpetuo Comitem de Millesimo investierunt; hic tamen sequentes tantum annectuntur, cum reliquæ communicatæ adhuc non fuerint.

Caro-

Carolus V. 1536. 10. *Decembris.*
Ferdinandus I. 9. *Octobris* 1559.
Maximilianus II. die 23. *Decembris* 1564.
Rudolphus II. 17. *Decembris* 1577. 12. *Novembris* 1591.
Matthias, 22. *Aprilis* 1613. 24. *Martii* 1616.
Ferdinandus II. 20. *Octobris* 1620.
Ferdinandus III. 20. *Junii* 1637.
Leopoldus, 15. *Junii* 1659. 14. *Julii* 1661. 20. *Septembris* 1682.
Josephus, 1705.

Sunt igitur hæc omnia feuda de immediata S. R. Imp. Jurisdictione, quia Cæsareum assensum Imperatores pro confirmatione contractus nunquam præstiterunt. Ex deficientia legitimi assensus igitur, Anno 1628. cum Administri Casalenses partem comitatus Millesimi Duci Mantuæ obnoxiæ, & loca Altaris, & Rocchæ Vignalis Marchioni de Grana confiscaverint, S. C. M. indixit Duci Guastallæ Commissario Generali in Italia, ut eidem, tanquam Vasallo Imperiali, feuda restituerentur.

Anno 1628. *Ferdinandus II.* declaravit feuda absolute Imperialia, scilicet partem *Millesimi* & *loca Altaris*, & *Rocchæ Vignalis* cum facultate ea vendendi salvis juribus tertii, adjecta conditione, ut emptor ab Augustissimis Imperatoribus hæc agnosceret in futurum.

Anno 1631. Dux Sabaudiæ petiit facultatem acquirendi nonnulla feuda Imperialia, inter quæ *Altarè*, *Roccavignale*, *Millesimo*, *Cosseria* comprehenduntur.

Anno 1656. *Ferdinandus III.* indixit Duci Mantuæ ut feudum Rocchæ vignalis non molestet, & declaravit approbare nolle pacta innita a Vasallis cum Marchione Montisferrati anno 1393.

Anno 1687. 13. Martii Imperator Leopoldus annullavit omnes adhærentias & contractus illicitos initos a Vasallis in Italia.

Anno 1690. 8. Februarii S. R. C. de annullatione adhærentiarum edocta obtinuit diploma facultativum acquirendi jurisdictionem mediam feudorum Imperialium Langarum ab Imperatore Leopoldo, in quo describuntur, *Millesimo*, *Cosseria*, *Plodio*, *Biestro*, *Roccavignale.*

Anno 1696. fuit iterum publicatum Cæsareum Arrestum annullationis anni 1687. in Comitatu Millesimi.

Anno 1698. S. C. M. suo Rescripto mandavit Comiti de Millesimo, ne sua feuda alienaret, & sunt expresse nominata *Millesimum*, *Cingium*, *Rocca.*

Anno 1709. omnia prædicta feuda S. C. M. suo edicto immediatæ suæ jurisdictioni restituit.

Feudum Rocchæ Vignalis dono datum Galeoto de Caretto intentionem Vasallorum Langarum non destruit, quia Marchio Montisferrati contra dispositionem pactorum Vasallum confiscatione privaverat, & quamvis ex post legitimus Successor donatus fuerit, nihilominus ex his actis non licet arguere, quod feudum effectum sit novum. *Albertus Brunus in suo* Cons. 69. asserit Marchionem Montisferrati cecidisse a prætensa horum feudorum jurisdictione ob contraventionem pacti.

Et quamvis hi contractus validi, & efficaces fuissent, cum instituti fuerint pro Marchione Montisferrati, ejusque Hæredibus & Successoribus sanguinis, prout ex causis impulsivis in Instrumento appositis dignoscitur; ob extinctionem Lineæ Monferratensis Vasalli in pristinum statum quo erant ante contractum restitui petunt.

Cairum cum Vignarolio, & Degum, Cagna, Piana & Giusvalla.

Feuda Cairi, & Marchionatus Degi possessa fuere ab Enrico Guercio Marchione Savonæ, & de iis eum investivit Fridericus I. anno 1162.

Anno 1214. 25. Julii in adhærentem se addixit Vasallus Communi Januæ, nullo interveniente Cæsaris assensu.

Quamvis Vasalli de prædictis feudis a Republica Genuensi investirentur; nihilominus fuerunt juris S. R. I. ut fassa fuit Respublica, præcipue anno 1386. ea loca esse feudalia dicti Communis post fidelitatem Imperialem, & Imperii velut antiquioris Domini.

Anno 1419. transierunt ex pace Genuensi in Marchionem Montisferrati & hæc cessio tamen fuit coacta, ut ex ipso pacis instrumento desumitur; cum non possint transferri, nisi eo titulo, quo Genuensibus devincti erant, cum eorum contractus fuerit adhærentiæ; prout in principio elapsi seculi *Rafael à Turre* adnotavit, hæc loca addicta fuisse Reipublicæ Januæ *jure tantum fiduciario*: in præsentiarum ista loca restituta sunt immediate jurisdictioni S. R. I.

Unus ex Vasallis *Cairi* anno 1431. adhærentem se dixit Duci Mediolani, ex quo probatur prædictam cessionem factam a Genuensibus non potuisse Vasallos Cairi obligare quam adhærentiæ fœdere, a quo tamen juxta naturam adhærentiæ poterant quandocunque recedere.

Carolus IV. investivit familiam de Caretto anno 1355. de Feudo *Degi*, & anno 1369. Idibus Aprilis familiam Scarampam de loco *Cairi.*

Anno 1687. ex annullatione adhærentiarum hæc feuda restituta fuere immediatæ S. R. Imperii jurisdictioni.

Anno 1690. in diplomate concesso Sereniss. Duci Sabaudiæ pro acquisitione feudorum Imperialium *Cairum* describitur.

Anno 1696. in loco Cairi ex ordine Cæsareo publicatum, & affixum fuit prædictum arrestum annullationis.

Anno 1698. S. C. M. indixit Vasallis & Subditis *Cairi*, ne hoc feudum venderent, minusque novum Dominum recognoscerent.

Anno 1709. cum Vasalli fidelitatem ligiam præstitissent Serenissimo Sabaudiæ Duci, S. C. M. eam circumscripsit, & sub immediata sua jurisdictione recepit.

A Marchionatu *Degi* dependet terra *Cagna*, quæ ab Imperatoribus investita fuit suis Vasallis, videlicet

a Sigismundo 1426. 1. *Aprilis.*
a Friderico III. 1486. 5. *Aprilis.*

a Ca-

a Carolo V. 1551. 16. Maji.

a Maximiliano II. 1566. 5. Augusti.

Manganum, Cossanum, Roccbetta Belbi.

Anno 1344. 5. Januarii Manfredus Busca submisit hæc feuda Marchioni Montisferrati pro se & suis legitimis hæredibus, qui ab ipso nascentur, & non ab aliis ipsius D. Marchionis hæredibus extraneis, *ita quod ipse Manfredus suique heredes alii heredibus extraneis ex ipso Marchione Montisferrati non descendentibus minime teneantur.*

Extincta linea Palæologa Vasalli iterum ad immediatam Imperii jurisdictionem reversi sunt, & de his feudis *Carolus V.* tanquam Imperator eos investivit anno 1536. die 14. Octobr.

Anno 1539. 29. Maji iterum Vasalli per contractum se subjecerunt Margaritæ, Ducissæ Montisferrati & Mantuæ, *pro se & suis heredibus & successoribus, qui legitime ex eis nascentur, & descendent, & non aliis heredibus extraneis, salvo semper, & accedente beneplacito Cæsareo.*

Ergo penitus resoluta subjectio.

Feuda Bozzolaschi, Nielle, Feisolii, Albareti, S. Benedicti, Serravalis & Monesilii.

De his feudis investita fuit Familia *de Carretto* ab Imperatoribus:

Friderico I. anno 1162.
Friderico II. anno 1226.
Carolo IV. anno 1355. quarto nonas Februarii.
Sigismundo anno 1426. 1. Aprilis.
Friderico III. anno 1486. 5. Aprilis.
Carolo V. annis 1521. 1529. 1551. 1553.
Ferdinando I. anno 1560. 23. Augusti.
Maximiliano II. annis 1566. 5. Augusti, & 1571. 21. Julii.

Sciendum est, quod Vasallus horum feudorum anno 1431. Duci Mediolani se in adhærentem obstrinxit, hoc pacto expresso: *Item quod prælibatus illustrissimus Dux operatur cum effectu, quod talem fidelitatem cum prædictis aliis conditionibus in ipsa contentis prælibatus Sereniss. Imperator confirmet & suam auctoritatem interponet, quod nunquam Duces Mediolani obtinuerunt.*

Annis 1452. & 1454. Vasallus prædictorum feudorum tanquam adhærens & recommendatus in contractibus ligæ Ducum Mediolani fuit adscriptus.

Et Carolus V. condonans quamcunque caducitatem ob neglectas investituras, & pro quolibet alio contractu venditionis, alienationis, & oppignorationis, hoc specialius indixit, ut in posterum hæc ab Imperatoribus tantummodo agnoscantur.

Camera Mediolanensis feuda Langarum anno 1634. declaravit esse illi, statui addicta per adhærentiam tantum.

Ex Arrestis annullationum Contractuum annorum 1687. & 1696. & 1698. hæc feuda restituta fuere immediato S. R. I. Domino prout fassus est Sereniss. Sabaudiæ Dux, cum hæc inclusa sint in diplomate anni 1690. eodem concesso per Augustissimum Imperatorem.

Cum vero anno 1709. S. C. M. immediatam jurisdictionem realiter apprehenderit, nullum extat amplius dubium hæc antiquo libertatis beneficio potiri.

Balestrinum, Natacinum.

Imperatores investiverunt de his feudis familiam *de Carretto*, pro quibus nullam unquam habuerunt subjectionem cum Ducibus Mediolani: anno 1570. adhærentiam generalem contraxerunt, quæ per longissimos annos & fere per seculum renovata non fuit & ex annullatione horum contractuum etiam nomen adhærentis suppressum est.

Fuerunt ante dicta feuda comprehensa in Investituris
Friderici I. anno 1162.
Friderici II. anno 1226.
Caroli IV. Idibus Maji anno 1355.
Caroli V. annis 1521. & 1553. 2. Novembris.
Ferdinandi I. anno 1560. 23. Augusti.
Maximiliani II. anno 1574. 30. Julii.
Rudolphi II. anno 1581. 12. Maji.
Ferdinandi II. anno 1624. 3. Junii.
Ferdinandi III. annis 1638. 2. Aprilis 1643. 15. Septembris, & 1651. 24. Octobris.
Leopoldi annis 1659. 19. Novembr. & 1729. 13. Jun.
Josephi anno 1705.

De iis Feudis placuit D. Administro affirmare Vasallum a Duce Andegavensi investitum fuisse, per clausulam ab ipso relatam *omnium Terrarum possidet in Langhio.* Quando in Investitura pro exprimendis aliquibus dependentiis *Bozzolaschi, & Arnaschi* sic refertur, *aliarumque Terrarum eis subjectarum in partibus Langarum;* & profecto si hæc clausula se referre deberet ad alia loca per Marchionem de Balestrino possessa, dictum fuisset *ei*, & non *eis:* unde pro Veritate fatenda tenor instrumentorum litteraliter exprimendus est.

Arnascum.

Feudum *Arnaschi* per Marchionem *Balestrini* possessum, cum non sit comprehensum in diplomate anni 1690. hoc ideo super hoc non cadit exercitium jurisdictionis cessum Sereniss. Sabaudiæ Duci, quia Tractatus fœderis se refert ad feuda nominata in diplomate anni 1690.

Partem hujus feudi in superioritatem habet Marchio de *Balestrino* a S. Cæs. M. residuum vero loco pignoris relevata a Duce Mediolani.

Marchio de Balestrino se adhærentem de hac superioritate dixit Duci Mediolani anno 1570. hoc ideo ex annulatione adhærentiarum solutus est quocunque contractu. De hoc feudo investiverunt *Familiam de Caretto*

Fridericus I. anno 1162.
Fridericus II. anno 1226.
Carolus IV. 1355. Idibus Maji.
Maximilianus I. anno 1496. 8. Decembris.
Carolus V. 1529. 16. Augusti, 1536. 5. Novembris, 1553. 2. Nov:
Ferdinandus I. 1560. 23. Aug. 1564. 27. Martii.
Maximilianus II. 30. Julii 1574.
Rudolphus II. 1581. 12. Maji.
Ferdinandus II. 1624. 3. Junii.
Ferdinandus III. 1638. 2. April. 1643. 15. Sept. 1651. 24. Octobris.
Leopoldus 1659. 19. Nov. 1679. 13. Junii.
Josephus anno 1705.

Cum

Cum igitur de hoc nulla quæstio intercedat, nil aliud annectere fas est.

Bardinetum.

Hoc feudum cum de antiquo patrimonio familiæ *de Caretto* extaret, & ipsum continebatur in investituris Fridericorum Imperatorum.

Carolus IV. de toto hoc Castro & Villa Bardineti investivit familiam *de Caretto*, prout subsequentes fecere.

Carolus V. annis 1521. 1553. 2. Nov. de toto Castro & Villa.

Ferdinandus I. 1560. 23. Augusti de toto Castro & Villa.

Maximilianus II. annis 1571. 21. Julii & 1574. 30. Julii de toto Castro & Villa.

Rudolphus II. 1581. 12. Maij de toto Castro & Villa.

Ferdinandus II. 1624. 3. Jun. pro 3. parte.

Ferdinandus III. 1638. 2. Apr. 1643. 15. Sept. 1651. 24. Octobr. pro tertia parte.

Leopoldus 1659. 19. Nov. 1679. 13 Jun. pro tertia parte.

Josephus 1705. pro tertia parte. Fere duas alias partes in feudum ab Imperatore recognoscit Respublica Genuensis in præsentiarum.

CARRETUM.

Hoc feudum antiquissimum familiæ Carettæ in primæva Friderici Investitura describitur.

Marchiones *de Caretto* hoc feudum nunquam vendiderunt Reipublicæ Genuæ, prout erronee supponit D. Administer; sed de hoc & quampluribus aliis adhæserunt prædictæ Reipublicæ, quæ hoc feudum in pace anni 1419. comprehendere noluit, ut ex ipso instrumento comprobatur, & profecto Duces Montisferrati nunquam in hoc jus dixerunt. Neque de jurisdictione fuit Ducatus Mediolani, quia annis 1452. & 1454. adhærebat illis Ducibus, ut ex contractibus ligæ eruitur.

In unica tantum investitura Francisci II. Sfortiæ de anno 1532. 25. Februarii pro medietate enunciatur, sed adjecta clausula: *Salva & reservata fidelitate Cæsaris & cum beneplacito suæ Majestatis, ubi requiratur*, quod nunquam fuit præstitum.

De hoc Feudo Marchio Balestrini fidelitatem non præstitit anno 1702. 8. Februarii Duci Andegavensi, prout in erroneo supposito refert D. Administer; Nam tenor investituræ non ita se habet, ut allegat D. Administer.

Carolus IV. in sua Investitura anni 1355. quarto nonas Februarii hoc feudum includit, prout Marchionem de Balestrino investiverunt de ejusdem Medietate

Maximilianus II. 1574. 30. Julii.

Rudolphus II. 1581. 12. Maji.

Ferdinandus II. 1624. 3. Junii.

Ferdinandus III. 1638 2. Aprilis.
1643. 15. Decembris.
1651. 24. Octobris.

Leopoldus 1659. 19. Novembris.
1679. 13. Junii.

Josephus 1705.

Et præter illam Investituram anni 1532, nulla alia adinveniri potest, unde frustraneum est alias perquirere.

Levice, Prunetum, Altesinum, Scaletta, Brovida & Urserole.

Continebantur hæc feuda in antiquis Fridericorum Investituris, prout voluit comprehendi Carolus IV. in confirmatione concessa familiæ de Caretto anno 1355. quarto nonas Februarii.

Quamvis de anno 1431. eorum Vasallus adhæserit Duci Mediolani, se tamen ab immediata S. R. I. jurisdictione non subtraxit, quia Duces Mediolani eum in adhærentem tantum adscripserunt, prout instrumentis ligæ annorum præsertim 1452. & 1454. non alio nomine vocarunt.

Franciscus II. cum de anno 1532. die 25. Febr. Raphaelem investiverit, hoc termino usus fuit de prædicto Vasallo, *qui sponte se obtulit; quam quidem submissionem, & fidelitatem, & præmissa omnia facimus nos, & idem Raphaël, semper salva & reservata fidelitate Cæsaris, & cum beneplacito suæ Majestatis, ubi requiratur &c. Ita & taliter quod ubi, & casu quo per præsentem actum, & omnia, & singula suprascripta, & infrascripta causaretur, vel causari posset aliqua caducitas, & privatio, & præfata Cæsareæ Majestati non placeret, quod tunc, & eo casu, præsens investitura, & omnia & singula suprascripta & infrascripta sint nulla, & nullius valoris & momenti, eaque pro infectis haberi, quoniam dicimus & protestamur eo casu prædicta fecisse & facere ad conservationem jurium Cæsareæ Majestatis, & suorum, & non in eorum præjudicium, & supra.*

Clariori expressione Dux Mediolani hæc feuda subesse immediato S. R. I. dominio explicare non poterat, & hæc Investitura inservire profecto debet pro elucidando privilegio *Maximiliani I.* concesso Catharinæ de Caretto nuptæ Marchioni Palestrini, in quo Imperator ex erroneo supposito apposituit, quod hæc feuda à Ducibus Mediolani dependebant.

Carolus V. anno 1544. 26. Februarii de his feudis Investituram concessit Hieronymo de Caretto instituto perpetuo primogenito; in dicta Investitura hæ clausulæ leguntur:

Ludovicum adhæsisse Illustrissimis Mediolani Ducibus pro eo tempore existentibus.

Et cum de feudis loquebatur, subdit:

De quibus prædecessores sui a divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus, & S. R. Imperio, quod prius recognoscebant, fuerant investiti.

Nostra tamen & Imperii superioritate, de feudali obsequio, ac Tertiorum juribus semper salvis.

Et tandem formam juramenti dicto Hieronymo præscribens, sic indixit:

Præfatus vero Hieronymus teneatur, & debitum fidelitatis juramentum præstare, se scilicet nobis, & S. R. Imperio, & Successoribus Nostris, Romanis Imperatoribus, & Regibus legitime intrantibus ex nunc in antea fidelem, & obsequentem fore & Salutem Nostram & Imperii fideliter procuraturum.

Profecto hic Carolus V. mandavit, ut Cæsar, non ut Dux Mediolani; ergo hæc feuda nullo legiti-

legitimo titulo per Ducatum Mediolanensem detenta usque dum fuere.

D. Administer S. R C. opponit, quod dictus Marchio contra Marchionem Scarampum de his feudis litem movit coram Senatu Mediolani; sed prætermittit, quod illa causa delegata fuit per Carolum V. tanquam Imperatorem prædicto Senatui anno 1536. die 15. Octobris, quæ delegatio perpetua est, usque dum causa perficiatur: prout Senatus metipse in ipsa causæ propositione ad infirmandas contrarias oppositiones, sic censuit.

Spignum, Rochetta, Malvicinum, Meirana, Urserole, Turpinum, Mons Altus, Mons Ursarius, Ulmus, Cesole, & quarta pars Roccoverani.

Ista feuda juris familiæ de Caretto ab immediato S. R. Imperii Dominio dependent, prout in Cæsareis Investituris, nominatim Caroli IV. Ferdinandi II. aliisque ultra Leopoldum & Josephum comprehenduntur.

De aliis vero *Roccoverani, Ulmi, & Cesolarum* adsunt Investituræ cum absolutione à quacunque caducitate, de anno 1577. 12. Junii ab Imperatore *Rudolpho*, & 1597. 30. Septembr. & 1598. 21. Novembris. Fuerunt itidem investiti Vasalli à *Ferdinando II.* 1621. 9. Februarii, 1622. 7. Decembr. 1636. 3. Novembr. Et à *Ferdinando III.* 1638. 24. Junii.

Multa deduxit D. Administer contra jura immediata S. R. Imperii in dicto Marchionatu Spigni: sed cum hæc causa definita fuerit in contradictorio judicio Cameræ Mediolanensis coram Consilio Aulico Anno 1699. & Marchiones de Caretto possessionem & investituram habuerint; quæ contra dictam sententiam possint allegari, suo tempore in petitorii judicio deducendæ erunt, & tunc clarioribus argumentis Jurisdictionem immediatam S. R. Imperii Vasalli proponent.

Cairum, Rochette, & Montenotte.

De Imperialitate *Cairi* jam explicatum est in feudis, quæ a Monteferrato sui juris esse dicuntur. Respectu vero illius partis, quæ Ducibus Mediolani adhæsit, hoc tanquam Imperialis consideranda est ex rationibus superius allegatis de dicto feudo.

Rochetta, & *Montenotte*, hæc quoque adhæserunt prædictis Ducibus, prout Contractus ligæ annorum 1451. & 1454. testantur, & ex consultatione Cameræ Mediolanensis anni 1634. convincitur.

Serenissimus Sabaudiæ Dux anno 1631. hæc feuda Imperialia & adhærentia Statui Mediolani dixit.

Ex arresto annullationis anni 1687. iisdem Locis publicato aliisque annorum 1696. & 1698. hæc feuda restituta sunt S. R. I. dominio; prout S. R. C. uti talia adnotari curavit anno 1690. in diplomate pro acquisitione Feudorum.

Belvederium, Vincium, Monteberſarium.

Separatio unius quartæ partis *Belvederii* ab aliis tribus, quæ tantummodo dicuntur adhærentes statui Mediolani, admitti nequit, ne credatur illud habuisse diversam naturam feudi; retinendum est igitur, quod si S. R. C. illam partem, (quæ a Ducatu Mediolani dependebat, prout sunt cæteræ aliæ) in vim diplomatis anni 1690. acquisivit, reportata Cæsarea Investitura, quod reliquum feudi comprehensi in prædicto diplomate anni 1690. eandem justitiam sperat.

De Belvederio, Vincio & Monteberſario

tamen adest sententia Cæsarea anni 1698. 17. Octobr. qua S. C. Majestas ea declaravit suæ immediatæ jurisdictionis, & investituram concessit eorum Vasallis, una cum reali possessione, in qua legitime in præsentiarum reperiuntur.

Quicquid igitur in contrarium adducitur contra hæc feuda per D. Administrum in petitorio proponi poterit; & suo tempore opportuno responso objecta resolventur.

Rochetta Tanagri.

Feudum Rochettæ Tanagri pars est antiquissimi Marchionatus Incisæ, quem *Carolus IV. & V.* annis 1364. & 1536. in Investituris Vasallis concessis indixerunt esse immediati Juris Sac. Rom. Imp.

Anno 1203. die 5. Decembris Marchiones Incisæ feuda inter se diviserunt, ut enunciatur in Diplomate Ducis Ludovici Mariæ Angeli diei 3. Martii 1496.

Antedicti Marchiones cum absoluto Dominio & superioritate dicta feuda administrarunt, quousque anno 1430. ut se incolumes servarent inter bella quæ trans Padum sæviebant, fœdus inierunt cum Duce Mediolani pro sex annis, salvis omnibus eorum juribus & honoribus, ut constat ex ipso diplomate & in alio 1497. die 3. Decembris, *quod attenta consuetudine longissimis temporibus observata inter ipsos condominos, & attentis etiam potissime Investituris, & privilegiis prædictorum condominorum, quibus constat eorum feudum non habere propriam naturam feudi, sed fuisse & esse feudum francum, ac sapere naturam adhærentiæ, cum ex iis constet, quod primo loco ipsi Marchiones, & condomini, seu eorum præcessores erant de ipso loco Rochetta præsentibus nostris adhærentia fœdere duntaxat adstricti.*

Quæ adhærentia numquam imminuit eorum Vasallorum jus, & jurisdictionem, qui quotidie à Ducibus Mediolani usque in præsentiarum adhærentiæ titulo insigniuntur, nec est de Provincia Alexandriæ, sed integre ab ipsa separatum.

Hæc omnia per se ferunt immediatam subjectionem dicti feudi à Sac. Rom. Imper. ut probant *Gail.* & *Knipſchildt*, asserentes non posse Vasallos his privilegiis gaudere, nisi sint immediate Imperio suppositi. Nec profecto de hac immediata Imperialitate dubitari potest, cum in matriculis Imperii uti notorium *Rochetta Tanagri* enuncietur, & quotidie præstet Cæsareis militibus hospitationes, metatas, & subsidia, & Commissariis contributiones persolvat.

Feudum

Feudum esse S. R. I. asserit *Ferdinandus II.* suis Literis datis anno 1621. Gubernatori Mediolani, ne quid moliatur contra Feudum Rocchettæ, *uti immediate Imperiale;* quibus adjungitur Salvaguardia, seu Protectio, in qua expresse assumpsit hoc feudum die 11. Octobris 1629. item Clementissimus Imperator.

Anno 1631. tanquam Imperiale, S. R. C. petiit pro acquisitione à S. C. M. prout includi voluit in diplomate anni 1690. Annis 1687. 1696. & 1698. Arresta Cæsarea prædicto Vasallo intimata fuere, & nominatim indictum fuit, ne contractum quempiam iniret, minusque ullum novum Dominum agnosceret, sine Cæsareo assensu.

Anno vero 1709. in diplomate Imperatoris Josephi comprehensum fuit, non obstantibus omnibus Investituris per D. Administrum propositis, hoc feudum probatur legitimi Juris S. R. I.

Castrum novum Calcea.

Feudum *Castri novi Calcea Carolus V.* sub investitura concessa Vasallo anno 1536. die 18. Junii, dixit esse immediati Juris S. R. I. unde quidquid in contrarium opponatur, non subsistit; nam Imperator uti tale illud S. R. I. restituit, & omnes actus subsequentes illegitimi sunt.

Huic feudo Cæsarea arresta annorum 1687. 1696. & 1698. immediatam R. I. jurisdictionem restituerunt, S. R. Celsitudo fassa est anno 1690. & anno 1709. Decretum diei 29. Julii hanc immediatam jurisdictionem confirmavit.

Rocca Aratii.

Carolus V. Vasallos de hoc feudo investivit tanquam Imperator anno 1556. 7. Augusti. In Pace Monasteriensi S. R. C. curavit, ut Imperator hoc feudum restitueret suis Vasallis; ergo penes Cæsarem erat suprema jurisdictio, non Ducis Mediolani: *Imperator Leopoldus* anno 1668. cassavit adhærentias conventas a suis Vasallis cum S. R. C. D. Ducis Sabaudiæ. Idem Imperator anno 1691. causam controversiæ horum Vasallorum delegavit S. R. C. & Sereniss. Ducis asseruit esse feudum immediatum Imperii annis 1631. & 1690.

Hæc sufficere possunt pro demonstranda Imperialitate feudorum Langarum, ad hoc, ut Vasalli, nec quilibet illorum de subreptione accusetur; & quamvis in nonnullis ex his *Marchiones de Caretto* interesse non habeant; cum decisiones, & casus particulares, qui evenerunt, eorum causæ faveant, omittere non potuerunt super singulo feudo hæc jura hic inserere; ut agnoscatur, quanto studio Imperatores in omnibus feudis curaverint immediatam S. R. I. Jurisdictionem conservare, & hæc nunquam cessisse Ducatui Mediolani.

Hæc omnia feuda hic descripta majora etiam promittunt argumenta pro elucidanda S. R. I. Jurisdictione; in præsentiarum hoc concludenter contrarias objectiones retundunt; & si vellemus addere, quod continue S. R. J. legionibus metatas & hospitia parant, contributiones, aliaque servitia realia & personalia reddunt, nullum amplius superesse poterit dubium, quod Vasalli restituendi, & manutenendi sint sub immediato Imperatorum Dominio; & ubi S R. C. in his jus competere credat ex tractatu fœderis anni 1703. in petitorio hæc deducenda erunt, in quo definitive causa adjudicabitur coram excelso S. R. I. Tribunali, ut unico contextu debita unicuique justitia reddatur.

SECTIO II.

De Proceribus Italiæ Sacræ Cæsareæ Majestati Sacroque Romano Imperio nexu Clientelari obstrictis, *in specie.*

CLASSIS I.

Cap. I.

De Ducatu Mediolani.

I.

Friderici I. Rom. Imperat. Capitulatio inita cum Mediolanensibus, de An. 1159.

IN Nomine Domini Nostri JESU Christi. Hæc est conventio, per quam Mediolanenses in gratiam Imperatoris redituri sunt & permansuri.

I.

Cumas & Laudam Civitates ad honorem Imperii relevari non prohibebunt, & a modo non impugnabunt, nec destruent; & a fodro & viatico, & ab omnimoda exactione se ibidem per omnem eorum ditionem continebunt, & ultra se non intromittent, ut sint liberæ illæ Civitates sicut Mediolanenses ab ipsis sunt liberi: excepto respectu Juris Ecclesiastici, quod habent ad Archiepiscopum & Ecclesiam Mediolanensem.

II.

Omnes Mediolanenses communiter a minoribus usque ad majores, ab annis XIV. & supra usque ad annos LXX. fidelitatem Domino Imperatori jurabunt, & sine malo ingenio & observabunt.

III.

Palatium Imperiale ad honorem Domini Imperatoris arbitratu bonorum elevabunt, & cum debito honore bona fide observabunt.

IV.

Pecuniam pro emendatione injuriarum Domino Imperatori vel Dominæ Imperatrici, sive Curiæ promissam statutis temporibus persolvent, hoc est, tertiam partem infra XXX. dies, ex quo hæc pactio confirmata fuerit: aliam vero tertiam partem infra octavam beati Martini: tertiam autem residuam partem infra octavas Epiphaniæ. Hisque sic persolutis, nullis privatis teneantur promissionibus. Pecuniæ promissæ summa hæc est: novem millia marcarum argenti, sive auri, vel monetæ ejusdem æstimationis & pretii.

V.

Pro his tantum prætaxatis capitulis bona fide complendis & conservandis, CCC. obsides dabunt Capitaneos, Valvassores, populares, quales approbati fuerint a Domino Archiepiscopo Mediolanensi, & Comite Blandratensi. & Marchione Gvilhelmo Montisferrati, & tribus Consulibus, si hæc Domino Imperatori placuerint, juramento astrictis ad hanc electionem fideliter faciendam. Obsides vero in partibus Italiæ omnes serventur, præter L. vel pauciores, per interventum Regis Bohemorum, Ladislai, & aliorum Principum, ultra montes, si Domino Imperatori placuerit, deferendos. Quibus autem commissi fuerint obsides in Italia, jurent in præsentia Mediolanensium ad hæc prædestinatorum, quod præfixo tempore transacto infra octo dies, ex quo requisiti fuerint a Mediolanensibus, eos eis libere reddant, ut illi secure eos habeant, si prætaxata capitula ab eis observata fuerint. Tres vero Principes Alemanniæ dextras dabunt, quod obsides illi, qui ultra montes deferentur, si qui erunt, eodem pacto fideliter reddentur.

VI.

Consules vero, qui nunc sunt, ex autoritate & concessione Domini Imperatoris usque ad Kalend. Febr. proxime venturas perseverent, & pro Consulatu suo Domino Imperatori jurent. Venturi vero Consules a populo eligantur, & ab ipso Imperatore confirmentur, quorum medietas ad ipsum veniat, dum in Longobardia fuerit: alibi autem eo existente, duo ad eum ex Consulibus veniant, & juramento facto officium Consulatus sui a Domino Imperatore recipiant, pro se & sociis suis facturis idem juramentum Domino Imperatori coram communi suæ Civitatis. Si autem Legatus a Domino Imperatore destinatus fuerit in Italiam, eadem coram ipso, & per ipsum fiant.

VII.

Legati vero Domini Imperatoris in Italiam directi, si civitatem adierint, in Palatio sedeant, & placita ad eos delata ad honorem Imperii diffiniant.

VIII.

Antequam castra ab obsidione moveantur, captivi omnes reddantur in potestatem Regis Boëmorum, qui & securitatem per se, & honestos Principes eis faciat, quod captivos illos Domino Imperatori reddat, si eis Dominus Imperator pacem fecerit cũ Cremonensibus, Sapiensibus, Novariensibus, Cumanis, Laudensibus, Vercellensibus; non solum autem Mediolanensibus, verum etiam confœderatis eorum, Terdonensibus, Cremensibus, & Insulanis; salvo honore Domini Imperatoris & illibatis amicitiis Mediolanensium, & in suo statu permanentibus. Si vero pax ei cum prædictis civitatibus facta non fuerit, captivi veteres eis reddantur, nec ob id gratia Dni. Imperator. ipsi & amici eorum priventur.

IX.

Regalia, veluti monetam, telonium, pedaticum, portus, comitatus, & alia similia, si qua sunt, commune Mediolanensium dimittet, & ultra se non intromittet; & si quis per violentiam hæc obtinere voluerit, & justitiam inde coram Domino Imperatore vel nuncio ejus facere noluerit, Mediolanenses vindictam de eo pro sua possibilitate sument in persona & possessione, & regalia Domino Imperatori restituent sine fraude, & malo ingenio.

X.

Hoc pacto & ordine Dominus Imperator Mediolanenses & Cremenses cum CXX. marcarum emendatione in gratiam suam recipiet, & eos, & amicos eorum in plena curia publice a banno absolvet, & captivos eorum omnes, veteres, & novos, eis reddet statim, postquam obsides Imperatori dederint, & captivos tam veteres, quam novos, in manum Regis Boëmorum reddiderint.

XI.

Datis autem obsidibus & captivis altera die, vel tertia, exercitus ab obsidione recedet, & Dominus Imperator Mediolanenses & eorum res clementer tractabit.

XII.

Commune Mediolani præfatas conditiones servabit plenarie, bona fide, sine fraude, & malo ingenio, quantum non permanserit per justum impedimentum, & per Parabolam Friderici, Romanorum Imperatoris, & Nuncii ejus, aut ejus Successoris.

XIII.

Collectam prædictæ pecuniæ liceat modo facere Mediolanensibus ab his, quos in sua Societate habere consueverant, præter Cumanos, Laudenses, & eos, qui de Comitatu Sefrensi fidelitatem Domino Imperatori nuper juraverunt.

II.

Friderici I. Rom. Imperat. Literæ, quibus Cremonenses de feudis loco suo nominatis investivit, d. d. 30. Decembr. An. 1160.

FEdericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Quamvis omnibus, qui Imperatoriæ libertatis filii esse dignoscuntur, tutelæ Imperialis jure debeamus præsidium, quadam tamen speciali prærogativa dilectionis illi a nobis sunt amplectendi,

plectendi, quorum & devotio in argumentum fidei magis est cognita, & fidelitas ipsa ad exaltandam Coronæ nostræ gloriam amplius est operibus comprobata; ea propter notum facimus universis per Italiam Imperii nostri fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, qualiter fideli nostro Tinto Cremonensi, qui dicitur Musa de Gatta, pro magnis, & præclaris ejus obsequiis hanc gratiam indulsimus, quod eum de Comitatu Insulæ Fulcheriæ, sicut in terminis istis continetur, videlicet, de Picighitono, usque ad Pontirolum sicuti est infra Abduam, & Serium, quidquid ad nostrum Jus pertinet, per rectum Pheudum, jure Comitatus, investivimus, cum omnibus ejusdem Comitatus pertinentiis, videlicet Castris, Villis, Mercatis curadiis, terris cultis, & incultis, pascuis, pratis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, pontibus, piscationibus, ripaticis, pedagiis, albergariis, districtis, batalliis, placitis, silvis, campis, Vassallis, Arimannis, Fodris, jure Comitatus ad Comitem pertinentibus, & cum omnibus pertinentiis, quæ ad ipsum Comitatum de jure pertinere dignoscuntur. Et ut habeat jus dandi tutores, restituendi minores, constituendi Mondualdos, & alios legitimos actus. Præterea quoniam Mediolanenses hostes Imperii judicati sunt, & bona eorum publicata, prædicto fideli nostro Tinto Castrum Pradæ, & quidquid Allodii Mediolanenses habebant, in ejus pertinentiis, per investituram Pheudi concessimus, assistente, & consensum præbente avunculo nostro Duce Vulphone. Hæc autem omnia supradicta prædicto Tinto, & ejus hæredibus masculis, & fœminis concedimus, & auctoritate nostra confirmamus. Quicunque autem hujus nostri privilegii violator esse præsumpserit, sciat se compositurum auri optimi libres ducentas, dimidium Cameræ nostræ, & dimidium prædicto Tinto Comiti Musa de Gatta, vel ejus hæredibus. Hujus vero investituræ testes sunt. Henricus Dux Bav. & Sax. Conradus Palatinus Comes de Rheno. Henricus Dux de Carantana. Bertaldus Dux de Ceringa. Comes Ugo de Achsburch. Comes Valter. Comes Federicus de Eppa. Burcardus de Asemburch. Gibertus de Bornado Judex Curiæ nostræ.

III.

Friderici I. Roman. Imperat. Diploma, quo Cremonenses in gratiam recepit, eisque omnes offensiones & damna remisit, d. d. 8. Junii An. 1186.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno a nativitate ejus Millesimo centesimo octuagesimo sexto. Indictione quarta, die Dominico octavo mensis Junii. Dominus Federicus, Dei gratia, Romanorum Invictissimus Imperator Augustus recepit Ottonem Cortese, & Ottonem de Comite, Consules Communis Cremonæ. Albertum Mussum, Homobonem de Trigo, Pontium de Giraldis, Bernardum Picinum, Surdum de Vallariis, Gerardum Fabrum, Joannem de Conrado, Nicolaum de Moro, Petrum de Suspiro, Ottonem de Calmorano a parte, & nomine totius Communis Cremonæ, pro Communi, & pro diviso, in plenitudinem Gratiæ suæ; & remisit eis omnes offensiones, & damna, & maleficia, & indignationes, quod idem facere debet Serenissimus Rex Henricus ejus Filius, & ibi loci ipse D. Imperator fecit jurare unum suum missum per suam datam parabolam ad Sancta Dei Evangelia, eo modo, quod ipse propter hoc, quod olim contingit inter ipsum D. Imperatorem, & Cremonenses, non incurret contra eos Cremonenses in his, quæ possident, neque in locis, neque in aliis, & quod non movebit eis controversiam de maleficiis, vel offensionibus, vel injuriis, vel damnis ab eis contra eum commissis a Commune, vel diviso. Actum subtus Temptorium D. Imperatoris, quando erat in obsidione Castri Manfredi. Præfatus D. Imperator hoc instrumentum fieri præcepit; Interfuerunt D. Gottifredus Dei gratia Imperialis Curiæ Cancellarius, Federicus Præpositus S. Thomæ, Joannes Serpitensis Præpositus, Rodulphus Com. Comes Castellanus de Dono, & alii quam plures testes, Ego Albertus Sacri Palatii Not. &c.

IV.

Henrici VI. Roman. Regis Diploma, quo Cremonensibus in gratiam receptis offensiones, damna & maleficia remisit, d. d. 6. Julii An. 1186.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo centesimo octuagesimo sexto, Indictione quarta, die Dominico, qui fuit sextus intrante mense Julii. Henricus Dei gratia Romanorum Rex Invictissimus Augustus recepit Odonem de Comite, & Diaconum de Persico a parte, & nomine totius communis Cremonæ, & pro diviso, seu vice singularum personarum in plenitudinem gratiæ suæ. & remisit eis nomine communis, & divisim omnes offensiones & damna, & maleficia, & indignationes, & ibi loci prædictus Rex Henricus fecit jurare Ugellinum .... & super suam animam quod apud se causa hujus Cremon. de offensionibus, damnis, maleficiis, Imperio, vel Federico Patri suo, vel sibi e parte communis Cremonæ, vel divisim illatis, & quod propter hoc, quod olim contigit inter D. Imperatorem, & Cremonenses, vel inter se, & Cremonenses, non inquiret contra eos Cremonenses in his, quæ possident, neque in locis, neque in aliis. Actum sub temptorio

ptorio Regis Henrici feliciter, quando erat in obſidione Urbis veteris. Interfuerunt ibi teſtes rogati ab ipſo Rege, Philippus de Bolanda, Golferamus de Petra, Otto Frangeſpanem, Præfectus Romæ, Gulielmus de Barce filius Salienbenæ, Valla de Palatio, Ido de Derthone, Urcellinus Valbus, Ruffinus Tortus, Bertoldus de Camio. Ego Albertus Sacri Palatii prædictis interfui, & rogatus ab ipſo D. Rege ſcribere ſcripſi.

V.

Ejuſdem Inſtrumentum ſuper actu inveſtituræ, quo commune Cremonenſe de eo, quod ipſi dederat, inveſtivit, d. d. 6. Junii An. 1195.

ANno Dominicæ incarnationis Milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, die Martis, qui fuit ſextus dies intrante menſe Junii, Indictione tertia decima, in multorum hominum præſentia, nomina quorundam inferius deſcribentur D. Henricus, Dei gratia Rom. Invictiſſ. Imperator, & ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ, cum lancea, & confanono, quam in ſua manu tenebat, inveſtivit honorifice Gerardum de Zanebonis, & Talmatium de Gadoldis, & Odonem de Medollate Coſſ. Communis Civitatis Cremonæ, nomine ipſius Communis, de hoc quod ipſi Communi dederat, & de hoc, quod in privilegio ipſius communis Cremonæ continetur. Et hanc inveſtituram fecit ipſe D. Imperator in platea, quæ eſt ante portam Cumanæ Civitatis, quæ vocatur porta Teris. Confanonus vero cum quo eos inveſtivit erat rubeus habens crucem albam intus. Huic inveſtituræ interfuerunt D. Bonifacius, Marchio Montisferrati; & de Cumis, D. Jordanus Vice-Dominus, & D. Arealdus, frater ejus, Albertus de Carcano, Marchiſius de Madrixio, Jacobus de Terri, Aliprandus filius quondam D. Pocobelli de Vico, Joannes de Papa, Arealdus de Deriuo, Vallus Ficca, Lotterius Ruſca, Gerardus Belenzonus, Guido de Bulgare de Laude, Durus de Cauazzo & Presbyter de Seloriano de Papia, Gaiferrus Iſembardi & Bucca de Oſſa, Galfredus de Turricella, de Cremona, Comes Albericus, Bellotus Bonſerius, Anzilerius de Burgo, Petraccius Mannaria, Presbyter Vegius, Albertus Struſſus, Leonardus de Babo, Comes Egidius, Joannes de Perengo, de Bergamo, Bruniolus Advocatus Guglielmus de Maſſello, multi alii Longobardi, & Theutonici, & D. Sirus Salimbenus de Papia ſimiliter interfuit. Ego Oſpinellus Judex, qui dicor de Lematio, interfui. Ego Guido Judex, ſcriba Conſulum Cumi, interfui, & ſcripſi.

VI.

Juramentum Cremonenſium pro concordia inter eos inita conſervanda, d. d. 2. Auguſti, An. 1200.

EGo juro ad Sancta Dei Evangelia, quod bona fide guardabo, & ſalvabo homines Cremonæ, & Epiſcopatus Cremonæ, & qui per Cremonam diſtinguntur in avere, & perſonis, in mea Civitate, & Epiſcopatu, & diſtrictu, & aqua, nec in ſua terra, vel aqua, vel aliena, nec in aliena eos ſtudioſe offendam, & de guerra, quam Commune Cremonæ habet, vel habiturum eſt cum Placentia, & Brixia, & Mediolano, & Crema, vel Ferraria adjuvabo Cremonam meis expenſis, & meis perditis ſecundum hoc, quod determinatum fuerit infra, & de prædictis guerris non faciam pacem, nec treguam, nec guerram revedutam absque parabola data a communi Cremonæ, in credentia ſonata per campanam, aut in concione, & hoc ſine fraude, & hoc attendam ſecundum prædictæ Civitates, vel aliqua illarum moverit guerram adverſus Cremonenſes, ſive Cremonenſes contra prædictam Civitatem, & hoc attendam quotiescunque petitum fuerit per Rectores Cremonæ, ſcilicet Poteſtatem, vel Communis, vel Juſtitiæ ſecundum eorum voluntatem, & meam poſſibilitatem ſine fraude & bona fide operam dabo, ut Cremonenſes habeant gratiam Sereniſſimi Philippi Regis, & acto, quod pro hoc ſacramento Mantuani non ſint diſtricti contra Reginos, & Ravennates, & omni anno debent jurare Rectores utriusque Civitatis hanc concordiam & ſocietatem firmam tenere & obſervare, & hanc ſocietatem, concordiam tenebo, usque ad viginti quinque annos, & ſingulis decem annis debeat renovari, ſi requiſitum fuerit per Rectores, & ſi aliquod additum, vel diminutum fuerit in concordia Rectorum ſuprascriptarum Civitatum habita cum Conſilio, vel Credentia Communis Civitatis, ita teneat obſervare, & hoc totum debeat obſervari, ſalvo honore, & fidelitate Imperatoris, ſeu Imperii, vel Regis. Actum eſt hoc in Epiſcopatu Mantuæ juxta Sanctum Venerium. Anno Dominicæ incarnationis MCC. Indictione tertia die Mercurii ſecundo intrante Auguſto &c.

VII.

Ottonis IV. Roman. Regis Reſcriptum ad Mediolanenſes, quo eos monet, ut, de gratia ſua, benevolentiaque ſecuri, Legatum ſuum per totam Italiam honorifice excipiant, d. d. Menſ. Mart. An. 1209.

OTho Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, dilectis fidelibus ſuis poteſtati, ſeu Conſulibus totique Communi Mediolani gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Si a memoria

ria nostra aliquo modo permitteremus dilabi, quantam fidem, quantamque dilectionem sub multa devotione nobis hactenus exhibuistis, honori nostræ Regiæ Majestatis multum viderentur derogare. Sic alii qui minus fideles & devoti fuerunt, ad obsequium tardiores efficerentur, & nos meritis vestris condigne non responderemus. Sed hoc a nobis absit. Tanta est enim fides nostræ integritatis & omnium factorum nostrorum summa constantia, quod nos illorum obsequiorum, quæ a fidelibus nostris exhibentur, immemores nunquam erimus, nisi prius meritis ipsorum condigne respondeamus. Unde vos in armario pectoris nostri reposuimus, & firmiter recondidimus, multa & præclara obsequia, quæ vos a diebus nostræ electionis fidelissimi & devotissimi nobis exhibuistis: recognoscimus enim quod in mille tribulationibus nostris, quæ sicut Deo placuit, nos quandoque tetigerunt, ab illa fide quam erga nos a principio concepistis, nullo casu interveniente, ab obsequiis nostris avelli voluistis, & potuistis. Pro quo, quoad vixerimus, universitatem vestram universosque vos ac singulos diligemus, & semper intendimus honorare, omniaque jura vestra & omnes consuetudines vestras, & omnem libertatem vestram vobis non solum non imminuemus, immo inviolabiliter vobis conservabimus intacta & illesa, & super omnes civitates totius Imperii in honore & in rebus vos semper volumus exaltare, & inter præcipuos familiares & devotos nostros vos computabimus. Et quandocunque vel nuncius universitatis vestræ, vel quilibet ex eis ad præsentiam nostram venerit, etiam benigne eos accipiemus, & honorabimus. Oblivisci etiam non possumus, quod vos pacato Imperio quod diu turbatum fuerat, tam discretos, & tam honestos nuncios, cum muneribus vestris ad nos destinastis, quod nos, sicut decuit, & sub illa gratia, & devotione qua vos semper fovimus, & semper amplectemur, recepimus, munera quoque vestra tanto nobis fuerunt gratiora, quando magis scimus illa ex affectu puræ devotionis fuisse transmissa. Significamus adhæc vobis quod dilectissimo patri nostro Vuolphgero Patriarchæ Aquilejensi legationem totius Italiæ commisimus, volentes quod ipse vice, & loco nostro per totam Italiam officio fungatur nostri, & Imperii legati, & quicquid ipse ibi de honore nostro, & Imperii tractaverit, nos per omnia ratum sumus habituri. Mandamus igitur, & rogamus, ut vos ipsum Patriarcham, tanquam legatum nostrum, honorifice suscipiatis & eum tanquam legatum Imperii honoretis, consilium sibi dantes & auxilium, ut ipse in legatione nostra sic procedat, sicut honori nostro & Imperii videbitur expedire. Et quicquid honoris sibi exhibueritis, nobis totum factum reputabimus. Hæ literæ fuerunt datæ anno Domini Millesimo ducentesimo nono, de mense Martii, secundo anno jam dicti Domini Othonis, & aureo ejus sigillo sigillatæ.

VIII.

Laudum inter Litigantes Mediolanenses, d. d. 3 Kal. Januar. An. 1215.

IN nomine Domini. Ego Vbertus de Vialta Potestas Mediolani, super discordiis quæ erant inter Capitaneos & Valuasores Mediolani, & eorum partem ex una parte, & alteram partem illorum, qui dicuntur de Mota, & illorum qui dicuntur de Credentia, pro se, & populo Mediolani, & sua parte, pro bono pacis, & concordiæ sic jubeo observari. Item dico, iubeo, & statuo perpetuo firmiter observari, quod regimen communis Mediolani, tam communis, quam justitiæ communiter eligatur per partes prædictas. Excepto, quia jubeo, statuo, quod electio facta Consulum communis eligatur justitia pro anno primo venturo, & Potestas illius anni firma permaneat. Item statuo, quod consilium communis eligatur, & sit per medietatem perpetuo. Item statuo, quod electio Consulum negociatorum fiat per negociatores, & in quolibet Consulatu sint tres de una parte, & tres de altera & unus Judex, qui ab ipso Consulatu eligatur sine arbitrio. Item statuo, quod Consules vel Rectores teneantur imponere bladum villis, & burghis Comitatus Mediolani more solido, nec possit remitti nisi pro incendio, tempestate, aut guasto ab inimicis facto propter guerram. Item statuo quod officiales eligantur ad lapidem, more solido. Item statuo, quod officiales non possint addi, nec minui, ut supra, nisi cum voluntate dictarum partium. Item statuo, quod bannum sive banna quingenta librarum datum sive data in publica concione occasione regiminis faciendi in anno proximo venturo Gaspari Mencrotio, Gulielmo Burro Judici, Rainerio Cottæ, Jacobo della Turre, Gulielmo de Pusterla, & Guidoni de Pusterla, & scripta per Othonem Cappam sit, & sint irrita, & cassa, & ipsis bannis absque danno, & datione aliqua eximantur. Item statuo, si quod capitulum, vel capitula reperientur contrarium vel contraria huic concordiæ, & sint cassum & cassa. Suprascripta omnia ut scripta sunt jubeo, statuo, & ordino perpetuo inviolabiliter observari, Millesimo ducentesimo quintodecimo, Indictione tertia, die Martis, tertio Calendas Januarii, in Mediolani in Caminata Hospitii suprascripti Potestatis coram Oddone Plaxono, Bigoro de la porta, Airoldo de la porta testibus rogatis.

IX.

Præcepta Pacis & concordiæ inter Mediolanenses litigantes, d. d. 10. Julii, Anno 1224.

IN nomine Domini, Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo, ducentesimo vigesimo quarto, die Martis, decimo Julii, Indictione tertiadecima. Hæc sunt præcepta pacis, & concordia

diæ Mediolani longis retro temporibus exoptatæ, quæ facit Dominus Avenus de Mantua Mediolani Potestas Miles inclytus, magnificus, & facundus in Lobia communis Mediolani Broleti in concione publica cum tubis, & campanis more solito convocata super dissensionibus, & de dissensionibus, & discordiis omnibus, veteribus, & novis habitis inter Capitaneos & Valvasores Mediolani, & illos de sua parte ex una parte. Et populares, seu rectores populi Mediolani, & illos de sua parte, ex altera. Quæ autem præcepta incipiunt divina præfatione præposita in hunc modum. In nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti, Amen. Ad honorem Dei, & Sanctissimæ Matris Virginis Mariæ Jesu Christi, & beati Ambrosii confessoris, & aliorum Sanctorum omnium ad conservationem pacis, & boni status Mediolani Civitatis & Comitatus, & districtus ejusdem Civitatis. Nos Avenus de Mantua Potestas Mediolani, volentes sedare & pacificare discordias veteres, atque novas habitas inter Capitaneos, & Valvasores, & illos de sua parte. Cives, & populares, seu populum Mediolani, & illos de sua parte ex altera, secundum commissionem, seu compromissum in nos factum a Communi, & hominibus, etiam a rectoribus partium, & ab aliis electis a partibus memoratis pro compositione tractanda & concordia facienda, & ab ipsis partibus in maxima, & publica concione coadunata more solito. Super quibus cum multitudine maxima Sapientium hominum Mediolani longum tractatum, & deliberationem concilii hujusmodi pro more, & pro quibus sedandis & componendis, multi homines Mediolani, & de civitatibus Lombardiæ ac Marchiæ, labores pertulerunt multiplices, & expensas veniendo Mediolanum, & longam ibidem moram, & residentiam faciendo, habito etiam speciali tractatu consilio, & deliberatione lungo tempore cum viginti octo sapientibus Viris Mediolani, qui ad hæc subtiliter fuerunt electi.

X.

Instrumentum Pacificationis inter Mediolanenses ex una, & Cremonenses ex altera parte factæ, d. d. ultim. Aug. Anno 1229.

IN nomine Domini, Amen. Anno a nativitate ejusdem MCCXCIX. die Lunæ ultimo Augusti, Indictione XII. Maronus de Casate publicus Preco communis Mediolani, alta voce præconizavit in Palatio novo communis Mediolani in pleno & publico consilio generali communis Mediolani ibidem congregato, in hunc modum. Notum sit omnibus, & singulis de Civitate & comitatu Mediolani, quod bona pax, & concordia facta est inter commune & homines Civitatis, & districtus Mediolani, & eorum amicorum ex una parte, & commune, & homines Civitatis, & districtus Cremonæ, & eorum amicorum ex altera; de omnibus injuriis, & discordiis inter ipsas partes vertentibus: Unde quilibet de Civitate & districtu Cremonæ possit libere & impune cum persona de rebus venire, & stare, & morari ad Civitatem & Comitatum Mediolani; Et non sit aliqua persona de Civitate & districtu Mediolani, quæ de cetero audeat, vel præsummat offendere in persona, nec rebus, aliquem de Civitate & districtu Cremonæ sub pœna & banno in persona & rebus ad voluntatem D. Potestatis Mediolani. Actum in Palatio novo communis Mediolani ut supra; Interfuerunt ibi testes D. Girardus de Mariliano Jurisperitus, & D. Antonius de Madiis, & Princivallus de Mestrino omnes Civitatis Mediolani noti, &c.

XI.

Ludovici Bavari, Rom. Imperat. Privilegium, quo Azonem de Vice-Comitibus (al. Visconti) Cæsareum & S. Rom. Imperii in Civitate Mediolanensi ejusque ditionibus Vicarium constituit, d. d. 23. Septembr. An. 1329.

NOs Ludovicus Dei gratia, Romanorum Imperator, semper Augustus. Volumus, dicimus, & profitemur ad notitiam omnium, & singulorum qui præsentes inspexerint, quod dilectum, & fidelem nostrum Azonem de Vicecomitibus constituimus, facimus, & ordinamus, & ex nunc constituimus, facimus, & ordinamus in nostrum Vicarium, & Imperii civitatis Mediolanensis, Comitatus, ejus districtus juxta formam inferius continentem. Cujus tenor talis est:

Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Nobili militi Azoni de Vicecomitibus suo, & Imperii fideli dilecto gratiam suam & omne bonum. De fidelitate, & probitate tua plenam gerentes fiduciam, ac etiam sperantes indubie quod civitatis Mediolanensis ejusque comitatus, districtus per tuæ circumspectionis industriam, ad nostrum, & Imperii honorem, & laudem gubernabitur salubriter ejusq; inhabitantes adjuvabuntur in pace, & Deo propitio præservabitur a noxiis, & adversis, Te Vicarium nostrum, & Imperii, civitatis Mediolani, ejusque comitatus & districtus auctoritate præsentium facimus, & constituimus, tibi in prædicta civitate, ejusque comitatu, & districtu, mœrum & mixtum imperium, & omnem jurisdictionem, & exercitum per te & per potestatem exercendum, quem etiam duxeris eligendum. Tenore præsentium concedentes, vt possis, & valeas civitatem prædictam ejusque comitatum, & districtum ad nostrum, & Imperii honorem regere, & gubernare, ac in plena justitia conservare omnes habitantes ibidem in æquitate, & æqualitate tractare. Dantes & concedentes tibi pro tuis, tuæque familiæ expensis

pensis annuatim nomine salarii ipsius Vicariatus decem millia florenorum auri percipiendorum, & habendorum de havere dicti Communis omnibus & singulis hominibus, & personis Civitatis, & Comitatus, & districtus prædictorum. Tenore præsentium districte præcipiendo mandantes, quatenus tibi tanquam Vicario nostro intendere debeant, & in omnibus obedire. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ constitutionis gratiam infringere, vel ei ausu temerario contraire, quod qui fecerit, gravem indignationem nostram se noverit incursum, in cujus rei testimonium præsentes litteras conscribi jussimus, ac nostræ majestatis sigillo fecimus communiri. Item revocavimus & annullavimus, & irritabimus, ac ex nunc de nostræ plenitudine potestatis, & ex certa scientia revocamus, irritamus & annullamus omnia, & singula privilegia, gratias, & libertates, si quas fecimus, sive concessimus, per nos, aut alium quemvis vices nostras gerentem alicui, vel aliquibus, Communibus, universitatibus, nobilibus, aut quibuscunctis Azonis Vicecomitis, seu Communis Mediolani in aliquo derogetur ab eo tempore citra quo in civitate Pisana ordinavimus, & instituimus ipsum Azonem de Vicecomitibus in Vicarium Mediolani comitatus, & districtus. Item firmabimus, ratificabimus, & approbabimus, & ex nunc firmamus, ratificamus, & approbamus, innovamus, & de novo facimus omnia & singula Capitula, pactorum habitorum inter nos & dictum Azonem de Vicecomitibus tempore quo eramus juxta dictam civitatem Mediolan. His exceptis quæ jam completa sunt, & mandatis exequutioni erga nos per dictum Azonem, quorum capitulorum tenor talis est. Primo quod nos debemus, debebimus omnia privilegia, jura, libertates & gratias factas quibuscunque Vicariis, Capitaneis, Officialibus, universitatibus, communitatibus, seu singularibus personis, qui, vel quæ in hoc præsenti facto ei Azoni auctores extiterunt, renovare in eo tenore, sicut prius concessa sunt, revocando omnes processus, sententias, & pronuntiationes si qui, vel si quæ facti, sive factæ sunt contra præmissos, & ex nunc ex certa scientia de nostræ plenitudine potestatis decernentes eos, vel eas penitus irritos, & irritas, atque cassos & cassas, secundum quod post recessum nostrum, quem fecimus, à civitate & comitatu Mediolanensium venire non debemus, nec gentes armatas mittere in ipsum comitatum, nisi de voluntate, & beneplacito dicti Azonis id procedat. Item quod contra civitatem Bergami, aut singulares personas ipsius per nos, aut submissam personam non faciemus, nec permittemus fieri aliquam novitatem pro aliquibus hinc retro occursis. Et quod dictam civitatem Bergami, ac regentes eam, nunc permittemus in eo statu, quo erat ante ipsas novitates, ipsis existentibus in antea fidelibus sacri Imperii, & nobis obedientibus humiliter, & devote. Item quod debebimus confirmare, & de novo concedere Rebaldono, & Calzino de Torniellis omnia privilegia hinc retro per nos eis concessa, hoc addito, quod in Civitate & Episcopatu Novariæ non debebimus facere aliquam novitatem pro aliquibus hinc retro occursis ipsis remanentibus fidelibus Imperii, & nobis sicut ante istas novitates erant. Ipse autem Azzo dare teneatur nobis duodecim mille florenos, & amplius quolibet mense, quamdiu autem ad partem Alamaniæ non erimus, dare teneatur florenos mille auri in quibuscunque aliis partibus erimus præterquam in partibus Alemaniæ, quos duodecim mille florenos dicimus, & profitemur habuisse ab eo, & ultra pro illis mille florenos quolibet mense quinque mille octingentos florenos auri computandos dicta promissione nobis facta omni mense. Item quando à nobis fuerit requisitum nobis existentibus extra Alamaniam, tenetur, & debet nobis in subsidium mittere ducentos armatos Theutonicos equites suis expensis & Communis Mediol. qui stipendiarii mandatis nostris stare debebunt, & nobis sub expen. prædictorum in omnibus obedire. Item debet, & debebit, ipse Azzo habere omnes, & quoscunque Theutonicos, & Italicos nobis amicos, & colere, & prosequi bono zelo qui contra eum fuerunt, & nobis astabunt. Item debent, & debebunt gaudere bonis, possessionibus, & privilegiis suis prout hactenus consueverunt, quibus per prædicta non extitit derogatum. Item debet, & tenetur contra quamcunque personam nobis rebellare volentem, & rebellantem cum toto suo posse fideliter in omnibus adjuvare. Item quod contra illos qui contra Azonem de Vicecomitibus, & patrem suum quondam fuerunt nullam faciet mentionem nec eis aliqualiter adversabitur, nec impedimentum aliquod inferet vel gravamen pro injuriis, seu molestationibus sibi, & patri suo factis, & illatis; dat insuper nobis litteras sigillatas sigillo suo quod prædicta omnia attendet rata habebit fideliter, & devote. Nos vero illud idem facimus ipsi Azoni fideli nostro dilecto in cujus rei testimonium præsentes litteras, & ea omnia, quæ in ipsis continentur, fieri jussimus, & nostræ majestatis sigillo fecimus communiri. Data Papiæ die sabbati vigesimo tertio mensis Septembris, Anno Domini MCCCXXIX. tertia decima indictione, Regni nostri anno quintodecimo, Imperii vero secundo.

XII.

Laudum inter Azonem Vice-Comitem, Generalem Dominum Mediolani, & Dn. Franciscum Scotum, Rectorem & Defensorem Civitatis Placentiæ, quo Azo allegatus, Dominus, Gubernator & Generalis Civitatis, Episcopatus & Territorii Placentini renanciatur, nonnullaque conditiones in favorem familiæ Scotanæ proponuntur atque stabiliuntur, d. d. 14. Decembr. An. 1336.

IN Nomine Domini Amen. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indictione quinta, die Sabbati quarto-decimo mensis Decembris Placentiæ in Palatio Communis in publico, & generali Consilio dicti Communis præsentibus sapientibus Viris D. D. Leone de Divario filio q. D. - - - - - - - - - - - de Mediolano, Galvaneo Omurio, Mediolanen. Joanne de Pigazano, Federico Cuppalata Jurisperito, Jacobo de Strictis milite, legum Doctore, Tomasio Catario &c. testibus rogatis &c.

Vir nobilis, sapiens, & discretus D. Jacobus de Cassio de Valdetario Placentinus arbiter, & arbitrator, præceptor & amicabilis compositor inter Magnificum, & excelsum D. D. Azonem Vicecomitem Generalem Dominum Mediolani, Cumarum, Pergami, Cremonæ, Laudæ, Vercellarum, & partis extrinsicæ Placent. &c. ex una parte, & egregium militem, D. Franciscum Scotum filium quondam D. Alberti Rectorem, & Difensorem Civitatis Placentiæ, & districtus suo nomine, & nomine, & vice Communis Placent. ex altera, de omnibus & super omnibus & singulis guerris, quibuslibet inimicitiis & offensionibus tam occasione Civitatis Placentiæ, & Episcopatus, & eorum regiminis & Dominii, quam aliis de causis &c. & generaliter quacunque occasione, ut continetur publicis instrumentis inde factis &c. Volens dictus arbiter finem ponere malis, & partibus, & pacem dare omnibus modis, & juribus, quibus melius potest, & efficacius tam de jure, quam de facto, & amicabili compositione, sedendo &c. Christi nomine invocato, & Virginis gloriosæ, dixit, præcepit, & mandavit, arbitratus fuit, & sententiavit, in his scriptis, ut infra continetur.

Primo quod dictæ partes ad invicem, & sequaces ipsarum, & universi, & singuli Placentiæ Civitatis, & districtus intrinseci & extrinseci habeant, teneant & observent de cætero bonam, firmam, securam, & perpetuam pacem.

Item, quod omnis actio guerrarum, homicidiorum, arsaliorum, prædarum, dampnorum datorum, offensionum & injuriarum rerum, & personarum penitus de cætero cesset; & de omnibus & singulis guerris, homicidiis, arsaliis, prædis, dampnis, injuriis, & offensionibus quibuscunque illatis per quemcunque modum in rebus, & personis hinc & inde ad invicem remissio, & pacificatio integraliter fiat cum effectu, & ex nunc intelligantur esse pacificate & remisse.

Item, quod hinc inde aperiantur carceres, solvantur vincula publica, & privata, ita quod omnes carcerati libere relaxentur & dimittantur.

Item, quod cum Magnificus, & excelsus D. D. Azo Vicecomes, &c. recte gubernet in terris sibi subditis utrumque tempus bellorum & pacis; Et Civitas Placentiæ, & districtus sint sine ordine, & in magna dissensione: dictus arbiter pro bono statu Reipublicæ ipsius Civitatis, & pacis perpetuo observandæ, pronunciavit, arbitratus fuit, & sententiavit, quod dictus D. Azo sit, & esse debeat Dominus, & Gubernator liber, & generalis Civitatis Placentiæ, Episcopatus, & districtus cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda baylia etc.

Item, cum dictus D. Franciscus Scotus pro meliori Civitatis Placentiæ Civium, & districtus se humiliaverit ad renunciandum gubernationi ipsorum, & dandum ipsam dicto D. Azoni; arbitratus fuit, & sententiavit arbiter suprascriptus, quod ipse D. Franciscus habeat, teneat, & possideat Castrum de Florentiola Placentiæ, cum omnibus redditibus & obventionibus suis, & cum omnibus pedagiis, & gabellis consuetis ibi colligi per Commune Placentiæ &c. & cum potestaria castellantia, & regimine &c.

Item, cum dignum & justum sit, quod qui cedit Dominio, remaneat liber, arbitratus fuit, & pronunciavit dictus arbiter, quod dictus D. Franciscus Scotus, & filii, & habitatores, & laboratores terrarum ipsorum continui ab angariis, & pro angariis, & ab omnibus oneribus Communis sint exempti, & immunes, nec non ipsi, & omnes officiales Communis per ipsum D. Franciscum, vel ejus tempore deputati, & qui officia aliqua gesserunt in Civitate Placentiæ a die 25. Julii anni currentis 1336. citra ab hinc retro, sint ab omnibus gestis, & ratiociniis in communi absoluti &c.

Item, quod dictus D. Franciscus, & Jacobus ejus frater, una cum aliis descendentibus quond. D. Alberti Scoti, qui sunt hæredes quond. D. Alberti prædicti restituti sint, & pro restitutis habeantur in omnibus eorum juribus, bonis & rebus, quæ, & sicut possidebant, seu quasi, in Civitate Placentiæ, & districtu anno Domini 1313. non obstantibus aliquibus sententiis latis contra eos &c.

Item, cum D. Franciscus prædictus dicat se jus habere in Castro Zavatarelli &c. pronunciavit, quod ad postulationem dicti D. Francisci, vel ejus procuratoris fiat sibi de hoc justitia summarie, & de plano sine strepitu, & figura judicii justitia; & quod justitia suadebit executioni mandetur per dictum D. Azonem.

Item, cum dictus D. Franciscus hæreditario nomine quond. D. Alberti patris sui dicat se habere,

bere debere a Communi Placentiæ certam quantitatem pecuniæ per publica instrumenta, pronunciavit, quod dicto D. Francisco fiat condigna assignatio in gabellis Communis Placentiæ &c.

Item pronunciavit, quod omnes de Domo Scotorum omnia Castra sua, quæ nunc possident, de cætero possideant, & ab eis afferri non possint quoquomodo, dummodo D. Azoni, & Communi Placentiæ pareant & intendant &c.

Item, cum David Scotus dicat, quod Castrum Casaligii sit diruptum, & multa dampna sibi & nepotibus suis fuerint illata contra pacta &c. & propterea petat emendam dampnorum ipsorum; pronunciavit, quod duo viri eligantur, unus pro parte Domini Mediolani; & alius per ipsum David, qui debeant videre, & declarare &c. & quod dictus David, & nepotes & omnes de Casaligio ab omnibus mutuis & collectis, & oneribus quibuscunque usque ad decem annos sint immunes &c.

Item, ut facilius materia invidiæ, & dissensionis tollatur de medio, pronunciavit, quod ad honores, officia & consilia, & commoditates, ad quæ vocarentur Cives Placentiæ, tam parva, quam magna, eligi, & vocari debeant pro medietate de amicis Scotorum.

Item, quod D. Franciscus Scotus habeat, & habere debeat pro honore, & tuitione personæ suæ ad stipendia Communis Placentiæ, & expensas decem pedites armigeros, quibus solvatur singulis mensibus, sicut aliis stipendiariis dicti Communis.

Item, mercatus possit fieri, sicut consuevit in loco, seu villa Agazani, & quod possit idem D. Franciscus ibidem colligi facere, & debere gabellas consuetas ibi colligi per Commune Placentiæ ad beneplacitum dicti D. Azonis &c. Rogit: D. Alberti de Gazio Notarii Placentini 14. Decembris 1336.

XIII.

Pactiones & Alligantiæ, quas Dominus Humbertus, Dalphinus Viennensis, cum Joanne, Archi-Episcopo Mediolanensi, & Luchino, Dominis Mediolani, Fratribus, necnon cum Marchionibus Montisferrati & Saluciarum iniit, d. d. 16. Augusti, An. 1347.

In Nomine Domini. Anno Nativitatis ejusdem M. CCC. XLVII. Indictione XV. die Jovis XVI. mensis Augusti, in loco & præsentibus testibus infrascriptis, ibique, Princeps illustris Dom. Dom. Humbertus Dalphinus Vienn. pro se & suo proprio nomine, & pro omnibus Civitatibus, Castris, Locis, Terris, Burgis, Villis suo Dominio & Jurisdictione suppositis; & Reverendissimus & Magnificus D. D. Johannes Dei gratia S. Medulanensis Ecclesiæ Archiepisc. & Luquinus fratres Vice-Comites Medulani & etiam Domini generales, pro se & suis propriis nominibus & pro omnibus Civitatibus, Castris, Locis, Terris, Burgis, & Villis eorum Dominio & Jurisdictioni suppositis; Et Illustris D. D. Marchio Montis-Ferrati pro se & pro D. Thoma Marchione Saluciarum, qui promisit ipsum Dominum Thomam ratificaturum & approbaturum præsentem Contractum infra dict. terminum, quod a præsenti liga & unione insertis in præsenti Contractu sit in totum exclusus, remanentibus tamen firmis omnibus & singulis in præsenti Contractu insertis, in totum & in qualibet parte sui inter alios superius nominatos; pro se & suis propriis nominibus, fecerunt & faciunt ad invicem fraternitatem, ligam & unionem perpetuo duraturam, tali modo & forma, videlicet: Quod ipse Dom. Dalphinus toto suo posse adjuvabit & manutenebit prædict. Dom. Medulani & etiam præf. Dom. Marchiones Montis-Ferrati & Saluciarum, in eorum statu in quo sunt ad præsens, & in eorum omnibus Jurisdictionibus, honoribus, districtibus, tenutis, & possessionibus, quos & quas hodie tenent & possident, vel quasi, seu eorum nomine tenentur & possidentur vel quasi, & ubique locorum, & in futurum acquirent, tenebunt & possidebunt, citra Montes, contra quascumque personas cujuscumque status, & preheminentiæ, dignitatis, & conditionis existant, & etiam contra quæcumque communia Collegia & Universitates, quæ quacunque de causa vellent offendere præf. Dominos Medulani & dictos Dom. Marchiones Montis-Ferrati & Saluciarum, salvo contra Dominum nostrum Papam & Imperatorem, contra quos de prædictis nihil intelligatur esse factum, vel fieri, nihilominus tamen præf. Dom. Dalphinus offert se paratum, quotiens necesse fuerit honorem & statum dict. Dom. Medulani & dict. Dom. Marchionum apud Dom. Papam & Imperatorem conservare, exaltare & procurare, & semper ipsorum Dominorum Medulani & dictorum Marchionum servitio & honori interponere partes suas.

Item, promittit præf. Dom. Dalphinus supradictis Dominis quod quotienscumque per eos fuerit requisitus, vel eorum aliquem, eisdem Dominis servire de suis gentibus quocumque & ubicumque præfati Dom. vel aliquis eorum vellent, quod suæ gentes æquitarent, salvo contra Dominos Reges Franciæ, Hungariæ & Siciliæ, contra quos dict. Dom. Dalphinus non teneatur dare gentes suas ipsis Dom. Medulani nec dictis Marchionibus; sed si dicti Reges vel alter eorum vellent aliquo modo per se, vel interpositas personas offendere dictos Dom. Medulani, seu dictos Marchiones, seu aliquem eorum citra Montes, tunc dictus Dalphinus teneatur & debeat dare gentes suas ipsis Dominis Medulani seu dictis Marchionibus, & eos defendere & adjuvare toto suo posse, ut supra in proximo Capitulo continetur.

Item, si Dom. Medulani & Marchiones vel alter eorum vellent offendere Dom. Comitem Sabaudiæ vel Principem Achayæ, vel dampnificare in eorum terris & jurisdictionibus antiquis citra montes, quod tunc dictus Dom. Dalph. non teneatur dare gentes suas præf. Dom. Medulani nec prædictis Marchionibus, nec alicui eorum contra præf. Dom. Comitem & Principem, nec ipsi Comiti & Principi contra dictos Dom. Medulani & Marchiones supradictos, salvo quod si prædictus Dom. Princeps nollet acquiescere & stare dispositioni, & ordinationi dicti Dalphini super terris & Juribus quas & quæ dict. Dom. Princeps, nunc tenet a Magnifico Viro D. D. Luquino Dom. Medulani & dictis Dom. Marchionibus Montis-Ferrati & Saluciarum, tunc dictus Dom. Dalphinus teneatur dare gentes suas præf. Dom. Luquino & præf. Marchionibus pro recuperatione terrarum & jurium prædictorum.

Item, versa vice Dom. Medulani & Dom. Marchio Montis Ferrati nomine suo & nomine Dom. Marchionis Saluciarum toto suo posse adjuvabunt, & manutenebunt præf. Dom. Dalphinum in eo statu in quo est ad præsens, & in omnibus ejus Jurisdictionibus, honoribus, districtibus, tenutis, & possessionibus, quos & quas hodie tenet & possidet, vel quasi seu ejus nomine tenentur & possidentur, vel quasi, ubicumque locorum, & in futurum acquiret, tenebit & possidebit vel quasi ultra Montes, contra quascumque personas cujuscumque status, præheminentiæ, dignitatis, & conditionis existant, & etiam contra quæcumque communia Collegia & Universitates quæ quacumque de causa vellent quoquo modo offendere præf. Dominum Dalphinum, salvo contra Dom. nostrum Papam & Imperatorem, contra quos de prædictis nihil intelligatur esse factum vel fieri, nihilominus tamen præf. Domini nomine suo & quo supra offerunt se paratos quotiens necesse fuerit honorem & Statum dicti Dom. Dalphini apud Dom. nostrum Papam & Imperatorem conservare, exaltare, & procurare, & semper in ipsius Dom. Dalphini servitio & honore interponere partes suas.

Item, promittunt quod quotienscumque fuerint requisiti, eidem Dom. Dalphino servire teneantur de suis gentibus, quocumque & ubicumque præf. Dom. Dalphinus vellet quod suæ gentes æquitarent, salvo contra colligatos ipsorum Dom. Medulani, qui sunt Domini Ferrariæ, Paduæ, Veronæ, Mantuæ & Bononiæ, contra quos dicti Dom. Medulani & dicti Marchiones non teneantur dare gentes suas ipsi Dom. Dalphino, sed si dicti Dom. colligati, vel alter eorum, vellent aliquo modo per se vel per interpositas personas offendere dict. Dom. Dalphinum ultra Montes, tunc dicti Dom. Medulani & dicti Marchiones teneantur & debeant dare gentes suas ipsi Dom. Dalphino, & eum defendere & adjuvare toto suo posse, ut supra in primo Capitulo continetur.

Quæ omnia prædicta & singula in totum & in qualibet parte sui, præfati omnes Domini superius nominati nominibus suis, & quibus supra, promiserunt sibi ad invicem, & unus alteri, & alter alteri attendere & observare.

Acta fuerunt hæc Medulani in Palatio, in domibus habitationum præf. Dom. in aula sive Cama crota, quæ est supra fontem, præsentibus infrascriptis nobilibus & magnificis viris Dom. Hugone de Gebenn Domino de Anthone, Aynardo de Turre Domino Vinayci, Jacobo Brunerii Cancellario Dalphinatus, Amblardo Domino Bellimontis, Francisco de Fredulphis de Parma Domino Asperi-Montis, Disderio Dom. Cassenatici, Raymundo de Monte-Albano Domino Montis-Mauri, Joffredo Domino Chastæ, Petro de Lucingio, Domino Sancti Michaëlis, Guillelmo Bastardo, Domino Furmeyerii, Petro de Loyes Dom. de Martinay, Aymone de Chisfiaco, Guichardo ejus fratre, Guillelmo de Morgiis, Johanne de Gayo, Johanne Alamandi, Guigone Tosquani Militibus Ven. & Rell. viris Fratre Artaudo de Fayno Præceptore Anicii, Ordinis Sancti Johannis de Jerusalem, Michaële Moteri Decretorum Doctore Priore Sancti Laurentii, & egregio Milite Dom. Mathæo Vice-Comite, ac sapientibus viris Dominis Lambertinis de Bononia Militibus, Raymundino de Archidiaconis Legum Doctore Vicario ipsorum Dominorum, Fulquino de Serihiciis Juris perito Collaterali dict. Dominorum, Magistro Comello de Brossano, Philippo & Georgio Vicemalla familiaribus dicti Domini Luquini, nec non Lanfrancello de Briginis de Cremona, & nobilibus viris Dominis Ottone de Brusilito, Johanne de Coquonato Comite Milite, Henrico de Grana ex Marchionibus Octimiani, Theodoro ex Marchionibus de Pontzono, Petro de Gemorreis de Parma Juris perito, & Conrado de Grossella, testibus vocatis & rogatis ad præmissa, nec non præsentibus Johanne Amandrini de Gratianopoli, Petro Malini de Visilia Gratianop. Diocesi. Notariis dicti Dalphini & Petro de Faszolinis de Versellis, Aycardino de Padua, Pucherino de Anixia, G. Grabrieto de Ottobellis de Placentia, & Barlino de Dottonibus de Cremonia Notariis præf. Dominorum Medulani, & Johanne de Male-Calciatis de Monte-Bemcio Notario dicti Domini Marchionis Montis Ferrati, & pro secundo Notario Hypolito de Arvo de Medulano Notario præfatorum Medulani.

Item, anno & die, mense ac Indictione quibus supra, dictis Conventionibus celebratis Dom. Dalphinus reservat & reservavit, quod in omnibus status, honor, & bona fama sua & Dalphinatus intelligantur salvi, & Sacramenta per eum præstita alias per præsentes pactiones in aliquo non intelligantur infracta, seu eis aliquid derogari, de quibus omnibus ante & post & in dictis Conventionibus Dom. Dalphinus solempniter protestatus fuit in præsentia dict. Dom. præsentibus Dominis Fulquino, Johanne de Male-Calceato, Hypolito de Arvo de Medulano Notariis, Dominis Amblardo Dom. Bellimon-

limontis, Francisco de Parma Dom. Asperi-Montis Militibus, & nobis Johanne Amandrini & Petro Malini Not. infrascriptis.

Item, anno & Indictione, quibus supra, & die prima mensis Septembris, coram me Notario & venerabilibus & discretis viris Dominis Raynardo de Mantua Capitaneo Exercitus dicti Dom. Medulani, Artaudo de Fayno Præceptore, Lemptone de Lemps Priore St. Donati, Michaële Moteti Priore S. Laurentii Doctore Decretorum, Jacobo Brunerii, Cancellario, Amblardo Dom. Bellimontis, Francisco de Parma, Petro de Loyes Militibus, testibus vocatis, magnificus vir Dominus Thomas, Marchio Saluciarum ex sua spontanea voluntate constitutus propter ea quæ sequuntur, certificatus de juribus suis dictis Conventionibus supra inscriptis & contentis in eis sibi Layce per me Notarium infrascriptum, lectis & divulgatis ea omnia & singula ut supra continentur, cum reservationibus & exceptionibus quas Dom. Medulani & Marchio Montis-Ferrati supra fecerunt, confirmavit & ratificavit & se simili modo obligavit, & firmitatem fecit & unionem cum dicto Dom. Dalphino, quibus dicti Dom. Medulani & Marchio se obligaverunt & firmitatem fecerunt, & prout in dicto Instrumento supra declarato continetur. Promittens idem Thomas Marchio Saluciarum bona fide & in anima sua prædicta omnia universa & singula mihi Notario infrascripto, & Johan. Mathæi Notario publico præsenti & stipulanti solemniter & recipienti more publicæ personæ ad opus & vice dicti Dom. Dalphini absentis, & omnium, quorum intererit, habere rata, grata, firma perpetuo & tenere, & dictum Dom. Dalphinum & Terram suam ut supra juvare, manutenere, & deffendere in quantum sua intererit, ut supra in dictis Capitulis continetur, renuncians omnibus juribus quibus adversus præmissa se posset tueri. Acta fuerunt hæc Salucius in Castro, in quadam Camera præsentibus quibus supra.

XIV.

Tractatus Matrimonii inter Dominum Leonellum, Principem Clarenciæ, Secundogenitum Regis Angliæ, & Dominam Violantam Vice-Comitem, Dominam Mediolani, conclusi, de An. 1367.

Nos Galeaz, Vicecomes Mediolani, & Dominus Imperialis Vicarius Generalis. Cum inter Serenissimum Principem, Dominum Regem Angliæ, ac Illustrem Principem, Dominum Leonelum, Ducem Clarenciæ, secundogenitum præfati Domini Regis, ex una parte, & Nos ex altera aliqua verba & Tractatus sint mota & incepta de contrahendo Parantellam, & Matrimonium videlicet de copulando, legitimo matrimonio præfato Domino Leonelo Illustrem Violantem, secundogenitam nostram, egregios Viros, Dominum Petrum de Mandelo, Militem & Speronum de Concoretio, nostros Consiliarios & Magistros Hospitii nostri, de quorum ex parte nobilitate, fide & legalitate merito & plene confidimus, in nostros speciales Ambassiatores, Procuratores & Nuncios, mittendos ad præfatos, Serenissimum Dominum Regem, & Illustrem Dominum Leonelum, pro complemento Sponsalium & Matrimonii hujusmodi, annuente Summo Regum Rege, tenore præsentium duximus eligendos; Eisdem, & utrique eorum in solidum concedentes, ac dantes & committentes omnimodam auctoritatem, Bayliam & Potestatem ipsa Sponsalia & Matrimonium tractandi, jurandi & firmandi sub infrascriptis modis & conventionibus & formis, videlicet:

Imprimis, offerimus & promittimus, pro dote nostræ filiæ prædictæ, Terram nostram Pedemontium, quam tenemus: videlicet Civitatem Albæ, cum Pertinentiis, & toto ejus Territorio, Villam Claraschi, cum Pertinentiis, & toto ejus Territorio, Villam Montis vici, cum Pertinentiis, & toto ejus Territorio. & Villam Cunei, cum Pertinentiis & toto ejus Territorio, quæ tenemus, exceptis tamen Villis & Castris Centalli & Carru, cum earum pertinentiis & Territoriis, quas donavimus Magnifico Domino, Pandulfo de Mallatestis, Socio nostro & Consiliario. Tamen contentamur, quod ipse Dominus Pandulfus de ipsis faciat ipsis, Domino Leonelo & Violanti, nostræ Filiæ, id quod ad præsens facit nobis.

Quam quidem Terram, dandam in Dotem, ut supra, nos volumus facere bonam, usque ad Valimentum viginti quatuor millium florenorum bonorum de Florentia, in Reditibus, quolibet anno.

Et, ultra, eidem dare offerimus Florenos quinquaginta millia, bonos de Florentia, dandos & consignandos, sive voluerint in Mediolano, sive in Calessio, sive in Londiniis, vel dare tantam alliam monetam auri, quæ æquivallent dictis Florenis quinquaginta Millibus; Et, si non possit fieri, pro dictis florenis quinquaginta Millibus, contentamur quod arbitrium, percipiendi & componendi, a Florenis quinquaginta Millibus supra, sit in illustre Domino, Comite Herifordiæ, Conestabilario Angliæ, & in Magnifico Domino, Joanne de Pepulis, Consiliario nostro. Et, si forte ipse Dominus Comes Herifordiæ esset absens, sic quod iis superesse non possit, hujusmodi arbitrium sit in strenuo milite Domino Nicholao de Camuro vel in uno allio, quem vellent ipse Dominus Rex, & ipse Dominus Leonelus, & in ipso Domino Joanne de Pepulis, vel si ipse Dominus Johannes ipsis superesse non possit, in uno allio per nos elligendo.

In casu vero, quo præfatus Dominus Rex & Dominus Leonelus potius contentarentur recipere

pere majorem Summam Pecuniæ, & dimittere Terram & omnia alia facta, offerimus, pro Dote scilicet, nostræ Filiæ, ducenta quinquaginta Millia Florenorum bonorum de Florentia, ut supra, consignandorum etiam in quocunque maluerunt locorum prædictorum & modo, quo supra; & hæc omnia, ipsis Domino Rege & Domino Leonelo facientibus nobis, & dictæ nostræ Filiæ, bonam validam & solempnem securitatem de prædicta Pecunia, occasione dictæ Dotis, prout informavimus dictos Dominum Petrum & Speronum.

Item, in quocunque Casuum prædictorum volumus dare filiam nostram prædictam bene paratam & furnitam omnibus apparatibus, indumentis, jocalibus & ornamentis, magnifice & honorabiliter de Mediolano, vel Papia usque Calesium, nostris expensis.

Ac, pro ipsis Sponsalibus & Matrimonio nostro nomine & dictæ nostræ Filiæ, de prædictis paciscendi & promittendi sub obligatione Bonorum; ac ab ipsis Domino Rege & Filio & utroque eorum recipiendi omnem promissionem, Juramentum & securitatem.

Et hæc omnia cum omnibus pactis, conventionibus, promissionibus, obligationibus, de quibus eis Procuratoribus, Ambassiatoribus & Nunciis nostris, vel alteri eorum videbitur & placuerit, etiam si tallia forent quæ Mandatum requirerent speciale.

Ac promittentes, per nostram fidem & sub obligatione omnium nostrorum bonorum, habere rata & firma & inviolabiliter observare omnia & singula, quæ ipsi nostri Ambassiatores, Procuratores & Nuncii, vel alter eorum in præmissis & circa præmissa, ac in connexis & dependentibus ab eisdem duxerint facienda.

In quorum omnium Testimonium has patentes literas fieri jussimus & registrari ac nostri sigilli appensione muniri.

Dat. Papiæ anno Millesimo, trecentesimo sexagesimo septimo, die decimo nono Mensis Januarii, quinta Indictione.

Et generaliter faciendi & exercendi omnia & singula in prædictis necessaria & opportuna, prout eis & cuilibet eorum videbitur & placuerit.

Et ego Franciscolus, Filius Jacobi de Cusano Publ. Imper. auctoritate Notarius Mediolan. hoc publicum exemplum literarum suprascriptarum impositione mihi facta per præfatos Dominum Petrum de Mandelo Militem & Speronum de Concoretio, Ambassiatores, Nuncios & Procuratores præfati Magnifici Domini, Domini Mediolani, ab authentico Horiginali literarum prædictarum, Sigillo proprio pendenti Magnifici Domini Mediolani præfati munitas, mea propria manu fideliter extraxi & exemplavi ipsumque exemplum diligenter & legaliter ausculatavi cum authentico Originali prædicto literarum jam dictarum.

Et quia inveni easdem esse concordes de ipsorum Ambassiatorum & Nunciorum mandato, Signo meo sollito signavi, in testimonium & robur præmissorum & fidem.

Et addidi in ultima Linea præsentis exempli, (& generaliter faciendi & exercendi omnia & singula, in prædictis necessaria & opportuna, prout eis cuilibet eorum videbitur & placuerit) quæ verba deficiebant, & quæ mihi Notario prædicto constant.

XV.

Gregorii XI. Pontificis Maximi sententia excommunicationis & banni Ecclesiastici lata contra Bernabovem & Galeatium de Vice-Comitibus, Dominos Mediolanenses, d. d. 9. Kal. Octobr. An. 1372.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus universis & singulis Patriarchis, & Archiepiscopis, ac Episcopis, ad quos præsentes pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Hodie adversus defensores, auxiliatores, fautores, & consiliatores iniquitatis filii Bernabovis de Vicecomitibus pro milite Mediolanen. se gerentis, hostis, & persecutoris manifesti S. R. E. matris, & magistræ cunctorum fidelium ac nobilis viri Galeaz de dictis Vicecomitibus militis Mediolanensis, ejusdem Bernabovis fratris, colligati, fautoris, defensoris, & sequacis manifesti, quendam processum, seu inhibitionem nonnullas pænas, & sententias continentem fecimus sub hac forma: *Gregorius* Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matris, & magistræ cunctorum fidelium; cujus, licet indigni, regimini præsidemus, statui salubri consulitur, & utilitati Reipubl. cautius providetur, si malignantium præsertim suorum persecutorum, & hostium reprimatur audacia, debilitentur conatus, & malignitas oppugnetur: ne, si non resistatur eisdem, crescat eorum temeritas, invalescat præsumptio, & perversitas extollatur, sicque suppeditetur justitia, libertas ancillaria jaceat, succumbat virtus, & iniquitas dominetur, ac debilitetur fides Catholica, quæ sine bonis operibus mortua reputatur: talibusque iniquis fomenta præsidii subtrahenda sunt illico; ne ipsorum elatio freta viribus aliorum ascendat altius, sæviusque grassetur crudelitas in populum Christianum. Sane in omnem fere terram Fidelium, præsertim partes Italiæ, & regiones quaslibet vicinas eidem, exivit sonus horribilis furoris immanis, & aliorum operum nefandorum, quæ perditionis filius Bernabos de Vicecomitibus pro milite Mediolan. se gerens; quem non debemus appellare Nobilem, cum per execrabilem, & ferinam suam sævitiam degenerare a nobilitate probetur; adversus Deum Creatorem suum, & dictam Romanam, aliasque Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, earumque fideles devotos & subditos, damnatæ memoriæ plurium suorum progenitorum detestanda vestigia detestabilius imi-

imitando, diversis temporibus non est veritus perpetrare; & quæ sic fuerunt, & sunt notoria, & memoriæ cunctorum debent infixa consistere, quod ad vitanda prolixitatis fastidia, & tædiosum auditum scelerum horrendorum, putamus fore consultius ea non repetere de præsenti; sed ad memoriam cunctorum reducimus, quod ipse Bernabos propter suos excessus gravissimos diversis excommunicationum sententiis, & pœnis tam juris, quam per processus diversorum Summorum Pontificum prædecessorum nostrorum prolatis irretitus sæpissime se jamdiu patentem hostem & persecutorem Ecclesiæ memoratæ, suorumque Fidelium devotorum & subjectorum ostendit; pro eo maxime, quod pacem, quam habebat cum dicta Ecclesia, & cum dilectis filiis Nobilibus viris Nicolao, & Alberto Marchionibus Estensibus, in Civitate Ferrariensi, ejusque comitatu, & districtu ad Ecclesiam præfatam spectantibus pro nobis, & Ecclesia ipsa Vicariis, & cum eadem Ecclesia etiam colligatis, suo modo præcipiti, & injusto, moreque perverso, ac etiam inconstanti infringere inique præsumpsit: dictæ Civitatis Ferrarien. primo, etiam usque prope ipsam Civitatem; & deinde Civitatis Bononien. etiam ad Ecclesiam præfatam spectantis territoria in loco vocato Burgo Sancti Andreæ, & alibi faciendo per suas gentes armigeras hostiliter invadi, & discurri, commissis ibidem homicidiis, ac captionibus hominum, nec non prædis, incendiis, & rapinis, aliisque injuriis, molestiis, & damnis jamdictæ Ecclesiæ, & subditis ejus illatis, & per proditiones nefarias rebelliones terrarum dictæ Ecclesiæ fieri procuranda. Propter quæ non est dubium, eundem Bernabovem esse manifestum inimicum, & persecutorem Ecclesiæ sæpedictæ, & in sententias & pœnas contra talia & eis similia attemptantes per processus tam fel. rec. Joannis XXII. quam multorum aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum promulgatas notorie incidisse. Nos igitur considerantes, quod periculosum foret nimium, & damnosum statui ejusdem Rom. Eccl. Catholicæ Fidei, & Reipublicæ, si dicto hosti crudeli, ac notorie sacrilego, & excommunicato auxilia, & favores fidelium minime subtrahantur; ut ipse hostis de præsidio fidelium non valeat gloriari, sed citius, & facilius cum auxilio dexteræ Dei dejiciatur a sua tyrannide, & subjecti jugo suæ miserabilis servitutis reducantur ad debitam libertatem, Ecclesiaque præfata ab hujusmodi molestiis, damnis, & injuriis liberetur, & in sua libera quiete valeat remanere: Universis & singulis Ecclesiarum Prælatis, & personis Ecclesiasticis sæcularibus cujuscunque dignitatis, ordinis, status, vel conditionis existant, etiam si Pontificali, aut quavis alia præfulgeant dignitate; nec non Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Nobilibus, Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus, & aliis dominis temporalibus, ac Communitatibus, & universitatibus Civitatum, Castrorum & oppidorum, ac aliis quibuscumque auctoritate Apostolica districtius inhibemus, ne prædicto Bernabovi hosti & persecutori dictæ Ecclesiæ pluribus excommunicationum sententiis irretito, ac nobili viro Galeaz de dictis Vicecomitibus militi Mediolanen. ejusdem Bernabovis fratri colligato, fautori, defensori, sequaci manifesto, cum stipendio, vel sine stipendio serviant, adhæreant, vel faveant quomodocunque directe, vel indirecte, publice vel occulte; aut gentibus eorum tradant, vel tradi faciant, portent, mittant, aut ducant; seu portari vel mitti aut duci faciant aut procurent; granum, vinum, oleum, sal, aut quæcunque alia victualia, animalia, pannos, ligna, ferrum, arma, equos, navigia, seu quævis mercimonia, pecuniam, vel aliquid aliud quod possit in ipsorum Bernabovis, & Galeaz, vel suorum complicum defensorum, receptatorum & fautorum utilitatem, vel commodum redundare, etiam si ex contractu, vel quasi, seu alia quacunque de causa ipsorum Bernabovis, & Galeaz aliqui debitores existant, qui eis quicquam qualitercunque solvere teneantur, aut ad eos, vel aliquem eorundem quascunque gentes cum armis vel sine armis in ipsorum subsidium, vel juvamen mittant: quinimo, ne accedentes ad eorum servitium, ac portantes, & ducentes præmissa, vel aliquod eorundem, transeant; & ne ipsis Bernabovi, & Galeaz, ac defensoribus, receptatoribus, consiliatoribus, auxiliatoribus, fautoribus & adhærentibus, seu ad terras eorum, vel alicujus ipsorum prædicta portentur, & ducantur, fideliter impediant toto posse. Et insuper inhibemus prædictis Prælatis, ac Nobilibus, & personis, nec non Communibus & Universitatibus; ne societates, confœderationes, colligationes, pactiones, conventiones & ligas quascunque cum eisdem Bernabove, & Galeaz ineant & contrahant, nec initas, vel contractas præsertim in eorum favorem, auxilium, vel utilitatem observent. Alioquin in omnes & singulos, qui spiritu iniquitatis imbuti; postquam processus hujusmodi ad eorum pervenerit notitiam, vel pervenisse probabiliter potuerit, aut per ipsos steterit quominus pervenerit ad eosdem, contumaciter deliquerint, seu excesserint in præmissis; si singulares personæ, excommunicationis; si vero communitates vel universitates extiterint, in ipsorum Civitates, terras & loca interdicti sententias promulgamus, ac easdem communitates, universitates, & singulares personas, & ipsarum quamlibet omnibus privilegiis, indulgentiis, gratiis, & immunitatibus realibus, & personalibus, omnibusque feudis, bonis, honoribus & officiis, ac juribus & jurisdictionibus, si qua a prædicta Romana, & aliis quibusvis Ecclesiis, nec non ab Imperatoria Majestate, ac Regibus, seu Principibus, vel aliis quibuscumque Dominis temporalibus obtinent, privamus, & eos ad illa, seu similia, & quælibet alia reddimus inhabiles & indignos. Vasallos quoque & homines eorundem a juramento, fidelitate, & quacunque obligatione, quibus tenentur eisdem, totaliter absolvimus; ac volumus, & de-

& decernimus, quod ex nunc sint, & habeantur infames, ita quod nec ad testamentum, nec ad alios actus legitimos admittantur; fiant etiam intestabiles sic, quod non possint condere testamentum, nec ad cujusquam successionem ex testamento, vel ab intestato, aliquatenus admittantur. Nullus præterea ipsis debita reddere, seu super quocunque negotio respondere; sed ipsi aliis teneantur; nec causæ ad eorum audientiam, si quam jurisdictionem ante privationem hujusmodi habuerint, perferantur; nec valeant eorum sententiæ vel processus. Nullus eis in quacunque causa, vel negotio patrocinium præstet, nec ipsi ad patrocinandum aliis admittantur: & si qui eorum tabelliones fuerint, instrumenta confecta per eos non valeant, sed cum auctore damnato damnentur. Filii quoque, & nepotes ipsorum usque ad tertiam generationem inclusive ad nullos honores Ecclesiasticos, & mundanos, ad nullas dignitates, ad nullaque beneficia, vel officia Ecclesiastica admittantur. Quod si secus actum fuerit, id carere decernimus omni robore firmitatis; ac illos ex eis, qui sunt in dignitatibus, seu publicis officiis constituti, ipsis dignitatibus, seu officiis ex nunc, prout ex tunc, privamus, & inhabiles reddimus ad obtinendum publica officia & honores quæcunque. Et, ut pœnarum illatarum aggravatio, metus fiat multorum; eorum personas, & bona quæcunque mobilia, & immobilia exponimus quibuslibet fidelibus capiendas, & occupanda: adjicientes, quod nullus eorundem excommunicatorum, præterquam in mortis articulo, quo casu, licet absolutus fuerit, Ecclesiastica tamen careat sepultura, ab hujusmodi sententiis absolvi, nec interdictum, & pœnæ hujusmodi relaxari per alium, quam per Rom. Pontificem valeat quoquomodo. Et ut nulla velatæ excusationis occasio contra hujusmodi nostræ intentionis propositum prætendi valeat in prædictis, universos & singulos Patriarchas, Archiepiscopos & Episcopos, ac Electos, Abbates, Priores, Præpositos, & alias personas Ecclesiasticas, nec non Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, aliosque omnes, & singulos Dominos temporalem jurisdictionem habentes, seu possidentes, cujuscunque præeminentiæ, seu excellentiæ existant, monemus, eisque districte mandamus, quatenus infra unius mensis spatium, postquam præsens noster processus ad eorum notitiam pervenerit, seu per eos steterit, quominus potuerit pervenisse, - - - prædictis, prout illarum illatio ad ipsos poterit pertinere, & aliis, de quibꝰ ipsis videbitur expedire, mandent districtius, universis & singulis eorum subditis, quod ad stipendia, vel alias ad præstandum eisdem Bernabovi & Galeaz, aut ipsorum colligatis, vel aliis adhærentibus, & sequacibus auxilium, vel consilium, aut aliud ministerium non accedant: quinimo jam in ipsis servitiis existentes infra terminum peremptorium competentem, quem eis ad hoc præfigant, ab illis recedant omnino ad ea nullatenus reversuri: &, si qui eorundem subditorum flamma pravitatis accensi delinquerint quomodolibet, seu excesserint in præmissis, vel aliquo præmissorum, eis, & singulis ipsorum pœnas prædictas, prout ad ipsos Dominos pertinere potest, infligere irremissibiliter non omittant; ita quod eos taliter deliquisse pœniteat, & proposito punitionis exemplo alii terreantur. Quod si iidem Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Electi, Abbates, Priores, Præpositi, & aliæ personæ Ecclesiasticæ, nec non Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alii omnes & singuli Domini temporalem jurisdictionem habentes, seu possidentes cujuscunque præeminentiæ, seu excellentiæ existant, hujusmodi monitionem, mandatum & processus, & eorum executiones tempore debito contra subditos suos non fecerint; in eorum personas excommunicationis, & in terras ipsorum temporali jurisdictione subjectas, seu per eos possessas interdicti Ecclesiastici sententias promulgamus, à quibus nisi à nobis, vel successoribus nostris, ut præfertur, non valeant, absolutionis & relaxationis, seu suspensionis beneficia obtinere. Et, ne quisquam quacunque de causa, seu quocunque prætextu, aut colore, qua, seu quo eisdem Bernabovi, & Galeaz sit, seu dicatur astrictus de defensione, receptatione, debitorum solutione, consilio, auxilio, & favore hujusmodi se valeat excusare, universos subditos ipsorum Bernabovis, & Galeaz, & quascunque alias tam Ecclesiasticas quam seculares personas, nec non communitates, universitates, ac civitates, oppida, castra, terras, & villas, quæ ipsis Bernabovi & Galeaz fidelitatis, subjectionis, homagii, juramenti, pacti, conventionis, societatis, confœderationis, seu ligæ, aut cujuscunque alterius obligationis, vel aliis quibuscunque vinculis, etiam si quarumvis pœnarum aut juramentorum sint firmitate vallata, teneantur astricti, prorsus ab illis absolvimus; & quascunque colligationes, confœderationes, societates, rationes, conventiones, & ligas per quoscunque cum eisdem Bernabove, & Galeaz contractas, vel initas, etiam si juramentis, pœnis, vel aliis quibusvis firmitatibus, ut præmittitur, sint annexæ, quatenus favorem, aut commodum ipsorum Bernabovis, & Galeaz concernant, de potestatis plenitudine penitus dissolvimus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac nullius fore decernimus firmitatis, ac pœnas quascunque adjectas, & juramenta super his præstita eis remittimus, ac totaliter relaxamus; decernentes quasvis personas singulares, & communitates, universitates, civitates, oppida, terras, castra, & villas non teneri de cætero ad observationem eorum, vel alicujus ipsorum. Non obstantibus, si eis, vel eorum aliquibus communiter, vel divisim à Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus quibusvis personis, locis, vel ordinibus sub qua-

quacunque forma, vel expresſione verborum concesſis, etiam ſi de illis eſſet ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum in præſentibus mentio facienda, per quæ nullum contra præmiſſa, vel præmiſſorum aliquod volumus quibusvis perſonis, locis vel ordinibus afferri ſuffragium, vel obſtaculum interponi. Ut autem præſens noſter proceſſus, & omnia, & ſingula in eo contenta ad omnium & ſingulorum, quos tangit, ſeu tangere potuit, notitiam deducantur; has litteras noſtra bulla munitas proceſſum continentes eundem, Eccleſiæ Avinion. & Palatii noſtri oſtiis, ſeu ſuper liminaribus mandamus affigi; quæ litteræ proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, ut omnes, quos proceſſus hujusmodi contingit, ſeu poteſt contingere, ut præfertur, quod ad eos non pervenerit, vel quod ignoraverint eundem, nullam posſint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile, quo ad eos remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, monitionis, mandati, abſolutionis, diſſolutionis, caſſationis, irritationis, annullationis, decreti, remisſionis, relaxationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. B. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus noverit ſe incurſurum. Dat. apud Villamnovam Avinionen. diœceſis viiij. calend. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per vos, vel alium, ſeu alios, etiam per religioſos Prædicatorum, Minorum, Hæremitarum S. Auguſtini, aliorumque Mendicantium Ordinum in veſtris Cathedralibus, ac prædictorum religioſorum, & aliis Eccleſiis veſtrarum civitatum, & dioceſum, de quibus ſingulis veſtrum videbitur, exiſtentibus populis ad divina, & in prædicationibus proceſſum, & inhibitionem hujusmodi, & omnia contenta ſuperius publicetis, ſeu mandetis, & faciatis publicari, & exponi populis in vulgari. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtantibus quibuscunque exemptionis, & aliis privilegiis eisdem Ordinibus, eorumque perſonis, & locis ab Apoſtolica Sede concesſis; ſeu, ſi eis, & quibusvis aliis communiter, vel diviſim à præfata Sede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non posſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, eorumque Ordinibus, locis, & nominibus propriis mentionem. Dat. apud Villamnovam Avinionen. Dioc. viiij. cal. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

XVI.

Joannis Galeazii, Vice-Comitis Mediolani, Inſtrumentum Plenipotentiæ pro Johanne de Guarzonibus & Bartholomæo de Sorana, ut laudati Vice-Comitis nomine ſe Wenceslao, Rom. Regi, ſubmittant, d. d. 6. April. An. 1379.

IN Chriſti nomine Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo tercenteſimo ſeptuageſimo nono, Indictione ſecunda, die ſexto menſis Aprilis. Illuſtris Princeps, & Magnificus Dominus Dominus Joannes Galeazus Vicecomes, Comes Virtutum Mediolani, & Imperialis Vicarius generalis, non revocando propterea alios ſuos procuratores, quos hactenus feciſſet, & conſtituiſſet, ſed potius ipſos confirmando omni modo, jure, & forma, quibus melius potuit, & poteſt, animo deliberato, & ex certa ſcientia fecit, conſtituit & ordinavit Nobilem & Egregium Militem Dominum Joannem de Guarzonibus, & Bartholomæum de Sorana de Luca, abſentes, tanquam præſentes, & utrumque eorum in ſolidum, ſuos veros, & certos procuratores, & nuntios ſpeciales ad comparendum coram Sereniſſimo Principe Principum, & Dno Dno Vincesłao, Dei gratia Romanorum, & Boëmiæ Rege, & ad ſupplicandum eidem pro parte præfati Domini Joannis Galeazi, & nomine ipſius, quatenus de ſua benigna gratia, & liberalitate dignetur revocare proceſſus factos, per quondam bonæ memoriæ Sereniſſimum Principem Principum, Dominum Carolum, Romanorum Imperatorem, & Boëmiæ Regem contra & adverſus quondam bonæ memoriæ Magnificum Dominum Galeazum, Militem, Imperialem Vicarium Generalem, ipſius conſtituentis Genitorem, deſcendentesque ſuos, & adhærentes ipſius Domini Galeazi, & ſimiliter dignetur reſtituere in integrum, & reſtituat præfatum Dominum Galeazum, & omnes ipſius deſcendentes contra & adverſus proceſſus prædictos, & ſecuta ex eis, & ipſis revocationibus, & reſtitutionibus factis, dignetur ipſum Dominum Joannem Galeazum & Azonem ejus natum, & utrumque eorum in ſolidum, & alios deſcendentes ſuos maſculos de legitimo procreatos, ſeu procreandos confirmare, ſeu de novo facere, conſtituere, & creare ſuos Vicarios Generales pro Imperiali, & Regia Majeſtate Romanorum in Civitatibus Mediolani, Papiæ, Cumarum, Placentiæ, Vercellarum, Novariæ, Terdone, Alexandriæ, Aſti, Albæ, Bobii, & in territoriis, diſtrictibus, jurisdictionibus, ſpectantibus & pertinentibus pro dictis Civitatibus, & cujuslibet earum, & in Terris, Caſtris & Villis videlicet, in Modoetia, Pontremalo, Pontecurono, Caſtronovo, Casſinis, Basſignana, Filizano, Peceto, Valentia, Gaſale, Sancti Evaſii Geſadio, Fraſineto, Maſio, Monte Vico, Cuneo, Clareſcho, Brayda, Vigevano, Blandrate, Canobio, Anono, Locarno, Bilinzona, Burmio, & in omnibus aliis Terris, Caſtris, &

Villis, ac Burgis, quas & quæ idem constituet, tenet, & possidet, & in territoriis, Districtibus, & Jurisdictionibus spectantibus, & pertinentibus prædictis Terris, Castris, & Villis, & cujuslibet earum specialiter ex pacto, & conventione inter ipsum Dominum Regem Romanorum ex una, & prædictos procuratores, & utrumque eorum dictis nominibus ex altera initis, & firmatis, & ad ipsa pacta, & conventiones super prædictis inhiendum, firmandum & componendum, & ad acceptandum, & recipiendum nomine ipsius constituentis, & omnium & singularum suprascriptarum omnia, & singula suprascripta. Dans & concedens prædictis suis procuratoribus, & utrisque eorum in solidum plenum, liberum & generale mandatum, ac speciale, ubi speciale exigitur, ad prædicta omnia & singula petenda, facienda, & exercenda, ac ad alia omnia, & singula, quæ ipsis procuratoribus, & eorum utrisque videbuntur utilia, & expedientia pro suprascriptis omnibus, & singulis faciendis. Promittens mihi Notario in factum tanquam personæ publicæ stipulanti, & recipienti nomine, ac vice Serenissimi Principis Domini Regis Romanorum, & Boemiæ, & cujuslibet alterius personæ, cujus interest, habere omnia & singula, quæ dicti Procuratores gesserunt, seu fecerunt in prædictis, & circa prædicta, rata, grata & firma, sub obligatione omnium bonorum suorum præsentium & futurorum. Renunciando exceptioni prædictorum omnium & singulorum non ita actorum, & factorum, & omni probationi, & defensioni in contrarium. Actum in Camera Cubiculari præfati Domini Comitis in Castro Civitatis Papiæ, præsentibus Egregiis Viris Dominis Bonifatio de Cecconate Milite filio quondam Domini Roberti, Pinoto de Pinotis, filio quondam Domini Bonvesini, & Antoniolo de Porris, filio quondam Domini Stephani, Ganoli testibus ad hæc specialiter vocatis & rogatis.

Ego Andreolus de Arisiis de Mediolano natus Domini Antonii publicus Imperiali authoritate Notarius, ac præfati Domini Comitis Secretarius, præmissis omnibus interfui, rogatusque hoc Instrumentum tradidi, dedique ad redigendum in publicam formam Notario infrascripto meque subscripsi, & meum consuetum signum apposui in testimonium præmissorum.

Ego Ludevicus de Zobiano filius quondam Domini Ambrosii Mediolanensis Diœcesis publicus Imperiali authoritate Notarius, hanc cartam jussu suprascripti Notarii scripsi, & me subscripsi, signum meum apponens consuetum, in testimonium præmissorum.

XVII.

Wenceslai, Rom. Imperat. Diploma, quo Comitatum Mediolani Ducatus titulo & Privilegiis condecoravit, d. d. 11. Maji, An. 1395.

WEnceslaus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, Illustri Johanni Galeas, Duci Civitatis & Diœcesis Mediolani, Comiti Virtutum, suo & Imperii Sacri Principi, gratiam Regiam & omne bonum. Augustalis potentiæ Monarchia, cujus regimini, omnipotentis Dei bonitate mirifica, quamvis meritis insufficientibus, præsidemus, ad hoc animum nostrum sollicitudine quotidiana fatigat, ut ea, quæ dignitatem Romani Imperii felicibus incrementis amplificant, assiduitate continua meditetur. Quod quidem tunc feliciter adimplere credimus, dum in circuitu sedis Augustæ Illustrium Principum numerum ad Imperii Sacri decorem feliciter adaugemus.

Verum si ex labore dignitas provenire consuevit, si laudabilis sollicitudo actuum publicorum parit gratiam liberaliter servienti, summa gratificatione personam tuam merito credimus efferendam, in qua paternarum laudum cognoscimus esse vestigium, nec tantum experimur, patrem dedisse tibi imaginem corporis, quam signa fudisse virtutis. Scimus enim & longo temporis experimento didicimus, quod ardor tuæ fidei corpore paulatim senescente, non deficit; sed vergente deorsum conditione corporea, fervor conditionis internæ in sublimiora conscendit; scimus etiam, quod à longis retroactis temporibus nobiles quondam progenitores tui, ac demum tu, pro tuendis nostris ac Imperii Sacri juribus, quæ diversorum Magnatum & Procerum in Italia & aliis finibus consistentium turpis conculcare tentavit ambitio, propria aperire non horruerunt æraria, insidiosis bellorum se submiserunt eventibus, ipsorumque sollicitudine actum est, ut ipsa jura stabili & fixo remanerent in robore, & pro eisdem recuperandis Imperium quiesceret à labore.

Hæc igitur & alia multiplicata probitatis merita & præclaræ devotionis insignia, quæ in te & eisdem Primogenitoribus tuis Domus Mediolanensis pia mater radicavit, antiquitas & grata novitas solidavit, limpidius intuentes; non per errorem aut improvide, sed animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum, nobilium, procerum & aliorum nostrorum & Sacri Imperii fidelium accedente consilio, te, Princeps dilecte, non ad tuæ petitionis instantiam, sed de benignitate Regia, motuque proprio, ac tuæ originis nobilitate poscente, prout præsertim latitudo tui Dominii & amplæ tuæ ditioni subjecta spatia, nec non intemerata fides tuæ universitatis & populi, quæ vetusto jam tempore sacrum honoraverat Imperium, non immerito requirebant, hodie in nomine Domini & Salvatoris nostri, à quo omnis Principatus & honor provenire cognoscitur, illustravimus & illustramus, & in Ducem Civitatis & Diœcesis Mediolani sublimavimus, ereximus, decoravimus, & sublimamus, erigimus & decoramus de Romanæ

næ Regiæ plenitudine potestatis; decernentes expresse, quod tu, hæredes & successores tui Duces Mediolani perpetuis in antea temporibus omni dignitate, nobilitate, jure, potestate, libertate, consuetudine & honore gaudere debeatis & frui continuo, quibus alii Sacri Imperii Principes & nominatim Duces Illustres fruiti sunt hactenus & quotidie potiuntur. Terras quoque tuas, oppida, castra, munitiones, villas, provincias, districtus, montes, colles, & plana, cum omnibus sylvis, rubetis, aquis, pratis, aquarumve decursibus, pascuis, piscinis, piscaturis, teloneis, monetis, judiciis, bannis, sive inhibitionibus venationum & pœnis inde sequentibus, consuetudine vel de jure, Baronibus, Baroniis, feudis, feudariis, vasallis, vasallitiis, militibus, clientibus, judicibus, civibus, nobilibus, plebeis, rusticis, agricolis, pauperibus & divitibus, & omnibus pertinentiis, sicuti prædicta & eorum quælibet latitudo tui Dominii comprehendit, in verum Principatum & Ducatum ereximus, erigimus, insignimus, ac de prædictæ Romanæ Regiæ potestatis plenitudine decoramus; Tibi Illustri Johanni Galeas Duci Mediolanensi Ducatum seu Principatum hujusmodi in omnibus honoribus, nobilitatibus, juribus, privilegiis, & immunitatibus, quemadmodum Ducatus seu Principatus insignes ab Illustribus Romanis Imperatoribus seu Regibus possidentur & tenentur, seu possideri consueverunt hactenus & a Sacro Romano Imperio dependent in feudum, de benignitate Regia conferentes.

Decernentes & hoc Romano Regio statuentes Edicto, quod tu, hæredes & successores tui perpetuo Duces & Principes Civitatis & Diœcesis Mediolanensis nominari & appellari debeatis, & tanquam cæteri Imperii Duces & Principes teneri & honorari, & utique ab omnibus reputari, omnique tunc privilegio, honore, gratia, dignitate & immunitate absque impedimento perfrui, quibus alii Sacro-Sancti Imperii Duces & Principes in dandis sive recipiendis juribus, in conferendis seu suscipiendis feudis & omnibus aliis Illustrem statum & conditionem Ducum sive Principum concernentibus fruiti sunt hactenus, seu quomodolibet potiuntur; quodque tu, heredes & successores tui Duces Civitatis & Diœcesis Mediolanensis, Ducatum seu Principatum eundem cum omnibus suis pertinentiis, sicut superius expressatur, a nobis nec non a Serenissimis Romanorum Imperatoribus & Regibus Successoribus nostris, & ab ipso Romano Imperio, quoties opportunum fuerit, debito solemnitatis honore cum vexillis, ut moris est, & solita reverentia suscipere debeatis, nobisque ac eisdem nostris successoribus in casibus præmissis, sicut alii Imperiales Duces & Principes, præstare & facere fidelitatis, homagii, obedientiæ & subjectionis debita corporalia juramenta.

Gaude igitur, Princeps novelle, & de impenso tibi per nostram Celsitudinem munere tua proles exultet; lætare, Comes virtutum, quem nostra Serenitas speciali & ampla retributione prævenit, quam huc usque aliis tibi paribus imo etiam & majoribus denegavit. Operatio tua tam grato concordet cum nomine, ut auctore Deo concessa tibi per nos potiri valeas feliciter dignitate; tende ad laudum celsa vestigia, ut priores tuos, quos honore superas, virtute transcendas; bonorum exempla sequere & ingenuitatis memor tuæ per viam probitatis incede, incumbe per amplius constantiæ simul ac fidei, sicut ut de prior honor dignum fecit altera, ita secundus tertia faciat dignitate.

Supplemus etiam omnem defectum, si quis obscuritate sententiarum vel cujusvis solemnitatis omissione compertus fuerit quomodolibet in præmissis. Nulli ergo hominum liceat hanc nostram illustrationis, sublimationis, erectionis, decorationis, seu decreti paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario quomodolibet contraire; si quis attentare secus præsumpserit, præter indignationem nostram gravissimam, pœnam centum marcharum auri purissimi, toties quoties contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Regalis nostræ ærarii sive fisci, residuam vero partem supra dicti Ducis, heredum & successorum suorum usibus decernimus applicari, præsentium sub nostræ Regiæ Majestatis sigillo Testimonio literarum. Datum Pragæ anno Domini 1395. undecimo Maji, regnorum nostrorum anno Bohemiæ trigesimo secundo, Romanorum vero decimo nono. Signat. Joannes Wratislavia. Collata & concordata cum originali proprio sigillato sigillo Cæsareo ad verbum convenit, ut supra scripta & emendata est per me Tristanum Chalcum Regium & Ducalem Mediolani Secretarium.

XIIX.

Tabula fœderis inter Carolum VI. Galliæ Regem, & Johannem Galeatium, Comitem Virtutum & Dominum Mediolani initi, d. d. 31. Augusti, An. 1395.

IN Nomine Domini Amen. Noverint Universi præsens publicum instrumentum inspecturi, quod hoc est transscriptum seu transumtum quarundam patentum litterarum Domini Joannis Galeas Comitis de Vertus, & Domini de Milan, ejus sigillo in cera alba, cera etiam alba circumdata cum filis de serico rubei coloris sigillatarum, & in fine ejusdem Literæ in margine inferiori sic signatarum Filipinus, sanarum ac integrarum ac omni prorsus vitio & suspitione carentium, ut prima facie apparebat nobis Notariis publicis subscriptis ad transscribendum ex parte Illustrissimi Principis & Domini nostri, Domini Caroli, Francorum Regis traditarum, quarum tenor sequitur & est talis:

Nous Jean Galeas Comte de Vertus & Seigneur

gneur de Milan, Sçavoir faisons, que Nous considerans à droict, & detentive cure le lien d'affinité, qui de long temps est contrait & fermé entre mon très redouté Seigneur Monsieur le Roi, ses predecesseurs Roys, & la Couronne de France & autres de son sang & lignage avec nous, & aussi les grands honneurs & biens, que mon dit Seigneur le Roi, ses predecesseurs Roys, & autres de leur sang & lignage m'ont fait le tems passé & font encore chascun jour en maintes manieres, comme chacun sçait & peut appercevoir, afin que ses Royaumes de France & feaux & subjects d'iceluy & aussi nos terres, possessions & Seigneuries & subjects soyent & demeurent plus fermement & seurement par cette presente union, confederation & alliance encontre tous ennemis & haineux de l'un & de l'autre, avec mon dit Seigneur le Roy & son premier Fils & Heritieur & Successeur audict Royaume, Nous pour nous, & nostre premier fils, né en loyal mariage & heritier en principalle Seigneurie avons faites & fermées les confederations, amities, colligations, pactions, convenances & alliances en la maniere qui s'ensuit:

Premierement que Nous promettons & jurons en bonne foy en l'ame de nous, & sur tres saintes Evangiles de notre Seigneur corporellement touchées sans aucune fraude, malice, ou malengin quelconque a mon dit Seigneur le Roy, & a son dit premier Fils, Heritier, & Successeur au Royaume, que dorenavant nous, & nostre dit premier fils né en loyal mariage, & heritier en nostre principalle Seigneurie l'y serons vrais, loyaux, & bons amis, & son honneur, & son bon estat, son utilité, & son profit, & celuy aussi de son dit premier Fils, & Heritier & Successeur audict Royaume, & de ses feaux & subjects, nous procurerons par toutes les voyes, & manieres, engins & aydes, que miels faire le pourrons, & tout le domage, que l'on pourroit faire a leurs personnes, a leur honneur, a leur Royaumes, terres Seigneuries, & biens, les feaux & subjects d'iceux, nous empecherons & destourberons loyaument, si tôt qu'il viendra a nostre connoissance, il les ayderons & fortifierons de nostre pouvoir, conseil, faveur & ayde a resister a tous leurs ennemis & adversaires, qui aucunes choses voudroient, ou s'efforceroient de faire encontre mon dit Seigneur le Roi, son premier Fils & Heritier & Successeur audit Royaume, ou ses dits Royaume, terre & Seigneurie, feaux & subjêts au prejudice de leur honneur & estat, & par toutes les autres voyes & manieres que mieux le pourroient faire, nous nous opposeront reellement & de fait a tous Roys & Princes terriens & a toutes autres personnes de quelconque estat, condition, preeminence, ou dignité qu'ils soyent, ou qui s'efforceroient en aucune maniere de leurs faire vilainie, domage, ou deshonneur, & leur honneur, estat, & profit nous garderons loyaument de nostre pouvoir, excepté toutes voyes des choses dessus dites, nostre Sainct Pere le Pape & ses Successeurs canoniquement entrans en la Papalité, le Roi des Romains & de Boheme, & ses Successeurs Rois Romains ou Empereurs, nos Seigneurs le Comte de Savoye nostre fils, & ses Successeurs, la Communauté de Venize, la Communauté de Pisa, la Communauté de Sens avec lesquels nous avons entamé alliance, lesquelles nous voulons demeurer en leur force & vertu, Et afin que après cette gracieuse & amiable concorde, union & amitié aucunes doubtes ne puissent advenir ou sourdre pour quelconque raison, ou maniere que ce soit d'un costé ne d'autre, & que pour le temps à venir toute voye desclande soit clause, nous avons promis & juré en bonne foi & sur les saintes Evangiles de nostre Seigneur corporellement touchées de nous, sans aucune fraude, malice, ou mal engin, pour nous, ou pour nostre dit fils aisné & heritier en nostre principale Seigneurie tenir & accomplir de notre part audict Monsieur le Roy & a son dit Fils aisné & Heritier, & Successeur au Royaume toutes les choses dessus dites, declarées & specifiées: En témoin de ce avons fait mettre nostre Seel a ce presente donné a Paris le derrain jour d'Aoust, l'an de grace mil trois cens quatre-vingt & quinze.

De quibus quidem Literis originalibus supra scriptis facta sunt per nos Notarios publicos infra scriptos legitima collatio ad præsens transscriptum ex eisdem Literis originaliter sumptum, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, secundum morem Gallicanum Indictione sexta mensis Martii, die secunda, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Benedicti, divina providentia Papæ tertii decimi, anno quarto videlicet in domo venerabilis & circumspecti Viri, Magistri Guillelmi Perdrielli Thesaurarii Franciæ sita Parisiis prope portam Barbetæ, præsentibus & assistentibus discretis Viris Magistris Michaele Bary, Nicolao de Molendinis Magistris in artibus, & Johanne Sesloths Clericis Trecerens. Leonens. & Venetensis diœcesis testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Rolandus Regis, Clericus Trecerensis diœcesis publicus Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius, & Curiæ Episcopalis Parisiensis juratus quia & facta collatione de his ante dictis ad præsens transumptum ad invicem reperta sunt concordare, ideo signum meum solitum huic præsenti instrumento alia manu scripto, me aliis occupato negotiis, hic me manu mea subscribens una cum signo & subscriptione Notarii publici infra scripti apposui requisitus in testimonium præmissorum & rogatus.

Et ego Joannes de Noravilla, alias Ployardi Clericus Laudunensis Dioecesis Magister in artibus publicus Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius, quia de prædictis literis originalibus ad præsens publicum transsumptum ex eisdem originaliter sumptum cum Notario publico supra scripto diligentem collationem feci, & ipsas insimul concordare inveni, nil

addito

addito vel remoto quod ipsarum substantiam mutet, seu intellectum variet, ideo huic præsenti transumpto aliena manu scripto, hic me manu propria subscribens, signum meum solitum, una cum signo & subscriptione Notarii publici supra scripti, ac sigillo curiæ Parisiensis apposui requisitus in testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Et nos officialis Parisiensis ad majorem præmissorum certitudinem ad relationem prædictorum Notariorum publicorum Sigillum Curiæ Parisiensis præsenti publico instrumento seu transumpto duximus apponendum.

Datum & actum ut supra &c.

Et sont les dittes lettres scelées en Lacs de Soye verte d'un seel de cire verte.

XIX.

Wenceslai Romanorum Regis Diploma, quo Joannem Galeatium, Ducem Mediolanensem, Ducem nominatarum suo loco Civitatum declaravit, eumque titulo & honore Comitis Papiæ decoravit, d. d. 13. Octobr. An. 1396.

VInceslaus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Bohemiæ Rex, Johanni Galeaz, Duci Mediolani & omnium infra scriptarum civitatum, diœcesium, terrarum, territoriorum, pertinentiarum & omnium inferius comprehensorum, ac Comiti Papiæ, suo & Imperii sacri Principi, gratiam regiam & omne bonum. Augustalis potentiæ monarchia, cujus regnum omnipotentis Dei bonitate mirifica, quamvis insufficientibus meritis, præsidemus, ad hoc animum nostrum sollicitudine quotidiana fatigat, ut ea, quæ dignitatem Romani Imperii felicibus incrementis amplificant, assiduitate quotidiana meditemur, quod quidem feliciter adimpleri credimus, dum in circuitu sedis Augustæ illustrissimum Principum numerum ad Imperii sacri decorem feliciter adaugemus; verum si ex labore dignitas provenire consueverit, si laudabilis sollicitudo actuum publicorum gratiam liberaliter servienti (*comparare debet*); summa gratificatione personam tuam merito credimus efferendam, in qua paternarum laudum cognoscimus esse vestigium, nec tantum experimur, patrem tibi dedisse imaginem corporis, quam signa fudisse virtutis. Scimus enim & longo temporis experimento didicimus, quod ardor tuæ fidei, corpore paulatim senescente, non deficit, sed vergente deorsum conditione corporea, fervor spiritus in sublimiora conscendit. Scimus etiam propterea longis temporibus retroactis, quod nobiles quondam progenitores tui, ac etiam tu pro tuendis nostris & Imperii sacri juribus, quæ diversorum Magnatum & Procerum in Italia, ac in aliis finibus consistentium turpis conculcare tentavit ambitio, propria aperire non horruerunt æraria, insidiosis bellorum se submiserunt eventibus, ipsorumque sollicitudine actum est, ut ipsa jura stabili & fixo remanerent in robore, & pro eisdem recuperandis Imperium quiesceret a labore. Hoc igitur & alia multiplicia probitatis merita & præclara virtutis insignia, quæ in te & progenitores tuos domus Mediolani pia mater radicavit, antiquitas & grata novitas solidavit, limpidius intuentes, non per errorem aut improvide, sed animo deliberato, *sano Principum, Comitum, Baronum ac Procerum, & aliorum nostrorum Imperii sacri fidelium accedente consilio, te*, Princeps dilecte, non ad tuæ petitionis instantiam, sed de benignitate regia, motuque proprio, ac tuæ originis nobilitate poscente, præsertim cum latitudo tui dominii, & ampla subjecta tuæ ditioni spatia, nec non intemerata fides tuæ universitatis & populi, (*qui*) vetusto jam tempore sacrum honoraverunt Imperium, non immerito requirebant, hodie in nomine domini Salvatoris nostri, a quo omnis principatus & honor provenire dignoscitur, *ultra ducatum Mediolanensem, alias per majestatis nostræ privilegium tibi & descendentibus ac successoribus tuis collatum sive concessum*, illustravimus & *illustramus, & Ducem infra scriptarum civitatum*, diœcesium, terrarum, territoriorum, pertinentiarum & aliorum inferius comprehensorum, sublimavimus, ereximus, decoravimus, *sublimamus*, erigimus, & decoramus ex certa scientia, de Romanæ Regiæ plenitudine potestatis, decernentes expresse, quod tu, hæredes & successores tui, modo & ordine infra scriptis Duces Mediolani & inferius comprehensorum, &, ut supra, perpetuis unquam temporibus omni dignitate, nobilitate, jure, potestate, libertate, honore & consuetudine gaudere debeatis & frui continuo, quibus alii sacri Imperii Principes & nominati Duces illustr. fruiti sunt hactenus & quotidie potiuntur: terras quoque, civitates, oppida, castra, villas, munitiones, provincias, districtus, colles & plana, videlicet civitatis Brixiæ, Bergami, Comi, Novariæ, Vercellarum, Alexandriæ, Terdonæ, Bobii, Placentiæ, Regii, Parmæ, Cremonæ, Laudæ, terras quoque prope Tridentum, Cremæ, Soncini, Burmii & Burgi Sancti Donnini, Pontremuli, Masii, Novi Feliciani terræ & Rochæ Aratii, & ea, quæ tenes, seu quasi, seu quæ ad te pertinent in diœcesi Asten. Saravalis, cum earum & cujuslibet ipsarum seu ipsorum diœcesibus, districtibus, comitatibus, jurisdictionibus, imperiis & pertinentiis & castris, oppidis & villis, terris & territoriis, aquis, stagnis & torrentibus, lacubus, pisciariis, ripariis & fluminibus eorumque regalibus, diœcesibus & comitatibus, existentibus & comprehensis, ac civitate Veronæ, Vincentiæ, Feltri & Blenii, terrarum Basanæ cum eorum & cujuslibet ipsorum diœcesibus, districtibus, comitatibus, jurisdictionibus, imperiis, & pertinentiis ac castris, oppidis, villis, terris & territoriis, aquis, stagnis, torrentibus, lacubus, pisciariis, ripariis & fluminibus,

nibus, eorumque regalibus in dictis diœcesibus & comitatibus existentibus & comprehensis, quæ de provincia Marchiæ Travisanæ antea dicebantur, una cum parte Veronæ, terra quoque Sarzanæ, Laventinæ, Carrariæ, Sancti Stephani & omnes alias terras, villas, fortalitia, castra & oppida, quæ sunt in diœcesi Lunensi, cum omnibus & singulis prædictarum omnium civitatum, castrorum, villarum & terrarum prædictarum, diœcesium, comitatuum, & eorum jurisdictionibus, imperiis, sylvis, rubetis, pratis, aquis, aquarumve decursibus, fluminibus, pascuis, piscinis, piscariis, ptolomeis, (*teloniis*), judæis, monetis, judiciis, bannis sive inhibitionibus venationum & pœnis inde sequentibus, consuetudine vel de jure, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Baroniis, feudis, feudatariis, vasallagiis, militibus, clientibus, judicibus, civibus, nobilibus, & plebejis, rusticis, agricolis, pauperibus & divitibus, ac omnibus eorum pertinentiis, quæ latitudo tui dominii & dictarum civitatum & diœcesium comprehendit, in verum Principatum & Ducatum creavimus, fecimus, ereximus, ac creamus, facimus, erigimus & assignamus, ac de Romanæ regiæ potestatis plenitudine & ex certa scientia decoramus, tibi illustri Joh. Galeaz Duci Mediolani &c. (ut supra) Ducatum sive Principatum hujusmodi cum omnibus honoribus, nobilitatibus, juribus, jurisdictionibus, imperiis, privilegiis & immunitatibus, quemadmodum ducatus sive principatus insignes ab illustr. Romanis Imperatoribus seu Regibus possidentur vel tenentur, seu possideri consueverunt hactenus, & a sacro Romano Imperio dependent, in feudum de benignitate regia conferentes, decernentes, & hoc regio Romano edicto statuentes, quod tu, hæredes, descendentes & successores tui prædicti, ordine infra scripto, perpetuo Duces & Principes Mediolani &c. (ut supra) nominari & appellari debeatis, in antea & tanquam ceteri Imperii Romani Duces & Principes teneri & honorari, ac ab omnibus reputari, omnique jure, privilegio, gratia & dignitate ac immunitate absque impedimento perfrui, quibus alii sacro sancti Romani Imperii Duces & Principes in dandis seu recipiendis juribus, in conferendis seu suscipiendis feudis & omnibus aliis illustr. statum & conditionem Ducum seu Principum concernentibus fruiti sunt hactenus, seu quomodolibet potiuntur. Quodque tu, hæredes & successores tui prædicti ordine infra scripto, Duces, ducatus seu principatus eosdem cum omnibus suis pertinentiis, a nobis, nec non serenissimis Romanis Imperatoribus & Regibus, successoribus nostris, & ab ipso Romano Imperio, quando opportunum fuerit, & *nos vel successores nostros in dictis ducatibus esse continget*, debito solennitatis honore *personaliter cum vexillis*, ut moris est, & solita reverentia suscipere & *sacramentum fidelitatis* consuetum *facere debeatis*: dum vero nos & successores nostros, extra prædictos ducatus esse contigerit, ex tunc tu, hæredes & successores tui prædicti, per solennes procuratores & nuntios tam prædicta feuda suscipere, quam etiam consueta juramenta facere valeatis, cum solennitatibus debitis ac consuetis, quemadmodum alii sacri Romani Imperii Duces & Principes sua feuda suscipere consueverunt. Cæterum ne extra (*circa*) successionem hujusmodi ducatuum aliqua in posterum dubietas oriatur, sed clarus & certus succedendi modus detur, edicimus & sancimus, quod, aliquibus juribus municipalibus seu consuetudinibus factis vel fiendis, aliqualiter non obstantibus aliquibus primogenitis masculis natis ex legitimo matrimonio, tui Joan. Galeaz Ducis Mediolani &c. (*primogenitus*) duntaxat cessat (*succedat*) in Ducatibus prædictis, & aliis fratribus præferatur, & quod dicto primogenito decedente, vivente te Duce, primogenitus masculus natus ex legitimo matrimonio dicti primogeniti præferatur patruis & aliis quibuscunque in ducatibus prædictis & idem servetur in quibuscunque aliis primogenitis masculis legitimis, & naturalibus primogenitorum descendentium tui Ducis Mediolani &c. in infinitum, & quod idem servetur & servari debeat, in quocunque legitimo & naturali masculo ex descendenti & ex descendentibus legitimis & naturalibus descend. per lineam masculinam tui Joan. Galeaz Ducis Mediolani &c. usque in infinitum, & quod primogenito Duce Mediolani &c. descendente (*deficiente*) sine descendentibus legitimis & naturalibus masculis, frater secundus genitus legitimus & naturalis succedat in ducatibus prædictis, & si fratrem vel fratres legitimos vel naturales non haberet, succedat filius legitimus & naturalis fratris secundo genitus in prædictis ducatibus, & si non exstiterint fratres, nec filii fratrum, admittatur ad ducatus prædictos proximior legitimus & naturalis descendens ex masculis legitimis & naturalibus descendentibus, ex masculis & naturalibus tui Ducis Mediolani &c. & quod descendentes te Duce & tuis, ut supra, descendentibus masculis, legitimis & naturalibus sine hæredibus masculis ex eis legitime descendentibus, eo casu descendentes tui Joan. Galeaz Ducis Mediolani &c. legitimati & legitimandi solenniter a nobis seu successoribus nostris in Imperio, eorumque descendentes masculi legitimi & naturales, per lineam masculinam usque in infinitum succedant in ducatibus prædictis, modo, ordine & forma prædictis; in casu tamen, quo contingeret ipsis fratribus prædictorum Ducum Mediolani &c. non esse provisum vel ipsos non habere modum, quo honorifice, secundum eorum conditionem & statum vivere possent, eo casu prædicti fratres, pro quolibet ipsorum, volumus a prædictis Ducibus Mediolani &c. habere debere *florenos duodecim mille annuatim*, donec aliter ad honorifice vivendum eos habere contigerit, infra scriptis semper salvis manentibus, decernentes, & potestate, qua supra, statuentes, quod tu Johannes Galeaz, tuique descendentes & successores Duces Mediolani &c. possitis & valeatis dare,

dare, & in feudum concedere descendentibus & collateralibus vestris legitimis & naturalibus, legitimatis solenniter, a nobis vel a Regibus & Romanis Imperatoribus successoribus nostris, cujuscunque ætatis fuerint & esse reperiantur, descendentes, seu collaterales prædicti, de civitatibus, castris, terris, villis, rebus & oppidis dictorum Ducatuum Mediolanensium &c. cum illis conditionibus, pactis, oneribus & subjectionibus, de quibus vobis videbitur & placuerit, & de dictis civitatibus, castris, terris & territoriis dictorum Ducatuum, per viam cujuscunque ultimæ voluntatis disponere & ordinare, ac etiam filiis ac posteris vestris de capitaneis, mareschallis, tutoribus, gubernatoribus & administratoribus & aliis quibuscunque, (*quæ*) regni gubernationem & conservationem eorum statuum & Ducatuum prædictorum concernent, providere, & prout vobis videbitur & placuerit, valeatis, & alia gerere, facere & expedire in Ducatibus Mediolan. &c. prædictis, quod nos & Romani Reges & Imperatores gerere, facere & expedire possemus, etiam de plenitudine potestatis: inhibentes tamen & prohibentes, quod descendentes & successores tui, Duces Mediolani &c. non possint alicui personæ extraneæ, exceptis descendentibus & collateralibus prædictis, vendere, donare, infeudare, nec alio quovis modo alienare aliquam civitatem, castrum, oppidum seu terram, nec aliquam partem dictorum Ducatuum Mediolani &c. antequam sint in ætate XXV. annorum, post dictam vero ætatem in feudum dare possunt de castris & terris prædictis, decernentes ex nunc irritum & inane, quoad prædicta alienata, si aliter factum fuerit, vel aliqualiter attentatum, & ex eo, ut dicti Ducatus a descendentibus & successoribus tuis Ducibus Mediolani &c. quantum plus fieri poterit, conserventur, possint tamen de rebus & bonis per eos acquirendis ad libitum ipsorum disponere & providere.

Decernentes, & de nostræ Rom. Regiæ potestatis plenitudine statuentes, ut omnes & singuli Barones, Marchiones, Comites, Nobiles & alii quicunque tenentes, seu quasi, ipsa feuda, marchionatus, comitatus, concessiones, jurisdictiones, jura & regalia cujuscunque in Ducatibus supradictis, & diœcesibus, & cetera, ad omnem tui tuorumque descendentium & successorum Ducum Mediol. &c. requisitionem de ipsis feudis, marchionatibus, comitatibus, concessionibus, regalibus & juribus quibuscunque se investiant & recipiant, & recognoscant, a te, Joan. Galeaz, tuisque descendentibus Ducibus Mediolani &c. præstent & faciant promissionem, & debitum juramentum, quantum est, pro marchionatibus, comitatibus, feudis, concessionibus, regalibus & juribus quibuscunque, quas & quæ prædicti tenent & recognoverunt, seu recognoscere debuerunt, se hactenus a sacro Romano Imperio obtinere.

Insuper volentes te & successores tuos Duces Mediolan. &c. alio titulo decorare & sublimare, te, hæredes & successores tuos Duces Mediolani &c. hodie in nomine Salvatoris nostri Comites Papiæ diœcesis & pertinentiarum ipsius, fecimus, creavimus, ereximus, illustravimus & sublimavimus, facimus, decoramus, creamus & virtute præsentium erigimus, illustramus & sublimamus, decernentes, quod tu, hæredes & successores tui prædicti, Comites Papiæ perpetuis in antea temporibus, omni dignitate, nobilitate, jure, potestate, libertate, jurisdictione, imperio, honore & consuetudine gaudere debeatis & frui continuo, quibus alii Imperii Principes, & nominati Comites illustr. fruiti sunt hactenus & quotidie potiuntur, dictamque civitatem Papiæ, ejusque districtum, diœcesin, & comitatum cum omnibus & singulis, sibique pertinentibus villis, oppidis, castris & terris, aquis, aquarumve decursibus, juribus, jurisdictionibus & regalibus, & infra scriptis terris, videlicet Vigueria, Viglevano, Basignana, Casale, Santi Evasii & Valentia & eorum territoriis, in verum comitatum creavimus, ereximus, & erigimus & creamus, ac de prædicta Romanæ regiæ potestatis plenitudine ex certa scientia decoramus, tibi illustr. Joan. Galeaz. Duci Mediol. &c. Comitatum hujusmodi cum omnibus, honoribus, comitatibus, nobilitatibus, juribus, privilegiis & immunitatibus, quemadmodum comitatus insignes ab illustr. Rom. Imperatoribus sive Regibus possidentur, vel tenentur, seu consueverunt possideri hactenus, & a sacro Romano Imperio dependent, in feudum de benignitate regia, cum potestate, de qua supra in dicto ducatu fit mentio, concedentes, decernentes, & hoc Rom. reg. statuentes edicto, quod tu & hæredes successoresque tui prædicti perpetuo Comites Papiæ & diœcesis, terrarumque prædictarum nominari & appellari debeatis in antea & tanquam ceteri sacri Romani Imperii Comites honorari & teneri, ac ab omnibus reputari, omnique jure, privilegio, gratia, dignitate, immunitate, absque impedimento perfrui, quibus alii sacro sancti Romani Imperii comites, in dandis seu suscipiendis juribus, jurisdictionibꝰ, in conferendis seu suscipiendis feudis, & ab omnibus aliis illustr. principibus statum & conditionem comitum respiciens fruiti sunt, seu quomodo hactenus potiuntur, quodque tu, hæredes & successores tui prædicti comites Papiæ, comitatum eundem cum omnibus pertinentiis, sicut expressum est superius a nobis, nec non a serenissimis Rom. Imperatoribus & Regibus, successoribus nostris, & ab ipso Romano Imperio, quando opportunum fuerit, ut nos vel successores Romani imperatores vel Reges in dictis comitatu & ducatibus esse contingeret debito solennitatis honore, cum vexillis, ut moris est, & solita reverentia personaliter suscipere debeatis, ac sacramentum fidelitatis consuetum facere; dum vero nos, vel successores nostros extra prædictum ducatum & comitatus esse contingeret, quod ex tunc tu, hæredes & successores tui, per solennes procuratores & nuntios tam prædicta feuda suscipere, quam etiam consueta juramenta facere

Valea-

valeatis, cum solennitatibus debitis & consuetis, quemadmodum alii sacri Rom. Imperii comites sua feuda suscipere consueverunt, decernentes, & hoc Rom. Imper. statuentes edicto, quod tu, Johann Galeaz, & tui descendentes Duces Mediolani &c. tenere debeant dictum Comitatum Papiæ sub nomine comitatus & tanquam Duces Mediolani, & quod non possitis nec valeatis dare, concedere, nec aliquo modo transferre dictum comitatum Papiæ in aliquam personam, nec ipsum comitatum a vobis aliqualiter abdicare, nisi in personam illius, qui post obitum Ducis Mediolani &c. præcedere deberet in Ducatibus prædictis, & qui tunc si vocetur comes Papiæ, possis tamen duntaxat tu, Joh. Galeaz dux &c. extra prædicta dictum comitatum Papiæ transferre & conferre illi & in illum ex descendentibus tuis legitimis & naturalibus, de quo tibi videbitur & placuerit: possitis insuper & valeatis, de castris & terris dicti comitatus Papiæ dare & in feudum concedere illis personis, de quibus vobis videbitur & placuerit, modo & forma de quibus in concessione ducali facimus mentionem.

Gaude igitur, Princeps, & de impensis tibi per nostram celsitudinem muneribus tua proles exultet. Lætare, Dux & Comes *Virtutum (iis)* quæ nostra Serenitas speciali & ampla retributione (*contulit, &*) quæ hucusque tibi paribus numero etiam majoribus denegavit: operatio tua tamen grato concordet cum nomine, ut autore Deo concessis tibi per nos potiri valeas feliciter dignitatibus, & etiam ad majorem ascendere dignitatem. Et prædicta omnia & singula valere volumus, & obtinere effectualem roboris firmitatem, non obstantibus quibuscunque legibus, juribus, constitutionibus, clausulis derogatoriis & aliis concessionibus, infeudationibus aliisve titulis per nos sive per prædecessores nostros in Imperio aliis factis, concessis vel collatis super præmissis vel aliquo præmissorum, per quæ vel per quos præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel deferri, etiamsi talia forent, de quibus oporteret fieri mentio præsentibus (*literis*), quibus omnibus & singulis quoad sublimationem creationemque, cessationem, infeudationem & alia supradicta, de plena & absoluta potestate & ex certa scientia præsentibus derogare volumus, & etiam derogamus, supplendo omnem defectum, si quis obscuritate verborum, solennitatis omissæ, seu alias quomodolibet repertus fuerit in præmissis. Jus tamen, quod ex dictis concessionibus & creationibus in feudo dictorum ducatuum & comitatus hactenus nobis & successoribus nostris in Imperio competit, salvum maneat & illæsum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ illustrationis, sublimationis, creationis, decorationis, collationis seu decreti paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario, quomodolibet, contraire, si quis autem secus attentare præsumserit, præter indignationem nostram gravissimam, pœnam centum marcarum auri purissimi, totiens, quotiens contra factum fuerit, se irremissibiliter noverit incursurum, quarum medietatem regalis nostri ærarii seu fisci, residuam vero partem supra dicti Ducis & heredum & successorum suorum usibus decernimus applicari, præsentium sub Regiæ Majestatis sigillo testimonio. Datum Pragæ, Anno Domini MCCCLXXXXVI. d. XIII. mensis Octobris, Regnorum nostrorum anno, Bohemiæ XXXIIII. Romanorum XXXI.

XX.

Rescriptum Ruperti, Roman. Regis, ad Johannem Galeatium, Ducem Mediolanensem, quo eum monet, ut civitates, terras, territoria & provincias S. Rom. Imperii, quas teneret, confestim sibi & S. Rom. Imperio restituat, d d. 25. Septembr. An. 1401.

Johannes Galeatii, Comes Virtutum, sicut altissima providentia ad Romanum Imperium vocati sumus, atque nunc in itinere constituti, pro provinciarum, terrarum, territoriorum & districtuum, & aliorum bonorum ad nos & sacrum Romanum Imperium spectantium subjugatione ad partes Italiæ declinare pervigili cura intendamus, tuque certas civitates, terras, territoria & districtus & alia plurima bona Sacri Imperii nobis subjugare, ditionique nostræ subjicere, ac homines eorundem ad debitæ subjectionis fidelitatem nobis præstandam inducere, & manum tuam ab eisdem retrahere cures, atque studeas realiter & cum effectu. Quod si prædicta omnia, & singula non adimpleveris, ut teneris, & te in eisdem pertinacem exhibueris; scias te gravem nostræ Majestatis indignationem incursurum, atque nos hujusmodi nostram & sacri Imperii injuriam totis viribus propulsuros, & a te hujusmodi civitates, terras, territoria, districtus, atque bona evicturos, harum sub nostræ regiæ majestatis sigilli appensione testimonio literarum.

Datum Insbruck XXV. die mensis Septembris, anno Dom. MCCCCI. regni v. nostri An. II.

Ad Mandatum Domini Regis,
Otto de Lapide.

XXI.

Literæ diffidationis Ruperti Rom. Regis ad Joannem Galeatium, Ducem Mediolanensem, de An. 1401.

Robertus de Bavaria, Dei gratia Romanorum Rex & Reni Comes Palatinus. Tibi Joanni Galeaz, militi Mediolanensi, præcipiendo mandamus, quatenus omnes civitates, castra, terras & loca

& loca Romano Imperio, & ditioni nostræ spectantia quæ in Italia occupata indebite detines, nobis, quibus Romani Imperii gubernatio ex electione de nobis Imperatore per Imperii electores canonice facta ad me spectat & pertinet, & restituere ac resignare debeas, alioquin, & ut sacri Imperii terrarum, & jurisdictionum invasorem, & nostrum hostem, & rebellem diffidamus.

XXII.

Joannis Galeatii Ducis Mediolani Responsio ad antea insertas Ruperti, Rom. Regis diffidationis literas, de anno 1401.

Tibi Roberto di Bavaria, Nos Joannes Galeaz Vicecomes Dei, & Serenissimi D. Vincislai Romanorum, & Boemiæ Regis gratia Dux Mediolani &c. Ac Papiæ, & Virtutum Comes. Per præsentes respondemus, quod quascunque civitates, castra, terras, & loca in Italia posside-mus, & à præfato Serenissimo Domino Vincislao, Romanorum Rege, & sacri Imperii gubernacula Canonice possidente tenemus, & possidemus, ipsasque à te Imperii invasore, & ipsius Imperii, atque præfati Domini Vincislai Regis, ac nostri hoste manifesto defendere prorsus intendimus. Teque ipsorum Imperii, & D. Vincislao Regi atque nostrum hostem manifestum, si nostrum territorium invadere presumpseris, diffidamus.

XXIII.

Tabulæ fœderis initi inter Carolum VI. Galliæ Regem & Gabrielem Mariam de Vice-Comitibus, Dominum Pisæ, Fratrem Ducis Mediolani, & Comitis Papiæ, quibus adjecta est Ratificatio Regia, d. d. 15. April. An. 1404.

Carolus, Dei gratia Francorum Rex & Dominus Januæ, notum facimus universis præsentibus pariterque futuris, quod visis & attentis contentis in litteris, seu publico Instrumento, cujus, seu quarum tenor sequitur in his, & strenuus miles Dominus Joannes, Dominus Castrimorandi, Syndicus, Ambassiator & Procurator Illustris & Magnifici Domini, Domini Joannis le Meingre, dicti Bonicault, Marescalli Franciæ, locumtenentis Serenissimi Domini Francorum Regis, habens ad infra scripta plenam potestatem & ballivum vigore publici instrumenti scripti manu Juliani Danisarii, Notarii & communis Januæ Cancellarii, die decima præsentis mensis ex una parte, & Magnificus Dominus Gabriel Maria de Vicecomitibus, Pisarum Dominus, suo nomine & successorum suorum ex altera pervenerunt, & pervenisse sibi ad invicem confessæ fuerunt ad infra scripta pacta, transactiones, conventiones, & compositiones solennibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, renunciantes sibi invicem exceptioni dictorum pactorum & conventionum non facere, rei sic ut supra & infra, non esse & non se habentis, doli mali, metus, in factum actioni, conditioni sine causa, & omni alii juri, videlicet, quia dictus Magnificus Dominus Gabriel. Maria Pisarum Dominus promisit & convenit dicto Spectabili Domino Joanni, Domino Castrimorandi dicto nomine stipulanti, & ad cautelam nobis Juliano Panizario Notario & Comitis Januæ Cancellario & Framochio quondam Framochii Notario, & Pisarum Comitis Cancellario, tanquam personis publicis officio publico stipulantibus, & recipientibus nomine & vice dicti Serenissimi Domini nostri Francorum Regis, & successorum suorum in regno se esse & perpetuo futurum verum, bonum & fidelem Vasallum ejusdem Serenissimi Domini nostri Francorum Regis & successorum suorum pro & cum civitate Pisarum & districtu castri, & juribus, & jurisdictionibus, hominibus, & fidelitatibus hominum, terris, locis, & pertinentiis suis & quibuscunque aliis terris & locis per ipsum, seu successores suos & cæteros recuperandis, & ipsa omnia cum mero & mixto imperio & omnimoda potestate & jurisdictione tenere in feudum nobile & gentile patruum & antiquum ab ipso Serenissimo Domino nostro Rege, & dictis successoribus suis sub modis, pactis, formis & conditionibus infra scriptis, videlicet quod, salvis semper & exceptis his, quæ de castro & turre Liburni dicentur inferius, teneatur dictus Dominus Gabriel Maria investituram recipere de prædictis ab ipso Domino Regio locumtenente, vel dicto Domino Joanne, Domino Castrimorandi dicto procuratorio nomine, & eidem præstare debitum fidelitatis juramentum.

Item, quod dictus Dominus Gabriel Maria teneatur guerram & pacem facere & habere cum omni Dominio, communitate, persona & natione, exceptis tamen fratribus ipsius Domini Gabrielis Mariæ, videlicet Dominis Duce Mediolani & Comite Papiæ, quos & dictus Dominus locumtenens Regius, vel dictus Dominus Joannes, procurator, dicto nomine, propter parentelam, quam habent cum Illustrissimo Domino Duce Aurelianensi, & dictus Dominus Maria, quia fratres ejus sunt, libenter recipiunt, quandocunque ad mandatum, vel simplicem requisitionem ejusdem Serenissimi Regis, & cujuslibet locum ejus tenentis, tam de personis ipsius Domini Gabrielis Mariæ, quam de dictis civitate, castris & territorio Pisarum, quam etiam de hominibus supra dictis, & alia etiam facere teneatur & debeat, quæ bonus & fidelis Vasallus gentilis & nobilis de vero Domino suo facere tenetur & debet. Sane tamen intellecto quod si Serenissimus Dominus noster Rex ex dictis hominibus in aliqua guerra ipsius Domini nostri, vel ejus locumtenens exercere voluerit,

rit, tunc dabit eisdem hominibus rationabile stipendium, vel expensas congruas faciet.

Item quod dictus Dominus Gabriel Maria, & ejus descendentes & successores in dicto feudo dabunt quolibet anno eidem Serenissimo Domino nostro Regi, vel ejus locumtenenti equum vivum, vel Falconem unam peregrinam, in signum recognitionis veri domini & feudi prædicti.

Item, quod in locis & fortalitiis Pisarum, & ejus territorii, erigi & teneri facere possit, teneatur & debeat dictus Dominus Gabriel Maria diebus & horis solitis vexilla insignis Regii, in illis scilicet in quibus vexilla aliqua, & specialiter Dominii dictæ civitatis erigi & teneri, consueverunt.

Item quod dictus Dominus Gabriel Maria ponet statum in manibus & virtute dicti Joannis, Domini Castrimorandi dicto nomine, vel ordinandi & constituendi ab eo castrum & turrim Liburni custodiendos per dictum Serenissimum Dominum nostrum Francorum Regem, vel deputandos ab eo, aut ejus locumtenente, nomine Regio, in perpetuum, expensis ipsius Domini Gabrielis Mariæ & successorum suorum pro securitate regia & observantia omnium prædictorum, & pro utilitate dicti Domini Gabrielis Mariæ, acto etiam inter ipsas partes, quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex, aut alius pro eo non possit ponere ad custodiam dicti castri, sive fortalitii Liburni aliquem Januensem, vel subditos communis Januæ, sed sint tales deputandi ad dictam custodiam Francigenæ, confidentes dicti Domini Gabrielis Mariæ, vel alii extranei de quibus placuerit ipso Domino nostro Regi, vel ejus locumtenenti.

Item est actum, quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex non habeat neque exerceat Jurisdictionem aliquam in terra Liburni & pertinentiis ejus, salvis supra scriptis, & salvo in custodiendo & custodiri faciendo proprio nomine ipsius Serenissimi Domini nostri Regis, & ad bonum & utilitatem dicti Domini Gabrielis Mariæ dictum Castrum & turrim Liburni.

Item est actum, quod dictus Serenissimus Dominus Rex noster dictum castrum & turrim Liburni vendere, pignorare, aut alienare non possit contra & præter voluntatem Domini dicti Gabrielis Mariæ.

Item est actum, quod dictus Serenissimus Dominus Rex, vel ejus locumtenens mandet deputandis per eum ad custodiam dicti castri & turris Liburni, quod recipient & receptent in dicta castrum & fortalitium dictum Dominum Gabrielem Mariam, & Magnificam ejus matrem quoties voluerint, & fortalitium prædictum intrare.

Item est actum, quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex, vel ejus locumtenens mandet dictis deputandis ad custodiam dicti Castri & turris, quod non permittant aliquam gentem cujuscunque conditionis existat intrare, aut ingredi portum, aut terram prædictam Liburni contra consuetudinem dictæ terræ, sine voluntate dicti Domini Gabrielis Mariæ, aut ejus vicarii in terra prædicta, salvo si talis gens missa esset, vel mitteretur in dictam terram per dictum Serenissimum Regem Dominum, vel ejus locumtenentem, pro bono & salute dictarum terræ & fortalitii Liburni.

Item est actum, quod si (quod absit) dicta terra Liburni capta vel obsessa esset ab inimicis Gabrielis Mariæ, vel ipsa terra quocunque modo rebellaret, ad custodiam dicti castri deputandi teneantur dare transitum per dictum Castrum omnibus armigeris & gentibus, quos dictus Dominus Gabriel Maria in dictam terram per Castrum dictum transmittere voluerit pro defensione, salute, & recuperatione dictæ terræ Liburni, si opus fuerit.

Item est actum, & promisit dictus Dominus Scindicus & Ambasiator dicto nomine, quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex & successores sui in regno defendent, manutenebunt & conservabunt dictum Dominum Gabrielem Mariam, & ejus successores contra quoscunque ipsum offendere volentes & similiter contra quoscunque ipsum præsentialiter offendentes & ejus inimicos, sicut facere tenetur & debet quilibet Dominus erga verum & fidelem subditum & Vasallum suum.

Item est actum, quod si defectu vel culpa dictorum deputandorum ad custodiam dicti Castri vel aliter dictum Castrum perderetur, vel perveniret in manus aut forciam alicujus, dictus Serenissimus Dominus Rex noster per suam benignam gratiam habebit & tenebit ipsum talem in cujus virtutem dictum castrum ut supra pervenisset pro inimico, & faciet guerram contra ipsum, donec castrum ipsum recuperatum, & in manus ejus, vel ipsius locumtenentis repositum fuerit.

Item promisit dictus Dominus Joannes Dominus Castrimorandi procurator noster dicti Joannis le Meingre proprio ipsius nomine, habens de hoc plenam balliam vigore instrumenti prædicti, quod ipse Dominus Joannes le Meingre ita faciet & curabit, quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex habebit accepta, ratificabit solemniter & approbabit omnia & singula supra dicta & infra scripta, infra menses sex proxime futuros, dictus specialis Dominus Johannes Dominus Castrimorandi dicto nomine & vice Serenissimi Domini nostri Regis & suorum successorum in Regno acceptans omnia & singula supra dicta, cum pactis, modis, formis, & conditionibus supra dictis investitum ipsum Dominum Gabrielem Mariam præsentem & recipientem per annulum aureum quem ipse Dominus Scindicus & procurator dicti nomine digito ipsius Domini Gabrielis Mariæ imposuit in feudum nobile & quale supra de dictis civitate, terris, castris, & territorio Pisarum, juribus & jurisdictionibus supra dictis & quibuscunq; aliis & ipsum Dominum Gabrielem Mariam in futurum acquirendis & recuperandis salvis tamen his quæ de castro & turri Liburni superius dicta sunt. Et promisit dictus Dominus Scindicus & procurator

rator dicto Domino Gabrieli Mariæ præsenti stipulanti & recipienti plene attendere & observare omnia & singula supra dicta, & facere quæ tenetur occasione investituræ prædictæ, quibus quidem legitime factis dictus Dominus Gabriel Maria dictam investituram in modum prædictum flexis in præsentia dicti Domini Procuratoris & Scindici genibus recipiens reverenter & acceptans curavit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis, & præstitit eidem Domino Scindico & Procuratori nomine regio ut supra recipienti fidelitatis debitæ Sacramentum jurando & promittendo eidem Domino Scindico, Procuratori, se futurum fidelem Vasallum prædicti Serenissimi Domini nostri Regis de supra dictis infeudatis & investitis, & attendere, complere & observare omnia & singula quæ vigore & occasione præsentis infeudationis tenetur, & quæ in capitulis veteræ & novæ formæ fidelitatis juris canonici & civilis continentur salvis semper omnibus in præsenti instrumento contentis, quæ omnia & singula supradicta, dictæ partes, dictis nominibus sibi invicem promiserunt attendere, complere & observare & contra non facere vel venire, de jure, vel facto aliqua ratione, vel causa sub hypotheca & obligatione bonorum ipsorum, præsentium & futurorum, ratis semper manentibus supradictis.

Actum Pisis in Palatio residentiæ dicti Domini Gabrielis Mariæ, in camera magna inferiori, anno Dominicæ nativitatis 1404. anno vero ab incarnatione Domini 1405. indictione XI. secundum cursum Pisarum die XV. Aprilis horum vesperorum præsentibus testibus Comite Guidone de Mutiliana Domino Gerone, Marchione Extensi, Domino Joanne, Domino de Capella milite, Paulo de Sabellis, Joanne Columna, Domino Reynerio de Zacia de Pisis milite, Petro Malherba, Guillelmo Alexi, Petro de Mantiono Secretario Regio, & Benedicto de Andoria, Notario, cive Januæ vocatis & rogatis. Julianus Danizarius Imperiali autoritate Notarius regius Secretarius & communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus una cum dicto Franchisio, Notario, interfui, & rogatus de eis præsens publicum instrumentum composui cum additione suprascripta in ultima linea apposita, quæ additis debet sequi illud verbum matrem, errore scriptoris omissa, quod tamen instrumentum per alium extrahi aliis occupatus. Nos Literas, sive instrumentum præinsertum, omniaque & singula in eis contenta in quantum opus est, ac nos hæredes & successores nostros Reges Franciæ concernunt & tangunt, concernereque & tangere possunt aut poterunt in futurum, atque pro nobis & hæredibus ac successoribus nostris utroque, ac eorum nomine promissa sunt & conventa, ratas & gratas habentes easdem laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus per præsentes ex certa scientia auctoritateque regia, & gratia speciali volentes & concedentes expresse eas & ea valere inviolabiliterque teneri & observari perpetui & inviolabilis roboris firmitatem, & stabilitatem, nunc & perpetuis temporibus absque variatione & infractione aliquibus obtenturas & absque eo quod castrum, & turrim Liburni vendere, distrahere, donare, extraque Regias manus ponere seu transferre, aut alias contra tenorem & formam instrumenti supra scripti, nec non & præsentium disponere in toto seu in parte, nosve aut Successores nostri jam dicti valeamus, debeamus, aut nobis & eis liceat præsentibus aut futuris temporibus posteris quibuspiam, titulo, occasione, seu causa tacitis vel expressis, quod si factum foret, aut fieri (quod absit) contingeret in futuram nullius imo haberi tenerique volumus & ordinamus totaliter pro infectis etiam si de ipsis in præsentibus oporteret expressam & distinctam facere mentionem. Et ut hæc omnia & singula superius contenta & declarata firma sint & stabilia, & roboris perpetui obtineant firmitatem, præsentes literas nostri sigilli fecimus aspensione muniri: Datum Parisiis, mense Augusti, anno 1404. & regni nostri XXmi.

Sur le reply est escrit. Per Regem, Domino Duce Bituriæ, Domino Joanne de Monte acuto, Magistro magno hospitii, & pluribus aliis præsentibus.

Et au dessous ainsy signé Jerron.

A costé est escrit: Collatio facta est.

Et au dessous: Sigillata de mandato Regis expresso.

Seelé d'un seau pendant a un cordon de Soye verte & rouge.

XXIV.

Sigismundi Roman. Regis Privilegium pro Cremonensibus de communi studio in civitate Cremonæ erigendo, de An. 1413.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus &c. Sane pro parte Magnifici Cabrini de Fondulis, Marchionis Castellionis & Comitis Soncini, Nostri, & Imperii Sacri Cremonæ Vicarii, ac Nobilium & honorabilium Civium Civitatis Cremonæ, nostrorum, & Imperii Sacri fidelium dilectorum, oblata nostræ Majestati supplex petitio continebat, quatenus in eadem civitate Cremonen. ad instar aliarum urbium, de instaurando generale studium in facultatibus quibuscunque gratiam, & privilegium de benignitate Romana Regia concedere dignaremur. Nos attendentes multiplicia dicti Cabrini fidelitatum & obsequiorum genera, nec non præclara dictorum Civium, ac prædecessorum suorum præheminentem devotionem, refulgentemque constantiæ virtutem, quibus ipsi præ cæteris Italiæ nationibus Divos Romanorum Imperatores, & Reges, nostros prædecessores,

fores, a longis retroactis temporibus exquisitæ diligentiæ studio honorarunt, Nosque & Imperium honorant, ac in futurum honorare satagent, poterunt, & debebunt; Animo deliberato, & non per errorem, aut improvide, sed sano Principum, Ecclesiasticorum, & Secularium, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, aliorumque nostrorum, & Imperii Sacri fidelium dilectorum accedente consilio; Auctoritate Romana Regia, ac de certa nostra scientia, ipsi Civitati, Cremonens. civibus, hominibus, & populo ibidem, eorumque heredibus & successoribus infra scriptam gratiam duximus faciendam: Ut in eadem civitate Cremonen. Studium generale Sacræ Theologiæ, utriusque Juris, videlicet tam Canonici, quam Civilis, nec non Medicinæ, Philosophiæ naturalis & moralis, ac artium liberalium erigatur, & ex nunc in antea perpetuis temporibus observetur: Quod quidem studium, ejusque Præsidentes, nec non Rectores, Doctores, Baccalarios, Officiales, atque ministros, famulos, & familias eorum, ac cujuslibet illorum, quocunque nomine censeantur, qui fuerint per tempora, cujuscunque dignitatis, status, ordinis, seu conditionis prædicti eorum omnes extiterint, atque singuli, omni eo privilegio, libertate, immunitate, indulto, & gratia, quibus Parisiens. Bononiense, Aurelianens. ac Montis Pesulan. studia generalia gaudere noscuntur, & potiuntur, hujus nostræ concessionis gratia perfrui semper volumus, potiri, & gaudere, ac si privilegia, libertas, immunitas, & indultum, ac gratia hujusmodi præsentibus de verbo ad verbum essent inserta; Decernentes & hac nostra concessione Romana Regia perpetuis valitura temporibus, ex certa scientia ac Romanæ Regiæ potestatis plenitudine sancientes, ut prædicta civitas Cremonæ præsenti nostra Romana Regia concessione fulcita, & protecta generalis studii gratioso præmio, & singulari bravio gaudeat & utatur: Possitque Episcopus Cremonens. qui nunc est, aut qui pro tempore erit, per se, vel ejus Vicarium, aut ejusdem Episcopi Locumtenentem, vel Ecclesia Cremonensi vacante, aut Pastore carente, Vicarius, seu Officialis Capituli Ecclesiæ Cremonens. cum consilio, & consensu Doctorum & Magistrorum studii memorati, servatis modo, forma, & ordine, qui in talibus, in prædictis generalibus studiis, & aliis consueverunt laudabiliter observari, illos quos ad hoc idoneos, & dignos invenerint, legendi licentiam indulgere, & studioso seu digno præmisso examine licentiare, & ad Doctoratus seu Magistratus apicem provehere, & promovere, honorem cathedræ, & Doctoratus seu Magistratus, ac aliorum graduum insignia rite conferre, & de hiis solemniter investire. Ceterum ut Scholares, & Studentes, ac eorum quilibet studii prædicti, tanto uberius valeant Litterarum studiis insudare, quanto a molestiarum, & turbationum impetu, ac incursionibus uberius liberati, ampliori fuerint libertate de Romana Regia benignitate fulciti. De innata itaque nobis clementia Rectores, Doctores, Scholares, seu Studentes Universitatis ejusdem studii, universos quoque & singulos eorum, & cujuslibet ipsorum familiares, famulos, & ministros: Nec non scholas & eorum habitacula, sive hospitia in examen nostrum, ac Sacri Romani Imperii protectionem, tutelam, ac defensionem suscepimus, & suscipimus per præsentes. Insuper ex certa nostra scientia decernentes, volumus quod omnes, & singuli Doctores, ac Scholares, cujuscunque scientiæ, ac facultatis, ac Bidelli dicti studii Cremonens. seu ad dictum studium Cremonens. accedentes causa ibidem legendi, aut studendi, possint & valeant cum eorum familia, equis, & armis, arnesiis, libris, rebus, & bonis, ac mercimoniis sibi necessariis, quibuscunque libere, tute, secure, & impune accedere ad dictum studium, & transire, morari, & inde redire, per quæcunque loca, & in quibuscunque locis, absque sumptione & solutione Telonei, Dacii, tributi, pedagii, gabellæ, costumæ, & alterius cujuscunque oneris, seu impositionis genere inde factæ, seu fiendæ; possintque extrahere libros cujuscunque facultatis, & res alias a quibuscunque civitatibus, locis, & districtibus ubi fuerint studia generalia, vel etiam ubi non fuerint. Non obstantibus aliquibus privilegiis, statutis, seu ordinationibus, capitulis, seu consuetudinibus, franchisiis, & libertatibus, ac represaliis, seu impignorationibus & contracambiis, quibusvis, cujuscunque Provinciæ, Patriæ, Civitatis atque loci quacunque auctoritate etiam Imperiali vallatis aut aliter emanatis, ac roboratis, etiamsi de his esset fienda in hujusmodi indulto mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostram gratiæ, concessionis & indulti paginam infringere, aut eis ausu temerario contraire. Siquis autem contrarium attendare præsumpserit, bannum Imperiale, & pœnam centum Marcharum auri puri, totiens quotiens contrafactum fuerit, se noverit incursurum. Dat. &c.

XXV.

Tabula fœderis sanciti inter Carolum VII. Galliæ Regem, & Philippum Mariam, Ducem Mediolani, in Castro Habeatisgratis, d. d. 14. Februarii, An. 1424.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Quanta & quam magna dilectio & indelebilis amicitia fuerit inter Serenissimum Principem & Christianissimum & Excellentissimum Dominum, Dominum Carolum, nunc Regem Francorum, suosque progenitores, & Illustrissimum Principem, & Excellentissimum Dominum, Dominum Philippum Mariam Anglum, Ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitem, & Januæ Dominum, progenitoresq; suos retroactis

retroactis temporibus enutrita, & quam etiam cultus amoris scilicet & sanguinis vinculum firmavit & radicavit, non expedit memorare. Tanta enim & sic altisona diu fuit illa præfatorum duorum benevolentia & conjunctio sanguinis & amoris, ut facilius ab hominum mentibus comprehendi possit, quam ulla ratione, aut literis explicari. Et quia tanti Principes & Domini cupiunt nec immerito antequam amoris & generis unitatem puro & sincero mentis affectu consistere, imo verius augeri, altissimo concedente; pateat universis & singulis hanc paginam inspecturis, quod anno a nativitate Domini 1414. indictione 2., secundum stilum & consuetudinem Mediolani, die Jovis XVII. mensis Februarii, Reverendus in Christo Pater, & Dominus, Dominus Artandus, Abbas monasterii Sancti Antonii, Viennensis diœcesis, procurator & procuratorio nomine prælibati Domini Regis, secundo Advocato, Venerabili Magistro Petro Saluage juxta tenorem regii mandati infrascripti, de cujus mandato constat litteris patentibus ejusdem Domini Regis Sigillo Regio pendenti munitis ibidem lectis, ostensis & visis infra scripti tenoris pro præfato Domino Rege & nomine suo, & nomine & vice filiorum & hæredum suorum, & pro omnibus civitatibus, terris, castris & locis, quas & quæ idem Dominus Rex, & ejus filius Dalphinus tenent & possident, & eos tenere & possidere in futurum continget, nec non pro omnibus subditis & fidelibus, quos idem Dominus Rex habet & in futurum habebit, pro hominibus quoque adhærentibus & colligatis ejus inferius declaratis parte una: Et spectabilis Conradinus de Capitaneis de Vicemercato, natus quondam nobilis, & egregii Domini Thomæ Civis Mediolani, portæ Cumanæ parrochiæ Sancti Thomæ in terra mara, Consiliarius ac Secretarius præfati Domini Ducis, ut constat publico instrumento illius mandati hodie paulo ante per me Notarium infrascriptum confecto tenoris infrascripti, pro se ipso, Domino Duce & nomine suo, ac nomine ac vice filiorum & hæredum suorum, seu illius quem legitimaverit & habilitaverit, aut legitimabit, & habilitabit ad ejus successionem, aut hæreditatem, de cujus quidem legitimatione & habilitatione facta, vel fienda per præfatum Dominum Ducem constabit publico & authentico documento, Sigillo suo magno Ducali sigillato, ac pro omnibus civitatibus, terris, castris, & locis, quas & quæ tenet & possidet & eum tenere & possidere in futurum continget, nec non pro omnibus subditis & fidelibus, quos idem Dominus Dux habet, & in futuro habebit, pro omnibus quoque adhærentibus & colligatis ejus inferius declaratis parte altera. Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei & totius Curiæ cœlestis, ad honorem, conservationem & bonum præfatorum Dominorum Regis & Ducis, ac eorum ac utriusque eorum Dominii & Status harum serie fecerunt, inierunt, celebrarunt & concluserunt, & faciunt, iniunt, celebrant & concludunt bonam, veram, firmam, realem, solidam & perfectam ligam, confœderationem, unionem & compositionem & quicquid melius dici, esse, & censeri potest, invicem, & inter se duraturam, & incorrupte, bona fide, & sine fraude per & inter eosdem Dominos Regem & Ducem his modis & nominibus, quibus supra colligatos servandam hinc ad annos centum proxime futuros sub modis, formis, tenoribus, pactisque inferius annotatis:

Videlicet,

Quod prædicta liga, confœderatio, unio & compositio facta sit, & intelligatur modis & nominibus, quibus supra, habendo & tractando hinc inde amicos quoscunque pro amicis, & inimicos quoscunque pro inimicis, qui quidem amici pro amicis & inimici pro inimicis habendi intelligantur de & pro iis omnibus, qui vivere & mori possunt, excepto Domino nostro Papa.

Item quod si quis præfatorum Dominorum quidquid senserit eveniens, aut evenire volens in sinistrum, & ad incommodum alterius quomodocunque & undecunque, id statim ille sic alteri revelabit, & obviabit pro posse, ne id fiat, totoque posse suo proteget & conservabit honorem, statum, & commodum alterius, & e converso insuper si grande aliquid perceperit salutiferum statui & dominationi alterius, ille sic percipiens aperiet & nuntiabit alteri omnia, intererit, quam celerius & quam efficacioribus & honestioribus modis poterit, & sic e contra.

Item quod si alter præfatorum Dominorum indegeat & requirat alterum pro missione gentium in subsidium illius indigentis & requirentis, ut supra, teneatur ille alter Dominus requisitus sibi requirenti mittere & præstare quæcunque possibilia subsidia & favores, tam in gentibus, armigeris, quam in quibuscunque aliis subsidiis necessariis.

Item quod uterque Dominorum præfatorum conducere possit ad sua servitia & stipendia gentes armorum tam equestres, quam pedestres de territorio, & per territorium alterius & suorum hinc inde colligatorum, deinde gentibus illis taliter conducendis patientiam, & liberum transitum ac victualia necessaria sumptibus tam conducentis, & conducere volentis ut supra; hoc tamen intellecto quod neutra prædictarum partium possit aut debeat quovis modo tentare ad sui servitia firmare, nec aliquatenus firmare, aut conducere gentes aliquas armigeras, equestres, seu pedestres, quas altera pars ad sui servitia & stipendia haberet, vel cassaret sine licentia & beneplacito partis illius ad cujus servitia, vel stipendia essent, & vel quæ illas cassasset.

Item quod simili alterius ex præfatis Dominis non permittantur adducere ad eorum servitia de territorio, nec prope territorium alterius Domini & ejus colligatorum, aliquas gentes armorum equestres seu pedestres.

Item quod si contingeret alteram partium prædictarum cassare ex suis servitiis & stipendiis

diis aliquos armigeros, equestres, teneatur ipsa pars adjuvare dictos armigeros sic cassatos seu cassandos de non veniendo quovis modo directe, vel per indirectum ad offensas, & damna alterius partis infra annum unum, a die cassationis proxime secuturo, & si tales gentes cassæ, seu cassandæ, ut præfertur, vel aliquæ earum extra facerent & venirent ad offensas dictæ alterius partis, quod pars prænominata, quæ illas cassaverit, teneatur facere & agere toto suo posse contra ipsas sic contrafacientes & venientes ad offensas ut supra.

Item, quod altera prædictarum non possit ad aliquam quamvis pacem, seu concordiam, aut quodvis concordiæ genus evenire cum aliquo quovis Principe, Domino Domino, aut quavis persona cujusvis Sratus, præeminentiæ & dignitatis existant, in quam, vel in qua non includatur pars altera, modis & formis rationalibus & convenientibus.

Item, quod uterque præfatorum Dominorum teneatur præsentem ligam, confœderationem, unionem, & compositionem & omnia & singula in præsenti instrumento ratificare, infra menses sex proxime futuros per publica documenta sigillis magnis utriusque præfatorum Dominorum munienda congrue referendo adhærentes vero & colligas prælibati Domini Regis, de quibus supra fit mentio, sunt ii, videlicet Rex Hispaniæ, Rex Scotiæ, Ludovicus Rex, Dux Aurelianensis, Comes Angolesmensis, Dux Borbonii, & ejus geniti, Dux Alenconii, Dominus Regnerius, Dux Barri, Dominus Carolus, patres Regis Ludovici, Comes Arminiaci, Ricardus de Britania, Comes d'Estampes Dominus Dellebreto, adhærentes autem & colligati prælibati Domini Ducis, sunt ii, videlicet, Serenissima Domina Regina Joanna Secunda, Serenissimus Dominus Rex Ludovicus, Illustrissimus Dominus Dux Aurelianensis & Comes Angolesmi, Dux Sabaudiæ, Marchio Montisferrati, Domini Venetorum, Marchio Estens. Dominus Mantuæ. Quam quidem ligam, confœderationem, unionem, & compositionem, & prædicta omnia & singula præfati procuratores dictis nominibus promiserunt & promittunt sibi dictis nominibus vicissim per solennem stipulationem & mihi Notario infra scripto personæ publicæ stipulanti & recipienti nomine omnium quorum interest, & interesse potest & poterit in futurum sub eorum Dominorum Regis & Ducis, & eorum & utriusque eorum bonorum obligatione ac etiam juraverunt & jurant ad Sancta Dei Evangelia in animas præfatorum Dominorum constituentium habita congrua relatione firmiter attendere & observare & nullo tempore contra facere vel venire per se, nec submissas personas directe, nec per indirectum, nec ullo quæsito colore.

Tenor mandati præfati Domini Regis talis est:

CHarles par la grace de Dieu Roy de France, a tous ceux, quy ces presentes lettres verront, salut. Comme nous ayons Intention, & volonté de continuer les ligues, confederations, & amitiés, que les Ducs de Milan ont, & a nos prædecesseurs Roys de France & icelles entretenir avec notre tres cher & aimé Cousin le Duc de Milan, qui est a present, sçavoir faisons que nous confians a plain de ses loyauté, preud'homie, prudence de nostre amé & feal Conseiller & Abbé de Sainct Antoine de Viennois iceluy appellé avec luy, si bon luy semble, nostre amé & feal conseiller Messire Pierre Sauvage, avons commis & deputés, & par ces presentes de notre certaine science commettons & deputons pour aller & eulx transporter de par nous devers nostre dit Cousin de traicter & accorder avec luy Ligues & confederations, pour le bien de nous, de nostre seigneurie, & d'iceluy nostre cousin, & de sa seigneurie pareillement, de traicter & chapitrer sur lesdites ligues & alliance de nostre dit Cousin, ou ses commis & deputés ayans a ce suffisant pouvoir, & de nous obligir a ce ainsy que bon semblera a nostre dit Conseiller l'Abbé de Sainct Antoine, au bien, honneur, & profit de nous, & de nostre dite seigneurie, & a la continuation & entretenement de l'amour de nous, & de nostre dit cousin, & generalement de faire tout ce qu'il verra estre profitable, & necessaire pour conclure & fermer desdites ligues & confederations, lesquelles faictes par iceluy Abbé nous promettons avoir fermes, & agreables, & sur ce donner nos lettres telles & si bonnes qu'il appartiendra. En tesmoin de ce nous avons faict mettre nostre Seel a ces presentes. Donné en nostre hostel de Mehum sur Ciraille le seiziesme Septembre l'an de grace mil quatre cents vingt trois, & le premier de nostre regne; par le Roy en son grand conseil.

Tenor vero mandati præfati Domini anno a Nativitate ejusdem 1424., indictione 2. die 17. Jovis mensis Februarii.

ILlustrissimus Princeps & Excellentissimus Dominus Dominus Philippus Maria Anglus Dux Mediolani & Papiæ, Angleriæque Comes ac Januæ Dominus, natus quondam illustrissimi Principis & excellentissimi Domini, Domini Joannis Galeas Vicecomitis, olim primi Ducis Mediolani & nunc isto momento moram agens in castro Habiatisgrasi Ducatus Mediolani, sponte ac deliberate & ex certa animi scientia, omnique nostro jure vi & forma quibus & prout melius ea validius potuit, ac potest tenore præsentis mandati fecit, constituit, & creavit; facit, constituit & creat suum certum, verum & indubitatum missum, nuntium & procuratorem, & quid melius dici & esse potest spectabilem Conradinum de Capitaneis de Vicemercato, Consiliarium & Secretarium ejusdem Domini Ducis, natum quondam nobilis & egregii Domini Thomæ civem Mediolani portæ Cumanæ parrochiæ Sancti Thomæ in terra mara præsentem, & hoc mandatum sponte suscipientem specialiter & expresse ad faciendum, contrahen-

hendum, ineundum, celebrandum & concludendum pro se, Domino Duce & nomine suo ac nomine & vice Filiorum & hæredum suorum, seu illius quem legitimaverit & habilitaverit, aut legitimabit, aut habilitabit ad ejus successionem & hæreditatem, de cujus quidem legitimatione & habilitatione facta vel fienda per præfatum Dominum Ducem constabit publico & authentico documento sigillo suo magno ducali sigillato, ac pro omnibus civitatibus, terris, locis, & castris, quas & quæ tenet & possidet, & eum tenere & possidere in futurum continget, nec non pro omnibus subditis & fidelibus, quos idem dominus Dux habet, in futurum habebit, pro omnibus quoque adhærentibus & colligatis ejus declarandis ac nominandis per præfatum Conradinum, procuratorio nomine ipsius Domini Ducis instrumento ligæ fiendæ ut infra; & quæ Conradinus de mente & intentione ejusdem Domini Ducis, & plenius informatus cum Serenissimo Principe Christianissimo & excellentissimo Domino Domino Carolo, Rege Francorum, & ejus Procuratore ad hoc speciale & sufficiens mandatum habente, & maxime cum reverendo Patre & Domino, Domino Artando, Abbate Monasterii sancti Antonii Viennensis diœcesis procuratore, & procuratorio nomine præfati Domini Regis pro se, Domino Rege, & nomine suo, & nomine & vice filiorum & hæredum suorum & pro omnibus civitatibus, terris, locis, & castris, quas & quæ præfatus Dominus Rex, & ejus filius Dalphinus, tenent, & possident, & eo tenere & possidere in futurum continget, nec non pro omnibus subditis & fidelibus quos idem Dominus Rex habet & in futurum habebit, pro omnibus quoque adhærentibus & colligatis ipsius Domini Regis nominandis & declarandis pro parte ejusdem Domini Regis in dicto instrumento ligæ fiendæ ut supra & infra, bonam, veram, firmam, realem, solidam, & perfectam ligam, confœderationem, unionem & compositionem, & quicquid melius dici, censeri, fieri & esse potest invicem & per & inter præfatos Dominos Regem & Ducem sic modis & nominibus quibus supra colligendos duraturam & incorrupte ac bona fide & sine fraude per eos Dominos Regem & Ducem servandam hinc ad annos centum proxime futuros, cum & sub modis, formis, tenoribus, capitulis & pactis cum quibus præfatus Conradinus dicto procuratorio nomine Ducali voluerit & de quibus, ac prout sibi videbitur & placebit, & generaliter ad omnia & singula quæ eidem Conradino dicto procuratorio nomine Ducali opportuna, necessaria, utilia & expedientia videbuntur in prædictis omnibus & singulis, & circa prædicta, & quodlibet prædictorum, etiamsi essent talia, quæ mandatum plus speciale deposcerent, vel etiam quæ & manus generalis dici possent & vellent in speciale mandatum verisimiliter non venire, & quæ etiamsi in eis lateat ambiguitas, idem Dominus Dux facere posset, si personaliter interesst, & ad faciendum fieri de prædictis, quodlibet publicum documentum cum promissionibus, obligationibus, pactis, capitulis, juramentis, conditionibus, solennitatibus & clausulis debitis, & de quibus eidem Conradino dicto procuratorio nomine Ducali videbitur & placebit, dans & concedens idem Dominus Dux constituens præfato Conradino constituto in prædictis omnibus nec non in dependentiis & connexis plenius quam generale & speciale mandatum cum plena & libera, generali & speciali administratione & totaliter vices suas, promittens quoque idem Dominus Dux, sub sui & bonorum suorum obligatione, mihi denominato Notario infrascripto personæ publicæ stipulanti & recipienti nomine præfati Domini Regis & omnium quorum interest & interesse potest, & poterit quomodolibet in futurum, ac etiam juravit & qui Dominus Dux ibidem juravit & jurat ad sancta Dei Evangelia manibus tactis scripturis ac perpetuo ratum, gratum, ac firmum habebit & tenebit præsens mandatum, rataque, grata & firma semper habebit quæcunque præfatus Conradinus fecerit, gesserit & concluserit in prædictis, & circa prædicta, & quodlibet prædictorum, & quod non faciet, nec veniet contra prædicta per ipsum Conradinum dicto procuratorio nomine Ducali facienda, gerenda & concludenda, nec per indirectum, nec ullo quæsito colore, & perinde etiam prædicta omnia servabit, ac si ea omnia præfatus Dominus Dux personaliter & irrevocabiliter peregisset & qui etiam Dominus Dux ad cautelam, & ad majorem hujus mandati & gerendorum per ipsum Conradinum virtute hujusmodi mandati firmitatem & validitatem ex nunc ratificavit & approbavit, & ratificat & approbat quæcunque per præfatum Conradinum dicto procuratorio nomine Ducali, ut præfertur, facta, gesta, & conclusa fuerint, & de prædictis sæpe dictus Dominus Dux jussit per me Notarium infrascriptum confici debere publicum Instrumentum, hoc etiam mandati instrumento, & instrumento ligæ fiendæ, ut supra, cum in membrana, seu membranis per me Donatum, Notarium infrascriptum conscripta fuerint, sigillo Ducali pro majori robore muniendis.

Actum in prædicto Castro Habeatisgrassi, præsentibus sapientibus & famosis artium & medicinæ Doctoribus Dominis Magistris Joseph de Castronovali, filio quondam Domini Magistri Florii physici portæ novæ parrochiæ sancti Fidelis, & Joannes Franciscus de Balbis, filius quondam Domini Luchini portæ Vercelinæ parrochiæ sancti Petri intus vineam physicis ambobus medicis præfati Domini Ducis, spectabili Zacharia Rizio, filio Sephani portæ Vercelinæ, parrochiæ monasterii novi, Secretario ejusdem Domini Ducis. Egregiis Georgio, dicto Scaramozia de sancto Georgio filio Dominis, & Silvester de Mangario filio quondam Domini Joannis ambobus Candariis præfati Domini Ducis, & cum eo stantibus, & Zanio de Becario, filio quondam Domini Franciscini portæ Vercelinæ parrochiæ monasterii novi, magistris ducalis Curiæ

riæ omnibus habitatoribus civitatis Mediolani, testibus notis idoneis rogatis, & ad prædicta vocatis, nec non Antoniolo de Mordiegerano filio quondam Domini Petri, & Ludovico de Fayde, filio quondam Domini Joannoli, ambobus habitatoribus terræ Habiatisgrassi, Ducatus Mediolani, præsentibus similiter ad prædicta vocatis, & de prædictis præfati procuratores dictis modis & nominibus rogarunt per me Donatum, Notarium infra scriptum, debere confici publicum Instrumentum.

Actum in Terra Habiatisgrassi, diœcesis Insitus, videlicet in Ecclesia Dominæ sanctæ Mariæ constructæ in dicta terra, præsentibus sapientibus & famosis artium & medicinæ Doctoribus, Dominis Magistis Joanne Francisco de Balbis filio quondam Domini Luchini, portæ Vercelinæ Parrochiæ Sancti Petri intus Vineam, & Stephano Spala, filio quondam Domini Henrici portæ novæ parrochiæ sancti Martini ad insigiam ambobus physicis medicis præfatis Domini Ducis, spectabili Zanino Rizio filio Stephani portæ Vercelinæ, parrochiæ monasterii novi Secretario ejusdem Domini Ducis, Zanino de Becariis quondam filio Domini Francischini dictarum portæ Vercelinæ parrochiæ monasterii novi magister ducalis Curiæ, nobilibus Thoma de la Cruce, filio quondam Francischini portæ Vercelinæ parrochiæ sancti Victoris ad theatrum & Thomejo de Mosuero, filio quondam Domini Guillelmi dictarum portæ Vercelinæ Monasterii novi parrochiæ ambobus Sescalchis præfatæ ducalis Curiæ omnibus habitatoribus civitatis Mediolani, nobili Christophoro de Mirabiliis, filio quondam domini Francisci Castellano castri dictæ terræ habitante in ipso castro, fratre Beraldo de sancto Abono, præceptore sancti Antonii Montisferrandi, fratre Antonio de Crotis, sacrista beatæ Mariæ monasterii sancti Antonii & Guillelmo de Cærario filio quondam Goneti Viennensis diœcesis omnibus testibus notis prædictorum procuratorum dictis nominibus idoneis rogatis, & ad prædicta vocatis, nec non Antoniolo de Madregerano, filio quondam Domini Petri, & Ludovico de Fayde filio quondam Domini Joannoli ambobus habitatoribus dictæ terræ Habiatisgrassi Notariis similiter ad prædicta vocatis.

Et ego Donatus de Cisero de herba filius quondam Domini Marchisii civitatis Mediolani portæ novæ parrochiæ sancti Fidelis publicus Imperiali autoritate Notarius prædictis interfui, & hoc instrumentum ligæ & prædictorum omnium rogatus tradidi, confeci, & subscripsi signumque meum tabellionatus in testimonium præmissorum apposui consuetum, & glosulavi supra manu propria ubi legitur secum advocato venerabili Magistro Petro Salvage juxta tenorem mandati Regii infrascripti.

Scellé d'un Seau pendant a un lien de Soye rouge.

XXVI.

Tabula fœderis inter Philippum Mariam, Ducem Mediolani, ac Pagos Helvetiæ, Tigurinum, Svitiensem, Tugiensem & Glaronensem pacti d. d. 12. Julii Anno 1426.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo quadrigentesimo vigesimo sexto, indictione quarta Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Martini, Divina Providentia Papæ Quinti anno nono die Veneris, mensis Julii duodecima hora nona vel quasi in Capella sancti Stephani Bellin Zonæ in nostrum Notariorum & Testium subscriptorum præsentia, personaliter constitutis Nobili & Magnifico Viro, Domino Zoppo, illustrissimi Principis & Domini, Domini Philippi Mariæ Angli, Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Jenuæ Domini, suæque Ducalis Cameræ Camerario &c. pro eodem Domino Duce, & ejus nomine Procuratore, Nuncio & Ambasciatore ad subscripta plena fulto potestate, prout instrumento publico super eo edito & confecto ac ejusdem Domini Ducis sigillo abintus appresso & communito apparuit evidenter, ex una; & Magnificis, Circumspectis & providis Viris, Heinrico Meis, Magistro Civium, & Rudolfo Stüssi, Consiliario universitatis oppidi Thuricensis, Constantiensis diœcesis; Itel, dicto Reding, Ministro seu Vicario, & Jodoco Roll, Consiliario universitatis in Swiz, Johanne Seiler & Heinrico Hessen, Consiliariis oppidi seu officii Ministerialis in Zug, & Jodoco Schiesser, Ministro seu Vicario universitatis in Clarona, Syndicis & Procuratoribus universitatum, Communitatum & Ligarum Vallium, oppidorum & officiorum Ministerialium jam dictorum, eorumque nominibus, & principaliter etiam per se, cum mandato pleno subscripta ratihabendi & approbandi, pro ut scripto patenti sigillis evidentibus universitatum & Communitatum prædictarum sigillato, claruit manifeste, parte ex altera; ipsæmet partes utrinque, & nominibus quibus supra asserebatur, dicebant, & unanimi voce affirmabant, ac publice cognoscebant, quod super nonnullis dudum exortis dissensionibus, discordiis, diuturnarum guerrarum discrepantiis, disceptatione & quæstionum materiis, certorum Dominorum possessionum, & jurisdictionum merique & misti Imperii, & potestatis gladii temporalis Comitatus Leventinæ, Mediolanensis Castrorum, oppidi & Terræ de Belli Zona, Cirmensis, ac Terræ Vallis & provinciæ Domossulæ, seu Curiæ Maturellæ Novariensis Diœcesarum, eorumque districtuum, pertinentiarum, Vallium, appendiciorum & jurium aliorum quorumcunque occasione, quorum omnium causas & exordia habere volebant pro hic pleniter interfertis partes antefatæ, & inter se utrinque placitis & terminis amicabilibus, diætis tam in Civitate

vitate Sedunenſi, quam alibi ac nunc & noviſſime in oppido Bellinzonæ loco præſcripto uſque modo habitis, & utraque parte ſervatis, & propoſitatis mihi ab utriſque, ac replicatis hinc inde ſingulis & omnibus quæ utriuſque partis exigentiam & neceſſitatem contingere videbantur, & dicebant, ad pacis & quietis commoda amplectenda nunc forent inclinati, & ut ſubintulerint; proinde & attendentes, quam miſerabiliter loca dominiorum, proprietatum, poſſeſſionum & juriſdictionum prædictarum, incendiis, rapinis, depopulationibus inhabitantium illa ſint preſſa, quantaque hominum ſtrage damnabit, damnoſis offenſionibus, & captivatorum utrimque invida exactione, præterea quæ hoc communiter ſolent finaliter concomitari, partes hinc inde & uſque modo ſint afflictæ, hiis ſingulis & omnibus dictæ partes, & earum quælibet ſimiliter ſeparatim, ſolidum cupientes finem imponi, inter ſe inſimul & invicem procuratorio & Syndicario nominibus quibus ſupra omnibus & per ante & uſque in diem datæ præſentium de hac diſceptationum & quæſtionum materia tam in dicta Civitate Sedunenſi, quam locis aliis datis hinc inde, confectis, ſcriptis & edictis literis & inſtrumentis ab eiſdem ex nunc prout ex tunc, & vice verſa, caſſatis, annullatis & irritatis, prout ea voto pari principaliter caſſarunt & annullarunt, tenoribus, vigori & continentiis eorundem penitus hic renunciantes, prout eis expreſſe renunciarunt ſollemni ſtipulatione interveniente, pacis & concordiæ, quietis & commodi, fœdera pepigerint, compoſitionemque plenam inerit, & ſuper punctis, Articulis, Capitulis, pactis & quæſtionibus infra ſcriptis, eorumque inviolabili obſervantia & perpetua pepigerint & convenerint, viique præſentis publici & authentici inſtrumenti ſic tranſigunt, concordias ineunt, paciſcuntur & conveniunt, pacemque inter ſe firmantes perpetuam, & diſcordiis, litibus & diſceptationibus hujuſmodi finem & remiſſionem utrimque facientes & imponentes, de obſervantia inviolabili, ſemper ſtabili, in æternum permanſura ac perpetua punctorum, Articulorum, pactorum & conventionum infraſcriptorum, in noſtris videlicet Notariorum ſubſcriptorum, tanquam perſonarum Authenticarum, manibus, vice & nomine partium utrarumque prædictarum & aliorum quorumcunque ſua in hiis nunc vel in poſterum præſentantium quovis modo intereſſe ſollemniter ſtipulantium & recipientium ſub expreſſa votorum forma, dictus Dominus Ottolinus nomine dicti Domini Ducis, præfati Syndici, Procuratores & Ambaſſiatores Hominum & Virorum ſingulorum communitatum, terrarum, oppidorum & vallium prædictorum, tanquam ab eis ad hoc conſtituti & miſſi, nominibus, bona ſua fide promiſerunt, quod quidem articuli, conventiones, pacta, tranſactiones & puncta, prout à partibus utriſque laudata, approbata, ratificata & inita ſunt, ex earum & utriuſque ipſarum certa ſcientia, ad earum & cujuſlibet ipſarum inſtantem requiſitionem, inſtrumento præſenti ſigillatim & ſpecifice interſerta & interſerti, ſub ſtylo & per modum & formam ut ecce: Primo, prædictæ partes viciſſim hinc inde quælibet pars alteri & ſubditis ejus, coadjutoribus & ſequacibus ac coadhærentibus quibuſcunque remiſerunt & remittunt, vi præſentis publici inſtrumenti, omnia damna, injurias, incendia, homicidia, prædas, invaſiones, offenſiones reales & perſonales, ſpolia, rapinas, & quævis alia damna, rantiones, odia, inimicitias, ſibi mutuo qualitercunque & quomodocunque illatas & factas à toto tempore præterito uſque in præſentem diem, volentes ac expreſſe promittentes dictæ partes, & pro ſe dicti eorum Syndici & Procuratores quod inter eaſdem partes ſit & eſſe debeat bona, perpetua, & modis quibus ſupra inviolabilis pax & concordia, perpetuis temporibus inviolabiliter & in concuſſe duratura, qua ſupra bona fide & ſine dolo & fraude, ac fidei voto, datione & promiſſione firmata, prædictarum partium Syndicos & Procuratores nominibus partium earundem, ſicque partes ipſæ nominibus quibus ſupra pacem & concordiam ineunt, & præſentium tenore ſolemniter firmant, ac per ſuam & cujuſlibet eorum fidem bonam ſolemnizant & promittunt inviolabiliter & inconcuſſe ac in perpetuum, ut ſupra, obſervare: Item præfatus Dominus Ottolinus, Ambaſciator, Nuncius & Procurator dicti Domini noſtri Ducis, pro eoque & ejus nomine, ut ſupra, ac in ſui perſona promiſit & promittit, quod idem Dominus noſter Dux, nec ſui ſucceſſores deinceps perpetuo non movebunt guerram nec aliquam noxiam novitatem dictis quatuor communitatibus, nec earum alteri, nec earum ſucceſſoribus ſubditiſque adhærentibus, complicibus & ſequacibus earum, nec contra ipſarum, vel alicujus earum bona, terras & loca actione quacunque, vel cauſa, nec moventi aut moventibus, cujuſcunque ſtatus, gradus, conditionis vel præeminentiæ exiſtant, præbebunt nec præbere debent receptaculum, tranſitum, victualia, auxilium, conſilium, ſubſidium nec favorem, directe nec indirecte, publice nec occulte, nec alio quovis quæſito colore: & Ambaſſiatores, Syndici & Procuratores dictarum quatuor Communitatum promiſerunt & promittunt vice verſa pro eiſdem quatuor Communitatibus, & qualibet earum, & ſingularibus ipſarum perſonis, conjunctim & diviſim, quod ſimiliter non movebunt dicto Domino Duci, nec ejus ſucceſſoribus, imo nec adhærentibus, ſubditis, complicibus & ſequacibus ejuſdem de cætero, etiam perpetuis temporibus aliquam guerram, nec aliam quamcunque noxiam novitatem, nec contra ipſius aut eorum bona, terras & loca maxime ſupra ſcripta, quavis actione vel cauſa, nec moventi vel moventibus Domino vel Dominis, Communitati vel perſonæ, cujuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, vel præeminentiæ exiſtat, præbebunt nec præbere debent receptaculum, tranſitum, victualia, auxilium, conſilium, ſubſidium nec favorem, directe nec indirecte, publice,

blice nec occulte, nec alio quovis quæsito colore, utrinque tamen honore, auctoritate, & debito sacri Imperii præservatis aliarumque confœderationum juramentorum ligarumque prius initorum, obligamine, ut præmittitur, semper salvis & illæsis, absque omnis sinistræ interpretationis scrupulo: Item Syndici, Nuntii & Procuratores dictarum quatuor Communitatum cum dicti Domini Ducis Nuntio & Procuratore, utrinque nominibus quibus supra ad talem nunc devenerunt & deveniunt conclusionem, pacta & conventiones, quæ ipsi communitati earundem nominibus, in quantum easdem vel earum aliquam concernit, vel contingere posset, conjunctim vel divisim, quoquo modo in futurum sociam perpetuam transactionem, conventionem, pactum & cessionem de prædicto Comitatu Leventinæ, castris, oppido & terra Bellizonæ, ut supra, ac de provincia & valle Donnossolæ seu curiæ matarellæ, de omnibus quoque & singulis ipsorum juribus, actionibus & pertinentiis, dominiis, proprietate & possessione, quæ & quas dictæ Communitates seu eis adhærentes & comparticipes, seu aliqua dictarum communitatum, communiter vel divisim habent, habere possent, seu prætendunt quocunque jure vel titulo, oneroso vel lucrativo, quomodocunque & qualitercunque, & generaliter in & de omnibus vallibus, aliis locis, terris ac jurisdictionibus earumque & cujuslibet earum territoriis & pertinentiis, seu juribus quibuscunque, maxime quæ tenta & possessa fuerunt, vel quasi, citra montes, loco datæ præsentis instrumenti, attento Perillustrissimos & Reverendissimos Dominos Vice-Comites seu Progenitores præfati Domini Ducis moderni ullo unquam tempore præterito vel præsenti; salvis tamen proprietatibus, juribus & actionibus singularium personarum dictarum Communitatum, si quas in dictis territoriis vel in aliquo illorum justo titulo possiderent & habere prætendunt: illa præmissa proportionabiliter eos contingentia totaliter transferunt, cedunt, dant, remittunt pariter & tradunt omni meliori & validiori titulo quo possunt prædicta loca & valles, cum omnibus ipsorum dominiis, pertinentiis, appenditiis & juribus universis, in eundem Dominum Ducem, seu eidem Domino Duci, & ejus hæredibus ac successoribus, aut suo nomine eidem dicto Nuntio & Procuratori & nobis Notariis infra scriptis præsentibus & recipientibus ac sollemniter stipulantibus nomine & ad opus ejusdem Domini Ducis & suorum hæredum, aut quorum interest vel interesse poterit in futurum; asserentes & dicentes iidem Syndici, Nuntii, seu Procuratores Communitatum præfatarum bona fide, quod nullatenus in quamvis personam Dominum vel Communitatem de præscriptis juribus, terris, locis, rebus, vallibus & jurisdictionibus, vel de aliqua earum alienationem, cessionem ac translationem quovis titulo fecerint, nec sibi præcaverint, exceptis bonis Laurentii Ponte: Quod quidem cessionem & translationem, omniaque & singula supra scripta fecerunt & faciunt præfatarum quatuor Communitatum, conjunctim & cujuslibet earum divisim, Nuntius & Ambassiatores, Syndici & Procuratores, nominibus ut supra, præfato Domino Ottolino, nomine & pro parte dicti Domini Ducis & ad ejusdem Domini Ducis utilitatem pro pretio florenorum Rhenensium bonorum & legalium decem & septem millium centum quadraginta quatuor & medii, quos præfatus Dominus Dux dictis quatuor Communitatibus solvere tenetur, & debet expedire modis, formis & temporibus infrascriptis: Primo enim in defalcationem & pro parte solutionis dictæ summæ totalis præfatus Dominus Ottolinus, nomine & pro parte ejusdem Domini Ducis ac de ejus denariis propriis dictarum quatuor Communitatum Syndicis, Nuntiis & Procuratoribus supra scriptis præsentibus & nominibus quibus supra recipientibus bene numeratos, bonos & legales tradidit, numeravit, dedit, exsolvit, præsentialiter & realiter, ac cum effectu assignavit florenorum Rhenensium quinque millia septem centum & quindecim, eisdem Syndicis, Procuratoribus & Nuntiis, ut dicebant, de receptione & solutione tali contentos, eundem Dominum Ottolinum, & in ejus persona dictum Dominum Ducem de tali florenorum summa eis dicto modo soluta præsentialiter & realiter expedita quietantibus, liberantibus & absolventibus, prout hunc Dominum Ottolinum, dicto nomine, & dictum Dominum Ducem sollemni in nostris Notariorum subscriptorum manibus stipulatione necessaria prævia & facta realiter liberant, quietant & absolvunt, cum adjectione pactorum & solemnitatum ad hæc & in hiis necessariorum de contingenti & opportuno: Et in festo Pentecostes statim post præsentis instrumenti datam venturo, ac infra quindenam post adstatim omni cessante dolo residuum dictæ summæ totalis absque omnis impedimenti scrupulo & sine contradictione, vel in Civitate Mediolanensi, vel in Ayrolo, ad placitum dictarum quatuor Communitatum solvere & tradere tenetur, cum effectu & recipiendi solutionem hujusmodi expensis suis & periculo salvos illæsos & securos cum soluto per loca, terras, dominia, valles & fortalitia Ducalia vel Ducalis obedientiæ usque ad loca & limites Communitatum prædictarum conducere, cum & sub tali conditione, si ipse Dominus Dux dicto in termino & altero dictorum locorum præfatam florenorum summam solvere distulerit & neglexerit, ut præfertur, quod ex templo ipso facto incurrat pœnam dupli, & quod dictæ quatuor Communitates tam pro summa florenorum principali tunc non soluta quam pro pœna dupli possint, & valeant propria sua auctoritate, absque juris requisitione, convenire & arrestare, seu sequestrare ubilibet bona dicti Domini Ducis Mediolanensis & subditorum ejus, usque ad solutionem principalis & pœnæ dupli aut expensarum hujus occasione factarum per eosdem, remanentibus nihilominus firmis præsentibus pace & concordia, omnibusque

busque supra & infra scriptis articulis & punctis in perpetuum duraturi, absque dolo; pro uberiori tamen cautela præmissorum præfatus Dominus Dux per medium dicti Domini Ottolini, Procuratoris & Nuntii sui ad præ- & subscripta, videlicet si promissa secundæ summæ florenorum solutio dictis quatuor Communitatibus, in dicto termino fieri debita retardaret, obligat sua & subditorum suorum omnia bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura ubicunque & in quibuscunque locis existentia pro plena præmissorum satisfactione, ut supra: Item dictæ quatuor Communitates & personæ singulares earundem tenentur & debent in ultimo solutionis termino dictorum florenorum in loco solutionis eorundem eidem Domino Duci, seu ejus Procuratori ac Nuntio, dare & tradere omnes & singulas literas scriptas & instrumenta, jura & monimenta & pactiones, si quas habent in locis, Castris, Oppidis, Terris & Vallibus ac bonis antescriptis, præcipue Privilegia & Literas Serenissimi Domini Regis Romanorum Donationis, Confirmationis, Cessionis & Investituræ prædictarum Terrarum, vallium & locorum, si eas habent, & si quæ literæ aliæ vel instrumenta dictum negotium, de quo orta est questio, concernentia imposterum reperirentur, pro cassis, inde irritis & nullis in judicio & extra haberi debent, teneri & reputari, prout & dictarum quatuor Communitatum Nuntii, Syndici & Procuratores hæc omnia & quælibet alia instrumenta & privilegia dictum negotium duntaxat concernentia ex nunc, nominibus ut supra, cassant, irritant, invalidant & annullant, eorum continentiæ & vigori expresse & per omnia renuntiantes: Item dictarum quatuor Civitatum, & cujuslibet earundem, conjunctim & divisim, Syndici & Procuratores ex certa scientia & bene deliberati, nominibus ut supra, liberant & absolvunt omnes & singulos præfati Domini Ducis subditos, & maxime prædictarum Vallis Leventiæ, Terræ Belliozonæ & Vallis Domiossullæ, & pertinentiarum ipsarum, ab omnibus processibus, promissionibus, juramentis, fidelitatibus, obedientiis, condemnationibus, homagiis atque mulctis, ac ab omnibus obligationibus, quibus tenerentur, & quomodolibet obligari, dici & excogitari possint, proportionabiliter ipsis quatuor Communitatibus, seu eorum officialibus ac singularibus personis ipsarum ipsos processus, promissiones, juramenta, homagia, fidelitates, obedientias, obligationes, condemnationes atque mulctas annullant & irritant, & pro nullis habere promittunt & volunt & intendunt, & maxime illas obligationes & instrumenta, quibus se obligarunt Commune & homines ac singulares personæ Domiossulæ, vel locorum prædictorum & pertinentiarum, hominibus dictarum quatuor Communitatum ac singularibus personis earundem, vel cuilibet ipsarum, pro sua portione, causa, & occasione emtionum seu alienationum bonorum, rerum & jurium hominum Domiossullæ & præfatorum locorum, tanquam rebellium vel non obedientium eisdem Communitatibus vel officialibus eorundem, salvo tamen si instrumenta & obligationes hujusmodi forent & essent ex causæ mercantiæ, vel alio justo, vero ac legitimo titulo seu contractu vel quasi sonantia: Item quod prædictæ quatuor Communitates & omnes mercatores homines & singulares personæ earundem & cujuslibet earum, per decem annos continuos sese sequentes immediate ab hodierna die qua præsentis instrumenti data conscribitur computandos transeuntes seu transituræ merces vel per pedes, per passus & vias Vallis & Comitatus Leventinæ, terræ Bellizonæ, Comitatus Cumarum, & per viam Varesii usque Mediolanum, exclusive tam in civitate Cumarum, quam in Varisio & locis aliis prædictis, excepta ipsa civitate Mediolani, in qua cesset omnis exceptio, stando, mercando, ibi veniendo & inde recedendo, quotiens in dicto decennii spatio cuilibet mercatorum & hominum ac personarum prædictorum opus fuerit, sint & esse debeant cum eorum & cujuslibet eorum mercantiis, mercimoniis, rebus & bonis, in quo vel quibus stetur conducentium vel conducentis juramento, ut fraus omnis evitetur, ab omnis datii, gabellæ, pedagii & tributi solutione, præfati Domini Ducis & ejus Ducalis Cameræ nominibus exigendi in dictis passibus, oppidis & locis usque Mediolanum, exclusive ut supra, salvi, liberi, tuti, immunes & securi, excepta solutionis exactione datiorum & pedagiorum nobilium de Ruschonibus, Comitum vallis Lugani, ad quorum datiorum & pedagiorum præfatorum Comitum solutionem pro dictis mercantiis præfatæ Communitates, & quælibet earum, teneantur indistincte & omni exceptione sublata; quo quidem decennio effluxo dictarum quatuor Communitatum homines, mercatores & personæ solvere teneantur pedagia, gabellas & tributa præfato Domino Duci & in ejus Dominio, quæ & prout solvi sunt solita tempore nunquam delendæ memoriæ quondam illustrissimi Domini nostri primi Ducis Mediolani, & non aliter nec alio modo, salvis semper prædictis datiis & pedagiis præfatorum Nobilium Ruschonorum, quæ in hoc capitulo comprehensa non sunt nec esse intelliguntur: Item debita & credita mutuo contracta & facta per singulares personas ambarum partium tam tempore guerræ quam ante, & actiones, de quibus legitime constabit per authentica instrumenta seu literas alias tam latinas quam almanicas, aut per alias legitimas probationes & testimonia exigi possint hinc inde, & quod judices & justitiarii ambarum partium debeant justitiam super præmissis debitis, creditis & actionibus summarie & de plano sine strepitu & figura judicii, non loci consuetudine, sed sola veritate inspecta, administrare, alioque Capitulo præcedenti consimilem tangente materiam in suo robore permanente: Item quod captivi hinc inde detenti inter partes principales prædictas statim

ſtatim libere & ſine redemtione & expenſis ſolvendis dimittantur & relaxentur, ut ad eorum propria revertantur, cum effectu: Item quod prædictæ partes & utriusque ipſarum dictis modis & nominibus ſubditi adhærentes, ſequaces & comparticipes in diſtrictibus partium utrarumque, citra & ultra montes, ire, ſtare, morari, habitare, converſari, mercari, emere, vendere & ad propria remeare posſint, rebus & corporibus omnium eorundem ex utraque parte ſalvis & in bona ſecuritate præſervatis, tute, libere & impune, ita quaſi & quemadmodum dictæ guerræ & inimicitiæ vel offenſæ nunquam viguiſſent per & inter partes antetactas: Item in eventum, in quem, quod procul abſit, in dominiis, terris, diſtrictibus & locis unius partium prædictarum quisquam mercatorum & hominum aut perſonarum ſubditarum, adhærentium, comparticipum & ſequacium alterius partis ſpoliatus, aut rebus & mercantiis ſuis deſtitutus fuerit, quomodocunque id evenerit, huic pars illa, in cujus dominio, terra, diſtrictu vel loco hujusmodi, in quo exceſſus vel facinus hujusmodi fuerint perpetrata, ſpolium hujusmodi & ablata quælibet plene reſtituere, & inde de perpetranti talia, in quantum poteſt, & bona fide, prout viſum fuerit, judicare, disſimulationis dolo & fraude ſublatis, & ceſſantibus quibuscunque promiſerint & promittunt: Denique dictarum partium Syndici, Nuntii & Procuratores quibus ſupra nominibus, pro utrisque prædictis partibus, earum hæredibus & ſucceſſoribus & ſingularibus perſonis earundem, conjunctim & diviſim ſibi vicisſim ſollemni interveniente ſtipulatione eorum bona & ſincera fide, in quantum partium jam dictarum quamlibet concernit & tangit, ſub obligatione omnium bonorum earundem, mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, omnia & ſingula ſuperius narrata, concluſa & ſcripta ſe velle habere firma & valida, perpetuoque obſervare & non contrafacere, opponere vel venire, per ſe vel per alium, aliqua cauſa vel ingenio, de jure vel de facto, in judicio nec extra, directe vel indirecte, nec alicui contrafacere & vel opponere volenti aliquatenus conſentire, renuntiando Nuntii & Procuratores & Syndici præfati dictis nominibus, per fidem ſuam ut ſupra, omni exceptioni doli mali, vi, metus, & omni alteri circumventioni, privilegio, conſuetudini vel ſtatuto, juri canonico & civili, ſpecialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis: nosque Johannem Steffani de Thurego & Anthonium de Gormano, Notarios publicos infra ſcriptos, & utrumque noſtrum in ſolidum, ut de præmisſis unum vel duo, publicum ſeu publica conficeremus Inſtrumentum & Inſtrumenta, omni, qua poterant inſtantia requiſiverint. Nos igitur Syndici, Nuntii, ſeu Procuratores dictarum quatuor Communitatũ de Thurego, de Swiz, de Zug, & de Glarus, nominibus quibus ſupra præſentem & ſupra ſcriptam concordiam & pacem nec non omnia & ſingula ſuperius acta & narrata laudamus, approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Et in teſtimonium omnium præmiſſorum Nos Syndici & Procuratores præfati, conjunctim & diviſim, quilibet pro ſua Communitate, a qua miſſus eſt, pro nobisque & omnium noſtrum ſucceſſoribus, dictorum quatuor Communitatum ſigilla præſentibus duximus appendenda, ſignorumque & ſubſcriptionum Notariorum ſubſcriptorum munimine obtinuimus roborari: Ego quoque Ottolinus Zoppus, memorati Domini Ducis in facto præſenti Procurator, Nuntius ſeu Ambasſiator, ejusdem Domini Ducis nomine, & pro eo ſuisque ſucceſſoribus, ſubditis & adhærentibus quibuscunque, præſentem & ſupraſcriptam concordiam & pacem, nec non omnia & ſingula ſuperius acta & concluſa & narrata laudo, approbo & præſentis inſtrumenti patrocinio corroboro, ſecundum eorum continentiam & tenorem, & in teſtimonium omnium præmiſſorum & robur perpetuæ firmitatis, juſſu & permisſione & de voluntate dicti Domini Ducis, ejus ſigillum Ducale præſenti inſtrumento publico duxi appendendum ſignorumque & ſubſcriptionum Notariorum ſubſcriptorum appoſitione obtinui roborari. Acta ſunt hæc Anno Domini, Indictione, pontificatu, menſe, die, hora & loco prædictis, præſentibus ſpectabili & egregio, Ambale Angeſola, nato ejusdem ſpectabilis & generoſi militis, Domini Ugolini, Capitaneo ſupraſcriptæ Terræ Bellinzone, Egregiis, Alberto Ruſcha de Cumis, filio quondam Domini Ronizia, Georgio Ruſca de Cumis, filio quondam Domini Marcoli, Johanne Ruſca de Cumis, filio quondam Domini Mareoli, Johanne Ruſca de Cumis, filio quondam Simonis, & Johanne Ruſca de Cumis, filio quondam Mareoli, & Juſto dicto Ruſinno de Molo, filio quondam Domini Ottinali, Johannolo de Mogoria, filio quondam Donati, Zanino de Gorenzano, filio quondam Michaelis, Maſiolo Ruſcha de Cumis, filio quondam Anthonii, Luchino de Cornibus, filio quondam Franciſchini & Thonieno de ſancto Nazario omnibus habitationibus Terræ Bernizonæ notis, Johanne Svvend, Ludvvico Höeſch, Henrico Blättſcher, Ulrico Lillin, Johanne Abiberg, teſtibus ad præmiſſa vocatis idoneis & rogatis; & Luchino de Campo, filio quondam Domini Martini, & Vincentio de Caldrionibus, filio Chriſtoferi habitatoribus Berinzonæ, Notariis ſimiliter ad præmiſſa vocatis &c.

Et ego Johannes Stephani de Thurego, Clericus Conſtantienſis Diœceſis, publicus Imperiali Auctoritate Notarius juratus, quia præmisſis omnibus & ſingulis, dum, ut præmittitur, agerentur a partibus utrisque & fierent, una cum Anthonio de Sormano, ſimiliter auctoritate Imperiali Notario ſubſcripto, & prænominatis Notariis & teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi: Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum dicti Anthonii manu ſcriptum una cum eodem etiam in ſolidum exinde

inde confeci & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine ac subscriptione subscriptis Antonii, signum, nomen & subscriptionem manus meæ solita & consueta huc apposui. In fidem & testimonium præmissorum instanter requisitus, rasuram vero seorsum numerando, in quinta decima & sexta decima lineis apparenter factam, non ex errore vel vitio, sed simplici inadvertentia scribentis commissam, hic approbo cum scribente eandem Connotario meo infra scripto.

Ego Anthonius de Gormano, Filius quondam Domini Ambrosii, Civitatis Mediolani, Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Bartholomæi intus, publicus Imperiali Authoritate Notarius hoc præsens publicum instrumentum una cum præfato Venerabili Domino Jahanne, similiter Imperiali auctoritate Notario, & in solitum rogatus tradidi, scripsi & subscripsi, rasuramque insertam, de qua in subscriptione præfati Domini Joannis, ut supra fit mentio, approbo, signumque meum Tabellionatus apposui in testimonium præmissorum.

XXVII.

Tabulæ fœderis inter Eugenium IV. Pontificem Maximum & Philippum Ducem Mediolani initi, d. d. 4. Non. Maji An. 1445.

Ad perpetuam rei memoriam.

PRimo promittit Dux, tanquam devotus filius noster & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ pro se, recommendatis vassallis, subditis, capitaneis, ductoribus gentium armigerarum, quocumque nomine censeantur, gentibus armigeris, ac terris suis, non offendere per rectum vel indirectum, palam vel occulte, per se vel alium, Statum nostrum & Romanæ Ecclesiæ aliquo quovis modo, vel colore quæsito: neque præstabit auxilium, consilium, vel favorem quoquo modo offendentibus, vel turbantibus, aut offendere, vel turbare volentibus nos, aut Statum Ecclesiæ præfatæ. Item promittit præfatus Dux, quod juvabit nos cum potentia sua & gentibus armorum ad recuperationem civitatis nostræ Bononiæ, & quarumcumque aliarum terrarum, quæ ad Ecclesiam prædictam spectarent, & quæ nobis viderentur esse acquirendæ, vel recuperandæ. Item promittit Dux præfatus ad requisitionem nostram facere realiter, & cum effectu contra quamcumque, seu quascumque personas & communitates, vel potentias, & habebit amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis; & quod nos juvabit cum gentibus armorum, statu, potentia, & omnibus viribus suis pro conservatione Status nostri temporalis; excepto charissimo in Christo Filio nostro, Alfonso, Aragonum, &c. Rege illustri, cum quo, cum ipse Dux nonnullas intelligentias & conventiones habeat, non vult, quod ob has nobiscum conventiones, illis quovis modo derogetur, vel derogatum esse intelligatur: salvo quod, si ipse Rex inciperet offendere nos & ecclesiam Romanam; tunc & eo casu promittit præfatus Dux facere contra Serenitatem suam ad requisitionem nostram cum gentibus ac in omnibus & per omnia, ut supra dictum est.

Versa vice nos, tanquam Jesu Christi vicarius, promittimus pro nobis, & ecclesia ac vicariis recommendatis, vassallis, subditis, capitaneis, ductoribus gentium armigerarum, quocumque nomine censeantur, gentibus armigeris ac terris nostris & ecclesiæ non offendere, nec offendi facere, nec permittere, per rectum vel indirectum, palam vel occulte, per nos, vel per alium Statum præfati Ducis quovis modo vel colore; immo habebimus ipsum in præcipuum filium, atque eum tractabimus, tractarique permittemus, & faciemus ab omnibus nostris prædictis, ut supra, ea affectione & charitate, qua decet bonum patrem tractare bonum filium, ac fidelem servitorem suum & ecclesiæ & catholicum Principem Christianum; neque præstabimus, neque præstari faciemus, neque permittemus per nostros, ut supra, auxilium, consilium, vel favorem quoquomodo offendentibus, vel turbantibus, aut offendere vel turbare volentibus statum præfati Ducis; Et eo casu, quo contingeret aliquem ex prædictis vicariis recommendatis, &c. ut supra, facere contra præfatum Ducem, cum persona, statu, & facultatibus nostris fecimus contra illos tales realiter & cum effectu, tanquam contra rebelles nostros & ecclesiæ Romanæ, quo ad terras & loca, quæ præfati tenent nomine nostro, & ecclesiæ prædictæ. Item promittimus quod non dabimus auxilium, consilium, vel favorem per rectum vel indirectum, palam vel occulte alicui volenti facere contra præfatum Regem Aragonum, &c. ipso Rege adversus nos & Statum nostrum non faciente contra debitum suum. Item suscipimus præfatum Ducem & Statum suum in nostram protectionem, promittimusque tractare & habere res & bona ipsius Ducis tanquam catholici Principis, ac boni & dilecti filii nostri & ecclesiæ Romanæ. Item promittimus si contingat nos facere pacem, treugam, intelligentiam, vel conventionem aliquam in ea includere ipsum Ducem tanquam receptum in protectionem nostram. Item conventum est inter nos & ipsum Ducem, quod eo casu, quo aliquando contingeret aliquem ex prædictis vicariis, officialibus vel recommendatis, &c. ut supra dictum est, ab ipso Duce offendi; tunc non teneamur facere contra illum taliter offensum & se defendentem vigore capituli superioris, sed stare indifferens; nec propterea intelligatur alicui istorum casuum, nec per nos, nec per præfatum Ducem taliter offendentem, ut supra, esse contrafactum in aliqua parte huic intelligentiæ, vel capitulis. Dat. Romæ apud S. Petrum IV. non. Maji MCCCCXLV. anno XV.

XXIIX.

Tabulæ fœderis inter Galeatium Mariam, Ducem Mediolani, ac Pagos Helvetiæ, Tigurinum, Bernensem, Lucernensem, Uraniensem, Svitiensem, Subsylvaniensem, Tugiensem & Glaronensem pacti, d. d. 14. Augusti An. 1466.

CHristi Geburt nach gezält 1466, vff vnser Frauwen Abend Assumtionis den 14ten Augustj, hat Herr Galeatze Maria, Hertzog zu Meyland, durch den Hochgeboren Doctor Antonj de Bassana seinen Räht, und andere seine Bottschafften zu Lucern, mit der Acht alten Orthen, als Zürich, Bern, Lucern, Vrj, Schwytz, Vnderwalden, Zug, und Glaris, Boten disse nachgeschribnen fründtliche Vereinigung und Capitel angenommen vffgericht und besiglet, vff solche Form: Zum Ersten ist beredt von des Lands und Thal Liffinen mit aller Herrschafft, Zinssen und Nutzungen wie und wass zu dem Wältlichen Schwert gehört, und vnser Eydtgnossen von Vri dass bisshet jngehept und genossen hand, sol der Obgenant Fürst alsso von den Ordinarien empfahen, vnd dan sölichs den obgenannten von Vrj, über vnd für eigen geben. Alsso dass daselbig Thal, wie obstaht denselben vnsern Eydtgnossen zu Ewigen Zyten zugehören vnd blyben sol, von den obgnanten Hertzogen und der Hertzogin Blanke Maria Ihren Erben vnd Nachkommen, dem Ordinarien und synen Nachkommen vnd von sunst mercklichen vngesumbt und vngehindert.

Item und von solicher Vbergebung und Freyheit Fürst und Fürstin umb des Lands Liffinen wegen gethan und erzeügt hand vnssern Eydtgnossen von Vrj für die Nütz und Zinss, so im Land Liffinen Inen Jerlich fallend und werdend, dem obgnanten Fürsten Galleatz Maria jerlich vnd ewigklich gäben vnd antworten gen Meyland in die Stadt, vier Habich, vnd ein Neüws Armbrust, nach Jrer Vernunfft und Verstendnus, dahin senden, vnd Presentieren und söllend solch obgnant gaben, dem Herren von Meyland geantwort und geschickt werden, in der Zyt zwüschent St. Johanns Tag zu Sunnen Wenden und Sant Laurentzen Tag; Alsso dass sy vor St. Laurentzen Tag geantwort syn söllend.

Item so dann von der Jahr Zeit Zinss vnd Gült wegen, so dann die Geystlichkeit berürth, als dann dj Ordinarien der Hohen und Loblichen Stifft der Kilchen vnser lieben Frauwen zu Meyland, vermeind zu haben vff dem gemeinen Land und Thal Liffinen oder vff sondrigen Persohnen, oder Gütern, und die von Liffinen vermeinend Jnen sölichs zuthun nit gichtig oder pflichtig zu seyn, Ist alsso abgeredt.

Dass die Ordinarien einen, vnd die von Liffinen auch einem nemmen vnd kiessen söllend, dieselben zwen Mann, dj dann alsso genommen und erwelt werdend, die söllend dan vff die Stöss kerren, da Red vnd Widerred vnd Kundtschafft jnnemmen, und wass die vssprechen, dass die von Liffinen den Ordinarien geben söllend, da by sol es blyben. Wurdend aber dj zwen nit eins, so sol und mag der Fürst den dryten ervvehlen, in den syben Orten der Eydtgnoschafft, doch einer der ein erbarer Eydtgnoss und des Rähts sey, denselben sollend die drey sament sprechen, vvass der Fürst dem Ordinarien geben sol, vnd vvass auch die von Liffinen den Ordinarien geben sollend. Hettend auch dvvederer Theil es syend die Ordinarien oder Liffinen an den anderen zusprechen, alss von verlegner und verseßner Zinss vvegen, darum sol von den zvveyen vnd vor dem dritten mit rächt vsstragen vverden, vvie obstaht, und vvas alsso von Innen gesprochen vvird, dem sol es von beiden Parthyen nachgangen vverden, ohn alle Widerrede.

Item die obgnanten Acht Orth der Eydgnoschafft und alle die Ihren und die in Iren Gerichten Zvvengen und Pänen gesessen sind, sollend blyben by der Freyheit des Zohls, vnd in den Herren von Meylands Land Zohlfrey fahren vnd nach Inhalt der Alten Freyheit und der Alten Capitlen, und so vilmehr dann in den Alten Capitlen stadt den nechsten Wäg gen Meyland angraben, das sy frey seigend vnd faren sölleind, und auch das alle der vorgnanten Acht Orthen Hindersessen, so vier Jahr hinder Ihnen gesüssen vverend, die Freyheit des Zollers auch haben söllend, als ein erbarner Eydtgnoss, in massen als obstaht, doch das sy darumb von Ihren Herren vnd Oberen Brieff und Insigel haben und erzeügen sollend dass sy als Eydtgnossen sygend.

Item auch dass vor allen Dingen zu beiden theilen alle gichtige oder verbrieffet Schulden angends darumb dann Zill und Tag vssind, und dass erfordert vvird, bezahlt und vssgericht söllend vverden, von vvem das gebürt zugeben, ob der oder die so sömmlichs bezahlen sollend, sölch Schulden an jhrem Gut gehaben mögend. Were aber dass einer oder mehr nit so vil an synem Gut hete dass er bezahlen möchte, so sol in derselbigen Statt Land, oder Gericht rächt beschehen, als dann an dem End recht ist, da der Schuldner gesessen ist, ob der, dem dann die Schuld gehört, des nit emperen möcht oder abstahn vvolte, und dass devveder Ortheil dem andern Theil dass verziehen oder daran hindern sol nach sömlichs zuthun den synen gestatten.

Item vnd dass vvol versichert vverde ob zu Meyland, oder in dem Land Meyland Jemand von ansprüchigen Geltschulden vvegen gefangen, und in Gefembnus geleit vvürde, als dan in den Landen vnd Gerichten an den enden syt und recht ist, vvo dann sölicher gefangner ussgelassen vvürde, mit Flyss, oder Argelist, des Rich-

Richters, es vvere Tags oder Nachts, vor vnd ehe dan dem gnug beschehe, und dess vvegen er gefangen, vvere oder ohne sein vvillen, dass dan der Richter, in des Gefangenschafft er gelegen ist, für Ihn disem die Schuld vssrichten und gäben soll, es vvere dann Sach, dass sämmlich gefangen Pfand, Bürgen und Gülten gäbend, oder dj Summa Gelts, oder dass Gut, dass sy dem schuldig sind hinder sömmlich Lüth leitend, dass die Vnseren daran nüt gesäumbt noch gehindert vverdend vvan sy hinyn kommend sämlich Schuld ynzezichen gnug beschehe.

Item vver und vvelche die vverend zu beiden theilen, so einander Kosten und Schaden verhiessind abzutragen, u. das kundtlich vvurde mit Leüth und Brieffen, dass dem im Rächten gnug vvere, dass auch sömmlicher Kost und Schad von dem, der jm verheissen hat dem Kleger abtragen, vssgericht und bezahlt vverden sol, und vor solchem sol sy nüt schirmen noch fristen, vveder Stett- noch Land-Recht, Stattuten vnd Decreten, als aber bishar beschehen ist, dann versprech einer vil, so halt er auch vil.

Item, und ob beschehe, dass der benant Fürst, sein Bruder, oder ander syn Erben, dheinerley Zuspruch an uns, die Vnsern, oder an etliche Orth besunders hetend, oder noch in künfftigen Zeiten gewunnend, dass dass jetwederer Theil zween erbar Mann erkiessen und wellen söllend, und zu denselben vier zusetzen, und den erwölten mann söllend dann beid Partheyen Ihrer Stöss kommen, zu Aussspruch und Rächt, die söllen dan beiden Partyen tag setzen gon pferd in Liffinen in dass dorff, und da klag, antwurt, red und widerred eigentlich hören von beiden theilen, und söllend djselben vier erwölten mann schweren Eydt, lyblich zu Gott und den Heiligen, dass rächt zu sprechen, und dass durch keinerley Sach nit zulassen, so vehr sy ihr Eydt und Ehr wisset. Dieselben vier erwölten Mann söllend auch die Zyt und dass rächt waret, von jhren Herren und Oberen aller ander Eyden ledig gelassen werden, und sömmlich rächt gwyist werden, vsszusprechen in masen als obstaht, und ob dan vier oder der mehr Theil in den Sachen eins wurdend, darbey sol es kräfftigklich blyben und bestahn, ob aber sömlichs nit beschehe, und also zween und zween sich zusammen stimpten, damit sy eins Obmans nothürfftig wurdend, und sich die vier glychtheiltend, so söllend die ansprecher, so dan vmb die Sach im rächten stand vnd ansprecher sind, einen Fünfften und Obmann in dem Land Wallis, oder in der Stat Chur, der des Rahts sye, kiesen und erwöllen, vnd welchen sy also erwöllend, vnd zu Obmann wird genommen, der sol dan auch von synen Herren und Oberen, under denen er gesessen ist, darzu gewyst und gehalten werden, sich der Obmannschafft anzunemmen und zu beladen nach Obmanns-Recht, und sich mit Eyden darzu verbinden, als das im rächten gebürlich und von alter herkommen ist, inmässen als die Schildlüth gethan heten als vorstaht. Vnd wass auch dann von den Vieren, vnd von dem Fünfften nach Verhörung beyder partyen gesprochen alderkent wird, das söllend beid Theil ohn alles weigeren und Appellieren halten und darby blyben getrüwlich und ohnegevärlich.

Item desglychen, ob sondrich persohnen in der Eydtgnoschafft von den benanten Fürsten, sine Erben, und Nachkommen Zuspruch hetend, oder jmmer inkünftig Zeit gewunnend, wie sich dass machen oder begeben würde, so sol der Ansprecher sein Ansprach, so er vermeint zu dem obgenanten Fürsten, seinen Erben, als Nachkommen, wie obstaht, zu haben, seinen Herren vnd Oberen, under denen er gesessen ist, offenbahren und fürzubringen, und sein klag erzellen, dieselben söllend dann dem Fürsten schryben und des jhren Klag und Ansprach zu wüssen thun, und Jn darbey bitten Aussrichtung zu thun, und unklagbar zu machen.

Beschicht dann dass, und der Ansprecher von dem Fürsten ussgericht wird, so sol sich der Ankleger dess lassen benügen, den Herren und die synen dan hinfür vnbekümbert lassen; ob dass aber nit beschehe, und dem Ansprechen nit gnug beschech, und seine Herren, wie obstaht, beduchte, so sol und mag der Ansprecher dj Herren und obgenanten Fürsten von Meyland mit rächt fürnemmen mit zugesetzten und oblüthen an den Enden und Steten, wie obstaht, zwüschend dem Fürsten und acht Orthen, dan dass jetwederer theil nit mehr dan einen Schidmann nemmen vnd haben sol, und dass der Ansprecher den Obmann nemmen und kiesen mag, auch zu Wallis als zu Chur in der Stat in mäss, wie obstaht, vnd was also bekennt und gesprochen wird, söllend beid theil getrüwlich halten, ohne alles weigern und Appelliren ongefährlich.

Item und dann vmb sondrige persohnen, ob die Ansprach an ein andern hetend ald gewunnend, darumb sol der Fürst, syne Erben und Nachkommen drey Richter den vnsern setzen, nammlich in der loblichen Statt Meyland, einen zu Chure, und den dritten zu Bellentz, dieselben Richter der vnsern ein verzwickten Tag setzen söllend in den nechsten 15. Tagen, und dan mit den Rächten die Sach austragen söllend, damit dass sölichs mit den minsten aussgericht und ab dem weg gethan werde. Desglych hinwiederumb, so söllend und wöllend wir die Eydtgnossen in vnsern Steten und Landern schaffen und daran sein, dass der obgenannten Herrschafft Leüth, auch so allso fürderlich onverziehen, vnd mit den meinsten Kosten gericht werden; ob aber sämmlichs nit beschehe und dem Ansprecher das Rächt verzogen, und die Sach in dem Zyl der 15. tagen nit aussgetragen wurd, sonder also verlengert, so mag der Ansprecher von sömmlichen Rächten und Richter fallen, und syne Gagensächer mit Rächt mannen und fürnemmen, mit dem Rächten vnd an den Enden mit Zugesetzten und Oblüthen, dass jetvvedrer

wedrer einen, und der Ansprecher den Obmann nemmen und kiesen mag, und also mit solichem rächten sol aussgetragen werden, in mässen und obstaht, sömmlichen rechten auch beid theil gehorsamm sein und dem gnugthun söllend, by Verlierung der Haubtsach auch Kostens und Schadens.

Beschehe auch dass Jnin von den vnsern, von denselben Richteren, ein Vrtheil geben vnd bekent wurde, die jm nit lydenlich were, oder gerächt beduchte, so mag er sein Ansprach und Vrtheil für gemeine Eydtgnossen Botten bringen, bedunckt dan die, dass jn ungütlich beschehe, und die Vrtel nit grecht syge, so söllend sy sömmliche dem Fürsten schryben, und zu erkennen geben, derselb Fürst dan nach dem Richter senden, und jm dass fürhalten sol, und was jm begegnet von demselben Richter, sol der Fürst den Eydgnossen vvieder schryben, und zu erkennen geben, woruff der Richter syn Vrtheil geben und gsetzt habe.

Vnd bedunckt dann der Eydtgnossen Botten nach Erkennung beider Theilen, dass die Vrtheil grecht syn, so sol es dan darby blyben und bestahn, und also gehalten werden. Beschehe aber sömmlichs nit, und der Eydtgnossen Botten beduchte die Vrtheil nit recht und argwönig, so sol dieselb Vrthel gantz tod und ab sein, die entvvederm Theil nütz noch gut sein, und den mag der Ansprecher sein Widersacher mit recht fürnemmen, mit Schid- und Oblüthen, vvie vor auch staht, des auch der ansprechig gütlich gehorsam syn, und dem nachkommen sol ohne Intrag, und auch sämmlich rächt mit den Zugesetzten und Oblüthen in einem Monat so das Rächt gefordert vvird, Vsstrag und End nemmen soll, by Verliehrung der Vrtheil. Auch dass die Schid- und Oblüth allevvegen, so ein Recht angenommen vvird, schvveren söllend, das Recht zu sprechen, sofeer sy jhr Eyd und Ehr bevvyst, niemand zu Lieb, noch zu Leid, in mässen vvie obstaht, und vvädrer Theil auch den andern, in sömmlichen verziehen, als vviderrecht in Kosten vnd Schaden brächtind, dass er jm dann den mit recht ablegen und tragen soll, alles getreüvvlich und ongefärlich.

Item dass vff vvederen Theil, noch in vveders Theils Landen, Grichten noch Gebieten niemanden andern verhafften noch verbieten sol, den rechten schuldner gülten ald bürgen der jm darumb gelobt ald versprochen hat, und vvedrer Theil und vvelche den andern, ohne und vvider Rächt in Kosten und Schaden brächt, dass sol er jm mit recht vvieder ablegen und abtragen.

Item und dass der Hertzog von Meyland nach seine Erben oder Nachkommen, oder die so zu Jm gehören, und gevvändt sind, nit sollen den vnsern Jhr Kauffmannschafft Ross und anders zu verkauffen verbietten noch verschlahen, als aber bisshar dick und vill beschehen ist, sonder jedermann mit dem seinen lassen fahren, kauffen und verkauffen, als einer gedenckt sein nutz und Ehr zu haben, und dass er auch hinfür zu evvigen Zyten niemand, er sye der synen als von anderen Herren vnd enden, verbieten sol, von den vnsern nütz zu kauffen noch verkauffen, sonder die Merckt frey zulassen, und jedermann mit dem vnsern vff Merckten, und zu andern Zyten, so sy heimfahren, und da jhnen sind, und kauffen und verkauffen, gantz ohngehindert lassen nach jhrem Willen.

Item fürer soll der obgenannt Fürst und Herr von Meyland vveder er, noch seine Nachkommen des Hertzogthums zu Meyland hinfür zu evvigen Zeiten nit vvider uns die Eydtgnossen thun, noch niemand der seinen, (es vvere in Kriegen, oder andern vnzimlichen Sachen) sömmlichs zu thun vervvilligen oder erlauben in kein Weg.

Item er sol auch niemand durch sein Land vvider uns lassen ziehen, die uns bekriegen wöltend, oder die unser abgesagt Fygend vverind, denen sol er kein Enthalts in synen Landen nit gäben.

Item dessgleichen hervviderumb söllend vvir die Eydtgnossen uns gegen dem Hertzog von Meyland seinen Erben und Nachkommen also halten, Jnen als vil verbunden syn, als sy uns, vvie obstaht, doch unsern Pünten onschädlich und vnverhinderlich.

Item und dass dise Fründtschafft, fründlich Beredung, Verstendtnus, Pündtnus, und Liebe zu evvigen Zeiten dester in besserem Frid belyben und bestahn möge, so setzen vvir, ob dvvederen Theil Krieg als Noht angienge, oder gevvunnend, und darinn des andern theils Hilff begerte sol jetvvedrer theil dem andern darinn vvolgetrüvven nach der guten fründtschafft und vvillen die vvir zusammen han. Vnd dass nun also dise lieblich Fründtschafft, Verstendtnus, Pündtnus und Capitel zu evvigen Zeiten dester in besserm Frid belyben vnd bestahn möge und gehalten mögind vverden, so sol und vvil man sy nach aller Nothurfft mit Brieff und Siglen bsteten und vestnen, damit die niemands bekrencken noch zutrennen möge. Des zu Vrkund loben und versprechen vvir zu beyden syten, by guten trüvven, sömmlich Fründtschafft, Verstendtnus, vnd Pündtnus vvaar, vest und steht zu halten, und dem gnug zu thun, und des zu mehrer sicherheit &c. Datum vt supra. Anno 1466.

XXIX.

Tabulæ fœderis icti inter Ludovicum XI. Galliæ Regem ex una, & Galeatium Mariam Sfortiam Vice-Comitem, Ducem Mediolani ex altera parte, quibus adjecta juramentum fidelitatis prædicto Regi a Duce ratione Januæ & Saonæ præstitum & procuratorium Ducale, d. d. 9. Aug. An. 1476.

IN Nomine Domini Amen. Noverint universi præsens publicum instrumentum inspecturi & audituri, quod anno ejusdem 1476. Indictione nona, mensis vero Augusti die nona, Ponti-

Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Sixti, divina providentia Papæ quarti, anno quinto in nostrorum Notariorum & testium infra scriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia pariter constitutus spectabilis & circumspectus Vir, Dominus Franciscus de Sancta Petra Secretarius, procurator & mandatarius Illustrissimi & Excellentissimi Principis, Domini Galeas Mariæ Sfortiæ, Vicecomitis, Ducis Mediolani & Papiæ, Angleriæque Comitis, Januæ ac Cremonæ Domini dixit & exposuit, Quod cum alias Serenissimus, Christianissimus Princeps, & Excellentissimus Dominus, Dominus Ludovicus, Dei gratia Francorum Rex, cum Illustrissimo & Excellentissimo quondam Principe, Domino Francisco Sfortia Vicecomite, Duce Mediolani, quem Majestas sua paterna charitate ac dilectione & singulari amore complectebatur, fœdus intelligentiæ & confœderationis, & pacta inierit, & firmaverit, & postea nedum confirmavit & de novo contraxit ipse Dominus noster Rex, verum quo majore gratia ipsum Dominum Franciscum, Mediolani Ducem, amplecteretur, eundem Dominum Franciscum Ducem Mediolani ac Illustrissimam Dominam Blancham Mariam, Ducissam Mediolani ipsius Domini Ducis Francisci consortem pro ipsis jugalibus eorumque filiis legitimis masculis natis tunc, & nasci turis investiunt in feudum nobile & gentile ac honorificum de civitatibus, Epantibus, Ripariis, districtibus, locis, terris, villis ac juribus suis, tam maritimis, quam terrestribus, eumque postea, sublatis ab humanis prælibatis Illustrissimis quondam Dominis, Francisco Duce, & Blanca Maria Ducissa, in Ducatu & Dominio Mediolani, in feudo & Dominio Januæ & Saonæ, & in universo Dominio ipsorum Illustrissimorum quondam Dominorum in Galliam successerit Illustrissima Principissa Excellentissimus Dominus Galeas Maria Sfortia, Vicecomes, Dux Mediolani & eorum primogenitus & legitimus hæres & successor, & ipse Illustrissimus Dominus Galeas Maria Dux Mediolani, dum in paterna vestigia imitaretur, tumque prælibato Serenissimo Domino nostro Regi quondam ab ipsa natura jurato amore & reverentia, quibus Regiam ipsam Majestatem prosecutus est, prosequitur & prosequi in futurum immutabili proposito omni tempore intendit, omnia fœdera, conventiones, pacta, & obligationes omnes ac feudum prædictarum civitatum Januæ & Saonæ, prout inita & firmata, initæ & firmatæ fuerunt inter prælibatum Serenissimum Dominum nostrum Regem, & dictos quondam Dominos parentes suos confirmaverit & renovaverit in loco Ambasiæ de anno 1467. die 25. Martii medio Reverendi Domini Stephani de Martinis, Archiepiscopi Mediolani, & deinde ipsa repetita fuerunt, renovata & confirmata, cum certis adjectionibus de anno 1473. die 16. Januarii in civitate Lugduni inter præfatam Regiam Majestatem, & prædictum Illustrissimum Dominum Galeas Mariam, Ducem Mediolani, seu eorum mandatarios & procuratores, prout latius in instrumentis patentibus litteris & documentis publicis inter prædictas partes reciproce & vicissim celebratis & factis, ad quæ condigne relatio habeatur, continetur. Cumque postremo partibus prædictis, & si fœdera, conventiones, & mutuæ obligationes, de quibus super fit mentio, nulla videantur indigere confirmatione, vel renovatione, cum utriusque servata, & continuata sint, continuantur & servantur, visum est dignis respectibus & legitimis causis & rationibus, medio & interventu ipsius spectabilis Francisci de Petra sancta, mandatarii & procuratoris præfati Illustrissimi Ducis Mediolani ad infra scriptas confirmationes, recognitiones, renovationes, & renuntiationes, ut infra, solemniter devenire, videlicet imprimis prædictus Franciscus de Petra sancta suprascripti Domini Galeas Mariæ, Ducis Mediolani & Illustrissimæ Dominæ, Dominæ Bonæ, Ducissæ consortis suæ Secretarius, procurator & mandatarius, ut de ipsius procura & mandato constat instrumento rogato per Marcum Trottum, Ducalem Cancellarium & Notarium, tenoris infrascripti, solemni stipulatione interveniente nomine prædictorum Ducis & Ducissæ Mediolani, & cujuslibet eorum vigore & virtute præsentis instrumenti omnibus meliori modo, jure, via, causa & forma, quibus melius validius & efficacius potuit & potest cum interventu cujuslibet solennitatis, tam de jure quam de consuetudine in similibus debitæ & requisitæ, seu apponi consuetæ autoritate & arbitrio dicti sui mandati in manibus nostrorum Notariorum stipulantium infrascriptorum, & recipientis nomine & vice, & ad partem & utilitatem dicti nostri Regis solenniter approbavit, ratificavit & confirmavit, ac approbat, ratificat, & confirmat quæcunque fœdera, omnes intelligentias, & quascunque obligationes inter dictas partes, ut præmittitur initas, celebratas & factas, ac inita, celebrata & facta, tam in dictis locis Ambasiæ & Lugduni, quam alibi, & ea ipsa omnia & singula, ut contracta fuerunt de novo contrahit, init, firmat, & facit cum omnibus & singulis capitulis, conditionibus, pactis, punctis, articulis, reservationibus, modis, formis, impensis & qualibet earum ipsarum, quæ & cujuslibet earum instrumentis patentibus & documentis publicis, vel eorum quolibet contentis, specificis, & quæ hic prædictus procurator & mandatarius Ducalis nominibus, quibus supra pro expressis & insertis haberi voluit, vultque & intendit.

Item prædictus Franciscus de Petra Sancta mandatarius & procurator dictorum Domini Ducis & Ducissæ Mediolani renovavit & renovat, fecit & facit feudum & homagium dictæ Regiæ Majestati ratione dictarum civitatum Januæ & Saonæ, earumque & cujuslibet earum jurium & pertinentium juravitque & jurat in manibus nostrorum Notariorum infrascriptorum legitime stipulantium & recipientium pro dicto Domino nostro Rege ad sacra Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis, & præfati Domini Dux

& Ducissa, suique filii legitime descendentes ab eis, & sibi in prædicto Ducatu & universo Dominio Mediolani succedentes semper & omni tempore erunt veri, & fidelissimi feudales & feudatarii præfatæ Serenissimæ Regiæ Majestatis & successorum suorum de prædictis civitatibus Janua & Saona, earumque & cujuslibet earum juribus & pertinentiis, & omnia & singula facient & observabunt, quæ alias promissa, conventa & jurata fuere præfatæ Serenissimæ Regiæ Majestati, & ejus Procuratoribus & Ambassiatoribus tam præfatorum defunctorum Dominorum Ducis, & Ducissæ Mediolani, quam supra dictorum Dominorum Ducis & Ducissæ modernorum, quæ in litteris supra habitis confectis Ambasfiæ & Lugduni continentur.

Cum Illustrissimus Dominus Carolus, Dux Burgundiæ, his proximis diebus post conflictum ab Allemannis habitum, vi & manu armata conduxit, seu conduci fecit Illustrissimam Dominam Joland, Sororem præfati Domini nostri Serenissimi Regis, & Ducissam Sabaudiæ ad partes Burgundiæ, & pariter Illustrissimum Dominum Philibertum, præfatum Dominæ Ducissæ filium, Ducem Sabaudiæ, cæterosque ipsius natos conducere, seu conduci facere nixus est in maximum præfati Domini nostri Regis, & Domus Sabaudiæ non parvum detrimentum, contra etiam fœdera per ipsum Dominum Ducem Burgundiæ & dictam Dominam Ducissam Sabaudiæ insimul, ut dicitur, contracta, quibus eam, natos, ac statum defendere, & ab omni violentia & injuria tueri tenebatur, manifeste videtur, eundem Dominum Ducem Burgundiæ ligæ & intelligentiæ alias de anno 1475. die 30. Januarii inter ipsum & præfatum Illustrissimum Dominum Mediolani contractæ defecisse, & ab ea & contentis ipsum sua culpa & causa discessisse, cum ejus virtute prælibatam Dominam Ducissam Sabaudiæ, dictumque Dominum Philibertum generum & Ducem, & Statum tanquam datos, prædictum Dominum Ducem Mediolani pro ejus colligatis, & ab ipso Domino Duce Burgundiæ acceptatos, non modo non offendere & injuriari, sed defendere teneretur, prædictus Franciscus de Petra sancta procurator & mandatarius ut supra, nomine præfati Illustrissimi Domini Ducis, etiam solemniter & ut supra in manibus nostrorum infra scriptorum Notariorum recipientium nomine & vice, & ad partem prædictæ Regiæ Majestatis & suorum ut supra renuntiavit, & renuntiat prædictæ ligæ & intelligentiæ cum dicto Domino Duce Burgundiæ, ut præmittitur, celebratæ & factæ cum omnibus & singulis in ea contentis, quæ liga & intelligentia tamen facta, & celebrata fuit tunc per prælibatum Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani, seu agentes pro eo animo, & intentione, quæ nullo modo præjudicaret, seu præjudicare posset ligæ & intelligentiæ quam habebat, & habet cum præfato Serenissimo Domino nostro Rege Francorum, nec aliquibus in ea contentis & specificatis, prout dictus Franciscus nominibus quibus supra dixit & protestatus est, dicitque & protestatur in manibus nostrorum Notariorum infra scriptorum stipulantium & recipientium ut supra.

Quæ omnia & singula prædictus Franciscus, Ducalis Procurator Secretarius & mandatarius, nominibus quibus supra, solenniter, ut præmittitur, promisit & promittit, juravit & jurat in animam Dominorum suorum manibus corporaliter tactis scripturis in manibus nostrorum Notariorum infra scriptorum stipulantium & recipientium nomine & vice & ad partem & utilitatem præfati Serenissimi Domini nostri Regis, aliorumque omnium & singulorum quorum interest, aut interesse poterit in futurum, semper & omni tempore exequi & adimplere, ac observare bona fide, & sine fraude, & sine aliqua sinistra interpretatione, cavillatione vel exceptione, & nullo unquam tempore in aliquo contra facere, dicere, opponere, vel allegare directe, nec per indirectum aliqua ratione vel causa, quæ dici vel excogitari posset, aut aliquo quovis quæsito colore, sub obligatione sui, & prædictorum suorum principalium, omniumque suorum bonorum præsentium, futurorum, mobilium & immobilium, renuncians prædictus Franciscus, Ducalis Secretarius, Procurator & mandatarius, quibus supra nominibus, solenniter, ut supra renutians, renuntiat exceptioni doli mali, metus, in factum, conditionique sine causa, vel injusta causa, prædictorumque omnium, & singulorum non sic ut supra actorum, promissorum, aut gestorum, aut aliter quam ut supra factorum omnique alii Probatori, jurium & legum auxilio ac defensioni in contrarium, ac omnibus & singulis aliis & omnibus allegationibus, quæ contra præmissa dici possent vel objici quomodolibet in futurum, promittens prout promisit & promittit præfatus Franciscus, Secretarius & mandatarius ut supra, & præfati Domini sui Dux & Ducissa infra terminum dierum sexaginta proxime secuturum omnia & singula in præsenti instrumento contracta, promissa & comprehensa, per suas patentes literas, suis sigillis roboratas, & ipsorum manibus signatas ratificabunt, confirmabunt & approbabunt, de & super quibus præmissis omnibus & singulis præfatus Franciscus de Petra sancta Secretarius, Procurator & mandatarius (ut supra) petiit à nobis Notariis infrascriptis unum vel plura, publicum seu publica instrumenta ad utilitatem dicti Domini nostri regis fieri, confici atque dari.

Acta fuerunt hæc Turoniæ in domo hospitii, in qua pendet imago sancti Joannis Imperatoris, Sancti Petri de Vallo, sub anno, mense, die, indictione, Pontificatus, quibus supra, præsentibus ad hæc reverendo in Christo Patre & Domino, Domino Urbano Boniuardo Episcopo Verulens. Magnifico Domino Angelo Maneto, Oratore Florentino, & viro circumspecto Pantaleone in artibus & medicina Magistro, una cum pluribus aliis ibidem assistentibus testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Tenor

Tenor vero mandati procuratorii ejusdem Francisci de Petra sancta sequitur & est talis:

IN Nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejusdem 1476. indictione 9. die Veneris 5. mensis Julii. Cum Illustrissimus Princeps & Excellentissimus Dominus noster, Dominus Galeas Maria Sfortia, Vicecomes, Dux Mediolani ac Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ & Cremonæ Dominus, quippe qui suapte natura Serenissimum & Christianissimum Principem & Excellentissimum Dominum suum observatissimum, Dominum Ludovicum, Francorum Regem sincero cordis affectu, & maxima ut decet reverentia affectus fuerit semper & de præsenti afficiatur præter fœderis, ligæ, ac feudalis concessionis mutuas obligationes statuerit proposito immutabili licet constanti animo, cum eadem Regia Majestate perseverare in eo amoris, charitatis & affinitatis vinculo, quo continuo præteritis temporibus fuit, cumque ipse Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, litteris egregii Viri Antonii de Applino Aulici sui certioratus sit, Illustrissimum Dominum Philibertum, Ducem Sabaudiæ, & generum suum, accedente consensu Dominorum patruorum, aliorumque Dominii sui Dominorum & Baronum legitimis respectibus & rationalibus causis decrevisse pro conservatione status sui, honorisque ac dignitatis suæ, & totius Domus Sabaudiæ, ad nonnullas conventiones, pacta & intelligentias devenire cum præterito Serenissimo Domino Francorum Rege, & idem illustrissimus Dominus Dux Sabaudiæ prælibatum illustrissimum Dominum Ducem Mediolani, socerum suum atque patrem adhortari admodum videatur, ut velit cum eo concurrere ad prædicta cum Regia Majestate prædicta contrahenda, vel ad fœderis & veteris ligæ renuntiationem & confirmationem faciendam, quo ipse illustrissimus Dominus Philibertus, Dux Sabaudiæ, & gener suus status conservationem & assecurationem facilius & meliorem consequi queat, volens & intendens ipse Illustrissimus Dominus Dux Mediolani etiam prædictis motus de causis & respectibus, addito etiam quod prædictum Dominum Philibertum, Sabaudiæ Ducem & generum suum, statumque ejus, honorem tueri & defendere, omnemque ejus injuriam propulsare tenetur virtute ligæ alius de anno 1471. die 13. Julii, cum Illustrissima & Excellentissima Domina Joland, Ducissa Sabaudiæ & sorore præteritæ Serenissimæ Majestatis Regiæ pro se ipsa, & dicto Domino Philiberto, ejus Filio & Duce Sabaudiæ celebratæ, eidem Domino Philiberto, Duci Sabaudiæ, morem gerere ad ea ipsa peragenda plenarie nequiens interesse, confisus de prudentia, fidei integritate, & in omnibus solertia & experientia prædicti Antonii Aulici & Oratoris, & egregii viri Francisci de Petra sancta aliis omnibus modo, jure, via, causa & forma, quibus magis, melius, & validius & efficacius potuit & potest intervenientibus omnibus solemnitatibus & similibus, tam de jure quam consuetudine debitis & requisitis solenniter constituit, creavit, fecit & ordinavit, ac facit, constituit, creat, & ordinat prædictum Antonium & Franciscum absentes, tanquam præsentes suos veros & indubitatos nuntios, procuratores & mandatarios, & utrinque eorum in solidum, ita ut occupantis conditio melior non existat, sed quod unus inceperit alter mediare, & finire possit, & quicquid melius dici & esse possit ac nomine ipsius constituendum, ac nomine ac vice Illustrissimæ & Excellentissimæ Dominæ Bonæ Ducissæ Mediolani, consortis suæ præcordialissimæ, filiorumque hæredum & successorum, ac colligatorum adhærentium recommendatorum ac subditorum suorum sese convenientium & præsentendum tam una cum prædicto Domino Philiberto Duce Sabaudiæ vel ab eo legitime ad suprascripta & infrascripta deputatis, seu deputandis, quam sine, & tam simul & quam divisim coram prædicta Regia Majestate, seu quibuscunque ab eadem ad supra scripta, & infra scripta legitime deputatis vel deputandis, & ad ea ipsa autoritatem & potestatem habentibus, ibique & si liga, confœderatio, & mutuæ obligationes inter prædictam Regiam Majestatem, & ipsum Dominum constituentem nulla indigere videantur confirmatione cum inter ipsos ea sit mentis & cordis affectio, charitas, animorum unitas, & bona voluntas, quæ fuerit unquam, & inter quoscunque affinitatis & fœderis vinculo affectos, conveniat aut esse possit ad confirmandum, approbandum & ratificandum, ac ubi expedit imprimis renovandum, & seu de novo faciendum ligam, intelligentiam & fœdera quæcunque ac renovationem & recognitionem feudi civitatum Januæ & Saonæ, ejusque & cujuslibet earum districtuum, reperiarum, terrarum, villarum, oppidorum, locorum & jurium tam terrestrium, quam maritimorum, alias de anno 1467. die 25. Martii, inter prædictam Regiam Majestatem, & ipsum Dominum constituentem, seu Reverendum Dominum Stephanum de Nardinis Archiepiscopum Mediolani procuratorem, & mandatarium tunc suum initas & factas, inita & facta, seu renovatas & renovata, ut constat publicis documentis inde confectis in loco Ambasiæ, ac demum repetitas & repetita, seu confirmatas & confirmata denuoque initas & inita, contractos & contracta in civitate Lugdunensi die 26. mensis Januarii 1473. inter eandem Regiam Majestatem, & prædictum Dominum Ducem Mediolani, seu ipsorum tunc mandatarios, & procuratores, ut publico constat instrumento inde confecto, cum clausulis, promissionibus, obligationibus, pactis in ipsis documentis & instrumentis, tam Ambasiæ, quam Lugdini, ut præmittitur, celebratis plenius constat atque congrua ac plena relatio habeatur. Item cum Illustrissimus Dominus Carolus, Dux Burgundiæ, etiam bis proximis diebus post conflictum ab Allemannis habitum noscitur qua ratione, vel quo spiritu ductus, vi & manu armata conduxit, seu conduci fecit prælibatam Illustrissimam

main Dominam Joland sororem prædicti Regis, & Ducissam Sabaudiæ ad partes Burgundiæ, & pariter prædictum Dominum Philibertum, ejus Dominæ Joland filium & Ducem Sabaudiæ, & prædicti Domini constituendis generum, cæterosque natos suos conducere, seu conduci facere nixus est in maximam Domini Regis prædicti & Domus Sabaudiæ injuriam & status non parvum detrimentum, contra etiam fœdera per ipsum Dominum Ducem Burgundiæ, & dictam Dominam Ducissam insimul, ut dicitur, contracta, quibus eum, natos, & statum defendere & ab omni violentia & injuria tueri tenebatur, aperte videtur eundem Dominum Ducem Burgundiæ ligæ & intelligentiæ alias de anno 1475. die 30. Januarii, inter ipsum & prædictum illustrissimum Dominum Ducem Mediolani contractæ defecisse, & ab ea & contentis in ea sua culpa & causa discessisse, cum ejus virtute prælibatam Dominam Ducissam Sabaudiæ, dictumque Dominum Philibertum Ducem, & statum, tanquam datos per dictum Dominum Ducem Mediolani pro ejus colligatis, & ab ipso Domino Duce Burgundiæ acceptatos, non modo offendere & injuriari, sed defendere teneatur, ad coram Majestate prædicta Regia, vel ab ea, ut præmittitur, deputatis vel deputandis, renuntiandum prædictæ ligæ & omnibus in ea contentis, ut præmittitur, cum dicto Domino Duce Burgundiæ anno & die supra scriptis celebratæ, quæ tamen facta & celebrata tunc fuit per ipsum Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani, animo & intentione, quæ nullo modo præjudicaret, seu præjudicare posset ligæ & intelligentiæ, quam habebat & habet cum prædicto Serenissimo Domino Rege Francorum, nec aliquibus in ea contentis vel specificatis, prout ipse illustrissimus Dominus Dux Mediolani dixit, & protestatus est, ac dicit & protestatur in manibus mei infra scripti Notarii stipulantis & recipientis vice & nomine, & ad partem & utilitatem omnium & singulorum, quorum interest, intererit, vel interesse possit quomodolibet in futurum, & generaliter ad alia omnia & singula in prædictis, & circa prædicta & quolibet prædictorum tantum, & non aliter faciendum, gerendum, dicendum & procurandum, quæ prædictis Antonio & Francisco, vel alteri eorum procuratoribus, mandatariis & nuntiis prælibati Domini plenissime instructis necessaria & utilia visa fuerint, tribuens & concedens insuper prædictus Dominus Illustrissimus Dux Mediolani, pro se & suis prædictis Antonio & Francisco ejus Excellentiæ procuratoribus & mandatariis & cuilibet eorum in solidum ut supra in prædictis & supra prædicta & quolibet prædictorum duntaxat, & non aliter plenum, largum & generale mandatum, cum plena, larga & generali administratione omnia & singula dicendi, faciendi, gerendi, procurandi, firmandi, stipulandi & recipiendi, ac cætera omnia faciendi quæ necessaria & utilia erunt, & quæ ipse Dominus constituens facere posset & faceret si personaliter esset, promittentes præterea promiserunt & promittunt ac juraverunt & jurant, prædictus Dominus, & dicta illustrissima Domina, Ducissa Mediolani, ejus Domini constituentis consors, eorum propriis manibus tactis scripturis in manibus mei Notarii infrascripti, stipulantis & recipientis nomine & vice, & ad partem & utilitatem omnium & singulorum quorum interest, & intererit, vel interesse poterit, quomodolibet in futurum semper & omni tempore sese ratum, gratum & firmum, rata, grata & firma habituros quidquid per dictos Antonium & Franciscum procuratores & mandatarios suprascriptos vel alterum eorum actum, dictum, gestum, procuratum, juratum & concordatum fuerit in prædictis, & circa prædicta tamen, & non aliter, nec alio modo ea, quæ omni tempore bona fide & sine fraude impleturos & observaturos, & in nullo contra facturos, vel venturos directe, nec per indirectum aliqua ratione vel causa, quæ dici aut excogitari possit, vel alio quovis quæsito colore in verbo legalis Principis, & sub pœna juramenti prædicti ac sub obligatione sui & omnium & singulorum bonorum suorum præsentium & futurorum, etiam eorum, quæ non comprehenduntur in obligatione generali, renuntiantes renuntiaverunt, & renuntiant prælibati illustrissimi Domini Dux & Ducissa Mediolani & quilibet eorum exceptioni non facti & celebrati præsentis mandati dicti instrumenti præstiti, dictarumque factarum obligationum & promissionum, omniumque prædictorum, ut præmittitur, factorum, aut aliter quam ut supra gestorum, exceptioni doli mali, sine causa, vel ex injusta causa, & omni alii probationi & defensioni in contrarium, & inde de prædictis prædicti Domini Dux & Ducissa Mediolani jusserint, & jubent per me Marcum Trottum, Notarium & Cancellarium infrascriptum publicum confici debere instrumentum, mensibus tribus valituris unum & plura ejusdem tenoris.

Actum in Sala magna Castri Papiæ solitæ habitationis prælibati illustrissimi Domini nostri, Domini Ducis Mediolani, præsentibus illustribus, magnificis & egregiis Viris, Domino Sfortia Maria Vice-Comite, Duce Barri, Comite Valentiæ, Domino Ludovico Maria Sfortia, Vice-Comite Mortarii & Brixilii Comite, fratribus Domino Joanne, Marchione Palavicino de Scipione, Domino Augustino Rubro, Doctore & Milite, Domino Alexandro Spinola, Doctore, Petro de Bellearate Domino Luce Brimaldo Doctore, Orpheo de Ricano, Domino Joanne Angelo de Florentia, Doctore, Consiliariis, Domino Joanne Baptista de Quartariis, Salarum Comite Camerario a Camera, Jacobo Alifero Secretario & Alexandro Collecta, Cancellario, Ducalibus testibus ad præmissa vocatis & rogatis & sic scribitur in fine. Galeas Maria Sfortia, Vice-Comes, manu propria.

Sequi-

Sequitur subscriptio manus Notarii.

Ego Marcus Trottus, Filius Dominici, publicus Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius & prælibati & illustrissimi Domini nostri, Domini & Ducis Mediolani Cancellarius, prædictis omnibus & singulis dum sic ut infra agerentur interfui, & de iis instrumentum tradidi, illudque in hanc formam manu alterius personæ scriptum, & manu propria prælibati illustrissimi Domini Ducis subscriptum cum meis imbreviaturis auscultavi, & nihil variare inveni, ideo in fidem & testimonium præmissorum me propria manu subscripsi signumque mei Tabellionatus apposui consuetum.

Sequitur alia subscriptio prædicti Domini Ducis Secretarii.

Et ego Cithus Simonetta, Miles præfati illustrissimi Domini, Domini Ducis Mediolani Secretarius de ejus mandato præsens instrumentum subscripsi, signumque mei Secretariatus apposui ac solito Ducali sigillo muniri feci in fidem omnium præmissorum, ainsy signé, Cicus Sfortia Domini.

Et ego Petrus du Ban, Clericus Turonensis Diœcesis oriundus publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus curiæque Metropolitanæ Turonensis Notarius juratus, quia præmissis omnibus & singulis dum sic, ut præmittitur, dicerentur, agerentur, & fierent una cum Notariis infrascriptis & testibus prænominatis præsens interfui eaque sic exponi, dici ac fieri, vidi & audivi, idcirco huic præsenti publico instrumento manu alieno fideliter scripto signum meum apposui consuetum, fidem rebus & testimonium veritatis omnium & singulorum præmissorum requisitus & rogatus.

Et quia ego Guillelmus Saintis, Clericus Turonensis in Decretis Baccalaureus publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus, curiæque Metropolitanæ Turonensis Notarius juratus præmissis omnibus & singulis dum sic, ut superius referuntur, dicerentur, agerentur, & fierent, præsens una cum nominatis testibus ac Notariis infrascriptis interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ac in notam sumsi, ideoque huic præsenti publico Instrumento manu alterius fideliter scripto, me circa alia legitime prædicto signum meum solitum & consuetum, hic me subscribendo apposui requisitus & rogatus in fidem, testimonium veritatis præmissorum omnium & singulorum.

Et ego Jobus quondam Antonii de Vedriis Descandiano Regiens. Diœcesis publicus Apostolica auctoritate Notarius Judex ordinarius quia præmissis omnibus & singulis, dum sic dicerentur, agerentur & fierent, una cum supradictis testibus & Notariis interfui, ac præsens fui, & sic exponi, dici & fieri vidi, & audivi, ideo rogatus & requisitus huic præsenti instrumento, in fidem, robur & testimonium præmissorum omnium & singulorum signum meum apposui consuetum.

XXX.

Literæ inviolabilis, firmæ & perpetuæ pacis, Ligæ, unionis & intelligentiæ inter Henricum VII. Angliæ Regem, & Johannem Galeatium Mariam Sfortiam Vice-Comitem, Ducem Mediolanensem conclusæ, d. d. 4. Octobr. An 1490.

Johannes Galeaz Maria Sfortia, Vice Comes, Dux Mediolani, &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Genuæ & Cremonæ Dominus, omnibus & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, tenore earum innotescat, quod, cum Serenissimi Domini Angliæ Reges, & Illustrissimi Progenitores nostri, qui pro tempore fuerunt, mutuam inter se Benivolentiam atque Amicitiam coluerint, ita ut quamvis longo spatio atque intervallo Terrarum corpore separati fuerint, perpetuis tamen Animorum nexibus & Caritatis vinculo fuerunt conjuncti, ex quo ipsis Principibus non modicum Laudis & Gloriæ Decus accessit, verum etiam Subditis & Populis eorum maxima inde commoda provenerunt.

Hoc exploratissimum habentes Serenissimus Princeps, Dominus Henricus, Dei gratia, præsens Rex Angliæ & Franciæ ex una, & Nos præfatus Johannes Galeaz Maria, Dux Mediolani, &c. Parte ex altera, dignum esse duximus vetustissimam Majorum nostrorum Benivolentiam non modo custodire, sed etiam validioribus Fundamentis stabilire, firmare atque æternam reddere, perpetuisque Fœderum, Pacis, Ligæ, Unionis & Intelligentiæ, vinculis firmare.

Ob eamque Causam inter Nos Regem, & Nos Ducem præfatos, conventum, contractum, ac animo deliberato est conclusum, Fœdusque in hac forma percussum.

Inviolabilem, firmam & perpetuam Pacem, Ligam, Unionem & Intelligentiam, inter Regem præfatum & Nos Ducem, nostros Hæredes, Successores, Regna, Patrias, Dominia, Vasallos & Subditos quoscunque utriusque Partis præsentes & futuros tam Ecclesiasticos, quam seculares, cujuscunque Status, Gradus, seu Conditionis existant, perpetuo fore futuram.

Itaque inter Nos Principes & omnes & singulos, supra expressos, sit bona, sincera, vera, integra, perfecta, perpetua & finalis Pax, Amicitia, & Liga, Confœderatio & Unio in perpetuum duratura, hoc modo; videlicet, quod tam Nos Principes prædicti, quam nostrum Hæredes, Successores, Vasalli & Subditi, in Terris & Locis utriusque Principis, sese mutuis Officiis prosequantur, & honesta affectione pertractent; ita quod tam Nos Principes quam Subditi utriusque nostrum possint tute, libere, hinc inde ad utriusque nostrum Portus, Dominia, & Districtus quoscunque, citra & ultra Mare, accedere, & in eis morari, mercari & Commercium exercere, ab eisque recedere, quotiens, quamdiu & quando eis libuerit, cum suis

aut conductis aut accommodatis Navigiis, Plaustris, Vehiculis, Equis, Armaturis, Mercibus, Mercimoniis, Sarcinulis, Bonis, & Rebus quibuscunque tam per Terram quam per Mare & Aquas dulces, absque Contradictione aliqua, vel impedimento quocunque, quemadmodum propriis in Partibus eis liceret; ita quod nullo alio Salvo Conductu, generali aut speciali indigeant; Salvis tamen semper Regnorum, Patriarum, Dominiorum, Urbium, & locorum suorum Legibus, Statutis, Juribus & Consuetudinibus, quibus nil per præmissa censeatur esse derogatum, salvis etiam aliis utriusque Partis Ligis, Intelligentiis, ac Confœderationibus, quibus per præsentes nullo modo intelligatur esse derogatum.

Quæ quidem omnia & singula Nos Joannes Galeaz Maria præfatus, in Verbo & Fide legalis Principis, promittimus pro Nobis, Successoribus nostris, & Subditis ac Vassallis nostris, ita ut supra scripta sunt, bona Fide, sine Fraude & dolo Nos observaturos, nec, ullo quæsito colore, quovis modo contraventuros.

In quorum omnium & singulorum Fidem, præsentes Literas nostras Patentes fieri, & nostri Sigilli Magni appensione communiri jussimus.

Dat. Sommæ, die quarto Octobris M. CCCC. XC.

B. Chalcugn.

XXXI.

Ludovici Mariæ Sfortiæ Vice-Comitis, Ducis Bari, Mandatum pro Oratore suo ad tractandum cum Imperatore Friderico III. ejusque Filio Maximiliano I. Romanor. Rege de conferenda allegato Vice-Comiti dignitate Ducali Mediolanensi, d. d. 10. Maji An. 1493.

LUdovicus Maria Sfortia Vice-Comes Dux Bari, status Mediolanensium Gubernator, Administrator & Locumtenens Generalis summa fide studioque singulari Cæsaream Majestatem, sacrumque Romanum Imperium perpetuo sumus prosecuti, quod ut faciamus sapientissimis Illustrissimorum majorum nostrorum exemplis invitamur, qui semper sacrum Romanum Imperium studiosissime coluerunt. Id vel plurimis argumentis non modo Serenissimis Cæsari, & Romanorum Regi, sed etiam toti terrarum orbi pro viribus palam facere curavimus. Verum in primis operam dedimus pro impetrandis Privilegiis Ducatus Mediolanensis, & Comitatus Papiensis, quæ nostram erga Cæsaream Majestatem fidem, & reverentiam, simulque erga nos ipsius benevolentiam cunctis apertissime testificarentur, hoc nostrum desiderium cum variis impedimentis in hanc diem prolatatum fuerit, nuncque ipse Serenissimus Cæsar plurimis argumentis haud obscure declaraverit, constituisse in præsentiarum desiderio nostro gratificari; id ut commodius effici valeat, spectabilem Virum Erasmum Brascam, Oratorem nostrum, ex certa scientia, motu proprio, consulto, & de nostræ potestatis plenitudine, etiam absolute, nostrum verum, certum, legitimum & indubitatum nuncium, procuratorem & mandatarium, & quicquid melius dici, & esse potest, facimus, constituimus & creamus, ei jus, & potestatem facientes promittendi Serenissimo Domino Federico tertio, Rom. Imperatori, seu Serenissimo D. Massimiliano, Romanorum Regi, pro ipsorum privilegiorum Ducatus Mediolanens. & Comitatus Papiens. impetratione, eam pecuniæ summam, quantacunque fuerit, quæ ipsi Mandatario nostro videbitur, & placuerit, cum illis pactis, terminis & conditionibus, de quibus cum ipsis Imperatore & Romanorum Rege, seu Agentibus pro eorum Majestatibus convenerit, ac etiam in animam nostram jurandi, quod ejusmodi promissionem servabimus, concedentes ipsi Erasmo, procuratori nostro carissimo in prædictis, & circa prædicta amplum, liberum, largum, generale & speciale mandatum, cum ampla, larga, generali, & speciali administratione, ea omnia agendi, præstandi, gerendi, promittendi, & obligandi, quæ nosmet, si adessemus, agere, præstare, gerere, promittere, & obligare possemus, etiam si talia essent, quæ magis speciale mandatum exigerent, nec sub generali obligatione comprehenderentur, promittentes in fide legalis Principis ea omnia, quæ propterea nominatus Erasmus nostro nomine pollicitus fuerit, inviolabiliter attendere, & observare, sub obligatione omnium bonorum, quæ pro hujusmodi promissione per dictum Mandatarium nostrum facienda, hipotecata & obligata esse volumus & decernimus. In quorum &c. Datum Mediolani, die 10. Maji, 1493.

XXXII.

Plenipotentia Joannis Galeatii Mariæ Sfortiæ Vice-Comitis, Ducis Mediolani, ad tractandum cum Maximiliano I. Rom. Rege, de contrahendo cum sorore sua, Blanca Maria Sfortia, matrimonio, d. d. 10. Maji, An. 1493.

JOannes Galeaz Maria Sfortia Vice-Comes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Genuæ, & Cremonæ Dominus, Eorum omnium, qui nobis sanguine conjunguntur, neminem proximiorem habemus Illustri Virgine Blanca Maria, sorore nostra, neque

neque cujus præcipuam curam magis gerere teneamur. Nam præterquam, quod ex iisdem parentibus nobiscum originem ducit, quoddam specimen admirabilis indolis, quidam eximius morum, & vitæ candor, simulque mirifica quædam in illa venustas, & prisci pudoris continentia refulget, ex quibus virtutibus ad sanguinis vinculum amoris in eam nostri ingens quotidie fit accessio. Ob eas res de ipsius dignitate & commodis assidue cogitantes adjecimus animum ad Serenissimum D. Maximilianum, Romanorum Regem, cujus atavus cum uxorem duxerit ex gente nostra Vicecomitum, ex qua præfatus Serenissimus Rex progeniem traxit, nobis spem præstat, ipsum quoque induci posse, ut sororem nostram accipere in conjugem inclinet, quod si assequi poterimus, nihil nobis fœlicius, nihil gloriosius, præfato vero D. Regi nihil ad perpetuam vitæ jucunditatem optabilius evenire posse arbitramur; & ut tractari, iniri, & confici, ac concludi possit, exploratum habentes, quo rerum usu, quanta fide, prudentia, & moderatione polleat egregius vir Erasmus Brasca, Secretarius & Orator noster, ipsum de consensu, voluntate, ac parabola Illustriss. D. Lodovici Mariæ Sfortiæ Vicecomitis, Patrui, Locumtenentis, Curatoris & Capitanei nostri generalis, ex certa scientia & de nostræ potestatis plenitudine, ac omnibus modo, jure, via, causa & forma, quibus melius & validius possumus, nuncium, procuratorem & mandatarium nostrum, & quicquid melius dici, & esse potest, constituimus, eligimus, facimus & creamus, ei jus, & potestatem amplam tribuentes, nomine nostro ac ipsius Illustrissimi Patrui nostri tractandi, ineundi, concludendique affinitatem, & conjugium inter præfatum D. Regem, ac dictam sororem nostram, & quaslibet obligationes & instrumenta faciendi, tam pro sponsalis, quam pro dote nomine nostro præfato D. Regi, necnon obligationes quaslibet de ipso Domino Rege, & quovis alio nomine nostro, & nomine ipsius Illustrissimæ Blancæ sororis nostræ recipiendi, concedentes Erasmo præfato amplum, generale, largum, & speciale mandatum cum ampla, larga, generali, & speciali administratione in prædictis ea omnia agendi, obligandi, promittendi, gerendi, & præstandi, quæ nosmet, si adessemus, agere, obligare, promittere, gerere, & præstare possemus. Promittentes in verbo legalis Principis cuncta, quæ per ipsum Erasmum mandatarium nostrum circa prædicta acta, promissa, conclusa, & obligata erunt, rata firmaque habere, & inviolabiliter attendere, & observare, sub obligatione bonorum nostrorum omnium, quæ proinde hipothecata etiam volumus, & declaramus. Papiæ sub fide nostri sigilli, die 10. Maji, 1493.

XXXIII.

Maximiliani I. Rom. Regis literæ, quibus Blancam Mariam Sfortiam, Mediolani Ducem, suam esse Sponsam declaravit, seque pactis matrimonialibus desuper conclusis firmiter staturum esse promisit, d. d. 24. Junii, An. 1493.

MAximilianus divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungheriæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Britanniæ, Lotharingiæ, Brabantiæ &c. Nihil magis alienum, atque incongruum fideli Christiano, præsertim Principibus, cum ad ætatem maturam pervenerint, si vitam religiosam ducere nequeunt, esse perspicimus, quam vitam cœlibem ducere, nam hi, qui ita vivunt, nisi caste, & pudice fit, præterquam, quod sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ legibus contraveniunt, nomen etiam propter sobolis defectum nobilissimarum domuum statim extinguitur, & principatus, & dominia corruunt & dissipantur. Cum igitur nos ad ætatem virilem pervenerimus, & amplissima Regna, & Dominia, Dei gratia, & benignitate, habeamus, nullique de sanguine nostro sint, qui post nos legitime eam hereditatem gubernare, & conservare possint, quam Illustrissimus Dominus Philippus, filius noster amantissimus, qui cum unicus sit, ac mortalis, ac etiam si alios filios haberemus, unicunque, Deo dante, amplissimum statum atque dominium dimittere poterimus, Nos decrevimus hanc cœlibem vitam amplius ducere nolle. Cumque diu cogitaverimus, quonam nos vertere deberemus, animum nostrum adjecimus ad Illustrissimam Dominam Blancam Mariam Sfortiam de Vicecomitibus, ex quondam Illustrissimo D. Galeacio Maria Sfortia Vicecomite, Duce Mediolani, ortam, quæ præterquam, quod ex gente nobilissima originem trahat, unde & nos orti sumus, nam Attavus noster suam de Vicecomitum gente uxorem duxit, quoddam etiam specimen admirabilis indolis, quidam eximius morum, & vitæ candor, simulque mirifica quædam in illa vetusti, & prisci pudoris continentia refulgere a plurimis nobis affirmatum fuit. Ad hoc etiam unum accedit, de quo non parvam existimationem fecimus, quod præter alios nobilissimos ejus Affines, Reges, Duces, Marchiones & Principes, Illustrissimum Patruum habet Dominum Ludovicum Mariam Sfortiam, Vicecomitem, qui eam ceu filiam suam colit, & amat, atque cum admirabili prudentia, justitia & æquitate patris statum conservavit, amplificavit, atque gubernavit & apud omnes Principes fideles, & infideles non mediocriter nec immerito quidem, æstimatur. Nam præterquam quod prudentissimus, magnanimus & justissimus est, ita etiam in necessitatibus amicorum, affinium, & confœderatorum suorum se exhibuit, ut illi, quibus auxilium præstitit, nullum majus amoris signum ab alio affine, neque ab amico expectare, nec honeste desiderare potuissent. His igitur de causis moti, hodie in nomine Domini nostri Jesu Christi, a quo omnis principatus, dignitas, & honor provenire dignosci-

gnoscitur, ex certa scientia, motu proprio, & non per aliquem errorem juris, vel facti, convenimus cum spectabili Viro Erasmo Brascha Oratore, Procuratore, & Mandatario Illustrissimorum Principum D. Joannis Galeaz Mariæ Sfortiæ de Vicecomitibus, & Domini Ludovici præfati ipsius Dominæ Blancæ fratris & patrui, eandem Dominam Blancam in legitimam sponsam, & uxorem nostram sponderi, & eligere. Et quanquam per capitula per nos cum prænominato Erasmo contracta, & manu nostra, ac sua atque sigillis nostris signata, & munita, ab hujusmodi matrimonii conventione, & conclusione nec discedere, nec dissolvere possimus de jure, tamen ad majorem corroborationem, & cautelam, &, ut omnes intelligant ita, animum, & mentem nostram esse firmatam, tenore præsentium, ex certa scientia, motu proprio, & non per aliquem errorem juris, vel facti, declaramus, eligimus & sancimus, & de præsenti nominamus prædictam Dominam Blancam Mariam Sfortiam de Vicecomitibus nostram veram, legitimam & indubitatam sponsam, & uxorem, promittentes in verbo legalis Regis, & sub vinculo juramenti Ecclesiæ huic conclusioni, & promissioni, aliquo vis modo, causa vel colore nunquam contravenire, immo, Deo dante, in brevi tempore ad consumationem matrimonii cum ipsa Domina Blanca deveniemus, supplentes omnem defectum cujuslibet solemnitatis, clausulis, obscuritate verborum, & aliis quomodolibet ommissis, quæ dici possent fuisse servanda. Insuper ut ipsa Domina Blanca intelligat, quod intentionis nostræ est, ut toto tempore vitæ suæ habeat unde honeste, & secundum ejus dignitatem vivere possit, ex nunc ei promittimus & sancimus pro tempore vitæ suæ, etiam post mortem nostram, si ita eveniret, eundem statum, gradum, & conditionem, quam Serenissimus Dominus Genitor noster Serenissimæ Genitrici nostræ ordinaverat. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & registrari, nostrique sigilli appensione muniri, ac manu nostra propria subscripsimus. Datum in oppido Ginundem die 24. Junii 1493. & Regnorum nostrorum Romani octavo, & Ungariæ quarto.

XXXIV.

Ejusdem literæ de dote sponsæ suæ, Blancæ Mariæ Sfortiæ, Ducissæ Mediolani, promissa agentes, d. d. 9. Julii, 1493.

MAximilianus divina favente clementia Rom. Rex semper Augustus, ac Ungariæ &c. Ad perpetuam rei memoriam, & ut veritas semper appareat, per has nostras patentes litteras attestamur & fatemur, quia quatenus Illustrissimi Principes D. Jo. Galeaz Maria Sfortia de Vicecomitibus, & D. Ludovicus Maria, Dux Barri, nobis pro dote Illustrissimæ D. Blancæ Mariæ Sfortiæ de Vicecomitibus eorum sororis & nepotis promiserunt per eorum patentes litteras subscriptas propriis manibus, & sigillatas, & datas, prout in ipsis litteris continetur, summam ducatorum quattuor centum millium, quam summam etiam iterato promittent Oratoribus nostris, quos ad desponsandam ipsam D. Blancam Mariam per verba de præsenti mittemus; Et ita præfati Illustrissimi Principes se obligarunt, & dictis Oratoribus se obligabunt ad solvendum prædictam summam 400000. Ducatorum pro dote suprascripta, & in terminis infrascriptis, videlicet C. M. ducatos infra duos menses, alios C. M. secuta actuali consumatione matrimonii, & alios C. M. ducatos infra unum alium annum post prædictum secuturum. Veritas tamen sic se habuit, habet, & est, quod prædicta summa 400000. sit apposita tantummodo pro honore utrorumque nostrorum ad publicandum factum. Sed vera dos præfatæ Illustrissimæ D. Blancæ Mariæ est solum ducatorum 300000. & ita verum esse confitemur sponte, libere & ex certa scientia, & deliberata animi sententia, non aliquo juris aut facti errore ducti. Ulterius ex abundanti, & quatenus expediat ex nunc, sicut ex tunc liberamus, & quietamus præfatos Principes a summa C. M. ducatorum quæ re vera est supra veram dotem. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & manu nostra propria subscripsimus, ac sigillo nostro pendenti muniri fecimus die 9. Julii 1493. & Regnorum nostrorum Rom. octavo & Ungariæ quarto.

XXXV.

Johannis Galeatii Sfortiæ Vice-Comitis, Ducis Mediolani, Confirmatio pactorum matrimonialium inter Maximilianum I. Rom. Regem, & Blancam Mariam Sfortiam de Vice-Comitibus, sororem suam initorum, cum adjecta sponsione de dote, statutis terminis certo solvenda, d. d. 2. Augusti, An. 1493.

JOannes Galeaz Sfortia, Vicecomes, Dux Mediolani &c. Cognitis & bene intellectis his omnibus, quæ nomine nostro, & mandato gesta, tractata, & conclusa fuerunt per egregium Erasmum Bracham, Secretarium, Oratorem, Procuratorem & Mandatarium nostrum, cum Serenissimo & Invictissimo Principe, & Excellentissimo Domino Maximiliano, Romanorum Rege semper Augusto, super matrimonio Illustrissimæ D. Blancæ Mariæ Sororis nostræ contrahendo cum præfato Serenissimo Domino Romanorum Rege, & super promissione ejus dotis; in primis gratias agimus omnipotenti Deo, a quo omnia bona procedunt, similiter gratias agimus immortales Serenissimæ Majestati Regiæ. Deinde approbamus, ratificamus & confirma-

firmamus, & rata, & grata, ac firma quæcunque tractata, firmata, & conclusa fuerunt per præfatum Erasmum nostro nomine, tam super matrimonio, quam super dote præfatis cum Serenissimo D. Rom. Rege. Promittentes in fide legalis Principis attendere, observare, & actualiter adimplere suis congruis temporibus, & locis, quæcunque per eum conventa, & promissa fuerunt. Promittimus ergo præfatam Illustrissimam D. Blancam Mariam in legitimam sponsam, & uxorem præfati Serenissimi D. Maximiliani, & quando Oratores & Mandatarii ejus Serenissimæ Majestatis cum solemnibus mandatis ad eam desponsandam per verba de præsenti venerint, curabimus & cum effectu faciemus, quod Illustrissima D. Blanca Maria per verba de præsenti consentiet in præfatum Serenissimum D. Maximilianum, ut in ejus verum, legitimum, & indubitatum sponsum & maritum. Et ita ex nunc prout ex tunc attestamur, & spondemus. Item promittimus sub fide legalis Principis, quod pro dote præfatæ Illustrissimæ D. Blancæ dari, solvi & numerari faciemus ad beneplacitum præfati Serenissimi D. Maximiliani, seu ejus legitimo nuncio, & procuratori summam Ducatorum C C C. M. auri, & in auro justi ponderis, sive eorum valutam in bona pecunia infrascriptis temporibus conventis. Et primo nos, & Illustrissimus D. Ludovicus Maria Sfortia, Dux Barri patruusve, Locumtenensque noster honorandus, solvi faciemus præfato Serenissimo D. Regi, seu ejus procuratori, & legitimo nuncio, in civitate Gebennarum Ducatos viginti quinque millia, & alios ducentos septuaginta quinque millia infra duos menses. Postea vero statim, consummato matrimonio, personaliter per ipsum Serenissimum Dominum Maximilianum Romanorum Regem, cum ipsa D. Blanca, nos, & præfatus Illustrissimus D. Ludovicus dari, & numerari faciemus Majestati suæ seu ejus legittimo nuncio Ducatos C. M. in loco ubi persona D. Blancæ deliberabitur ad manus, tanquam conjunx Serenissimi D. Rom. Regis. Deinde elapso uno anno post consummatum dictum matrimonium, alios centum millia ducatos sub pœna restitutionis totius interesse ad prosequendum in quemlibet finem Serenissimi D. Rom. Regis vel successorum suorum in casu dilationis hujus termini. In quorum &c. Datum Mediolani, die 11. Augusti, M.CCCC.XCIII.

XXXVI.

Ludovici Mariæ Sfortiæ de Vice-Comitibus, Barri Ducis & Gubernatoris status Mediolanensis Diploma ejusdem cum antea inserto argumenti, d. d. 2. Augusti An. 1493.

LUdovicus Maria Sfortia &c. Nihil magis cordi habuimus, quam Illustrissimam D. Blancam, nepotem nostram amantissimam cum aliquo Principe ex nobili genere orto, atque virtutibus ornato matrimonio copulare, cumque plurimum cogitaverimus quonam vertere deberemus, elevavimus animum nostrum ad Serenissimum & Invictissimum Principem D. Maximilianum, Rom. Regem semper Augustum, velut in eum, qui inter Christianos virtutibus, corporisque præstantia, ac sanguinis genere, atque dignitate nobiliorem, nec superiorem habet. Is enim præterquam quod pluribus argumentis plene ostenderet, nos, & domum nostram singulari amore, & benevolentia prosequi, mirabili etiam prudentia, magnanimitate, æquitate, justitia, integritate, atque eximiis corporis viribus pollet, ortus est præterea ex nobilissima atque vetustissima gente Austriæ, in qua innumerabiles Archiduces, Reges atque Imperatores præstantissimi fuerunt. Inter quos atavus ipsius Serenissimi D. Maximiliani uxorem ex sanguine nostro duxit; unum etiam adhuc accedit, quod Serenissimum D. Genitorem habet D. Federicum Roman. Imperatorem, qui ipsius gentis Austriæ nomen, & dignitatem virtutibus suis summopere ampliavit; videmus etiam ipsum Serenissimum D. Maximilianum Rom. Regem prudentia, moderatione, industria, magnanimitate, æquitate, & justitia usque in hodiernum diem, in quo ad ætatem virilem pervenit, ita egisse, & Deo dante, aget in futurum, ut neminem antea nunquam digniorem, atque præstantiorem Imperatorem fuisse comperiatur. Hoc enim nobis firmiter persuadet quod Domui Austriæ, & nostræ, si D. Blancam nepotem nostram in uxorem habeat gloriosum æternumque nomen relinquet. His igitur de caussis permoti, præsertim etiam quod a servitoribus præfati Serenissimi D. Maximiliani Rom. Regis nobis affirmatum fuerit, Majestatem suam ad hoc matrimonium contrahendum inclinatam esse; misimus ad Eam Erasmum Brascam, Secretarium & Oratorem nostrum cum amplissimo mandato ad hoc matrimonium cum Majestate sua concludendum, qui præterquam per confecta in oppido Ginundem die 24. Junii 1493. cum ipso Serenissimo D. Maximiliano Rom. Rege nomine nostro convenerit, ut ipsam D. Blancam Majestati suæ in uxorem legitimam demus, & Majestas sua jam pariter per suam legittimam sponsam, & uxorem per dicta capitula nominaverit, attulit etiam nobis in præsentia una cum magnifico D. Jo. Bontempus Majestatis suæ thesaurario, & Oratore litteras præfati Serenissimi D. Maximiliani Roman. Regis, manu, & sigillo Majestatis suæ signatas & sigillatas, datas in oppido Ginundem 24. Junii, M.CCCC. XCIII. ex quibus Majestas sua non modo præfata capitula approbat & confirmat, sed etiam de novo prædictam D. Blancam, nepotem nostram amantissimam, in sponsam suam, & legitimam uxorem nominat, & eligit, atque ad consummationem matrimonii devenire promittit, eique D. Blancæ toto tempore vitæ suæ eundem statum, gradum, & conditionem, quam Serenissima D. Genetrix sua habebat, pollicetur, cujus rei incredibiliter læti sumus, nec

debitas & Deo, & Regiæ Majestati suæ gratias referre possumus. Itaque, ut præfatus Serenissimus D. Maximilianus, Romanorum Rex, intelligat nobis gratissima extitisse omnia, quæ præfatus Erasmus Brascha nomine nostro Majestati suæ promisit, non modo aliis litteris nostris hodie confectis capitula inter eos contracta, confirmavimus, ratificavimus, & approbavimus, sed etiam tenore præsentium, ad majorem corroborationem, motu proprio, ex certa scientia, & non per aliquem errorem juris vel facti, promittimus dare, & libere tradere, ac damus & tradimus præfatam Illustrissimam Dominam Blancam, nepotem nostram amantissimam, præfato Serenissimo D. Maximiliano, Romanorum Regi semper Augusto, in veram, & legitimam sponsam, & uxorem, & ad omnem Majestatis suæ requisitionem cum effectu faciemus, quod ipsa Domina Blanca eundem Serenissimum D. Maximilianum per verba de præsenti suum verum, legitimum, & indubitatum sponsum & maritum capiet, & nominabit, atque Deo dante, ad consummationem matrimonii deveniet, promittentes in verbo legalis Principis, & sub vinculo juramenti Ecclesiæ, huic conclusioni & promissioni aliquovis modo, causa, vel colore nunquam contravenire: Supplentes omnem defectum cujuslibet solemnitatis, clausulis obscuritate verborum, & aliis quomodolibet omissis, quæ, dici posset, fuisse servanda. Cæterum, & si per litteras nostras hodie confectas, ex quibus omnia capitula per ipsum Erasmum cum Serenissimo Domino Maximiliano, Rom. Rege nomine nostro conclusa ratificamus, & approbamus, videatur Regiam Majestatem à nobis de dote D. Blancæ satis cautam esse, tamen ad majorem corroborationem tenore præsentium ex certa scientia, motu proprio, & non per aliquem errorem juris, vel facti, promittimus solvere, seu solvi facere summam Ducatorum C C C C. M. auri, & in auro justi ponderis, sive eorum valutam in bona pecunia, videlicet Ducatos C. M. infra duos menses post confirmationem capitulorum, postea statim consummato matrimonio personaliter per ipsum Serenissimum D. Maximilianum cum ipsa D. Blanca alios C. M. Ducatos. Dehinc post unum alium annum post finem præcedentis incohaturum alios C. M. Ducatos. Item promittimus in verbo legalis Principis præfato Serenissimo Domino Maximiliano, Romanorum Regi, dare ipsam D. Blancam ornatam vestibus, & jocalibus, quemadmodum dignitati suæ convenit. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & manu nostra signavimus, & sigillo nostro muniri fecimus. Datum Mediolani 11. Augusti, Anno Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

XXXVII.

Maximiliani I. Rom. Regis Diploma, quo Ludovicum Mariam Sfortiam de Vice-Comitibus, Ducem Ducatus Mediolani & Lombardiæ, cæterarumque Civitatum, item Comitatus Papiæ ac Angleriæ & totius diœcesis, ditionis & territorii eorundem creavit, ac renovatis & extensis simulque auctis privilegiis, ad prædictam Ducalem dignitatem pertinentibus, supradictum Ducem de memorato Ducatu investivit, d. d. 5. Septembr. An. 1494.

MAximilianus divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brithaniæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Gheldriæ, Comes Flandriæ, Habsburgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi, Artesii & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Tutphaniæ, Marchio Sacri Imperii, & Burgoviæ, Landgravius Alsatiæ, Dominus Phrisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Salinarum & Machliniæ &c. Illustri Principi Ludovico Mariæ Sfortiæ Vicecomiti Duci &c. Regiam gratiam & omne bonum, ac prosperos ad vota successus. Regiæ Majestati, Cæsariique nominis gloriæ pertinere arbitrantes, ut animum, cogitatusque omnes ad ea referamus, quæ magnanimo Regi, & Reipublicæ Christianæ leges ferenti conveniant, inprimis ut ea, quæ dignitatem Romani Imperii incrementis amplificant, assiduitate quotidiana meditemur, & ne sinamus quenquam de Romano Imperio benemerentem debitis fraudari præmiis, ut cuncti præposita remuneratione ad promerendum alliciantur, ad te, Ludovice Maria Sfortia Vicecomes, memoriam sæpenumero revocamus, velut in eum, cujus amplitudinem, prudentiam, rectitudinem, & animi, & corporis eximias dotes debeamus extollere; nam cum ex invictissimo Principe, & rebus bello, & pace, militiæ & domi gloriosissime gestis, non solum per omnem Italiam, sed per universum prope terrarum orbem celebratissimo Francisco Sfortia patre, præstantissima & honestissima viragine Blanca Maria Philippi Mariæ Angli, quondam Mediolani Ducis matre ortum tuum splendidum duci intueamur, tu duplicem nobis imaginem laudis gloriæque majorum tuorum repræsentas. Verum ut Joannis Galeaz primi Mediolani Ducis, proavi tui decora maxima silentio prætereamus, cujus excellentes virtutes, ac mirabilia rerum gestarum monumenta, simulque ingentia in Romanorum Imperium beneficia promeruerunt, ut ad Ducatus Mediolani, Comitatusque Papiensis fastigium primus sublevaretur, avus ille tuus Philippus Maria Princeps magno, & excelso animo, præcipua justitiæ moderatione, & sapientiæ laude floruit, nec solum principatus, populorumque sibi commissorum administrationem singulari justitiæ, æquitatis & innocentiæ disciplina gerebat, sed etiam jura Imperii adversus effræna-

frænatos hostium impetus, detestandamque ambitionem, qui ditionis statusque sui usurpationi inhiabant, summis viribus, immensis bellorum periculis, & sumptibus, perpetuo tutari conatus est, nec immerito Blancam Mariam unicam ejus filiam Francisco Sfortiæ patri tuo collocavit, in quo ad familiam suam Vice-Comitum ascito tutandi principatus propagandæque sobolis spem firmam posuerat, nec spes ejus frustrata est, nam ipso ex humanis sublato, in maximo belli ardore rebusque in apertissimum discrimen adductis, in maximum Romani Imperii dedecus, & jacturam, Franciscus Sfortia eximia rei militaris scientia, præcipua auctoritate, ac singulari virtute, quibus excellebat, & immortalitatis gloriam assecutus, & soceri statum ex mediis hostibus ac miseræ servitutis jugo feliciter & gloriose vendicavit. Post adeptum principatum, accedente admirabili populorum omnium consensu, rebusque suis pacatis, Italicæ pacis & tranquillitatis auctor extitit, quam quoad vixit auctoritate, ac sapientia, qua mirabiliter pollebat, inviolatam undique custodivit, nullum enim undique honoris & excellentiæ munus, quantum in eo fuit, erga Romanorum Imperatorem prætermisit. In gubernaculis vero urbium, oppidorum, ac populorum omnium sibi commissorum, justitiæ, fidei, clementiæ, & benignitatis velut jubar quoddam refulgebat. Accedebat felicissimæ conjugis Blancæ Mariæ divina quædam societas. Illa enim præcipua inter mortales virago audiendis etiam subditorum querelis, & componendis ac diffiniendis eorum litibus, divino quodam ingenio, sollicitata, Illustri marito plurima onera adimebat, ac subditorum expectationibus quam optime respondebat. Fuit præterea mors utriusque a cunctis populis publico fletu diutissime complorata. Ex iis divis Principibus Francisco Sfortia, & Blanca Maria jugalibus tu nunc solus superes in humanis filius secularis, Ludovice Maria Sfortia, Dux, genitus, & natus tempore, quo illi Ducatum Mediolani, & Comitatum Papiæ obtinebant; nemo autem præsenti tempore extitit te grandior natu, qui in Ducatum sit prius genitus, & nemo est descendens alicujus filii Ducatus tempore geniti, ideo nunc tibi de jure illorum Principum respectu Ducatus debetur. Præterea per obitum Philippi Mariæ Angli, quondam Mediolanensis Ducis, cum nullos ex se filios masculos, aut descendentes legitimos, & naturales reliquerit, aperte patet, quod Ducatus Mediolani & Comitatus Papiæ, cum reliquis eorum civitatibus & terris, directo jure ad sacrum Romanorum Imperium fuit devolutus; unde abinde antea Serenissimi quondam Genitoris nostri, & successive nostri fuit arbitrii, quem de dicto Ducatu & Comitatu investiremus. Te igitur unum præ cæteris dignum ac bene meritum duximus, quem dictis titulis sublimaremus. Tu enim partum a genitore tuo principatum hæreditaria majorum, ac progenitorum tuorum virtute instituis, tam amplissima prudentia, gravissimoque consilio regis, & ejus principatus habenas sic consultissime, sapientissimeque administras, ut sicuti excellentium paternarum, maternarumque virtutum verus & indubitatus hæres existis, ita te tanti principatus dignum, & idoneum successorem ostendis; tuo studio, & vigilantia, nonnullorum machinationes, & conatus in irritum cesserunt, eorum præsertim, qui ad hunc statum quam maxime anhelabant; tuis felicibus auspiciis non minus pro sociorum, quam pro principatus defensione maxima bella prospere, & feliciter gesta fuerunt; nisi tua summa prudentia, & exacta industria affuisset, Ducatus iste Mediolani cum universo ejus statu ad maximas clades deductus, tandem in hostium & Rom. Imperii inimicorum manus pervenisset. Nec solum tuo sapientissimo gubernaculo res Mediolanenses, ejusque ditionis, quæ pene collapsæ ad interitum, perniciemque tendebant, recuperatæ, erectæ, pacatæque fuerunt, sed etiam Mediolanensis imperii nomen, dignitasque excrevit ita, ut Principum nemini concedat in tota Italia. Tu non solum Mediolanensibus rebus bene consuluisti, sed etiam universæ Italiæ pacem, & tranquillitatem attulisti, ut pacis & Italicæ quietis auctor, & conservator, idem & basis, & columen quoddam esse censearis locupletissimum. Præterea eorum omnium, qui ex Italia ad nos veniunt, testimoniis edocti sumus, te admirabili æquitate, justitia inviolabili, tanta moderatione & continentia, subditas tibi gentes gubernare, ut jure merito populi tibi commissi ab omnibus beatissimi appellentur. Ista sicuti magnificimus, & gratissima habemus, ita nostri in te amoris cumulo non parvam quotidie accessionem faciunt, & eo maxime, quod nobis exploratissimum est, apud vos jura sacri Imperii nostri fidelissime observari, atque Imperatoriæ Majestati Maximiliani undique reverentiam exhiberi. Hæc autem omnia nota, & perspecta habentes ita, ut uberiori testimonio opus non sit, jure allicimur, ut te, posteritatemque tuam, ac filios, & successores tuos munificentia liberalitateque nostra participes reddamus, & beneficiis ingentibus prosequamur; haud obscure cognoscentes subditorum quam maxime interesse, pro eorum pace, & tranquillitate sapientissimi Principis subesse regimini, & te erga sacrum Romanum Imperium sic eximia fide esse, & studio singulari, & affectu, ut ejus dignitati, & gloriæ nunquam sis defuturus. Inducimur inprimis, ut in te, filios, ac descendentes tuos ea conferamus, quæ parens, dehinc frater tuus, licet antea diutius, & studiosius supplices postulaverint, ob multiplices Imperatoris Romani occupationes, multarumque aliarum rerum eventus impetrare nequiverunt, cum etiam eis tamen gratificari, & Serenissimus genitor noster, & nos cupe-

cuperemus. Scientes igitur, & cognitione plenissima edocti, quod olim felicis memoriæ prædecessor noster Vincislaus Rom. Rex amplissimam civitatem Mediolani cum ejus diœcesi, & nonnullas alias urbes, & terras, de quibus in privilegiis Ducatuum mentio habetur, in Ducatum erixit, instituit, exaltavit, ipsumque Ducatum Mediolani, ac civitatum, & terrarum in dictis privilegiis nominatarum, nec non Comitatum Papiæ, & Angleriæ contulit, & gratiose concessit prædicto quondam celebris memoriæ Illustri Principi Joan. Galeaz Vice-Comiti, quem titulo & dignitate dicti Ducatus, & Comitatus insignivit, decoravit, intronizavit, & sublimavit, ficuti patentibus præfati quondam Serenissimi Regis litteris, & diplomate continetur, datis Pragæ Anno Millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, die primo Maji, & aliis datis, ut supra, Anno Millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, die 15. Ottobris, & aliis datis Anno Millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, die 30. Maji: Dehinc successive Sigismundus Romanorum &c. Privilegia dicti Ducatus, & Comitatus Papiæ, & Angleriæ valide declaravit, confirmavit & ratificavit, ac etiam denuo concessit Illustri quondam Philippo Mariæ, filio, & successori præfato quondam Illustri Joan. Galeaz avo tuo, per aliud privilegium confectum anno 1426. die 6. mensis Julii: Et cum tu Ludovice Maria a tantis Principibus talibusque potentibus splendidam originem ducas, procul dubio nobis persuademus fore, ut relictum a majoribus tuis Dominium non solum retineas, sed etiam cum omni dignitate gubernes, & tuo præstanti, excellenti, ac generoso animo omnia prospere, feliciterque succedant, ita ut procul dubio confidamus de tua solida virtute, & gravissimo consilio, & non solum te Ducatum, & Comitatum ad Sacri Romani Imperii dignitatem in Italia bene & laudabiliter conservaturum, sed omni etiam honore, & decore aucturum; Ex certa itaque scientia, motu proprio, & de nostræ Regalis potestatis plenitudine etiam suprema, & absoluta, nec quidem improvide, neque inconsiderate, nec per aliquem errorem juris vel facti, sed animo quieto, & deliberato, Principum, Comitum, Baronum ac Procerum, ac & aliorum nostrorum Sacri Imperii fidelium accedente consilio, Princeps dilecte non ad tuæ petitionis instantiam, sed de benignitate regali, nostro motu proprio, ac tuarum singularum virtutum expectatione poscente, hodie in nomine Domini Salvatoris nostri, a quo omnis principatus, dignitas, & honor provenire dignoscitur, te & filios tuos masculos ex legitimo matrimonio procreatos, & procreandos, & alios descendentes, qui ex te, filiis tuis legitimis masculi & legitimi nascentur, ut infra, ac successores tuos, in verum Ducem & Duces, Comitem & Comites successive, ordine infrascripto erigimus, facimus, decoramus, insignimus, sublimamus & creamus, videlicet Ducatus Mediolani & Lombardiæ, cæterarumque civitatum ac Comitatus Papiæ, & Angleriæ, & totius diocesis, districtus & territorii earundem, ac etiam omnium aliarum civitatum, terrarum, & locorum, quæ latius & expressius declaratæ & comprehensæ in prædictis litteris, diplomate ac Privilegio Ducatus, & Comitatus, per præfatum dignæ memoriæ D. Vincislaum Regem ipsi Illustr. Joan. Galeaz Duci proavo tuo, ut præmisimus, concessis, ad quas litteras, & quod privilegium Ducatus & Comitatus cum omnibus suis juribus & pertinentiis debitam & congruam relationem, & quorum verba & effectus, & substantiam hic pro sufficienter expressis haberi volumus & declaramus, decernentes expresse, quod tu, filii, hæredes, & descendentes ac successores tui, modo & ordine infrascriptis Duces Mediolani ac Lombardiæ, ac prædictarum civitatum, & terrarum, & Comites Papiæ, & Angleriæ, & ut supra, perpetuis temporibus omni dignitate, nobilitate, jure, potestate, honore & consuetudine gaudere debeatis, & frui continuo, quibus alii Imperii Sacri Principes, & nominati Duces Illustr. fruiti sunt hactenus, & quotidie potiuntur; terras quoque, civitates, oppida, castra, villas, provincias, districtus, montes & plana, quas & quæ latitudo Dominii tui continet, una cum omnibus terris feudatariis & vasariis in partibus, diœcesibus & districtibus, in dictis litteris Imperatoriis ac Ducatus & Comitatus privilegio declaratis, & comprehensis, cum earum & cujuslibet earum diœcesibus, districtibus, Comitatibus, juribus, imperiis, & pertinentiis, & castris, oppidis, villis, terris, territoriis, aquis, stagnis, torrentibus, lacubus, piscariis, riperiis, & fluminibus, eorumque Regalibus, silvis, salinis, rubetis, pratis, pascuis, piscinis, piscaturis, toloneis, judeis, monetis, judiciis, bannis, sive inhibitionibus venationum, & pœnis inde sequentibus, consuetudine vel de jure, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Baroniis, feudis, feudatariis, Vassarigiis, militibus, clientibus, judicibus, civibus, nobilibus, plebeis, rusticis, & agricolis, pauperibus & divitibus, ac omnibus eorum pertinentiis, quæ latitudo tui Dominii & dictarum civitatum, & diœcesum confinia, & limites dicti privilegii Imperialis Ducatuum Comitatuum comprehenderunt, ad quæ omnia congrua relatio habeatur, ut dictum est, in verum Principatum & Ducatum creamus, facimus, eligimus, & insignimus, ac de prædicta regalis potestatis plenitudine etiam absolute motu proprio & ex certa scientia decoramus, & tibi Illustr. Lodovico Mariæ Sfortiæ Vice-Comiti Duci ducatum, sive principatum hujusmodi nec non comitatus prædictos Papiæ Angleriæque cum omnibus honoribus, nobilitatibus, juribus, regaliis, jurisdictionibus, imperiis, privilegiis, & immunitatibus, quemadmodum Ducatus sive Principatus insignes a Serenissimis Romanorum Imperatoribus, vel Regibus possidentur, seu tenentur, vel hactenus possideri consueverunt, de benignitate Regali conferimus, decer-

cernentes, & hoc regali edicto statuentes, quod tu, filii, descendentes & hæredes, & successores tui ordine infrascripto perpetuo Principes, & Duces Mediolani, & Lombardiæ &c. Papiæ, Angleriæque Comites, ut supra, nominari, & appellari debeatis ab hodierna die in antea, & tanquam Sacri Imperii Duces, & Principes & Comites teneri, & honorari, & ab omnibus reputari, omnique jure, privilegio, regaliis, omnibus, jurisdictione, dignitate, honore, gratia & immunitate absque ullo impedimento perfrui, quibus alii Sacri Imperii Comites & Duces in dandis seu recipiendis juribus, in conferendis seu suscipiendis feudis, & omnibus aliis Illustrem statum, & conditionem Ducum seu Principum & Comitum concernentibus, fruiti sunt hactenus, seu quomodolibet potiuntur, & gaudent, aut potiri possunt. Cæterum ne circa successionem hujusmodi Ducatuum & Comitatuum aliqua in posterum dubietas oriatur, sed clarius, & certius succedendi modus detur, edicimus, & sancimus aliquibus juribus communibus, aut municipalibus, seu consuetudinibus, factis, vel fiendis aliqualiter non obstantibus; quod primogenitus masculus natus ex legitimo matrimonio tuo, Ludovice Maria Sfortia, Dux Mediolani &c. succedat in Ducatu & Comitatu prædictis, & aliis fratribus præferatur, licet conceptus, & natus sit ante Ducatum, & quod ipso primogenito decedente, etiam vivente te Duce, primogenitus masculus natus ex legitimo matrimonio dicti primogeniti præferatur primis, & aliis quibuscunque in Ducatu & Comitatu prædictis, & quod idem servetur in aliis quibuscunque primogenitis masculis, legitimis & naturalibus ex legitimo matrimonio primogenitorum descendentibus, ex primogenitis descendentes tui Ludovice Maria in infinitum, & quod primogenito tui Ducis Mediolani, etiam decedenti sine descendentibus legitimis, & naturalibus legitimis ex legitimo matrimonio natis, frater ejus secundo genitus legitimus & naturalis, ut supra, succedat in dicto Ducatu & Comitatibus prædictis, ut supra, & si fratrem, vel fratres legitimos & naturales non haberet, succedat filius legitimus & naturalis fratris secundo geniti in prædicto Ducatu & Comitatibus suprascriptis, & si non extiterint fratres, nec filii fratrum ipsorum, & descendentium tuorum ut supra, admittatur ad Ducatum & Comitatus prædictos proximior legitimus & naturalis, ut supra, descendens ex masculis legitimis, & naturalibus tui Ludovici Mariæ Ducis Mediolani &c. in casu tamen, quo contingeret ipsis fratribus primi post te Ducis Mediolani &c. legitimis & naturalibus non esse provisum, vel ipsos non habere aliunde modum, in quo honorifice secundum eorum conditionem & statum vivere possint, eo casu dictos fratres pro quolibet ipsorum volumus a præfato primo Domino Duce Mediolani debere habere intratam ordinariam florenorum duodecim millium auri de camera annuatim, similiter pronepotes tuos ex fratre habere in casu, quo deficiat provisionis prædictam summam duodecim millium florenorum auri, & in auro annuatim, & pro quolibet, computando tamen in hac summa ratam ejus, quod ipsos tangeret ex redditu Cremonæ, quæ fuit dos Illustris Dominæ Blancæ Mariæ matris tui Ludovici Mariæ, item computatis redditibus ecclesiasticis, vel stipendio, vel alia provisione, quam haberent, ita quod omnibus computatis, reperiantur habere dictam summam florenorum duodecim millium auri, ut supra. Decernentes autem, & de potestate, qua supra, statuentes, quod tu, tuique descendentes & successores Duces Mediolani possitis, & valeatis dare, in fœdumque concedere descendentibus & collateralibus vestris legitimis, & naturalibus masculis, de quibus supra, cujuscunque ætatis fuerint, vel esse reperiantur, descendentibus, seu collateralibus prædictis legitimis, & naturalibus non existentibus de civitatibus & principalioribus terris, de aliis autem terris, castris, territoriis & villis, rocchis, oppidis, & intratis Ducatus, & Comitatus &c. dare in fœudum, & concedere quocunque modo possitis etiam legitimis existentibus nominatis &c. cum illis conditionibus, pactis, oneribus, & subjectionibus, de quibus vobis videbitur, & placuerit, & de dictis civitatibus, & terris, castris, & territoriis dicti Ducatus, & Comitatus quoad castra & oppida, remanente tamen semper dicto Ducatu, & Comitatu conjuncto, per viam cujuscunque ultimæ voluntatis in prædictos descendentes, & collaterales disponere, & ordinare valeatis, ac etiam pro filiis, & posteris vestris de Capitaneis, Marastallis, Rectoribus, Gubernatoribus, administratoribus, & aliis quibuscunque regimen, gubernationem, & conservationem eorum Ducatus, & Comitatus concernentibus, providere prout vobis videbitur, & placuerit, decernentes etiam, & de potestate, qua supra, concedentes, quod omnia & singula agere, gerere, facere, & expedire valeatis in Ducatu & Comitatu prædictis, & civitatibus, & terris, & locis omnibus sibi subjectis in omnibus, & per omnia, quæ nos, & Rom. Imperatores gerere, facere, & expedire possemus, & uti suprema, & absoluta plenitudine potestatis, & quibuscunque aliis clausulis cujuscunque ponderis, & qualitatis existant, sine ulla exceptione, vel diminutione, & alia quæcunque facere, etiamsi essent de reservatis supremo Principi, quod omnes, & singuli casus, etiamsi essent majores expressis, vel etiam si requirerent specialem aut etiam in individuo de iis fieri mentionem, hic habeantur pro specialiter enumeratis, & sufficienter expressis, & pro specialiter & sufficienter enarratis, inhibentes tamen & prohibentes, quod descendentes & successores tui Duces Mediolani &c. non possint alicui extraneæ personæ, exceptis descendentibus, aut collateralibus prædictis, vendere, infœudare, donare, nec aliquovis modo alienare aliquam civitatem, castrum, oppidum,

terram, nec aliquam partem dicti Ducatus, & Comitatuum ac civitatum, antequam sint in ætate 25. annorum. Post dictam vero ætatem dare, & concedere, ut supra, possint de castris, & terris prædictis, decernentes ex nunc irritum & inane quoad prædicta alienata, si aliter factum fuerit, vel aliqualiter attentatum, & hoc ex eo, ut dicti Ducatus & Comitatus descendentibus & successoribus tuis Ducibus Mediolani & Comitibus &c. quantum plus fieri poterit, integri conserventur, possint etiam de bonis & rebus per eos acquirendis ad libitum ipsorum disponere, & providere. Decernentes etiam, & de nostræ regalis potestatis plenitudine statuentes, ut omnes & singuli Barones, Marchiones, Comites, Feudatarii, Vassalli, nobiles, & quicunque alii tenentes aliqua fœuda, Comitatus, Marchionatus, concessiones, jurisdictiones, jura, Regalia, quocunque modo in Ducatu, & Comitatibus, & Civitatibus, aut civitatum tuarum Diœcesibus, vel aliter, quomodocunque in Dominio tuo illa habuerint, & a quibuscunque, etiam si a nobis sive ab olim prædecessoribus nostris, aut a Ducibus Mediolani prædecessoribus tuis, aut tuis ut supra, subjecti sint pro fœudis antedictis, & pro quibuscunque aliis jurisdictionibus, & regaliis quomodocunque ab Imperio dependentibus, & ad omnem tui, & tuorum omnium descendentium, & successorum requisitionem de ipsis fœudis, Marchionatibus, & Comitatibus, concessionibus, regaliis, jurisdictionibus ac juribus quibuscunque, sese de novo investiant, ac novam teneantur facere recognitionem, & novam investituram recipere, & eam recipiant, & recognoscant a te Ludovico Maria Sfortia Duce Mediolani &c. & quod tibi Ludovico Mariæ, & tuis successoribus, ut supra, faciant fidelitatem, obedientiam, homagium, ac homagii fidelitatem, & obedientiæ promissionem, & juramentum, etiam pro Marchionatibus, Comitatibus, fœudis, concessionibus, jurisdictionibus, & juribus quibuscunque, quas & quæ prædicti tenent, & recognoverunt, seu recognoscere debuerunt a Sacro Rom. Imperio, intra prædicti tui Dominii fines, aut in Diœcesibus terrarum, & civitatum, prout supra, nobis facere debuerunt, dantes & concedentes auctoritate prædicta tibi Ludovico Mariæ in prædictis omnibus omnimodam potestatem, ut approbare, validare, & confirmare possis præsertim fœuda, & concessiones, ut supra, per te, fratrem, ac nepotem tuos alicui concessas, nec ulla persona, cujuscunque gradus & conditionis existat, vel communitas aliqua, vel collegium possint se a prædictis excusare sub prætextu alicujus privilegii cujuscunque tenoris existat; intelligentes, quod si contingeret Illustr. Joan. Galeaz nepoti tuo aliquos filios legitimos masculos dimittere, habeant a te Ludovico Maria Sfortia, seu a filiis, & successoribus tuis in prædicto Ducatu singulis annis Ducatos duodecim millia auri, & in auro pro quolibet eorum. Cupientes denique tibi, tuisque descendentibus, & successoribus Ducibus Mediolani &c. de armis, & insignibus providere, præsertim de insignibus nostris regalibus, quæ majores tui actu nostro, & prædecessorum nostrorum Serenissimorum Imperatorum, ac Regum nomine, retroactis temporibus in bellorum actibus, & ubique strenue retulerunt, non ad tuæ petitionis instantiam, sed de benignitate regia ex certa scientia, & de Rom. regiæ potestatis plenitudine tibi tuisque legitimis descendentibus, & naturalibus, & successoribus, ut supra, eorumque descendentibus in infinitum, quos Duces Mediolani, & Comites Papiæ, Angleriæque esse continget, concessimus, & concedimus, ac tenore præsentium licentiam, & facultatem elargimur, quod pro dicto Ducatu Mediolani &c. arma seu insignia regalia, videlicet aquilam nigram in campo aureo, in forma, qua ipsa arma Serenissimi Reges deferre consueverunt, aut per quarteria tuis tuorumque descendentium armis, prout tibi, descendentibus & successoribus Ducibus videbitur, & placuerit, ubique tenere, deferre, & portare, teneri, deferrique ac portari facere valeatis cunctis temporibus affuturis, ut per hoc inter nos, ac successores nostros in Imperio, ac te, tuosque successores ac descendentes Duces monumentum, & pignus amoris perpetuum, vinculumque unionis maneat, & perduret. Nolentes, sed potius districtius inhibentes te, tuosque descendentes, & successores Duces, ut supra, in armorum ipsorum delatione per quempiam, cujusvis dignitatis, & auctoritatis existat, per tempora successura quomodolibet impediri. Gaude igitur Princeps, & de impensis tibi per Celsitudinem nostram muneribus tua proles exultet; lætare Dux, & Comes, quem nostra Serenitas speciali, & ampla retributione prævenit, quam hucusque tibi, fratri, & patri non concessit tuis, operatio tamen tua quanto concordet cum nomine, & auctore Deo concessis tibi per nos potiri valeas feliciter dignitatibus, ac etiam ascendere ad majorem dignitatem, & prædicta omnia & singula valere volumus, & obtinere effectualem roboris firmitatem, non obstantibus quibuscunque legibus, juribus, constitutionibus, consuetudinibus, clausulis derogatoriis, & aliis concessionibus, infeudationibus, vel titulis per nos, vel prædecessores nostros in Imperio aliis factis, collatis, vel concessis super præmissis vel aliquo prædictorum, per quæ, vel per quos præsentibus non expressa, vel taliter inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, etiamsi talia forent de quibus oporteret superius fieri narratio, & mentio specialis in præsentibus, quibus omnibus & singulis, quæ ad sublimationem, erectionem, concessionem, infeudationem, & ad alia suprascripta, de plena, & absoluta potestate, & ex scientia certa præsentibus derogare volumus, ac etiam derogamus, supplentes omnem defectum solennitatis omissæ, si quis obscuritate verborum, seu aliter quomodolibet repertus fuerit

in

in præmissis, Jus tamen, quod ex dictis concessionibus, & creationibus in feudo dictorum Ducatuum & Comitatuum habemus, nobis & successoribus nostris in Imperio salvum maneat, & illæsum. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ illustrationis, sublimationis, creationis, decorationis, collationis, seu decreti paginam infringere, seu ei quovismodo contravenire. Si quis autem secus attemptare præsumpserit, præter indignationem nostram, gravissimam pœnam centum marcharum purissimi auri toties quoties contrafactum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem regalis nostri ærarii seu fisci, residuam vero partem suprascripti Ducis, & hæredum, ac successorum suorum usibus decernimus applicari. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & sigillari, ac manuali nostro chirographo in testimonium munivimus. Actum, & scriptum in civitate nostra Antverpiensi die 5. Septembris 1494.

Nota. Hoc Diploma eisdem verbis typis expressum reperitur in *Archivo Sacr. Imperii Romano-Germanici* a Collectore hujus Codicis in fol. edito *sub Ducatu Mediolani*, pag. 2. sequenti tamen differentia in fine ejusdem, ratione Dati, observata: Actum & scriptum in Civitate nostra Antwerpiensi, die Sanctæ Catharinæ Virginis, Anno Incarnationis Domini millesimo, quadringentesimo, nonagesimo quinto.

XXXIIX.

Maximiliani I. Rom. Regis Diploma justificatorium, cur Ducatum Mediolanensem, Joanne Galeatio Sfortia de Vice-Comitibus postposito, Ludovico Mariæ Sfortiæ de Vice-Comitibus contulerit, d. d. 8. Octobr. An. 1494.

MAximilianus, Dei favente Clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Britanniæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Geldriæ, Comes Flandriæ, Habspurgi, Tirolis &c. Cum Illustr. Dominus Ludovicus Maria Sfortia Vicecomes, qui multos annos Ducatum Mediolani cum laude & gloria gubernavit & administravit, sæpius & cum magna instantia a Serenissimo genitore nostro, & a nobis humillimis precibus requisiverit, ut privilegium hujusmodi Ducatus Mediolani & Lombardiæ, & Comitatus Papiæ Johanni Galeaz, ejus nepoti, concedere vellemus, tamen pluribus justis rationibus & causis repulsam tulerit, eo maxime, quod præfatus Johannes Galeaz ipsum Ducatum & Comitatum a populo Mediolanensi recognoverit, quod quidem fuit in maximum Imperii præjudicium. Et quia est de consvetudine Sacri Romani Imperii, neminem unquam investire de aliquo statu sibi subjecto, si eum de facto usurpavit vel ab alio recognovit: genitor noster perpetuæ memoriæ Imperator Serenissimus, neque Electores unquam consentire voluerunt, neque consentierunt, quod talis Ducatus & Comitatus in eum conferretur. Sed ut Illustris Sfortianæ familiæ rationem habuisse videretur, cujus egregia facinora & celebres victoriæ per universum pene orbem celebrantur, & quia idem Ill. Dominus Ludovicus in eo gubernaculo admodum sapiens est, & valide idoneus, in maximum commodum subditorum, & non parvam Sacri Imperii commoditatem, utilitatem & ornamentum, ei obtulimus tale privilegium in personam suam, & filiorum & successorum suorum, & accedente Electorum consensu, ei, tanquam bene merito contulimus privilegium & investituram Ducatus Mediolanensis & Lombardiæ, ac Comitatus Papiæ &c. prout publico diplomate a nobis sibi concesso continetur: In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & nostro sigillo pendente muniri, & nostra etiam propria manu subscripsimus. Datum in terra nostra Antverpiæ d. VIII. Octobris MCCCCXCIIII. Regnorum nostrorum, scilicet Romani VIII. Ungariæ vero V.

XXXIX.

Maximiliani I. Rom. Regis literæ, quibus Ludovicum Mariam Sfortiam de Vice-Comitibus, Ducem Mediolanensem de Ducatu Mediolani ac Comitatibus Papiæ & Angleriæ investivit; adjecta his est in calce Confirmatio Electorum Sacr. Rom. Imperii, d. d. 5. April. An. 1495.

MAximilianus divina favente clementia Romanorum Rex, semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Geldriæ, Comes Flandriæ, in Habspurg, Tirolis, Ferretis, in Kyburg, Artesiæ & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Marchio Sacri Romani Imperii & Burgoviæ, Landgravius Alsatiæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Slavoniæ, Portus Naonis, Salinarum & Mechliniæ &c. Notum facimus, tenore præsentium, universis. Regiæ Majestati Cæsareique nominis gloriæ pertinere arbitrantes, ut animum cogitatusque omnes ad ea referamus, quæ magnanimo Regi & Reipublicæ Christianæ leges ferenti conveniat, imprimis ut ea, quæ dignitatem Sacri Romani Imperii feliciter incrementis amplificant, assiduitate quotidiana meditemur, & ne sinamus quemquam de Romano Imperio bene merentem, debitis fraudari præmiis, ut cuncti præposita remuneratione ad promerendum alliciantur: Ad Illustrem Ludovicum Mariam Sfortiam Vice-Comitem &c. velut in eum, cujus amplitudinem, prudentiam, rectitudinem & animi

mi & corporis eximias dotes debeamus extollere, nostræ mentis conatus convertimus, ipsumque singularibus honorum & dignitatum titulis exornatum iri cupimus. Cum itaque per obitum Philippi Mariæ Angli quondam Mediolanensis Ducis, nullos ex se filios masculos aut descendentes legitimos & naturales relinquentis, Ducatus Mediolani & Comitatus Papiæ & Angleriæ, cum reliquis eorum Civitatibus & Terris, directo jure ad Sacrum Romanum Imperium fuerint & existant devoluti, dictum Illustrem Ludovicum, unum præ cæteris dignum ac bene meritum duximus, quem Ducatus Mediolani, Comitatusque Papiensis & Angleriæ, fastigio sublevaremus, præsertim cum ipsum pro suo præstanti, excelso & generoso animo solitaque virtute & gravissimo consilio non modo dictos Ducatum & Comitatus, ac Sacri Romani Imperii dignitatem in Italia bene & laudabiliter conservaturum, sed omni etiam honore & decore acturum, indubitato nobis persuasum haberemus. Sano itaque hoc Principum Electorum assensu, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum & Procerum nostrorum & Imperii sacri fidelium dilectorum accedente consilio, Præfato Illustri Ludovico Mariæ Sfortiæ &c. ad dies vitæ suæ Ducatum Mediol. ac Comit. Papiæ & Angleriæ, cum reliquis eorum civitatibus & terris, districtibus, Comitatibus, juribus, pertinentiis & castris, oppidis, villis, terris, territoriis, aquis, stagnis, torrentibus & ripis, ac fluminibus, eorumque regalibus, silvis, rubetis, pratis, pascuis, piscinis, piscaturis, theoloneis, monetis, judiciis, bannis sive inhibitionibus venationum & pœnis inde sequentibus, consuetudine vel de jure, nec non honoribus, nobilitatibus, juribus, Regalibus, jurisdictionibus, Privilegiis & immunitatibus, & aliis quibuscunque juribus, attinentiis, hominibus & feudis, a nobis & Sacro Romano Imperio dependentibus, ac ad dictos Ducatum Mediolani & Comitatus Papienses & Angleriæ, jure legitimo spectantibus & pertinentibus, quæ omnia & singula pro nominatim hic expressis & singulatim hic specificatis, ex prædicta nostra certa scientia & plenitudine potestatis, haberi volumus, auctoritate Regali & de certa scientia, in feudum nobile & honorificum concedimus, largimur, assignamus & conferimus per præsentes, ac ipsum Ludovicum de dictis Ducatu & Comitatibus & pertinentiis solemniter & expresse investimus. Eo tamen pacto, quod hujusmodi investituræ occasione vel vigore ipsius filiis, heredibus ac successoribus ad dictos Ducatum Mediolani ac Comitatus Papiæ & Angleriæ, cum singulis eorum pertinentibus, nullum jus sit acquisitum vel relictum, in toto vel in parte, quin imo post ipsius Ludovici obitum iidem Ducatus & Comitatus cum dictis locis, terris & pertinentiis ad nos vel successores nostros, Romanorum Imperatores & Reges, & Sacrum Romanum Imperium, rursum devolvantur ac devoluti existant. Itaque Spectabiles nostri & Imperii Sacri fideles dilecti, Balthasar de Posterla Comes & Eques, Johannes Franciscus de Marliano, Jurisconsultus, & Erasmus Brascha, Equites, & præfati Illustris Ludovici Consiliarii, Oratores & Mandatarii ac Procuratores legitimi, pleno & generali mandato, ad manus nostras exhibito & præsentato, constituti & suffulti, in animam suam jurandi, omniaque & singula agendi & exercendi, quæ ipsemet constituens & facere posset, avtenticum & in hujusmodi homagii & fidelitatis præstari solitum, debitum, consuetum, & corporale in manus nostras præstiterunt juramentum, in hunc modum videlicet: Nos Balthasar de Posterla, Comes & Eques, Johannes Franciscus de Marliano, Jurisconsultus, a Erasmus Brascha, Equites, Illustrissimi Ludovici Mariæ Sfortiæ Angli, Ducis Mediolani, &c. Consiliarii, Oratores & Mandatarii, promittimus & juramus per hæc sancta Dei Evangelia, quæ corporaliter tangimus, vice & nomine dicti Illustrissimi D. Ludovici Mariæ Sfortiæ Angli, Ducis Mediolani, & pro ipso Ludovico Maria Sfortia, in ejus animam juramentum, quod ipse D. Ludovicus ex nunc in antea fidelis & obediens erit, esseque debebit, & volet vobis, Serenissimo Principi & Domino, Domino Maximiliano, Romanorum Regi, gratiosissimo Domino nostro, & post decessum Serenitatis vestræ successoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus, sacro etiam Romano Imperio, contra omnes & quoscunque homines, scienter etiam nunquam volet aut esse debebit in consilio, ubi quicquam tractabitur aut protendetur contra Serenitatis vestræ personam, honorem, dignitatem sive statum, neque in his aliqua via consentiet, quinimo debebit & volet honorem & utilitatem personæ Serenitatis vestræ ac etiam sacri Imperii pro omni possibilitate sua procurare & promovere, & si unquam intelliget, quidquam contra Serenitatis vestræ personam, aut contra Regalem Majestatem protendi aut tractari, huic fideliter occurret, & Serenitatem vestram sine dilatione avisabit. Et præterea omnia & singula facere debebit & volet, quæ Serenitatis vestræ Sacrique Imperii Principi fidelique Vasallo, de jure vel consuetudine fideliter facienda incumbunt, dolo & fraude prorsus amotis. Ita nos Deus adjuvet & hoc sanctum Evangelium. Promiserunt insuper dicti Oratores & Mandatarii nominibus quibus supra, quod infra spatium trium mensium litteras reversales formæ hujusmodi nobis certissime consignari facient a præfato Illustri Duce sub suo sigillo & manus subscriptione, adjungentes etiam, quod nihilominus, quando ad Italiam pervenerimus, præfatus Ludovicus, si nobis placuerit, personale juramentum in forma supra scripta nobis facere debebit & obligatus existat. Decernimus itaque Regali auctoritate, statuimus & sancimus, ea omnia & singula præmissa inconcussi roboris obtinere firmitatem. Nostris tamen & Imperii Sacri ac aliorum quorumcunque juribus & libertatibus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, infeudationis, investituræ, decreti ac statuti paginam infringere, aut ei ausu

ausu temerario quovis modo contraire. Si quis vero hoc attemptare præsumserit, nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam & pœnam centum Marcharum auri purissimi se noverit irremissibiliter incurrisse, quarum medietatem Regali fisco sive ærario nostro, residuam vero partem præfato Ludovico decernimus applicandam præsentium sub nostri Regalis sigilli appensione testimonio litterarum. Datum in Civitate nostra Imperiali Wormacensi, quinta die mensis Aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, regnorum nostrorum, Romani decimo, Hungariæ vero quinto, annis.

Consensus & Confirmatio Electorum S.R. Imperii.

Cum Serenissimus Dominus noster, Maximilianus Rex, semper Augustus, Illustrem D. Ludovicum Mariam Sfortiam, Vice-Comitem &c. de Ducatu Mediolanensi & Comitatibus Papiæ & Angleriæ infeudaverit forma & modo subscriptis:

Inserantur hic literæ investituræ prainserta, de A. 1495.

Confitemur nos, ut Sacri Romani Imperii Principem Electorem, & N. post præhabitos tractatus & maturas deliberationes, præscriptæ infeudationi, omnibus quoque & singulis in præinsertis literis contentis, nostrum assensum & consensum, nostram quoque auctoritatem adjecisse, uti assentimus, consentimus, & adjicimus per præsentes, datas in conventu regali Wormacensi &c.

XL.

Instrumentum super actum solennem, quo Dominus Georgius de Ambasia, tituli Sancti Sixti Presbyter Cardinalis, nomine Ludovici XII. Galliæ Regis, Mediolanenses contra mododictum Regem rebelles in gratiam recepit, d. d. 17. April. An. 1500.

IN Nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Pateat universis, quod anno incarnationis ejusdem millesimo quingentesimo, die Veneris sancta, qua celebrant ipsius Domini passionem commemorantes, qui fuit 17. Aprilis, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini, Domini nostri Alexandri, divina providentia Papæ octavi, anno nono, in urbe Mediolani, quam plures Nobiles & cives ipsius urbis nomine Nobilium & totius Populi Mediolanensium adduxerunt Illustrissimum & Reverendissimum Dominum, Dominum Georgium de Ambasia, tituli sancti Sixti sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem Archiepiscopum Rothomagensem, Christianissimi & Invictissimi Domini nostri Ludovici, ejusdem Nominis duodecimi Francorum, Siciliæ & Jerusalem Regis, Ducisque Mediolani &c. Locumtenentem generalem, & humiliter Suæ Reverendissimæ & Excellentissimæ Dominationi exposuerunt, quod ex quo universa multitudo populi non poterat sic facile convenire in arce, in qua ipse Reverendissimus Dominus hospitio receptus erat, & agnoscentes, quod fere omnes deliquerant, multi in committendo, plurimi in obmittendo erga præfatam Christianissimam Majestatem, deviando superioribus diebus ab ipsius fidelitate, ad quam tenebantur, tanquam suo vero & naturali Domino, & Duci, & ad quem proprio sacramento adstrinxerant, & postea quum beneficio Dei, & clementia ipsius Christianissimi Regis atque bonitate ejusdem Reverendi, & Illustrissimi Domini, digni facti essent præsentia ipsius Reverendissimi Domini & admissæ, ut audirentur, tum pro exoneratione suæ conscientiæ in foro poli, tum etiam ut satisfacerent in aliqua parte erroribus perpetratis, proposuerunt palam & publice veniam & gratiam ex ea re, propterea humiliter supplicaverunt eidem Reverendissimo & Illustrissimo Domino Cardinali, ut dignaretur se transferre ad palatium prope Ecclesiam Cathedralem, quæ nuncupatur curia vetus, & ibi benigne audire suas humiles preces, qui præfatus Reverendissimus & Illustrissimus Dominus preces prædictas admisit, sicque ad dictum Palatium se contulit, comitatus ab Illustribus, Reverendis, Magnificis, spectabilibus, nobilibusque Viris, videlicet:

Petro Episcopo Lucionensi Cancellario Mediolanensi & præside Justitiæ.
Johann Jacobo Trivulso, Marescallo Franciæ, Regio Locumtenente & Gubernatore Mediolani.
Domino Henrico, Comite novi Castelli in Burgundia.
Domino Antonio Episcopo Comensi.
Dominico Hieronymo de Palavicinis Episcopo Novariensi.
Domino Angerio de Bria, Abbate sancti Ebemidi in Normannia.
Domino Antonio de Langiaco Alverniensi.
Domino Dominico de la Tuorre.
Domino Octaviano de Aeriuboldia.
Domino Nicolao de Birago.
Domino Augustino de Nigris Mediolanensibus.
Domino Bertrando de Costabella, Ferrariensi Locumtenente Reverendi Domini Archiepiscopi Mediolanensis Apostolicæ sedis Protonotariis.
Domino Joanne de Polignach in Alvernis, Domino de Bellimentis.
Domino Rogerio Barone Grandimontis in Aquitania.
Domino Guarnio de Narbona, Domino de Sarcellis in ligua occitana.
Domino Stephano de Vech, Barone Grimadi in Provincia Provinciæ Senescallo Bellicardi.
Domino Menna Corsinge Locumtenente stipendiatorum Illustrissimi Domini Ducis Sabaudiæ, quos a Christianissimo Rege meretur.
D. Jostruart. D. Drison.
Roberto Struart, Locumtenente militum Scotorum, Comite Manfredo Tormello Novariensi.
D. Capitaneo la Lande,

Dominis Doctoribus & Regiis Consiliariis.
Carolo Gvillard, Parisiensi Magistro requestarum ordinario.
Domino Claudio de Scicello, Sabaudiensi.
Domino Godefredo Carlo, Saluciensi.
Domino Antonio Catia, Novariensi.
Scipione Barbenara.
Hieronimo de Cusano.
Jo. Stephano de Castellione, Mediolanensibus.
Jacobo Hurault, Thesaurario Franciæ.
Jo. Hecuret, Thesaurario Mediolani.
Et aliis pluribus Juris, tam citra, quam ultra montana.

Cumque ad palatium ipsum pervenisset, ob populi frequentissimam multitudinem, quam nulla aula dicti palatii capere poterat, quamvis sint in eodem Palatio plures aulæ satis amplæ, visum fuit in curia inferiori eos audire, sicque collocato præfato Reverendissimo Domino in sede convenienti cum præfatis Illustribus, Reverendis & Magnificis Viris, Michael Tonsus, Doctor Mediolanensis, jussu populi & civium universorum ascendens pulpitum transscriptam habuit orationem nomine totius populi & civitatis Mediolanensis.

Priusquam locum hunc ascendissem, Reverendissime & Illustrissime Cardinalis, cupiebam mihi memoriam, facundiam eloquentiamque impertiri, quibus decenter potuissem exprimere devotum animum horum meorum concivium, & totius populi Mediolanensis ac mentem erga Serenissimum & Christianissimum Regem Francorum, Ducem nostrum Invictissimum; sed cum agnoscerem honestissimi voti mei me haud compotem fieri posse, nolui tamen ab officio boni civis discedere, nec orandi provinciam mihi injunctam recusare, quam pro exiguis ingenii mei viribus expedire conabor. Inter alias civitates Italiæ, nemo est qui dubitet, Mediolanum multis de causis principatum obtinere, quando illi dominetur justus & legitimus Princeps, sicuti semper magno desiderio optimus quisque amantissimus, qui patriæ civis, concupivit, cujus voti cum compotes facti essemus superioribus diebus, dum Christianissimus Rex, Dux noster suum hunc ducatum recuperaverit, quo quidem neque major, neque melior Princeps nobis dari poterat; & quamvis jure & merito in fidelitate, ad quam illi servandam etiam sacramento nos ipsi adstrinxeramus, nostri fuisset officii perseverare, quandoquidem ejus clementissima Majestas benigne nos suscepit, tamque liberaliter tractavit, ut cives civitati, civitatemque civibus restitutam vere nobis dicendum esset, cum inter historicos constet, Mediolanum, omnemque Insubriam Gallorum unam pene coloniam fuisse, id quod vel ex hoc facile colligimus quod universum hunc tractum Galliam Cisalpinam adhuc nuncupamus, tamen (proh dolor) victi fragilitate sensus secuti sumus autores & principes factionis damnandæ cum eis a fide præfati Christianissimi Regis deficientes, eo gravius delinquentes, gravioribusque suppliciis afficiendi, quod nulla nobis causa rebellandi relicta, cum neque Regia Majestas, neque ii, quos huic suo ducatui administrando præfecerat, ullam nobis causam præbuerant. Nam quantum ad Reverendum Episcopum Luceonensem attinet, qui juri reddendo præpositus erat, non est in quo reprehendi possit, qui nos æque ac filios, & foveret & humanissime tractaret; Illustris vero Dominus Jo. Jacobus Trivulcius ita in nos justus, æquusque fuit, eoque amore nos omnes sine ullo personarum discrimine est prosecutus, ut Bruti & Torquati Justitiam imitatus, qui propriis filiis, cum deliquissent, non pepercerunt, severius in suos quam in alienos advertit, in quibus & aliis clarissimis virtutibus a majoribus suis minime degenerans qui patriam hanc suam maxime coluerunt, non deceat Reverendi Episcopi Comensis pietas & omnis Trivulciorum familia in concives suos singularis humanitas. Summa profecto fuit sapientia illustris Jo. Jacobi, nam cum illi prospectum esset quosdam esse in civitate sediciosos, quos præcavere deberet, voluit eos beneficiis conciliare & si ingrati & duræ cervicis homines a plano proposito suo non desistentes rebellionem contra Christianissimum Regem conati sunt, atque potuisset profecto ipse Jo. Jacobus eorum conatus meritis suppliciis coërcere, sed quia sine civitatis excidio & civium sanguinis id fieri non poterat, ut civitatem integram Christianissimo Regi, ut sui erat officii, conservaret, maluerit ubi discedere, & cum aliis regiis militibus in Castra se recipere, quo prudentissimo fortique consilio effectum est, ut ad gloriosas, & eas quidem innummerabiles, quæ Regibus Franciæ ex diversis hostibus contigerunt, hæc quoque alii minime inferior accederet, in qua Ludovicus Sfortia hostis, & qui partibus ipsius studebant cum toto exercitu victi, captique essent, captus præterea ipsius frater Ascanius Cardinalis cum omnibus qui fœdissima fuga patriam relinquentes potentissimas Regis Franciæ manus evadere frustra tentabant. verum ut misera hæc urbs a periculo eriperetur, quod ei ad rebellionem innuebat, Deus optimus Maximus, qui Regum spiritum excitavit, ut te Reverendissime ac Illustrissime præsul cum plenissima potestate ad nos mitteretis cujus bonitate atque ingenita clementia factum est, ut quod summis precibus Principes civitatis & imprimis Reverendus Episcopus Vivensis contendebant, trecentis millibus scutorum ad reperandam corrigendamque partem impensarum, quas culpa nostra Regia Majestas fecerat, direptionem, eandem captivitatem, cæteramque licentiam militarem Mediolanenses evaserint, quæ quidem mulcta & pœna non tota statim repræsentetur, verum centum millia Calendis Maji proxime numerentur, reliqua temporibus & modis quos Reverendissimus Cardinalis constituet ac declarabit. Sicque tanti Præsulis clementia, concives, pœnas quas merito luere debeamus evasimus, quo quidem beneficio illi excluduntur, qui rebellionis auctores extiterunt, omnesque ejusdem conscii, & participes ante dum

dum inclusive, qua se Illustris Jo. Jacobus in arcem Mediolani recepit. Restat Reverendissimus & Illustrissimus Dominus ut nomine ejus populi aliquid a Reverendissima Dominatione tua deprecer, id quod fretus humanitate tua non dubitabo, & primum cum ad conspectum Regiæ Majestatis Reverendissima tua dominatio redierit, velit de hoc populo illi constantissime polliceri, eum in fide & devotione suæ Regiæ Majestatis in perpetuum permansurum, neque aliquid attentaturum, quod contra statum & honorem ipsius aliquando existat, futurumque exemplo beatissimi Petri Apostoli longe fideliorem, qui, negato Redemptore, eam pœnitentiam egit ut a Domino receptus erga illum in fide ferventior fuerit, cujus nomine ego supplex, & flexis genibus veniam & indulgentiam a vestra Reverendissima & Illustrissima Dominatione, hic pro Christianissimo Rege agente, obsecro atque oro pro rebellione nuper perpetrata præter consuetudinem Mediolanensium; petit deinde suplex & intercessione tua, Regia Majestas ingenita clementia dignetur remittere summam illam ducentorum millium scutorum, quæ si nobis solvenda esset vel universa, vel pars, intollerabilibus incommodis hæc civitas afficeretur; Nam & mercimonia cessarent & artificia, quæ hujus status firmissimi sunt nervi, & ejus Domini certissima vectigalia. Filiæ innuptæ jacerent, & filii nostri nullis possent honestis & consuetis artibus erudiri. Cessarent præterea quam plurima, quæ ad ornamentum ipsius civitatis pertinent, sine quibus pene ejus excidium consequeretur, Regum enim est subditos suos ditare quam depauperare. Præterea milites ex Mediolanensi agro revocentur, ut fructus colligi, servarique possint, quibus tam cives, quam Christianissimi Regis & Ducis nostri amici sustententur, ac reficiantur. Ad hæc ut unusquisque ad suum restituatur officium, & tanti Christianissimi Regis prudenti sententia non ignoscendi autoribus & principibus conjurationis, his saltem ignoscatur, qui participes fuerunt, nam cum rebelles primates essent civitatis, quibus reliqui reverentiam exhibebant, metu hoc reverentiali, qui tollit libertatem consensus, excusandi sunt. Demum summis precibus hic populus contendit, ut ea quæ absunt Carlis Ascanius, & ii qui illum secuti sunt, velit Regia Majestas eam operam adhibeant ne quandoque possint tumultum in civitate & regione aliquem excitare, possintque subditi Majestatis suæ in pace & quiete, cujus quidem sunt cupidissimi, & se & fortunas suas conservare. id quod si factum fuerit, non est quod de fide Mediolanensium erga suam Majestatem vereatur, quando idem est animus omnibus, eadem mens, illi in perpetuum fidelissime serviendi, fiet propterea perpetua omnium discordiarum civilium que factionum oblivio; quarum supplicationi nostrarum deprecationum si compotes nos fecerit Reverendissima & Illustrissima D. V. id quod certissime speravimus, & si fecerit quod tam generosum, & antiqua nobilitate virum tanta sublimi dignitate ornatum decet, suæque ingenitæ bonitati & solitæ clementiæ maxime est accomodatum, erit Deo acceptissimum nullis unquam temporibus abolendum, qui innummerabilibus his beneficiis tibi devinctus gratam eorum memoriam non impertire aut pepergamenus sed in marmore sculpta conscribi curabit, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Christianissimæ Majestatis Regiæ, ac V. Illustrissimi & Reverendissimi D. cui populus Mediolanensis & nos humillimis flexis genibus æternum nos commendamus.

Qua propositione facta, & consultatione habita, jussit idem Reverendissimus & Illustrissimus Dominus Cardinalis, magnificum utriusque Juris Doctorem, Dominum Michaelem Ricium, Regium Consiliarium propositæ propositioni, suo nomine respondere, qui ascendens idem Pulpitum, in hanc sententiam locutus est.

Misertus est Dominus super Ninivem civitatem, eo quod pœnitentiam egit in cinere, cilitio. Preces Vestras Mediolanenses, quas non minus humiliter, quam eleganter, ut par erat, porrexistis, benigne accepit Reverendissimus & Illustrissimus Cardinalis, non pro facinoris gravitate, sed pro clementia Charissimi Regis, & bonitate sua; Verum ut Christianissimi Regis & Ducis Vestri clementia magis elucescat, duxit gravitatem, atrocitatemque criminis paucis demonstrare, ac maxime decere existimavit ut ego ipse, qui ad fidelitatem Christianissimo Regi & Duci Mediolani servandam ejus jussu, quo die fidelitatis sacramentum juravistis, hortatus sum, infidelitatem vestram accusarem. Si dignæ vobis, pro demeritis, pœnæ luendæ essent, o Mediolanenses ita vobiscum agendum esset, sicut Romanos narrant historici cum Samnitibus egisse, quos, ob similem perfidiam tam severe puniverunt, ut Sammium in ipso Sammio requireretur. Si Attilam Gothorum Regem vindicem vestra haberet rebellio, in multa secula vestra vobis diruta mœnia vindictam, sicut & hodie Roma nondum restituta, attestarentur. Si ex memoria vestra non excidisset, quam acerbis suppliciis majores vestri, & a Carolo, Francorum Rege, Romanorumque Imperatore, & a Friderico primo, quoque Romanorum Imperatore affecti fuissent, non tam facile ac temere a fide Christianissimi Regis defecissetis. Quod enim detestabilius excogitari potuit, quam Mediolani Francorum Regi, legitimo in hoc Ducatu Successori, fidem fidelissimam; sive Mediolani originem repetimus, eum a Gallia fuisse vos ipsi etiam per oratorem vestrum nunc fassi estis, sive Successionis jura revolvimus, Regem Christianissimum ex libero ortum, alterum ex ancilla, & vos ipsi jam sciebatis, propter quod non solum legibus divinis, & quæ secularibus & quæ a Catholicis conditescat, sed Licurgi etiam institutis ab ipso rerum primordio populus iste obsequiis legitimi sui Principis obstringebatur. Demum si beneficia, quæ Christianissimus Rex Mediolanensibus contulit, in memoriam revocassetis, nonne ingratitudinem vestram quam gravissimam esse recognovissetis?

tis? Is enim non ambitionis studio, neque Regni, quod illi latissimum est, ampliandi cupiditate, sed ut suos Mediolanenses a tyrannide eriperet, maximis sumtibus ex Gallia in Italiam exercitum transmisit; ipse quoque nullis, neque propriis, neque regni sui parcendo periculis, venire non dubitavit, atque ejecto tyranno partaque victoria tantum tributi vobis imperavit, quantum ad præsidium, conservationemque vestram non sufficiebat, quinimo ex ipsa Gallia ad militum stipendia huc pecuniæ erant advehendæ. Justitiam, quæ ab Insubria diu exulaverat, per viros integerrimos ad vos revocatam libertatemque ita restitutam dedit, ut omnibus jam liceret (quod ante nefas fuerat) sua non solum dicere, sed etiam ostentare, vexationibus prorsus omnibus vos liberaverat. Ultro vos præterea illi fidelitatis sacramento obstrinxistis, sed proh dolor, nonnulli etiam dum jurarent, de rebellione cogitabant, in quam tandem omnes non tam temere, quam obliti honoris, & obliti periculorum, in quæ urbem hanc, & totam regionem conjecistis, defecistis a legitimo Successore, & justo Principe ad tyrannum iniquissimum, dereliquistis primum inter Christianos Regem, & præfatum, ac humilis conditionis hominem sequebamini, egeno ac pusillanimo potentissimum & magnanimum Regem commutastis, & quanquam neq; ingenium neq; lingua suppetunt ad vestri facinoris acerbitatem increpandam, persuadeo tamen mihi conscientiam vestram culpæ longe majoris vos ipsos condemnare, quam lingua mea accusare, detestarique possit. Quid admiseritis res ipsa declarat, hominem ab exilio recepistis, qui nihil potius duxit, quam templa divum, hæreditates, ac omnes fortunas expulsare, nec immerito. Erat enim, quod de Cambise Persarum Rege legimus, difficile ut is parceret suis, qui in contenta Religionis grassatus fuit. Et quamvis in hujus delicti genere plures sint gradus, nullus tamen est, in quo se quisque jure excusare possit, cum potuisset populis Mediolanensis conjuratis, si voluisset, resistere; quis enim tot tamque clara in Ludovicum Sfortiam amoris signa defendet? virorum & pecuniarum præstita subsidia, publicas præterea supplicationes atque lætitias? cum tamen plane videatis invasori, quem admisistis, Deum non favisse. Ecce enim angusto clauditur muro, quam paulo ante Mediolani non capiebant; servit, qui modo Mediolanensibus imperabat. Verum ingratitudo vestra Mediolanenses misericordiæ charissimi Regis fontem non exsiccavit. Summa bonitas hujus Reverendissimi Patris, tenentis locum ipsius, vestram omnem superat culpam, sed accidit maxime ad veniam impetrandam hujus celeberrimi diei, quo memoriam Dominicæ passionis, nostræque Redemptionis celebramus, occasio, propter quod ignoscit Christianissimus Rex, & Reverendissimus ac Illustrissimus hic Cardinalis, tenens locum ipsius, civibus & populo Mediolanensi, ipsis duntaxat exceptis, qui vel factionis authores, vel participes ante secundum diem Februarii, qua Civitas publice rebellavit, extiterunt, donat vitam & bona civibus & populo Mediolanensi, eosque tutos a violentiis reddit & direptionibus; hortor tamen vos Mediolanenses, ut fidem, quam Christianissimo Regi promisistis, ita inviolabilem servetis, ut ne minima quidem appareat perfidiæ suspicio, ne tanto gravior sit pœna, quanto majorem hodie estis veniam consecuti, nam si in fide Christianissimi Regis & Ducis vestri, ac Successorum ejus perseverabitis, erit profecto Mediolanensis inter cæteras Italiæ civitates, ut dixistis, primaria.

Quibus dictis universus populus gratias egit, parvulique & infantes, pueri & puellæ, vestibus albis induti, cum cruce aliisque divinis insignibus, ac ramis arborum ante faciem ejusdem Reverendissimi Domini Cardinalis processerunt, multi misericordiam acclamantes, plurimi divina subsidia deprecantes. De quibus omnibus nos subscripti Notarii, rogati, pro parte præfati Reverendissimi & Illustrissimi Cardinalis locum tenentis, hoc præsens publicum confecimus instrumentum. Actum die, anno, mense & loco prædictis.

Et Ego Joannes Mayna de Podinario Tenerinensis diœcesis publicus Imperiali auctoritate Notarius Regisque Secretarius præmissis interfui rogatusque, ut supra, publicum feci instrumentum. In cujus rei fidem me subscripsi signo meo solito apposito signavi. *Ainsi signé* Mayna.

XLI.

Tabula pacis inter Ludovicum XII. Galliæ Regem & Ducem Mediolani ex una, ac Pagos Helvetiæ, Uraniensem, Svitiensem & Subsylvaniensem ex altera parte facta; quibus prædicti Regis Ratihabitio adjecta est, d. d. 11. April. & 24. Maji, An. 1503.

LUdovicus, Dei gratia Francorum, Neapolis & Hierusalem Rex, Dux Mediolani: Universis & singulis has præsentes literas inspecturis notum facimus, quod cum nuper per charissimum & dilectum Consanguineum nostrum Carolum de Ambosia, Dominum Caldimontis, magnum Magistrum Franciæ, & generalem locum tenentem nostrum in nostro Mediolani Ducatu infra scripta capitula per dilectum & fidelem Consiliarium, & Cambellanum nostrum Antonium de Bassey Divionis Ballivum, Cumarum-

rumque Gubernatorem, cum magnificis Dominis Confœderatis nostris inferius nominatis ipsis tunc existentibus in campo & obsidione contra Lucarnum facta, tractata, & concordata a Domino Mattheo, Episcopo Sedunensi, & Comite Vallesiæ, nec non magnificis viris, Dominis Voltrico de magno Saxo, & Georgio de super Saxo eorum Oratoribus, tunc præsentibus per nos ratificare, confirmare & approbare facere promissum extiterit; Quorum Capitulorum, nec non promissionis dicti nostri locum tenentis tenor talis est:

Carolus de Ambosia, Dominus Caldimontis, Meliani, Sagonæ, & Vandovræ, Baro Charantoni, & Reinel, Magnus Magister Franciæ, Miles Regii Ordinis, & Christianissimi Domini nostri Francorum Regis, & Ducis Mediolani, locum tenens circa montes generalis: Universis & singulis præsentes litteras nostras inspecturis notum facimus, quod, cum nuperrime magnificus & strenuus Miles Antonius de Bassey, Ballivus Divionis, & Regius Cumarum Gubernator, ex commissione nostra devenerit cum magnificis Dominis inferius nominatis, qui erant in campo & obsidione contra Lucarnum ad tractatus, conclusiones, & pacis Capitula tenoris subsequentis:

Tenor articulorum pacis inter Christianissimum Dominum nostrum Regem Francorum, Ducem Mediolani &c. ex una: Et magnificos Dominos, Viros confœderatos de Ury, Schvitz, & Undervalden sub sylva principales, & generaliter omnes & singulos Confœderatos suos complices, & cohærentes in Campo Lucarno factæ & conclusæ per nobilem strenuum Dominum Antonium de Bassey, Militem, Ballivum Divionis, Gubernatorem Cumarum in præsentia & mediis Reverendi in Christo Patris, & Domini Matthei, Episcopi Sedunensis, Præfecti & Principis Vallesiæ, generosique Viri Domini Voltrici, de alto Saxo Baronis.

Primo, Quod Christianissimus Rex tribus illis partibus Confœderatorum principalibus, de Ury, Schvitz & Underwalden sub sylva libere resignet, relaxet, & præsentet castra, oppidum & Comitatum Bellinzonæ cum majore & minore jurisdictione, fundo, privilegiis, immunitatibus, juribus, & pertinentiis universalibus, nullis demptis, nec reservatis taliter qualiter ab antiquo ad hujusmodi Comitatum, castra & oppidum pertinuerunt, & pertinere solebant, una cum duobus villagiis ultra montem Cinerum, Jus videlicet Isonum & Medelia; quæ villagia cœperunt cum Bellinzona, & inde semper retinuerunt. Et quamvis ab antiquo ad Comitatum Bellinzonæ non serviverint, tamen Christianissimus Dominus Rex post hæc ad Comitatum assignavit, ita quod Christianissimus Dominus Rex pro sua Majestate, suisque successoribus, Ducibus Mediolani, hujusmodi castra, oppidum & Comitatum, cum præscriptis duobus villagiis renuntiet, & prædictis tribus Partibus Confœderatorum de Ury, Schvitz & Undervalden sub sylva litteris, quittanciis, seu investituris sufficientibus, & fide dignis in quietam possessionem reddet, & in antea sua Regia Majestas, nec sui Successores nullam unquam præsumant habere quocunque titulo querelam, reservato tamen jure feudi Imperii, ita quod hæc Donatio suæ Regiæ Majestati de cætero Dominio & Ducatu Mediolani nullum præjudicium imponere valeat, imo & præscriptæ tres Partes Confœderatorum debeant, & teneantur suis Expensis hujusmodi Comitatum in feudum ab Imperio consequi.

Secundo, Quod sua Regia Majestas citius quo fieri potest, suos Oratores cum pleno mandato ad Confœderatos dirigere debeat ad erigendum & confirmandum, vel renovandum Capitula, jam dudum facta inter Duces Mediolani, & Confœderatos cum omnibus privilegiis, exemptionibus & immunitatibus ultimo cum Ludovico Sfortia, & suis Prædecessoribus conclusis, tam pro theloniis, pedagiis, quam aliis quibuscunque emendo, vel vendendo, insimul commercia habendo. Et quod hæc Capitula se extendant ad omnes & singulos Confœderatos suos, Complices, & cohærentes universos, qui in antiquis fœderibus comprehendebantur, & juxta formam antiquorum Capitulorum.

Tertio, Cum etiam moventur variæ & diversæ querelæ, videlicet a Domino Episcopo Curiensi & Subditis trium partium, de Bellinzona, Vallebreni, & aliis de Liga Grisca omnes illi debent, & tenentur querelas suas primo ostendere, & declarare per literas, seu testes patentes & sufficientes, coram videlicet Christianissimi Domini Nostri Regis locum tenente, seu aliis Commissariis vel potestatibus ad hæc ab ipso deputatis, & visis uniuscujusque literis & juribus tales Regii Gubernatores primo attentare debent, ut illi secundum jus suum amicabiliter expediantur, & contententur. Si autem id amicabiliter fieri non posset, decidantur demum tales querelæ, tenore Capitulorum in præscripto proximo Articulo confirmando, absque ulla alia appellatione, vel contradictione.

Quarto, Quod ex utraque parte omnes omnino cessent & extinguantur innovationes theloniorum, pedagiorum, omniumque aliorum gravaminum de novo institutorum, vel in futurum instituendorum, quam erga Bellinzonenses illius subditos, vel alios confœderatos subjectos; & quod incolæ Comitatus Bellinzonæ hinc ultra omnibus utantur privilegiis, exemptionibus, & immunitatibus, quibus alii Confœderatorum subjecti gaudere solent, mercatores tamen confœderatis non attinentes teneantur, sicut ab antiquo consuetum est; & specialiter conclusum est, quod tam subditis præfati Christianissimi Domini Regis nostri, & Ducis Mediolani, quam illis de Bellinzona, & Vallebreni, aliisque ibi citra habitantibus reddantur, & restituantur omnia & singula sua bona immobilia, & pariter omnes & singuli fructus, reditus & similia ex ipsis bonis immobilibus

bilibus provenientia, quæ ipsis hucusque quovis modo ante guerram retenta fuerunt, ita quod omnes ex utraque parte captivi in præsenti guerra liberentur absque aliquo damno, vel ulteriori quæstione. Est etiam conclusum, quod omnes, qui in præsenti guerra intercepti, & juramentis fidelitatis ligati sint, absoluti & liberi ad pristinum Dominum & Dominium servire debeant. Item, quod omnes, & nemo præscriptarum ligarum præstabunt aliquod auxilium Ligæ Griscæ contra Illustrissimum Dominum Joannem Jacobum Trivultium, Marescallum Franciæ, sed observabunt ea, quæ continentur in Capitulo incipienti: Quod omnes, qui in præsenti Guerra, &c. & facient observari per dictam Ligam Griscam: Et ita quod ipsi de Liga Grisca remittant ad pristinum statum terram illustrissimi Domini Joannis Jacobi Trivultii, de fidelitate & juramentis per eos acceptis, sicut erat ante dictam Guerram in sequens dictum Capitulum. Aliter ille Dominus Regius locum tenens citra montes per præsentem protestatur non esse obligatum, facere ratificare per Regem Christianissimum dictam præsentem compositionem prout supra: Viso etiam, quod dictus Illustrissimus Dominus Joannes Jacobus est servitor prædictæ Regiæ Majestatis.

Quinto & ultimo, Quod cum præscripto Tractatu pacis extinctæ & abolitæ sint, penitusque eradicatæ omnes inimicitiæ, differentiæ, & controversiæ, usque in diem præsentem quovis modo habitæ & factæ, verbis seu factis, nec ab altera parte unquam in malum memorentur, nec recitentur, sed laudabilis amicitia, & mutuum fœdus ante hujusmodi differentiam & guerræ motionem inter partes initum, in suo vigore cum omnibus suis continentiis firmiter perseveret, & secundum illius tenorem bona fide a partibus teneatur.

Et pro ipsorum Capitulorum confirmatione habenda supra nominati Magnifici Domini confœderati cupientes antiquam amicitiam, & confœderationem cum prælibato Christianissimo Rege, & Duce, ut supra reconciliatam & renovatam servare, & in ea fideliter permanere, ad nos miserunt reverendum in Christo Patrem, & Dominum, Dominum Mattheum, Episcopum Sedunensem, & Comitem Vallesii, nec non magnificos viros Dominos Voltricum de magno Saxo, & Georgium de super Saxo, eorum Oratores, qui a nobis petierunt, ut ipsos Tractatus, Conclusiones, & Capitula supra scripta per præfatum Christianissimum Regem & Ducem suis patentibus literis confirmare & ratificari facere vellemus.

Nos itaque pariter considerantes, ut ipsis magnificis Dominis confœderatis sit bona & perpetua pax & concordia cum præfato Christianissimo Rege & Duce, nobisque persuadentes suam Majestatem Christianissimam pro suo instituto, & innata clementia bonam amicitiam, & pacem esse admissuram, per has nostras promittimus supra nominato reverendo, & magnificis Dominis Oratoribus, quod prælibata Majestas Regia Christianissima ratificabit & confirmabit ipsos tractatus, conclusiones, & capitula supra scripta, ac omnia in eis contenta, & ad ipsos magnificos Dominos confœderatos, seu ad ipsos reverendos & magnificos Dominos Oratores dictam Ratificationem, & confirmationem in debita forma transmittet.

In quorum Testimonium præsentes fieri jussimus, nostraque propria manu signavimus, & per supra nominatum Dominum Ballivium & Gubernatorem, quia tractatui & conclusioni ipsorum Capitulorum intervenit, pariter signari, & sigillis utriusque nostrum sigillari voluimus.

Datas Aronæ, die 11. Mensis Aprilis, anno Domini 1503.

Et nos Ludovicus Dei gratia Francorum, Neapolis, & Hierusalem Rex, Dux Mediolani &c. prædicta Capitula supra declarata & descripta, grata & rata habentes, ut ipsis & cuilibet ipsorum juxta, & secundum eorum formam, & seriem annuentes & consentientes, ipsa eadem Capitula, & contenta in eisdem, prout superius de verbo ad verbum narrantur & annotantur, confirmamus, ratificamus & approbamus, ac tenore præsentium de certa nostra scientia, autoritateque regia & ducali, confirmamus, ratificamus & approbamus, volentes expresse, quod dicta Capitula, & quodlibet ipsorum sint & existant tantæ efficaciæ, valoris & virtutis, sicuti per nos præsentem & personaliter tractata, passata, & concordata extitissent. Et in signum hujus has præsentes literas nostras confirmationis, ratificationis, & approbationis, manu nostra signavimus, sigillumque nostrum apponi fecimus. Datum Lugduni, die 24. Mensis Maji, anno Domini millesimo quingentesimo tertio, & Regni nostri Sexto.

XLII.

Diploma Maximiliani I. Rom. Regis, quo sibi a Regis Francorum, Ludovici XII. Consiliario & Receptore generali Financiarum, Magistro Henrico Royer, ejusdem Regis nomine, centum millia Librarum Turonensium, propter investituram de Ducatu Mediolanensi, exsoluta fuisse confitetur, d. d. 5. April. An. 1505.

MAximilianus, divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ &c. recognoscimus tenore præsentium nos recepisse a Serenissimi Principis, Domini Ludovici, Regis Francorum, fratris nostri charissimi consiliario & receptore generali Financiarum magistro Henrico Royer, summam centum millium librarum Turonensium, quas nobis tenebatur solvere præfatus Serenissimus Rex, tam ratione Investituræ per nos eidem Serenissimo Francorum Regi de Ducatu Mediolani, Comitatu Paviæ, cæterisque terris in investitura comprehensis, factæ, quam pro quibuscunq; aliis rebus & causis con-

contentis in tractatibus & articulis, initis, factis & conclusis inter nos & charissimum filium nostrum, Philippum Archiducem Austriæ, & Regni Castelliæ, nostrosque oratores ex una parte, & præfatum Serenissimum Regem Francorum, & ejus oratores ex alia, tam Tridenti, quam Blesis, prout in dictis tractatibus & articulis latius continetur, de qua quidem summa centum mille librarum Turonensium nos pro bene satisfacto tenemus, quittamus & liberamus præfatum Serenissimum Regem Francorum, fratrem nostrum, dictum Royer, & alios quoscunque ad quos spectare poterit. In quorum fidem præsentes signo manu propria confecto & sigillo nostro muniri fecimus. Datum in civitate nostra Haguenoa, die quinta Aprilis anno millesimo quingentesimo quinto, regnorum nostrorum Romani vicesimo, Hungariæ vero decimo quinto. *Ainsy signé*

Maximilianus.

XLIII.

Juramentum fidelitatis per Georgium d'Ambasia, S. R. E. Cardinalem Rothomagensem, vice & nomine Ludovici XII. Galliæ Regis, a Maximiliano I. Rom. Imperatore de Ducatu Mediolanensi investiti, præstitum, d. d. 6. April. An. 1505.

EGo Georgius de Ambosia T. T. sancti Sixti Presbyter Cardinalis Rothomagens. ac Apostolicæ sedis de latere legatus per Regnum Franciæ promitto & juro nomine & vice e mandato Serenissimi ac Christianissimi Domini Ludovici, Francorum Regis, uti Ducis Mediolani, vigore mandatorum a præfato Christianissimo Rege mihi traditorum in personam & animam ipsius constituentis, super sacrosancta Dei Evangelia per me corporaliter tacta vobis Sacratissimo & Invictissimo Principi & Domino, Domino Maximiliano, Romanorum Regi semper Augusto, Domino meo clementissimo, Cæsareæque vestræ Majestatis successoribus Romanorum Imperatoribus ac Regibus, sacroque Romano Imperio, quod præfatus Serenissimus Rex Francorum & Mediolani Dux cum ipso Ducatu & suis pertinentiis nulli dabit ex nunc in antea, Majestati vestræ, tanquam Romanorum Regi, suo vero Domino & successoribus suis præfatis esse fidelis, obediens, & serviens, bonum & salutem, utilitatem & honorem vestræ Majestatis, & sacri Romani Imperii pro viribus procurare, damna avisare & avertere juxta omnem possibilitatem suam, & si ipsum in aliquo consilio esse contingerit, in quo contra Majestatem vestram & sacrum Romanum Imperium quidquam actum, aut attentatum fuerit, Majestatem Vestram avisare debet & vult, & alia omnia facere & adimplere, quæ fidelis Princeps & Vasallus Majestatis Vestræ & sacri Imperii, eidem Majestati Vestræ & sacro Romano Imperio facere, exhibere, & præstare debet & tenetur, dolo & fraude semotis. Ita me Deus adjuvet & sancta Dei Evangelia.

Auscultata & collationata in Cancellaria Regis Romanorum, & concordat cum originali. In cujus rei fidem manu & signo meo Zipriani de Seratein, Cancellarii Tyrolensis & Vice-Cancellarii Curiæ Cæsareæ subscripta est præsens copia.

Actum in Hagvenau die sexto Aprilis Anno Domini 1505. Signé *C. Serentein.*

XLIV.

Maximiliani I. Rom. Imperatoris literæ, quibus Ludovicum XII. Galliæ Regem de Ducatu Mediolanensi, Comitatibus Papiæ & Angleriæ aliisque inde pendentibus locis investivit, ac literas investituræ Ludovico Mariæ Sfortiæ de eodem Ducatu expeditas penitus rejecit, d. d. 7. Aprilis, An. 1505.

MAximilianus, divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Kiburgi, Luxenburgiæ & Gueldriæ, Landgravius Alsatiæ, Princeps Sveviæ, Palatinus in Habsburg & Hannoniæ, Princeps & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tyrolis, Goriciæ, Artesiæ, Hollandiæ, Sclavoniæ, Ferretis, Kyburgi, Namurci & Zutphaniæ, Marchio Sacri Romani Imperii super Anasum & Burgoviæ, Dominus Frisiæ, Marchio Sclavoniæ, Mechliniæ, Portus Naonis & Salinarum, ad perpetuam rei memoriam tenore præsentium recognoscimus, & notum facimus universis. Etsi Cæsarea Majestatis celsitudo divinitus videatur in hac sublimi Imperii sui specula constituta, ut pro cujusque meritis noverit munificentiæ & liberalitatis suæ partiri beneficia, ad ea tamen animi sui aciem potissimum debet intendere quæ non modo privati cujuspiam commodis censuerit profutura, sed quibus universæ Reipublicæ Christianæ dignitati & saluti, cujus imprimis Romanus Cæsar a Deo optimo maximo constitutus est protector & propugnator, videat proculdubio & salubriter fore consultum. Cum itaque Serenissimus Princeps, Ludovicus, Francorum Rex, frater noster charissimus, per Reverendissimum in Christo patrem Dominum Georgium de Ambasia, tituli sancti Sixti Presbyterum Cardinalem, & in Regno Franciæ Apostolicum Legatum, Oratorem & nuntium suum specialem, ad hoc literis & mandatis sufficienter instructum ac munitum, nobis supplicaverit, quatenus ipsum Regem pro se & hæredibus suis masculis ex suo corpore legitime

gitime descendentibus & eis deficientibus, pro illustri Claudia, filia sua primogenita, ac pro illustri Carolo, Archi-Duce Austriæ & Principe Castellæ, Duceque Luxemburgi, Serenissimi Philippi, Castellæ Legionis & Granatæ Regis, & Arragonum Principis, nati nostri Charissimi filio, & prænominatæ Claudiæ sponso conjunctum. Et si ipsam Claudiam mori contingeret, pro alia primogenita, quæ nubet prædicto Domino Duci Luxemburgi, vel alteri filiorum Serenissimi Regis Castellæ, & eis deficientibus sine liberis, pro hæredibus masculis præfati Serenissimi Francorum Regis, qui illo tempore venient ad capiendam investituram. Et si contingeret, ut supra dictum est, Ducem Luxemburgi, & Claudiam aliamque filiam Francorum Regis & filium Serenissimi Regis Castellæ decedere absque liberis, & nos non daremus investituram prædictis hæredibus, ducenta millia Francorum, quæ accepimus pro dicta investitura, jure tamen, quod dicti hæredes in ipso Ducatu tunc haberent, non obstante, restitutione dictæ summæ ipsis integræ salvo remanente intellectu, tamen quod si contingeret in prædicto casu hæredes supra dictos mittere pro investitura, tunc ipsi teneantur solvere jura consueta dictæ investituræ de Ducatu Mediolanensi, & Comitatibus Papiæ, & Angleriæ quos ipse Ludovicus Francorum Rex ad præsens tenet & possidet, & etiam de quibus prædecessores sui Duces Mediolani, a quibus originem traxit, per Romanos Imperatores & Reges investiti fuerunt, & qui ipsi tenuerunt & possederunt cum tribus civitatibus, oppidis, terris, castris, arcibus, villis, dominiis, districtibus, feudis, feudalibus, ac aliis quibuscunque rebus & bonis ad ipsa dominia spectantibus & pertinentibus nostra Cæsarea autoritate investire, ipsique Ludovico Regi & hæredibus suis, ut supra expressum est, non obstante priore investitura, Illustri Ludovico Sfortia prius exhibita, jura omnia & regalia, quibus ab antiquo Mediolani Duces, legitime investiti, usi sunt, ac quascunque gratias, libertates, immunitates, privilegia, honores, præeminentias, dignitates, Franchisias, Jurisdictiones & facultates concedere, & impertiri dignaremur, nos in arcano pectoris nostri mature & considerate revolventes inviolabilis amicitiæ, pacti, fœderis, unionis, & concordiæ conditiones, quas nuper pro commodo & salute Christianæ religionis invicem inivimus, tractavimus & conclusimus, nec non & nepotis nostri charissimi Luxemburgi Ducis prænominati cum Illustri Claudia ipsius Ludovici Regis filia futuro vinculo & connubio, quantumque emolumenti, utilitatis, & securitatis ex hac nostra & tantorum Principum concordia & intelligentia oriri possit universo populo Christiano consideratis & ipsius tandem Ludovici Regis virtutibus, & tanti regni fastigio, veterique & antiqua Germaniæ nationis cum Galliæ populis consuetudine, commercio, & amicitia ad missum propensis aliisque pluribus rationibus & respectibus animum nostrum ad hoc moventibus, quæ singula recensenda modo non sunt visa, ut ea omnia ad perpetuum Christianæ rei bonum, & Christi nominis hostium perniciem indies crescere & augeri magis possint, ac ipse Ludovicus Rex beneficentiæ nostræ liberalitatis invitatus eo alacrius cum opulenti regni sui opibus, ac subditorum juribus una nobiscum ad prosequendum Christiani orbis publicum, universale præsidium & adjumentum se recingat, & ad tutandam & propagandam Redemtoris nostri fidem ut Christi miles nobis opituletur, ejusdem Ludovici Francorum Regis supplicationi favorabiliter inclinati, recepto prius a prænominato Reverendissimo Cardinale Rothomagensi oratoris ipsius & nuntio ad hoc specialiter deputato debito ac in hujusmodi præstari solito fidelitatis & homagii juramento, quod in animam Regis sui in præsentia nostra rite & de more Cæsareæ nostræ Curiæ præstitit, sano ad hoc accedente Principum, Comitum, Baronum & Procerum nostrorum consensu, ex certa scientia, & de plenitudine nostræ Cæsareæ potestatis prænominatum Ludovicum Francorum Regem, pro se & hæredibus suis masculis ex suo corpore legitime descendentibus, & eis deficientibus pro illustri Claudia, filia sua primogenita, ac pro Illustri Carolo Serenissimi Castellæ Regis primogenito prænominato ipsius Claudiæ sponso conjunctum & pro alia primogenita ipsius Francorum Regis, quæ nubet eidem Carolo, aut alteri filiorum ipsius Castellæ Regis, dicta Claudia ex humanis decedente, & eisdem deficientibus sine liberis pro hæredibus masculis præfati Serenissimi Erancorum Regis, qui illo tempore venient ad suscipiendam investituram de prædictis Ducatu Mediolani & Comitatibus Papiæ, Angleriæque, quod nunc ad præsens tenet & possidet & de omnibus, quæ ad ipsum Ducatum & illius dominia quoquomodo spectare & pertinere possunt & debent, ac de omnibus, quibus prædecessores sui Duces Mediolani per Romanos Principes investiti fuerunt, nec non & quæ ipsi Mediolani Duces tenuerunt & possederunt, cum omnibus civitatibus, oppidis, arcibus, terris, castris, villis, districtibus, feudis, feudalibus, ac aliis quibuscunque rebus & bonis ad ipsa dominia spectantibus & pertinentibus, quæ & quas pro tempore existentes Mediolani Duces a nobis sive aliis Romanorum Imperatoribus, aut Regibus, prædecessoribus nostris, & sacro Romano Imperio in feudum suscipere habere consueverunt, solemniter & expresse investiendum duximus, & tenore præsentium investimus, ipsique Ludovico Regi & hæredibus suis, ut supra expressum est, non obstante quacunque investitura præfato Ludovico Sfortiæ, aut alii facta, quam præsentium tenore revocamus, cassamus & annullamus, Regalia dictorum Ducatus & Comitatuum consueta, ac quascunque gratias, libertates, immunitates, privilegia, honores, præeminentias, dignitates, Franchisias, Jurisdictiones & facultates concedimus & impertimur, declarantes, quod si contingeret, ut prædictum est, Ducem Luxemburgi, & Claudiam, aliamque filiam

filiam præfati Serenissimi Francorum Regis Castellæ decedere absque liberis, non dantibus relictis a prænominato Francorum Rege, teneamur restituere ipsis hæredibus ducenta millia Francorum superius specificata, permanente tamen jure salvo quod haberent in suo Ducatu prænominati hæredes, ea etiam adjecta, ut ante dictum est, conditione, quod in dicto casu hæredes, qui mitterent, pro investitura solvere debeant jura in conferendis ejusmodi investituris consueta, non obstantibus in præmissis aliquibus legibus, statutis, consuetudinibus aut aliis auxiliis generalibus, vel specialibus, quibus posset in præmissis quomodolibet obviare, etiamsi talia forent, de quibus specialis & individua mentio facienda esset: Illis enim omnibus, in quantum præmissis obsistant, de certa nostra scientia & plenitudine Cæsareæ potestatis prorsus & expresse derogamus, decernentes & hoc nostro Cæsareo statuentes Edicto ea omnia & singula perpetuam obtinere roboris firmitatem, nostris tamen, & sacri Imperii juribus in præmissis, ac alterius cujuscunque in cæteris semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ investituræ & concessionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem nostram gravissimam, nec non pœnam centum mille marcharum auri purissimi se noverit incursurum, quarum medietatem fisci, sive ærarii nostri, residuam vero injuriam passorum usibus decernimus applicandam præsentium sub nostri Regii sigilli testimonio literarum. Datum in civitate nostra Imperiali Haguenau, die septima Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo quinto, Regnorum nostrorum Romani vicesimo, Hungariæ vero decimo quinto. Sic signatum:

MAXIMILIAN.

Et sur le reply: Ad mandatum Domini Regis proprium; & plus bas: *Serentein*. Et sont les dites lettres séelées en lacs ou cordon d'or & soye noire d'un Seel en cire rouge empreint sur cire blanche, & au dos est escrit R^ta. *J. Collanet*.

XLV.

Maximiliani I. Rom. Imperat. Literæ, quibus Ludovicum XII. Galliæ Regem, de Ducatu Mediolanensi, juxta tenorem Pacis Cameracensis, investivit, d. d. 14. Junii, An. 1509.

MAximilianus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ &c.

Ad perpetuam rei memoriam, tenore præsentium cognoscimus, & notum facimus universis: Imperialis celsitudinis culmen, cui divino munere præsidemus, ad totius Christiani orbis tutelam, & orthodoxæ religionis conservationem propagationemque à Deo optimo maximo constitutum intelligentes; ad ea potissimum mentem, studium, animique aciem dirigimus, quæ non tam singulorum commodis, quam universæ Reipublicæ Christianæ saluti, dignitati, amplitudinique conducere arbitramur. Cum itaque superioribus temporibus, instigante humani generis hoste, omnisque discordiæ, dissensionis & zizaniæ seminatore, inter Christianos Principes & potentatus, multa & varia bella, maximæque discordiæ, contentiones, & rixæ proh dolor! exortæ, non modo variis calamitatibus, atque incommodis, singulorum subditos affecerint, verum etiam immanissimis nostræ religionis hostibus, ad invadendos Christianorum fines, magnaque imperia & regna, amplissimasque provincias occupandas, occasionem animumque præstiterint, ad eorum vires atque audaciam reprimendam, Salvatorisque nostri fidem propagandam, nihil magis quam veram & intemeratam inter Christianos Principes, & eos maxime, qui viribus, potentia, virtuteque præstant, pacem, concordiam, fœdus, amicitiamque, profuturum arbitramur, & maxime inter nos, & carissimum consanguineum, & fratrem nostrum, Ludovicum, regem Francorum Christianissimum, nec non Romanum Imperium, atque Francorum Regnum; Quorum auctoritate, & viribus & reliquos potentatus Christianos in officio atque amicitia contineri & Christiani nominis hostes ab injuriis arceri, prorsusque opprimi haud difficile posse, jampridem compertum est.

Quæ omnia in arcano pectoris nostri mature & considerate revolventes, quantumque commodi & emolumenti ex tractatibus pacis & concordiæ, confœderationis, ligæ, & amicitiæ, nuper in civitate nostra Imperiali Cameracensi, per & inter carissimam filiam nostram Margaretam, Archiducissam Austriæ, Ducissam Burgundiæ, Brabantiæ &c. viduam Sabaudiæ, nostro, & reverendissimum & illustrem in Christo patrem, Dominum Georgium de Ambasia, tituli sancti Sixti Presbyterum Cardinalem & Archiepiscopum Rothomagensem, atque in regno Franciæ Apostolicum Legatum, præfati Serenissimi Principis, Domini Ludovici Francorum Regis Christianissimi nomine, & mandato, initis, & conclusis, universo nomini Christiano exoriri possit, dictos tractatus, & omnia & singula in eis contenta, prompto atque alacri animo ratificavimus & approbavimus, litterisque nostris patentibus perpetuæ firmitatis robur habere decrevimus.

In quibus quidem tractatibus, cum inter cætera specialiter atque expresse conventum & conclusum extiterit, ut nos, nostro, ac sacri Romani Imperii nomine, præfato Christianissimo Regi de Ducatu & universo statu Mediolani, cæterisque civitatibus, terris, & juribus, pro se

suisque hæredibus & modis ac formis superius expressis ac descriptis, investituram concedere in forma autentica dignaremur; cumque præfatus Rex Christianissimus ex Ducibus Mediolani originem trahat, medio illustris quondam Dominæ Valentinæ, aviæ suæ, filiæ quondam Illustris Joannis Galeacii Mediolani Ducis: nos cupientes dictos tractatus pacis, ligæ, confœderationis, & amicitiæ, quantum in nobis est, perpetuo atque inviolabiliter observare, fraternamque benevolentiam cum prædicto Rege Christianissimo, continuis officiis ac beneficiis fovere & adaugere, ipsius præsertim virtutibus, & tanti regni fastigio, vetereque & antiqua Romanorum Principum & Germanicæ nationis cum Francorum regibus, & gallica gente, fœdere, amicitia & commercio, antiqua consuetudine ad amussim perpensis & causis animum nostrum moventibus, & præcipue ad perpetuum Christianæ religionis & rei publicæ commodum, Christianique nominis hostium perniciem, & ruinam, ac sacri Romani Imperii decus & ornamentum, utque ipse Ludovicus, Rex Christianissimus, beneficentia nostræ liberalitatis invitatus, eo alacrius, cum opulentis sui regni opibus, ac subditorum suorum viribus una nobiscum ad persequendum Christiani orbis hostem, & ad publicum atque universale præsidium & auxilium, se se accingat, atque ad tutandam & propagandam redemtoris nostri fidem acer Christi miles nobis opituletur, ejusdem Serenissimi Ludovici Francorum Regis supplicationibus inclinati, recepto prius à præfato Reverendissimo & Illustri Domino Cardinale, nuncio & procuratore ad hæc specialiter destinato, (prout nobis constitit litteris patentibus prædicti Regis & Ducis Mediolani, datis Pischeriæ, die quinto præsentis mensis Junii, subscriptis manuali signo ejusdem Regis, ac per Robertet secretarium suum signatis, & sigillatis, in cera rubra) debito ac in similibus præstari solito fidelitatis & homagii juramento, quod idem procurator & nuncius, in animam dicti Regis sui, in præsentia, rite, & de more curiæ nostræ Cæsareæ nobis præstitit, sano ad hoc & maturo accedente Principum, Comitum, Baronum, & Procerum nostrorum consilio, ex nostra certa scientia, & de nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine, prænominatum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum, pro se, & hæredibus suis masculis, ex suo corpore legitime descendentibus, & in defectum masculorum, pro Illustrissima Domina Claudia, ejus filia, illiusque futuro sponso, ac liberis, & descendentibus eorum masculis, & ex ipso matrimonio, & ex corpore dictæ Dominæ Claudiæ legitime procreandis; & si contingeret, quod Deus avertat, ipsam Dominam Claudiam decedere absque descendentibus masculis, & præfatum Regem Franciæ aliam, vel alias suscipere filias, pro alia, quæ erit primogenita, vel pro alia, quam Rex ipse ad ipsum Ducatum eliget, ac pro eo, cui contingeret eam desponsari, & eorum liberis masculis descendentibus, & eisdem deficientibus sine liberis, pro hæredibus masculis præfati Francorum Regis, & maxime pro Francisco, Duce Valesii, & Comite Engolismensi, quantum ad dictum Ducatum & Statum Mediolani, ejus hærede; & deinde pro aliis, qui illo tempore venient ad suscipiendam investituram de universo Ducatu & Statu Mediolani, & Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, quos nunc ad præsens tenet & possidet, nec non de Comitatibus ac dominiis Brixiæ, Cremonæ, Bergomi, Cremæ, & Glareæ ad duæ, his proximis diebus è manibus Venetorum, illa injuste usurpantium & occupantium, vi armorum per præfatum Regem fratrem nostrum recuperatis, ac de omnibus, quæ ad ipsum Ducatum, ac illius dominia, quoquomodo spectare & pertinere possunt & debent, ac de quibus prædecessores sui Duces Mediolani, per Romanos Principes investiti fuerunt, nec non & quæ ipsi Mediolani Duces tenuerunt & possederunt, cum omnibus civitatibus, oppidis, terris, castris, arcibus, villis, districtibus, feudis & aliis quibuscumque rebus, juribus ac bonis, ad ipsa dominia, vel ipsorum occasione spectantibus & pertinentibus; quæ & quas, pro tempore existentes Mediolani Duces, à quibus dictus Rex Christianissimus originem traxit, à nobis sive aliis Romanorum Imperatoribus aut Regibus, prædecessoribus nostris, à Sacro Imperio Romano in feudum suscipere & habere consueverunt, solemniter & expresse investiendum duximus, ac tenore præsentium investimus, Ipsique Ludovico Regi, ac hæredibus suis, ut supra expressum est (non obstante quacunque Investitura Ludovico Sfortiæ, & ejus hæredibus, aut aliis facta, quam præsentium tenore, & de nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine revocamus, cassamus & annullamus,) regalia dictorum Ducatus, Comitatuum, & dominiorum consueta, & quascumque gratias, libertates, immunitates, privilegia, honores, præeminentias, dignitates, franchisias, jurisdictiones, & facultates concedimus & impertimur, declarantes insuper, quodsi contingeret, ut prædictum est, prænominatum Regem, præfatam Dominam Claudiam, & ejus sponsum futurum, aliasque filias, & eorum sponsas absque liberis decedere, non dantibus nobis investituram hæredibus relictis à præfato Francorum Rege, teneamur restituere ipsis hæredibus, summas centum millium francorum, ac centum millium scutorum auri & in auro ad solem; quæ duæ summæ adscendunt ad summam centum quinquaginta quinque millium, centum septuaginta duorum scutorum auri ad solem, & quinque solidorum Turonensium, permanente tamen jure salvo, quod haberent in ipso Ducatu prænominati hæredes. Ea etiam adjecta conditione, quod in dicto casu hæredes, qui mitterent pro investitura habenda, solvere debeant jura in hujusmodi investitura consueta. Non obstantibus in præmissis aliquibus legibus, statutis, consuetudinibus, aut aliis auxiliis generali-

neralibus vel specialibus, quibus posset in præmissis, aut aliorum aliquo quomodolibet obviari, etiamsi talia forent, de quibus specialis & individua mentio facienda esset. Quæ omnia hic pro expressis & specificatis haberi volumus. Illis enim omnibus, in quantum præmissis obsistant, aut in futurum obsistere possint, de certa nostra scientia, & Cæsareæ potestatis plenitudine, prorsus & expresse derogamus. Decernentes, & hoc nostro Cæsareo statuentes edicto, ea omnia & singula perpetuam obtinere roboris firmitatem. Nostris tamen, & Sacri Romani Imperii juribus, ac alterius cujuscumque in cæteris, semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ investituræ & concessionis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram gravissimam ac pœnam centum mille marcarum auri purissimi se noverit irremissibiliter incursurum; quarum medietatem fisci, sive ærarii nostri, residuam vero partem injuriarum passorum usibus decernimus applicandam, præsentium sub nostri regni sigillo litterarum.

Datum in civitate nostra Tridentina, die quarta decima mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo nono, regnorum nostrorum, Romani vigesimo quarto, Hungariæ vero vigesimo.

Maximilian.

Ad mandatum Domini Regis proprium.

Serentein.

XLVI.

Maximiliani I. Rom. Imperatoris Litera, quibus, sibi a Regis Francorum, Ludovici XII. Consiliario & Receptore generali Financiarum summam centum millium scutorum aureorum, propter investituram de Ducatu Mediolanensi, exsolutam esse confitetur, d. d. 14. Jun. An. 1509.

MAximilianus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ & Comes Palatinus &c. universis & singulis has litteras nostras inspecturis, notum facimus & earum tenore confitemur, nos habuisse & recepisse realiter & in nummerata pecunia a Serenissimo Principe Domino Ludovico Rege Franciæ Christianissimo ac Duce Mediolani, & fratre & consanguineo nostro charissimo summam centum millium scutorum aureorum ad solem per manus Magistri Henrici Royerii, Consiliarii & Receptoris generalis suarum Financiarum, quam quidem summam præfatus Serenissimus frater & consanguineus noster nobis promiserat dare pro investitura Ducatus Mediolani, proque aliis de causis in tractatibus pacis & confœderationis nuper factis inter nos, seu procuratores nostros, & præfatum Serenissimum fratrem nostrum contentis, quam investituram nos hodierno die sibi concessimus in personam Reverendissimi in Christo Patris, Domini Georgii de Ambasia tituli Sancti Sixti Presbyteri Cardinalis & Archiepiscopi Rothomagensis, ac Sedis Apostolicæ in Galliis de Latere Legati, amici & consanguinei nostri charissimi, locumtenentis & procuratoris sui specialis, quantum ad hoc sufficienter ac debite fundati ac stabiliti, prout in litteris potestatis & procurationis datis in Oppido Pescheriæ anno præsenti, & quinta hujus mensis Junii, manu propria præfati Serenissimi fratris nostri signatis, & per Secretarium Robertel receptis, & etiam signatis, ac sigillo magno corroboratis, nobis apparuit, quas sane litteras potestatis & procurationis recepimus, & apud nos retinuimus, de qua quidem summa centum millium scutorum aureorum ad solem nos tenemus & confitemur, contentos & satisfactos esse, ac quitavimus, & per has nostras litteras præsentes quittamus dictum fratrem nostrum, ejusque hæredes & successores ac omnes alios ad quos spectat, aut spectabit in futurum, manu propria signarimus, easdemque sigillo nostro corroborari fecimus. Datum in civitate nostra Tridentina die decima quarta mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo nono, regnorum nostrorum Romani vicesimo quarto, Hungariæ vero vicesimo. Ainsy signé:

Maximilianus.

Sur le reply feelé, & sur ledit reply est escrit: Ad mandatum Domini Imperatoris proprium.

Serratein.

XLVII.

Donatio inter vivos a Ludovico XII. Galliæ Rege, filiæ suæ, Renatæ de Francia, de Ducatu Mediolani & Comitatu Papiæ, rebusque ad eosdem pertinentibus facta, cum substitutione filiæ suæ secundæ, Claudiæ de Francia, & Francisci, Ducis Valesii ac Comitis Angolesmi, Nepotis sui, d. d. 16. Novembr. An. 1513.

IN Nomine Domini Amen. Hujus præsentis publici Instrumenti donationem infra scriptam in se continentis serie cunctis pateat evidenter, & sit notum, quod anno ejusdem Domini millesimo quingentesimo decimo tertio, indictione secunda, mensis vero Novembris die decima sexta, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Leonis, divina providentia Papæ decimi anno primo, in nostrorum notariorum publicorum subscriptorum, testiumque infra nominatorum præsentia personaliter constitutus Christianissimus & Serenissimus Princeps, Ludovicus, Dei gratia Francorum Rex, motus bono, & paternali amore,

re, dilectioneque, quos habebat & gerebat, habet & gerit erga charissimam, & amantissimam ejus filiam, Dominam Renatam de Francia, & ut ipsa Domina Renata melius ejus statum interteneat, & altius sublimiusque matrimonio copulari, suorumque conditionis & status virum commodius reperire valeat, iis de causis & rationibus, aliisque quam plurimis bonis considerationibus ipsum Dominum nostrum Regem ad id, ut agebat, moventibus, quodque suæ voluntatis erat & est infrascripta, modo quo infra declarantur, fieri & integrum effectum sortiri ex sua liberalitate motu proprio, certa scientia, plenaria potestate, & auctoritate Regali & Ducali, donavit, cessit & transportavit, ac præsentium tenore donat, cedit, & transportat, donatione inter vivos facta, & alias melioribus modo & forma, quibus melius potest & debet de jure, consuetudine & usu, præfatæ suæ charissimæ & amantissimæ filiæ Renatæ de Francia, ab eo per prius in quantum opus erat, ut dicebat, emancipatæ, nobis Notariis subscriptis omnia & singula in præsenti publico instrumento contenta, pro eadem Domina Renata, stipulantibus & acceptantibus, suum Ducatum & patriam Mediolani, ac Comitatum Paviæ, una cum Castris, villis, civitatibus, urbibus, singulisque suis pertinentiis & dependentiis, prærogativis, præeminentiis & aliis juribus ac deveriis quibuscunque ab eisdem Ducatu & Comitatu dependentibus, nihil excepto nec reservato, pro de eisdem Ducatu, Patria, Mediolani, Comitatu Papiæ, Castris, villis, civitatibus, urbibus plenarie gaudendo per dictam Dominam Renatam, & descendentes ab eadem perpetuo, quamdiu erit aliquis superstes, successive de uno ad alterum, præferendo masculos fœmineis ordineque primogenituræ servato, tam in masculis, quam in fœminis, & in defectu descendentium ab eadem Domina Renata, posteritatisque ejusdem, voluit, statuit & expresse ordinat idem Dominus noster Rex, quod præfati Ducatus Mediolani, & Comitatus Papiæ, terræque, & dominia supra scripta sint, spectent & pertineant charissimæ & amantissimæ ejus Filiæ Claudiæ de Francia, ad eamque revertere, descendentesque ab eadem perpetuo, quam diu erit aliquis vivens, de uno ad alterum, modo & forma supra scriptis, & in defectu descendentium ab eisdem Dominis Renata & Claudia, ipsius Domini nostri Regis charissimis & amantissimis filiabus, posteritateque ipsarum, voluit & ordinavit idem Dominus noster Rex, earumque serie vult & ordinat dicti Ducatus Mediolani & Comitatus Papiæ, terræque & Dominia suprascripta sint, spectent, & pertineant perpetuo charissimo & amantissimo ejus Nepoti & Filio, Francisco, Duci Valesii & Comiti Angolesmi, descendentibus ab eodem, & ad eum revertentur, & in defectu præmissorum, redeant & revertantur ad ea, ad quæ de jure spectabit ex linea sanguinis & parentellæ Dominæ Valentinæ Mediolani, cum præfatis terris & Dominiis eidem Domino nostro Regi obvenit discedentes, quæ quidem Ducatum Mediolanensem, Comitatum Papiæ, villas, civitates, urbes, castra & Dominia suprascripta per ipsum Dominum nostrum Regem, modo præmisso donata, possent teneri & possideri nomine præfatæ Dominæ Renatæ de Francia, ejus filiæ ac sub eadem. Cui quidem Dominæ Renatæ idem Dominus noster Rex tradidit, & deliberavit, tenoreque præsentium dat & deliberat possessionem & gaudentiam virilem & actualem, quas ipse Dominus noster Rex habet, & habere potest in dictis Ducatu Mediolani, Comitatu Papiæ, villis, civitatibus, urbibus, castris, terris & Dominiis supra scriptis & prædeclaratis de eisdem possessione & gaudentiis se dessaisivit, atque devestivit, præsentium serie Litterarum, sive saisinam & investituram relinquit & dimittit ad commodum & utilitatem dictæ Dominæ Renatæ, suæ filiæ, faciendo ipsam Dominam Renatam Dominam & possessatricem rerum prædeclaratarum per præsentium traditionem promittens idem Dominus noster Rex in verbo regio & per fidem suam in manibus nostrorum Notariorum publicorum subscriptorum corporaliter præstitam quoquo modo non venire, nihilque dicere, aut facere contra præsentes, sed observare, intertenere perpetuo inviolabiliter & absque revocatione omnia & singula supradicta & ipsorum quodlibet sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum suorum specialiter & expresse, terrarum, & dominiorum prædeclaratorum pro quanto opus esset & facere poterat ipse Dominus noster Rex sine præjudicio eorum, quæ supra continentur. Promittens insuper idem Dominus noster Rex dicto ejus juramento medio & sub obligatione supra scripta garantizare & defendere res supra scriptas per eum dono datas præfatæ Dominæ Renatæ de Francia ejus filiæ erga & contra quoscunque, revocando, prout & revocavit, serieque præsentium revocat idem Dominus noster Rex omnes & singulos contractus, dispositiones & tractatus, quoscunque, quacunque occasione ante diem præsentis publici Instrumenti per ipsum Dominum nostrum Regem aut alterum pro eo & dicta Domina Renata de Francia, ejus filia, factos, accordatos, contrarios, aut præjudiciales quoquo modo dictæ charissimæ & amantissimæ Renatæ ejus filiæ, dictisque donationi nostri Regis, derogando eisdem, pro quanto opus erat & est de dictis plenaria potestate, motu proprio, certa scientia & auctoritate regali Ducali, quorum tenorem voluit & tenuit idem Dominus noster Rex, vultque & tenet pro expresso in his præsentibus in quantum mentionem specialiorem requisierant, quibus non obstantibus ac clausulis quibuscunq; in eis contentis, voluit idem Dominus noster Rex supra scripta suum plenum & integrum sortiri effectum, similiter derogavit, harumque serie litterarum derogat, pro quanto opus est, ipse Dominus noster Rex de dictis suis certa scientia, motu proprio, plenaria potestate & auctoritate Regali & Ducali omnibus

&

& singulis dispositionibus, juris, consuetudinis & usus, per quas effectus donationis, cessionis & transportus præsentium impediri, retardari, aut annullari valeret quoquo modo, maxime juri requirenti insinuationem in donationibus, omnibusque aliis singulis contrariis & præjudicialibus his, quæ supra scribuntur, & pro majore securitate præmissorum voluit, consensit & decrevit idem Dominus noster Rex, sibique placuit, vultque, consentit & decernit sibique placet, quod dicta donatio per eum modo præmisso facta suum plenum & integrum sortiatur effectum, melioribus modo & forma, quibus fieri potest & debet per donationem inter vivos, per mortem aut aliam quamcunque dispositionem & voluntatem perpetuo & irrevocabiliter absque quod contraveniantur, de quibus promissis omnibus & singulis præfatus Dominus noster petiit a nobis Notariis publicis supra scriptis sibi fieri atque tradi publicum instrumentum, seu publica instrumenta, unum vel plura. Acta fuerunt hæc in Regali Palatio Parisiensi sub anno, indictione, mense, die, Pontificatu prædictis, præsentibus ibidem Reverendo in Christo Patre & Domino, Domino Arphino Poilo miseratione divina &c. ac nobilibus viris, Dominis Imberto Rastarus, Cambellano præfati Domini nostri, ordinis milite, & Domino temporali de Bouchagio, & Florimondo Roberti, milite, Thesaurario Franciæ præfati Domini nostri consiliariis testibus ad præmissa adstantibus. *Et plus bas est escrit ce qui s'ensuit:*

Ego Martinus Bernart Clericus de Parisiis ordinis, in artibus Magister, publicus Apostolica & Imperiali autoritate venerabiliumque Curiarum universitatis & Episcopalis Parisiensis Notarius, nec non dictæ curiæ Episcopalis Parisiensis scriba juratus, quia supra scriptæ Donationi cæterisque promissis omnibus & singulis dum, ut supra scribuntur, per ante dictum Dominum nostrum Regem dicerentur & fierent una cum prænominatis testibus infrascriptoque Notario præsens fui, ideoque præsenti publico instrumento manu mea scripto signum meum publicum & consuetum una cum signo & subscriptione dicti Notarii subscripti apposui in fidem, robur & testimonium veritatis præmissorum requisitus. *Et encore plus bas est escrit ce, qui s'en suit:*

Et ego N.N.
Presbyter, ex decretis Baccalaureus, publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus, Venerabilisque Curiæ Episcopalis Parisiensis Notarius, ac ipsius Curiæ Episcopalis scriba juratus, quia suprascriptæ donationi, cæterisque præmissis omnibus & singulis, dum, ut supra scribuntur, per antedictum Dominum nostrum Regem dicerentur, agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus suprascriptoque Notario præsens fui, ideo huic præsenti publico instrumento manu suprascripti Notarii apposui in fidem, robur & testimonium veritatis præmissorum requisitus.

Et a costé est le seing desdicts Notaires cy-dessus nommés.

XLVIII.

Diploma, quo Claudia, Galliæ Regina, Conjux Francisci I. Galliæ Regis, eidem Regi marito Ducatum Mediolani, cum terris inde pendentibus, certis sub conditionibus, dedit, d. d. 28. Junii An. 1515.

CLaude, par la grace de Dieu Reyne de France, Duchesse de Bretagne, a Tous ceux, qui ces presentes lettres verront & ouiront, salut! sçavoir faisons, que nous considerans le bon & entier amour que nostre tres cher, & tres aimé Seigneur, Monseigneur le Roy, nostre Consors, & Espoux, nous a toujours porté par cy devant, & encores faict, & pour le remunerer du don, qu'il luy a plu faire des Duchés D'Anjou & Angoulemois, Comtés du Maine & de Beaufort, & soy charger du mariage de nostre tres chere & tres amée Sœur Madame Renée de France, & nous en descharger, & nostre dict Duché de Bretagne, considerans aussy les frais, mises, & depenses qu'il a convenu & convient faire pour la conqueste de notre Duché de Milan, & autres terres & Seigneuries à nous appartenans au pays d'Italie, ses peines & travaux, que nostredict Sieur & Espoux prend continuellement pour icelles recouvrer, le grand & quasi infini argent, que par plusieurs & diverses années, tant du vivant de feu nostre tres cher Seigneur & Frere, le Roy Louis, que Dieu absolue, que du depuis a esté tirée hors du Royaume de France pour conquerir par diverses fois, & garder ledict Duché de Milan & autres terres & Seigneuries dedict pays d'Italie, & aussy que plusieurs Princes & Seigneurs de nostre sang, & autres grands Seigneurs subjects & Vassaux du Royaume, ont exposé leurs personnes & biens en faisant les dites conquestes. Pour ces causes, & aussy pour l'amour reciproque, que portons a nôtre dict Sieur & Espoux, & a la Couronne de France dont sommes issue & extraicte desirans la prosperité & augmentation d'icelle de tout nostre cœur, sur ce bien conseillée & authorisée suffisament en tant que besoin seroit de nostre dit Seigneur & Espoux, de nostre propre mouvement, liberalle volonté, pleine puissance & authorité Royalle enusant du privilege escrit en droit, par lequel les Reynes ne sont subjettes aux constitutions & coustumes disans les donations faictes par les femmes a leurs marys durant leur mariage non valoir, a iceluy nostredict Seigneur & Espoux a ce present & acceptant & stipulant avons donné, cedé & transporté, & par ces presentes donnons, cedons, & transportons par donation, faicte entrevis & irrevocable, nostre dict

dict Duché de Milan & autres terres & seigneuries a nous appartenans en quelque maniere que ce soit au dict pays d'Italie, tant & si auant qu'elles se comportent & estendent, sans y rien reserver ni retiner, pour d'icelles jouir par nostre dict Sieur & Espoux perpetuellement & a toujours, & s'il nous survist sans hoirs descendans de nostredit mariage, ou apres le trepas d'iceux descendans, s'il leur survist apres nostre deced, comme de sa propre chose & heritage, & promettons en bonne foy, en parole de Reyne, de garder & observer les choses dessus dites, & ne venir jamais au contraire pour quelque cause, raison, ou moyen que ce soit, directement ou indirectement, & si promettons les garantir & defendre envers tous, & contre tous, & payer touts interests & domage que mondit Seigneur, le Roy pourroit avoir, si ladite donnation ne fortoit son plain & entier effect, & ce soubs l'hypotheque & obligation de tous & chascuns nos biens, & mesmement les dicts Duchés de Milan, & autres terres & seigneuries dessus dites, & renonçons a toutes exceptions tant de droict, que de faict, & voulons lesdicts cas advenans, qu'il en puisse prendre possession toutes fois, que bon lui semblera. En temoin &c.

Et au dessous est escrit ce qui s'ensuit:

Die vicesima octava mensis Junii, anno millesimo quingentesimo decimo quinto, donatio supra dicta facta est, præsente Domino nostro Rege, acceptante Domino Cancellario, Magistris Florimondo Roberta, & Roberto Gedouyn nobis Notariis subscriptis. Signé J. de Montheunault & Bastille.

Et plus bas est aussi escrit ce qui s'ensuit:

Collation a esté faite de la presente copie a l'original estant au thresor des Chartres du Roy, a la requeste du Procureur general du dit Sieur en sa Cour de Parlement par moy Thresorier & garde de dites chartres soubsigné le premier jour de Decembre, mil cinq cens soizante quince, signé Formayet.

Et au dos est aussy escrit:

Donation faicte par la Reyne Claude au Roy François de la Duché de Milan &c.

XLIX.

Tractatus inter Franciscum I. Galliæ Regem, & Maximilianum Sfortiam, Ducem Mediolani, causa Ducatus Mediolanensis conclusi, d. d. 14. Octobr. An. 1515.

FRançois, par la grace de Dieu Roy de France, Duc de Milan, & Seigneur de Gennes. A tous ceux, qui ces presentes lettres verront, salut. Comme puis nagueres, moyennant la grace divine nous ayons recouvert par force nostre Duché de Milan, duquel avoit esté epulsé feu de bonne memoire le Roy Louis, nostre beaupere (que Dieu absolue:) & soit de present le tout reduict en nostre main & obeissance, hors les chateaux de Milan, & de Cremone, que tient & occupe nostre Cousin Maximilian Sforce, & pour lesquels recouvrer, avons faict assieger iceluy chateau de Milan, abbatre les defenses d'iceluy & proceder de sorte qu'esperons en bref le remettre en nos mains; toutefois nostre dit Cousin, qui est dedans, nous a faict prier & requerir par ses commis & deputtes, que voulussions venir a quelque amiable composition avec luy, moyennant laquelle il nous rendroit & remettroit en nos mains les dicts chateaux de Milan & Cremone, avec l'Artillerie, Munitions de vivres, & estans en iceluy savoir faisons que pour esviter les dangers & homicides qui pourroient escheoir en baillant l'assaut audit chateau, effusion du sang humain, & pour reserver le demeurant du dict chateau, qui n'a esté foulé, ne battu d'Artillerie en son integrité, inclinans aussy liberalement a la priere & requeste de nostredit Cousin Maximilian Sforce, lequel n'avons voulu du tout ruiner & annichiler, avons par l'aduis & deliberations des Seigneurs de nostre sang, des gens de nostre Conseil, voulu, accordé, & consenti audict Maximilian Sforce les chapitres & articles qui s'ensuivent:

Et premierement a accordé & promis nostre dit Cousin Maximilian, que de sa part nous baillera & livrera effectueusement, ou a nos commis & deputés, iceluy Chateau de Milan, avec l'Artillerie, Vivres, & autres munitions, estans dedans & s'employera & procurera de tout son pouvoir sans fiction, ne simulation de faire mettre des a present entre nos mains, ou de nos commis & deputés ledict chateau de Cremone avec l'Artillerie, & munitions qui y sont. Et oultre quittera nostre dict Cousin tout le droit qu'il pretend de present, ou pourroit pretendre pour quelque cause que ce soit ausdicts Duchés & Estat de Milan, ses appartenances & dependances a nostre profit & promettra par foy & serment, qu'en nulle maniere par voye directe ou indirecte, ne pourchassera ni fera pourchasser pour luy, ou autre en quelque façon que ce soit, de recouvrer l'Estat & Duché de Milan, & de ce nous baillera lettres en forme autentique signées de sa main, & scelées de son seau, & moyennant ce avons promis & promettons a nostre dict Cousin, que ne donnerons aucun destourbier ou empechement a l'Ambassadeur de nostre dict Sainct Pere le Pape, estant a present audict Chateau, qu'il se puisse retirer avec ses biens, meubles ou bon luy semblera, ne pareillement aux Capitaines & piettons Suisses estans audict Chateau, qu'ils ne se puissent retirer avec leurs biens meubles en leur pays; Et aussy a l'Ambassadeur du Roy d'Arragon & Espagnols estans a present en iceluy chateau, qu'ils ne se puissent retirer a leurs Maitres, ou Maisons avec leurs biens meubles, & semblablement aux Servi-

teurs

teurs dudict Maximilian & autres quelconques estans de present audict Chateau, qu'ils ne se puissent retirer en leurs maisons avec leurs biens meubles, lesquels & un chascun d'eulx respectivement avons pris & prennous en nostre protection & Sauvegarde, ensemble leurs dicts biens meubles tant qu'ils seront en chemin de nostre dict Duché de Milan & ailleurs en nos terres & Seigneuries pour eulx retirer, comme dict est, & ne pourront lesdits Suisses & Espagnols en eulx retirant, sejourner en nostre dict Duché de Milan, ou ailleurs en nos terres & Seigneuries, ainsi s'en iront d'une suite par competantes journées sans mesfaire à aucuns en payant les vivres qu'ils prendront. Et oultre moyennant le present accord avons pardonné & pardonnons a tous nos subjects, qui sont de present audict Chateau de Milan, les crimes & delicts qu'ils pourroyent avoir commis & perpetré tant contre deffunt, de bonne memoire, le Roy Louis nostre Beaupere, que Dieu absolue, a la derniere revolte du dict Chateau de Milan, que depuis nontre nous, encores, que ce fut Rebellion, ou crime de Lezé Majesté. Et ainsy à ceux, qui sont allés en Allemagne par ordonnance de nostre dict Cousin, & pour son service, dont il sera cru sur sa foy, & des dicts pardons & remissions auront de nous lettres en forme authentique, si bon leur semble, & si avons promis qu'apres la conclusion de ce present traicté & le dict Chateau de Milan rendu en nos mains, d'envoyer a Rome supplier nostre sainct Pere le Pape de faire Cardinal nostre Cousin Maximilian Sforce & Procurations de ce faire dans trente jours & ferons icelle pour suitte a nos depens, & poutra nostre dict Cousin, si bon lui semble, envoyer un homme expres devers nostre sainct Pere le Pape pour savoir & entendre le devoir en quoy nous serons mis à faire ladicte poursuitte, & promettons ne faire jamais poursuitte pour faire autre Cardinal, que prealablement le dict Maximilian ne le soit d'autre part en faisant & accomplissant de sa part ce que dessus procurerons & pourchasserons envers nostre dict sainct Pere & Pape & autres qu'il appartiendra qu'il soit pourvu en l'Eglise des Archevechés, Abbaye, Prioré, Prevosté, & autres dignités Ecclesiastiques, jusques a la somme de trente six mil livres, cepandant que ladicte poursuitte se fera jusquez a ce, qu'il soit pourveu des dicts benefices, nous luy donnerons chascun an de pension semblable somme de trente six mil livres, qui se payera par quatre termes de l'an par esgalle portion a la fin de chascun terme, & commencera l'année au present mois d'Octobre & a mesmes que le ferons pourvoir desdicts benefices, d'autant sera defalqué & diminué de la dite pension de la quelle promettons luy bailler caution a la Banque de Lion. Pareillement luy donnerons pour une fois la somme de quatre vingt quatorze mil livres payables en deux années pour en disposer à son plaisir & volonte, dont la premiere année de payement commenceront à present, & l'autre l'année prochainement venant, & de ce luy baillerons seureté & caution, & outre promettons au cas de susdit de luy bailler des a present six mil livres comptant, pour iceuluy aux Capitaines, & gens de pied Suisses, qui de present sont audict Chateau de Milan, pour les departir entre eulx, ainsy qu'ils aviseront, & si pardonnerons aceulx qui sont dedans le dict Chateau de Cremonne, & suffrirons & permettons qu'ils se puissent retirer avec leurs biens meubles sans aucun destourbier ou empeschement, quant ledict chateau nous sera delivré, ainsi & par la forme & maniere qu'avons promis faire a ceux, qui de present sont audict Chateau de Milan.

Plus quand aux donnations faictes a Alexandre Francisque Sforce du Domaine patrimoniyalle, ou autrement en la Duché de Milan par nostre dict Cousin Maximilian Sforce, ou par feu nostre Cousin, le Seigneur Ludovic son pere, & leurs predesseurs, nous les laisserons jouir des dites choses données, pourvuqu'elles n'excedent la somme de trois cent mil escus de revenu annuel, lesquelles reservons racheter d'eulx toute fois & quantes que bon nous semblera a prix raisonnable. Et avec ce quand aux autres donnations faictes par nostre dit Cousin, a plusieurs personnes, nous souffrirons & promettons, qu'icelles personnes respectivement en puissent jouir jusques a la somme toutes fois de deux mil escus de revenu annuel tant seulement, qui pourront estre rachetés par nous a prix raisonnable, comme dit est cy dessus, & si avons donné & donnons de pension annuelle au fils du Comte Francisque la somme de mil escus & outre au cas dessus dict avons promis & promettons a Maistre Hierosme Maron une place de Senateur en nostre Senat de Milan, & le faire maistre de requestes de nostre hôtel, & si luy laisserons la Comté Dely, qu'il tient a present, toutefois y pourrons mettre garde, quand bon nous semblera, pour la sureté de nostre Estat; Et semblablement donnerons au Seigneur Gonzague deux mil ducats pour le revenu des dots, qu'il a à cause de ses fermes, que nous pourrons achepter quand bon nous semblera a prix raisonnable comme dessus; Et outre luy donnerons deux mil livres de pension par chacun an, & cinquante hommes d'armes, & si laisserons jouir le Castelain de Cremone, au cas dessusdict de ce, qui lui a esté donné par nostre Cousin Maximilian, pourveu toutefois, qu'il n'excede la somme de douze cens livres de revenu annuel, que pourrons achepter a prix raisonnable quand bon nous semblera; Aussy laisserons jouir le Seigneur Mantrend de Carrats de la somme de sept cens livres sur le revenu de Cremone, que nostre dict Cousin luy a donné, lesquels pourrons rachepter a prix raisonnable comme dessus; & oultre donnerons de pension annuelle a Maistre Jonanier Allemand deux mil livres, & moyennant ces choses a promis nostre Cousin, & de ce nous bail-

baillera lettres, qu'apres qu'il aura mis entre nos mains ledict Chateau de Milan, & aura procuré à son pouvoir, que celuy de Cremonne nous soit delivré, comme dict est, il se retirera par devers nous, & ce faict s'en ira en nostre Royaume de France, ou nous voulons qu'il puisse aller par tout ou bon luy semblera dedans nostre dict Royaume. Et faisant ce que dessus nous promettons de le bien & humainement traicter, comme nostre bon parent & subject & de sorte qu'il aura cause & matiere de se contenter. Lesquelles choses & chascune d'icelles, nous sur nostre foy, & parole de Roy avons promis, & promettons de garder, observer, & entretenir, ainsy & par la forme & maniere que dessus, sans jamais pour quelque cause & occasion, que ce soit, venir contre, & en temoin de ce nous avons, signé ces presentes de nostre main, & faict seeler de nostre Seel a Pavie, le quatorzieme jour d'Octobre, l'an mil cinq cens quinze, & de nostre regne le premier. Susard, *soubs le reply.* FRANCOIS. Par le Roi, Duc de Milan. *Robertet*, scelé, en double queüe de cire jaulne.

L.

Francisci I. Galliarum Regis Diploma, quo Maximilianum Sfortiam, Mediolani Ducem, abolitis omnibus male contra se factis, in gratiam recepit, eique omnia bona mobilia & immobilia, jura &c. restituit, d. d. 8. Mart. An. 1516.

FRanciscus, Dei gratia Francorum Rex, Dux Mediolani &c. Dilecto fideli nostro consobrino Galeacio Vice-Comiti vita functo, claræ memoriæ, cum Maximilianus Sfortia Ducatum Mediolani nostrum, Comitatumque Astensem vi armata, brachioque inimicorum Principum occupavisset ac detineret, quos antea Justitiæ titulis prædecessor noster possederat, nos superum voluntate & providentia ad coronam Regni, Ducatumque, Comitatum, & cætera dominia successimus, ac, ut par erat, vim prædecessori nostro illatam propulsare, occupataque recuperare, proposuimus, quod primum militariis agminibus, magisque summa Dei bonitate Ducatum & Comitatum, Maximiliano detentore pulso, recuperavimus iisdemque restituti fuimus, possessionemque omnium illorum intrepide suscepimus ac tutari & conservare eadem clementia pervigili cura studemus; verum quia & tu nobis auxilio ad hoc esse poteras tua prudentia, experientia & consilio, illis turbulentis temporibus a servitio, fide & familiaritate nostra proregis aberrans te alienasti, fortassis de bonitate superum in nos desperans; nobis tamen tuum casum conferentibus, & tandem in mente nostra revolventibus quem te prædecessori nostro præstiteris, tibique injuncta magni momenti mandata prudenter ac diligentissime perfeceris, quodque in consulendis ac perpetrandis rebus nostris maxime Italicis frugi nobis esse poteris & in omnibus inservire, quemadmodum hoc toto corde desiderare accepimus litteris charissimi nostri avunculi Bastardi Sabaudiæ, Comitis Tende & Villaris Cambellani nostri & nostræ patriæ provinciæ magni Senescalli, Gubernatoris ac Generalis locumtenentis, nec non dilecti consiliarii nostri Ludovici Jorbini, Domini de Soleriis oratorum nostrorum apud Dominos Helvetios amicos & dilectissimos nostros, prædictis considerationibus moti his præsentibus vim nostræ certæ scientiæ, ac motus proprii habentibus ac de nostræ potestatis plenitudine tibi errores ipsos, etsi quod aliud gravius in nos, nostrumque ultra & citra montes statum admiseris, etsi crimen sit læsæ Majestatis, vel aliud de quo oportet magis expressam facere mentionem, plenissime remittimus & indulgemus, teque restituimus libere & absolute, tuto & impune ad omnia bona mobilia & immobilia, jura, credita, privilegia, libertatem & actiones quascunque, oppida, villas, terras & Jurisdictiones cum mero & mixto imperio, gladii potestate, & omnimoda Jurisdictione, fructus seu reditus, præeminentias, honores, gradus, & dignitates & officia quæcunque & qualiacunque, quibus gaudebas & fruebaris tempore recolendæ memoriæ prædicti nostri prædecessoris, non obstantibus quibuscunque concessionibus, dispositionibus, donationibus & aliis alienationibus per nos aut de mandato nostro factis, nec non jure tertii cujuslibet possessionis, bannisque & sententiis etiam in rem judicatam transactis, appellationibus & exceptionibus quibuscunque atque legibus, decretis, statutis, ordinibus, ordinationibus, provisionibus, erectione, senatus & aliis quibuscunque, etiamsi de illis oporteret magis specificari, & individuam facere mentionem, quibus omnibus & singulis auctoritate, scientia, motu & potestate antedictis quo ad hoc derogamus & derogatum esse volumus & intendimus, eaque volumus intelligi ad litteram, prout jacent. Præterea tua gaudentes restitutione, atque in tuis fidelitate integra, ac operibus sperantes, donamus te his solum muneribus, ut tu & particulares, ex tuo corpore descendentes, duntaxat possitis & valeatis quandocunque dicta oppida, terras & villas, dominationes, jurisdictiones, merum & mixtum imperium, gladii potestatem & omnimodam jurisdictionem, seu partem eorum vendere, disponere, donare, alienare, & quemcunque contractum, seu distractum facere, ita ac si essent vere & proprie alodialia & naturam honoris alodialium saperent, tollentes in totum, quo ad hoc & cæteram feudorum naturam & proprietatem tandiu, quandiu erunt in manibus tuis, aut tuorum jam dictorum successorum ex tuo corpore descendentium, nam cum primum ad alias manus pervenerint, volumus, ut ad pristinum revertantur naturam, & eo in statu, ut nunc, sint.

Concedimus etiam, ut bona tua omnia præsentia & fu-

& futura, quæ per te quovis modo acquiruntur & quæcunque supra scripta, sint exempta, & immunia, & pro immunibus & exemptis habeantur, tractentur una cum communitatibus, hominibus, & particularibus personis dictorum oppidorum, villarum, & jurisdictionum tuarum ac una cum dictorum hominum bonis ab omnibus annatis, oneribus, & taleis hinc retro impositis, & in futurum imponendis, etiam a stationibus, sive hospitiis, aut alogiamentis & contractionibus armigerorum tam pedestrium, quam equestrium, tam in civitate, quam extra, & ab omnibus quibuscunque impositis, vel imponendis, sive a nobis, sive a nostris agentibus, etiam si essent impositæ vel imposita, vel hominibus civitatum, vel oppidorum, & villarum Status Ducalis sive a quibuscunque aliis neminem exceptando, & si essent annati, homines onera, taleæ & stationes, sive alogiamenta, de quibus opus esset magis specificam & individuam facere mentionem, exceptis datiis mercantiæ, Ferraciæ Traenqualdorum, taxis equorum & oneris saliæ, dantes tibi nihilominus exemptionem de gratia speciali bonorum Mozzezanæ dicto Vesconto, qua exemptione gaudere possis ac uti eo modo, quo utebaris anno Domini milesimo quingentesimo decimo tertio & decimo quarto, & est pro viginti septem stariis satis & pro taxis quatuor equorum derogando decretis absolute disponentibus quod reditus salis, & taxarum equorum quovis modo alienari non possint. Cæterum, ut in tranquillitate & quiete reliquum dominium vitæ tuæ possis ducere, declaramus & volumus eisdem scientia, motu & potestate ante dictis te liberum esse absolutum, prout & te liberamus & absolvimus ab omni eo, quod posset tibi opponi vel requiri pro damnis illatis aliquibus subditis regni & Ducatus nostrorum, tam in rebus publicis, quam in privatis, & de rebus agitatis & exactis a militibus, seu militum taleis communitatibus status Mediolani, & a personis particularibus cujusvis gradus & conditionis existant, ab anno Domini millesimo quingentesimo tertio decimo usque in diem præsentem, & si essent talia, de quibus opus esset magis specificam & individuam mentionem facere, super quibus omnibus & singulis perpetuum silentium imponimus. Deinde ut sis certior factus quod libenter te in gratiam etiam reposuimus, & quod multum tibi gratificare cupimus, & volumus quod fideles dilecti nostri Comes Fridericus Boromæus, & Petrus Pustula, tui generi, nec non Anchises & Saxus, Vice-Comites, affines tui, ac Gaspard Germanus, Joannes Angelus Bolus, dictus Bolanus, & Stephanus Robba possint & valeant frui & gaudere continentia præsentium litterarum, sive privilegii, quoad exemptionem tantum bonorum talearum, & hospitiorum, sive alogiamentorum, prout supra, nec secus ac si expressam & individuam mentionem & nominationem de eorum bonis, tam mobilibus quam immobilibus & rebus suis omnibus faceremus. Volumus quoque, quod tui familiares & servitores hic interius nominati in omnibus, & per omnia, possint & valeant frui & gaudere gratia generali nuper omnibus exulibus & bannatis a regnis & statu nostro Mediolani, per nos concessa; Joannes Angelus Bolus, dictus Bolanus, Stephanus Robba & filius Oliverius Gabriel & fratres de Marcellinis, Antonius Lunellus, Astensis licet non fuerit bannitus; Joannes Antonius de Levate, dictus Bellimus, Meuladus de Cazalajus, dictus Blanchinus, Baptista de Abbate, Franciscus & fratres de la Ortia, Aloysius Delpilno, Petrus de Brembilla, Fortunatus de Bossiis, Joachimus de Marchillo, Jo. Thomas de Sancto Mauricio, Jo. Jacobus de Mantegatiis, dictus Guasconus, Bonacursus de la Porta, Jo. Maria de Lampugnavo, & frater Magister Chiapinus Marescallus, Christophorus Passera, Gaspard de Cremona Mandato Dominico de Laute etiam Marescallo Franciæ, affini & ultra montes locum tenenti generali nostro charissimo, ac bene dilectis fidelibus Cancellario, seu ejus vice gerenti generali Financiarum ac Senatoribus senatum nostrum Mediolani tenentibus, Magistris Intratarum, Capitaneo Justitiæ, nec non cæteris omnibus & singulis officialibus & subditis nostris, ad quos spectat & quomodolibet spectare poterit, quibuscunque ac cuilibet in solidum hæ nostræ præsentabuntur, quatenus ex causis prædictis, tuosque prædictos generos nobiles & servitores ipsos in personis & in bonis non molestent, nec molestari permittent, omnesque processus, banna, condemnationes, scripturas, & quæcunque alia contra te, ac illos causis ante dictis agitata cassent, annullent, & pro nihilo habeant, sicuti & nos per has nostras cassamus, annullamus, & pro nihilo habemus, & haberi volumus, hasque præsentes gratiæ & exemptionis litteras, & reliqua continentes integre, inviolabiliter, & ad litteram observent & exequantur, ac observari & exequi faciant, quanti gratiam nostram æstimant, quia sic nobis placet & ita fieri volumus. In quorum omnium testimonium has nostras fieri, & sigilli nostri in similibus consueti impressione muniri jussimus. Datum Parisiis die octavæ mensis Martii, anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto, & Regni nostri tertio. Per Regem Ducem Mediolani. De Meusuille. Visa & sigillata sigillo Regio pendenti magno in cera viridi coloris cum cordula rubei & viridi coloris, more solito.

LI.

Caroli V. Rom. Imperatoris literæ, quibus filium suum, Philippum, Hispaniarum Principem, de Ducatu Mediolani ac Papiæ & Angleriæ Comitatibus, eorumque juribus & annexis investivit, d. d. 5. Julii, An. 1536.

CArolus Quintus, ad futuram rei memoriam. Recognoscimus pro nobis & posteris in Imperio Successoribus & notum facimus tenore præsentium universis, quod per obitum Illustris quondam Francisci Sfortiæ, Mediolani Ducis, absque hæredibus legitimis & Pheudi capacibus defuncti, ejusdem Mediolani Ducatus & Status ac pertinentium utili Dominio pleno jure ad nos & Sacrum Romanum Imperium devoluto, nos, pro majori & stabiliori securitate ejus Status, & ut illi talem præficeremus, qui Sacri Romani Imperii jus & proprietatem, authoritate, potentia & viribus tueri & conservare, subditos vero in pace & justitia regere & gubernare posset, eundem Ducatum, Statum & Dominium Mediolani, ex supra dictis & aliis rationibus ac causis, cum omnibus suis pertinentiis & juribus Serenissimo Principi nostro, Philippo, Principi Hispaniarum, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, filio nostro carissimo, motu proprio & quod multo magis utilem, convenientem & idoneum ad ejusdem Status & Jurium Sacri Imperii in eo defensionem comperiremus per aliquot annos, contulerimus & donaverimus, prout in litteris nostris desuper editis l. tius continetur & ejusmodi donationem prædictus filius gratulanter ac humiliter acceptavit. Proinde cupientes ejusmodi nostram donationem, ut par est, debitum sortiri effectum, & illius quoque animum ad Sacri Imperii devotionem, ac ea officia, quæ ipsum Sacrum Romanum Imperium a tanto Vasallo & ejusdem Imperii Principe jure meritoque exspectare potest & debet, excitare ac plenius demereri desiderantes, eundem Serenissimum Principem Filium nostrum carissimum, id a nobis suppliciter & instanter petentem, ex nostra certa scientia, ac de nostræ Imperialis potestatis plenitudine, sano Principum & Procerum nostrorum & Imperii Sacri fidelium accedente Consilio, maturaque super his deliberatione præhabita, de benignitate Imperiali, hodie, in Domini Salvatoris nostri nomine, a quo omnis Principatus, dignitas & honor provenire dignoscitur, pro se & filiis masculis & ex legitimo matrimonio procreatis, & procreandis & aliis descendentibus, qui ex ipso, & filiis ejus legitimis masculis & legitimi nascentur, secundum ordinem genituræ & ejusdem pheudi naturam, inpheudavimus ac investivimus, nec non inpheudamus ac investimus de dictis Ducatu Mediolani, nec non de Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorum omnium pertinentiis universis, quæ in præsenti ad dictos Ducatus & Comitatus spectant, seu olim spectaverunt & pertinuerunt, Ducibusque & Comitibus prædictis competierunt, seu etiam competere debent de jure, consuetudine, vel aliter quomodocunque, juxta formam Investiturarum antiquarum & cum omnibus juribus, honoribus in eisdem antiquis Investituris latius expressis, quas hic, in quantum opus est, pro repetitis haberi volumus, ac si de verbo ad verbum insertæ essent, ita tamen, quod prædictus Serenissimus filius noster pro hujusmodi inpheudatione & investitura teneatur, intra sex menses proximos a data præsentium computandos, debitum homagium facere pro nobis & nostris in Imperio Successoribus & fidelitatis juramentum a ceteris Imperii Principibus præstari solitum in manibus Illustris Consanguinei nostri ac generosorum fidelium nobis dilectorum Don Aloysii Huitada, de Mendocia Marchionis de Guondesar, Comitis Jondillæ, Senatus nostri Ven. Judicum Præsidis, Francisci a Coads & Joannis a Hramuri, Præceptorum majorum ordinis Sancti Jacobi de Spada in Regnis nostris Legionis & Castellæ Consiliariorum rerum Status, & Commissariorum nostrorum ad id specialiter, conjunctim, & divisim, præstare, atque alia erga nos, & Sacrum Romanum Imperium adimplere, quæ de jure, aut consuetudine ex antiqua ratione hujusmodi pheudi debent, ejusdem Ducatus privilegiis semper salvis & omni quocunque dolo & fraude remotis; Quæ quidem omnia & singula in prædictis nostris, & prædecessorum nostrorum litteris & investituris concessa, facta, deposita, declarata, atque decreta, motu proprio & ex certa scientia & Imperialis plenitudine potestatis, deliberate, & de novo, quatenus opus sit & expediat, in favorem præfati Serenissimi Principis Hispaniarum, filii nostri, ejusdem hæredum & descendentium prædictorum facimus, declaramus, disponimus & decernimus, non obstantibus quibuscunque legibus, juribus, constitutionibus, privilegiis, provisionibus, concessionibus, inpheudationibus & aliis quibuscunque concessis, vel concedendis in contrarium facientibus, aut in contrarium disponentibus, vel aliam formam dantibus, vel aliqua pro solemnitate intrinseca vel extrinseca requirentibus, de quibus omnibus & singulis de certa scientia, motuque proprio ac potestatis plenitudine dispensamus, eisque derogamus & dispensatum ac derogatum esse volumus, etiamsi specialem & individuam dispensationem, seu derogationem exposcerent & demum quibuscunque aliis, per quæ vis & effectus præsentis nostræ concessionis, declarationis, infeudationis & investituræ impediri aut deleri quoquomodo possit; supplentes quoque defectus, tam juris, quam facti, qui in præmissis quomodolibet intervenissent, & omnem indemnitatem, tam intrinsecam, quam extrinsecam, quæ de prædictis de jure, stylo & consuetudine, seu more Sacri Imperii intervenire debuisset. Et quoniam præfatus Serenissimus Princeps Hispaniarum, Filius noster carissimus, ad ipsum Mediolani

lani Dominium confestim accedere impeditur, ac, ex nonnullis causis, dicti Dominii & Status Mediolanensis ac subditorum ejusdem securitati expedire nobis videatur, ut eosdem Dominium & Statum in nostra protectione & administratione sint ad aliquod tempus; hinc nos eosdem Dominium & Statum Mediolani prædicti & Comitatum Papiæ Angleriæque & pertinentiarum eorundem sub Imperiali titulo, tam jure directi Dominii, quam præsentis nostræ reservationis vigore, ad biennium, prout supra dictum, præsentium constitutione in nostra protectione & administratione retinere mandamus, ac retinemus, cum plena ac libera facultate de iis, quæ ad ejusdem status utilitatem, seu necessitatem, quovis modo pertinent, in omnibus & singulis rebus & causis, tam publicis, quam privatis, & tam justitiam, quam gratiam concernentibus, sive contentiosæ, sive voluntariæ jurisdictionis existentibus, omni eo modo, quo eatenus fecimus, libere & absque ulla replicatione disponendi, investituras & confirmationes Vasallis concedendi pro utilitate, seu necessitate status, publicos bona & redditus ejusdem Ducatus & Comitatuum obligandi, hypothecandi, alienandi, Justitiam & gratiam delinquentibus & damnatis, seu bannitis faciendi, gubernatorem & gubernatores, ac omnes alios officiales, generales & particulares imponendi & destituendi, & omnes alios & singulos, similes aut dissimiles & majores actus faciendi & exercendi, prout hactenus facere & exercere comprobavimus & concessimus, ita tamen, quod principalis, seu generalis Dominii status a nobis ibidem competit, seu competeret eidem filio nostro tanquam vero Duci Mediolanensi per se, vel procuratorem post fidelitatis Juramentum ab illo prædictis nostris Commissariis præstiturum, similiter jurare teneatur prædicta, ea quoque adjecta conditione, & lege, quod quandocunque nos hujusmodi administrationem ante prænarratum tempus morte, vel aliter, quomodocunque contingerit, quod præfatus Serenissimus Princeps Hispaniarum, filius noster charissimus contestari, nulliusque requisita seu expectata desuper licentia, liberam & omnimodam possessionem & administrationem ejusdem Ducatus propria authoritate apprehendere possit & valeat, absque omni impedimento & contradictione, mandantes Gubernatori & Senatui ac universis & singulis Mediolani, Papiæ & Angleriæ Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Vasallis & Officialibus & Ministris, cæterisque Comitatuum locorum & terrarum totius Ducatus etiamque status Mediolani & Comitatuum Papiæ Angleriæque subditis & aliis nostri & Sacri Imperii fidelibus dilectis, cujuscunque dignitatis, status, gradus, conditionis & ordinis existentibus, præsentibusque & futuris, ut prædictum Principem Hispaniarum Philippum, filium nostrum charissimum, ejusque hæredes & descendentes, antedictos, tanquam eorum ordinarios & legitimos Principes & Dominos respiciant, & agnoscant, eisque consuetum homagium & fidelitatem præstent, eorum præceptis & jussionibus reverenter, ut par est, pareant & obediant, atque omnia alia præstent & faciant, quæ fideles vasalli, officiales & subditi, eorum naturalibus & legitimis Principibus & Dominis facere & præstare tenentur, de jure, consuetudine, aut privilegio speciali; Mandantes propterea omnibus & singulis, Electoribus & aliis Principibus ecclesiasticis, & sæcularibus Sacri Romani Imperii, nec non quibuscunque aliis præfectis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Gubernatoribus, Potestatibus, Magistratibus, Consulibus, Judicibus, Civibus, Comitatibus, quorumcunque locorum & denique omnibus aliis nostris & Sacri Romani Imperii Romanorumque Dominorum, ut supra, subditis, & fidelibus dilectis, cujuscunque status, gradus, præeminentiæ, dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, præsentibus & futuris, tam Italiæ, quam Germaniæ & alterius cujuscunque nationis de Sacro Romano Imperio existentis, sub pœna banni Imperialis nec non amissionis omnium & singulorum privilegiorum, Regaliorum, Pheudorum, bonorum & Jurium, quæ a dictis prædecessoribus nostris, Romanis Imperatoribus & Regibus, ac nobis & Sacro Romano Imperio quovis modo obtinent, ne ipsum Serenissimum Principem Hispaniarum Philippum, filium nostrum charissimum, ejusque hæredes masculos legitimos supra nominatos in prædicta nostra donatione, concessione & hac nostra inpheudatione, investitura Ducatuum, Comitatuum & pertinentiarum & Jurium prædictorum, aut aliqua eorum parte impediant, perturbent, molestent, gravent, sed illis omnibus & singulis libere & pacifice secundum eorum formam & tenorem uti, frui & gaudere sinant, & conservent, faciantque, fieri procurent, aut permittant directe vel indirecte, quovis quæsito colore, ingenio, seu prætextu, quatenus pœnas prædictas & præterea mulctam marcarum mille auri puri maluerint evitare, quam quilibet contrafaciens toties, quoties contrafactum fuerit, ultra pœnas supra consignatas, ipso facto se noverit irremissibiliter incurrisse, quam dimidiam Imperiali fisco, seu ærario nostro, reliquam vero parti læsæ decrevimus applicari, harum testimonio literarum manus nostræ subscriptione & bullæ nostræ aureæ appensione munitarum.

Datum in civitate nostra Imperiali Ratisponti, die quinta mensis Julii, anno Domini 1536, & regnorum nostrorum trigesimo primo.

Carolus Quintus.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis.

Obernburger.

LII.

Caroli V. Rom. Imperatoris aurea Bulla de jure & ordine succedendi in Ducatum Mediolanensem, qua simul Philippum II. Hispaniarum Regem de dicto Ducatu, nec non Papiæ & Angleriæ Comitatibus investivit, d. d. 12. Decembr. An. 1549.

CArolus Quintus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Arragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galitiæ, Majoricarum, Ispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ & Indiarum ac Terræ firmæ maris Oceani &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtembergæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Barchinoniæ, Arthois & Burgundiæ, Comes Palatinus Hannoniæ, Holandiæ, Zelandiæ, Ferretis, Kyburgi, Namurci, Rosilionis, Ceritaniæ, & Zutphaniæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Burgoviæ, Oristani, & Gotiani, Sacri Romani Imperii Princeps Sueviæ, Cathaloniæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Biscajæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c. Ad futuram rei memoriam recognoscimus pro nobis, & nostris in Imperio Successoribus, & notum facimus harum serie universis; Quod cum superioribus annis Illustris quondam Franciscus Secundus Sfortia Mediolani Dux, quem paulo ante in universum Dominium, & Statum Mediolani, Dei auspiciis, in Nostrum Sacri Imperii jus, & potestatem armis Nostris juste, ac legitime receptum restitueramus, & in Feudum illi contuleramus, nullo hærede Feudi capace post se relicto, sic Deo disponente in fata concesserit, eaque de causa ipso Statu, & Dominio Mediolanensi ad nos, & Sacrum Romanum Imperium pleno jure devoluto, ut ejus securitati, & simul Sacri Imperii juribus, atque adeo totius Italiæ paci opportune consuleretur, quod fieri nullo modo posse, jam tum experientia edocti cernebamus, nisi Status ille tali committeretur, qui jus Imperii, & suum viribus, & potentia, ubi opus esset, tueri atque defendere posset, cum omnibus circumspectis, nullum alium magis commodum ad eam rem, & Statum inveniremus, jam dictum Statuum, & Dominium Mediolani, & Comitatus Papiæ, & Angleriæ, Serenissimo Principi Domino Philippo Principi Hispaniarum, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Mediolani, &c. Principi, & Filio Nostro Charissimo in Feudum contulimus, & Dilectionem suam de illo investivimus, tanquam eum, qui Nobis merito præ cæteris gratus esset, & quem ad defensionem præfati Status, & jurium Sacri Imperii in eo ex causis prænarratis merito magis idoneum judicassemus; Quemadmodum ex literis super ea re expeditis apparet. Quoniam autem non minus sollicite curandum est, quibus rationibus, quæ immenso sumptu, & labore parta sunt, conserventur, id vero potissimum in eo consistere judicemus, si futuris contentionibus & differentiis, quæ inter Successores oriri possent, omnis occasio præcludatur. Proinde operæ pretium visum est, in ipso Statu Mediolani certam succedendi rationem, & formam ex nunc constituere, quo nimirum ille cum suis omnibus appertinentiis in omne ævum integer, & indivisus permaneat, ac neque successorum pluralitate, neque competitorum ambitione, ac contentione distrahi, atque discerpi quandoque possit. Quapropter motu proprio, non per errorem, aut improvidentiam, sed animo bene deliberato, sano, & maturo Procerum Nostrorum, & Imperii Sacri Fidelium accedente consilio, præfatique Serenissimi Principis filii Nostri charissimi consensu, & voluntate Nostra, ac de plenitudine potestatis harum litterarum serie, ac vigore decernimus, ordinamus, atque statuimus hoc Imperiali Edicto perpetuo valituro, quod in prædicto Statu, & Dominio Mediolani, Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, cum universis eorum juribus, & pertinentiis, ex hoc tempore in antea perpetuis futuris temporibus succedat, & succedere debeat, præfati Serenissimi Filii Nostri Hispaniarum Principis primogenitus masculus legitimus, ex eo descendens, ejusdemque primogeniti primogenitus masculus legitimus, & sic ordine successivo de primogenito in primogenitum masculum descendentem usque in infinitum. Deficientibus autem primogenitis masculis, succedat, & succedere debeat, in prædicto Ducatu, & Statu Mediolani, Comitatibusque Papiæ, & Angleriæ, cum eorum pertinentiis, secundogenitus masculus legitimus, ejusdemque secundogeniti primogenitus masculus, & ab eo descendentes masculi primogeniti, usque in infinitum, quando aliquis masculus superstes fuerit, illud idem intelligendo de tertio, & quartogenitis masculis, ordine primogenituræ semper servato. Deficiente vero linea masculina succedat, & succedere debeat in dicto Mediolanensi Dominio, & Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, cum eorum pertinentiis, filia primogenita, ejusdemque primogenitæ primogenitus masculus, ejusque descendentes masculi ordine supradicto, usque in infinitum, atque eadem lex, idemque ordo successionis intelligatur & servetur in secundo, tertio, & quartogenitis filiabus, earumque descendentibus primogenitis, ita ut alii filii, aut filiæ nullum jus prætendere possint ad Ducatum, & Comitatus, sed solum alii fratres, & descendentes ma-

masculi legitimi habeant, & habere possint, & percipiant ab ipsis primogenitis alimenta condecentia, juxta gradus dignitatem; filiabus vero, si quas habere contigerit, easque nuptui tradi, de condecente dote (prout gradus earum, & conditio requirit) prospiciatur, & honesta sustentatione alantur, quibus ita præstitis, decernimus, ipsos, & ipsas debere tacitos, & tacitas, atque contentos & contentas esse, ipsis super cæteris, quæ successionem hujusmodi Ducatus, Dominii, & Status Mediolani, & Comitatuum, ac pertinentiarum prædictarum concernunt, perpetuum silentium imponentes; Quæ quidem omnia præmissa facimus, constituimus, ordinamus, & sancimus, motu, animo, consilio, scientia, authoritate, & potestate supradictis, eaque perpetuo firma, & valitura decernimus, non obstante lege, & forma prædictæ Nostræ Investituræ, prædicto Serenissimo filio nostro Philippo Hispaniarum Principi concessæ, ac non obstantibus quibusvis aliis Investituris per Nos, aut Divos Prædecessores Nostros Romanorum Imperatores, & Reges augustæ memoriæ Illustribus quondam Mediolani Ducibus, sub quacunque verborum forma concessis, sive etiam donatione, & investitura nostra primæva, ipsi Serenissimo Principi filio nostro collata, naturave ipsius Feudi, Ducatus, & Comitatuum prædictorum, nec non legibus, constitutionibus, consuetudinibus Feudorum, decretis, tam Mediolanensis Dominii, quam aliis statutis, privilegiis, concessionibus tam generalibus, quam particularibus, & aliis in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, quæ hic de verbo ad verbum inserere oporteret, aut de eis facere mentionem specialem, quibus omnibus & singulis, eorum tenorem hic pro insertis, & sufficienter expressis habentes, & haberi volentes, quatenus obstarent, seu quovis modo obstare possint huic nostræ constitutioni, ordinationi, dispositioni, atque decreto pro hac vice, & ad hunc effectum duntaxat expresse derogamus & derogatum esse volumus, scientia, authoritate & potestate prædictis. Supplentes omni tam juris, quam facti, & cujusvis solemnitatis tam intrinsecæ, quam extrinsecæ aut formalis, quæ servari debuisset, & non esset servata, & alii cuicunque defectui, qui in præmissis quovis modo intervenisset, aut intervenisse dici, seu allegari posset (nostra tamen, & Imperii Sacri superioritate & Feudali obsequio semper salvis,) & hac lege adjecta, ut quicunque in dicto Ducatu, & Statu Mediolani, Comitatibusque Papiæ, & Angleriæ successerit, sive masculus, sive fœmina fuerit, quod is vel illa eosdem Ducatum, & Comitatus, a nobis & Successoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, masculi quidem per se, fœminæ vero mediante persona legitimi Procuratoris, aut Feudogeruli ad gerendum, & deserviendum Feudum apti, & idonei, in Feudum recognoscere, Investituram, quoties casus postulaverit, petere, & debitum fidelitatis, & homagii juramentum præstare teneatur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Constitutionis, Ordinationis, Decreti, derogationis, suppletionis, voluntatis & præcepti paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire, aut contra præmissa, vel aliquid etiam facere, vel venire, quovis quæsito colore, ingenio, seu prætextu; si quis autem secus attentare præsumpserit, Nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam, ac pœnam decem millium marcharum auri puri, toties quoties contrafactum erit, eo ipso incurrisse sciat, quarum dimidiam Imperiali Fisco, seu Ærario nostro, reliquam vero dimidiam parti læsæ decernimus, absque ulla remissione applicandam, ratis nihilominus ac in suo robore, & vigore manentibus omnibus dispositionibus nostris præmissis. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & Bullæ nostræ aureæ appensione munitarum. Datum in Oppido nostro Bruxellensi Ducatus nostri Brabantiæ, die duodecima mensis Decembris, Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono, Imperii nostri trigesimo, & Regnorum nostrorum trigesimo quarto.

LIII.

Tabula Fœderis inter Carolum V. Rom. Imperatorem, seu Mediolani Ducem, ex una, ac Pagos Helvetiæ, Tigurinum, Bernensem, Lucernensem, Uraniensem, Svitiensem, Subsylvaniensem, Tugiensem, Glaronensem, Basileensem, Friburgensem, Solodorensem, Scaphusinum & Abbatiscellensem ex altera parte sanciti, d. d. 28. Julii An. 1552.

WIr Carolus der Fünfft, von Gottes Gnaden Römischer Keyser, zu allen Zeiten Mehrer dess Rychs in Germanien, Hispanien, beider Sicilien, Hierusalem, Hungeren, Dalmatien, Croatien &c. König, Ertzhertzog zu Oesterych, Hertzog zu Burgund vnd Meyland, &c. Graff zu Tyrol &c. und Ferdinando Gontzaga, Hertzog zu Anian, Fürst zu Maefeta, der Keyserl. Majestat obersten Haubtmann in Italia, Ir Statthalter vnd Gubernator in dem Hertzogthumb vnd Stadt Meyland. Vnd Wir die Burgermeister, Schultheissen, Amman, Rädt, Gemeinden, Burger, Landtleüth von Stetten, Landen, Herrschafften, dess Grossen vnd Alten Pundts Ober-teutscher Landen Nammlich Zurich, Bern, Lucern, Vrj, Schweytz, Vnderwalden, Zug, mit sambt dem vsseren Ambt, Glaris, Bassel, Fryburg, Solothurn, Schaffhausen vnd Appenzell, thun kundt vnd zuwüssen allen denen so zu diser Zeit, vnd vff dass künfftig disse vnsere Brieff läsen, sehen, oder verhören werdend, wie dass nüwlich zu Baden im Ergoüvv, durch

durch vnſer beitheil ſammentlich Sandbotten, und Verordnete, zwüſchent uns iſt vereiniget, vffgericht, concordirt vnd beſchloſſen ein Tractat der Fründtſchafft vnd guter Nachpurſchafft von wegen deſs Hertzogthums vnd Statt Meyland vnd vnſerer Gepiet Landen vnd Vnderthannen hie diſſit vnd ennet Sant Gotthartsberg, welches Tractats Inhalt von Wort zu Wort hernach volgt:

In dem Nammen der heiligen vnd vnzertheilten Dreyfaltigkeit Gott Vatters, Sohns und Heiligen Geiſtes Amen. Diewyl dann by allen Nationen der Welt durch ware vnd lange Erfahrung allwegen iſt erkhent worden, vnd klarlich am Tag ligt, daſs alle Rych, Stend, Gewalt, vnd Herrſchafften, durch Ruh vnd Einigkeit ſich erhaben vnd wachſend vnd von Tag zu Tag zunemmend vnd gemehret werdend, Allſo hiegegen durch Vneinigkeit vnd Zwytracht gemindert, zerſtört vnd zu Grund gerichtet werdend: deſshalben ſye offenbahr vnd zuwüſſen allen denen ſo diſsere Brieff vnſsere zu diſer Zeit oder vffdaſs künfftig ſehen werdend, wie daſs der Durchlüchtigiſt Fürſt und Herr, Don Ferdinand Gonzaga, Hertzog zu Anian, Fürſt zu Malthete, der Römiſchen Keyſerlichen Majeſtät oberſter Haubtmann in Italia, Ihr Statthalter vnd Gubernator in dem Hertzogthum Meyland, als der ſölichs von höchſtgedachter Keyſerlichen Majeſtät Willen vnd in ſonderm Befehl hat eins theils.

Vnd die Hochgedachten Edlen, Strengen, Ehrenveſten, Frommen, Fürſichtigen vnd Wyſſen Herren, Burgermeiſter, Schultheiſſen, Amman, Rädt, Gemeinden, Burger, Landtleüth, vnd Inwohner der Stetten, Landen, vnd Herrſchafften, deſs groſſen löblichen alten Pundts Oberteutſcher Landen, Nammlich, Zürich, Bern, Lucern, Vrj, Schwytz, Vndervvalden, Ob vnd Nid dem Kernvvald, Zug mit dem vſeren Ambt, Glarus, Baſsel, Fryburg, Solothurn, Schaffhauſſen und Appenzell, anders theils, betrachtet hand, nothvvendig zu ſein, zu guten vnd gemeinem Nutz allen Ihren Stenden vnd Vnderthanen, ein veſte, ſtete, vnd vvirige Einigung und Verſtand, über die gut Fründſchafft und Nachpurſchafft, vvelche die verſchinnen Zeit iſt gehalten vvorden, vnd noch zu diſser Zeit zvvüſchent Ihr Kayſerlichen Majeſtät vnd Ihrem Statthalter, vnd Gubernatoren im Hertzogthumb Meyland, vnd vns Eidtgnoſſen, vnſsere Stend vnd Volck erhalten und obſervirt vvird, mit vnd gegen einandern ynzegahn vnd zubeſchlieſsen:

Vnd damit die gutte Einigkeit ſo zvvüſchent beiden Theilen iſt, des lenger beſtand, vnd beharre, auch all vnd Jede Sachen, deſter in beſſerer Ruh und Sicherheit zu beiden Theilen, vnd bey den gemeinen Vnderthannen, vſs Krafft jetziger guter Einigkeit vnd Verſtand belybe, vnd man deſter nachpürlicher, ſicherlicher, vnd mit euvvrigeren Gemüt, mit und durch einandern handlen, vvandlen, an Gut vnd Hab zunemmen vnd gemeert vverden mögend, ſo haben Wir diſsere Einigkeit, und Verſtand, durch Mitel vnſserer Sandbotten und Bevehlhabern von uns beiden Theilen, verordnet vnd deputiert, beſchlieſſen laſſen, Nammlichen, In Nammen des hochgedachten Herren Don Ferdinando, vſs Willen vnd beſunderen Befehl der Keyſerlichen Majeſtät durch den Wolgeachten vnd Edlen Herren Johann Angelus Sidius, der Hochgemelten Keyſerl. Majeſt. Secretarien, vnd in Nammen vnſer der Eydtgnoſſen, durch dj Hochgeachten, Strengen, Ehrenveſten, Fürſichtigen, Wyſſen Herren Hans Rudolff Lavatern, Burgermeiſter, vnd Herr Hans Eſcher, Stattſchryber zu Zürich, von Bern, Herr Hans Frantz Nägelj, Schultheiſſen, vnd Herr Anthonj Tillyer Seckelmeiſter, von Lucern, Herr Johanns Birher, alt Schultheiſs, von Vrj, Herr Hans Chun Statthalter, vnd Herr Jacob Aapno, des Rahts, von Schvvytz, Dietrich in der Halten Riter, alt Landt-Amman, von Vndervvalden, Herr Arnold Luſsj, alt Landt-Amman, von Zug, Herr Hans Lätter, Amman, vnd Hans Burkarth, von Glarus Herr Hans Brunner deſs Rahts, von Baſsel, Herr Onofrius Holtzach vnd Herr Beat Summerer, beid des Radts, von Fryburg Herr Joſſt Frytag deſs Rähts, von Solothurn Herr Conrad Graff, Schultheiſs, von Schaffhauſſen, Herr Alexander Peyer, Burgermeiſter, vnd von Appenzell Baſtian Töring, des Rahts, In dem Nammen Gottes, ſo ſind Wir die vorberürten Geſandten durch Krafft diſſes gegenvvürtigen Brieffs einandern yngegangen, vnd hand beſchloſſen, die hienach geſchribenen Geding, Verheiſſungen, Capitel vnd Verkommnus, vvölche man habe vnverbrochenlich zuhalten von beiden Theilen in der Geſtalt, Wyſs und Form vvie hernach folget:

Zum Erſten, daſs der Fürſt vnd Herr Don Fernando Gontzaga vnd ſyne Nachkommen deſs Ambts als Statthalter vnd Gubernator deſs Hertzogthumbs vnd gemeinen Statt Meylands in Nammen vnd an ſtatt der Keyſerlichen Majeſt. in gedachtem Hertzogthumb vnd gantzen Statt Meylands, ſöllen vnd vvöllen zugahn vnd verfolgen laſſen den Herren Eydtgnoſſen der obgemelten Orthen der Eydtgnoſchafft, vnd allen Ihren gehorſammen Zugevvandten, Zugehörigen, und Vnderthannen, hie diſſet vnd ennert Gebirgs, Exemtion, aller geſtalt der Kauffmanſchatzen und Güter, es ſyn vn oder ander bevveglich Gut, auch Korn, Roggen, Fäſsmuſs, Ryſs, vnd ander Getreit, kein Ding mit vorbehalten, doch daſs ſölichen Kauffmanſchafften vnd Güter in gemeltem Hertzogthumb vnd gantzen Statt Meyland gewachſsen, gemacht und gearbeitet ſyend, frey vſs ernempten Hertzogthumb, und denſelben jnhabenden Stetten, Flecklen vnd Dörfferen, vnd was demſelben zugehört, in Jhr der Eydtgnoſſen vnd dero Vnterthanen Herrſchafften und Landen füren und fertigen mögend, ohne alle beſchwernus der Zöllen, Tratten, Fällen und andern Vffiegungen, wie die möchtend genennet werden, der Cammer

zu

zu Meyland, oder sunderbaren Persohnen, Lehen Lüthen, und Communicato zugehörig. Aber doch dass ein jeder, welcher sich solcher Exemptionen gebruchen und befrüwen wölte, vorhin Erlaubtnus vnd Geleit nemmen sol, von den Ambtleüthen, so von der Kays. Maj. Jhr Durchleuchtigkeit vnd den gedachten Herren Statthalteren vnd Gubernatorn des Hertzogthumbs vnd gantzen Statt Meylands zu solchem erwehlet werdend, wölch Gleit vnd Erlaubtnus nit kauffen, sonder Jnen vergebens vnverzogenlich, vnd on einiche widerred vergund vnd geben werden sol, darzu solle auch nit vergunt noch gestatet werden, das keiner, er sye wer er wölle, möge einiche vile Korns, Roggen und ander Getreit, wie die genent möchten werden, vff den Fürkauff vffkauffen, und zusammen schüten, und es in gedachtem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland ligen lassen, zu vertauschen, verwechslen, oder wider zu verkauffen, sonder sölle der Verkaüffer angentz stracks sein Kauffmanschatz vnd Güter in dem bilichem Zil, so gesetzt wird, in gedachter Erlaubtnus und Gleit hinweg fertigen und füren lassen, doch mit der Erleütherung, dass Jhr Kays. Maj. vnd Jhr Durchleuchtigkeit, vnd die gedachten Herren Statthaltern vnd Gubernatorn dess Hertzogthumbs vnd gantzen Statt Meyland zu der Zeit der Thürj und Mangels nit verpflicht syend den gedachten Herren Eydtgnossen vnd den jhren, als obstadt, Korn vnd ander Getreit zu geben. Welche Thürj man verstahen sol zu jedem mahl, so ein müt Weitzen in dem Hertzogthum und gantzen Statt Meyland mehr dann dryzehen imperialische pfund, Meyländer Wärung, gemeines Kauffs gälten wird, vnd dass ander Getreit nach March-Zoll desselbigen.

Doch in sölicher Zeit der Thürj und Mangels wollend Jhr Kays. Maj. Jhr Durchleuchtigkeit, vnd die gemelte Herren Statthalter vnd Gubernatorn des Hertzogthumbs vnd gantzen Statt Meylands zu Ergetzung ihren guten Gemüths den obgemelten Herren Eydtgnossen vnd Vnderthannen, wie obstadt, eines gantzen Jars geben zweytausent Müth. Nammlich thusent Müth Weitzen, fünffhundert müth Roggen, vnd fünffhundert müth Hirss, vnd auch die Herren Eydtgnossen, vnd Jhr gehorsammen Zugewannten, Zugehörigen, vnd Vnderthanen, Korn oder ander Getreit vsserthalb dem Hertzogthum vnd der gantzen Statt Meyland kauffen, dass sy darmit freyen Durchzug vnd Pass durch sölich Hertzogthumb, vnd gantzen Statt, ohne einiche yntrag und Widerred, vnd ohne einiche Bezalung der Tratta, Gabella, Zöllen, Vffzeichnungen, oder Vfflegungen zu jeder Zeit haben söllend.

Vnd darby, dass Jr Kays. Maj. Jr Durchleuchtigkeit vnd ander Herren Statthalter vnd Gubernatorn der gantzen Statt Meylands allwegen gut vffsehen haben wöllend, dass einiche gefahrliche Thürung gemacht werde, vnd nit zu gestatten noch vergönnen, dass jhre Vnderthanen dess vil bemelten Hertzogthumbs Meylands, in demselbigen Korn, vnd ander Getreit vffkauffen, zusammen schüten, vnd nach jhrem Willen wiederumb verkauffen mögen, davon söliche gefahrliche Thürung entspringen würde.

Dargegen söllend dj Herren Eydtgnossen von Stetten vnd Landen der obgemelten Orten und all jhr Zugewanten, Zugehörigen, vnd Vnderthannen, der Kays. Maj. vnd jhre Vnderthanen des Hertzogthumbs vnd gantzen Statt Meylands, frey, vnd ohne einige Neüwerung der Zöllen, Bezalungen vnd Beschwernus zu kommen, vnd zu gahn lassen, Vech vnd ander Ding und Gut, kein Ding vorbehalten; mit disser Erlütherung, dass in der Zeit der Thürj, in vnser Eydtgnosschafft Stett vnd Landen, welche Zeit der Thürj sich verstahn sol allemahl so ein Müth Kornn gelten mehr dan dreyzehen Pfund Jmperialisch, welchs by vns verstanden sol werden Sächtzig Schwytzer Batzen, vnd dass übrig kommen nach March-Zall, in der Gestalt, so bemelte Thürj vnser Eydtgnoschafft Stett vnd Landen nit wyter schuldig syend zu kauffen lassen noch zuton denen vss dem Hertzogthum Meyland mehr dann 2000. Müth Kernnen, Roggen, und Fäsen, vnd damit gehalten werden, glychergstalt, wj die vss dem Hertzogthum Meyland jederzeit der Thürj schuldig sind, gegen uns vvie obstadt.

Zum Andern antreffend dass Saltz, vvelchs die Herren Eydtgnossen, vnd Jhr Zugevvanten, Zugehörigen und Vnderthannen kauffend in Germania, Väldlin, Kläffen, oder in andern Landen vnd Orthen, sölle syn Durchleuchtigkeit, vnd ander Herren Statthaltern vnd Gubernatorn des Hertzogthumbs vnd gantzen Statt Meylands jn Nammen der Kays. Maj. Jnnen vnd den Jhren, als obstadt, gäben vnd lassen freyen Pass vnd Durchzug, in der Gstalt vnd Form, vvie hernach volgt:

Item, so sol man fahren mit dem Saltz, so in Germania, Väldlin, Cläffen, oder andern Orthen kauffen vvird, zu dem Thurn de Olanga, vnd von dannen über den Thumer See gen Menas, vnd von dannen über Land gen Porlütza vnd so vvyter gen Luggaris zu vvölten fahren, söllend sy gestracks Wägs von Lovvis gen Lovvin zufahren, vnd dergestalt allso passieren. Ob aber vff dem See sich Vngevvitter zutruge, dass sy mit dem Saltz Tags oder Nachts möchtend länden, an Orth vnd Enden, da es jnnen am gelegniss ist, das Saltz daselbs leggen, vnd angends den Ambtlüthen des Orths sölichs anzaügen, vnd so das Vngevvitter nachlasst, stillet vnd vffhort, dass er angends fürderlichst mit dem Saltz fürfahren, vnd harinne kein Betrug gebraucht vverde. Doch söllend sy zum ersten von den Ambtlüthen, so durch Kays. Maj. Jr Durchleuchtigkeit, vnd gedachts Herren Statthalter vnd Gubernatorn des Hertzogthums vnd gantzen Stadt Meyland harzu geordnet, zu Menasio,

nasio, Erlaubtnus und Gleit nemmlich, vvelche Erlaubtnus und Gleit jnnen vergebens vnd vnverzogenlich gäben vverden sölle, vnd frey aller Zöhlen vnd ohne Tratta, Gabella vnd Ehrungen, auch all ander Bezahlungen, vvie man dieselben erdencken möchte, darbey auch mit den Ordnungen der Kays. Maj. vnd des Durchleuchtigen Rahts vnd Magistrats zu Meyland. Auch damit vermiten vverde viller Betrug und Beschiss, so zu Nachtheil und Schaden Jhr Kays. Maj. und Jhren yngengen oder Intraden des Hertzogthumbs vnd gantzen Statt Meylands begegnen möchte, vvelche Ordnungen man fleissigklichen halten, vnd nachfolgen vvird, doch dass sölich ohne einiche Beschvverungen vnd Nüvverung, vvie obstaht, beschehe, dass so die gedachten Herren Eydtgnossen, vnd die Jhren, vvie obstaht, von vvegen etlicher Verhinderung des Saltz vss Germanien, Veltlin, Cläffen, und andern Orthen nit han möchtend, so vvöllend Jhr Kays. Maj. Durchleuchtigkeit, vnd ander Herren Statthalter, vnd Gubernatores des Hertzogthumbs vnd gantzen Statt Meyland güdlich den Herren Eydtgnossen, und den Jhren, vvie obstaht, vergonnen den freyen Durchzug, dass sy das Saltz von den Orthen vnd Enden, da es jhnen gefällig syn vvirt, nemmen und zu kauffen, vnd den Hertzogthumb vnd gantzen Statt Meyland mögend fertigen lassen, zu jhrem Bruch, Nutz und ohne Bezahlung einicher Beschvvernus, Zöllen, Tällen, Gabella, vvie hie ob in den Articklen, betreffend die Zöhl vnd Beschvvernus, erläutert ist. Und jm Fahl, dass die gedachten Herren Eydtgnossen, vnd die Jhren, vvie obstaht, Mangel hetend, vnd dass Saltz von der Statt Meyland begertend, vnd dieselbig Statt Meyland mit Saltz, vvelchs man von Venedig oder Genovv vertiget, für sein Bruch und Nothurfft versehen ist, so vverdend Jhr Kays. Maj. Jhr Durchleuchtigkeit vnd ander Herren Statthalter vnd Gubernatorn, des berürten Hertzogthumbs vnd gantzen Statt Meyland, den gedachten Herren Eydtgnossen und den Jhren, vvie obstaht, alle Gelegenheit thun; vnd jhnen das Saltz, so sy über ihr Bruch und Nothdurfft hand, geben umb ein zimlich Gelt in den Orthen da es beiden Theilen am gelegnisten sein vvirt, vnd nachdem sy sich vereinigend, ohne Bezahlung einicherley Beschvvernus, vvie hieob entschieden vnd specificirt ist, nachdem sich zvvüschent guten, vvahren vnd luteren Fründen und Nachpuren zu gebruchen gebürt.

Zum Driten, sölle hiemit durch Jhr Kays. Maj. den Herren Eydtgnossen, Jhren Zugevvanten, Zugehörigen, vnd Vnderthannen ernüvvert, bestet, vnd zugelassen syn jhr alt Freyheiten und Privilegien im Hertzogthumb Meyland vnd gantzen Statt, vnd das alle vnd jede vss Stett vnd Landen, und die Jhren, vvie obstaht, vvelche genempt vverdend, vnd in dissen Capiteln, sy syend Burger, Landtlüth, Bottschafften, Botten, Bilger, Edel vnd VnEdel, zu Ross, oder zu Fuss, vvess Stands oder Würde die seyend mit jhren Lyben und Gütern, durch das gantz Hertzogthumb und Statt Meyland frey, sicher, vnd ohne einich Beleidigung oder Bezahlung der Päss, Palleten der Persohnen, oder anders mögend ryten, gan, stahn, handlen, vvandlen vnd vviderkehren, und darbey mit Kauffmanschatzen, vvelche jetz gevvachsen oder gearbeit sind, oder vff die künfftig in dem Hertzogthumb vnd gantzen Statt Meyland, oder in andern Orten, der Herren Eydtgnossen, vnd der Jhren, als obstaht, der Pündtnus oder teucher Landen Erdrichen, Herrschafften vnd Landen erzogen und gearbeitet vverdend, hie disset vnd ennet Gebirgs, durch das Hertzogthum und gantzen Statt Meylands söllend und mögen fertigen, kauffen vnd verkauffen, ohne einiche Bezahlung, der Gabellen, oder ander Vflegungen und Beschvvernus, es syen vvas Bezallungen es vvöllend, so der Kayserlichen Kammer zu Meyland, oder sunderbaren Persohnen, Lähen-Lüthen, oder Communitaten zugehörig, in dem Hertzogthum und gantzen Statt Meyland niemand aussgenommen, allein vorbehalten den Zoll, so man empfahen vvird, by den neuvven Thoren der Statt Meyland, vvelcher Zoll doch in keiner andern Form noch Gestalt soll gefordert vverden, vnd empfangen, dan die von Alter har gebrucht vvorden ist.

Dabey sol auch Jhr Kays. Maj. Jhr Durchleuchtigkeit vnd die obgemelten Herren Statthalter und Gubernatorn dess Hertzogthumbs und gantzen Statt Meylands vergönnen, dass von den Ochsen, Rossen, vnd andern Vych, so einer nempten Herren Eydtgnossen vnd den Jhren, als obstadt, Landen erzogen sind, von denen kein Zoll bezahlt vverden soll, vnd vvyter dass zu jedem mahl, so die Pestilentz regiert, (davor Gott sey) vnd die Herren Eydtgnossen, vnd die Jhren, vvie obstadt, in des Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland vvöllend, dass sy schuldig und pflichtig syend die ordenlichen Balleten und Schin der Gsundheit in allen Orten, da Jnnen zufallen vvirt, zu passieren, von denen so ervvölt sind durch das Ampt der Gsundheit zu Meyland zu nemmen, vvelchs Jnen doch vergebens und ohne einiche Inträg sölle gegeben vverden.

Zum Vierten, dass alle vnd ein jeder der vorgenempten Herren der Eydtgnossen und der Jhren als obstaht, vvelche zu disser Zeit sässhafft sind, oder auff künfftigem sich husshablichen hinder uns setzen, es seye dysserhalb oder ennethalb St. Gotthardsberg, sich solcher Immuniteten, Exemptionum, Freyheiten und Privilegien, erfrövven, gebruchen sollen vnd mögend, allein von vvegen der Güteren, so sy jetz hand vnd besitzend, oder vff dass künfftig erben vvurdend, in dem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland, doch so soll kein Persohn auss dem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland sich der Krafft disses Artickels erfreuvven,

freuvven, der in künfftigen hinder die gemelten Herren Eydtgnossen, oder die Ihren, vvie obstahr, sagte.

Zum Fünfften, Damit vermiten vverdind, die Betrug, vvelche in dissem mögend geübt, und gebrucht werden, zwüschent beiden Theilen, so ist heiter beschlossen vnd beredt, dass ein Jeder, welicher sich sölicher Freyheiten, Privilegien, und Gebrüchen befreuvven vvil, sich eigentlich hüte, und für sich sehe kein beschiss zubruchen, oder mit Geselschafft vnd Verpflichtung mit Kauffung gegen Jemand, vvelicher in disser Exemption und Privilegien mit begriffen, oder ein Frömbder sye, und die so sölichs handlend, bruchen und üben vverdend mit Persohnen die mit vergriffen sind, vvie obstaht, vverdend sy fallen in die Buss vnd Straff so von beiden Parthyen Oberkeiten, darauf gelegt vverdend.

Zum Sächsten, So es sich begeb, dass etlich Spän und Zvvytracht zvvüschent sunderbahre Persohnen dess Hertzogthumbs und gantzen Statt Meyland vnd der Herren Eydtgnossen, vnd der Ihren, als obstaht, ervvuchsend, so sol ein Parthey dj ander nit lassen verbieten, arrestieren, assecurieren nach pfänden, sonders so sol der Kleger den Anklagten besuchen vnd berechtigen an dem Orth und vor dem Richter da er sässhafft ist. Vnd dasselbst sol auch dem Kleger gut fürderlich Recht gehalten vverden, dermässen dass Er im Monats Frist nach Gelegenheit und Gstalt der Sachen, ohne Verhinderung einicher Privilegien, Ordnungen des Rechtens, oder Satzungen, vvelche hinvvider syn möchtend, vssgeübt vverden.

Aber da es sich begebe, (da Gott vor sye,) dass zvvüschen hochgedachter Kayserl. Majest. und dem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland, und obernempten Herrn Eydtgnossen und den Ihren, vvj obstaht, von vvegen sunderbaren und Gmeinen Sachen, Spän und Zvvytrachten entstundend, so söllend gedachte Spän vnd Zvvytracht in sölicher Gestalt vertädingt und entscheiden vverden, durch Glychesprücher genempt, In Lyas, oder zu Mendrys, und so es darzu kämme, dass dieselben in den Vrtheilen sich zertheiltend, dass dan angends durch Parthyen, und ob sich dieselben nit verglychen möchtend vff Ihro eine oder beider Theilen Begehren von den vier Sprichern einhelligklich oder der mer Theil zum fürderlichisten einen Obman geordnet und erwöhlt vverden, vss dem Land Wallis, oder von den dreyen grauvven Pündten, vvie mit den alten Hertzogen von Meyland gebrucht und gehalten vvorden ist.

Zum Sibenden, so ein Theil ungehorsamme Vnderthannen hete, die flüchtig vvurdind in dess anderen Theils Landen und Herrschafften, dass dieselbe vff Jedes Ansuchung des anderen Theils schuldig syn söllend die zu handhaben vff des Kosten so des begert, vnd ohne Verzug, vff die Klag fürderlich recht ergahn lassen. Vnd so sich gerechtlichen erfunden, ein schvvere Vbelthat und Misshandlung, alsdann so söllend sölich Misshandler, so gehandhabt sind, dem Theil, der Vnderthannen sy synd, überandtvvurd vverden, damit man sy nach Ihrem Verdienen straffen möge, und ander Exempel und Beyspil darob nemmen.

Zum Achtenden, Was für Güter, dasz sygend Zins, Zehenden, Gülten und ander Nutzungen beider Theilen Vnterthanen, Geistlich und Wältlich in dess anderen Herrschafften, oder Landen hat, und in künfftigen erben vvird, mögend sy die Nutzungen derselben han, empfahen und fertigen vss einer Herrschafft in dj ander, ohne dass vff solche Güter einiche Beschvvernus, noch Thälli gelegt vverden söllend, vss vvas Vrsachen es vvölle, nützit vssgenommen, vnd von vvegen der ligenden Güteren an Schulden zunemmen, und Erbschafften hie ob nit vssgetrucket, vvie die Herren Eydtgnossen die Underthanen des Hertzogthumbs und gantzen Statt Meyland in Ihren Gepieten halten vverdend, oder gehalten hand; Also söllend Kays. Maj. Herr Don Fernand, und ander desglychen Ambts Nachkommen gemelt Herren dj Eydtgnossen, und Ihre Vnderthanen, glycher Form und Gestalt, ohne Mitel vff dem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland auch halten.

Zum Neunten, Dass zvvüschent Keys. Maj. vnd Ihr Durchlüchtigkeit, und anderen Herren Statthaltern vnd Gubernatorn des Hertzogthumbs vnd gantzen Statt Meylands und den Herren Eydtgnossen vnd Ihren allen Underthannen vnd Vervvandten, fryen, und sicheren Von- vnd Zugang durch ein anderen fründtlich, thugentlich handlen, vvandlen, ein anderen alle Fründtschafft, Nachpurschafft, und Liebe erziegen vnd bevvissen, vvie dass guten wahren Fründen gebürt, und zethun wol anstaht, und bissher von beiden Theilen, vnd Ihro Underthanen gebrucht und gehalten vvorden ist, auch luter vnd heiter, vvie die Artickel der Capitlen vssvvissend, blyben söllend.

Zum Zähenden, behaltend die Herren Eydtgnossen Ihnen luter vor; all und jede geschvvornen Pündt, auch all elter Brieff und Sigel, so sy empfangen oder geben hand, dass diss Capitel denselbigen in allvveg vnschedlich syn söllend.

Zum Letsten ist beschlossen, dass disse gute vvare vnd lautere Einigkeit, Verstendtnus und Fründtschafft und Nachpurschafft, in allen Ihren Puncten und Articklen, vest vnd stett sye, ohne einichen Presten vnd vnverbrochen solle gehalten vverden, und in Ihrer Krafft und Tugendt blyben, so lang die vvyl die Kays. Majest. im Laben vnd Stand belybt und nach dero Todt noch vier Jahr gegen der Kayserl. Majest. Nachkommen in dem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland genempt oder getitulirt.

Derhalben so habend vvir obgenanten beid Theil, Nammlich Carolus Römischer Kayser,

und Ferdinando Gonzaga, und vvir die obgenandten Eydtgnossen, dievvyl uns der Tractat der Fründtschafft und guter Nachpurschafft, gefellig und angnem ist, gelopt, bekreffriget, bestett, confirmiert und ratificiert den vilbedachten Tractat, vvir vvöllend auch und versprechend, alle vnd jede obgeschrybe Ding, so durch ernante vnsere sammentlich Sandbotten und Verordnete vereiniget, vffgericht, concordiert und beschlossen sind, Vestencklich, und vnverbrochenlich, gentzlichen vnd von Wort zu Wort nach dem Buchstaben zu halten und observieren, und darvvider nützit fürzenemen noch zu handlen in keine Wyss noch Wege.

Und dass zu Urkhund und Zügnus aller und jeder obgeschribner Sachen, so haben vvir obgemelt beid Theil zween Original und glychlautende Haubtbrieff stellen, vnd mit vnsern anhangenden Secret Insiglen besiglet vnd vervvahren lassen, und geben von uns den Eydtgnossen zu Baden im Ergöuvv, vff dem VI. Tag dess Monaths Meyen nach der Geburt Christj unsers Säligmachers 1552. und von uns Carolus Römischer Keysser, geben zu Brixen vff dem 28. Tag dess Monaths Julii, nach Geburt Christj 1552. Jahr, vnssers Römischen Kaysserthumbs im xxxij, und vnsserer Ryche Im xxxvij. Und von vns Ferdinando Gonzaga geben zu Meyland, vff den ersten dess Monaths Augsten, und im Jahr als obstaht.

LIV.

Ferdinandi I. Roman. Imperatoris Confirmatio aureæ Bullæ Caroli V. Rom. Imper. supra Num. LII. inserta, ad instantiam Philippi II. Hispaniarum Regis, & Mediolani Ducis, data, d. d. 5. Januar. 1564.

FErdinandus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ; Carniolæ, &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris, & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c. Ad futuram rei memoriam recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis; Quod Serenissimus Princeps Dominus Philippus, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, & Hierusalem, &c. Rex Catholicus, Nepos Noster Charissimus, Nobis benevole exponendum curaverit, se superioribus annis, à præclarissimæ memoriæ quondam Imperatore Carolo Quinto Augusto, Fratre, ac Domino nostro Charissimo investitum fuisse de Ducatu Mediolani, & Comitatibus Papiæ, & Angleriæ pro se, ac legitimis hæredibus suis masculis, prout etiam nos Investituram illam proximis annis confirmavimus, & innovavimus, dictosque Ducatum, & Comitatus Serenitati Ejus pro se, ac filiis masculis legitimis, secundum ordinem geniture, & naturam Feudi in Feudum contulimus. Postea autem cum prædictus Divus quondam Frater Noster censuisset omnibus modis prospiciendum, ut futuris contentionibus, & differentiis, quæ inter Successores oriri possent, omnis occasio præcluderetur, eundem Divum Fratrem Nostrum talem in ipso Statu Mediolani, & Comitatibus prædictis succedendi rationem, & formam constituisse, per quam Status ille cum omnibus pertinentiis suis in perpetuum integer, & indivisus conservaretur, ita ut neque Successorum pluralitate, neque competitorum ambitione, vel contentione distrahi, sive discerpi quandoque posset, nimirum ut ipsi Serenissimo Regi Philippo in dictis Ducatu, & Comitatibus succederet filius ejus primogenitus masculus, & legitimus, ejusdemque primogeniti primogenitus masculus legitimus, & sic ordine successivo de primogenito in primogenitum masculum descendentem usque in infinitum; Deficientibus autem primogenitis masculis, succederet secundogenitus masculus legitimus, ejusdemque secundogeniti primogenitus masculus, & ab eo descendentes masculi primogeniti usque in infinitum, si masculus aliquis fuerit superstes, idem etiam de tertio, & quartogenitis intelligendo, ordine primogenituræ semper servato; Deficiente vero linea masculina succedere deberet filia primogenita, ejusdemque primogenitæ primogenitus masculus, ejusque descendentes masculi ordine supradicto usque in infinitum, eodem successionis ordine in secundo, tertio, & quartogenitis filiabus, earumque descendentibus primogenitis servato, prout in Diplomate ipsius Divi Caroli desuper edito latius continetur, cujus tenor est talis.

Inseratur aurea Bulla Caroli V. Roman. Imp. de d. 12. Decembr. An. 1549. huic Capiti sub præcedenti Num. LII. inserta.

Dictusque Serenissimus, & Charissimus Nepos noster Rex Catholicus Nos amanter rogaverit, ut hujusmodi Successionis formulam ipsi quoque authoritate nostra Cæsarea approbare, ratificare, confirmare, & corroborare vellemus. Nos sane hujusmodi filiali petitioni ejusdem Serenissimi, & Charissimi Nepotis nostri Regis Catholici haud gravatim annuimus, qui alioquin etiam Serenitati Ejus, pro mutua nostra arctissima sanguinis conjunctione, omni loco, &

& tempore lubenter gratificamur, tam Divi Patris sui causa, cujus fraternæ in Nos dilectionis memoria nunquam ex animo nostro evelletur, tum etiam quod Serenitatis suæ plurima, & præclarissima extent erga Sacrum Imperium Romanum merita, habitaque ratione, quod Serenitas Ejus hactenus in dicto Statu Mediolanensi jus, & proprietatem ejusdem Sacri Imperii summis viribus tueri, & conservare studuerit, & deinceps quoque idem longe facilius, & commodius præstare poterit, non solum ipsamet Serenitas Sua, verum hæredes & successores sui, si supra scripta ratio, & forma successionis observetur. Itaque ex nostra certa scientia, animoque bene deliberato, & de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, memoratam Divi fratris nostri Constitutionem, & formam successionis in præinserto Diplomate descriptam, omniaque, & singula in eodem rescripto contenta, in omnibus eorum punctis, clausulis, articulis, sententiis, & verborum expressionibus, prout superius inserta habentur, laudavimus, approbavimus, ratificavimus, confirmavimus & corroboravimus, prout per præsentes laudamus, approbamus, ratificamus, confirmamus, & corroboramus. Volentes, & decernentes, ea omnia, & singula in perpetuum rata, grata, valida, & firma esse, nec non censeri, atque observari debere; Non obstante lege, & forma Investituræ per Nos dicto Serenissimo, & Charissimo Nepoti nostro Catholico Hispaniarum Regi antehac concessæ, quæ data fuit in nostra Imperiali Civitate Augusta Vindelicorum, die vigesima septima mensis Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono; Neque etiam obstantibus quibusvis aliis Investituris per prælibatum quondam Imperatorem Carolum Quintum, aut alios Divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, ac Reges Augustæ memoriæ, sive eidem Serenissimo Regi Philippo, sive Illustr. quondam Mediolani Ducibus sub quacunque verborum forma concessis, & præsertim primæva Investitura, quam Serenitati Ejus a sæpe nominato Divo Parente suo collatam esse liquet, seu natura ipsius Feudi Ducatus, & Comitatuum prædictorum, nec non legibus, constitutionibus, consuetudinibus, Feudorum decretis, tam Mediolanensis Dominii, quam aliis Statutis, Privilegiis, concessionibus, tam generalibus quam particularibus, & aliis in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus hoc loco specialis mentio fieri deberet, iis namque omnibus, & singulis, quatenus huic nostræ confirmationi, dispositioni, & decreto obstarent, seu quovis modo obstare possent, pro hac vice, & ad hunc effectum duntaxat expresse derogamus, & derogatum esse volumus, scientia & authoritate prædicta; Supplentes omni tam juris, quam facti & cujusvis solemnitatis tam intrinsecæ, quam extrinsecæ, aut formalis, quæ servari debuisset, & non esset servata, & alii cuicumque defectui, qui in præmissis quovis modo intervenisset, aut intervenisse dici, seu allegari posset. Nostra tamen, & Imperii Sacri superioritate, & Feudali obsequio semper salvis. Hac quoque lege, quam adjecit Divus Imperator Carolus Quintus, reservata, & illæsa: Ut quicunque in prædicto Ducatu, & Statu Mediolani, Comitatibusque Papiæ, & Angleriæ successerit, sive masculus sive fœmina fuerit, quod is, vel illa eosdem Ducatum, & Comitatus a Nobis, & Successoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, masculi quidem per se, fœminæ vero mediante persona legitimi Procuratoris, aut Feudogeruli, ad gerendum, aut deserviendum Feudum apti & idonei, in Feudum recognoscere, Investituram, quoties casus postulaverit, petere, & debitum fidelitatis, & homagii juramentum præstare teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, confirmationis, & corroborationis, decreti, derogationis, suppletionis, voluntatis & præcepti paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire, aut contra præmissa, vel aliquid eorum facere, vel venire quovis quæsito colore, ingenio, seu prætextu. Si quis autem secus attentare præsumpserit, nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam, ac pœnam decem millium Marcharum Auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit eo ipso incurrisse, quarum dimidiam Imperiali Fisco, seu ærario nostro, reliquam vero dimidiam parti læsæ decernimus absque ulla remissione applicandam, ratis nihilominus ac in suo robore & vigore manentibus omnibus dispositionibus, superius descriptis. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & Cæsarei nostri sigilli appensione munitarum.

Datæ in Civitate nostra Viennæ, die quinta mensis Januarii, Anno Domini millesimo, quingentesimo sexagesimo quarto, aliorum vero trigesimo octavo.

LV.

Tabula fœderis inter Philippum II. Hispaniarum Regem, seu Mediolani Ducem, ex una, ac Pagos, seu Cantones Helvetiæ, Catholicæ religioni addictos, ex altera parte pacti, vulgo nominata Capitulatio Mediolanensis, *d. d. 12. Maji, An. 1587.*

IN dem Nammen der Allerheiligsten Dreyfaltkeit, Amen: Wir Dom Philippus von dem Gnaden Gates, König zu Hispanien, beider Sicilien, Hierusalem, Portugal, Majorica, Sardinien, der Inslen Canarien, der Orientalischen und Occidentalischen Indien, der Insulen vnd des Erdreichs des Meers Oceani, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgund, zu Braband, vnd zu Meyland, Graff zu Habspurg, zu Flandern, Thyrol vnd Barcellona, Herr zu Biscaja,

Sa dite Majesté Philippe second de glorieuse memoire nostre trés-honoré Seigneur & Pere avec les susdits Cantons Catholiques de la dite Ligue, promettans l'observer, & faire sincerement & fidelement sans contredit, refus ni reserve observer par nostre Gouverneur de Milan, qui est a present, & par ceux, qui a l'advenir seront par nous establi: en outre nous Roi voulons & ordonnons, que toutes les Handes & Marchandises, qui passeront, en seront conduites d'Italie en nostre Estat, & Duché de Milan, soit en Lorraine, Bourgogne, France, Flandres, & le Long du Rhin en Allemagne, & celle, qui des dits Pays seront conduites en nostre Estat de Milan, ne puissent prendre autre passage ni Chemin, que par les Terres des dits Cantons Catholiques nos Alliez, pourveu, qu'ils donnent bon ordre, que les Marchands, Muletiers & Chartiers ne soient surchargés de peages que des ordinaires.

Et pour plus grande Confirmation & Ratification de la susdite Alliance, Intelligence & Amitié, & particulierement des presens Articles du susdit renouvellement d'Alliance & Declaration comprise aux presens articles, nous Roy Philippe III. confessons que tout le contenu au present Traitté a esté conclu & arresté entre les susdits Seigneurs Suisses, nos Alliés, de nostre vouloir, & consentement, & par nostre certain & expres mandement & Commission par l'entremise de l'Illustre & feal Alphonse Casal, nostre Conseiller & Ambassadeur Ordinaire, au nom & par l'ordre de nostre cher Cousin, Don Pedro Henriqués de Azevedo, Comte de Fuentes, Conseiller en nostre Conseil privé & nostre Capitaine General en Italie & Gouverneur de nostre Duché de Milan specialement par nous Deputé pour cet effet avec plein pouvoir, promettans en outre par nostre Royale dignité & sur nostre foy & honneur pour nous, & nos Successeurs d'observer & executer tout le contenu en la susdite Alliance, renouvellement, & presente Declaration, en ce qui nous oblige, & peut concerner. Semblablement nous les susdits Cantons Catholiques de la dite Alliance compris aussi au dit renouvellement & presente Declaration nous obligeons & promettons pour nous & nos Successeurs entant que la dite Alliance, renouvellement & Declaration nous peut obliger & toucher, de l'observer & accomplir sincerement & fidelement par nostre bonne foy & honneur tout le contenu en la dite Alliance & presente Declaration, & en signe, & vray témoignage de toutes les choses sus escrites nous Roy Philippe III. susdit avons fait séeller la presente & une semblable de nostre royal & grand sceau, & nous les susdits Cantons Catholiques comprins en la dite Alliance, renouvellement & Declaration, pour tesmoignage & assecurances de toutes les choses susdits, avons semblablement fait séeller deus Copies toutes semblables de propres & ordinaires Sceaux de nos Villes & Cantons, l'une desquelles a esté remise entre les mains de Sa Majesté, & l'autre reservée pour nous les Cantons Catholiques comprins au dit Traitté, fait & passé à Lucerne, le 28. Avril l'An de nostre Seigneur Jesus Christ 1604.

LVII.

Ferdinandi II. Rom. Imperatoris Confirmatio aureæ Bullæ de An. 1549. ejusque Confirmationis de An. 1564. ad instantiam Philippi IV. Hispaniarum Regis, ceu Ducis Mediolani, data, d. d. 8. Nov. An. 1621.

Ferdinandus Secundus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Bourgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Ad futuram rei memoriam recognoscimus tenore præsentium pro nobis, & nostris in Imperio successoribus, notum facientes universis; Cum Divus quondam Imperator Carolus Quintus Augustæ memoriæ magnus Patruus, & prædecessor noster observandissimus superioribus annis devoluto ad Majestatem suam, & Sacrum Romanum Imperium pleno jure, per obitum Illustris quondam Francisci Sfortiæ Mediolani Ducis absque hæredibus legitimis, & Feudi capacibus defunċti, ejusdem Mediolanensis Status, & Ducatus, ac pertinentiarum, utili Dominio, volens, & cupiens securitati, & incolumitati ejus Status, quam posset restriċtissime consulere, & talem Principem ei præficere, qui Sacri Romani Imperii jus, & proprietatem authoritate, potentia, & viribus tueri, & conservare, Subditos vero in pace, & justitia regere, & gubernare posset, eundem Ducatum, Statum, & Dominium Mediolanense, ex supradiċtis, & aliis rationibus, causis, cum Comitatibus Papiæ & Angleriæ, ac omnibus eorum pertinentiis, & juribus filio suo Charissimo Serenissimo Principi Domino Philippo Secundo Hispaniarum, utriusque Siciliæ, & Hierusalem Regi Catholico, Archiduci Austriæ, Burgundiæ & Mediolani &c. Consobrino nostro Charissimo motu proprio, & quod nullum magis utilem, convenientem, & idoneum ad ejusdem Status, & jurium Sacri Imperii in eo defensionem compererit paterne contulerit, atque donaverit, & postmodum Serenitatem Ejus de diċtis Ducatu Mediolani & Co-

Comitatibus Papiæ, & Angleriæ eorumque omnium pertinentiis universis, quæ ad dictos Ducatum, & Comitatus tunc spectabant, seu olim spectaverant, seu pertinuerant, Ducibusque & Comitibus prædictis competiverant, seu etiam competere deberent, de jure, vel consuetudine, vel aliter quomodocunque juxta formam Investiturarum antiquarum, & cum omnibus juribus, honoribus, & prærogativis, libertatibus, & exemptionibus in antiquis Investituris latius expressis, non tantum pro Serenitate Sua, sed etiam ejusdem filiis masculis ex legitimo matrimonio procreatis, ac procreandis, & aliis descendentibus, qui ex Serenitate Sua, & filiis ejus legitimis masculis legitimi nascerentur secundum ordinem geniture & ejusdem Feudi naturam infeudaverit, & investiverit. Postea vero cum existimaret omnibus modis prospiciendum, ut futuris contentionibus, & differentiis, quæ inter Successores oriri possent, omnis occasio præcluderetur, in ipso Statu Mediolani, & Comitatibus supradictis talem succedendi rationem, & formam constituerit, per quam Status ille cum omnibus suis pertinentiis in perpetuum integer, & indivisus conservaretur, ita ut neque Successorum pluralitate, neque competitorum ambitione, vel contentione distrahi, sive discerpi quandoque posset, nimirum ut ipsi Serenissimo Regi Philippo in dictis Ducatu, & Comitatibus, succederet filius ejus primogenitus masculus, & legitimus, ejusdemq; primogenitus masculus legitimus, & sic ordine successivo de primogenito in primogenitum masculum descendentem usque in infinitum; Deficientibus autem primogenitis masculis, succederet secundogenitus masculus legitimus, ejusdem secundogeniti primogenitus masculus, & ab eo descendentes masculi primogeniti usque in infinitum, si masculus aliquis fuerit superstes; Idem etiam de tertio, & quartogenitis intelligendo, ordine primogenituræ semper servato; Deficiente vero linea masculina succedere deberet filia primogenita, ejusdemque primogenitæ primogenitus masculus, ejusque descendentes masculi ordine supradicto usque in infinitum, eodem successionis ordine in secundo, tertio & quartogenitis filiabus, earundemque descendentibus primogenitis, servato, prout in Diplomate ipsius quondam Divi Caroli desuper edito, ac inferius inserto latius continetur. Defuncto autem pralibato Divo quondam Imperatore Carolo Quinto, Divus quoque Imperator Ferdinandus inclytæ recordationis Dominus, & Avus paternus noster observandissimus, ad benevolam & studiosissimam potitionem dicti Serenissimi Hispaniarum Regis Consobrini nostri Charissimi, insistendo vestigiis prænominati Divi fratris sui Caroli Quinti, non solum denuo investiverit, & infeudaverit eundem Serenissimum Regem Philippum pro se, & filiis suis masculis ex legitimo matrimonio procreatis, & procreandis, aliisque descendentibus ex Serenitate Ejus, & filiis suis legitimis masculis legitime secundum ordinem genituræ nascituris de dictis Ducatu Mediolani, & Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis, prout constat ex rescripto Majestatis Suæ, quod datum fuit in nostra Civitate Imperiali Augusta Vindelicorum, die vigesima septima mensis Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo nono, verum etiam præmemoratam extensionem a Divo magno Patruo nostro, quoad modum & formam successionis factam laudaverit, approbaverit, ratificaverit, confirmaverit, & corroboraverit, sicuti apparet in Diplomate desuper emanato, cujus tenor sequitur in hæc verba.

Inseratur Ferdinandi I. Rom. Imp. Confirmatio Aurea Bulla Caroli V. Imp. huic Capiti supra sub Num. LIV. inserta.

Porro sublato etiam ex hac vita in cœlestem Patriam Divo Domino Avo paterno nostro Imperatore Ferdinando felicissimæ memoriæ Majestatis suæ successor Divus Imperator Maximilianus Secundus, Dominus & Patruus noster observandissimus Augustissimæ memoriæ, dictam Investituram una cum confirmatione extensionis præinserta laudaverit, confirmaverit, & renovaverit, prout patet ex Majestatis Suæ Diplomate dato in Civitate nostra Viennæ die sexta mensis Julii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto. Prout quoque posteaquam sæpe dictus Rex Hispaniarum Catholicus &c. Philippus Secundus, in fata concessisset, Augustissimæ memoriæ Imperator Rudolphus Secundus, & Matthias Domini Patrueles, & prædecessores nostri colendissimi in personam Serenissimi quondam Hispaniarum Regis Catholici Philippi Tertii, Affinis, & Fratris nostri charissimi supradicta omnia renovarint, & confirmarint, deque iis omnibus, & singulis Serenitatem Suam pro se, ac filiis, & descendentibus suis legitimis, una cum confirmatione extensionis præinserta, eo quo in superioribus habetur modo secundum ordinem primogenituræ investiverint, prout ex infeudationum Diplomatibus die vigesima prima Januarii anno Domini millesimo sexcentesimo quarto, & die septima mensis Octobris anno Domini millesimo sexcentesimo decimo tertio emanatis planius liquere possit.

Nunc vero præmemoratus Serenissimus Rex Catholicus Philippus Quartus Nepos, & Consobrinus Noster charissimus, postquam ab obitu Serenissimi quondam Imperatoris Matthiæ, Domini Patruolis, & prædecessoris nostri felicissimæ recordationis, Divino concessu, ad supremum dignitatis Imperatoriæ fastigium evecti simus, atque ipse Parenti suo ad æternas Beatorum sedes translato successerit, nolens ullo unquam tempore officio, quod erga nos, ac ipsum Sacrum Romanum Imperium ratione Ducatus Mediolani, Comitatuumque Papiæ, & Angleriæ, eorundemque pertinentiarum debite gerit, aliqua in re defuisse videri, Nos medio, & opera Magnifici syncere nobis dilecti Don Inaci Velez de Guevara Comitis de Onnate, Ora-

Oratoris, hacque in parte Mandatarii, & Procuratoris singulari studio rogaverit, ut Serenitatem Suam pro se, & liberis, hæredibus, & descendentibus suis, de supra nominatis Statu, & Ducatu Mediolani, & Comitatu Papiæ, & Angleriæ eorumque omnium pertinentiis universis benevole investire, & infeudare, omniaque, & singula in memoratis Divorum Caroli Quinti, Ferdinandi, Maximiliani, Rudolphi Secundi, & Matthiæ, ac aliorum Prædecessorum nostrorum litteris, & Investituris concessa, facta, disposita, declarata, atque decreta, & præsertim superius descriptam extensionem, & succedendi formam authoritate nostra Cæsarea ratificare, approbare, confirmare, & corroborare; Atque insuper Castrum, Locum, & Feudum Imperiale Malgrati cum Villis, juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis suis Serenitatis Suæ Parenti olim a Cæsare Marchione Malespina venditum, ipsique Serenissimo Regi ante biduum in Feudum separatum concessum, in vim decreti nostri Cæsarei die trigesima mensis Augusti nuper editi Ducatui Mediolanensi conjungere, unire & incorporare vellemus. Nos sane hac studiosissima petitione prædicti Serenissimi, & charissimi Nepotis nostri Regis Catholici intellecta eidem haud gravatim annuendum duximus, considerata non modo arctissima sanguinis conjunctione, quæ inter Nos & Serenitatem Ejus intercedit, & merito apud Nos quoque loco, & tempore plurimum utique momenti habere debet, sed potissimum etiam authoritate, & potentia Serenitati Ejus a Deo Omnipotente concessa, qua præ cæteris Regibus, & Principibus jus, & proprietatem Sacri Romani Imperii in dicto Statu, & Ducatu Mediolani tueri, & conservare valet, prout certe Serenitatis ejus in Sacrum Romanum Imperium, vtpote cujus Serenitas Sua amplissimum, & fidelissimum est membrum, plurima, ac præclarissima extant merita, neque dubitandum est, Serenitatem Suam eundem animum, ac idem Studium eandemque alacritatem in procurandis promovendisque iis, quæ ad commodum, ac beneficium Sacri Imperii, & totius Christianitatis pertinent, deinceps quoque omni loco, & tempore declaraturam, ac omnes suas cogitationes, omnesque curas eo relaturam, ut Imperio Romano, ac universæ Reipublicæ Christianæ non minori præsidio, quam ornamento semper fuisse videatur. Quocirca cupientes tam præclaræ dicti Serenissimi Regis erga Nos, & Sacrum Imperium voluntati, & egregiis meritis mutua nostra Cæsarea benevolentia respondere, ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, ac de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, sano quoque accedente Consilio, imprimis ante nominatum locum, Castrum, & Feudum Malgrati Statui Mediolanensi unientes, conjungentes, & incorporantes, atque Investituram desuper ante biduum per nos concessam huc repetitam volentes, sæpe dictum Serenissimum Regem Philippum Quartum Catholicum Nepotem, & Consobrinum nostrum charissimum tanquam Mediolani Ducem pro se, & filiis, & hæredibus, ac successoribus suis ex legitimo matrimonio procreatis, ac procreandis, & aliis descendentibus, qui ex Serenitate, & filiis ejus legitimis, legitime nascentur, juxta ordinem primogenituræ a Divo Carolo Quinto institutum, & per divos Avum, Patruum, & Patrueles nostros confirmatum infeudavimus, & investivimus, nec non infeudamus, & investimus tenore præsentium, de dictis Ducatu Mediolani, nec non Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis universis, quæ in præsenti ad dictos Ducatum & Comitatus spectant, seu olim spectaverunt, & pertinuerunt, Ducibusque, & Comitibus prædictis competiverunt, vel etiam competere deberent, de jure, vel consvetudine, vel aliter quomodocunque juxta formam Investiturarum antiquarum, & cum omnibus juribus, honoribus, prærogativis, libertatibus, exemptionibus, in eisdem antiquis Investituris latius expressis, quas hic (in quantum opus est) pro repetitis haberi volumus, perinde, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserta essent, recepto vicissim a supra nominato Serenitatis Suæ Oratore, Procuratore, ac Mandatario sufficienti ad hoc mandato instructo, nomine, & in animam Serenitatis Suæ corporali juramento. Ad hæc scienter, deliberate, ac consulto, & de Cæsareæ potestatis plenitudine omnia, & singula in memoratis Divorum quondam nostrorum Magni Patrui, Avi, Patrui, & Patruelium, aliorumque Prædecessorum nostrorum litteris, & Investituris contenta, & nominatim ac præcipue supra insertam extensionem, & succedendi ordinem, ac modum a Divo quondam Magno Patruo nostro Carolo Quinto institutum, ac per Divos Avum Paternum, Patruum, & Patrueles nostros colendæ memoriæ Ferdinandum, Maximilianum Secundum, Rudolphum itidem Secundum, & Matthiam Imperatores confirmatum & corroboratum, Nos quoque in omnibus eorum punctis, clausulis, articulis, sententiis & verborum expressionibus laudavimus, approbavimus, ratificavimus, confirmavimus, & corroboravimus, prout per præsentes laudamus, approbamus, ratificamus, confirmamus, & corroboramus, & quatenus opus est, & expedit in favorem sæpe dicti Serenissimi Regis Hispaniarum ejusque hæredum, & descendentium de novo concedimus, facimus, disponimus, instituimus, declaramus, & decernimus. Volentes, & hoc nostro Cæsareo Edicto firmiter statuentes, & sancientes, quod ea omnia ac singula in perpetuum rata, grata, valida, & firma esse, atque censeri, & observari debeant, non obstante lege, & forma Investituræ quondam Serenissimo Regi Philippo Secundo a Divo Ferdinando Avo nostro ante hac concessæ, neque obstantibus quibusvis aliis Investituris per prælibatum quondam Imperatorem Carolum Quintum, aut alios Divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, ac Reges fœlicissimæ recordationis,

sive

five eidem Sereniffimo Regi Philippo, five Illuftribus quondam Mediolani Ducibus fub quacunque verborum forma conceffis, & præfertim Inveftitura, quæ Serenitati Ejus a fæpe nominato Divo Parente fuo collata fuit, feu natura ipfius Feudi Ducatus & Comitatuum prædictorum, vel quibuslibet legibus, juribus, conftitutionibus, confuetudinibus, Statutis, & Feudalibus decretis tam Dominii Mediolani, quam aliis five generalibus five particularibus Statutis, Privilegiis, & conceffionibus, & aliis quibuscunque conceffis, vel concedendis in contrarium facientibus, aliter difponentibus, vel etiam formam dantibus, vel etiam aliquid, pro folemnitate requirentibus, etiamfi talia forent, de quibus hoc loco fpecialis mentio fieri deberet; iis namque omnibus, & fingulis, quatenus huic noftræ Infeudationis, Inveftituræ, declarationis, confirmationis, difpofitionis, &c. decreto obftarent, feu quovis modo obftare ejusque vim, & effectum impedire, five elidere, poffent, pro hac vice, & ad hunc dumtaxat effectum expreffe derogamus, & derogatum effe volumus, fcientia, & authoritate prædicta; Supplentes omnibus tam juris, quam facti, & cujusvis folemnitatis tam intrinfecæ, quam extrinfecæ, aut formalis, quæ fervari debuiffet, & non effet fervata, & aliis quibuscunque defectibus, fi qui in præmiffis interveniffent quovis modo, aut interveniffe dici, vel allegari poffent. Noftra tamen, & Imperii Sacri fuperioritate, & feudali obfequio femper falvis; hac quoque lege, quam adjecit Divus Imperator Carolus Quintus, refervata, & illæfa, ut quicunque in prædicto Ducatu & Statu Mediolani, Comitatibusque Papiæ, & Angleriæ fucceflerit, five mafculus, five fœmina fuerit, quod is, vel illa, eosdem Ducatum, & Comitatus a Nobis & SucceffloribusNoftris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, mafculi quidem per fe, fœminæ vero mediante perfona legitimi Procuratoris, ut Feudo-geruli ad gerendum, aut deferviendum Feudum apti, & idonei, in Feudum recognoftere, Inveftituram (quoties cafus poftularit) petere, & debitum fidelitatis, & homagii juramentum præftare teneatur. Committentes quoque, & expreffe injungentes Gubernatori, Præfidi, & Senatui, ac Univerfis & fingulis Mediolani, Papiæ, & Angleriæ, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Vafallis, Officialibus, & Miniftris, cæterisque Civitatum, & Locorum, Terrarumque totius Ducatus, & Status Mediolani, & Comitatuum Papiæ, & Angleriæ fubditis, & aliis noftris, & Imperii Sacri fidelibus dilectis, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, ftatus, gradus, ordinis, aut conditionis, exiftant, tam præfentibus, quam futuris, ut præfatum Sereniffimum Regem Hifpaniarum, Nepotem, & Confobrinum noftrum chariffimum, ejusque hæredes, & defcendentes antedictos tanquam fuos veros, ordinarios, & legitimos Principes, & Dominos recipiant, & agnofcant, eisque confuetum homagium, & fidelitatem præftent, eorum præceptis, & juffionibus reverenter, & firmiter, (prout par eft) pareant, atque obediant, aliaque omnia, & fingula præftent, & faciant quæ fideles Vafalli, officiales & fubditi fuis naturalibus, veris & legitimis Principibus, & Dominis facere, & præftare tenentur de jure, confuetudine, aut privilegio fpeciali. Præterea mandamus quoque omnibus, & fingulis Electoribus, & aliis Principibus, Ecclefiafticis & Secularibus Sacri Romani Imperii, nec non quibuscunque aliis Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Gubernatoribus, Poteftatibus, Magiftratibus, Confulibus, Judicibus, Civibus, Communitatibus quarumcunque Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, & denique omnibus aliis noftris, & Sacri Romani Imperii Subditis, & fidelibus dilectis, cujuscunque Status, gradus, præeminentiæ, dignitatis, ordinis & conditionis fuerint, præfentibus, & futuris, tam Italiæ, quam Germaniæ, aut alterius cujuscunque de Sacro Imperio dependentis Provinciæ fub pœna banni Imperiali, nec non privationis, & amiffionis omnium & fingulorum Privilegiorum, Regalium, Feudorum, & bonorum, quæ a Divis prædeceffforibus noftris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ac Nobis, & Sacro Romano Imperio quovis modo obtinent, ne ipfum Sereniffimum Regem Hifpaniarum, Nepotem, & Confobrinum noftrum Chariffimum, ejusque hæredes, & defcendentes, juxta fupra fcriptum ordinem fucceffuros in memorata donatione, conceffione, extenfione, difpofitione, & Declaratione Divi Caroli Quinti, Magni Patrui noftri, per Divos Dominos avum Paternum, Patruum, Patrueles, & Prædeceffores noftros, ut fuperius demonftratum eft, confirmata, & hac noftra dictorum Ducatus, Comitatuum, pertinentiarum ac jurium prædictorum Infeudatione, Inveftitura, confirmatione, approbatione, declaratione, difpofitione, & decreto, aut in aliqua earum parte impediant, perturbent, moleftent, aut gravent, fed illis omnibus & fingulis libere & pacifice fecundum eorum formam & tenorem uti, frui, & gaudere finant, & contrarium ne faciant, nec fieri procurent, aut permittant, directe vel indirecte, quovis quæfito colore, ingenio feu prætextu, quatenus pœnas fupradictas, & præterea mulctam mille marcharum auri puri, maluerint evitare, quam quilibet contrafaciens, toties quoties contrafactum fuerit, ultra pœnas fupra commemoratas ipfo facto fe noverit irremiffibiliter incurriffe, quarum dimidium Imperiali Fifco, feu Ærario noftro, reliquum vero parti læfæ decernimus applicandum. Harum teftimonio litterarum manu noftra fubfcriptarum, & Sigilli noftri Cæfarii appenfione munitarum.

Datæ in civitate noftra Viennæ, die octava menfis Novembris, anno Domini millefimo, fexcentefimo, vigefimo primo, Regnorum noftrorum Romani tertio, Hungarici quarto, Bohemici vero quinto.

LVIII.

LVIII.

Ferdinandi III. Rom. Imperat. Confirmatio Confirmationum aureæ Bullæ Caroli V. de An. 1549. sub præcedentibus Num. LIV. & LVII. insertarum, ad instantiam Philippi IV. Hispaniarum Regis & Mediolani Ducis concessa, d. d. 29. Decembr. An. 1638.

FErdinandus Tertius, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris, & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. Ad perpetuam, & nunquam intermorituram rei memoriam recognoscimus, pro nobis, & nostris in Imperio successoribus, notum testatumque facientes universis; Quod cum nobis Serenissimus Princeps, Dominus Philippus Quartus, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, &c. Rex Catholicus, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, & Mediolani, &c. Frater, Affinis, & Consobrinus noster Charissimus per Oratorem suum ordinarium in Aula Nostra Cæsarea commorantem, Illustrem syncere nobis dilectum Don Sanctium de Monroy, Marchionem de Castaneda, Jacobeæ Militiæ Equitem, benevole exponendum curarit: ab Augustissimo Imperatore, Cæsare Divo quondam Ferdinando Secundo Domino Genitore, ac Prædecessore nostro æternum colendo sacratissimæ memoriæ, se super Sacri Romani Imperii Feudis Statu & Ducatu Mediolani, Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, & Marchionatu Castro, ac loco Malgrati eidem Ducatui conjuncto, unito atque incorporato, eorundemque omnium universis, ac singulis juribus, jurisdictionibus, pertinentiis, honoribus, prærogativis, libertatibus, & exemptionibus, quibuscum ea priores Illustres Mediolani Duces, Comitesque Papiæ, & Angleriæ, & Marchiones Malgrati olim habuerunt, tenuerunt, & possederunt, quæque ad dictos Ducatum, & Comitatus & Marchionatum spectaverunt, & spectant, iisdemque Ducibus competierunt, vel etiam competere potuerunt, ac debuerunt, atque etiamnum competant de jure, vel consuetudine, vel aliter quomodocunque, juxta formam cum antiquiorum prædictis olim Ducibus, tum recentiorum per Divos Romanorum Imperatores, ac Reges Carolum Quintum videlicet, Ferdinandum Primum, & Maximilianum Secundum, Rudolphum Secundum, & Matthiam Prædecessores nostros gloriosissimæ recordationis, Serenissimis quondam Hispaniarum Regibus Catholicis Philippo Secundo Avo, & Philippo Tertio Patri suo concessarum, laudatarum, approbatarum, confirmatarum, ac renovatarum Investiturarum, tum etiam juxta primogenituræ, à præmemorato Divo Carolo Quinto institutum, & ab ejusdem in Imperio successoribus prælibatis Cæsaribus ratificatum, ac corroboratum Ordinem, ut nimirum Serenissimo Regi Philippo in dictis Ducatu, & Comitatibus succederet Filius ejus primogenitus masculus legitimus, ejusdemque primogeniti, primogenitus masculus legitimus, & sic ordine successivo de primogenito in primogenitum masculum descendentem in infinitum usque; Deficientibus autem primogenitis masculis succederet secundogenitus masculus legitimus, ejusdemque secundogeniti primogenitus masculus, & ab eo descendentes masculi primogeniti in infinitum usque, si masculus aliquis fuerit superstes, idem etiam de tertio & quarto genitis intelligendo, ordine primogenituræ semper servato; Deficiente vero linea masculina succedere deberet Filia primogenita, ejusdemque primogenitæ primogenitus masculus, ejusque descendentes masculi ordine supradicto in infinitum usque, eadem successionis lege, ac serie in secundo, tertio & quarto genitis filiabus, earundemque descendentibus primogenitis semper servata, investitum atque infeudatum fuisse, prout in Diplomate Investituræ octava die mensis Novembris anno Domini supra mille sexcentos vigesimo primo desuper confecto, & expedito, atque heic inserto plenius planiusque est videre:

Inserantur hic Confirmationes Aureæ Bullæ Caroli V. de An. 1549. sub præcedentibus Numeris LIV. & LVII. comprehensa.

Adeoque nos præmemoratus Serenissimus Rex Catholicus, Dominus Philippus Quartus, Frater, Affinis, & Consobrinus noster, postquam suprema Divinitate bene juvante, ac fortunante, ad sublime Augustalis Throni fastigium evecti simus, ac Serenitas Sua nullo unquam tempore officio, quod erga nos, & Sacrum Romanum Imperium ratione prædicti Ducatus Mediolanensis, Comitatuumque Papiæ, & Angleriæ, nec non Marchionatus, Castri, & loci Malgrati, eorundemve pertinentiarum debite gerit, aliqua in re defuisse videri velit, amanter ac studiose rogarit, ut Serenitatem Suam pro se, & liberis, hæredibus, & descendentibus Suis legitimis, de supra nominatis Statu, & Ducatu Mediolani, & Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, nec non Marchionatu, Castro & loco Malgrati, eorumque omnium pertinentiis universis, benevole investire, atque infeudare, omniaque, & singula in memoratis Divorum Caroli Quinti, Ferdinandi Primi, Maximiliani, Rudolphi Secundi, Matthiæ, ac Ferdinandi Secundi, atque aliorum prædecessorum nostrorum literis, & Investituris, concessa, facta, disposita, declarata, decreta, laudata, approbata, ratificata, confirmata

mata, nominatim vero superius descriptam extensionem, & succedendi formam authoritate nostra Cæsarea laudare, approbare, ratificare, confirmare, ac corroborare vellemus. Nos sane studiosissima id genus petitione Serenissimi Regis Catholici Fratris, Affinis & Consobrini nostri charissimi benevole audita, haud gravatim eidem censuerimus annuendum, diligenter considerantes, non modo arctissimum sanguinis nexum, quo inter nos mutuo conjuncti sumus, quique apud nos quolibet loco ac tempore plurimum utique momenti habere debet, sed potissimum etiam eximiam authoritatem, ac potentiam Serenitatis ejus à summo Regum Rege, ac Dominantium Domino largiter concessam, qua præ cœteris Principibus Sacri Romani Imperii jus, & proprietatem in dicto Statu, & Ducatu Mediolani tueri valet, & conservare, prout certe Serenitatis ejus in Sacrum Romanum Imperium, quippe cujus Serenitas Sua amplissimum & fidelissimum est membrum, plurima, & præclarissima extant merita, neque omnino dubitandum est, quin Serenitas Sua eundem animum, idem studium, eandemque promptitudinem in procurandis, promovendisque iis, quæ ad commodum, beneficium, ac decus Sacri Romani Imperii, adeoque Universi Christiani nominis pertinent, deinceps quoque omni loco, ac tempore sit declaratura, atque omnes Suas cogitationes, omnesque curas eo collatura, ut Imperio Romano, atque universæ Reipublicæ Christianæ non minori præsidio, quam ornamento semper fuisse videatur. Atque idcirco cupientes, tam præclaræ dicti Serenissimi Regis erga nos, & Sacrum Imperium voluntati, & egregiis meritis, mutua Cæsarea nostra benevolentia respondere, ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano maturoque accedente consilio, ac de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, sæpedictum Serenissimum Regem Philippum Quartum Catholicum, Fratrem, Affinem, & Consobrinum nostrum charissimum, tanquam Mediolani Ducem pro se, filiis, hæredibus, ac Successoribus suis ex legitimo matrimonio procreatis, ac procreandis, atque aliis descendentibus, qui ex Serenitate Sua, ac filiis ejus legitimis legitime nascentur, juxta præmemoratum Primogenituræ à Divo Carolo Quinto institutum, & per Divos Cæsares Proavum Magnum Patruum, Propatrueles, ac Parentem nostros laudatissimæ memoriæ confirmatum infeudaverimus, atque investiverimus, quemadmodum tenore præsentium infeudamus, atque investimus de dictis Ducatu Mediolani, Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, nec non Marchionatu Malgrati dicto Ducatui Mediolanensi per Divum Genitorem nostrum conjuncto, unito, & incorporato, eorumque omnium universis, ac singulis pertinentiis, quæ in præsentiarum ad dictos Ducatum, Comitatus, & Marchionatum spectant, ac pertinent, seu olim spectaverunt, ac pertinuerunt, Ducibusque, Comitibus, & Marchionibus competiverunt, vel etiam competere deberent de jure, vel consvetudine, vel aliter quomodocunque, juxta formam tam antiquorum, quam etiam recentiorum, à Divis quondam Carolo Quinto, Ferdinando Primo, Maximiliano Secundo, Rudolpho Secundo, Matthia, & Ferdinando Secundo felicissimæ recordationis concessarum, laudatarum, approbatarum, confirmatarum, ac redintegratarum Investiturarum, & cum omnibus juribus, jurisdictionibus, honoribus, prærogativis, libertatibus, exemptionibus in prædictis cum antiquis, tum aliis Investituris latius expressis, quarum illas in quantum opus est, pro repetitis haberi volumus, perinde, ac si de verbo ad verbum præsentibus insertæ essent, recepto vicissim à supra nominato Serenitatis Suæ Oratore ordinario Illustri sincere nobis dilecto Don Sanctio de Monroy Marchione de Castanneda Procuratore, ac Mandatario sufficienti ad hoc mandato instructo, nomine, loco, ac vice, adeoque in animam Serenitatis Suæ corporali juramento. Ad hæc scientes, prudentes de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine omnia, & singula in sæpe memoratis Investituris contenta, nominatim vero, ac præcipue supra insertam extensionem, & succedendi ordinem, ac modum à Divo quondam Carolo Quinto institutum, ac per Sacratissimos Imperatores Proavum, Magnum Patruum, Propatrueles, & Parentem nostros ter venerandæ memoriæ Ferdinandum Primum, Maximilianum Secundum, Rudolphum itidem Secundum, Mathiam, & Ferdinandum Secundum confirmatum, & corroboratum, nos quoque in omnibus eorum capitibus, punctis, clausulis, articulis, sententiis & verborum expressionibus, laudaverimus, approbaverimus, ratificaverimus, confirmaverimus, & corroboraverimus, prout per præsentes laudamus, approbamus, ratificamus, confirmamus, & corroboramus, & quatenus opus est, atque expedit in favorem sæpedicti Serenissimi Regis Hispaniarum, ejusque hæredum, & descendentium dictorum de novo, atque integro concedimus, facimus, disponimus, instituimus, declaramus, & decernimus; Volentes, & hoc nostro Cæsareo Edicto firmiter statuentes, ac sancientes, quod ea omnia, ac singula in perpetuum rata, stata, grata, valida, firma, fixa, ac sancta esse, haberi, censeri, & observari debeant, non obstante lege & forma Investituræ quondam Serenissimo Regi Catholico Philippo Secundo à Divo Ferdinando Proavo nostro ante hac concessæ, neque obstantibus quibusvis aliis Investituris per prælibatum quondam Imperatorem Carolum Quintum, aut alios Augustissimos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, ac Reges felicissimæ recordationis, sive eidem Serenissimo Regi Philippo, sive Illustribus quondam Mediolani Ducibus, Comitibus Papiæ & Angleriæ, nec non Marchionibus Malgrati sub quacunque verborum forma concessis, & præsertim Investitura, quæ Serenitati Ejus à sæpe nominato Divo Genitore suo collata fuit, seu natura ipsius Feudi Duca-

Ducatus, Comitatuum, & Marchionatus prædictorum, vel quibuslibet legibus, juribus, constitutionibus, consuetudinibus, Statutis ac Feudalibus decretis, tam Dominio Mediolani, quam aliis sive generalibus sive particularibus Statutis, Privilegiis, & Concessionibus, & aliis quibuscunque concessis, vel concedendis in contrarium facientibus, aliter disponentibus, vel etiam formam dantibus, vel aliquod pro solemnitate requirentibus, etiamsi talia forent, de quibus hoc loco specialis mentio fieri deberet. Iis namque omnibus & singulis, quatenus huic nostræ Infeudationi, Investituræ, declarationi, confirmationi, dispositioni, & decreto obstarent, seu quovis modo obstare, ejusque vim & effectum impedire, sive elidere possent, pro hac vice, & ad hunc dumtaxat effectum expresse derogamus, & derogatum esse volumus, scientia & authoritate prædicta. Supplentes omnes, & singulos tam juris, quam facti, & cujusvis solemnitatis tam intrinsecæ, quam extrinsecæ, aut formalis, quæ servari debuisset, & non esset servata, & alios quoscunque defectus, si qui in præmissis intervenissent, quovis modo, aut intervenisse dici, vel allegari possent. Nostra tamen & Imperii Sacri superioritate, & Feudali obsequio semper salvis. Hac quoque lege, quam adjecit Divus Imperator Carolus Quintus reservata, & illæsa, ut quicunque in prædicto Statu, & Ducatu Mediolani, Comitatibus Papiæ & Angleriæ, nec non Marchionatu Malgrati per sacratissimum quondam Imperatorem Parentem nostrum colendissimæ memoriæ eidem Ducatui conjuncto, unito, & incorporato successerit, sive masculus, sive fœmina fuerit, quod is, vel illa eosdem Ducatum, & Comitatus, & Marchionatum a Nobis, & Successoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus legitime intrantibus, masculi quidem per se, fœminæ vero mediante persona legitimi Procuratoris, ut Feudi geruli ad gerendum aut deserviendum Feudum apti, & idonei in Feudum recognoscere, Investituram, (quoties casus postulaverit) petere, & debitum fidelitatis, & homagii Juramentum præstare teneatur. Committentes quoque & expresse injungentes Gubernatori, Præsidi & Senatui, ac universis & singulis Mediolani, Papiæ, Angleriæ, & Malgrati Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Vasallis, Officialibus, & Ministris, cæterisque Civitatum, locorum, terrarumque totius Status & Ducatus Mediolani, Comitatuum Papiæ & Angleriæ, & Marchionatus Malgrati Subditis, & aliis nostris & Sacri Imperii fidelibus dilectis, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, aut conditionis existant, tam præsentibus quam futuris, ut præfatum Serenissimum Regem Hispaniarum, Fratrem, Affinem, & Consobrinum nostrum Charissimum, ejusque hæredes, & descendentes antedictos, tanquam suos, veros, ordinarios, & legitimos Principes & Dominos recipiant, & agnoscant, eisque consuetum homagium & fidelitatem præstent, eorum præceptis & jussionibus reverenter, & firmiter (prout par est) pareant, atque obediant, aliaque omnia, & singula præstent, & faciant, quæ fideles Vasalli, Officiales & Subditi suis naturalibus, veris, & legitimis Principibus & Dominis facere, & præstare tenentur de jure, consuetudine aut privilegio speciali.

Præterea mandamus universis & singulis Electoribus, & aliis Principibus, Ecclesiasticis, & Sæcularibus Sacri Romani Imperii, nec non quibuscunque aliis Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Gubernatoribus, Potestatibus, Magistratibus, Consulibus, Judicibus, Civibus, Communitatibus, quarumcunque Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, & denique omnibus aliis nostris, & Sacri Romani Imperii Subditis, & fidelibus dilectis, cujuscunque Status, gradus, præeminentiæ, dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, præsentibus & futuris, tam Italiæ, quam Germaniæ aut alterius cujuscunque de Sacro Romano Imperio dependentis Provinciæ sub pœna Banni Imperialis, nec non privationis, & amissionis omnium & singulorum Privilegiorum, Regalium, Feudorum & bonorum, quæ a Divis Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ac nobis, & Sacro Romano Imperio quovis modo obtinent, ne ipsum Serenissimum Regem Hispaniarum Catholicum, Fratrem, Affinem, & Consobrinum nostrum Charissimum, ejusque hæredes, & descendentes juxta suprascriptum Ordinem, ac seriem successuros in memorata donatione, concessione, extensione, dispositione, & declaratione Divi Caroli Quinti per Divos quondam Ferdinandum Primum, Maximilianum Secundum, Rudolphum Secundum, Matthiam & Ferdinandum Secundum Dominos Proavum, Magnum Patruum, Propatrueles, ac Genitorem, & Prædecessores nostros, ut superius demonstratum est, confirmata, & hac nostra dictorum Ducatus, Comitatuum, Marchionatus, pertinentiarum, ac jurium prædictorum infeudatione, Investitura, confirmatione, approbatione, declaratione, dispositione, renovatione, redintegratione, ac decreto, aut in aliqua eorum parte impediant, perturbent, molestent, aut gravent; Sed illis omnibus & singulis libere & pacifice secundum eorum formam ac tenorem uti, frui, potiri, & gaudere sinant, & contrarium ne faciant, nec fieri procurent, aut permittant, directe vel indirecte, quovis quæsito colore, ingenio seu prætextu, quatenus pœnas supradictas, & præterea mulctam mille marcharum auri puri maluerint evitare, quam quilibet contra faciens toties quoties contrafactum fuerit, ultra pœnas supra commemoratas ipso facto se noverit irremissibiliter incurrisse, quarum semissem Imperiali Fisco, sive Ærario nostro, alterum semissem vero parti læsæ decernimus applicandum. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri

nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ unde tricesima die Decembris anno Domini supra mille Sexcentos duo de quadragesimo.

LIX.

Leopoldi Romanor. Imperatoris Confirmatio aureæ Bullæ Caroli V. Rom. Imperat. de jure & ordine succedendi in Ducatum Mediolanensem, nec non Confirmationum ejusdem Bullæ sub præcedentibus Numeris LIV. LVII. & LVIII. comprehensarum, ad instantiam Philippi IV. Hispaniarum Regis ac Mediolani Ducis, indulta, d. d. 9. Aug. An. 1659.

Leopoldus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, &c. ac superioris, & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c. Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis: Quod cum nobis Serenissimus Princeps, Dominus Philippus Quartus, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, & Hierusalem, &c. Rex Catholicus, Avunculus, & Frater Noster charissimus per Consiliarium, & Oratorem suum ordinarium ad aulam Nostram Cæsaream degentem speciali, ac sufficiente ad id mandato instructum, Illustrem fincere nobis dilectum Don Casparum de Teues, & Guzman Marchionem de la Fuente, demisse exponendum curavit, a divo quondam Imperatore Carolo Quinto Augustissimæ Memoriæ Serenitatis Suæ Prædecessoribus Hispaniarum Regibus investituram super Sacri Romani Imperii Feudis, & Statibus, Ducatu scilicet Mediolani, Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, & Marchionatu Castro, ac loco Malgrati, eidem Ducatui conjuncto, unito atque incorporato, eorundemque omnium universis, ac singulis juribus, jurisdictionibus, pertinentiis, & prærogativis, quibuscum ea priores Mediolani Duces, Comitesque Papiæ, & Angleriæ, & Marchiones Malgrati olim possederunt, ea lege concessam fuisse, ut inter descendentes eorum ordo primogenituræ primo in linea masculina, & hac plane deficiente, deinde in linea fœminina perpetuo observetur, atque juxta eum Ordinem sibi continuo secundum gradus suos succedant, cujus Investituræ renovationem, quotiescunque casus aliquis contigit, a Divis quoque Romanorum Imperatoribus, Ferdinando Primo, Maximiliano Secundo, Rudolpho Secundo, Matthia, & Ferdinando Secundo, subsequentes Hispaniarum Reges suo ordine impetrarint, atque ejusmodi Investituræ renovatio super memoratis Ducatu Mediolani, Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, & Marchionatu Castro, ac loco Malgrati eidem Ducatu incorporato, a gloriosæ recordationis Ferdinando Tertio Domino Patre Nostro Colendissimo Serenitati Suæ die vigesima nona mensis Decembris anni millesimi sexcentesimi trigesimi octavi, juxta ejusdem tenorem in sequentia verba insertum gratiose impertita fuerit:

Inserantur hic sub præcedentibus Numeris LIV. LVII. & LVIII. impressæ Confirmationes Roman. Imp. Ferdin. I. de An. 1564. Ferdinandi II. de An. 1621. & Ferdinandi III. de An. 1638.

Adeoque Nos præmemoratus Serenissimus Rex Catholicus Dominus Philippus Quartus Avunculus & Frater noster Charissimus, postquam suprema Divinitate bene juvante ac fortunante, ad sublime Augustalis Throni fastigium evecti simus, ac Serenitas Sua nullo unquam tempore officio, quod erga nos, & Sacrum Romanum Imperium, ratione prædicti Ducatus Mediolanensis, Comitatuumque Papiæ, & Angleriæ, nec non Marchionatus Castri, & loci Malgrati, eorundemve pertinentiarum debite gerit, aliqua in re defuisse videri velit, amanter ac studiose rogarit, ut Serenitatem Suam pro se & liberis, hæredibus, ac descendentibus suis legitimis, de supra nominatis Statu, ac Ducatu Mediolani, & Comitatibus Papiæ & Angleriæ, nec non Marchionatu Castro, & loco Malgrati, eorumque omnium pertinentiis universis benevole investire, atque infeudare, omniaque, & singula in memoratis Divorum Caroli Quinti, Ferdinandi Primi, Maximiliani Secundi, Rudolphi Secundi, Matthiæ, Ferdinandi Secundi ac Ferdinandi Tertii, atque aliorum Prædecessorum nostrorum litteris & investituris, concessa, facta, disposita, declarata, decreta, laudata, approbata, ratificata, confirmata, nominatim vero superius descriptam extensionem, & succedendi formam authoritate nostra Cæsarea laudare, approbare, ratificare, confirmare, ac corroborare vellemus: Nos sane studiosissima id genus petitione Serenissimi Regis Catholici Avunculi, & fratris nostri Charissimi benevole audita, haud gravatim eidem censuerimus annuendum, diligenter considerantes non modo arctissimum sanguinis nexum, quo inter nos mutuo conjuncti sumus, quique apud nos quolibet loco, ac tempore, plurimum utique momenti habere debet, sed potissimum etiam eximiam authoritatem ac potentiam Serenitatis Ejus a Summo Regum Rege ac Dominantium Domino largiter concessam, qua præ cæteris Principibus Sacri Romani Imperii jus, & proprietatem in dicto Statu, & Ducatu Mediolani tueri valet, & conservare; Prout certe Serenitatis Ejus in Sacrum Romanum Imperium (quippe

pe cujus ipsa amplissimum & fidelissimum est membrum) plurima, & præclarissima extant merita, neque omnino dubitandum est, quin Serenitas Sua eundem animum, idem studium, eandemque promptitudinem, in procurandis promovendisque iis, quæ ad commodum, beneficium, ac decus nostrum, Sacrique Romani Imperii, adeoque universi Christiani nominis pertinent, deinceps quoque omni loco, ac tempore sit declarata, atque omnes Suas cogitationes, omnesque curas eo collatura, ut Imperio Romano, atque universæ Reipublicæ Christianæ, non minori præsidio, quam ornamento semper fuisse videatur. Atque idcirco cupientes tam præclaræ dicti Serenissimi Regis erga Nos, & Sacrum Imperium voluntati, & egregiis meritis mutua Cæsarea nostra benevolentia respondens, animo bene deliberato, sano maturoque accedente Consilio, ac de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, sæpedictum Serenissimum Regem Philippum Quartum Catholicum, Avunculum & Fratrem nostrum Charissimum, tanquam Mediolani Ducem, pro se, filiis, hæredibus, ac successoribus suis, ex legitimo matrimonio procreandis, atque aliis descendentibus, qui ex Serenitate Sua, ac filiis ejus legitimis legitime nascentur juxta præmemoratum primogenituræ a Divo Carolo Quinto institutum, & per Divos Cæsares Abavum, Majorem Propatruum, Magnos Propatrueles, ac Parentem nostros laudatissimæ memoriæ confirmatum infeudaverimus atque investiverimus, quemadmodum tenore præsentium eandem Serenitatem Suam infeudamus, atque investimus, de dictis Ducatu Mediolani, Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, nec non Marchionatu Malgrati dicto Ducatui Mediolanensi per Divum Ferdinandum Secundum Avum nostrum conjuncto, & incorporato, eorumque omnium universis, ac singulis pertinentiis, quæ in præsentiarum ad dictos Ducatum, Comitatus, & Marchionatum spectant, & pertinent, seu olim spectaverunt, & pertinuerunt, Ducibusque, Comitibus, & Marchionibus competiverunt, vel etiam competere deberent, de jure, vel consuetudine, vel aliter quomodocunque, juxta formam tam antiquarum, quam etiam recentiorum a Divis quondam Carolo Quinto, Ferdinando Primo, Maximiliano Secundo, Rudolpho Secundo, Matthia, Ferdinando Secundo, & Ferdinando Tertio, felicissimæ recordationis concessarum, laudatarum, approbatarum, confirmatarum, & redintegratarum Investiturarum, & cum omnibus Juribus, jurisdictionibus, honoribus, prærogativis, libertatibus, exemptionibus, in prædictis cum antiquis, tum aliis Investituris latius expressis, quarum illas, in quantum opus est, pro repetitis haberi volumus, perinde ac si de verbo ad verbum præsentibus insertæ essent, rerecepto vicissim a supra nominato Serenitatis Suæ Consiliario, & Oratore ordinario Illustri sincere nobis dilecto Don Casparo de Teues, & Guzman, Marchione de la Fuente, Procuratore, ac Mandatario sufficienti ad hoc Mandato instructo, nomine, loco, ac vice, atque in animam Serenitatis Suæ corporali juramento: Ad hæc scientes prudentes de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine omnia, & singula, in sæpememoratis Investituris contenta, nominatim vero, ac præcipue supra insertam extensionem, & succedendi ordinem, ac modum a Divo quondam Carolo Quinto institutum, ac per Sacratissimos Imperatores, Majorem Propatruum, Magnos Propatrueles, Abavum, Avum, ac Parentem nostros ter venerandæ memoriæ, Ferdinandum Primum, Maximilianum Secundum, Rudolphum itidem Secundum, Matthiam, Ferdinandum Tertium confirmatum, & corroboratum, Nos quoque in omnibus eorum capitibus, punctis, clausulis, articulis, sententiis & verborum expressionibus, non secus ac si huic Investituræ de verbo ad verbum insertæ forent, laudaverimus, approbaverimus, ratificaverimus, confirmaverimus, & corroboraverimus, prout per præsentes laudamus, approbamus, ratificamus, confirmamus, & corroboramus, & quatenus opus est, atque expetit, in favorem sæpedicti Serenissimi Regis Hispaniarum, ejusque hæredum, & descendentium prædictorum de novo, atque integro concedimus, facimus, disponimus, instituimus, declaramus & decernimus, vigore præsentium elargimur, & indulgemus; Volentes, & hoc nostro Cæsareo edicto firmiter statuentes, ac sancientes, quod ea omnia & singula in perpetuum rata, stata, grata, valida, firma, fixa ac sancta esse, haberi, censeri, & observari debeant, non obstante lege & forma Investituræ quondam Serenissimo Regi Catholico Philippo Secundo, a Divo Ferdinando Secundo Abavo nostro ante hac concessæ, neque obstantibus quibusvis aliis Investituris per prælibatum quondam Imperatorem Carolum Quintum, aut alios Augustissimos prædecessores nostros Romanorum Imperatores ac Reges felicissimæ recordationis sive eidem Serenissimo Regi Philippo, sive illustribus quondam Mediolani Ducibus, Comitibus Papiæ, & Angleriæ, nec non Marchionibus Malgrati sub quacunque verborum forma concessis, & præsertim Investitura, quæ Serenitati ejus a sæpe nominato Divo Genitore Suo collata fuit, seu natura ipsius Feudi Ducatus, Comitatuum, & Marchionatus prædictorum, vel quibuslibet legibus, juribus, constitutionibus, consuetudinibus, statutis ac Feudalibus Decretis, tam dominio Mediolani, quam aliis, sive generalibus sive particularibus Statutis, privilegiis & concessionibus, & aliis quibuscunque concessis, vel concedendis in contrarium facientibus, aliter disponentibus, vel etiam formam dantibus, vel aliquid pro solemnitate requirentibus, etiamsi talia forent, de quibus hoc loco specialis mentio fieri deberet, iis namque omnibus, & singulis, quatenus huic nostræ infeudationi, Investituræ, declarationi, confirmationi, & decreto obstarent, seu quovis modo obstare, ejusque vim, & effectum impe-

impedire, sive elidere possent, pro hac vice, & ad hunc duntaxat effectum expresse derogamus, & derogatum esse volumus, scientia, & authoritate prædicta. Supplentes omnes & singulos, tam juris, quam facti, & cujusvis solemnitatis, tam intrinsecæ, quam extrinsecæ, aut formalis, quæ servari debuisset, & non esset servata, & alios quoscunque defectus, si qui in præmissis intervenissent quovis modo, aut intervenisse dici, vel allegari possent; Nostra, tamen & Imperii Sacri superioritate, & Feudali obsequio aliorumque quorumcunque juribus semper salvis. Hac quoque lege, quam adjecit Divus Imperator Carolus Quintus, reservata, & illæsa, ut quicunque in prædicto Statu, & Ducatu Mediolani, Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, nec non Marchionatu Malgrati per Sacratissimum Imperatorem Avum nostrum colendissimæ memoriæ eidem Ducatui conjuncto, unito, & incorporato successerit, sive masculus sive fœmina fuerit, quod is vel illa eosdem Ducatum, Comitatus, & Marchionatum a nobis, & Successoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus legitime intrantibus, masculi quidem per se, fœminæ vero mediante persona legitimi Procuratoris & Feudi geruli, ad gerendum, aut deserviendum Feudum apti, & idonei, in feudum recognoscere, Investituram (quoties casus postulaverit) petere, & debitum fidelitatis, & homagii juramentum præstare teneantur. Committentes quoque & expresse injungentes Gubernatori, Præsidi & Senatui, ac universis & singulis Mediolani, Papiæ, Angleriæ, & Malgrati Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Vasallis, Officialibus, & Ministris, cæterisque Civitatum, locorum, terrarumque totius Status, & Ducatus Mediolani, Comitatuum Papiæ & Angleriæ, & Marchionatus Malgrati, Subditis & aliis nostris, & Sacri Imperii fidelibus dilectis, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis aut conditionis existant, tam præsentibus, quam futuris, ut præfatum Serenissimum Regem Hispaniarum, Avunculum, & Fratrem nostrum Charissimum, ejusque hæredes, & descendentes ante dictos, tanquam suos veros, ordinarios, legitimos Principes, & Dominos recipiant, & agnoscant, eisque consuetum homagium, & fidelitatem præstent, eorum præceptis, & jussionibus reverenter, & firmiter (prout par est) pareant atque obediant, aliaque omnia, & singula præstent, & faciant quæ fideles Vasalli, Officiales, & Subditi suis naturalibus, veris & legitimis Principibus & Dominis facere, & præstare tenentur, de jure, consuetudine, aut privilegio speciali. Præterea mandamus universis & singulis Electoribus, & aliis Principibus Ecclesiasticis, & Sæcularibus Sacri Romani Imperii, nec non quibuscunque aliis Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Gubernatoribus, Potestatibus, Magistratibus, Consulibus, Judicibus, Civibus, Communitatibus, quarumcunque Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum, & denique omnibus aliis nostris, & Sacri Romani Imperii subditis, & fidelibus dilectis, cujuscunque Status, gradus, præeminentiæ, dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, præsentibus, & futuris, tam Italiæ, quam Germaniæ, aut alterius cujuscunque de Sacro Romano Imperio dependentis Provinciæ sub pœna banni Imperialis, nec non privationis, & amissionis omnium, & singulorum Privilegiorum, Regalium, Feudorum, & bonorum, quæ a Divis Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ac nobis, & Sacro Romano Imperio, quovis modo obtinent, ne ipsum Serenissimum Regem Hispaniarum Catholicum, Avunculum & Fratrem nostrum charissimum, ejusque hæredes, & descendentes juxta supra scriptum ordinem, ac seriem successuros in memorata donatione, concessione, extensione, dispositione & declaratione Divi Caroli Quinti per Divos quondam Ferdinandum Primum, Maximilianum Secundum, Rudolphum Secundum, Matthiam, Ferdinandum Secundum & Ferdinandum Tertium, Dominos Abavum, Majorem Propatruum, Magnos Propatrueles, Avum ac Genitorem, & Prædecessores nostros, ut superius demonstratum est, confirmata, & hac nostra dictorum Ducatus, Comitatuum, Marchionatus, pertinentiarum, ac jurium prædictorum infeudatione, Investitura, confirmatione, approbatione, declaratione, ac dispositione, renovatione, redintegratione, ac decreto, aut in aliqua eorum parte impediant, perturbent, molestent, aut gravent, sed illis omnibus & singulis libere, & pacifice secundum eorum formam ac tenorem uti, frui, potiri & gaudere sinant, & contrarium ne faciant, nec fieri procurent, aut permittant, directe, vel indirecte quovis quæsito colore, ingenio, seu prætextu, quatenus pœnas supra dictas, & prætereà mulctam mille marcharum auri puri maluerint evitare, quam quilibet contrafaciens, toties quoties contrafactum fuerit, ultra pœnas supra commemoratas ipso facto se noverit irremissibiliter incurrisse, quarum semissem Imperiali fisco, sive Ærario nostro, alterum semissem vero parti læsæ decernimus applicandum. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ, die nona Augusti, Anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, Regnorum nostrorum Romani secundo, Hungarici quinto, Bohemici vero tertio.

Concordat præsens Exemplum cum Registratura Imperiali latina, quod prævia collatione, manus propria subscriptione, Sigillique soliti appressione attestor. Actum Viennæ 22. Decembris anno 1661.

Gerardus Maximilianus Osternay;
Cancellariæ Imperialis Aulicæ latinæ Registrator & Sillat. ssa.

Nota. Eodem prorsus tenore data est investitura Carolo II. R. H. ab eodem Augustissimo Imperatore Leopoldo I. A. C. 1669.

LX.

LX.

Syllabus quorundam Diplomatum de rebus Mediolanensibus agentium, quæ in Archivo Sacri Imp. Romano-Germanici, *vulgo* Teutsches Reichs-Archiv *nuncupato, & a Collectore hujus Codicis in fol. edito, typis expressa reperiuntur.*

TAbulæ fœderis initi inter Amadeum VI. Sabaudiæ Comitem, & Galeatium de Vice-Comitibus, Dominum Mediolani, adversus Marchionem Montisferrati, d. d. 26. Decembr. An. 1367. *vid. in Part. Spec. Cont. II. sub Ducatu Saband. pag. 19.*

Tabulæ fœderis icti inter Amadeum IIX. Sabaudiæ Ducem, & Philippum Mariam Sfortiam de Vice-Comitibus, Ducem Mediolani, d. d. 2. Decembr. An. 1427. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Ducatu Sabaud. pag. 32.*

Tabulæ renovati fœderis inter Amadeum IIX. Ducem Sabaudiæ, & Philippum Mariam Sfortiam de Vice-Comitibus, Ducem Mediolani, d. d. 14. Octobr. An. 1434. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Ducatu Sabaudiæ pag. 50.*

Tabulæ perpetui fœderis inter Galeatium Sfortiam Vice-Comitem, Ducem Mediolani, & Carolum Audacem, Burgundiæ Ducem, pacti, d. d. 30. Januar. An. 1475. *vid. in Part. Spec. Cont. II. sub Proceribus Italiæ pag. 735.*

Renovatio fœderis conclusi inter Ducatum Mediolanensem & Pagos Helvetiæ, Catholicæ Religioni addictos, Abbatemque Monasterii S. Galli, d. d. 20. Mart. 1634. *vid. in Part. Spec. Cont. II. sub Pagis Helvetiæ, pag. 273.*

Diploma, quo Victor Amadeus II. Sabaudiæ Dux incolas Civitatis Ducatusque Mediolanensis de gratia atque Protectione Josephi, Rom. Imperatoris securos esse jussit, d. d. 24. Septembr. An. 1706. *vid. in Part. Spec. Contin. I. sub Ducatu Mediolani, pag. 34.*

CAP. II.
De Sabaudiæ Ducibus.

I.

Ottonis I. Rom. Imperat. Diploma, quo Aledrammum Marchionem de locis in Diplomate nominatis, in Sabaudia & Pedemontio sitis, & speciatim etiam de hæreditate in Comitatu Montisferrati investivit, d. d. 10. Kal. Aprilis, Anno 967.

OTto, divina ordinante providentia Imperator Augustus, oportet Imperialem Excellentiam aurem Serenitatis suæ honestis fidelium suorum petitionibus inclinare; quatenus promtiores & devotiores eos efficiat in suum famulatum; Quapropter noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, ac futurorum universitas, Aledram Marchionem, interventu ac petitione Adhelegidæ nostræ conjugis atque Imperii nostri participis, nostræ adiisse sublimitatis culmen, humiliter postulando, ut quasdam cortes absas hactenus Regni nostri, de beati præcepti nostri pagina illi concederemus; nec non omnes res & proprietates suas ad utriusque sexus familias, quæ illi advenerunt, tam de hæreditate Parentum, quam de suo adquestu, similiter autoritate Nostri præcepti eidem confirmaremus & penitus corroboraremus. Cujus petitionibus annuentes, & ipsius fidelitatem considerantes, per hoc nostrum præceptum, prout juste & legaliter possumus, concedimus, donamus atque largimur præfato Aledramo Marchioni, omnes illas cortes in desertis locis consistentes, a flumine Tanerd usque ad flumen Urbam, & ad littus maris, quorum nomina hæc sunt: de Gobangiasco, Balangio, Salascedo, Lecesi, Cahole, Miolia, Pulcione, Gruaza, Prunetto, Altrismo, Cortemiglia, Montenesi, Noseeto; Masionti, Arche, & quicquid ibidem hactenus Juris Regni Italici pertinuit, ut, sicut huc usque juri Regni Nostri & Dominio subdivisæ sunt; ita amoto in antea præfati Aledrami Marchionis Dominio subdantur, & in ejus jus delegentur, & omnino transfundantur. Insuper etiam confirmamus & corroboramus prædicto Alcdramo Marchioni omnes res & proprietates suas ad utriusque sexus familias, tam de hæreditate Parentum, quam de adquæstu illi advenientes per diversa loca infra Italicum Regnum conjacentes, videlicet in Comitatu Aquensi, Scaonensi, nec non Astensi & Montisferrati, Taurinensi & Vercellensi, Parmensi & Cremonensi, seu Pargamensi, cum omnibus eorum pertinentiis & adjacentiis, seu etiam quicquid habere vel possidere videtur, in diversis locis, in toto Italico Regno, vel in antea adquirere poterit, sine aliqua minoratione per hujusmodi nostri præcepti confirmationem habeat & teneat, firmiterque possideat, tam ipse, quam sui hæredes una cum terris, vineis, campis, pratis, pascuis, cultis & incultis, divisis & indivisis, mobilibus & immobilibus, utriusque sexus familiis, silvis, salicetis, montibus, & vallibus, planitiebus, aquis, aquarum decursibus, molendinis,

dinis, piscationibus, venationibus, pedagiis, teloneis, omnibusque publicis functionibus, vel etiam, quæ dicti, vel nominari possint ad easdem res & proprietates, seu cortes, vel castella pertinentibus, vel adspicientibus, habeantque potestatem tenendi, vendendi commutandi, alienandi, pro anima judicandi, & quicquid eorum decreverit animus, faciendi omnium hominum contradictione remota. Interea per hujus Nostræ donationis, & confirmationis autoritatem jubemus, & omnino statuimus, ut nulla Italici Regni persona præfatum Aledram, suosque hæredes de omnibus, quæ supra, vel in antea adquirere poterit, disvestire præsumat. Quod si aliquis contentionem de hujusmodi supradictis omnibus, cum eodem suisque hæredibus habuerit, volens illi objicere, quod investituram inde præterito tempore non habuerit, liceat eidem Aledramo suisque hæredibus per nostram datam licentiam & hujus Nostri præcepti constitutionem, aut per sacramentum, aut pugnam declarare. Præterea recipimus eundem Marchionem Aledram cum filiis & hæredibus suis & omnibus rebus mobilibus & immobilibus, juste & legaliter ad eum pertinentibus sub Nostri mundburtione; ita videlicet, ut nullus Dux, nullusque Marchio, nullus Comes, nullus Judex, nullus Gastaldus, nullusque publicæ partis Procurator, nulla major vel minor persona eum absque legali Judicio inquietare, aut molestare præsumat. Si quis igitur hujus nostri præcepti aut mundburdi violator extiterit culpabilis, solvere cogatur auri optimi libras centum, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem præfato Aledramo Marchioni, suisque hæredibus. Quod ut verius credatur, diligentius observetur, manu propria roborante, annulli Nostri impressione inferius affigi præcepimus. Signum Domini Ottonis Serenissimi Imperatoris. Ambrosius Cancellarius, ad vicem Humberti Episcopi & Archicancellarii recognovi & scripsi. Dat. decimo Kal. Aprilis, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVII. Imperii vero Domini Ottonis piissimi Cæsaris VI. Indictione dicima. Actum Ravennæ, in Dei nomine feliciter. Amen.

II.

Literæ investituræ, quibus Philippus Roman. Imperator Thomam, Sabaudiæ Comitem, de locis in Diplomate nominatis investivit, d. d. Kal. Junii, An. 1207.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Philippus secundus, divina favente clementia Romanorum Rex & semper Augustus. Regalis excellentiæ immensa benignitas, præclara fidelium suorum perpendere consuevit obsequia, eisque pro bene meritis munificentiæ suæ beneficia liberalius impertiri. Quapropter ad universorum Imperii fidelium, tam præsentium, quam futurorum, notitiam volumus pervenire: quod accedens ad præsentiam nostram charissimus Consanguineus noster, Thomas, Comes Sabaudiæ, apud Basileam sub frequentia Principum & multorum Imperii fidelium feudum suum, quod per successionem a suis progenitoribus, ad ipsum devolutum erat, de manu nostra recepit, nosque eum juxta priscam Imperii consuetudinem, de universis bonis illis, prout Principum & Curiæ nostræ dictavit sententia, per tria vexilla investivimus: Præterea, ut plenius liquere sincerum affectum nostrum faciamus, quem citra eundem consanguineum nostrum habemus, & quo incessanter ad ipsius utilitatis & honoris augmentum intenti esse cupimus, de gratia Regiæ liberalitatis feudo suo, quod prius ab Imperio tenuit, addimus sibi, concedimus & confirmamus Villam de Kario, nec non Villam de Testona cum omnibus appendiciis & tenimentis earum; & cum omni jure & integritate, quemadmodum ad Imperium spectare dignoscuntur, ut ipse Comes & sui hæredes easdem possessiones ab Imperio & a nobis nostrisque successoribus Jure Feudi teneant, & recognoscant. Sciendum quoque est, quod memoratus Consanguineus noster Comes Sabaudiæ, Castrum Melduni a nobis recepit in feudo; & nos fideliter promisimus, in ipso castro & in omnibus pertinentiis ejus, eum manutenere, & contra omnes homines defensare. Statuimus igitur, & Regio edicto firmiter præcipimus, ut nulli unquam personæ altæ vel humili, Ecclesiasticæ vel seculari licitum sit sæpe fatum Consanguineum nostrum in hac nostra donatione & concessione molestare, aut ei aliquo improbitatis ausu contraire, quod qui facere ausus fuerit, in vindictam transgressionis centum libras auri puri componat, quarum medietas Cameræ nostræ, reliquum passis injuriam persolvatur. Ad hujus rei certam in posterum notitiam hanc Ducalem paginam exinde conscribi jussimus, & Majestatis nostræ bulla aurea insigniri. Testes hic sunt Amadeus Bisundinus Achiepiscopus, Conradus Spirens. Episcopus, Henricus Argentinensis, Luidolphus Basiliensis Episcopus, Comes Stephanus, Willelmus Viennensis & Matisconensis Comes, Galscherus de Salinis, Riccardus Comes Montis Belgardis, Comes Fridericus de Ferreto, Comes Sibertus de Vuerda, Comes Fridericus de Tolre, Comes Rudolphus de Hauspice, Comes Fridericus de Liningen, Conradus & Walchus, Fratres de Horbure, Fridericus de Schouvinber, Henricus de Scharpfincum, & alii quamplures. Signum Domini Philippi Secundi, Romanorum Regis invictissimi. Acta sunt anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo septimo Indict. decima. Regnante Domino Philippo Secundo, anno Regni ejus decimo. Dat. apud Basileam Kal. Junii.

III.

III.

Diploma Donationis, Cessionis, & Concessionis ab Aymone, Domino Fucigniaci, Domino Petro de Sabaudia, dotis causa, facta, d. d. 13. Kal. Sept. An. 1251.

UNiversis præsentes literas inspecturis, Aymo Dominus *Foucigniaci*, rei gestæ notitiam cum salute : Universitati vestræ facimus præsentibus literis manifestum, quod nos prudentes scientes & spontanei ex causa dotis donamus, cedimus & concedimus Illustri Viro Domino Petro de Sabaudia, Marito Agnetis charissimæ filiæ nostræ pro ipsa Agnete omnia castra nostra, omnes terras nostras, possessiones nostras cum Juribus, feudis, dominiis, usagiis, appenditiis & pertinentiis eorundem ; Devestimus autem nos de prædictis castris, terris, possessionibus & pertinentiis & cæteris supradictis, ipsum Dominum Petrum ex causa dotis investientes plenarie de eisdem ; Accipimus tamen & retinemus ad totam vitam nostram plenarie usum fructum in omnibus supradictis, constituentes nos, nomine dicti Petri, possidere usufructuarii nomine, universa & singula supra dicta. Concedimus autem, quod post decessum nostrum ipse Dominus Petrus, ut hæres ex dicta Agnete susceptus, utatur plenarie supra dictis. Sane quod Beatrici filiæ nostræ, de bonis nostris quondam dedimus, scilicet Domum fortem de Souchié & centum libras monetæ Gebenn. annuas, loco congruo assignandas, gratum & ratum habuit dictus Petrus, & plenarie confirmavit. Si vero contingeret, quod Deus avertat, præfatum Dominum Petrum sine hærede suscepto masculo vel fœmina ab ipsa Agnete, vel ipsam Agnetem similiter, decedere sine prole, ad nos devolventur integra omnia supra dicta pleno jure. Retinemus autem pro nobis & dicta Agnete filia nostra, quod possimus, pro remedio animarum nostrarum, excepto castro & fortalitio, congrua legata & pias eleemosynas erogare & facere congruas permutationes, & illis qui nobis servierint, ut a nobis, etiam a non uxore susceptis, moderatas donationes & congrua beneficia sive castra & fortalitia elargiri. Concedimus autem, quod si hæc donatio, cessio & concessio & causa dotis factæ non valeret, robur & firmitatem accipiat ex donatione inter vivos. Si vero hæredem masculum ab uxore legitima, nos contingeret habere in futurum, concessit Dominus Petrus, quod ipse sit hæres noster. Ita tamen quod dicto Domino Petro, & Dominæ Agneti, assignetur de castris nostris & bonis Dos & congrua portio, prout duo vel tres amici communes fuerint arbitrati. Porro si dictus masculus sine hærede & legitima Uxore quandocunque decederet, ad prædictam Agnetem & Sobolem suam prædicta bona revertantur & pervenient pleno jure. Juramus autem nos supra dicta universa, & singula fideliter observare & contra modo aliquo non venire. Statuentes, quod si contra veniremus in aliquo, esset cassum, irritum & inane. Renunciamus etenim sub præstito juramento exceptioni doli, in factum, beneficio insinuationis & immensæ Donationis & omni auxilio & beneficio, quod posset nobis in hoc casu ad veniendum contra proficere vel prodesse. In cujus rei testimonium sigillis Venerabilium Patrum DEI gratia Ay. Gebenn. & Petri Herfordiensis Episcoporum, fecimus præsentes literas roborari, & nos sigillum nostrum apponimus, ad majoris vinculum firmitatis. Testes Dominus Ph. Electus Lugdun., Wilelmus de Grayssiaco & Humbertus de Fernay milites. Datum XIII. Calend. Septembr. anno Domini millesimo ducentesio quinquagesimo primo.

IV.

Wilhelmi Roman. Regis Litera, quibus Thomæ II. Comiti Sabaudiæ, Taurinum aliaque in literis ipsis nominata loca in feudum dedit, d. d. 11. Kal. Junii, Anno 1252.

GVilielmus DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus Universis Imperii fidelibus, hanc paginam inspecturis gratiam suam & omne bonum :. Ex ubertate culminis nostri provenit, ut Nobiles & Magnates Imperii gratis præveniamus beneficiis, ac dignis honoribus exaltemus, promotionibus eorundem tam benigne, tamque favorabiliter insistendo, ut ad obsequendum nobis alii eorum exemplo facilius inducantur, significandum itaque duximus universis & singulis tam præsentibus quam futuris, quod nos de affluenti munificentia celsitudinis Regiæ, dilectum ac fidelem nostrum Thomam de Sabaudia Comitem, intendentes liberaliter promovere civitatem & Pontem Thaurinensem & Bastiam, quæ est juxta dictum pontem, villam & pontem Montiscallerii, Dominia castrorum Ripollarum, Collegii, Montosolii, Castri veteris, Gavarreti, feudum quod tenent illi de Plosasto ab Imperio, quod est quoddam parvum pedagium in Taurino, scilicet quatuor denarios in Trosello, feudum de Broni, quod est quoddam castrum antiquum dirutum, cum quadam parva villa, feudum quod Dominus Bertholdus de Non & fratres sui tenent ab Imperio, & est quædam villeta, sive forteretia inter montem Calerium & Karum, & vocatur villa & finis de Celles, & specialiter & generaliter omnia allodia, feuda & dominia in Civitate & Diœcesi Thaurinensi, præter homagia Marchionis Montis-Ferrati & Saluciarum, Civitatem Yporre-

giæ & totum dominium Canapicii & castri Lancei cum hominibus, honoribus, juribus, Plateaticis, molendinis, furnis argentariis, Angariis, Parangariis cum Plateis, colonis, terris cultis & incultis, aquis, aquarum decursibus, silvis, venationibus, piscationibus, rationibus, regalibus omnibus, nec non possessiones, servitia, census, pensiones, laudimia, justitias, pedagia, thelonia, vias publicas, flumina, nemora, pascua, insuper merum & mixtum imperium & Jurisdictionem omnimodam eorundem locorum & inhabitantium, & demum omnia alia bona & jura corporalia & incorporalia, cum omnibus appenditiis & pertinentiis suis, tam intus quam extra, nec non adepta, quæstas, taillas, alias exactiones consuetas, & quæ de jure alias per nos vel speciali mandamento nostro in eisdem locis fieri possent, eidem & hæredibus suis utriusque sexus, in feudum assignamus, concedimus & donamus, præcipientes omnibus Nobilibus, militibus & hominibus dictorum locorum, cujuscunque conditionis sint vel Sexus, ut ipsum in Dominum recipiant, ac fidelitates & homagia debita & consueta faciant, & sibi, & dictis hæredibus, Castellanis vel vicariis vel aliis procuratoribus vel nuntiis suis, cujuscunque nomine censeantur de universis redditibus & proventibus, nec non juribus dictorum locorum, corporalibus & incorporalibus respondeant & satisfaciant plenarie de prædictis, atque prout ad utilitatem suam & hæredum suorum a quoquam melius & plenius posset intelligi, in præmissis universis & singulis, sicut vero Domino per omnia & in omnibus pareant, obediant & intendant. Ad hæc ex uberiori gratia eidem concedimus, quod per totam terram suam possit monetas de novo cudere, nundinas atque mercata constituere & pedagia seu Thelonia levare, aliqua præscriptione temporis, (excepta centenaria) non obstante: errorem autem seu defectum, si quis est, vel fuerit in prædictorum vel infra scriptorum omnium vel ipsorum aliquo, seu in hoc privilegio, vel in aliqua parte sui, vel etiam de facto, vel de jure, inventari vel vocari posset ab aliquo, sicut ad utilitatem super addicti Comitis & hæredum suorum a quoquam melius, plenius & utilius interpretari, specificari, exprimi aut declarari posset, vel intelligi, proprio motu, & ex certa scientia supplemus & interpretari & intelligi volumus de Regiæ potestatis plenitudine, non obstantibus legibus illis rescriptis, & constitutione, quæ dicit, quod privilegia debeant revocari, & generaliter omni, vel aliquo jure generali, vel speciali, usu, consuetudine seu statuto, indulgentia, libertate, rescripto etiam Imperiali seu Regali, vel privilegio cuicunque vel quibuscunque concessis, impetratis vel impetrandis sub quocunque tenore verborum, vel aliquo alio, per quod supra dicta, vel ipsorum aliquod in totum, vel in partem infringi, vel revocari, differri, vel perturbari, vel impediri possent aliquatenus, vel deberent, adeo quod in supra dictis, vel ipsorum aliquo nec nostra, nec successorum nostrorum secunda jussio expectetur, sed innocenti fides adhibeatur & executioni mandetur, cuncta & singula sine quolibet obstaculo, cum effectu, & irrevocabiliter plenissimam habeant roboris firmitatem.

Mandamus igitur sub interminatione gratiæ nostræ districte præcipientes, & Regali sancimus Edicto, quod nullus Dux, Marchio, nullus Comes, nullus Vicarius vel Capitaneus, nulla potestas, nullus Prælatus, nulla utique persona alta, vel humilis, Ecclesiastica, vel secularis sit, quæ contra hanc nostram concessionem, donationem, interpretationem vel suppletionem venire audeat, vel ipsas in totum, vel in partem in aliquo violare, vel alicujus ingenii scrupulo infringere, vel etiam contra ire, quod qui facere præsumserit vel attentaverit, gravem offensam nostræ Celsitudinis & Majestatis indignationem se noverit incursurum. Insuper pro solo conatu etiam in reatus sui pœnam, mille Marchas argenti puri persolvat, medietatem cameræ nostræ, reliquas vero prædicto Comiti, vel hæredibus suis, prout est hactenus in Imperio consuetum; Ad horum autem omnium & singulorum evidentem memoriam ac robur irrevocabile in posterum valiturum, hoc præsens privilegium exinde conscribi, & sigillo nostræ Celsitudinis jussimus communiri; Testes qui interfuerunt sunt hi: Venerabilis P. Pater Hugo, tituli Sanctæ Sabinensis Presbyter Cardinalis, in Alemania Apostolicæ Sedis Legatus, Abbas Sancti Trudonis, Dilectus Capellanus noster, Joannes de Amblcone Decanus Sancti Andareæ Grationopolit. Diœcesis, Domini Papæ Capellanus, Humbertus Capellanus Yennæ. Datum Trajecti Leodensis Diœcesis XI. Calendas Junii, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, Indictione X. regni nostri anno quarto.

V.

Ricardi Roman, Regis Literæ, quibus Petro, Sabaudiæ Comiti, castra, oppida, villas & feuda, quæ Hartmannus, quondam Comes junior de Kiburg, obitus sui tempore possedit, titulo feudi perpetuo possidenda tradidit, d d. 17. Octobr. An. 1263.

Ricardus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Universis Imperii Romani fidelibus, præsentes literas inspecturis. Ex culminis nostri liberalitate procedit, ut nobiles & Magnates Imperii gratis præveniamus beneficiis, & condignis honoribus exaltemus, promotionibus eorundem tam benigne tamque favorabiliter insistendo, ut ad obsequendum nobis

nobis, alii eorum exemplo facilius inducantur. Significandum itaque duximus universis & singulis, tam præsentibus quam futuris: Quod nos de affluenti munificentia Regiæ Majestatis in dilectum fidelem nostrum, Petrum, Sabaudiæ Comitem, intendentes liberalitatem promovere; castra, oppida, villas, & feuda quæcunque Haremanus quondam Comes junior de Kiburg, obitus sui tempore ab Imperio possidebat, cum hominibus, honoribus, juribus, plateaticis, molendinis, furnis, argentariis, angariis, parangariis, viis, plateis, coloniis, terris, cultis & incultis, aquis, aquarum decursibus, sylvis, venationibus, piscationibus, rationibus & regalibus omnibus, prout dictus Comes de Kiburg, suique prædecessores prædicti bonis omnibus usi & gavisi fuisse noscuntur, nec non justitias, pedagia, tholenea, pascua & jurisdictionem omnimodam eorundem locorum, omnia quoque jura corporalia & incorporalia, cum omnibus appenditiis & pertinentibus suis, eidem Petro & suis hæredibus masculis ab ipso & sua uxore legitima descendentibus, assignamus, concedimus & donamus a nobis & Imperio, titulo feudali perpetuo possidenda, præcipientes omnibus Nobilibus, Militibus, & hominibus eorundem locorum, cujusque sint conditionis, aut sexus, ut ipsum Petrum in Dominum recipiant ac fidelitates & homagia consueta & debita faciant, sibique & dictis hæredibus suis, Castellanis vel Vicariis suis, aut aliis Procuratoribus vel Nuntiis, de universis redditibus & proventibus, nec non juribus præfatorum locorum respondeant & plenarie satisfaciant de præmissis, eique ac suo prædicto modo hæredi ut vero Domino in omnibus devote obediant, pareant & intendant; de prælibatis terris, & bonis, in loco, ubi plus beneplacito nostro congruit, quinquaginta marcarum proventus, educi decernimus Nobilis Viri Haremani, Comitis de Kiburg, utilitatibus applicandos. Mandamus igitur sub interminatione gratiæ nostræ districte præcipientes, & hoc Regali sancimus Edicto, quatenus nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Vicarius, vel Capitaneus, nulla Potestas, nullum Commune, nullus Prælatus, nulla utique persona alta, vel humilis, Ecclesiastica, vel Mundana contra hanc nostram assignationem, concessionem, sive donationem venire audeat, sive ipsam in totum aut in partem in aliquo violare, vel alicujus ingenii scrupulo infringere, vel ei aliqualiter contraire. Quod qui facere præsumserit, gravem nostræ Majestatis offensam se noverit incursurum. Insuper pro solo conatu etiam in reatus sui pœnam, mille marcas argenti puri persolvat, medietatem videlicet Cameræ nostræ, reliquas vero prædicto Petro vel hæredibus suis, prout hactenus est Imperio consuetum. In quorum omnium testimonium & perpetui roboris firmamentum præsentes literas ex tunc conscribi & Celsitudinis nostræ sigillo jussimus communiri. Datum Berkamesces, decima septima die Octobris M.CC.LXIII. Regni vero nostri anno septimo.

VI.

Compositio super Petitionibus Beatricis de Sabaudia, ratione jurium ipsi in Comitatu Viennæ & Albonis competentium, d. d. Ven. post Festum B. Luciæ An. 1284.

NOverint universi, quod cum quæstiones & controversiæ essent inter illustres D. Gastonem, Vice-Comitem Bearnensem, Dominum - - - - & Castri Veteris, & D. Beatricem, filiam inclitæ recordationis D. Petri Comitis Sabaudiæ uxorem ejusdem D. Gastonis ex una parte; & inter illustres D. Humbertum, Dominum de Turre & D. Annam Dalphinam, ejus uxorem ex altera, super juribus, petitionibus & demandis, quas præd. D. Gasto, & D. Beatrix uxor ejusdem habebant in Comitatibus Vienn. & Albonis, super dict. quæstionibus & demandis, & omnibus & singulis, quæ petere intendebant vel poterant ex quacumque causa, contra præd. D. de Turre & D. Annam Dalphinam ejus uxorem; fuit inter dict. partes amicabiliter, ut sequitur, compositum & concorditer ordinatum. Ex dict. igitur amicabili compositione & ordinatione concordii præd. quod D. Gasto & D. Beatrix Delphina ejus uxor habeant & possideant ad totam vitam ipsius D. Beatricis quinquies mille libratas terræ in dict. Comitatibus, cum omnibus redditibus, fructibus, obventionibus, exitibus & accessionibus quibuscumque & cum mero & mixto imperio & Jurisdictione omnimoda, alta & bassa, & cum omnibus justitiis, pœnis, mulctis, commissis & echutis, præd. terræ; eis videlicet omnibus quæ D. Dalphino consueverant, seu possent in dict. terra, & a dict. terra & gentibus ipsius terræ, vel quacumque ratione haberi, percipi & levari: Videlicet totam terram Oysentii & Argenteriam de Brandis, item Castrum Visiliæ, cum omnibus tenementis & appenditiis ejus. Item pedagium de Jarria, Item Muram Matacenam cum omnibus tenementis & appenditiis ejus, Item Vallem Chevallerosam, Item quidquid D. Dalphinus posset habere seu percipere apud Savellum, & in tota Valle Savelli, Item Varsiam cum tenementis & appenditiis ejus, Item Avenionem cum tenementis & appenditiis ejus, Item Clarum-Montem, Item Curnillonem in Trieves, Item Corc, Item Sanctum-Bonetum, Item Vorapium & generaliter terram Campisauri, cum mandamentis & territoriis Visiliæ, Varsiæ & Vorapii, & præd. terrarum seu locorum. Habeant autem & possideant præd. D. Gasto & Beatrix conjuges ad totam vitam ipsius Dominæ Beatricis, præd. Castra, Villas, loca, terras

& territoria cum omnibus suis Villagiis, lacubus, pedagiis, mandamentis, tenementis & continentiis suis, & omnibus denariis seu juribus, &c. Quorum omnium Castrorum & pertinentiarum & omnium præd. præd. D. de Turre & D. Anna ejus uxor Dalphina possessionem seu quasi, libere & plenarie tradiderunt præd. D. Gastoni & D. Beatrici ejus uxori ad totam vitam dict. D. Beatricis; reservatis eisdem D. de Turre & D. Annæ Dalphinæ ejus uxori suisque hæredibus cavalcatis & stabilitis modo consueto & homagiis, salvo quod per reservationem homagiorum præd. Dominus de Turre & D. Anna Delphina ejus uxor & sui hæredes non possint contra præd. assisiam dict. D. D. Gastoni & Beatrici factam, ut supra, in aliquo venire, nec possint gentibus dict. assisiæ mandare, quo minus dict. D. D. Gastoni & Beatrici conjugibus & eorum Officialibus ad totam vitam dict. D. Beatricis obedientes sint in omnibus supradictis in sua assisia contentis. Item ex causa dict. compositionis fuit statutum, quod si pro stabilitis & cavalcatis seu guerræ negotiis contingeret minui assisiam, debeat secundum quod diminutum fuerit restaurari; super qua diminutione stari & credi debeat dictis & assertionibus juratis quatuor proborum virorum ponendorum ab ipsis partibus, scilicet duorum a qualibet parte de loco ubi diminutionem contigerit accidisse, & pro restauratione hujusmodi, terra per personas hinc & inde eligendas fideliter debeat assideri, & quod in hiis complendis mora, seu diffugium, per D. Humbertum & D. Annam ejus uxorem vel hæredes nullatenus apponatur. Item, quod si præd. D. D. Gasto & Beatrix ejus uxor nollent de terra sua vel alterutrius, quod eis licet ponere, assumere & constituere Castellanos in Castris & Villis dict. assisiæ, habeant & teneantur de Terra dict. Comitatuum ipsos assumere, & de qualibet dict. terrarum possint ipsos libere instituere & destituere, quandocumque & quotiescumque, & prout eisdem DD. Gastoni & Beatrici placuerit; Alios vero nuncios possint dict. DD. Gasto & Beatrix libere ponere & constituere in Castris & Villis præd. & removere, seu destituere unumquemque quotiescumque eisdem placuerit. Fuit tamen actum, quod præd. Castellani, antequam recipiant regimen dict. Castrorum seu Villarum, homagium ligium faciant, & fidelitatem cum juramento præstent ipsis DD. Humberto & Annæ, de restituendis Castris & Villis & locis dict. assisiæ post mortem ipsius D. Beatricis, & de servando fideliter dict. casum restitutionis ut dictum est faciendæ, salvo tamen, quod finito officio cujuscumque vel cujuslibet Castellani sine fraude in prædictis, quilibet a dict. homagio, fidelitate & Sacramento sit solutus ipso facto, & salvis conventione & ordinatione, super decem millibus libr. post mortem dict. D. Beatricis secundum ordinationem ejus solvendis in omnibus, prout inferius continetur. Item, quod dict. D. Humbertus & dict. D. Anna Dalphina uxor ejus vel eorum hæredes in dict. Comitatibus, debeant & teneantur solvere & dare post mortem dict. D. Beatricis, illis vel illi cuicumque vel quibuscumque personis secularibus vel Ecclesiasticis dict. D. Beatrix duxerit ordinandum ex quocumque titulo, decies millia librarum Viennensium; quæ ordinatio seu voluntas D. Beatricis præd. supra dictis decem millibus libris nullo modo ex parte DD. Humberti & Annæ & suorum hæredum attententur annullari; qua quidem summa pecuniæ soluta dicta terra assisiæ restituatur, alioquin pro dicta quantitate & in exsolutionem ejusdem, dict. terra assisiæ habeatur & possideatur cum omnibus redditibus seu fructibus, exitibus & obventionibus per biennium; Ita quod ipsi Castellani qui fuerint constituti, teneant Castra, Villas & loca dict. assisiæ cum omnibus redditibus, exitibus, & aliis prout supra per dictum biennium, & de dict. redditibus dict. biennii satisfaciant illis vel illi, quibus dict. D. Beatrix duxerit ordinandum; quo biennio elapso vel ante, post mortem dict. D. Beatricis, tamen facta solutione hujusmodi, debeant dict. Castellani sub virtute juramenti, sine dilatione eisdem Dominis Humberto & Annæ reddere & deliberare terram assisiæ supradict. Item de voluntate dict. DD. Humberti & Annæ, milites & Vassalli & omnes Gentes & populi de dicta terra, dict. DD. Gastoni & Beatrici assisa, præstiterunt juramentum corporale ad Sancta Dei Evangelia eisdem DD. Gastoni & Beatrici conjugibus, quod ipsis & eorum Castellanis, Ballivis, Judicibus & eorum Officialibus erunt boni & fideles pro viribus suis, & obedientes ipsis in omnibus, denariis suis, juribus & redditibus, & omnibus ratione dict. terræ pertinentibus conservandis, &c. Et quod occasione homagii, quod fecerunt dict. DD. Humberto & Annæ vel eorum alteri, in tota vita dict. Dominæ Beatricis non erunt obedientes & obtemperantes ex debito dict. DD. Humberto & Annæ, præterquam in cavalcatis & stabilitis ipsis retentis. Imo, sic dict. DD. Humbertus & Anna intenderent venire contra præd. assisiam eisdem DD. Gastoni & Beatrici factam, & detrahere vel diminuere in aliquo vel aliquibus, juramento corporali præd. adstrinxerunt se pro toto posse suo & viribus, se tenere cum eisdem DD. Gastone & Beatrice & Officialibus suis ac juvare eosdem in omnibus supradictis contra dict. DD. Humbertum & Annam & hæredes suos; non obstante eisdem homagio dict. D. Humberto & Annæ præstito vel hæredibus suis præstando; quia in his casibus fuit actum de expressis consensibus inter partes, ne possint ratione dicti homagii, a dictis DD. Humberto & Anna vel eorum hæredibus reprehendi, imo possint de infidelitate a dict. DD. Gastone & Beatrice vel aliis pro ipsis redargui; si contra præmissa facerent vel venirent. Item ex causa dict. compositionis fuit actum, quod prædict. DD. Humbertus & Anna, & eorum quilibet, pro-

procurent cum effectu, quod Bonifacius de Bardoneschia quittet & solvat & tradat dict. D. Beatrici terram, quam habet in terra de Fucigniaco. Super præmissis autem in hac compositione amicabili contentis attendendis, & complendis dict. D. D. Humbertus & Anna Dalphina ejus uxor, & pro ipsis ac eorum nomine, voluntate & mandato, D. Aymarus de Pictavia, Artaudus de Rossillone Dominus de Turnone, Guigo Pagani, Aymo frater ejus, Silvio de Arciis, Guigo de Rossillone, D. Jocerandus de Sancto Desiderio, Jocerandus nepos ejus, D. Hugo de Lavauz. D. Hugo Dominus de Bressiaco, Rogerius Dominus de Cleriaco, Falco de Monte Canuto, Guillelmus de Claveysone, Poncetus de Alta-ripa, Guillelmus de Moyrenco, Raymundus de Miribello, Aynardus de Turre, Aynardus de Castro-Novo, Dominus de Tullino, Dominus Sancti Quintini, Dominus de Ripis, Arnaudus Guelis, Bertrandus de Bello-Regardo, Dominus de Rupe-forti, Aymarus Berengarii, Dominus de Monte-lupello, Dominus de Villariis, Comes Gebennensis, Vicarius de Romanis, Franciscus nepos ejus, Hugonetus de Cassenatico, Odo Alamandi, & Guigo filius ejus de mandato ejus, Raymundus de Monte Albano, Guillelmus Artaudi, Guigo Berengarii & Poncetus filius ejus, Dominus de Chatta, Petrus de Murinay, Franciscus Alamandi, Petrus Dominus de Bucurione, D. Petrus Aynardi, Aymericus de Briançone & Odo frater ejus, Chabertus de Morestello, D. Martinus de Sancto Jorio, Guillelmus de Monteilio, P. de Albo Vilario, Dominus de Inter-Montibus, Johannes Dominus de Cossonay, Magister Johannes de Goncelino, Dominus de Cusello, Aynardus de Rama, Dominus Alemandus de Condriaco, Bonifacius de Bardoneschia, Dominus Anricus Alamandi, quisque eorum principaliter & in solidum renunciantes Epistolæ Divi Adriani &c. Dicti etiam DD. Humbertus & Anna renunciant &c. Dicti autem DD. Aymarus de Pictavia, Artaudus de Rossillone, & omnes & singuli suprad. qui de voluntate & mandato DD. Humberti & Annæ se super præmissis, ut dictum est, obligaverunt se obstringentes, quod non possent se defendere aliquibus defensionibus, quibus possent dicere conventiones & acta Dom. Huberti & Annæ fore nulla &c. In quorum omnium Testimonium prædict. partes una cum aliis suprad. sigilla sua duxerunt præsentibus apponenda. Et nos Nicolaus Dei gratia Episcopus Augustensis, & Guillelmus eadem gratia Episcopus Gratianopolis, ad preces & requisitionem partium præd. sigilla nostra una cum sigillis partium præd. præsentibus duximus apponenda. Actum prope Pontem Charaz subtus Avalonem, Die Veneris post Festum Beatæ Luciæ Virginis, anno Domini M. CC. LXXXIV.

Et est sciendum, quod nos præd. Episcopi ex appositione sigillorum nostrorum non intendimus, nec volumus aliquem alium ultra principales partes obligari; Nisi hactenus quatenus eorum sigilla cum nostris appendere inveniantur in eis litteris sive scriptura.

VII.

Philippi, Comitis Sabaudiæ, Literæ, quibus Eduardo I. & Alionoræ, Angliæ Regi & Reginæ, commisit denominationem Hæredis & Successoris sui in Comitatu Sabaudiæ, die Festo S. Lucæ, An. 1284.

UNiversis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis vel audituris, Philippus Comes Sabaudiæ salutem in Domino sempiternam.

Egregius & summi Patris æternus Dei filius, in uterum virginis factus homo, inter alia instructionis suæ saluberrima documenta, pacis usum discipulos docuit, quam in se ipso illibate servavit, & quam, ascendens unde venerat, reliquit eis, pacis se ostendens speculum & exemplar omnibus orthodoxis; quod magnificus Princeps Dominus Edwardus, Dei gratia, Rex Anglorum illustris, Dominus noster Carissimus, prudenter attendens, una cum Carissima Domina nostra, Domina Alianora, eadem gratia, Regina Angliæ inclita, matre sua, nos crebris precibus excitavit ut, præcaventes dispendia & pericula, quæ contingere possent Comitatui nostro Sabaudiæ, Hæredibus, & aliis Nepotibus nostris, qui ex Successione nostra possent Juris aliquid vendicare, si statum ipsorum in successione eadem dimitteremus aliquatenus sub incerto, de certa & expressa persona Hæredis nostri masculi, qui nobis succedat in Comitatu Sabaudiæ, ordinaremus, & portiones terras faceremus aliis nepotibus nostris masculis, quorum interest, assignari, ut, per hoc sublata dissensionis turbine, pax, inter ipsos firmata, perpetuo maneat incorrupta.

Nos igitur, deliberatione super hoc habita diligenti, avertentes preces & exhortationes hujus salubres, ac fixas in Radice solidæ caritatis, universitati vestræ notum facimus per præsentes,

In Nomine Domini Amen. Quod nos, attendentes fidelitatem, industriam & sinceram dilectionem, quam idem Dominus noster Rex Angliæ, & Domina nostra Regina, Mater sua erga nos & Comitatum nostrum Sabaudiæ hactenus habuerunt, ut animæ nostræ saluti, & securitati corporis nostri, Concordiæ Hæredum nostrorum, ac tranquillitati & paci totius Comitatus Sabaudiæ consulatur, volumus, concedimus, ac etiam ordinamus, ut iidem, Dominus noster Rex & Domina nostra Regina Mater sua, personam Hæredis nostri masculi exprimant & declarent; quem, per ipsos Hæredem nostrum nominatum, decernimus fore Comi-

mitem Sabaudiæ post decessum nostrum, qui & nobis succedat in omnibus pleno jure: salvis competentibus portionibus aliis nepotibus nostris masculis, ad quos pertinet aliquid ex successione nostra prædicta, prout ipsis Domino nostro Regi, & Dominæ nostræ Reginæ Matri suæ videbitur expedire.

Quas quidem portiones, cum modis & conditionibus adjiciendis, per ipsos Dominum nostrum Regem Angliæ, & Dominam nostram Reginam prædictos, limitari & exprimi volumus: aut per alios, seu alium, ex præcepto eorum, fieri, limitari, exprimi, & hiis quorum interest assignari; quibus ipsos Nepotes contentos esse volumus, post decessum nostrum pacifice possidendis.

Ordinamus insuper, & firmiter præcipimus, ut, si quandocumque inter Hæredem nostrum Comitem Sabaudiæ, ac alios Nepotes nostros prædictos, super prædictis portionibus seu accessione eorundem quicquam emerserit quæstionis, hujus quæstio, quotienscunque & quantumcunque contigerit, ad audientiam Domini nostri Regis Angliæ deferatur, per ipsum vel ipsos, quos ad hoc duxerit assignandos, de plano & absque judiciali strepitu, ubi idem Dominus noster Rex elegerit, terminanda; ita quod tam Hæres noster Comes Sabaudiæ, quam alii, ex successione nostra portionem aliquam percepturi, ratum & firmum teneant & observent, quicquid per ipsum Dominum nostrum Regem, seu mandato ipsius, super quæstione hujusmodi sententiatum, ordinatum, dictum fuerit vel præceptum; quam sententiam, dictum, ordinationem vel præceptum idem Dominus Rex per se, vel per alios, seu alium, executioni demandet, vel faciat demandari modis omnibus quibus viderit expedire.

Et, si forsan, hujusmodi ordinatione non completa, aliquid humani contingeret de Domino nostro Rege, vel Domina nostra Regina prædictis, quod absit, volumus, concedimus, & ordinamus quod persona alterutrius superstes in ordinatione omnium & singulorum præmissorum plenam habeat potestatem: Et insuper, si Domina nostra prædicta superstes, esset forsan impedita, ita quod non posset dictæ ordinationi commode personaliter interesse (super quo credi volumus suo simplici dicto vel scripturæ, quam fieri fecerit super eo) Dominus noster Rex prædictus in ordinatione omnium, & singulorum præmissorum plenam habeat potestatem.

Protestamur etiam specialiter, quod, per compositionem nostræ supremæ voluntatis, jam factam, vel etiam faciendam, sub quacunque forma verborum conceptam, seu etiam concipiendam, nolumus ordinationem prædictorum Domini nostri Regis, & Reginæ, vel alterius eorum, super præmissis, vel ipsorum aliquo, infirmari, minui, aut etiam in aliquo mutilari; salvo nobis quod possumus, in testamento nostro, de rebus nostris dare, relinquere, vel assignare Ecclesiis & piis locis, servientibus, & gentibus nostris pauperibus & egenis, ac etiam amicis nostris, debita etiam persolvere & clamores emendare, prout viderimus expedire:

Quæ, si alias non fecerimus, hæc omnia & singula fieri & ordinari per eosdem Dominum nostrum Regem, & Dominam nostram Reginam, vel eorum alterum volumus & fideliter adimpleri; ita quod si nos circa servitia reddenda, ac debita persolvenda, legata relinquenda, seu clamores pauperum & miserorum emendandos aliud non duxerimus inposterum ordinandum, nostram extremam voluntatem totaliter committimus in ipsorum Domini Regis Angliæ, & Reginæ Matris suæ, vel alterius eorum dispositionem in omnibus & singulis antedictis: Et ipsos vel ipsorum alterum in quantum possumus oneramus, volentes ut ea omnia, & singula, per se, vel eorum alterum, seu per alios, aut alium, quem ipsi ambo, vel eorum alter ad hoc deputaverit, exequi valeant, prout viderint expedire; Ratum habentes & gratum pro nobis, & Hæredibus nostris, & Successoribus nostris quibuscunque, quicquid per ipsos Dominum nostrum Regem, & Reginam, vel eorum alterum, in forma prænominata factum fuerit, ordinatum, seu præceptum in præmissis, vel in aliquo præmissorum.

Mandamus insuper omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & aliis Religiosis; Comitibus, Baronibus, Castellanis, Militibus, Præpositis & Ballivis Comitatus Sabaudiæ, & aliis Subditis nostris; ipsis, in virtute Sacramenti fidelitatis nobis præstiti, firmiter injungentes, quatenus ordinationem, præceptum, seu mandatum prædictorum Domini nostri Regis & Reginæ, vel alterius eorum, super omnibus & singulis præmissis cum effectu admittant, & post decessum nostrum ea faciant totis viribus inviolabiliter observari.

In quorum testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum.

Dat. apud. Russilyon die Lunæ proxima post Festum Sancti Lucæ Evangelistæ, anno Domini 1284.

VIII.

Literæ Philippi, Comitis Sabaudiæ, ad Eduardum I. Angliæ Regem, quibus ei ordinationem rerum & bonorum suorum, præcipue autem eorum, quæ ad salutem animæ suæ pertinebant, commisit, d. Festo S. Laurentii, An. 1285.

Excellentissimo Viro, & Domino suo Karissimo, Domino Edwardo, Dei gratia, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Aquitaniæ, & Serenissimæ Dominæ Suæ, Dominæ Alianoræ, eadem gratia, illustri Reginæ Angliæ, Matri ejusdem Regis, Philippus, Comes Sabaudiæ, sanus mente, licet æger corpore, salutem in eo qui est omnium vera salus.

Pro-

Propter fidei, & legalitatis, ac fidelitatis merita, quæ in vobis vigere cognovimus, & propter sinceram affectionem, quam ad nos vestri gratia semper habuistis, de personis vestris, quas in negotiis nostris benignas & favorabiles semper invenimus, non immerito fiduciam gerimus specialem; idcirco hæc omnia attendentes, ordinationem rerum & bonorum nostrorum, præcipue quantum ad ea, quæ ad salutem animæ meæ pertinent, providentiæ vestræ commisimus, & committimus faciendam & complendam.

Et, super hoc, diu est vobis, & cuilibet vestrum, per litteras nostras apertas, quas penes vos esse credimus, plenam dedimus potestatem & mandatum speciale.

Quam potestatem & quod mandatum in hiis præsentibus confirmavimus; Serenitatem ac Dominationis vestræ bonitatem rogantes & requirentes, humiliter supplicando, quatinus dictam ordinationem rerum & bonorum nostrorum, divinæ pietatis intuitu, & pro remedio animæ nostræ, facere dignemini, ordinare, attendere, & complere, vos, vel alter vestrum, per vos vel per certos Nuncios vestros, prout nos decet, & animæ nostræ saluti noveritis expedire; videlicet, clamores nostros pacificare: Debita nostra solvere: legata & eleemosynas facere Ecclesiis religiosis, & non religiosis, tam pro anniversariis perpetuo faciendis, quam aliis hospitalibus, & aliis piis locis.

Præterea, cum nos quoddam hospitale construi ceperimus apud Montem Melianum pro remedio animæ nostræ & antecessorum nostrorum, supplicamus Dominationi vestræ, ut illud, sine moræ dispendio, præcipiatis & faciatis prout nos decet perfici & dotari.

Item, Familiaribus & servitoribus nostris, de hospitio & familia nostra existentibus, remuneretis, & remunerari faciatis, prout saluti nostræ noveritis expedire; ordinantes taliter, quod non contingat ipsas de suo servitio defraudari.

Nos enim, pro hiis omnibus faciendis, complendis & attendendis, omnia bona nostra, mobilia & immobilia, vobis & cuilibet vestrum tradimus ex nunc & obligamus, possessionem eorum in vos & in quemlibet vestrum transferentes.

Inhibentes nichilominus quod nullus, Clericus aut Laicus, nepos aut neptis, in rebus & bonis nostris, specialiter de mobilibus, aliquid præsumat, vel aliquo modo in eis manum apponat, nisi de licentia vestra, vel alterius vestrum, donec omnia supradicta, prout ea facienda & ordinanda duxeritis, plene & integræ sint completa, observata, & effectui mancipata.

De hiis etiam omnibus personas vestras honoramus, firmiter tenentes, quod melius & honorabilius per vos vel per alterum vestrum, quam per aliquos alios, hæc omnia, ad salutem animæ nostræ, compleri poterunt & attendi.

Et, ne hujusmodi honus vobis grave videatur, cum Domino Episcopo Augusten. socio & commensali nostro, & aliis familiaribus nostris, eum concomitantibus (de quibus, in omnibus & per omnia, de negotiis nostris, tanquam de nobis proprie confidimus; quem & quos, pro prædictis, ad vos, & ad quemlibet vestrum, transmittimus) secure deliberare poteritis, quibus creadatis indubitanter, tamquam nobis, super omnibus quæ de negotiis nostris vobis dixerunt viva voce.

Valete in Domino Jesu Christo.

Ut autem prædictis omnibus fides plenior habeatur, has præsentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari.

Dat. & actum apud Rupeel. in Festo Sancti Laurentii, anno Domini millesimo, ducentesimo, octogesimo, quinto.

IX.

Treuga inita inter Amedæum V. Comitem Sabaudiæ, pro se ac pro Duce Burgundiæ, ex una, & Humbertum Dalphinum, Comitem Valentinensem ac eorum Valitores, ex altera parte, d. d. Ven. in crastin. Assumpt. B. Mariæ, Anno 1285.

Noverint universi, quod Nos Amedæus Comes Sabaudiæ pro illustri Viro D. Roberto Duce Burgundiæ, pro nobis & pro Domino Ludovico Fratre nostro, & pro eorum Valitoribus & Coadjutoribus & hominibus eorumdem, & nostris, & specialiter pro Eymerio de Bellacomba, & Petro de Alto Vilari, & D. Decano Viennensi, & Aymaro de Bellovidere, & pro venerabili viro D. Johanne Abbate Ambroniaci, & omnibus aliis præd. D. Duci adhærentibus & nobis, Damus & concedimus bonas & firmas treugas sine fraude & dolo, bona fide illustri viro D. Humberto Dalphino, Viennensi & Albonis Comiti Dominoque de Turre, & nobili viro D. Aymaro de Pictavia Comiti Valentinensi, & nobili viro Drodoneto Domino de Bellovidere, & nobili viro D. Symondo de Monte-Beliardo Domino Cuselli, & omnibus suis Coadjutoribus, Valitoribus & adhærentibus eidem hinc ad quindecim dies; videlicet tandiu duraturas, quousque contramandentur & post contramandamentum durent per dies quindecim: promittentes per solempnem stipulationem, & juramento ad Sancta Dei Evangelia corporali præstito pro præd. D. Duce & nobis & omnibus quibus supra, præd. treugas firmiter tenere, custodire & inviolabiliter observare, & si contra, quod absit, fieri contingeret per præfatum Ducem & nos & nostros & superius nominatos, vel aliquem ex eis Dalphino integre emendare. Renunciantes &c. Salvo quod si forsan Gentes Ducis Burgundiæ, & D. Ludovicus frater noster præd. treugis nollent consentire & suum assensum præbere. Scilicet præd. Gentes dict. D. Ducis & præd. frater noster nomine suo, debemus significare hoc illustri Dominæ

minæ Beatrici, Comitissæ Viennæ & Albonis, Dominæ Fucigniaci, carissimæ consanguineæ nostræ, hinc ad diem Dominicum post octavas B. Bartholomæi Apostoli. In quorum robur & testimonium præmissorum sigillum nostrum apponi fecimus. Datum die Veneris in crastino assumptionis Beatæ Mariæ, anno Domini M. CC. LXXXV.

X.

Sententia lata per Arbitros super Articulis pacis ineundæ inter Amedeum V. Comitem Sabaudiæ, & Humbertum, Dalphinum Viennens. ac imprimis super matrimonio inter eorum liberos contrahendo, d. in Octavis B. Martini, Anno 1287.

NOs G. divina miseratione sanctæ Vienn. Ecclesiæ Archiepiscopus, & nos Percevallus de Lavania D. Papæ Subdiaconus & Capellanus, ac sacri Romani Imperii in Tuscia Vicarius generalis, electi Arbitri, seu Arbitratores seu amicabiles Compositores inter Illustres Viros D. Amedæum Comitem Sabaudiæ pro se & suis coadjutoribus & valitoribus ex una parte, & D. Humbertum Dalphinum Vienn. & Albonis, Comitem Dominumque de Turre pro se & suis coadjutoribus & valitoribus ex altera; ac inter ipsum D. Comitem Sabaudiæ pro se & suis coadjutoribus & valitoribus ex una parte, & Amedæum Comitem Gebennensem pro se & suis coadjutoribus & valitoribus ex altera; super omnibus contentionibus & guerris, quas invicem habebant & habere poterant usque in præsentem diem ex quacumque causa seu ratione; prout in compromisso super hoc confecto continetur: Volumus, dicimus, pronunciamus & arbitramur, & dict. partibus & earum cuilibet præcipimus sub pœna in compromisso apposita, quod inter prædict. D. Comitem Sabaudiæ & D. Dalphinum, ac inter ipsum Comitem Sabaudiæ, & Amedæum Comitem Gebennensem & suos hinc & inde Coadjutores & Valitores ex nunc sit bona pax & firma in perpetuum duratura, de omnibus & super omnibus guerris, discordiis, contentionibus & querelis, quæ inter dict. partes vertebantur, seu verti poterant, causa seu occasione quacumque. Præterea pronunciamus & præcipimus dict. partibus, quod matrimonia fiant, & quod dict. partes curent fieri & procurent inter filium Comitis Sabaudiæ, qui Comes erit, & filiam Dalphini, & filium Dalphini, qui Dalphinus fuerit, & filiam Comitis suprad.; & hoc fiat cum ad ætatem pervenerint competentem, & dotes pro præd. matrimoniis constituantur ad dictum & voluntatem nostram dict. Archiepiscopi & Percevalli, seu Regis Angliæ & Ducis Burgundiæ. Item quod dict. Comes & Dalphinus se confœderent, & ad invicem colligent eo fortiori, meliori & saniori modo quo poterit fieri contra omnes toto posse. Item quod neuter præd. Comitis & Dalphini possit modo aliquo insurgere contra alium, seu damnum inferre alteri, vel in hominem seu subditum alterius sive bona, nisi de licentia & mandato duorum amicorum a dict. partibus electorum, ad quærelas quæ inter eos orientur de cætero sopiendas. Item quod Comes Sabaudiæ juret ad Sancta Dei Evangelia & teneatur jurare facere omnibus Ballivis suis, Judicibus & Castellanis, & omnibus terram suam tenentibus, constitutis jam & etiam constituendis, quod si contingat Dalphinum mori ante Comitem, vel antequam filius Dalphini, qui habebit filiam Comitis ad ætatem viginti annorum completorum pervenerit, ipse Comes Sabaudiæ filium dict. Dalphini, & D. Dalphinam ejus matrem, & omnia eorum bona, sicut proprium filium Comitis ipsius, & propria bona sua juvabit, deffendet, manutenebit & custodiet toto posse. Versa vice Dalphinus juret, & teneatur facere jurare omnibus Ballivis suis, Judicibus, Castellanis & omnibus terram suam tenentibus, constitutis, & etiam constituendis, quod si contingat, ipsum Comitem Sabaudiæ mori ante Dalphinum, vel antequam filius Comitis, qui habebit filiam Dalphini, ad ætatem viginti annorum completorum pervenerit, ipse Dalphinus Viennensis filium dict. Comitis & D. Comitissam ejus matrem & omnia eorum bona, sicut proprium filium ipsius Dalphini, & propria bona sua juvabit, deffendet, manutenebit, servabit & custodiet, toto posse; & istum articulum jurent ambo præd. scilicet Comes & Dalphinus. Item quod Comes & Dalphinus remittant sibi ad invicem bona fide omnes rancores inter se, & etiam unusquisque ipsorum coadjutoribus alterius. Item quod terræ, feuda, res immobiles & guardæ, quæ & quas tenet Comes de terris, rebus, feudis & guardis Dalphini occupatis vel ablatis, a tempore guerræ, de qua modo sit pax citra & Dalphinus de terris, feudis, rebus & guardis Comitis hinc inde reddantur & restituantur, salvis tamen juramentis præstitis hinc & inde, & ea debere restitui pronunciamus. Super articulo homagii Domini de Turre, nos Archiepiscopus & Percevallus ita concordamus, quod cum Comes Sabaudiæ, ratione Comitatus sui & sui prædecessores fuerint in possessione vel quasi dicti homagii Domini de Turre, pronunciamus dict. homagium ratione dict. possessionis vel quasi, & recognitionis feudorum, fieri debere per Dominum de Turre dict. Comiti Sabaudiæ, sicut ipsi & prædecessores sui Comitibus Sabaudiæ facere consueverunt; nisi causa seu ratione prætenderit legitima & probaverit coram Rege Angliæ & Duce Burgundiæ, per quas ipsi infra annum pronunciaverint ipsum homagium fieri non debere. Item pronunciamus, quod restitutis hinc inde omnibus, sicut in supra contentis articulis continetur, & specialiter tribus Castris Burgondio, Columberio pro parte quam tenet D. Comes, & Luys, pro parte quam tenet D. Dalphinus, quæ capta, ablata & occupata fuerunt in guerra & propter guerram, de qua modo facta est pax, dict. Dalphinus nomine suo, uxoris suæ & liberorum suorum quittet & remittat dict. D. Comiti Sabau-

Sabaudiæ omne jus, omnem actionem, quod & quam habet vel habere potest, ex quacumque causa seu ratione contra ipsum Comitem Sabaudiæ usque in diem hodiernam; & hoc idem dict. Comes dicto Dalphino faciat. Item quod ex utraque parte sex Barones teneantur pro prædictis servandis, ita quod si Comes deficeret in prædictis, seu ex quo in prædictis deficeret, quod ex tunc de voluntate Comitis teneantur obedire Dalphino in omnibus, in quibus tenentur Comiti, & erga Comitem sint immunes & in illo casu fidelitates faciant Dalphino & suis; & si Dalphinus deficeret in prædictis, sui sex, ex quo in prædictis deficeret ex tunc de voluntate Dalphini teneantur obedire Comiti in omnibus, in quibus tenentur Dalphino, & erga Dalphinum sint immunes, & in illo casu fidelitates faciant Comiti & suis. In quorum omnium robur & testimonium, nos dict. Archiepiscopus & Percevallus sigilla nostra præsentibus duximus apponenda, una cum sigillis dict. Comitis & Dalphini. Et nos præd. Comes & Dalphinus omnia præd. & singula emologantes, laudantes & approbantes, ea promittimus sub vinculo à nobis præstiti juramenti inviolabiliter observare; & ad majorem certitudinem præmissorum, præsentes litteras sigillorum nostrorum munimine una cum sigillo dict. Arbitrorum fecimus roborari. Datum Anamasiæ Diocesis Gebennensis, die Martis in octavis Beati Martini hiemalis, anno Domini M.CC.LXXXVII. in cujus rei testimonium nos præd. Comes & Dalphinus præsentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.

XI.

Tractatus Pacis inter Amedeum V. Comitem Sabaudiæ, & Amedeum, Comitem Gebennensem, facta, d. d. mens. Novembr. An. 1287.

IN nomine Domini Amen. Anno Incarnationis ejusdem M.CC.LXXXVII. mense Novembris, die Jovis ante festum Beatæ Caterinæ Virginis: Nos Parcevallus de Lavannia D. Papæ Subdiaconus & Capellanus, sacrique Romani Imperii in Tuscia Vicarius generalis, & Nos Humbertus Dalphinus Viennensis & Albonensis Comes ac Dominus de Turre Arbitri seu amicabiles compositores electi ab illustribus Viris DD. Amedæo Comite Sabaudiæ ex una parte; & Amedæo Comite Gebenn. ex altera, super guerris, quærelis, quæstionibus ..... quæ inter dict. partes ad invicem vertebantur. Quapropter de prædictis ex potestate ab eisdem partibus nobis data, pronunciamus, volum9 & arbitramur, quod bona pax sit inter partes prædictas perpetuo duratura .... Item volumus, quod dict. Comes Gebenn. præd. Comiti Sabaudiæ homagium faciat & hæredes sui, & recognitionem feudorum faciant idem Comes Gebenn. & hæredes sui dict. D. Comit. Sabaudiæ & hæredibus suis, secundum quod prædecessores dict. Comitis Gebennensis prædecessoribus dict. Comitis Sabaudiæ facere consueverunt, & specialiter recognoscat Castrum de Charrossa, cum pertinentiis. Et plus ultra volumus, quod teneat de feudo dict. Comitis Sabaudiæ & recognoscat pro augmentatione feudi Castrum de Gaysiæ, de Sessens, Bastitam D. Hugonis de Grandi-Monte, & Castrum de Arbiez cum eorum pertinentiis &c. Item pronuntiamus, quod si reperiatur Castrum de Gebenna & de Balaysone non esse de Feudo Ecclesiæ Gebenn. ea accipiat idem Comes Gebennensis, & recognoscat in feudum à dict. Comite Sabaudiæ in augmentum feudi, quod tenet ab ipso. Si vero reperiatur dict. Castra esse de feudo Ecclesiæ Gebennensis, & Episcopus Gebennensis & ejusdem loci Capitulum velint consentire, quod dict. Comes ea accipiat in feudum à D. Comite Sabaudiæ suprad., hoc de eorum voluntate & licentia facere teneatur in augmentum feudi, sicut superius est expressum. De quibus quidem Castris de Gebenna & de Balaysone, Comes Gebennensis debet juvare Comitem Sabaudiæ & ejus hæredes, salva Ecclesia & Episcopo Gebennensi, si reperiretur dicta Castra teneri in feudum ab eisdem &c. Datum apud Annemansiam anno & die quibus supra.

Quis quidem Amedeus Comes Gebenn. die Veneris sequenti apud Montheolum fecit homagium dict. D. Comitis Sabaudiæ, prout superius continetur.

XII.

Permutatio Castrorum Reversi-Montis & Cologniaci, cum mille & sexcentis libratis terræ, inter Robertum, Ducem Burgundiæ, & Amedeum V. Comitem Sabaudiæ facta, An. 1289.

NOs Robertus Dux Burgundiæ Dominusque Reversi-Montis, & nos Amedeus, Comes Sabaudiæ Dominusque Baugiaci, notum facimus universis, quod nos dict. Dux nomine nostro & nomine Agnetis, Ducissæ Burgundiæ Dominæque Reversi-Montis, carissimæ consortis nostræ, ex parte una; Et nos dict. Comes nomine nostro, & nomine Sibillæ Comitissæ Sabaudiæ Dominæque Baugiaci, carissimæ consortis nostræ, ex parte altera, de rebus & juribus infrascriptis permutationes adinvicem facimus in hunc modum; videlicet, quod nos dict. Dux nomine nostro & dict. A. uxoris nostræ permutamus & ex causa permutationis concedimus dict. D. A. Comiti præsenti & solemniter recipienti nomine suo proprio & nomine & ad opus dict. D. Sibillæ & liberorum & hæredum suorum, quos suscipiet à dict. Sibilla, ita tamen, quod dict. liberis nullum in infrascriptis jus acquiratur, nisi post mortem dict. Comitis & Comitissæ, & ita quod nullum jus & ad alios liberos, si quos forte dict. Sibilla ab alio Viro susciperet, proveniat quandiu aliquis ex liberis communibus dict. Comitis & Comitissæ superexit, Castra & loca Sancti Andreæ in Reverso-Monte, Trefortii, Sancti Stephani, Morbosii, & Cologniaci, cum omnibus

mnibus & singulis mandamentis, territoriis, appenditiis, districtibus, pertinentiis & juribus ac jurisdictionibus universis eorumdem, & tam specialiter quam generaliter, quidquid nos Robertus Dux & dict. Agnes uxor nostra, & uterque nostrum habemus & possidemus vel quasi, per nos vel per alium, & etiam quidquid ad nos pertinere potest in terra de Reverso Monte, & Cologniaci, ab aqua, quæ vulgariter appellatur Ains citra, versus Terram Breysiæ & versus terram Baugiaci &c. videlicet quidquid nos dict. Dominus & dict. uxor nostra & quilibet nostrum habemus & habere debemus ab illustri D. Humberto Dalphino, ratione & occasione compositionis factæ inter nos præd. Ducem ex una parte, & præd. Dalph. nomine suo & D. Annæ uxoris suæ ex altera, super controversiis & querelis quæ vertebantur inter nos & eos, super Terra Dalphinatus Vienn. & Comitatus Albon. Et quidquid habemus ratione & occasione donationum, cessionum & concessionum nobis dict. Duci factarum tam ab illustri Viro D. Othone Comite Burgundiæ, quam à nobili Viro D. Symondo de Monte-Beliardo in prædictis, vel aliquo prædictorum, retentis nobis dict. Duci & hæredibus & successoribus nostris quibuscunque feudis de Cusello & Domini de Ineis, D. Berardi de Vassaillen, D. Eurardi de Morinai cum dict. feodorum pertinentiis & juribus universis. Quæ quidem omnia supradicta nos dict. Dux nostro nomine & quo supra permutamus, & ex causa permutationis damus & concedimus dict. D. Comiti recipienti quo supra nomine, pro mille & sexcentis libratis terræ, pro quibus mille sexcentis libratis terræ, nos prædict. Comes nostro nomine & nomine quo supra, & ex causa permutationis prædict. damus & concedimus dict. Roberto Duci recipienti nomine suo & nomine quo supra, Castra & loca Cusiriaci, Sagiaci, & Savigniaci, cum omnibus & singulis mandamentis, territoriis, districtibus, appenditiis, pertinentiis, jurisdictionibus &c. Quæ quidem Castra nos præd. Comes nomine nostro & quo supra damus & tradimus præd. Duci recipienti & accipienti nomine suo, pro octingentis libratis terræ. Pro residuis vero octingentis libratis terræ restantibus ex supradictis mille sexcentis libratis terræ, nos præd. Comes nomine nostro, & quo supra, damus & dare tenemur prædict. Duci volenti & acceptanti pro se & nomine quo supra sexdecim millia librarum Vienn. in pecunia numerata; de quibus siquidem tam octingentis libratis terræ nobis dict. Duci per dict. Comitem datis & traditis, ex causa prædicta ut supra, quam de dictis sexdecim millibus libris Viennensibus pro dictis mille sexdecim libratis terræ ut supra, nos præd. Dux nostro nomine confitemur, nobis per præd. Comitem fuisse integre & plenarie satisfactum, ac confitentes nos sufficiens excambium recepisse a dict. Comite pro hiis quæ eidem Comiti dedimus &c. Actum & datum anno Incarnationis Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono.

XIII.

Fœdus inter Amadeum V. Comitem Sabaudiæ, & Rudolphum, Episcopum Constantiensem, hujus & Pupilli ipsius, Archimanni, Comitis de Habspurg nomine, contra quosvis hostes pactum, d.d. Luna post Festum Exaltat. Anno 1291.

NOs Rodulphus, Dei Gratia Constanciensis Episcopus, Tutor Archimanni, Pupilli filii piæ recordationis Eberardi, quondam de Habspurg Comitis, Fratris nostri, notum facimus universis: Quod nos tam nostro quam prædicti pupilli nostri nepotis tutorio nomine promisimus & promittimus bona fide, per solemnem stipulationem & per sacramentum a nobis super sacrosanctis Evangeliis corporaliter præstitum, illustri viro, Domino Amadeo, Sabaudiæ & in Italia Marchioni præsenti, stipulanti & recipienti, quod eidem per nos & nostros & præfati Archimanni homines fideli nostro consilio & auxilio, & ipse Archimannus perpetuo assistabimus & ipsum juvabimus nostris sumptibus, contra omnes & specialiter ad recuperandum Castra de Loves & de Contamina & omnia alia jura præfato Comiti competentia, quæ tenebat inclytæ recordationis Dominus Rodulphus, quondam Rex Romanorum & Liberi sui per se, vel per alium, vel alius in præjudicium præfati Comitis Sabaudiæ, vel suorum; Promittimus etiam, ut supra, nos facturos & curaturos quod præfatus Pupillus, nepos noster, præfatum Comitem Sabaudiæ habebit pro patre & ipsum tanquam Patrem propriis sumptibus adjuvabit perpetuo, contra omnes: Promittentes nihilominus ut supra, tam per nos quam per nostros & præfatum Archimannum, tam per se, quam per suos, defendere personam & terram prædicti Comitis cum suis hominibus & subditis, ubicunque constitutis, & specialiter Civitatem Bernæ & Cives ibidem cum rebus & personis eorundem. Ego autem Comes Rodulphus de Habspurg promitto bona fide, & per juramentum tactis Sacrosanctis Evangeliis corporaliter præstitum Domino Amedeo Comiti Sabaudiæ prænominato, quod juvabo per me & meos & meis sumptibus contra omnes & specialiter ad recuperandum castra de Loyes & de Contamina, & omnia alia jura, quæ quondam Dominus Rodulphus, Romanorum Rex, Liberi sui, per se vel per alium vel alius tenuit, vel tenent, seu tenet in præjudicium dicti Domini Amedei, Comitis, vel suorum, personamque ipsius & terram suam cum hominibus suis & subditis defendere, ubique fuerint constituti. Nos vero præfatus Episcopus promittimus modo & forma, quibus supra, nos facturos & curaturos, quod prædictus Archimannus Nepos noster, prædicta omnia attendet, faciet & penitus observabit, & quod prædictus Archimannus, cum ad annos pervenerit pubertatis, prædicta omnia & singula sub virtute prædicti sacramenti ratificabit & approbabit, ac etiam prædicta omnia promittet se facturum & servaturum per sacramentum corporaliter præstitum sub

sub testimonio literarum autenticarum competentium, quas super prædictis dabit prædicto Domino Comiti Sabaudiæ. In quorum omnium robur & testimonium nos præfatus Episcopus nomine nostro & nomine & vice prædicti Archimanni nepotis nostri, & Tutorio nomine ipsius: Et ego præfatus Comes Rodulphus præsentibus Literis Sigilla nostra duximus apponenda. Datum & Actum apud Chierces, in Ecclesia dicti loci, die Lunæ post Festum exaltationis Sanctæ Crucis. Anno Domini M. CC. XC.

XIV.

Treugæ per Nuntios Regis Siciliæ, utpote Arbitros datæ, tractatu pacis pendente inter Amadeum V. Comitem Sabaudiæ, & Humbertum Dalphinum Viennensem observandæ, d. d. Lunæ in crastino Festi B. Catharinæ, An. 1291.

IN Nomine Domini &c. Nos Amedæus Comes Sabaudiæ & Marchio in Italia Dominusque Baugiaci & Humbertus Dalphinus Viennæ & Albon. Comes Dominusque de Turre, serie præsentium litterarum notum fieri volumus universis, quod cum Serenissimus Princeps D. Carolus Dei gratia Jerusalem & Siciliæ Rex affectans guerram, quæ inter nos vertitur in præsenti sopire per pacis fœdera, & pacis tractatu pendente inter nos Treugas iniri, ad nos suos solemnes nuncios destinasset; videlicet religiosum Virum Fratrem Bernardum Abbatem Monasterii de Sinacha, & venerabilem Virum D. Arnaldum Sabirani Doctorem decretorum, Sacristam sancti Pauli Narbonæ, consiliarios & familiares suos, ad requisitionem præd. D. Regis ac Legatorum ipsius districte prædicta tractantium, treugam bonam & firmam nobis vicissim unus alteri, videlicet Nos dict. Comes Sabaudiæ, pro nobis & pro charissimo fratre nostro D. Ludovico, Domino Waudi, Domino Johanne Abbate Ambroniaci, & Villa Ambroniaci, & omnibus membris prædict. Abbatiæ, Aynardo Domino Clarimontis, Petro Domino Castellionis, & hominibus, rebus & bonis eorum; Et nos dict. Dalphinus pro nobis & pro Reverendis in Christo patribus Dominis G. Dei gratia Sanctæ Vienn. Ecclesiæ Archiepiscopo, & Johanne Valent. & Dyensi Episcopo & pro Capitulo Vienn. & D. Aymone Abbate Sancti Theuderii, Abbatia & Villa Sancti Theuderii, & omnibus membris præd. Abbatiæ, & pro nobili Viro D. Aymaro de Pictavia Comite Valentinensi & hominibus & rebus & bonis eorum, & pro omnibus aliis nostris hinc & inde hominibus, Coadjutoribus & Valitoribus universis damus & concedimus, ut melius possumus, incohandam die Dominica, post Festum Beatæ Catarinæ Virginis, & duraturam usque ad Festum Pentecostes proxime venturum, Treuga inter nos data usque ad carnisprivium vetus nihilominus in suo robore duratura. Promittimus insuper nobis vicissim per solempnes stipulationes, quod infradict. tempus Pentecostes unus alterum non offendemus in personis nec rebus, nec Castra, Feuda, Jura, nec res alias, quæ & quas nos vicissim possidemus, vel quæ & nostri homines, Vassalli, Coadjutores & Valitores possident. Et omnia damna danda a die dict. Treugæ incohandæ usque ad dict. Festum Pentecostes emendabimus & emendari vicissim faciemus damna dantes simpliciter & de plano, infra quindecim dies postquam super hoc fuerimus requisiti, ad arbitrium & cognitionem nobilium virorum DD. Rodulphi de Inter-Montibus, Stephani de Poypia, & Raymundi Bertrandi militum peritorum & nominatorum per ipsius D. Regis legatos, qui potestatem plenam nomine dict. Domini Regis habeant & pro eo, & in quos nos ex tunc tamquam in dict. Regis nuncios consentimus, prædicta omnia faciendi. Quæ omnia promittimus ad invicem attendere & servare sub pœna quinque millium marcharum argenti boni & fini inter nos vicissim stipulata solemniter & promissa, quam pœnam committi volumus semel & pluries, & exigi cum effectu, & totiens & quotiens contra prædicta ventum fuerit per aliquem nostrum, & dict. pœna commissa semel & pluries exacta vel non, dict. Treuga & omnia præd. nihilominus habeant plenam roboris firmitatem, &c. Et ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tacta juramus, ad majorem roboris firmitatem, prædicta omnia & singula sigillorum nostrorum munimine roborantes; rogantes D. Regem præd. cujus legatorum instantia dict. Treugam duximus prorogandam, ut præsentes litteras velit sigilli Majestatis Regiæ munimine roborare. Datum coram prædictis legatis D. Regis & coram militibus superius nominatis peritis & electis die Lunæ in crastinum Festi Beatæ Caterinæ, Anno Domini M. CC XCI.

XV.

Compromissum in Carolum, Comitem Valesii, de sopiendis discordiis inter Amadeum V. Comitem Sabaudiæ, & Humbertum Dalphinum Viennensem, d. d. 5. Non. Julii, An. 1301.

IN Nomine Domini, Amen. Anno ejusdem M. CCC. I. Ind. XIV. quinto Nonas Julii, in Pratis prope Pontem Montis-Meliani dictis Plagnie in prato quod est, ut dicitur, liberorum Jacobi Silvestri, in præsentia mei Notarii infrascripti & Testium subscriptorum, per præsens instrumentum pateat universis, quod, cum guerræ, quæstiones, lites & controversiæ verterentur & verti sperarentur inter Illustres Viros D. Amedæum Comitem Sabaudiæ & in Italia Marchionem ex una parte; & D. Humbertum, Comitem Albonensem, Dominumque de Turre ac Dalphinum Viennensem, & D Beatricem filiam felicis recordationis D. Petri quondam Comitis Sabaudiæ, Dominam Fucigniaci ex altera. Tandem dict. Comes Sabaudiæ nomine suo, hæredum suorum, omnium hominum, Vassallorum, Valitorum & Coadjutorum suorum, dictusq; Humbertus

bertus nomine suo & nomine procuratorio præd. D. Beatricis Dominæ Fucigniaci - - - Ac nomine omnium hæredum, successorum, hominum, vasallorum, valitorum, & coadjutorum suorum, de querelis, guerris & controversiis suprad. universis & singulis, nec non incidentibus & dependentibus ex eisdem, quas habuerant inter se dict. partes ad invicem usque ad diem hodiernam, quacumque ratione, occasione vel causa, compromiserunt in Illustrissimum Principem D. Carolum filium inclitæ recordationis D. Philippi quondam Regis Franciæ, Valesii, Alanzonii, Carnoti, Andegaviæque Comitem tamquam in Arbitrum, Arbitratorem, & amicabilem Compositorem, pacis & concordiæ tractatorem præsentem & in se dict. Compromissum suscipientem, dantes eidem Domino dict. partes potestatem conjunctim vel divisim cognoscendi per se vel per alium, de omnibus contentis in præsenti instrumento, item terminandi jura dict. partium &c. Item consentiunt & promittunt dict. partes mittere ad Curiam Romanam suos Procuratores solemnes, qui habeant generalem potestatem universa & singula faciendi, quæ facere possent, si personaliter in præsentia summi Pontificis interessent, & specialiter ratificandi universa & singula, quæ per dict. D. Carolum super prædictis fuerint ordinata --- Sub pœna quadraginta millium librarum parvorum Turonensium, cujus pœnæ medietas, si committatur, quod absit, pertineat & pertinere debeat Sanctissimo in Christo Patri D. Bonifacio Dei gratia Romanæ & universalis Ecclesiæ summo Pontifici vel ei qui pro tempore fuerit, & alia medietas subsidio Terræ Sanctæ distribuenda, prout Summus Pontifex voluerit ordinare; quam pœnam præd. promiserunt dict. partes nominibus quibus supra mihi Notario infrascripto stipulanti dare & solvere, si eam committi contingeret per aliquam partium prædict. vel per aliquem de sequacibus suis, totiens quotiens eam committi contigerit a partibus prædict. vel altera earundem, præhabita tamen dict. D. Caroli cognitione, an pœna sit commissa vel non, prout sibi videbitur expedire, ac relatione super præmissis prius similiter summo Pontifici per dictum Dominum Carolum faciendi, nisi emendatum fuerit quod contra præsens Compromissum fuerit attemptatum, infra quindecim dies a die qua petitum fuerit emendari, - - - - Qua cognitione & relatione præhabitis valeat tunc Sedes Apostolica exigere dict. pœnam modo quo supra, & commissionem dict. pœnarum executioni mandare, secundum quod jus dictat. Qua pœna commissa, exacta vel non exacta, præsens Compromissum, Arbitrium & amicabilis Compositio, seu ea quæ per dict. D. Carolum pronunciata super præmissis vel aliquo præmissorum extiterint vel etiam ordinata, in suo remaneant robore firmitatis. Præterea voluerunt dict. partes, quod de contentis in præsenti Compromisso, & de pronunciandis per ipsum D. Carolum post illud Compromissum, dicto simplici & relationi ipsius D. Caroli credatur, & adhibeatur plena fides in Curia Romana & alibi, quotiens præmissa vel aliquod præmissorum fuerint in dubium revocata, vel quotiens Sedes Apostolica super ipsis voluerit informari. Acto expresse inter partes præd. quod dict. D. Carolus dict. Compromissum valeat prorogare pro suæ libito voluntatis. Promisit insuper dict. D. Humbertus se facturum, quod Domina Anna junior Dalphina uxor sua firma habebit omnia contenta in isto Compromisso. Quibus sic concessis a partibus prædict. juraverunt supra Sacro-Sanctis Evangeliis, dict. Comes & Hedduardus filius ejus, & dict. Dalphinus nomine suo, & nomine procuratorio D. Beatricis Dominæ Fucigniaci præd., ac Johannes & Hugo filii præd. Dalphini omnia & singula fideliter observare & facere observari. Actum anno, die & loco quibus supra, præsentibus DD. Raymundo Berengier filio Serenissimi Regis Siciliæ, Guillelmo Comite Altissiodori, D. Girardo de Bello Visu, Archidiacono Avalonensi in Ecclesia Eduensi, Ricardo Domino de Camera, Guigone Alamandi, Amblardo de Intermontibus, Legum Professore, & Archidiacono Tarentaniensi, D. Amedæo de Confleto, D. Baxiano de Guachiis, Legum Professore, D. Johanne de Vaurtorri, D. Hugone de Rupecula, D. Antelmo Mainart, D. Rodulfo de Vado, D. Aynardo Leuzoni, D. Guillelmo de Briort, D. Hugone de Chandeyaco, D. Petro de Balma, D. de Waulupin Militibus, ac Magistro Petro de Cella-Nova, Johanne de Foras, & pluribus aliis testibus vocatis & rogatis, & ego Johannes de Insulis Clericus. Datum ut supra, Pontificatus D. Bonifacii Octavi anno septimo.

Nos vero Carolus filius inclitæ recordationis D. Philippi quondam Regis Franciæ, Valesii, Alanzonii, Carnoti, Andegaviæque Comes, & nos Amedæus Comes Sabaudiæ, & in Italia Marchio, & Nos Humbertus, Comes Albonensis Dominusque de Turre ac Dalphinus Viennensis præd. ad majoris roboris firmitatem Sigilla nostra præsenti publico Instrumento duximus apponenda.

XVI.

Diploma, quo Philippus de Sabaudia, Achaiæ Princeps, & Isabella, ejus Conjux, Margaritæ, filiæ suæ, Castrum & Castellaniam Cariteni & Bossoleti dederunt, d. d. 24. Decembr. An. 1303.

NOus Phelippes de Savoie, Prince d'Achaye, & Ysabiaux Princesse de celle meisme Princée feisons assavoir a touz ceaux, qui cestes presentes Letres verront & orront. Que nous per nous & per nous hoirs donons & outroyons à nostre chierre Fille, Marguerite é as hoirs de son corps, le Chastel & la Chastellaine de Cariteyne & de Bossolet à toutes les fortaresses de ces dites Chastellenies, & à tutes lour raissons, droitures & appartenances, tant ce que est au Domayne per Domaine & ce, que est au homage, homos, jurisdiction, joustise laut & vant & tout ce que aptient à la haute Seignorie, per ansi, que ladite Marguerite, nostre Filie, doit tenir tutes ces

devant dites chouses de nous & de nous
s qui seront Prince, pour le service de son
s & de six Chevaliers six mois au lant, &
r ce ce, que cette chose soit ferme & stable,
ie nulle personne ne puisse aler à l'encontre
nul temps, havons nous fait doner a ladite
guerite nostre Filie, cestes lettres overtes
es de nostres seaux pendanz. Et à plus grant
ioignance & fermeté de cette chouse, Nous
ons requeru le honorable & sage Beniemin
icellier de nostre Princée, qu'il mete son su
propre Soyaul à ces presentes lettres. Et Nous Beniemin Chancelier de la Princée d'Achaye à la requeste de tres haut & puissanz nostre chier Seigneur, Monsieur Phelipe de Savoye, Prince d'Achaye, & de nostre chiere Dame Madame Ysabiaux, Princesse de celle meisme Princée havuns mis nostre Soyaul propre à ces dites presentes letres en tesmoignance de verité. Ce fût fait a Beauvoir, an lant del Incarnation mil trois cenz & trois, au vint & quatre jour du mois de Desambre, de la seconde Indicion.

XVII.

promissum in Clementem V. Pontif. maxim. super discordiis inter Amadeum V. Sabaudiæ Comitem & Humbertum Dalphinum Viennensem, componendis, d. d. 21. Febr. An. 1305.

Nomine Domini universis pateat, quod
no ab Incarnatione ejusdem M. CCC. V.
IV. Pontificatus Clementis Papæ quinti an-
rimo mensis Februarii die XXI. videlicet
Calend. Martii in præsentia Sanctissimi Pa-
D. nostri Clementis Papæ præd., & testium
riptorum personaliter constituti Nobilis
D. Amedæus, Comes Sabaudiæ pro se ac hæ-
ius, successoribus, valitoribus, vassallis, feu-
iis & hominibus suis ex parte una; & No-
Vir D. Johannes Dalphini Filius Magnifici
D. Humberti Dalphini Vienn. pro se ac no-
dict. Patris sui & D. Dalphinæ Aviæ suæ,
igonis fratris sui Domini, ut dicitur, Fuci-
i, D. Beraudus Dominus de Mercorio, & Do-
is Guido Dalphini filius dict. D. Dalphini pro
is, & pro dict. Johanne de Cabillone milite,
o Nobili Viro Comite Gebennensi, ac pro
dibus, successoribus, valitoribus, vassallis,
atariis & hominibus, tam suis, quam præd.
s & Aviæ atque fratris & omnium aliorum
ictorum ex altera, voluntarie & ex certa
tia, de quæstionibus, litibus, controver-
lissentionibus, discordiis atque guerris, quæ
intur & verti sperantur occasione diverso-
Castrorum, Territoriorum, Jurisdictio-
, Villarum, Redditiuum, injuriarum illata-
& damnorum datorum &c. Concorditer
npserunt & elegerunt Sanctissimum Pa-
D. Clementem Papam quintum superius
inatum ibidem præsentem & compromis-
præd. in se suscipientem, dantes & conce-
es eidem plenam & liberam potestatem,
ssit per se vel per alium a Festo Beati Mi-
lis proximo usque ad unum annum in præ-
s & singulis præmissorum procedere & exa-
ire atque cognoscere, partes ad audiendam
ntiam seu præceptum, vel ad alia citare, &
i ad pronunciandum, vel ad aliud præfige-
præfixam prorogare; Partem contumacem
tare, & per se ipsum vel per alium pronun-
, diffinire, laudare, arbitrari &c. Promi-
it solemniter, quod pars arbitrium, di-
i, aut pronunciationem non servans parti
nti solvet pœnæ nomine decem millia
marcharum argenti fini, nec non ressarcire omnia damna ---- Et quod D. Papa possit prorogare treugas indictas autoritate ipsius inter partes præd. & novas indicere --- Hoc tamen acto per dict. D. D. Johannem Dalphini & Guidonem Fratres, quod in omnibus retinent consilium, assensum & voluntatem Illustris Viri D. Humberti Dalphini genitoris ipsorum, & Virorum Illustrium, D. Johannis de Cabillone, Domini de Arlai & D. Comitis Gebennensis, ita quod nisi consentirent prædicta pro non factis habeantur. Acta sunt hæc apud Sanctum Ciricum prope Lugdunum in Camera D. Papæ præd., præsentibus R. in Christo Patribus D. Berengario Sanctorum Nerei & Achillei Præsbitero Cardinali ac D. Petro Sanctæ Priscæ Præsbitero Cardinali ac Vice-Cancellario Sanctæ Romanæ Ecclesiæ atque D. Luca, Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali, Aymone Abbate Sancti Anthonii in Viennesio, D. Amblardo, Mauriannensi Episcopo, & DD. Guigone Alamandi, Alamando de Podio, Eblone de Echa & Humberto de Boczosello militibus.

In nomine Domini Amen, Universis pateat, quod Anno ab Incarnatione M. CCC. V. mensis Februarii XXIII. videlicet VII. Calend. Martii Nobili ac potenti Viro Domino Humberto Dalphino Viennensi, Comite Albonis Dominoque de Turre personaliter constituto lectum fuit & expositum in vulgari eidem D. Dalphino hoc compromissum factum ejus nomine per D. Johannem Dalphini filium suum in Clementem Papam præd. quo compromisso lecto & vulgarisato idem Dominus Dalphinus dictum compromissum & omnia & singula in eo contenta cum conditionibus ratificavit & approbavit. Acta sunt hæc apud Ancyronem Vienn. Diœcesis in Domo Sancti Antonii. Præsentibus Venerabili in Christo Patre D. Aymone Abbate Sancti Antonii de Viennesio, ac Nobilibus & Discretis Viris DD. Guigone Alamandi Domino Vallis Bonesii, Alamando de Podio Domino de Rellana, & Magistro Guidone de Meolano Canonico Ebredunensi.

XIIX.

isactio facta inter Carolum II. Siciliæ Regem, & Philippum, Comitem Sabaudiæ, qua discordiæ Marchionatus Montisferrati occupatione eos inter gliscentes compositæ, & Comitatus Albæ ad ibaudiam pertinens, Principatus dignitate condecoratus est, d. d. ultim. Januar. An. 1308.

IN nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo tricentesimo octavo, Pontificatus Domini Clementis Papæ quinti, anno tertio, die ultimo mensis Januarii, sextæ Indictionis. Noverint universi, quod in Præsentia Principis incliti Domini Caroli II. Dei Gratia illustris Regis Jerusalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii & Pedemontium Comitis, & testium subscriptorum adhoc specialiter vocatorum & rogatorum, ac mei Notarii infrascripti; Præsente quoque Viro Spectabili Domino Philippo de Sabaudia, Consanguineo, & fideli ejusdem Domini Regis, promissa, conventa & acta sunt inter ipsos Dominum Regem & Dominum Philippum, quæ seriatim inferius continentur. Videlicet cum olim super conquisitione Marchionatus Montis-ferrati, quæ per ipsos Dominum Regem & Dominum Philippum communibus erat sumptibus facienda, certæ inter eos conventiones initæ fuissent, idemque Dominus Philippus quereretur illas non fuisse sibi servatas, imo contra eas ventum & factum fuisse per eundem Dominum Regem, desistendo scilicet inconsulto & inscio ipso Domino Philippo a persecutione conquisitionis ejusdem, nec non & liberando Virum Nobilem, Comitem Philipponum de Papia, qui pridem in prælio per gentem ejusdem Domini Regis, ac ipsum Dominum Philippum & gentem suam ex parte una, & Theodorum, Viri Nobilis Domini Oppicini Spinola de Janua Genorum, eundemque Comitem Philipponum & eorum gentes ex altera, commisso prælio captus fuerat, & eorundem Domini Regis, & Domini Philippi Comitis captivus erat. Tandem idem Dominus Rex attendens ac etiam proprii oris oraculo præferens sanguinis identitatem, qua idem Dominus Philippus ei conjunctus est, volensque ipsius Domini Philippi animum quietum & contentum super præmissis omnibus reddere, ipse quoque Dominus Philippus conformans ------ se voluntati & beneplacito ejusdem Domini Regis, sponte super præmissis facti sunt juxta modum, qui subsequitur, unanimes & concordes, videlicet, quod idem Dominus Rex majori cum honore volens attollere nomen & titulum Comitatus Albæ siti in Aprucina Provincia Regni Siciliæ, per ipsum eidem Domino Philippo & ejus hæredibus in perpetuum, certo pridem modo concessi & donati, erigit & transtulit in Principatum, ita quod dicetur non Comitatus, sed Principatus Albæ nuncupatus. Idemque Dominus Philippus se nominet & scribat Principem Principatus ejusdem. Considerans insuper ac congruum & debitum cernens, quod hujusmodi honorem condignum sequi deberet emolumentum; promisit ac concessit & donavit eidem Domino Philippo & ejus hæredibus ex ejus corpore legitime descendentibus, natis jam & in antea nascituris in perpetuum, tam consideratione ipsius modi, honoris & tituli, quam in satisfactionem & recompensationem universorum incommodorum & damnorum, quæ ipse Dominus Philippus se perpessum ex præmissis & ob præmissa querebatur, annuum redditum quadringentarum unciarum auri, assignandum eidem Domino Philippo vel prædictis & hæredibus aut certo ipsius seu ipsorum Procuratori vel Nuncio pro eisdem, prout inferius enarratur, videlicet ducentarum unciarum quam primum idem Dominus Rex in prædictum regnum suum Siciliæ redierit, in terra & bonis ------ fiscalibus ejus regni, sive prope jam dictum Principatum Albæ, ubi & prout competentius poterunt assignari, reliquarum autem unciarum super conquisitione quam ipsi Dominus Rex & Dominus Philippus fecerunt in Civitate Astensi & pertinentiis ejus, vel si conquisitio ipsa non fieret super aliquibus, similiter terra & bonis fiscalibus hujusmodi annui redditus principatui prædicto propinquis, eo scilicet tempore, quo Mariam ejusdem Domini Philippi Filiam nuptui tradi constiterit, vel ætatem annorum duodecim attigisse tenendis & habendis hujusmodi ducentis, seu quadringentis unciatis terræ, si & ubi in prædicti regni partibus assignatæ fuerint immediate, & in capite per ipsum Dominum Philippum, & prædictos ejus hæredes ab eodem Domino Rege & ejus hæredibus ac successoribus, in eodem regno sub debito juxta usum & consuetudinem ipsius regni, servitio militari. Prædictis vero ducentis unciis, quæ super jam facta conquisitione seu terris & locis conquisitis assignari debebuntur tenendis & habendis, si & postquam assignatæ fuerint, sub illo militari servitio, de quo insimul tunc temporis concordabunt, & quæ in Regio privilegio tunc exinde faciendo fuerit declaratum. Super quibus omnibus sic, per eundem Dominum Regem promissis & contentis, idem Philippus ultro prout super actum est beneplacito Regio se conformans sua gratuita voluntate acceptavit, seque proinde pacatum asseruit & contentum. In quorum omnium testimonium & cautelam factum est per me infra scriptum Notarium præsens publicum instrumentum. Actum Marsiliæ in domibus olim Templariorum, in quibus prænominatus Dominus Rex hospitatus erat, in Camera ejusdem Domini Regis; Præsentibus Venerabili in Christo Patre Domino J. Dei gratia Episcopo Forojuliensi, Viro Magnifico Domino Hugone de Balcio Regio Siciliæ Senescallo, Viro venerabili Domino Guillelmo Girardi Vice-Cancellario ejusdem Regis, ac Egregiis Viris Domino Raynaldo Dealecto, Domino Bertrando de Marsilia, Domino Guillelmo de Monte-bello, & Domino Joanne Cabassola Magno Regiæ Aulæ in Comitatibus Provinciæ & Forcalquerii Magistro rationali.

XIX.

Compositio facta inter Beatricem Dalphinam, ac Hugonem, Dominum Fucigniaci ex una, & Amadeum V. Comitem Sabaudiæ, ex altera parte, super variis discordiis eos inter exortis, d. d. 17. Kal. Sept. An. 1308.

Anno

ANno Domini M. CCC. VIII. Ind. VI. XVII. Calendas Septembris per hoc publicum Instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod cum inter illustrem Virum D. Amedæum, Comitem Sabaudiæ pro se & suis hominibus, valitoribus & coadjutoribus ex una parte; & egregiam mulierem D. Beatricem Dalphinam, filiam inclitæ recordationis D. Petri quondam Comitis Sabaudiæ, & virum illustrem D. Hugonem Dalphinum filium recordationis inclitæ D. Humberti Dalphini Viennæ & Albonis Comitis, Dominique de Turre, pro se suisque valitoribus & coadjutoribus ex altera, quæstiones & controversiæ verterentur & moveri sperarentur, & guerræ maximæ essent ortæ, super eo, quod præfatus D. Comes dicebat & asserebat Castrum Fucigniaci, Bonæ, Castrum de Monthouz, locum Bonæ-Villæ, Castrum Castelleti de Credo, Castrum de Alingio veteri, item feodum de Roverea, feodum de Verniaco, feodum de Jacio, feodum Amedæi de Villariis, sive feodum, quod Dominus de Villariis quondam Pater dict. Amedæi tenebat a dicta D. Beatrice. Item feodum, quod Dominus de Mont-facon tenebat in dicta D. B. & omnia alia feoda, quæ tenentur ultra lacum Gebennensem, a parte Lausanæ a Villa Sasselli usque apud Friburgum in Alamania, a dict. D. B. sive a dict. D. Hugone, & plura alia loca sibi esse comissas & comissa, tam pro eo, quod dict. D. B. dict. feoda & loca alia de feodo ipsius D. Comitis existentia, ut dicebat, alienaverat in præfatum D. Hugonem absque consensu & investitura ipsius D. Comitis, & eidem D. Comiti de dict. rebus, Castris & Villis & gentibus ipsorum locorum, de feodo ipsius D. Comitis existentibus, guerram fecerant & faciebant indebite & injuste, & sibi & suis hominibus, valitoribus dampna & gravamina quam plurima intulerunt præter injurias irrogatas quam pluribus aliis causis propositis per eundem. Quare petebat a dict. D. B. & D. Hugone dict. Castra & Villas & bona alia suprad. sibi tradi & expediri & eidem emendam fieri de dampnis & injuriis suprad. dict. D. Hugone ex adverso dicente nomine suo & dict. D. Beatricis prædicta fieri non debere, sed ex adverso petebat idem D. Hugo præd. nominibus a dict. D. Comite Castra ...lli fortis, de Lullino Aguiani, Fisternæ, Versoyæ, ...rgunde Thon., Castrum S. Ragneberti, Lugna..., Dorchiæ, & res quas habere debebat in Valle...æ & jus sibi competens in Pedagio S. Mauri... & generaliter totum Comitatum Sabaudiæ & ...s & bona, quæ & quas idem D Comes tenet & possidet, & quasi, ratione dict. Comitatus tam ultra Montes quam citra Montes, quæ bona dicebat ad se præd. nominibus pertinere, tam ex successione dict. Petri quondam Comitis Sabaudiæ Patris dict. D. B. & Matris ipsius D. B. quam pluribus aliis causis & rationibus propositis per eundem - - - &c. Tandem dict. partes, Actore pacis favente, volentes ad bonam pacem & concordiam devenire tam de præd. omnibus & singulis causis, quæstionibus & controversiis & ...is, in quibus una partium prædict. alteri tenetur. Item D. Comes pro se & D. Eduardo suisque hominibus, valitoribus, coadjutoribus, & specialiter pro Civibus & hominibus & habitatoribus Gebennesii & districtus ejusdem ex una parte; & præfatus D. Hugo nomine suo & nomine dict. D. B. pro se Dno de Jacio & forissitis Gebenn. suis hominibus, valitoribus & coadjutoribus ex alia: Plene instructi de jure suo, tractatu Ill. Viri D. Guillel. Com. Geb. & plurium aliorum nobilium amicorum communium eorumdem composuerunt & transegerunt in modum qui sequitur. In primis, quod bona pax & firma perpetuo duratura sit ex nunc inter partes prædict. & eorum hinc inde valitores, homines & coadjutores præd. & quod omnem rancorem & omne odium dict. partes sibi ad invicem una alteri bona fide remittent. Item quod dict. D. Beatrix & dict. D Hugo faciant & facere teneantur ex causa transactionis & compositionis præsentium, & pro his quæ inferius continentur faciendis per dict. D. Comitem Sabaudiæ, dict. D. Comite recipiente pro se & suis hæredibus, bonas & firmas donationes & quittationes de omni jure, actione, partagio & requisitione ipsis & ipsorum cuilibet competentibus & competituris in toto Comitatu Sabaudiæ nunc & in posterum, & in Castris, Villis, & rebus aliis supradictis per ipsos petitis, ut superius continetur. Ut in Castris, Villis, Jurisdictionibus, regaliis, meris, mixtis Imperiis, hominibus, fidelitatibus & homagiis, & rebus aliis quibuscumque, quos & quæ idem D. Comes tenet, possidet vel quasi, per se vel per alium & quæ tenentur ab ipso Comite in feodum, retrofeodum, vel alio quoquo modo, tam citra Montes quam ultra &c. Item quod dict. Castra Fucigniaci, Bonæ, Castrum de Monthouz, Castrum Bonæ-Villæ, Castra de Castelleto de Credo & Alingii veteris cum ipsorum Castrorum, Villarum & locorum Mandamentis, meris, mixtis Imperiis, Jurisdictionibus, feodis, retrofeodis &c. Item feoda de Roveria, de Verniaco, de Jacio, Domini de Villariis quondam, & feodum Domini de Montfalcon, & omnes res aliæ & bona, jurisdictiones & jura, quæ dict. D. B. & dict. D. Hugo tenent, possident, & quasi, & quæ tenentur ab ipsis vel ipsorum aliquo, a villa Sasselli usque ad villam Friburgi in Alamania ultra lacum Gebennensem, cum prædictorum omnium actionibus utilibus & directis, sint & esse debeant perpetuo tam ex causa transactionis & compositionis præsentis, quam ex causa donationis in feodum olim factæ per dict. D. Comitem dict. Dominæ Beatrici. de bonis præd. ut asserunt dict. partes, de feodo & subfeodo directo dominio dict. D. Comitis & hæredum suorum sibi in Comitatu Sabaud. succedentium, & quod dict. D. Hugo & successores ipsius, omnia teneant de feodo, subfeodo & directo dominio dict. D. Comitis & hæredum suorum prædict. & quod dict. D. Hugo & sui successores pro præd. rebus & bonis faciant & facere teneantur homagium & fidelitatem dict. D. Comiti recipienti pro se & suis hæredibus, ut eidem D. Comiti recipienti, ut supra promittant & jurent attendere, & præstare omnia & singula Capitula, quæ in forma fidelitatis novæ & veteris continentur. Et quod dict. D. Beatrix & idem D. Hugo jurent, quod ipsi

&

& ipsorum aliquis nullas donationes, alienationes, recognitiones fecerint de dict. rebus donatis & de aliis rebus feodalibus &c. Item quod dict. D. Hugo & successores ipsius nullum in perpetuum impedimentum apponat per se v. per alium, quo minus dict. D. Comes Sabaud. & successores ipsius Castrum Insulæ Gebenn., Vicedognatum Gebenn. & omnia, quæ idem D. Comes habet, possidet & quasi, apud Gebenn. & in mandamento & districtu Gebenn. habeant pacifice & quiete; Item quod dict. partes & homines, valitores prædict. partium hinc inde recuperent & habeant omnes res immobiles, quas tenebant, possidebant & quasi, tempore quo incepit ista guerra, de qua modo fit pax; videlicet a sex annis nuper elapsis citra, a quocumque fuerint occupatæ. Item ut amor mutuus inter partes observetur, quod D. Hugo ducat in uxorem unam de filialibus dict. D. Comitis natis ex D. Maria ejus conjuge, scilicet magis nubilem, quam idem D. Hugo duxerit acceptandam hinc ad quindenam festi Pentecostes, si ipsa filia magis nubilis dict. tempore fuerit in humanis. Et si forte, quod absit, ante decederet, promisit idem D. Hugo dict. Comiti accipere in uxorem aliam filiam dict. D. Comitis magis nubilem, quam cito pervenerit ad annos nubiles, & sic successive superstitem filiam dict. D. Comitis magis nubilem promittit in uxorem accipere, quo usq; desposaverit alteram earumdem. Item quod dict. D. Comes det eidem D. Hugoni in dotem filiæ suæ, quæ ipsius D. Hugonis uxor fuerit, viginti millia librar. Vienn. & dict. D Hugo det dict. filiæ, quæ uxor sua fuerit, ante Contractum matrimonii inter ipsos, donatione inter vivos, decem millia librar. Vienn. & quod dict. summas pecuniæ assideat & asseret dict. filiæ, quæ uxor sua fuerit, super Castrum Castillionis & super Bonam-Villam & mandamenta ipsorum locorum; Ita quod eidem uxori suæ sit cautum idonee de dote & donatione prædictis recuperandis & habendis, cum casus evenerit restitutionis dotis, & quod dict. D. Comes, D. Comitissa Sabaudiæ & D. Eduardus ejusdem D. Comitis filius & alii de consilio dict. D. Comitis, quos dict. Dominus Hugo eligere voluerit, & vice versa, dict. D. B D. Hugo & alii de consilio ipsorum, quos dict. Dominus Comes eligere voluerit, jurent in præsenti super sancta Dei Evangelia curare bona fide, quod dispensationes contrahendi matrimonium suprad. secundum ordinationem in præsenti compositione contentam, habebuntur a summo Pontifice &c. Præterea & præd. D. Hugo dict. Comitem requisivit, ut ipsum investiat & retineat de rebus feudalibus suprad. qui dict. D. Comes ad requisitionem dict. D. B. per suas patentes litteras, dict. D. Hugonem investivit. Et in continenti dict. D. Hugo publice recognoscit pro se & suis ad instantiam dict. D. Comitis dicta Castra de Fucigniaco, Bonæ, de Monthouz, Bonam-Villam, Castra de Castelleto de Credo, & Alingii veteris, & de Lullino cum ipsorum Mandamentis, - - - Item feoda de Roverea, de Vernier, de Lullin, de Jacio & reliqua quæ tenet D. de Jacio de feodo suo vel tenere debet; Item feodum quod ab ipso tenet Amedæus de Villariis; Item feodum, quod D. de Montfalcon tenet & tenere debet ab ipso in feodum, & se tenere constituit, & debere pro rebus feodalibus suprad. dict. D. Comiti fidelitatem & homagium & esse debere hominem ligium dict. D. Comitis. Quam fidelitatem & homagium in continenti manualiter fecit, &c. Versa autem vice dict. D. Comes pro se & suis hæredibus promitit dict. D. Hugoni præd. D. Hugonem & hæredes suos & feodum suprad. gardare, deffendere, & tueri ab omni homine & persona &c. Præterea pro præd. firmiter observandis a partibus hinc inde D. Comes Gebennens. ad requisitionem partium præd. se fidejussorem constituit penes dict D. Comitem pro dict. D. Hugone & penes dict. D. Hugonem pro dict. D. Comite Sabaudiæ in solidum penes quemlibet eorumdem &c. Volunt insuper præfati D. Comes Sabaudiæ, & D. Hugo præd. nominibus, quod possint prædictis & quolibet prædictorum coram Reverendis in Christo Patribus Dominis Vienn. & Tharent. Achiepiscopis, Grationopolitano & Gebennensi Episcopis, & coram quocumque alio Judice Ecclesiastico conveniri & ubi conventi fuerint respondere & prædicta attendere, & excommunicari per præd. Dominos & terræ ipsorum supponi Ecclesiastico interdicto &c. Acta sunt hæc in Castro Montis Melliani in præsentia præfati D. Comitis Gebennensis, ubi testes fuerunt vocati D. Bertrandus Dei gratia Tarentasiensis Archiepiscopus, D. Guido Prior Nantuaci, D. Guichardus de Ponte vitreo Canonicus Gebenn. D. Humbertus Dominus de Malobecco, D. Joffredus Dominus Clarimontis, D. Rod. Dominus de Menthons, D. Emarus Dominus de Bello-videre, D. Johannes de Roverca, D. Hugo de Rupecula, D. Robertus Vuagnyardi, D. Giroudus de Ferlay. Subsequenter autem Anno & Ind. quibus supra, XVI. Calendas Decembris per hoc Instrumentum publicum appareat evidenter, quod egregia Mulier D. B. Dalphina præd. de jure suo certificata, ac etiam de prædictis, quæ in dict. compositione & transactione continentur, expressa per D. Hugonem de Comeriis & me Notarium infrascriptum nomine suo & successorum suorum præd. transactionem, compositionem, ordinationem & recognitionem & cetera supra scripta voluntate spontanea laudat & approbat ad instantiam & requisitionem dict. D. Comitis Sabaudiæ - - - & ipsa omnia de novo facit &c. Actum apud Montem fortem in Camera dict. D. B. ubi testes fuerunt illustris vir D. Comes Gebenn. D. Humbertus D. de Malobecco, D. Emarus de Bello-videre, D. Joffredus, D. Clarimontis, D. Hugo de Comeriis, D. P. de Avalone, Milite. Nos autem Amedæus Comes Sabaudiæ & nos B. filia inclitæ recordationis D. Petri quondam Comitis Sabaudiæ, & nos Eduardus filius D. Comitis, & nos Hugo Dalphini D. Fucigniaci, & nos Guillelmus Comes Gebenn. confitentes & asserentes dilucide prædicta omnia processisse, gesta & acta fuisse & prædicta observare promittentes, & nos Bertrandus divina miseratione Archiepiscopus Tarentasiensis confidentes prædicta in nostri præsentia esse acta, excepta prædicta ratificatione, sigilla nostra nos omnes prædicti duximus apponenda præsenti instrumento in robur & testimonium omnium præmissorum.

XX.

XX.

Sententia per arbitros lata super interpretatione quorundam Articulorum pacis olim apud Anamasiam factæ inter Amadeum V. Comitem Sabaudiæ, & Amadeum, Comitem Gebennensem, d. d. 10. Novembr. An. 1308.

ANno Domini M.CCC.VIII. Indictione sexta, decimo Calendas Novembris, Pontificatus D. Clementis Papæ quinti anno tertio, per hoc publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter, quod cum inter Illustres Viros D. Amedeum, Comitem Sabaudiæ ex una parte; & inclitæ recordationis D. Amedeum Comitem Gebennensem ex altera, guerra esset orta & quæstiones, querelæ & controversiæ occasionibus quam pluribus verterentur, & ipse D. Comes Sabaudiæ & D. Guillelmus nunc Comes Gebennensis filius dict. D. Amedæi quondam Comitis Gebennensis, Autore pacis favente, volentes & cupientes venire ad veram pacem & concordiam, de prædictis omnibus & singulis, non decepti .... tractatu virorum Nobilium D. Humberti de Bocesello. Domini de Malo-becco, D. Aymari de Bello-visu, D. Petri de Terniaco, B. D. Rodulphi de Ponte-Vitreo, D. Johannis de Ponte-vitreo, D. Henrici de Viriaco Militum, D. Guichardi de Ponte-vitreo & D. Stephani de Combeysio, Canonicorum Gebennensium, & Hugonis de Droysiaco Jurisperiti, fecerunt pacem & concordiam ad invicem inter ipsos perpetuo duraturam de guerris & controversiis suprad. pro se suisque vicissim hinc & inde hominibus, Vasallis juratis, valitoribus, coadjutoribus, & sibi & ipsorum cuilibet adhærentibus quoquomodo. Præterea cum super guerris, querelis & controversiis, quæ olim similiter vertebantur inter dict. D. Comitem Sabaudiæ ex una parte, & dict. D. Amedæum quondam Comitem Gebenn. ex alia, Iludum factum fuerit compromissum in bonæ memoriæ D. Guillelmum Episcopum Lausanensem, & D. Aymonem de Quarto Præcentorem Majoris Ecclesiæ Lugdunensis ex alia, tamquam in Arbitros, Arbitratores, dictique Arbitri inter cætera pronunciaverunt, quod pax olim facta apud Anamasiam, & omnes Articuli in dicta pace inserti inter partes prædictas de guerris & querelis tunc temporis inter ipsos vertentibus perpetuo inter ipsos observarentur, & quod inter ipsas partes esset bona pax & firma perpetuo duratura..... Item quod D. Comes Gebenn. promitteret & se obligaret pro se & suis hæredibus, quod esset perpetuo fidelis Dn. Comiti Sabaudiæ & ejus hæredibus tamquam Domino suo, & quod ipsum D. Comitem Sabaudiæ & ejus hæredes juvabit perpetuo cum magna vi & parva de tota terra sua contra quascumque personas &c. Qui præfatus D. Guillelmus Comes Gebenn. ex certa scientia de consilio dict. militum & Canonicorum prædict. confitens & asserens dilucide prædicta omnia præcessisse pro se suisque hæredibus & successoribus, prædicta omnia ratificavit..... Item præterea idem D. Comes Gebenn. pro se suisque hæredibus & successoribus ad instantiam dict. D. Comitis Sabaudiæ solemniter stipulantis prædictis nominibus, dict. D. Comitem patrem suum quondam, & prædecessores ipsius tenuisse ex causis justis & rationabilibus, & se tenere constituit pro se suisque successoribus de feudo, subfeudo & directo Dominio dict. Comitis Sabaudiæ & hæredum suorum, res & bona infra scriptas & infra scripta; Inprimis videlicet, Castra de Charressa, de Arbiaco, de Alta-Villa, de Corberia cum ipsorum mandamentis & territoriis, jurisdictionibus, meris & mixtis imperiis, feudis, retrofeudis, feudatariis, hominibus, fidelitatibus, actionibus utilibus & directis..... Item Castrum de Graysyaco, Castrum de Seysens, & Bastitam Arnaldi de Grandi-monte versus Cusiacum, & omnes res quas Dn. de Greysiaco, Dni de Seysens & Dn. Arnaldus tenent infra Mandamenta dictorum locorum de feudo prædicti Dn. Comitis Gebenn. Item omnia alia & singula bona, quæ dictus Dn. Comes Gebenn. confessus fuit se tenere in feudum à dicto Dn. Comite Sabaudiæ. Et pro prædictis idem Dn. Comes Gebenn. nominibus quibus supra, ad instantiam dicti Dn. Comitis Sabaudiæ, se hominem constituit pro se & suis hæredibus & successoribus dicti Dn. Comitis Sabaudiæ & hæredum & successorum suorum, quod homagium & fidelitatem eidem Dn. Comiti Sabaudiæ recipienti prædictis nominibus manualiter fecit osculo fidelitatis, ut moris est, intervento, & promittit quod Comitem Sabaudiæ & ejus hæredes juvabit perpetuo cum magna vi & parva de tota terra sua contra quascumque personas .... hoc salvo quod de terris, quas ab aliis Dominis tenet in feudum ipsum Dn. Comitem Sabaudiæ de terris illis juvare non teneatur contra illos à quibus ipsas tenet, sed de tota alia terra sua quam ab eis non tenet, tam contra ipsos Dominos à quibus ipsas terras tenet, quam contra quaslibet alias personas juvare ipsum Dn. Comitem Sabaudiæ & ejus hæredes in perpetuum teneatur, & ejus honorem & commodum facere & procurare & omnia facere & præstare quæ bonus & fidelis & ligius Domino suo ligio facere & præstare tenetur. Item, promittit, quod ipse nec successores ipsius non facient aliquas conjurationes, confœderationes, pactiones, promissiones, nec aliquid aliud aliquo tempore cum civibus & hominibus Gebenn. nec aliquo, sive aliquibus ex eis, qui nunc sunt, & qui pro tempore fuerint contra ipsum Dominum Comitem Sabaudiæ & ejus hæredes vel quæ eidem Domino Comiti Sabaudiæ vel ejus hæredibus essent vel esse possent dampnosa vel dampnosæ: Sed eidem Domino Comiti Sabaudiæ & ejus hæredibus salvabit & salvare promittit & tenetur jura, quæ habet in Civitate prædicta & omnia quæ ipse Dominus Comes Sabaudiæ tenet & possidet vel quasi, quoquo modo in Civitate Gebenn. & toto ejus districtu. Renunciantes in hoc facto dictæ Partes &c. Voluit insuper idem Dominus Comes Gebenn. & concedit dicto Domino Comiti Sabaudiæ, quod ipse & successores sui possint coram Reverendis in Christo Patribus Dominis Gebenn. & Mauriennæ Episcopis & ipsorum quolibet conveniri, & ubi

ubi conventi fuerint respondere teneantur & possint compelli, excommunicari per quemlibet prædictorum Dominorum si prædicta vel aliqua de prædictis non servarent, & terra ipsorum supponi Ecclesiastico interdicto, & ex nunc ipsorum & cujuslibet eorum Ecclesiasticorum Judicum jurisdictioni se supponit dictus Dominus Comes Gebenn. prædictis nominibus & in se & successores suos jurisdictionem dictorum Dominorum Episcoporum & cujuslibet eorum prorogat. Actum apud S. Georgium de Esperenchia, in Castro, in Camera dicti Dn. Comitis Sabaudiæ, ubi testes fuerunt vocati & rogati, vir Venerabilis & Religiosus Dn. Renaldus, Abbas S. Ruphi Valent. Humbertus, Dn. de Malobecco, Dn. Aymarus de Bello-Videre, Dn. Hugo de Chandeya, Dn. Petrus de Terniaco, Dn. Petrus de Duyne, Dn. Rodulphus de Ponte-Vitreo, Dn. Stephanus de Compeysio Canonicus Gebennensis, Hugo de Droysiaco Jurisperitus, Dn. Baxiamus, de Guachiis, Dn. Joh. Bertrandi, Dn. Antonius de Bargiis de Bello-videre, Petrus de Cella-nova, Guido de Soisello, Dn. de Bardellis & plures alii fide digni . . Nos autem Amedæus Comes Sabaudiæ & nos Guillelmus Comes Gebenn. confitentes & afferentes prædicta omnia contenta in instrumento præsenti processisse, gesta & acta fuisse, & ea pariter esse vera & ea observare velle & custodire, sigilla nostra præsenti instrumento apposuimus in testimonium & robur prædictorum.

XXI.

Tabulæ fœderis inter Philippum de Sabaudia, Principem Achaiæ, & Guidonem Dalphini, Montis Albani Dominum, suo & Johannis Dalphini, fratris nomine, pacti, d. d. 10. Febr. A. 1311.

IN nomine Domini, Amen; Anno ejusdem M. CCC. XI. Indict. IX. die Mercurii X. Februarii; Noverint universi, quod in præsentia mei Notarii & testium infrascriptorum illustres & potentes Viri Dom. Philippus de Sabaudia, Princeps Achayæ, & Dn. Guido Dalphini Dn. Montis-Albani suo nomine ac vice & nomine Viri Illustris ac potentis Dni Johannis Dalphini, Vienn. fratris sui, ipsoque Domino Guidone promittente se facturum & curaturum cum effectu, quod Dn. Dalphinus omnia infrascripta ratificabit & de novo faciet in omnibus & per omnia ut inferius apparebit: volentes & considerantes dicti Dom. Princeps & Guido & ipsorum quilibet perpetuo inter ipsos & Dn. Dalphinum jam dictum & quemlibet ipsorum bonam ac firmam pacem, amorem sincerum, ligam, confœderationem & tranquillitatem esse habere ac tenere Deo propitio in futurum solemnibus stipulationibus intervenientibus inter ipsos, promissiones & pacta nominibus, quibus supra duratura perpetuo inter eosdem fecerunt ad invicem infrascripta. Primo videlicet; quod Dn. Dalphinus, & Dn. Guido ejus Frater prædicti teneantur & debeant toto posse & bona fide juvare & deffendere Dn. Philippum de Sabaudia, Principem Achayæ contra quamcumque personam, Collegium & Universitatem, pactis & conditionibus infrascriptis. Et versa vice prædictus Dn. Princeps teneatur & debeat toto posse & bona fide juvare & deffendere prædictum Dn. Dalphinum & Guidonem contra quamcumque personam, Collegium & Universitatem, pactis & conventionibus infrascriptis: Videlicet, quod prædictus Dn. Dalphinus teneatur juvare prædictum Dn. Principem cum sex viginti hominibus cum armis equitibus & Dn. Guido Dalphini cum viginti & plus, Dn. Dalphinus cum quatuor millibus peditibus armatis per tres menses in quolibet anno & citra montes, propriis expensis præd. Dn. Dalphini & Guidonis. Et ultra montes teneantur Dn. Dalphinus toto posse juvare Dn. Principem, & dictus Dn. Guido cum triginta equitibus cum armis, & vice versa dictus Dn. Princeps teneatur juvare dictum Dn. Dalphinum & Dn. Guidonem citra montes toto posse suo, & ultra montes in propria persona, & de sua gente propriis expensis ejusdem Dn. Principis, de quinquaginta hominibus equitibus cum armis Dn. Dalphinum prædictum, & Dn. Guidonem de viginti hominibus armatis tribus mensibus in anno. Et de prædictis excipiuntur pro parte Dn. Dalphini & Dn. Guidonis infrascripti; videlicet Imperator, Rex Franciæ, Rex Siciliæ, Dn. Joh. de Cabilione, Dn. Beraldus de Mercurio Comes Forensis, Dn. Aymarus de Pictavia Comes Valentinensis, Archiepiscopus Viennæ, Marchio Saluciarum, Dn. Margarita soror dict. Dn. Dalphini & Guidonis, uxorque Friderici filii ipsius Marchionis Saluciarum. Pro parte vero ipsius Dn. Principis excipiuntur, Imperator, Comes Sabaudiæ, & omnes de Hospitio Sabaudiæ & eorum homines, & Dn. de Bellojoco & Comes Valentinensis, & Marchio Montisferrati & illi de Cherio. Acta fuerunt prædicta in Civitate Mediolani, in Domo Fratrum Minorum, præsentibus Dn. Gratone Dn. Clairiaci, Guidone Dn. de Tulino, Guidone de Laya militibus, & Galberto Condomino de Lucerna testibus.

XXII.

Literæ, quibus Henricus VII. Rom. Imperator, Amadeum V. Comitem Sabaudiæ, Ducem Chablasii & Vallis Augustæ Marchionem in Italia, de Baroniis, Civitatibus, Castris, Villis, meris & mixtis Imperiis, & Jurisdictionibus quibuslibet, quas tunc temporis prædictus Comes tenebat & possidebat, investivit, d. d. 3. Junii, An. 1313.

HEnricus septimus, Divina favente clementia Rom. Imper. semper Augustus, ad perpetuam rei memoriam. Cum nos ante susceptionem Imperialis Coronæ Rex Romanorum extitimus, attendentes præcelsa fidelitatis merita Illustris & spectabilis Viri Amadei Sabaudiæ Comitis, Principis & Affinis nostri carissimi, quibus se nobis & Imperio gratum & fructuosum reddere procurabat, sicut & postmodum continuo reddidit, & ad præsens incessanter reddit, ipsum Amadeum, Comitem Sabaudiæ, Ducem Chablasii, & Vallis Augustæ Marchionem in Italia,

talia, & Dominum Baugiaci & Coloniaci, affi- nem & fidelem nostrum charissimum recipien- em pro se, & hæredibus suis, Sabaudiæ Comiti- bus, de qua nostra donatione & traditione eun- dem Amadeum investierimus in Civitate Asten- si & traditionem fecerimus in præsentia Reve- rendi in Christo Patris Domini Arnaldi, Sanctæ Mariæ in porticu Diaconi Cardinalis in partibus Italiæ, Domini Summi Pontificis generalis lega- ti, necnon, & venerabilium Cassonis Mediola- nensis Archiepiscopi, Henrici Tridentini Can- cellarii nostri, Girardi, Basiliensis Episcoporum Principum nostrorum & Nobilium Virorum Manfredi Marchionis Salutiarum, Hugonis & Guidonis Delphini Fratrum, Illustris Lupoldi, Ducis Austriæ, Philippi de Sabaudia, Aymari de Poitiers, Gratonis de Clayriaco, Aymari de Bel- lovidere, Petri Domini Alti Villarii, Girardi di- cti Guespa de Varax, Guillermi de Briardo, & Henrici de Septimo militis ac Magistrorum Hen- rici de Peretulo, Anthoni de Bargis & Petri de Claromonte, Jurisperitorum, ac bonæ memoriæ quondam Theobaldi Leodiensis Consanguinei, & Aymonis Gebennarum Episcoporum, nec non quondam Valerani de Luxemburgo, Ger- mani nostri, & plurium aliorum fide dignorum testium, ad præmissa vocatorum & rogatorum in Principatum cum sceptro Regali, ipsumque A- madeum, Sabaudiæ Principem constituerimus & creaverimus, eidemque Amadeo Sabaudiæ, ultra honorem & dignitatem, & nomen Comi- tis & Comitatus, nomen, honorem & dignita- tem, atque administrationem, nec non Principis & Principatus Privilegia plenissime largientes, & insuper ipsum Amadeum recipientes, ut su- pra investierimus tanquam verum & legiti- mum Principem & Comitem Sabaudiæ, Ducem Chablasii & Vallis Augustæ Marchionem in Ita- lia, Dominum Baugiaci, & Coloniaci, cum sce- ptro Regali, quod in manu nostra tenebamus, in feudum nobile, antiquum, & Paternum de o- mnibus his, & singulis Baroniis, Civitatibus, Ca- stris, Villis, meris & mixtis Imperiis & Jurisdi- ctionibus quibuslibet, Regaliis, Pedagiis, anti- quis & consuetis, & aliis quibuscunque rebus corporalibus, quæ & quas ipse Comes tenet & possidet, vel quasi per se vel per alium, vel alios ab ipso in præsenti & etiam de his, de quibus Prædecessores nostros Imperatores vel Reges Roman. quæ non sunt de feudo aliquarum Ec- clesiarum in prædictis Baroniis, & earum per- tinentiis, & qualibet ipsarum & in aliqua alia parte titulo feudi, vel alio investiti sunt. Et etiam de his aliis & singulis quocunque nomi- ne seu vocabulo nuncupatis in augmentum jam dictorum feudorum, quæ ad Nos, & Imperium pertinebant in prædictis & quolibet prædicto- rum, vel pertinere debebant, tanquam commis- sa, seu escheyta, vel aperta, vel qualicunque alia vocatione, rationes & defensiones pro prædictis habendis, tenendis & possidendis ei- dem Amadeo utiles & necessarias ex causa præ- dicta cedentes, ipsumque & Vasallum nostrum Procuratorem in ipsis actionibus & defensioni- bus constituentes, ipseque Amadeus pro præ- dictis nobis osculo Pacis interveniente tactis sacrosanctis Evangeliis fidelitatem juravit, & omnia capitula, quæ in forma fidelitatis nova, & veteri continentur; dictusque Amadeus post- quam Deo autore Diadema Imperiale suscepi- mus, nobis humiliter duxerit supplicandum, ut easdem investituras & concessiones præmissas, quas eidem ut Rom. Rex fecimus, ut Rom. Imper. eidem faceremus, & jus etiam si non haberet, constitueremus eidem. Nos ejusdem justis sup- plicationibus annuentes, de uberiori gratia cel- situdinis nostræ, eidem Amadeo, suis exigenti- bus meritis complacere curantes ipsas investi- turas, concessiones, & omnia & singula supra- dicta, quæ nos, ut Rex Roman. profitemur fe- cisse, ut Roman. Imperator Dei gratia ex certa scientia ratificamus, & approbamus, innova- mus & de novo facimus, ut melius & verius possumus ad utilitatem dicti Amadei, & hære- dum suorum, non obstante eidem Amadeo ju- re aliquo, quod in prædictis petere, exigere vel requirere posset aliquis natus ex progenie vel Cognatione Comitum Sabaudiæ, nam quoad il- los jus eidem Comiti & hæredibus suis ex certa scientia statuimus in prædictis, & volentes in ipsum Amadeum utile Dominium prædictorum in feudum, ut supra concessorum transferre, sal- vo semper & reservato nobis, & successoribus nostris directo Dominio, & alta Signoria tan- quam Domino superiori omnium & singulo- rum præmissorum, tam corporalium, quam in- corporalium. & omnibus juribus, honoribus, & servitiis nobis competentibus, tanquam Domi- no superiori constituimus nos naturalem pos- sessionem & quasi ipsarum rerum ut supra con- cessarum, quas non possidet, vel quasi nomine ipsius Amadei, & hæredum suorum possidere, & quasi, donec possessionem, & quasi acceperit, quam accipere possit, quandocunq; de sua pro- cesserit voluntate, secundũ investituram supra- scriptam adjicientes, quod per hanc nostram In- vestituram & concessionem, non intendimus in his quæ dictus Amadeus non possidet, per se, vel per alium juri alterius derogare. Nulli ergo o- mnino hominum liceat hanc nostræ ratificatio- nis, approbationis, innovationis, & de novo con- cessionis paginam infringere vel ei aliquo ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, gravem indignationem nostram, & pœnam mille librarum auri puri, medietatem Ca- meræ nostræ, reliquam vero passo injuriam per- solvendam se noverit incursurum. Hujus autem rei testes sunt Venerabiles Oddo Pisanus, & Por- chetus Janüensis Archiepiscopi, Principes & Consiliarii nostri, Henricus de Spanheim Con- sanguineus noster, Magistri, Joannes de Vus- cinga utriusque Juris Doctor, & Stephanetus de Sancto Geminiano, Juris Civilis Professor, Aulæ nostræ Judices, Simon Philippi de Reali- bus, de Pistorio miles, & Camerarius noster, & quamplures alii fide digni, & fideles nostri di- lecti. Signum Domini Henrici Septimi, Roma- norum Imperatoris Invictissimi. Datum Pisis sub Bulla nostra aurea tertio Idus Junii, indi- ctione undecima, anno Domini millesimo tre-

centesimo decimo tertio, Regni nostri anno quinto, Imperii vero primo.

Ego frater Henricus Tridentinus Episcopus, Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius vice Dom. Henrici Coloniensis Archiepiscopi Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarii recognovi.

XXIII.

Literæ, quibus Henricus VII. Roman. Imperator, Amadeum V. Comitem Sabaudiæ, de Civitate & Comitatu Astensi investivit, d. d. 8. Kal. Martii, An. 1317.

HEnricus Septimus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ad perpetuam rei memoriam. Dum in Circuitu Throni Cæsarei, nostræ mentis aciem, & considerationis intuitum ad Principes & Barones Imperii, qui ab eo Nobilitatum, & dignitatum radiis illustrantur, diligenter convertimus, dumque merita cujuscunque ipsorum decernimus, illos Augusti clementia sincerioris dilectionis, & gratiæ recompensatione prosequitur, qui ante Suæ Majestatis conspectum per claræ fidei studia, & devotionis puræ constantiam, se gratos faciunt, & exhibent fructuosos: Attendentes itaque magna & multiplicia merita spectabilis Viri, Amadei, Principis & Comitis Sabaudiæ, fidelis & affinis nostri Carissimi, qui tanquam Sydus præfulgidum circa illustre Imperii Solium, (postquam ad illud nos dispositio divina vocavit,) semper absque interminatione a dextris nostris assistens, & sincerum suæ fidelitatis affectum evidenter ostendens erga nos, qui vocati sumus a Deo in potestatis plenitudinem, pro sua particulari sollicitudine, salubribus Consiliis & laudabilibus servitiis continue relevare studuit & semper pro viribus nobis obsequi non desistit, & confidentes, quod de virtute in virtutem conscendens tanto erga Romanum Imperium fide ac devotione concrescat, quanto se ab eo majoribus largitionibus & retributionibus communitum agnoverit, eidem Comiti, cujus honorem & prosperitatem affectamus ex corde, libenti desiderio munificentiæ nostræ dexteram aperimus. Cupientes itaque personam suam specialibus prævenire favoribus & gratiosis muneribus honorare; dicto Comiti, & ejus legitimis hæredibus de suo corpore per masculinam lineam, ex Maria uxore sua & sorore nostra prædilecta nascituris vel si ex ea ipse liberos masculos non haberet, aliis ejusdem Comitis legitimis liberis, Civitatem & Comitatum Astensem cum universis & singulis Castris, Villis, Cassalibus, possessionibus, Terris cultis & incultis, districtibus, Territoriis, Juribus, Jurisdictionibus & pertinentiis Civitatis & Comitatus prædictorum & cujuslibet eorum, in feudum tenore præsentium concedimus & largimur; Conditiones infrascriptas in concessione & largitione hujusmodi adjicientes expresse, videlicet quod si eum dictæ Mariæ forsan præmori contingeret, ipsa Maria sola Civitatem & Comitatum prædictos cum Castris, Villis, Casalibus, possessionibus, terris, territoriis, districtibus, juribus, Jurisdictionibus, & pertinentiis supradictis, quamdiu vixerit, habere debeat & tenere. Post cujus mortem ad liberos masculos ipsius Mariæ & dicti Comitis natos, vel eis non extantibus ad alios dicti Comitis legitimos liberos feudum hujusmodi devolvatur; verum tamen si postquam ipse Comes fuerit rebus humanis exemtus, Nos vel aliquis successorum nostrorum Imperatorum & Regum Romanorum Civitatem & Comitatum prædictos vellemus redimere, & ad manum nostram reducere, Maria, liberi & hæredes prænominati, & quilibet eorum per modum superius expressum, nobis & cuicunque successorum nostrorum prædictorum pro ducentis millibus florenorum auri dictos Civitatem, & Comitatum, cum Castris, villis, terris, possessionibus, territoriis, districtibus, Juribus, Jurisdictionibus, & pertinentiis prædictis libere & expedite restituant, ipsa ducenta millia florenorum extra Comitatum Sabaudiæ, quem propter supra vel infrascripta a servitiis de ipso Imperiali Culmini debitis in nullo penitus exonerare intendimus, in emtionem terrarum & locorum aliorum ascendentium ad valorem annuum viginti millium florenorum auri totaliter convertant, & easdem terras & loca præfati Comitissa, liberi & hæredes modo prælibato in feudum perpetuis temporibus ab Imperio recognoscant, & prædicta Comitissa dictas res emtas ex dicta pecunia teneat in vita sua, post mortem ipsius ad dictos liberos devolvantur, per modum de dicta Civitate & Comitatu in præsentibus enarratum; & tam iidem Comes & Maria, quam hæredes & liberi eorum prædicti, causa præmissorum, cum ducentis sufficientibus equis armorum, videlicet ad rationem cujuslibet Centenarii, de dictis viginti millibus florenorum cum uno equo servient, aliaque servitia facient, & per tres menses integros, ubicunque locorum Italiæ singulis annis in expensis propriis, prædicta & alia servitia in Registro Cameræ nostræ contenta, faciant & facere teneantur, expresse retinentes & reservantes ex nunc nobis & eisdem successoribus nostris talia servitia, jura, servitutes, & Dominia in prædictis, Civitate, Comitatu, Castris, Terris, Casalibus, Possessionibus, territoriis, villis, districtibus, juribus, jurisdictionibus & pertinentiis supradictis; ac postquam eos, eas, & ea, ut dictum est, nos & successores prædicti redemerimus, pro prædicta pecuniæ summa, in terris, locis, & annuo redditu, qui & quæ de ipsa, ut dictum est, emti, emtæ, ac emta fuerint, qualia in Registro ipso continentur, & memoratum Comitem nobis recipientibus pro nobis & successoribus nostris prædictis, & Romano Imperio de Civitate, Comitatu, castris, villis, casalibus, possessionibus, terris, territoriis, juribus, jurisdictionibus & pertinentiis supradictis, homagium facientem & fidelitatis juramentum præstantem, & per juramentum ipsum, nobis & successoribus nostris prædictis,

dictis, Romanoque Imperio fidelitatem & obedientiam debitam, ac etiam omnia alia quæ in forma fidelitatis nova & veteri continentur, perpetuo fideliter facere & observare, servitiaque supradicta impendere, jura, servitutes, & Dominia nostra prætacta, in quantum spectabit ad eum, & Mariam ac hæredes suos prædictos integraliter reddere & conservare, ac ea, vel eorum aliquod, per se vel alium seu alios, publice vel occulte, nullatenus impedire, promittentem de Civitate, Comitatu, Castris, Villis, Casalibus, Terris, possessionibus, territoriis, districtibus, juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis supradictis, tanquam de feudo nobili, per baculum, quem manu gestamus, præsentialiter investimus; Præterea Comiti, ac post ejus decessum, Mariæ, hæredibus & liberis suis prædictis, in eisdem civitate, comitatu, castris, villis, terris, juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis supradictis, & merum mixtum Imperium, & simplicem Jurisdictionem, per se & suos officiales exercendam ibidem, usque ad nostrum & successorum prædictorum nostrorum beneplacitum, per præsentes damus & concedimus, & ipsos ordinarios facimus in præmisfis. Mandantes & præcipientes harum serie, obedientiam & servitium debitum a civibus, incolis, & habitatoribus civitatis, comitatus, castrorum, villarum, casalium, territoriorum, districtuum, terrarum, & pertinentiarum prædictarum, præfato Comiti, tanquam eorum Domino exhiberi, & de juribus, redditibus spectantibus ad Dominium civitatis, comitatus, castrorum, villarum, casalium, territoriorum, districtuum, & terrarum prædictarum absque difficultate qualibet integraliter respondere, & super his ab eisdem civibus, incolis, & habitatoribus, salvo semper & reservato primæ fidelitatis debito, in quo nostræ Majestati tenentur, cum promptitudine juramentum præstari, sicut indignationem nostram cupiunt evitare: Demum per præmissa, vel aliquod præmissorum non intendimus, neque volumus, quod præfatus Comes, dictis Astensibus rebellibus nostris vel alicui eorum de excessibus, quos contra nos & Imperium commiserunt, indulgere, seu sententias, pœnas, vel banna, quas & prædicti Rebelles causa Rebellionis, contra nos & Imperium attentare invenerint, relaxare quoquo modo valeat, absque nostra licentia speciali. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrarum concessionum, investituræ, ac Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram, & pœnam mille librarum auri, pro dimidia parte Cameræ nostræ, & pro reliqua dimidia, passo injuriam solvendarum, se noverit incursurum. Hujus autem rei testes sunt: Venerabilis Balduinus, Treverensis Archiepiscopus, Germanus & Princeps noster charissimus, ac spectabiles & nobiles Viri Joannes Foresii, & Frederic. Montis-feretri, Comites; Henricus de Flandria, Marescalcus Curiæ Imperialis, Consanguineus noster, Thomas de septem fontibus; Neapoleo de Mangone, Comes Huguicio de Fagiola; Hugo Comes de Buete, Gottifridus de Hohenloch: Tancredus de Mutiliana & Binoducius de sancta flora, Comites & plures alii Nobiles fide digni. Datum apud Montem Imperialem, in Castris supra Florentiam, octavo Kalend. Martii, indictione undecima, Anno Domini M.CCC. XVII. Regni nostri anno quinto, Imperii vero primo.

XXIV.

Treugæ per Arbitros a Johanne XXII. Pontif. maxim. & Johanna, Franciæ Regina, datos, inter Dalphinum Viennensem, & Comitem Sabaudiæ, ac eorum Valitores factæ, d. d. 18. Septembr. An. 1322.

NOs Frater Guillelmus permissione Divina Sanctæ Vienn. Ecclesiæ Archiepiscopus & Guillelmus Dominus de Revello, notum facimus universis, quod cum propter bonum pacis & concordiæ missi fuerimus nos Archiepiscopus præd. ex parte Sanctissimi Patris, & D. nostri Johannis Divina providentia summi Pontificis, & nos præd. Dominus de Revello ex parte Serenissimæ D. Johannæ Reginæ Franciæ & Navarræ ad magnificos Principes D. D. Comitem Sabaudiæ & Dalphinum Vienn. pro Treugis inhiendis & firmandis inter ipsos, ut ipsis pendentibus pacis & concordiæ tractatus melius ac liberius haberetur, ac mala & discrimina, quæ ex guerrarum discrimine obveniunt, vitarentur. Tandem, opitulante Domino de consensu partium, præd. Treugæ inhitæ fuerunt & firmatæ usque ad Festum Nativitatis Domini proximum sequens, sub certis poenis, juramentis & conditionibus, sicut in litteris, sigillis dictar. partium & nostris sigillatis plenius continetur. Fuit etiam actum inter partes, quod nos Archiepiscopus & Dominus de Revello præd. Treugas possimus prorogare usque ad sequens Festum Paschæ, sub eisdem juramentis, pœnis & confirmationibus, quibus usque ad nativitatem Domini fuerant confirmatæ --- Nos igitur Archiepiscopus & Dom. de Revello præd. secundum potestatem nobis a partibus traditam Treugas præd. prorogamus, confirmamus & inhimus sub omnibus modis & conditionibus in primis Treugis contentis, usque ad sequens Festum Paschæ inclusive. Et quia forte a quibusdam minus provide posset hesitari utrum præsens prorogatio, quoad Treugas nobis nominibus quibus supra tractantibus, datas inter præfat. Dom. Comitem Sabaudiæ, & Dom. Agnetem de Cabilione Comitissam, Tutricemque Amedæi Comitis Gebennensis, eorumque liberos, valitores & subditos quoscumque locum sibi vendicaret, ut eorum hæsitatio totaliter amputetur, Treugas proxime datas sub pœnis & formis contentis & appositis in Treu-

Treugis hinc & inde ab utrisque partibus datis & concessis, usque ad Festum Paschæ præd. specialiter & expresse prorogamus &c. In cujus rei testimonium, præsentes litteras per Notarium infrascriptum scribi & publicari mandamus, & nostrorum sigillorum appensione muniri. Datum Avinione in Ecclesia Fratrum Sancti Augustini, Anno Nativitatis M. CCC. XXII. Ind. V. die XVIII. mensis Septembris, Pontificatus D. Johannis Papæ XXII. anno septimo. Præsentibus discretis viris Magistro Boni-Diei Rectore Ecclesiæ de Orboy, Francisco de Mentonay, Clericis Gebenn. Diocesis, & Religioso Viro Dom. Priore de Tullins Ordinis Sancti Benedicti, Gratianop. Diocesis, testibus ad præmissa vocatis.

XXV.

Contractus matrimonii inter Aymonem, Comitem Sabaudiæ, & Violandam, Marchionis Montisferrati filiam, stabilitus, d. d. 1. Maji, An. 1330.

IN nomine Domini, Amen. Anno a Nativitate Domini M. CCC. XXX. indictione XIII. die I. mensis Maji, per hoc præsens publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter; Quod Viris Illustribus & Magnificis Domino Aymone Comite Sabaudiæ ex una parte, & Domino Theodoro Excellentissimi Imperatoris Græcorum Filio Porfirogenito Marchione Montisferrati ex alia, constitutis in presentia mei, & aliorum Notariorum, & testium infra scriptorum propter ea specialiter quæ sequuntur. Item Dominus Comes promittit dicto Domino Marchioni præsenti, & recipienti per juramentum suum ad S. Dei Evangelia corporaliter præstitum, quod ipse ducet, & accipiet in Uxorem Dominam Violandam Filiam dicti Domini Marchionis, & eam in facie Ecclesiæ desponsabit, & vice versa dictus Dominus Marchio promittit dicto Domino Comiti præsenti & recipienti per Juramentum suum ad Sancta Dei Evangelia corporaliter præstitum, se daturum in uxorem dicto Dn. Comiti dictam Dominam Violandam filiam suam, & se facturum & curaturum cum effectu, quod dicta Filia sua in Virum accipiet dictum Dominum Comitem, & in ipsum consentiet tanquam in ejus Maritum per verba de præsenti; Cujus matrimonii contemplatione prædictus Dominus Marchio constituit in dotem dicto Dn. Comiti, & nomine, & ex causa dotis dictæ Dominæ Violandæ dat, tendit, cedit, & concedit omnia jura sua, & rationes sibi competentes & competentia, competituras, & competitura in Castris, Villis, Lancei, Cyriaci, & Casellarum, & eorum mandamentis, & in terris, pratis, vineis, nemoribus, alpibus, aquarum decursibus, domibus, serviriis fictis, & omnibus Minis cujuscumque metalli existant, tailliis, homagiis, fidelitatibus, feudis, emphitevtis, laudibus, venditionibus, jurisdictione, meris & mixtis Imperiis, & rebus aliis universis cum eorum pertinentiis quæcunque sint, & quocumque nomine censeantur, pacto, & conventione expressim talibus appositis, quod si dictus Dn. Comes (quod Deus avertat) præmoriretur dicta Domina Violanda superstite, quod ipsa D. Violanda una cum dote sua & dotalicio libere redeat ad Dominum Marchionem vel ejus hæredes juxta beneplacitum & voluntatem dicti D. Marchionis vel ejus hæredum seu successorum, & dictæ Dominæ Violandæ. Si vera dicta Domina Violanda præmoriretur dicto D. Comite superstite sine liberis, quod dicta data in dotem absque dotalicio sive donatione propter nuptias dicti D. Comitis redeant libere ad dictum Dominum Marchionem, vel hæredes & successores ipsius; salvis semper rationibus dotalibus Illustris Dominæ Margaretæ de Sabaudia dudum Marchionissæ Montisferrati, cæteri casus dotis restituendæ juri communi; ita tamen, quod in prædictis omnibus casibus, seu in aliquo alio casu dotis restituendæ, non possit impediri restitutio dictæ dotis per aliqua jura acquisita per ipsum D. Comitem, vel ejus prædecessores, vel per dictam Dominam Margaretam ex alia causa quam ex ea dotis ipsius Dominæ Margaretæ; Et si contingeret, dictam Dominam Violandam decedere superstitibus ex ipsa liberis masculis ex dicto D. Comite procreatis, quod jura quæ habet, vel haberet dictus D. Comes ultra dicta data in dotem per dictum D. Marchionem dictæ Dominæ Violandæ, sive dicto D. Comiti in castris prædictis perveniant ad dictos liberos, si jus commune postulat & requirit. Et versa vice prædictus D. Comes dat, cedit & concedit atque constituit dictæ D. Violandæ, seu dicto D. Marchioni Patri ipsius stipulanti, & recipienti nomine, & ad opus dictæ D. Violandæ filiæ suæ, in donationem propter nuptias seu dotalicium, videlicet triginta mille florenos auri, tali pacto, & conventione appositis, quod si dicto D. Comite superstite dictam Dominam Violandam prædecedere contingeret, quod in ipso casu dicta donatio sit irrita, & omni virtute cassata, & e converso si superstite dicta Domina Violanda dictus D. Comes prædecederet, ipsa D. Violanda habeat, & percipiat vigore donationis prædictæ prædicta triginta mille florenos, hoc etiam pacto apposito, quod si contingeret dictam Dominam Margaretam prædicta jura sua donare, vel relinquere dicto Domino Marchioni vel dictæ Dominæ Violandæ, vel aliis Filiis dicti Domini Marchionis, quod in hoc casu dicta donatio triginta mille florenorum rata, & firma permaneat, prout & superius declaratum: Si vero dicta Domina Margareta dicta jura sua transferret in prædictum Dominum Comitem, vel alias quascumque personas, vel personam, Collegium vel Universitatem Ecclesiasticas vel Seculares, quovis titulo, ratione vel causa, in eo casu idem Dominus Comes teneatur, & debeat dicta loca Lancei, Cyriaci, & Casellarum cum pertinentiis suis

suis pro juribus dictæ Dominæ Margaretæ recuperare & tradere dictæ Dominæ Violandæ pro dicto dotalicio, & loco dictæ donationis propter nuptias, & tunc dicta donatio, seu dotalicium triginta mille florenorum sit cassa & irrita, & ad solutionem dictorum triginta mille florenorum dictus Dominus Comes, vel ejus hæredes ex tunc minime teneantur, & dicta Domina Violanda plene habeat & teneat dicta jura cum aliis rebus datis in dotem ut supra in casibus supradictis dotis restituendæ & repetendæ, salvis semper juribus dictæ Dominæ Margaretæ in vita sua, si tamen dicta Domina Violanda prædecederet superstite dicto Domino Comite, ut supra etiam in eo casu dictus Dominus Comes recuperare debeat & habeat dicta jura dictæ Dn. Margaretæ, & ad ipsum pertineant pleno jure: & pro prædictis omnibus & singulis firmiter attendendis & observandis per dictum Dominum Comitem dictæ Dn. Violandæ, idem Dn. Comes obligat, & hypothecat, atque assignat specialiter & expressim dictæ Dn. Violandæ, ministerio dicti Dn. Marchionis totam terram suam, & Castellaniam Maurianæ cum omnibus suis juribus, pertinentiis, mero & mixto Imperio, & omnimoda jurisdictione, & eidem Dn. Violandæ obligat omnia bona sua. Item convenit & promittit dictus Dn. Marchio prædicto Dn. Comiti, quod si contingeret dictum Dn. Marchionem, vel ejus liberos masculos ex legitimo matrimonio procreatos decedere quoquo tempore absque liberis masculis ex suis corporibus & legitimis matrimoniis procreatis, quod in illo casu Marchiones Montisferrati cum ipsius honoribus, vasallis, jurisdictionibus, meris & mixtis imperiis, & universaliter cum ipsius juribus sint, & esse debeant pleno jure dictæ Dn. Violandæ, & successorum suorum in augmentum, & ex causis dotis dictæ Dn. Violandæ, expressim hoc pacto apposito, quod si aliquæ Filiæ remanerent & extarent ex dicto Dn. Marchione, & Filiis suis legitimis, & legitimis matrimoniis procreatis, quod eis provideatur secundum dignitatem Marchionatus per dictam Dn. Violandam, hæredes & successores ejus, de congrua, & sufficienti dote pro matrimoniis copulandis, vel per aliam viam castitatis, seu religionis, si ipsam magis eligerent. Item dictus Dn. Comes contemplatione dicti matrimonii quittat, cedit & remittit, atque donat dicto Dn. Marchioni præsenti, & recipienti omnia, & singula jura, obligationes, privilegia, seu investituras acquisitas hinc retro Clavasio, Virongio, Montebello, seu in aliqua alia parte Marchionatus Montisferrati per inclytæ recordationis Dominos Amedeum, & Eduardum Comites Sabaudiæ, vel per ipsum Dn. Aymonem nunc Comitem, vel per prædictam Dn. Margaritam, salvis & exceptatis juribus acquisitis hactenus per dictos Dn. Comites, & dict. Dn. Margaritam, vel per alterum ipsorum in dictis Castris Lancey, Cyriaci & Casellarum; Quæ quidem omnia jura acquisita in dictis castris Lancei, Ciriaci & Casellarum in prædicta renunciatione seu quittatione non intelligantur inclusa, salvo semper & reservato Capitulo seu Clausula, quod, & quæ incipit: Ita tamen, quod in prædictis omnibus casibus, seu in aliquo alio casu dotis restituendæ &c. Quæ jura mortua dicta Dn. Violanda relictis Filiis masculis ex ipsa & dicto Dn. Comite perveniant in ipsos Filios tantum, & non in alios Filios alterius matrimonii dictæ Dn. Violandæ; in aliis vero casibus dotis restituendæ jura acquisita per dictos Dominos Comites & dictam Dn. Margaritam impedire non possint restitutionem dictæ dotis, si casus contingeret dotis restituendæ, juribus dotis, & dotalicii dictæ Dn. Margaritæ in eorum robore nihilominus duraturis: Constituens idem Dn. Marchio se tenere, possidere, & quasi, prædicta in dotem assignatam, & data vice, nomine, & ad opus dicti Dni Comitis præsentis ibidem, donec de ipsis & singulis eorum corporalem possessionem, & quasi apprehenderit, quam apprehendendi, & apprehensam tenendi per se vel per alium dat, & concedit idem Dn. Marchio dicto Dn. Comiti præsenti, & recipienti authoritatem, licentiam & mandatum, quod suæ fuerit voluntatis, nullius alterius personæ licentia requisita, ipsumque Dominum Comitem in prædictis rebus dotalibus procuratorem, & Dn. constituit in rem suam, tam in rebus dotalibus ut supra: Mandans & præcipiens omnibus & singulis Vasallis, & subditis dictorum locorum Lancei, Cyriaci, & Casellarum præsentibus & futuris, ut de omnibus & singulis juribus, feudis, fidelitatibus, Vasallatibus, & homagiis, fictis servitiis, & aliis juribus, ut usagiis quibuscumque, costumis, & subjectione quacumque respondeant, pareant, & obediant dicto Dn. Comiti, & se subjiciant sicut dicto Dn. Marchioni, & suis prædecessoribus tenebantur. Promittentes etiam dicti D. D. Comes, & Marchio sibi ad invicem; & mihi & aliis Notariis infra scriptis stipulantibus & recipientibus nomine, & ad opus dictæ Dn. Violandæ, & omnium quorum interest, vel poterit interesse bona fide, & per solemnes & validas stipulationes, & per juramenta sua super sancta Evangelia corporaliter præstita, & sub hypothecis & obligationibus omnium bonorum suorum præsentium & futurorum, omnia & singula supradicta rata, grata, & firma habere perpetuo, & tenere, & ea facere attendere, & inviolabiliter observare. Renunciantes etiam dicti Dn. Comes, & Marchio ex certis eorum scientiis & per juramenta eorum prædicta exceptioni prædictorum non ita actorum, vel minus legitime, vel sine causa vel ex injusta causa actorum, & exceptioni doli mali, metus & in factum, & ne possint objicere plus actum & minus scriptum vel e contra, & cuilibet exceptioni fraudis, deceptionis, & immensæ seu inofficiosæ donationis vel dotis, & omni juri Canonico, & Civili, per quod possent contra prædicta facere vel venire. Promittentes etiam, & jurantes ut supra, se nihil facere vel fecisse, quominus omnia, & singula supra dicta plenum sortiantur effectum. Promittens etiam dictus Dn. Comes prædicto Domino Marchioni se facturum & curaturum cum effectu, quod Vasalli dicti Dn. Comitis in Castellania Maurennæ quos nominaverit dictus

dictus Dn. Marchio, jurabunt, & promittent se servaturos obligationem factam de dicta terra, & Castellania Mauriannæ obligatis pro dotalitio dictæ Dn. Violandæ, & fuit actum inter dictos duos Dn. Comitem, & Marchionem, quod de prædictis fiant unum, duo vel plura publica instrumenta pro dictis Dn. Comite, & Marchione, & Dn. Violanda, & omnibus quorum poterit interesse. Actum apud Castellas præsentibus R. in Christo Patre Domino Rudolpho Abbate Sancti Michaelis de Clusa, Illustri Viro Domino Amedeo Comite Gebenn. Dominis Ebalo de Chalant, Petro Marescalci, Guillermo & Martino ex Comitibus Coconati Signé Reynaudi, & de Rocho Bono.

XXVI.

Literæ Philippi de Sabaudia, Principis Achaiæ, quibus se foedus cum Guigone & Humberto Dalphinis, nepotibus suis, initum, inviolatum perpetuo esse servaturum asseverat, d. d. 21. Mart. An. 1331.

NOs Philippus de Sabaudia, Princeps Achayæ, Notum facimus universis præsentes Litteras inspecturis, quod ad nostram pervenit notitiam, quod quidam æmuli, volentes plus sapere quam oportet, asserunt & affirmant per Patriam, inter nos & charissimos Nepotes nostros, Dom. Guigonem, Dalphinum Viennens. & Humbertum ejus fratrem Dom. Fucigniaci esse aliqualem discordiam seu materiam quæstionis, maxime eo, quod æstate præterita fuerimus cum Dom. Comite Sabaudiæ, Domino nostro, super terra prædicti Humberti, licet per nos prædicta facta fuerint ex debito, ut tenemur, voluntatem & præcepta dicti Domini nostri Comitis exequendo. Verum volentes prædictis æmulis & aliis quibuscumque talia præferentibus auferre materiam alloquendi, & quod affectio quam habemus & habere debemus ad dictos charissimos Nepotes nostros specialiter ob affinitatem inter nos & dictos Nepotes nostros vigentem, mediante persona Katerinæ de Viennesio consortis nostræ carissimæ sit omnibus manifesta, recognoscimus, confitemur & protestamur quod nos ipsos Nepotes nostros non obstantibus supradictis seu aliis obstaculis quibuscunque, diligimus & charos habemus. Intendentes cum ipsis habere benevolentiam & amorem ab hodie in antea, sicut habere consuevimus cum illustri Viro Fratre nostro bonæ memoriæ Dom. Joh. Dalphino quondam. Promittentes eisdem & jurantes ad sancta Dei Evangelia, quod non faciemus nec procurabimus dampnum seu detrimentum ipsorum. Imo eisdem Nepotibus nostris dabimus auxilium & consilium quotiens opus fuerit & nos duxerint requirendos contra omnes & singulos excepto Dom. nostro Comite & aliis, contra quos & dummodo similiter prædicta facere & adimplere possemus sine apprehensione, & cum honore nostro. Hoc tamen salvo & addito, quod si prædictus Humbertus Dalphini ratificaverit & promiserit juramento præstando acta, gesta & promissa nobis per ipsum Dalphinum nomine suo & dicti Humberti super auxilio nobis dando & super abstinendo ab offensionibus nobis dandis . . . juxta formam & tenorem Litterarum ipsius Domini Dalphini datarum ista die cum sigillo suo prædicta omnia & singula plenam roboris firmitatem obtineant. Si vero non ratificaverit infra tempora contenta in Litteris ipsius Dn. Dalphini quod idem Dn. Dalphinus infra mensem, post ipsa tempora nobis notificare teneatur & post ipsum mensem prædicta nullius sint efficaciæ, sed remaneant in eo statu, in quo erant ante confectionem præsentium Litterarum interim tamen & durantibus ipsis temporibus, prædicta omnia & singula inviolabiliter observentur. Datum Pynarolii, die XXI. Mart. anno Dom. M. CCC. XXXI. Indictione XIV. cum appositione sigilli nostri.

XXVII.

Instrumentum pacis ac fœderis inter Dominos Humbertum Dalphinum & Aymonem Comitem Sabaudiæ sanciti, de An. 1334.

IN nomine &c. Per præsens publicum instrumentum notum fiat universis & singulis præsentibus & futuris, quod anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto Indictione secunda die septima mensis Maji, Illustres & Magnifici Principes Dom. Aymo Comes Sabaudiæ, Dux Chablaysii & Augustæ & in Italia Marchio ex una parte, & Dom. Humb. Dalphinus Vienn. Viennæ & Albonis Comes ac Palatinus, Dominusque Baroniarum de Turre & Fucigniaci ex altera, convenientes ad invicem, & in nostrum Notariorum publicorum infrascriptorum præsentia constituti, propter ea specialiter quæ sequuntur: Volentes super omnibus & singulis dissentionibus, quæstionibus, &c. ac habitis & irrogatis injuriis, damnis datis, hinc inde & dependentibus & emergentibus ex dependentibus ex eisdem & quolibet eorumdem inter inclitarum recordationum prædecessores ipsorum Comitis & Dalphini & deinde inter ipsos & eorum subditos, coadjutores, valitores & sequaces eorum & cujuslibet eorumdem a tempore pacis novissimæ factæ inter inclitarum recordationum Dom. Amedeum Comitem Sabaudiæ Genitorem dicti Domini Aymonis nunc Comitis, & Johannem Dalphinum Vienn. genitorem dicti Dom. Humberti nunc Dalphini citra, ad bonam pacem, concordiam, transactionem, finem & tranquillitatem venire. Mediatoribus tractantibus videlicet Magnif. Viro Dom. Amedeo Comite Gebenn. Nobil. Viris Dom. Anton. de Claromonte Dom. Bastidæ in Albanesio, & Philippo de Provana Legum Doctore Militibus pro parte dicti Dn. Comitis, & Dom. Humberto de Choulay Milite Domino Pontis Buringii & Amblardo de Bello-Monte Legum Professore, pro parte dicti Dom. Dal-

Dalphini. Præposito Sacro-Sanctæ Crucis signaculo, pacem bonam, firmam & validam concedente pacis autore perpetuo & inviolabiliter duraturam, unanimiter & concorditer ex certis eorum scientiis & voluntatibus spontaneis fecerunt & inhierunt pro se, hæredibus & successoribus omnibus & singulis eorundem ac subditis, coadjutoribus, valitoribus suis & sequacibus quibuscumque & super omnibus & singulis supradictis interveniente ad invicem inter ipsos oris osculo, in signum fidei pacis perpetuæ, fœderis & amoris. Et insuper transegerunt, concordaverunt, &c. in hunc qui sequitur modum.

Imprimis volentes paterna sequi vestigia, composuerunt & transegerunt, quod Pax novissima olim facta inter inclitarum recordationum Dom. Amedeum, Comitem Sabaudiæ, genitorem dicti Dom. Aymonis nunc Comitis ex una parte, & Dom. Johannem Dalphinum Vienn. Genitorem dicti Dom. Humberti ex altera, sic duret perpetuo & firma maneat inter ipsos, hæredes, successores, subditos, coadjutores, valitores, sequaces eorum, & ipsam Pacem approbant, ratificant, confirmant & de novo faciunt & valere volunt in omnibus & singulis suis articulis, clausulis, pactis & conditionibus designatis in ipsa, quasi singulæ clausulæ & capitula dictæ Pacis in hac præsenti describerentur expresse.

Item, præf. Dom. Aymo Comes, ex causa Pacis & Transactionis præsentis, nomine suo, hæredum & successorum suorum dedit, concessit & remisit dicto Dom. Humb. Dalph. stipulanti & recipienti, pro se & suis hæredibus & successoribus omne jus, actionem & requisitionem, quam & quod habet idem Dom. Comes & sibi competit & competere posset ex quacumque ratione &c. in Castro, Burgo, Villa, Mandamento, territorio, juribus & pertinentiis Montis-Lupelli, ita tamen quod in dictis pertinentiis non intelligatur feudum Castillionis in Chostagnia vel alia, quæ ante præsentem Pacem non teneret Dom. Daph. vel quæ per Dominos olim Montis-Lupelli dicto Dom. Dalph. seu ejus prædecessoribus non reperirentur concessa ante Pacem præsentem.

Item, dedit, transtulit, & quittavit idem Dominus Comes, pro se & suis, dicto Domino Dalphino nomine suo & suorum stipulanti, pro bono Pacis & ex causa Transactionis præsentis omne jus, actionem & requisitionem quam & quod habet & habere posset in Castro, Mandamento, territorio & pertinentiis Giriaci.

Et vice versa ipse Dom. Humbertus Dalphinus pro se, suisque hæredibus & successoribus suis, dedit pro bono Pacis & ex causa Transactionis præsentis, eidem Domino Aymoni Comiti concessit, transtulit & remisit omnia jura, omnesque actiones quæ & quas habet in Castris & Villis Sancti Germani de Ambayriaco & Alemorum, & pertinentiis omnibus & appenditiis eorumdem, ab aqua Albaronæ in longum, ipsius aquæ, versus prædicta loca & versus Mandamenta Ambroniaci & Sancti Ragnemberti, in quo non intelligatur Villa, Castrum, seu Mandamentum quod habet per se locus Sancti Mauritii.

Item, fuit actum & convenerunt Dom. Comes & Dalphinus quod omnia & singula hostagimenta, conventiones, redemptiones non solutæ ac obligationes quæcumque quorumcumque captorum, hinc inde facta, præstita, seu factæ, præstitæ vel promissæ, ratione captivationis eorum, ex nunc sint ex causa præsentis Pacis & Transactionis quitta, nulla, cassata & penitus annullata, & eos & ea omnia & singula sibi ad invicem alter alteri per mutuas stipulationes, & solemnes suis, subditorumque & valitorum ac sequacium suorum nominibus quittaverunt & penitus remiserunt, & specialiter idem, Dom. Dalphinus quittavit & remisit, ut supra, dicto Dom. Comiti & transtulit in eundem omnes & singulas conventiones, pacta & obligationes ac promissiones, factas hactenus per Dominos Robertum de Burgundia aliquosque subditos Ducis Burgundiæ quicumque sint, Comitem Autissiodorensem & Dom. Belli-Joci quondam ratione homagii vel alia qualibet causa, sive per alias personas ad hæc intervenientes pro ipsis & omnia ea pariter ad quæ teneri possent, ratione obligationum factarum, ratione captivationis eorum, exceptis hiis dumtaxat, quæ de conventionibus Domini Belli-Joci inferius declarantur.

Item, fuit actum & conventum inter dictos Dominos Comitem & Dalphinum, quod feuda Dominorum de Villariis, & Belli-Regardi, quæ habuit prædictus Dom. Dalphinus à Dom. Belli-Joci, ratione captivationis ejusdem, sint, & remaneant in dispositione & arbitrio summi Pontificis & de ipsis ordinet pro utroque ipsorum, prout sanctitati suæ videbitur faciendum, & si ita esset quod ipse Dom. Papa de ipsis non determinaret, sint & remaneant in arbitrio & dispositione quatuor supra nominatorum.

Item, idem Dom. Dalphinus ex causa præsentis Pacis & Transactionis eidem Dom. Comiti reddit & realiter reddere, tradere & expedire promisit Bastitam de Secusia, quam tenet idem Dom. Dalphinus.

Item, fuit actum & conventum inter ipsos Dom. Comitem & Dalphinum, quod idem Dom. Comes Sabaudiæ ex causa Pacis & transactionis præsentis restituere & reddere realiter teneatur Castra Dom. Comitis Gebenn. quæ tenet ipse Dom. Comes Sabaudiæ, illa videlicet quæ reddita non fuerunt ipsi Dom. Comiti Gebenn.

Item transegerunt & convenerunt dicti Dom. Comes & Dalphinus ad invicem, quod ipse Dom. Comes pro se & suis det, cedat & remittat eidem Dom. Dalphino pro se & suis, omne jus, actionem & requisitionem tam feudi, quam homagii quod, seu quam habet, & habere potest, & sibi competit in terra Fucigniaci, & omnia ad quæ eidem Comiti, Dom. Fucigniaci tenebatur ratione feudi & homagii, nec non quittet & remittat, ut supra nomine suo, & nomine Dom.

Belli-Joci & hæredum & successorum suorum eidem Dom. Dalphino & suis, omne jus, actionem & requisitionem, quod seu quæ eidem Dom. Belli-Joci, vel etiam Dom. Comiti competit vel competere potest in Castris, & Villis Maximiaci, & Burgi Sancti Christofori, mandamentis & territoriis eorumdem per modum infrascriptum, vid. quod idem Dom. Dalphinus in recompensationem dicti feudi & homagii terræ Fucigniaci & pro ipsis, viginti quinque millia librarum bonorum Turon. parvorum nunc currentium, & pro dictis Castris, & Villis Maximiaci, & Burgi Sancti Christofori quinque millia librarum Turon. prædictorum eidem Dom. Comiti det, & tradat, realiter solvat & expediat, & eas se eidem debere confiteatur idem Dom. Dalphinus ex nunc, & se daturum & soluturum convenit & promisit terminis infrascriptis; vid. viginti millia librarum Turon. parvorum in festo Beati Michaëlis proxime futuro, & residua decem millia in festo Nativitatis Dom. proxime subsequenti &c.

Item fuit actum inter dictos Dom. Comitem & Dalphinum, quod factis quittationibus & donationibus supradictis hinc inde præd. Domini sibi ad invicem omnia instrumenta & omnes Litteras quæ & quas habent, tangentes & tangentia jus Castrorum, feudorum, & locorum præd. quittandorum & etiam jam quittatorum, ut supra, tradere in continenti, & restituere teneantur.

Item, fuit actum inter ipsos & voluerunt & convenerunt ipsi Dom. Comes & Dalphinus expresse, quod omnia & singula alia Castra, Villæ, loca, feuda, retrofeuda & jura dict. Dom. Comitis & Dalphini subjectorum, coadjutorum, valitorum & sequacium suorum quorumcumque & cujuslibet eorum, hinc inde occupata & etiam omnia in quibus unus Dominorum ipsorum in jure & contra jus alterius se accreverit à tempore Pacis prædictæ, novissime olim factæ & citra, realiter restituantur & expediantur hinc inde, & ea reddere realiter & expedire alter alteri solemniter promiserunt, ac si de omnibus sigillatim esset hic facta mentio specialis.

Item fuit actum & expresse dict. Dom. Dalphinus voluit, quod pro dote & donationibus ac arreragiis dotalicii Dominæ Mariæ quondam Dominæ Fucigniaci, ipse Dom. Dalphinus solvat, dare & solvere teneatur & se debere confessus est, & nunc soluturumque constituit & promisit Dom. Comiti Sabaudiæ suprad. solemniter stipulanti, triginta millia librarum bonorum Viennn. quorum viginti denarii valent unum groff. Tur. argenti, vid. quatuor terminis infrascr. scilicet, à proximo festo Beati Michaelis in unum annum proximum, & complendum quartam partem dictarum triginta millia librarum Vienn. & sic successive anno quolibet eodem festo, quartam partem quantitatis prædictæ usque ad plenam & perfectam satisfactionem quantitatis ejusdem, & ad præd. terminis suprad. solvenda, se idem Dom. Dalphinus obligavit penes dictum Dom. Aymonem Comitem Sabaudiæ stipulantem ex causa transactionis præsentis sub expressa hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum, supponens & submittens idem Dom. Dalphinus debitor ex certa scientia, se, omniaque sua bona, jurisdictioni, & cohertioni, meroque examini Curiæ Cameræ, & Camerarii Domini nostri Papæ Auditoris & Vice-Auditoris ejusdem, & Curiæ pariter parvi sigilli Domini Francorum Regis de Monte-Pessullano & Castelleti Parisiensis, & cujuslibet alterius Ecclesiastici vel sæcularis Judicis, volens & consentiens idem Dom. Dalphinus per pactum expressum solemniter appositum, quod liceat cuilibet dictarum Curiarum & cuilibet alteri Curiæ & Judici, qui super hoc fuerit requisitus, ipsum Dom. Humb. Dalphinum, ejusque hæredes & successores, ad omnem requisitionem ipsius Dom. Comitis, vel ejus certi mandati, seu causam habentis ab ipso, lapsis singulis terminis suprad. simpliciter & de plano, viso dumtaxat & inspecto præsenti publico instrumento, ac si esset confessio coram eo, & in Judicio facta & definitiva sententia ab eo, tanquam à suo competenti Judice lata, quæ in rem judicatam legitime transivisset realiter & personaliter modis omnibus & remediis, ad solutionem & satisfactionem integram dictarum triginta millium librarum Viennensium, dictis terminis faciendam efficaciter compellere, cogere ac etiam molestare. Rogans & requirens idem Dom. Humbertus Dalphinus, eundem Dom. Amedeum Comitem Gebenn. ibidem præsentem, ut pro ipso, se de dicta quantitate triginta millium librarum Vienn. præd. fidejussorem constituat & obliget penes dictum Dom. Comitem Sabaudiæ, qui Dom. Amedeus Comes Gebenn. ad ipsius Dom. Dalphini requisitionem & preces, se erga dictum Dom. Aymonem Comitem Sabaudiæ stipulantem fidejussorem constituit principaliter, & in solidum de debito supradicto, sub suorum obligatione bonorum, bona fide & per stipulationem solemnem, præstitoque ad Dei sancta Evangelia per eum juramento, prædicta triginta millia lib. fidejussoris nomine, in deffectum dicti Dom. Dalphini solvere & expedire dicto Dom. Comiti, terminis supradictis, cui Dom. Comiti Gebenn. stipulanti promittit idem Dom. Dalphinus ipsum indemnem de dicta fidejussione servare; Per hoc tamen non intendunt nec volunt dicti Dom. Comes & Dalphinus aliquam novationem fieri, vel intelligi super obligationibus & promissionibus olim factis, de dote, donationibus, & dotaliciis antedictis, sed expresse conveniunt, nullum per prædicta fieri præjudicium, nec fidejussores inde alias obligatos in aliquo liberari insuper facit idem Dom. Humb. Dalphinus, constituit suos veros & legitimos Procuratores & Nuncios speciales vid. Dn. Anthonium de Claromonte, & Philippum de Provana prædictos, & quemlibet eorum in solidum ad comparendum, confitendum & recognoscendum pro eo & ejus nomine in Judicio & extra in Curia Cameræ Domini Papæ coram dicto Dom.

Papæ

apæ Camerario Auditore, & Vice-Auditore, tc. ad consentiendum, quod ij si, vel eorum alter, in ipsum Dom. Humbertum Dalphinum deitorem excommunicationis sententiam ferant promulgent, & processus quoslibet faciant, i defecerit in solutionibus supradictis; vel aiqua earumdem, &c. super quibus omnibus ræstitit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter uramentum debitor antedictus, promisit etiam ictus Dom. Dalphinus debitor, ut supra, dare idem Dom. Comiti alios bonos fidejussores lures de prædictis, ad arbitrium prædictorum uatuor Nobilium supra nominatorum & dictus Dom. Comes promisit & convenit eidem Dom. Dalphino factis solutionibus supradictis, eddere omnes Litteras & Instrumenta, quas & uæ habet super prædictis dote & dotaliciis & rreragiis ipsorum.

Item, transegerunt & pactum expresse fecerunt præd. Dom. Comes & Dalphinus, mutuis stipulationibus interjectis, quod unus eorum on possit se crescere, & se non crescere promiserunt, aliquo titulo, ratione vel causa in castris, villis, feudis, retrofeudis, Baroniis vel juibus alterius quoquo modo, nec etiam idem Dom. Comes supra Dom. de Villariis nec Dom. Dalphinus supra Dom. Belli-Joci perpetuo in reissia, in Dombis, in Montanea vel alibi ubiumque, nec conventiones facere, vel aliter quoquo modo, nisi quatenus de voluntatibus psorum insimul & vicissim procederet expresse, xceptis pro dicto Domino Comite dictis locis Balon. & Grandis-confortis, quæ in hoc capitulo non intelliguntur inclusa & hoc est conventum ratione quittationis feudi dictorum locorum factæ dicto Domino Comiti ut supra.

Item, ut Pax præsens & tranquillitas statusque bonus & pacificus, melius & fortius cum moris perpetui fœdere vigeat inter Dom. supradictos, ipsi Dom. Aymo Comes Sabaudiæ & Humbertus Dalphinus Vienn. suis, hæredum & successorum nominibus, ligas, confœderationes & conventiones simul & ad invicem bona fide per mutuas & solemnes stipulationes fecerunt & inhierunt, bonas, firmas & perpetuo duraturas & omnia ea quæ circa hæc licite facere potuerunt, alter alteri concesserunt, ad manutenendum, deffendendum, adjuvandum & sustinendum seipsos & alter alterum, homines, terras & honores ipsorum, & convenerunt & promiserunt ligas, confœderationes & conventiones facere meliores & fortiores & fortioribus modis, quibus licite poterunt, ad arbitrium prædictorum quatuor Dom. Anthonii, Philippi, Humberti, & Amblardi.

Item, prænominati Dom. Comes & Dalphinus plenam potestatem & authoritatem dederunt prædictis quatuor supra proxime nominatis, declarandi & determinandi quæstionem sive debatum, quæ & quod est, seu posset esse inter prædictos Dom. ratione Dom. Comitis Gebenn. & generaliter & specialiter omnes alias quæstiones quæ sunt, & esse possunt ratione aliqua, occasione, vel causa inter præd. Dom. Comitem & Dalphinum, tam ratione limitationum, Jurisdictionum & territoriorum, quam alia ratione quacunque, & ordinandi pariter quod sibi videbitur de Nobilibus Sancti Germani.

Ut autem perpetuo cesset & tollatur penitus omnis materia quæstionis, & dicta pax & transactio & universa & singula in eadem contenta attendantur, & perpetuo inviolabiliter observentur per & inter Dominos supradictos, Valitores, Coadjutores & sequaces eorum, prænominati Dom. Comes & Dalphinus scientes & spontanei, prædictis Dominis Anthonio de Claromonte, Philippo de Provana, Humberto de Choulay & Amblardo de Bellomonte mandatum, autoritatem & potestatem dederunt, & commiserunt conservandi pacem, transactionem & compositionem præsentem, modos & vias quærendi, & inveniendi quibus dicta pax & compositio universa & singula suprad. possint melius & firmius observari, nec non interpretandi & declarandi quandocumque dubia & obscuritates ex quacumque causa & occasione orirentur seu oriri & emergere possent super articulis suprascriptis vel aliquos eorumdem seu super aliquibus, contentis in ipsis in hac pace & transactione præsenti, aut dependentibus vel emergentibus ex eisdem, & alia omnia & singula faciendi, quæ pro observantia prædictorum sibi expedientia vel opportuna quomodolibet videbuntur: ipsi Dom. Comes & Dalphinus cedentes & concedentes alter alteri solemniter omnia sua jura omnesque suas actiones in omnibus & singulis supradictis per alterum alteri quittatis, datis & remissis, ut supra, & alter alterum in eis & singulis ipsorum Procuratorem constituens in rem suam.

Hanc autem pacem in perpetuum (favente Altissimo) duraturam, tranquillitatem, concordiam, & omnia & singula supra & infrascripta, dictamque pacem novissimam olim factam per præfatos Dominos Amedeum, Comitem Sabaudiæ & Johannem Dalphinum Vienn. & in præsenti ratificatam & de novo inductam, ut supra, sub & cum omnibus & singulis suis capitulis, modis, conditionibus, pactis, promissionibus, juramentis, pœnis & obligationibus in eadem contentis, quæ & quas voluerunt hic pro repetitis haberi, promiserunt prænominati Dom. Comes Sabaudiæ & Humbertus Dalphinus Vienn. pro se & suis hæredibus atque successoribus universis & pro subditis, Valitoribus, Coadjutoribus & sequacibus eorum & cujuslibet eorum per pactum expressum solemnibus & mutuis stipulationibus intervenientibus vallatum, & per eorum & cujuslibet eorum propria ad sancta Dei Evangelia corporaliter præstita juramenta, & sub hypothecis & obligationibus expressis omnium bonorum suorum, rerum, & jurium, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ratas, gratas & firmas, rata, grata & firma habere perpetuo & tenere, attendere firmiter, integre & complere & inviolabiliter observare, teneri, attendi, servari & compleri facere & cum effectu, &c. Maxime Dom. Humb. Dal-

Dalphinus præfata triginta millia librarum parvorum Turon. de quibus se erga præd. Dom. Comitem Sabaudiæ constituit debitorem pro recompensationibus dicti feudi Fucigniaci & dictorum Castrorum Maximiaci & Burgi Sancti Christofori dicto Dom. Dalphino quittando, suum, ut supra, promisit pro se & suis dicto Dom. Comiti solemniter stipulanti nomine suo & suorum sub juramento & obligationibus prædictis solvere sine contradictione vel exceptione aliqua eidem Dom. Comiti terminis supra statutis; alioquin pœnam dictarum decem millium librarum parvorum Turon. superius appositam cum dictis millibus librarum, lapsis ipsis terminis, solvere dicto Dom. Comiti, infra annum proxime tunc sequentem, per modum superius designatum. Dictus vero Dom. Comes promisit eidem Dom. Dalphino sub juramento & obligatione præd. præd. quittationes & remissiones feudi & homagii terræ Fucigniaci & Castrorum Maximiaci, & Burgi Sancti Christofori per modum superius declaratum facere & complere, supponentes & subjicientes dicti Dom. Comes & Dalphinus, nominibus suis & successorum suorum, se & omnia bona &c. Jurisdictioni & examini Curiæ Dom. nostri Francorum Regis parvi sigilli Montis-Pessulani & Castelleti Parisius, ut per eas & earum quamlibet compelli, coherceri, & conveniri valeant, prout melius & firmius fieri poterit, & de prædictis prænominati Dom. Comes & Dalphinus & quilibet eorum petierunt per Johannem Mistralem de Borgeto & me Humbertum Pilati de Buxeria Notarios publicos, sibi fieri, tot, quot ejusdem tenoris habere voluerint instrumenta, per dictos Dominos Anthonium, Philippum, Humbertum & Amblardum dictanda & corrigenda, facti substantia non mutata. Acta fuerunt hæc in pratis juxta Pontem Aquæ Glandonis, inter Chaparellient, & Montem-Melianum, præsentibus quatuor prænominatis Mediatoribus, & Viris Nobilibus Dom. Amedeo de Rossillione Condomino Bochahii, Hugone de Castellario, Johanne Domino Grasfiaci, Girino de Sancto Symphoriano Militibus, Fratre Joanne de Cors Priore Prædicatorum Gratianopolis, Confessore dicti Dom. Dalphini, & Johan. de Amblayriaco Clerico ejusdem Dom. Dalphini vocatis & rogatis testibus ad præmissa, & ego Humbertus Pilati de Buxeria Not. &c. una cum dicto Johanne Mistralis de Borgeto præsens fui.

XXIIX.

Confirmatio pacis conclusæ An. 1334. inter Humbertum, Dalphinum Viennensem, & Aymonem, Comitem Sabaudiæ, una cum articulis novi fœderis inter dictos Principes pacti, d. d. 7. Decembr. An. 1337.

IN Nomine Dei. Amen. Per hoc præsens publicum Instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno Domini millesimo CCC. XXXVII. Indict. V. die VII. mens. Decembris, Pontificatus Sanctissimi Patris & Dom. Dom. Benedicti Papæ XII. anno tertio, in nostra Notariorum Publicorum & testium subscriptorum præsentia, personaliter constituti Illustres Magnif. Principes, & Dom. Aymo, Comes Sabaudiæ, ex una parte; & Dom. Humbertus, Dalphinus Vienn. Dux Campisauri, Viennæ & Albonis Comes ac Palatinus ex altera. Volentes iidem Domini Principes, ut pax inter eos facta noviter & concepta, pro se, hæredibus & successoribus, eorumque valitoribus incrementum recipiat, & amoris fœderisque perpetui vinculum obtineat atque robur, & ut imposterum validius observetur & in quantum indiget in melius possit & valeat reformari. Considerantes eamdem sibi totique Terræ & eorum districtibus necessariam & condignam, tractata quorumdam Consiliariorum suorum eisdem assistentium, ex certis scientiis, spontaneisque voluntatibus eorum pacta, conventiones & confœderationes fecerunt & inhierunt prout infra. Imprimis si quidem dicti Domini Principes voluerunt, pepigerunt & convenerunt, quod omnes articuli pacis prædictæ inter ipsos firmatæ noviter & inhitæ, qui nondum particulariter vel in toto effectualiter sunt completi, statim absque dilatione quacumque penitus compleantur, tam secundum dictæ pacis, quam declarationum inde secutarum seriem atque formam. Item, convenerunt, pepigerunt, voluerunt & ordinaverunt dicti Domini Principes, quod limitationes inter eos hinc inde faciendæ de Terris, Districtibus & Baroniis suis per ordinatos ad ea, vocatis aliis evocandis, si dicti ordinati hoc expedire prospexerint, statim continuatis diebus fiant, ac postpositis omnibus declarentur. Reddendo cuicunque dictorum Principum jura sua prout legalitati, conscientiæ & industriæ dictorum ordinatorum & adjungendorum, videbitur esse faciendum, & si quisquam locus sit qui contentiosus merito possit dici, sic ordinetur super ipso quod nulla possit inter ipsos Principes, successores & valitores ipsorum in posterum quæstio suboriri. Item, voluerunt & convenerunt dicti Domini Principes, quod ad certos dies & loca per eos concorditer eligenda, Prælati, Principes, & Nobiles Terrarum suarum, quos ad hæc vocandos prospexerint, personaliter evocentur, in quorum præsentiâ, tam ipsorum Dominorum, quam inclitæ recordationis Patrum suorum una cum additionibus & declarationibus inde secutis, & hiis quæ continentur inferius paces legantur & intelligibiliter exponantur, & dicti Dom. Principes uterque videlicet, omnibus de parte sua vocatis, ibidem teneatur inducere cum effectu, quod ipsi promittent, & jurabunt, ut firmius dictari poterit, pro se, & hæredibus suis paces

paces ipsas, earumque declarationes, ac articulos omnes perpetuo conservare, & nullo tempore per se, vel per alium tacite, vel expresse, quolibet quæsito colore, contra facere vel venire, nec inducere seu consulere Dominum suum, vel quemvis alium verbo vel opere ad aliquem actum per quem dictæ paces, declarationes, in toto, vel in parte, quomodolibet infringi valeant, vel aliter impediri, prout dictis Principibus & eorum Consiliariis videbitur expedire. Verum quia fidelitatis & homagii forma quantum perseverant diutius, fortius inducunt vinculum & nexum indissolubilem operantur: Idcirco dicti Domini Principes, pro se, hæredibus & successoribus suis sibi ad invicem una hora, uno eodemque contextu, interveniente fœderis osculo fecerunt mutua homagia ligia, constituentes se videlicet alter alterius hominem ligium hinc & inde, salvis tamen & exceptatis prius per dictos Dominos fidelitatibus & homagiis debitis Dominis suis Prioribus per ipsos Principes, nominibus expressis declaratis, salvis etiam & exceptatis vassalis ipsorum inferius nominatis. Videlicet salvis & exceptatis ex parte dicti Dom. Comitis, Romana Ecclesia, Domino Imperatore Romano, Domino Rege Francorum, Domino Rege Angliæ, Reverendis Patribus Dominis Lugdun. Vienn. Bisuntin. Archiepiscopis, Matiscon. Maurian. Taurin. Geben. Lausanensi, Yporegiensi & Sedunensi Episcopis, & aliis Prælatis & Abbatibus, quibus revera constitit esse dictum Dom. Comitem ante præsentem Contractum ad fidelitatem & homagium obligatum, contra quos idem Dom. Comes juvare dictum Dom. Dalphinum minime teneatur de feudis, quæ reperirentur teneri ab ipsis, salvis inquam & exceptatis magnificis viris, Dominis Ludovico de Sabaudia, Domino Waudi, Jacobo de Sabaudia, Principe Achayæ, Eduardo Domino Belli-joci, Gebenn. & Altissiodoren. Comitibus, Montis-Falconis & Sanctæ Crucis Dominis, cæterisque vassallis, Nobilibus & Innobilibus, qui vere reperirentur eidem Domino Comiti ad homagium teneri ante præsentem contractum, contra quos dictum Dom. Dalphinum non teneatur juvare quandiu prædicti vassalli facere voluerint in ipsius Domini Comitis Curia de se conquerentibus justitiæ complementum, salvo etiam & excepto per dictum Dom. Comitem, non ratione alicujus Dominii vel subjectionis, sed ex pura amicitia Domino Marchione Montis Ferrati. Per dictum vero Dom. Dalphinum salvis similiter & exceptatis R. Ecclesia, Dom. Imperatore, Dom. Francorum Rege, Dom. Rege Roberto, Reverendis in Christo Patribus Dom. Lugdun. Vienn. & Ebredun. Archiepiscopis, Gratianopolitan. Valentin. & Dyen. ac Gebenn. Episcopis, cæterisque Prælatis, & Abbatibus, quibus in veritate constitit ipsum Dom. Dalphinum, ante præsentem contractum, esse ad fidelitatem & homagium obligatum, contra quos idem Dom. Dalphinus juvare dictum Dom. Comitem minime teneatur de feudis quæ reperirentur teneri ab ipsis, salvis & exceptatis etiam per dictum Dom. Dalphinum Magnificis Viris Dom. Gebenn. & Forens. Comitibus, Dom. Aymaro de Pictavia Valentinensi & Dyensi Comite, Johanne de Cabilone Domino de Arlaco, Dom. Principe Auraycæ, Hugon. de Gebenn. Dom. de Anthone, Humberto Dom. de Toyria & de Villariis, Aymaro de Rossillione, Aynardo Claromontis, cæterisque Nobilibus & Innobilibus Vassallis suis, qui reperirentur eidem Dom. Dalphino secundum veritatem ad homagium, ante præsentem contractum teneri, contra quos non tenetur dictum Dom. Comitem juvare quamdiu vassalli prædicti voluerint in dicti Domini Dalphini Curia de se conquerentibus facere justitiæ complementum. Salvis etiam & except. per dictum Dom. Dalph. non ratione alicujus Dominii vel subjectionis, sed ex pura & sincera amicitia Dom. Bertrando de Baucio, Comite Montis Caveosi. Item, ut homagia prædicta sub majore firmitatis robore persistant, firmataque diutius & inviolabilius perseverent, & ut secundum Juris dogmata sanctius & fortius res subscriptæ constitui valeant feudales, dicti Dom. Principes vicissim & mutuo sibi ad invicem de rebus nominatis donationes faciunt quæ sequuntur: Imprimis idem Dominus Comes dat, donat, cedit, transfert & tradit absque retentione quacumque pro se, & suis hæredibus ac successoribus in posterum Castra, Villas, Territoria, Mandamenta suas, & sua, quæ de franco tenet allodio, videlicet de Sancto Germano, de Alemis, de Luysandres, de Ordeans, de Avenериis, & totius Insulæ de Ciers, de Dolomiaco & Parochiam de Arandaz, & quidquid habet in Villa & Mandamento Ambroniaci, si tamen ipsam Villam possit eximere a feudo Abbatis Ambronniacensis, de quo faciet suum posse, quidquid etiam habet de Mandamentis Sancti Ragnemberti, & Rosseyllionis, protendendo per aquam Arbaronæ usque subtus Villam Timiay scilicet ab ipsa aqua superius versus Sanctum Saturninum & Arandatum, protendendo per pedem montis, & a dicto loco subtus villam de Timiay a parte Sancti Saturnini & Inimontis, usque ad pendentia montium supra Conziacum, in quantum protenditur Mandamentum Rosseyllionis, & quidquid idem Dominus Comes habet a dicta aqua Arbaronæ, & a pede montium prædictorum superius versus S. Saturninum, S. Andream de Briordo & Lueys, sive in pendentibus, sive in costis, seu cacuminibus, aut planitiebus montium prædictorum. Item, tot Castra, Mandamenta & Territoria in terra Breyssiæ inter fluvios Indis & Sagonæ, quæ per inspectionem ultimorum computorum dictorum locorum valere debeant, anno quolibet Domino duo millia floren. auri de Florentia, una cum ipsorum Castrorum & Villarum omnium territoriis & mandamentis, mero & mixto Imperio & Jurisdictione omnimoda Nobili-

bilibus & Innobilibus, hominibus & vassallis ad dicta Castra, seu ad ipsum Dom. Comitem quomodolibet ibidem spectantibus, Castellanis tamen, Baneretis seu vexillariis merum & mixtum Imperium & Jurisdictionem omnimodam, domos fortes & territoria habentibus exceptatis. Vice mutua dictus Dom. Dalphinus statim eodemque contextu, dat, donat, cedit, transfert, & tradit absque retentione quacumque pro se, hæredibus ac successoribus in perpetuum eidem Dom. Comiti præsenti & recipienti pro se, hæredibus & successoribus suis in futurum, Castra, Villas, Mandamenta, & Territoria suas & sua, quæ de franco tenet allodio. Videlicet de S. Saturnino de Cucheto incluso Laygniaco, de S. Dionisio, de Chauxzone, de Calley, de Lueys, & Castrum S. Andreæ de Briordo, & Bastidam de Lonnaz, in casu in quo ipsum Castrum S. Andreæ de Briordo eximere poterit a feudo Abbatiæ Sancti Theuderi, In casu tamen ubi reperiretur teneri de feudo Abbatiæ prædictæ. Item, tot Castra, & Mandamenta in terra Fucigniaci ab aqua Geisriæ, inferius versus lacum Gebenn. quæ per visionem ultimorum computorum dictorum locorum duo millia florenorum auri de Florentia valere debeant Domino annuatim, una cum ipsorum Castrorum & Villarum omnium territoriis, mandamentis, mero, mixto imperio & jurisdictione omnimoda, Nobilibus & Innobilibus hominibus & Vassallis ad dicta Castra seu ad ipsum Dom. Dalphinum quomodolibet ibidem spectantibus. Castellanis tamen, Baneretis seu vexillariis, merum, mixtum Imperium, Jurisdictionem omnimodam, domos fortes & territoria habentibus exceptatis, ita tamen quod valor annuus dictorum feudorum per visionem ultimorum computorum æqualiter compensetur hinc inde, & per illum qui supplere debuerit suppleatur, aut per alium detrahatur, ita quod æqualitas in omnibus observetur, & hæc fiant per Dominos Anthonium de Claromonte, Guillelmum de Castillione, Amedeum de Rossillione Milites, & Amblardum de Bellemonte Legum Doctorem; constituentes dicti Dom. atque eorum alteruter se prædicta donata precario alterius nomine possidere, donec possessionem apprehenderint corporalem. Quibus sic actis dicti Domini Principes, & eorum quilibet, videlicet præf. Dom. Comes pro se, hæredibus ac successoribus suis in posterum dat, tradit & concedit eidem Dom. Dalphino præsenti pro se, hæredibus ac successoribus suis, similiter recipienti, in feudum ligium antiquum paternum, & nobile, quod naturam recti & bene conditionati feudi nobilis antiqui, & paterni prorsus habeat, de quo possit testari, ita quod mares & fœminæ collaterales & alii quicunque succedere valeant, & quod successores dictorum feudorum ex Testamento, vel ab intestato possessores, sine dicti Comitis licentia valeant adipisci res, Castra, Villas, & omnia prædicta per ipsum Dom. Comitem eidem Dom. Dalphino donatas, ut prædicitur, & donata, dictumque Dom. Dalphinum per cujusdam ensis nudi traditionem in justitiæ signum de dictis Castris, & feudis investivit, & vice mutua præf. Dom. Dalphinus pro se, & suis hæredibus & successoribus in posterum dat, tradit, cedit, & concedit eidem Dom. Comiti præsenti pro se, hæredibus & successoribus suis consimiliter recipienti in feudum ligium antiquum paternum, & nobile, quod naturam recti, & bene conditionati feudi, nobilis, antiqui, & paterni prorsus habeat, & de quo possit testari, ita quod mares & fœminæ collaterales & alii quicumque succedere valeant, & quod successores dictorum feudorum ex Testamento vel ab intestato possessores sine Domini Dalphini licentia valeant adipisci res, Castra, Villas, & omnia prædicta per dictum Dominum Dalphinum eidem Domino Comiti donatas, ut prædicitur, & donata, dictumque Dominum Comitem per cujusdam ensis nudi traditionem in justitiæ signum de dictis Castris & Feudis investivit. Promittentes dicti Dom. Principes per juramenta sua & sub omnium bonorum suorum quorumcumque, tam futurorum, quam præsentium obligatione & hypotheca, &c. se præstituros hinc inde, vice mutua omnia ea, quæ vassallus ligius pro Domino suo ligio præstare, subire & facere, tenetur, & alter alterum juvare & omnia præstare, quæ in forma fidelitatis nova & veteri continentur. Acto tamen & in pactum expresse deducto quod in mutatione cujuslibet dictor. Dominorum & hæredum suorum imposterum, per mortem, vel aliter prædicta homagia, recognitionesque feudorum renovari debeant quam citius ille Dominorum qui supererit per novum Dominum succedentem alteri fuerit requisitus. Acto etiam & in pactum, ut superius prædicitur, expresse deducto, quod ipsi Domini vel hæredes eorum nullo possint tempore, nec eis quomodolibet liceat homagia quittare, vel feuda derelinquere supradicta, per quittationem ipsorum feudorum vel aliter quomodolibet, nec quicquam aliud facere quo minus homagia prædicta inter ipsos Dominos, & successores ipsorum firma, solidaque perpetuo perseverent, nec eadem homagia, vel feuda transferre quomodolibet in alterum, vel mutare, nisi & in quantum processerit de ipsorum communi consensu, quin dicta homagia & feuda semper remaneant penes illos, & illis qui pro tempore fuerint Comes & Dalphinus. Acto etiam si contingeret edificia vel aliqua alia fortalicia construi processu temporis per ipsos Dominos, vel alios, nomine ipsorum, infra loca feudalia prædicta, quod ea fortalicia & edificia sint & esse censeantur de feudo illius Dominorum in feudo cujus edificata fuerint & constructa. Acto etiam & expresse convento inter ipsos Dominos, quod nullus ipsorum Dominorum vel success. & hæred. suorum in dictis feudis vel eorum aliquo valeat aliqualiter ressortire. Item præfati Dni Principes ad fortificationem saniorem que firmitatem suæ pacis prædictæ, se simul, & ad invicem pro se,

e, hæredibus & successoribus eorum, in posterum confederant, & alligant confederationes, & alliancias faciunt, quas facere possunt fortiores, promittentes per ipsorum juramenta, &c. quod alter alterum de Terra sua tota & eorum, ad expensas suas proprias juvabit ad conservantiam & deffensionem terrarum, Baroniarum, status & honoris ipsorum, tam in feudis supradictis quam alibi infra fines & Baronias Comitatus & Dalphinatus, & extra ubique terrarum & locorum contra omnes de mundo, suis Dominis & vasallis, & iis prædictis salvis semper in omnibus & exceptatis, & quod ipsi Principes non fecerunt, nec facient, vel fieri quomodolibet consentient quascumque confederationis aliter cum aliquo quocumque quominus præsentes confederationes effectualiter conserventur. Committentes ipsi Domini prædictis quatuor ordinatis quod ipsi articulatim declarent, excogitent, & in scriptis deliberare redigant omnia & singula quæ poterunt, & expedire videbuntur eisdem, ad observantiam omnium prædictorum, & infra dicendorum, & quidquid per eas super hiis ordinatum fuerit, ex tunc prout ex nunc, & ex nunc prout ex tunc, ratificant, faciunt, approbant & confirmant, & super hoc dicti Domini Principes Litteras suas promittunt alter alteri se daturos. Acto etiam inter ipsos Dominos & in pactum deducto, si quisquam Vasallorum dictorum Dominorum Nobilis vel Innobilis autoritate sua propria dictos Dominos, seu alterum ex iis, seu aliquem ex subditis ipsorum pignoraverit, vel aliter damnum dederit quoquomodo, quod illud pignus & gravamen, quotiescumque fit, ante omnia per Dominum suum, antequam aliqualis sibi præstatur audientia, restituere compellatur. Item, actum inter ipsos Dominos Principes & conventum, si vasallus aliquis dictorum Dominorum conquestus fuerit Domino suo, injuriatum se prætendens per alterum Dominorum, quod tunc si realis fuerit actio, Domino a quo res tenetur, seu penes quem fuerit ipsa res, acceptatu... justitiam remittatur. Si vero personalis fuerit actio, tunc per gentes communes a dictis Dominis super hæc ordinandas, ad locum Marchiæ discutiatur negotium, & super eo fiat justitia breviter & de plano. Item, promittunt & conveniunt Domini Principes antedicti, si contingeret alterum ipsorum Dominorum vasallum aliquem habere rebellem, quod absit, quod alter Dominus ipsum hujusmodi rebellis Dominum, cum magna vi & parva ad corrigendum eundem sequi juvareque totis viribus teneatur. Item, promiserunt & expressum super hoc pactum fecerunt dicti Domini Principes, quod per ea, vel aliqua ex eis, quæ supra & infra scribuntur, nulla penitus intelligatur facta novatio in aliqua parte pacis, seu pacum de quibus superius fit mentio, vel alicujus declarationis inde sequutæ, quin semper paces & declarationes prædictæ sint & persistant in sui roboris firmitate. Hæc autem omnia & singula prædicta in perpetuum, favente Altissimo, duratura sub & cum omnibus & singulis suis clausulis modis &c. Acta fuerunt hæc in villa Charentonay, Vienn. Diocesf. juxta fores Ecclesiæ dicti loci, præsentibus test. ad hoc vocatis & rogatis, videlicet Reverendo in Christo Patre Domino Henrico de Villariis Dei gratia Episcopo & Comite Valent. & Dien. Nobilibus Viris Dom. Agouto de Baucio Domino de Brantulis, Guidone de Grolea Domino Neyriaci, Guigone de Morgiis Domino de Spina, Amedeo de Rossillione Condomino Bochagii, Amblardo de Briordo Domino de Serrata, Francisco de Thesio Domino de Thorana, Anthonio de Claromonte Domino de Bastita in Albanesio, Guillelmo de Castillione, Francisco de Revello, Thierrico de Septimo, Petro de Monte-Falcone Militibus, Amblardo Dno Bellimontis legum Doctore, Humberto Clareti Canonico Ebredun. Petro Berræ, Guichardo Tavelli Jurisperitis, Guichardo de Saleria, P. Stephanino de Fromentes, Guichardeto de Boczosello, Georgio de Artas, Petro Bartolomæi de Secusia, Aynardo de Bellacumba, Perreto de Avallone, Johanne de Boenco, Raynaudo Alamandi, Lantelmo de Monteforti Domicellis, & Anthonio Betzonis de Yenna, Stephano de Misterio de Sancto Georgio Sperenchiæ, & Guigone Frumenti de Gratianopoli Notariis publicis, qui una mecum Humberto Pilati Not. infrascripto requisiti fuerunt per dictos Dominos Principes de prædictis conficere tot quot voluerint instrumenta.

XXIX.

Instrumentum, quo Thomas, Marchio Salutiarum, per procuratores suos se hominem ligium Domini Dalphini Viennensis constituit, atque se Marchionatum Salutiarum in feudum a Domino Dalphino tenere, interposito sub fidelitatis nomine jurejurando, confirmat, d. d. ultim. Octobr. An. 1343.

In Nomine &c. noverint universi & singuli, quod anno ejusdem Dom. 1343. Indictione II. die ultima mensis Octobris constitutis illustri Principe Dom. Humb. Dalphin. Vienn. ex una parte, & Nicholino Vezneti de Salutiis, & Johanne de Villa, Taurinensis Diocesis, Procuratoribus magnifici viri Dom. Thomæ Marchionis de Salutiis ex altera, dicti Nicholinus & Johannes procuratores prædicti nomine dicti Marchionis, asserentes per eorum propria juramenta, facta corporaliter, tacto libro, quod Marchionatus Salutiarum & castra, villæ, parochiæ, & loca Verocoli, Lugnacii, Brocaschii, Meli, Frayssini, Rochæbrunæ, Sancti Damiani, Pallerii, Draneyreti, Cartignani, Tectorum, Loculi de Celles, Sancti Michaelis de Chaves, Ussoly, Pratii, Marmoris, de Perezelve, Itroppi, Atelli, Castrimagni, Sancti frontis, Rochetæ, Robellæ, Corvesii, Paysanæ, Castellarii, Radulphiæ, vallis Rayæ, & Mollis Brunæ, sunt ipsius Dom. Thomæ Marchionis, ad ipsumque pertinent pleno jure, & de puro & franco allodio, absque eo quod ab aliquo tenentur

antur in feudum, seu sub aliqua alia servitute, asserentes per juramenta eorum procuratores prædicti, quod castrum & villa Salutiarum, & castrum & villa Dragonerii sunt ipsius Dom. Thomæ Marchionis, & de ipsius puro & franco alodio, nec ab aliquo tenet ea in feudum, seu sub alia servitute, & ad ipsum pertinent pleno jure, licet per aliquos ejus æmulos sint præsentialiter occupata, quodque castrum & villa Arpeaschii, & castrum & villa Villæ-novæ sunt ipsius Domini Thomæ Marchionis, & de ipsius puro & franco alodio, absque eo quod ea teneat ab aliqua persona in feudum, aut sub alia servitute, licet nunc ea teneat Dom. Georgius de Salutiis patruus patris dicti Dom. Marchionis, tanquam usufructuarius eorumdem. Item, asserentes procuratores prædicti quod feuda villarum, castrorum & locorum sancti Petri, Costilloliarum, Vantignacii, Villæ-mantæ, Cervicnacii, Rudolphiæ, Monostayroli, Caballarii, Leonis, Vagnonis, Palumgueriæ, de Solio, Fortispassi, Caramagnæ, Brndisserii, Trevasii, Ysfolæ bellæ, vallis Feneriæ, Cereoli, Vntitini, Gerbolæ, Dolhani, Marssalæ, Lecnidini, Chisfoni, Ugnoli, Somani, Castelleti, Montis-balquerii, Camerariæ, Burgimali, Brunelli, & Castilloni, tenentur, & esse consueverunt de feudo ipsius Dom. Thomæ Marchionis, & quod ipsa feuda a nullo homine tenet, nec non, quod prædicta omnia & singula castra, villæ & loca, tam proprietates, quam feuda, una cum eorum territoriis, mandamentis &c. & cum mero & mixto imperio, jurisdictione omnimoda, alta, media & bassa omnium prædictorum & singulorum castrorum, locorum & villarum, una etiam cum parte, & pareria quas habet dictus Dom. Marchio in territoriis & mandamentis Pontis Bellini, ad ipsum Dom. Thomam Marchionem pertinent, tam in proprietate, quam in feudo ut præmittitur, pleno jure, & quod de ipsis vel parte ipsorum nullam obligationem, venditionem, impignorationem, aut alienationem fecit ipse Dom. Marchio alicui Personæ, quo minus infra scripta obtineant roboris firmitatem, scientes, spontanei, nulla via doli, fraudis aut alia machinatione seducti, ut dicebant, attendentes grata, accepta munera, & servitia dicto Dom. Marchioni Dom. eorum facta, per præfatum Dom. Dalph. & quæ sperant eumdem Dom. Dalph. ipsi Dom. Thomæ Marchioni in antea præstiturum prædictum Marchionatum, & prædicta omnia & singula castra, loca, & villas, dederunt & cesserunt, ac totaliter & in integrum transtulerunt donatione pura simplici & irrevocabili inter vivos, dicto Dom. Humb. Dalph. præsenti & stipulanti pro se, suisque hæredibus, & successoribus, qui Dalphini fuerint, ad habendum & possidendum, & quidquid dicto Dom. Dalph. ac hæredibus & successoribus suis prædictis in Dalphinatu, de ipsis donatis perpetuo placuerit faciendum, devestientes se & Dom. suum de prædictis donatis in manu dicti Dom. Dalphini per traditionem unius ensis, & ipsum Dom. Dalph. investientes de eisdem, &c. Post hæc autem præfatus Dom. Humb. Dalph. attendens Benevolentiam & amorem, quibus dictus Dom. Thom. Marchio ipsum Dom. Dalph. amplexus est, in donatione prædicta, ob ejus causam, ac etiam nexus consanguinitatis & proximitatis quibus cum eo connectitur, consideratione præventus, ex sua certa scientia, pro se, hæredibus, & successoribus suis qui Dalphini fuerint, & per quamcunque viam in Dalphinatu successuris, prædictum Marchionatum, ac prædicta omnia & singula castra, villas, & loca, ac feuda sibi superius donata infeudavit, & dedit in feudum, quod naturam habeat & conditionem nobilis, antiqui & paterni feudi, reddibilis tamen & conditionalis; ita quod ipse Dom. Thomas Marchio, & successores ejusdem, de prædictis omnibus & singulis castris, villis, & locis feudalibus teneantur & debeant ipsum Dom. Dalph. & successores ejusdem juvare, & sequi quocumque tempore, & quandocumque fuerint requisiti, de placito, & de guerra, contra omnes personas morituras & nascituras, excepto vero Imperatore Romano, per sanctam sedem Apostolicam approbato ipsumque Dom. Dalphinum, Baillivos, Castellanos & gentes eorum in prædictis castris, villis & locis, cum armis & sine armis, cum prædis & sine prædis, eundo ad offensiones, & reveniendo de eis, receptare, recolligere, reducere, ac fortes tenere, & fortificare, guerrarum & pacis temporibus. Nec non & garderios quos habet de præsenti ipse Dom. Dalph. & in futurum habebit ipse & successores sui prædicti, servare, custodire & defendere teneantur contra omnes personas excepto Imperatore prædicto, &c. Conditione tali, in dictis castris, villis & locis, expresse reservata per ipsum Dom. Dalph. quod in quacumque mutatione Dom. Dalph. & in quacumque mutatione vasalli in prædictis castris, villis & locis, & quolibet eorum, quorum proprietatem habet & habere poterit dictus Dom. Marchio, vel successores ejusdem, & causam habentes & habituri ab eo, poni debeant vexilla Dalphinalia, armis seu signis Dom. Dalphini moderni & Dom. Dalphinorum, qui pro tempore fuerint, signata, & stare in eis debeant dicta vexilla per octo dies continue, supra turres, & fortalitia eorumdem, in signum reddibilitatis dictorum feudorum, superioritatis, ressorti, ac majoris Dominii dicti Dom. Dalphini & successorum suorum in Dalphinatu. Retinuit etjam & expresse reservavit dictus Dom. Dalphinus sibi & successoribus suis secundas appellationes, ressortum, superioritatem, & majus Dominium in omnibus & singulis castris, villis, locis supradictis & quibuscunque personis eorumdem. Volens & concedens ipse Dom. Dalphinus, pro se & suis successoribus quod quandocunque ipse Dom. Marchio vel successores ejusdem requisiti venirent ad guerram dicti Dom. Dalphini moderni & successorum suorum, ipsum Dom. Marchionem & successores suos cum gentibus suis dicti Dom. Dalphinus & successores sui ut cœteros Barones & gentes Baronum Dalphinatus liberare, vel eis dare stipendia teneantur. &c.

Præterea

Cœterum ipse Dom. Dalph. concessit, ac dare & solvere promisit & convenit, ipsi Dom. Marchioni, vel causam habituris ab eo, hinc ad primam Dominicam proximè venturæ quadragesimæ, sexdecim millia florenorum dalphinal. auri Boni ponderis apud Castrum Dalphinum, eo casu tamen, quo interim ipse Dom. Marchio in persona propria palam & publicè coram personis fide dignis laudaverit, ratificaverit donationem, & infeudationem prædictos, eidemque Dom. Dalph. vel procuratoribus suis realiter tradiderit, & expediverit pro observantia omnium præmissorum, Castrum suum de Melo situm in valle de Vayretana, cum ipsius toto mandamento, Burgo, villis, territorio, & districtu, ac etiam totum Burgum de Brozasco cum toto territorio, mandamento, mero & mixto Imperio, jurisdictione omnimoda & hominib. ac etiam feudum totius vallis Sancti Petri, quam vallem tenent in feudum Dom. de Venesca à dicto Dom. Marchione, & omnia alia & singula feuda, proprietates, homines, homagia &c. quas & quæ ipse Dom. Marchio & quicumque alius pro eo tenent in prædictis vallibus, a fine territorii castri de Venesca usque ad castrum Dalphinum, &c. quousque dictus Dom. Marchio uxorem & liberos suos, ac omnes & singulos vasallos suos tenentes feuda supradicta, & cœteros nobiles, nec non omnes universitates & communitates terræ suæ fecerit consentire donationibus, infeudationibus, aliisque omnibus & singulis pactionibus, supra & infra scriptis, & eos jurare fecerit tenere, & inviolabiliter observare ipsas donationes, infeudationes & conventiones, atque verificaverit prædicta omnia, castra, villas, & loca prædicta, tam proprietaria, quam feudalia esse de puro & franco allodio ipsius Dom. Marchionis. Hoc adjecto & in pactum deducto inter partes prædictas, quod dictus Dom. Dalphinus & gentes suæ tenentes castrum, villam, & Burgos de Melo, & de Broczasco, & alia feuda, & cœtera supra dicta, existentia à fine territorii Castri Venaschæ, usque ad castrum Dalphinum debeant & teneantur omnes fructus, exitus, & proventus eorum reddere, & restituere Nobili viro Dom. Georgio de Saluciis, ad quem ususfructus eorum pertinere dicitur, detractis & retentis anno quolibet, pro expensis, & sumptibus necessariis pro custodia dictorum Castri, Villarum, Burgorum, & aliorum prædictorum, quingentis florenis auri Dalphinalibus & ponderis Dalphinalis, &c. Item fuit expresse conventum quod ipse Dom. Marchio se & successores suos causam habentes & habituros in prædictis obligabit, sub pœna decem millium Florenorum de Florentia boni ponderis solvenda per eum, si ipse Marchio non posset prædicta omnia & singula verificare esse de puro & franco allodio, &c. Acto etiam quod quandocumque ipse Dom. Marchio vel successores sui recuperare & habere poterunt castra Salutiarum, & Dragonerii, & quodlibet eorum, cum mandamentis, territoriis, mero, mixto imperio & jurisdictione omnimoda ac beneficiis cœteris eorum, recognoscent & in feudum recipient ab ipso Dom. Dalphino & Successoribus suis, sub modis, pactis, formis & conditionibus supra dictis &c.

Præmissis itaque contractis & pactis inter partes prædictas, nominibus quibus supra dicti Nicholinus & Johannes procuratores prædicti confitentes & recognoscentes prædictum marchionatum, & prædicta omnia & singula castra, villas & loca sibi infeudata procuratorio nomine dicti Dom. Marchionis tenere & tenere debere, sub modis, formis, conventionibus, pactionibus, & conditionibus superius expressatis, in feudum & de feudo, Dominio, Superioritate, & ressorto dicti Dom. Humberti Dalphini, & successurorum suorum per quamcumque viam successorum in Dalphinatu, pro eis omnibus, & singulis, stando more Nobilium, & tenentes manus junctas & complosas inter manus dicti Dom. Dalph. procuratorio nomine dicti Dom. Marchionis fecerunt & præstiterunt homagium dicto Dalphino præsenti & recipienti pro se, hæredibus & successoribus suis, interveniente inter eos oris osculo, in signum perpetui fœderis & Amoris, & promiserunt prædicti procuratores ac juraverunt quilibet eorum, tactis Evangeliis sacrosanctis in animam dicti Dom. Marchionis, quod ipse Dom. Marchio erit perpetuò bonus & fidelis vasallus dicto Dom. Dalphino & Successoribus suis &c. Acta fuerunt hæc apud villam-Novam Sancti Andreæ prope Avinionem: Præsentibus Reverendis in Christo patribus Dom. Johanne Belvacensi, & Petro Claromontensi Episcopis, Dom. Firmino, Coquerelli, Magistro Reginaldo de Molinis, Dom. Francorum Regis consiliariis, Nobilibus & venerabilibus viris, Dom. Jacobo Brunerii legum Doctore, Jacobo Riveriæ Præceptore Masiliensi, ordinis sancti Anthonii Vien. Gvillelmo Dom. Belignani, Raymundo de Monte Albano Domino Montis Mauri, Gvillelmo de Royno Seniore & Goffredo de Arciis militibus, Raymundo Chaberti jurisperito vocatis & rogatis testibus ad præmissa, ac Guillelmo de Savigniaco Clerico Regio, & Lantelmo Martini de Arveolo, Ebredunensis diocesis, Notariis publicis præsentibus ad præmissa. Et ego Humbertus Pilati, &c.

Item ibidem, & in continenti dictus Dom. Humb. Dalph. voluit & concessit, quod sic dictus Thomas Marchio non posset facere obligare Dominos Georgium, Johannem & Manfredum de Saluciis, & Nobiles de Escalanibus, eorum quemlibet, propterea non incurrat pœnas prædictas decem millium florenorum; ita tamen quod quandocumque ipsos habere poterit subditos, eos compellere debeat ad jurandum pactiones prædictas, & obligandum & submittendum pro observantia eorumdem, juxta formam superiùs designatam; de quibus dicti procuratores petierunt sibi fieri per me Notarium infra scriptum publicum instrumentum. Actum ut supra, & præsentibus ut supra, & Ego Humbertus Pilati, &c.

XXX.

Tractatus instituti de matrimonio ineundo inter Humbertum Dalphinum, & Blancham, Sororem Amedei VI. Comitis Sabaudiæ, de Anno 1347.

PRo parte Dom. Dalphini sunt dati Tractatores, Fr. Jacobus Riveriæ, Præceptor Navarræ, Ordinis Sancti Anthonii Vienn. Amblardus Dominus de Bello-Monte, Fr. de Revello, Petrus de Lucingio, Nicolaus de Glande, Milites, & Guillelmus Fornerii Licentiatus in utroque Jure, & Procurator præfati Dom. Dalphini: pro parte verò dictæ Dom. Blanchæ & dicti Dom. Comitis dati sunt Tractatores, Dom. Petrus de Monte-gelato, Jacobus de Claro-monte, Dominus Sanctæ Helenæ, Petrus de Compesio, Dominus Vulpelheriarum, Petrus de Gebennis, Milites, & Petrus de Muris, ac Petrus Berre Jurisperiti, & pro utraque partium fuerunt Mediatores communiter dati, & concorditer assignati, Dom. G. Episcopus Carpentorat. & Dom. G. Electus Petragoricen. & Dom. Comes Gebennens. Inprimis placet Tractatoribus supradictis, ut dictum matrimonium contrahatur & compleatur per modum qui sequitur.

Primò, quod dictus Dom. Comes Sabaudiæ det & constituat in dotem dictæ Nobili Blanchæ sorori suæ, 120000. flor.

Item, quod dicta 120000. flor. solvantur terminis qui sequuntur, primò, quod 20000. flor. statim remittantur & deducantur, ratione cujusdam debiti, in quo dictus Dom. Dalph. tenetur Dom. Comiti supradict. prout in Instrumentis super hoc confectis continetur.

Item, 10000. flor. solvantur realiter in die nuptiarum.

Item, alia 10000. in media Quadragesima proximè veniente.

Item, deinde quolibet anno in media quadragesima, 6000. flor. donec de dicta 120000. flor. summa fuerit plenariè satisfactum.

Item, actum est quod 13000. flor. quæ vel circa poterant deberi præf. Dom. Comiti, per dict. Dom. Dalphinum, de resta cujusdam debiti, statim remittantur dicto Dom. Dalphino in recompensationem Cameræ & aliorum ornamentorum, exceptis ornamentis capitis, quæ ornamenta capitis sibi dabit dict. Dom. Comes honorabiliter, sicut decet.

Item, actum est, quod dabit dict. Dom. Comes præfatæ sorori suæ vestes, & alia ornamenta sibi concedentia pro tempore nuptiarum.

Item, actum est, quod dict. Dom. Dalphinus teneatur dare & assignare dictæ Dom. Blanchæ ratione dotalitii decem mille flor. annuales assignandos in Castris Visiliæ, Montis-Bonodi, Muræ-Matacenæ, Belli-Montis & Corvi & Mandamentis eorum & Jurisdictionibus, & honoribus quibuscunque, & in aliis Castris & locis circumvicinis, si prædicta non sufficerent, & quod dicta Castra sibi tradantur ædificiis & fortalitiis dictorum Castrorum minime computatis, homagio ligio & cavalcatis ac resorto Juridico & secundis Appellationibus dicto Dom. Dalphino retentis. Pœnis, bannis, commissis, & cognitionibus pro dictis cavalcatis dictæ Dominæ Blanchæ retentis.

Item, in casum & eventum ubi deberet fieri restitutio dotis, fiet per hunc modum, quod dicta viginti millia flor. quæ debent remitti & deduci, ut supra dictum est, non restituantur in casu ubi ab ipsa Domina dict. Dom. Dalphinus habebit prolem superstitem, alias autem, videlicet post decessum dicti Dom. Dalphini, & non ante fiat restitutio, sicut de aliis centum millibus flor. infrascrip.

Item, de dictis centum millibus flor. & de dictis viginti millibus supradictis in casu prædictæ restitutionis fiat restitutio per hunc modum, videlicet viginti millia flor. restituantur infra annum à tempore soluti matrimonii, & deinde anno quolibet sex millia flor. quousque de dicta summa fuerit plenariè satisfactum.

Item, in casu, ubi restitutio prædictæ dotis fuerit plenariè facta, quod tunc cesset totaliter dotalitium supradictum.

Item, quod prædicta serventur fortiori modo quo poterunt, taliter quod partes debeant contentari.

Intendit Dom. Dalphinus, quod illa decem millia flor. quæ de dote dicebantur & ordinabantur per Tractatores, sibi solvi in media Quadragesima, eidem in die desponsationis realiter exsolvantur aut respondeantur pro parte Dom. Comitis solvi nomine dicti Dom. Dalphini Lappo de Ruspo seu aliis mercatoribus Romanæ Curiæ, nominandis per ipsum Dom. Dalphinum taliter quod dicti mercatores inde quittent eumdem Dom. Dalphinum, & sibi restituant jocalia sua quæ habent penes se nomine pignoris obligata.

Item, super quarto Capitulo addatur, quod Dom. Comes teneatur ad ornamenta quæque capitis & corporis Dom. Blanchæ, & omnia quæ spectant ad dicta ornamenta facere honorificè secundum decentiam honoris, dignitatis & status dicti Dom. Dalphini & prædictorum Dom. Comitis et Domicellæ.

Item, in casu quo convolaret ipsa Domicella ad secundas nuptias, intendit Dom. Dalphinus quod cesset omnino dotalitium sibi dandum, aut fructus ejusdem in dotis restitutionem cedant et totaliter convertantur, quo casu cessionis et conversionis fructuum in dictam restitutionem Castra quæcumque et loca quæcumque assignanda pro dicto dotalitio teneri et regi debeant omni tempore per homines ligios Dom. Dalphini, qui tunc erit, ita quod nullum possit eidem Dom. Dalphino super ipsis Castris et locis periculum eminere.

Si vero ad secundas non convolaret nuptias,

otias, teneat dotalitium ipsa vivente, quousque dumtaxat recuperavit dictam dotem, si ipsam recuperare voluerit, ad quod tamen compelli seu arctari non possit, et in casu quo dotem ipsam recuperare voluerit, tunc facta prima solutione dictæ restitutionis dotis, quæ solutio debet esse de decem millibus flor. minuatur & extenuetur ipsum dotalitium de mille & ducentis flor. & deinde anno quolibet in qualibet solutione dictæ restitutionis minuatur & extenuetur dictum dotalitium de ipsoque deducatur pro rata ut supra, adeo quod facta totali restitutione dictæ dotis omnino cesset dotalitium ipsum, & sit ex tunc ulterius viribus vacuatum.

Item, non intendit Dom. Dalphinus, quod dicta Domicella aliquam quittationem faciat de hæreditate, seu successione, ymò quod sibi reserventur jura quæcumque sibi competentia & competitura in successione materna & fraternis, & aliorum quorumcumque agnatorum & cognatorum.

Item, memorandum, quod si dotis restitutio locum haberet, Dom. Dalphino præmoriente non superstitibus liberis ab eisdem communibus, dat sibi Dom. in augmentum dotis, decem millia flor. & si ipsa præmoriretur nullis etiam liberis remanentibus, communibus ex eisdem, dentur Dom. de dicta dote decem millia flor.

XXXI.

Caroli IV. Rom. Imperat. Literæ, quibus Amadeo VI. Comiti Sabaudiæ vices suas in quibusdam territoriis & locis detulit, eumque Vicarium Imperii constituit, d. d. 4. Id. Maji, A. 1356.

CArolus Quartus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Boemiæ rex: illustri Amadeo, comiti Sabaudiæ, principi & consanguineo suo, gratiam suam & omne bonum. Princeps & consanguinee carissime. De tuæ circonspectionis industria, qua tu velut noster zelator honoris, inter alios nostros & imperii sacri principes, magnæ sedulitatis officio, & virtuosæ prosecutionis frequentia claruisti: habentes utique ex argumentis certissimis præsumptionem indubiam fiduciæ singularis, & attendentes etiam, quod plerumque arduis nostris, & imperii sacri negociis quam plurimis adeo occupamur, quod ad ea, quæ nobis ex injuncto imperialis dignitatis incumbentia, personaliter & solerter intendere non valemus: igitur fidelitati tuæ animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed de certa nostra scientia, authoritate Cæsarea concessimus, ac etiam tenore præsentium concedimus gratiose, quod omnes universi & singuli nostri & imperii sacri vasalli, archiepiscopi, Episcopi, abbates, religiosi & prælati, & alii homines, & personæ nobiles, & ignobiles, civitatum & & diœcesium Sedunensis, Lausannensis, Gebennensis, Augustensis, Yporregiensis, Thauinensis, Maurianensis, Tharentasiensis, Bellicensis, comitatus Sabaudiæ terrarum, locorum, & districtuum ejusdem, nec non diœcesium Lugdunensis, Matisconensis, Gratianopolitanensis, in quantum imperio ac districtui & terris tuis eædem diœcesis Lugdunensis, Matisconensis, & Gratianopolitanensis existunt, qui nunc sunt & fuerunt, omnia homagia & fidelitates, subjectiones, obedientias, ad que & quas nobis & imperio sacro tenentur, pro feudis, quæ tenent à nobis & imperio sacro, tibi & tuis perpetuis successoribus nostro & imperii sacri nomine facere, præstare & recognoscere teneantur, infra duorum mensium spatium, postquam per te aut tuos per te deputandos, fuerint super his debite requisiti: volentes & tibi & tuis perpetuo successoribus concedentes gratiose, quod tu & tui perpetuo successores in civitatibus, diocesibus & limitibus supradictis, nostro & imperii sacri nomine, eandem jurisdictionem, seignoriam, regaliam & superioritatem habeas, teneas & exerceas, & tibi pertineant, prout quemadmodum ante concessionem nostram prædictam nobis tanquam imperatori Romano pertinere poterant & debebant, te & tuos successores in his nostrum vicarium generalem tenore præsentium decernentes; ita quod tu, sicut noster in hac parte vicarius, & imperii sacri nomine, pro te & tuis successoribus, de universis & singulis delictis, excessibus & forefactis, quæ seu quas in civitatibus, diocesibus & limitibus supradictis committentur, aut in præsenti commissa & non punita existunt, per te, alium, seu alios, diligenter inquirere, excessus seu delicta hujusmodi acriter punire, & mandata, statuta & præcepta, ne excessus in antea perpetrentur, statuere & facere, & omnia alia & singula in his necessariis & oportunis exequi & exercere valeas, prout juxta consilium prudentum videbis expedire: volentes ac etiam tibi & tuis successoribus mandantes & præcipientes districte, quod universos & singulos tibi in præmissis rebelles, auxilium, consilium favorem rebellibus præbentes, mulctis, pœnis legalibus, & aliis remediis, quibus expedire videris, autoritate nostra Cæsarea punire & constringere debeas, ut eorum pœna cæteris transeat in exemplum: præsentibus sub imperialis nostræ majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Chamberiaci, Anno domini M. CCC. LXV. indictione tertia, IV. Idus Maji, regnorum nostrorum anno decimo nono, imperii vero undecimo.

XXXII.

Caroli IV. Rom. Imperatoris Privilegium, Amadeo VI. Comiti Sabaudiæ indultum, ut omnes appellationes, quæ à quibuscumque Archiepiscopis, Episcopis & Prælatis, ac eorum Locumtenentibus judicibus secularibus, intra Comitatus Sabaudiæ terminos ac limites constitutis ad Audientiam & tribunal Imperiale hactenus interponi consueverunt, in posterum ad prædicti Comitis Audientiam interponantur, d. d. 12. Aug. An. 1356.

CArolus Quartus Divina favente clementia Roman. Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, Illustri Amadeo Comiti Sabaudiæ, Principi & consanguineo suo dilecto, gratiam suam & omne bonum. Incumbente humeris nostris varietate negotiorum innumera, quibus pro Sacr. Imperii & subditorum ejus statu felici cor nostrum assidua meditatione distrahitur, quia nostram ubilibet non possumus exhibere præsentiam, ne fidelibus nostris, a quibus nos elongari contingit nostræ vigilantiæ cura desit; Juris insignibus fide & virtute potentibus, nostræ consuevimus potestatis quandoque vices committere & partem sollicitudinis delegare; hinc est quod de Tuæ fidei & amoris constantia, consanguinee carissime, gerentes fiduciam specialem, Imperiali autoritate decernimus, ut omnes appellationes, quæ a quibuscunque Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus & Prælatis & eorum locum tenentibus judicibus sæcularibus infra terminos ac limites Comitatus Tui Sabaudiæ constitutis, *ad Audientiam & Tribunnal Nostrum Imperiale interponi hactenus consueverunt*, & de Jure vel consuetudine interponi deberent ad Tuam Audientiam deinceps interponantur seu debeant interponi; Dantes tibi plenam & liberam de certa scientia potestatem, universas & singulas appellationum causas, quas a prædictis & eorum quolibet, sive ab actoribus sive reis ad Te, vice nostra sic ut præmittitur, vel etiam ad nos in futurum interponi contingerit, & si quæ in præterito interpositæ adhuc pendent, auctoritate Nostri culminis audiendi, cognoscendi, terminandi, decidendi, sententias ferendi, executioni mandandi, aliaque omnia & singula faciendi, etiamsi mandatum exigant speciale, & quæ in talibus appellationum causis ipsi facere possumus & possemus, si illas personaliter tractaremus, ratum habituri & gratum quicquid in his & aliis circa hoc dependentibus, emergentibus & annexis rite duxeris judicandum, ratasque habituri sententias, quas juste tuleris, & pœnas quas contradictoribus duxeris infligendas. Mandamus igitur præfatis Archiepiscopis, Principibus, Comitibus, Vice-Comitibus, fidelibus & subditis nostris & sacri Imperii universis, infra prædictos Comitatus Sabaudiæ terminos limites & pertinentias constitutis sub obtentu gratiæ nostræ firmiter & districte, quatenus super præmissis, quoties opus extiterit, ad Te, vice nostra recurrant & recurrere faciant, illam tibi quam nobis deberent obedientiam & reverentiam exhibendo, & tuis mandatis atque sententiis absque contradictione parendo, hac nostra concessione & commissione præsenti ad nostræ duntaxat voluntatis beneplacitum duratura. Præsentium sub Imperialis Majestatis Nostræ Sigillo Testimonio literarum. Datum Pragæ anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, Indictione nona, duodecimo Calend. Augusti, Regnorum nostrorum Romani undecimo, Bohemici decimo, Imperii vero secundo.

XXXIII.

Transactio inter Amadeum VII. Comitem Sabaudiæ, ac civitatem, ditionemque Niciensem facta, qua Nicienses potestati ac Dominio Domus Sabaudiæ sese subjecerunt, d. d. 28. Septembr. An. 1388.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo, tricentesimo octuagesimo octavo, die vicesima octava mensis Septembris, duodecimæ Indidictionis, secundum cursum Provenciæ. Ex tenore hujus veri & publici Instrumenti universis præsentibus & futuris elucescat. Quod cum Vniversitas & homines civitatis Niciæ, attendentes & considerantes oppressiones & damna, læsiones, injurias, prædas rapinas, offensas & vasta, factas & facta illatas & illata hujus temporis gverrarum discrimine, dictæ Civitati, Civibus & singularibus personis tam dictæ Civitatis, quam districtus & vicariæ ejusdem, in personis & bonis eorundem: & quæ futuro tempore fortius inferri parabantur per illustrem Dominum Ludovicum, filium Illustris Domini Ludovici, quondam Andegaviæ Ducis ex eo, quod se Regem Jerusalem & Siciliæ, & Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii Comitem se asserit; adeo videlicet, quod fames et caristia in dicta civitate Niciæ jam insurgebat, & fortius insurgere spectabatur, propter dictarum gverrarum discrimina, & inimicorum suorum Potentiam. Videntes & ab experto recognoscentes succursum Serenissimi Principis, Domini Ladislai, Regis Jerusalem & Siciliæ & Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii prædictorum Comitatuum, eorum Domini naturalis, habere non posse propter ipsius impotentiam & dictorum suorum inimicorum robur & potentiam rapacem, qui jam majorem partem dictorum Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii vi sua usurparunt & suo subjugarunt dominio;

dominio; & quod ulterius vivere non poterant, qui succursum alicujus Domini implorarent habendum: habito super hoc, inquam, pluribus colloquiis & consiliis, deliberato proposito elegerint unanimes & concordes, viam eligentes saniorem, implorare succursum illustris & inclyti Principis & Domini, Domini Amadei, Comitis Sabaudiæ, Sacri Imperii Vicarii Generalis, a quo sacro Imperio & ejus protectione ac de feudo moventur prædicti Comitatus Provinciæ & Forcalquerii, ut asseritur, pro parte Civium prædictorum & dictam Civitatem, districtum & Vicariam ejusdem, personas & bona singularum personarum ejusdem Civitatis, districtus & Vicariæ & locorum eidem Civitati adjacentium, cum mero, mixto imperio & omnimoda jurisdictione eorundem & singulorum eorum, subjicere & ponere sub protectione, tuitione, regimine, defensione & tutela præfati illustris Domini Comitis Sabaudiæ Imperialis Vicarii Generalis, ut ipsius Domini Comitis & Vicarii juvamine, viribus & potentia, se suaque valeant ab hostium incursibus & ipsorum jugo defendere viriliter & tueri. Pro quibus a præfato illustri Domino Comite & Vicario obtinendis. Oratores & Ambassiatores pluribus vicibus ad præfati illustris Domini Comitis Sabaudiæ & Imperialis Vicarii Generalis præsentiam destinarunt. Ecce quod dictorum Oratorum & Ambassiatorum dictæ Civitatis Niciæ, ad dictum Dominum Comitem & Vicarium destinatorum pro præmissis & infrascriptis, svadentibus requisitionibus multifariis, expositis præfato illustri Domino Comite Sabaudiæ, Imperiali Vicario Generali, ad partes provinciæ jam provento, & in loco infrascripto, videlicet ante Monasterium Sancti Poncii Ordinis Sancti Benedicti, extra muros Civitatis præfatæ constituto & existente, cum sua Baronum, militum & Scutiferorum, ut decet, tantum Principem generosa Comitiva: Nobiles & discreti viri Dominus Girandus Rocamaure, Jurisperitus, Antonius Blasii, Ludovicus Talotti & Joannes Calhaferri de Nicia, Ambassiatores, Syndici & procuratores, specialiter electi & ordinati, per quadraginta electos in generali Parlamento dictæ Civitatis Niciæ, de Dominica vicesima septima Mensis Septembris, tento in plano Regii Palacii, ut constat de ordinatione ipsa & potestate super hoc ipsis supradictis concessa per ipsos quadraginta quodam publico instrumento scripto manu mei Joannis Trofferii subscripti Notarii, die vicesima septima prædicti mensis Septembris, circa vesperas; Et de electione & potestate data & attributa in dicto Parlamento dictis quadraginta, alio constat instrumento scripto dicta die vicesima septima Septembris, circa tertiam, per Gvillermum Aloysii, de dicta civitate Notarii, in præfati illustris & Incliti Principis, Domini Amedei, Comitis Sabaudiæ, Sacri Imperii Vicarii Generalis, Testium infrascriptorum & nostrorum Notariorum subscriptorum præsentia personaliter constituti, suis & dictæ universitatis et singularum personarum dictæ Civitatis Niciæ et locorum totius suæ Vicariæ nominibus humiliter præfato illustri Domino Comiti et Imperiali Vicario supplicarunt; Quatenus attento, quod præfatus Serenissimus Dominus Ladizlaus, ipsorum naturalis Dominus, eosdem a suis inimicis jam defendere non potest ut supra dictum est, et qui sunt ad tantam extremitatem deducti, quod ipsos necessario oportet alicujus Domini implorare succursum, vel in manus incidere inimicorum suorum; dignaretur et vellet velut eorum tutum et supremum refugium eosdem, civitatem, homines et singulares personas ipsius Civitatis Niciæ et totius Vicariæ suæ res et bona ipsorum cum mero, mixto imperio et omnimoda jurisdictione alta, media et bassa, cum singulis honoribus, exitibus proventibus et emolumentis ad Curiam dictæ Civitatis Niciæ et Vicariæ suæ pertinentibus et spectantibus quoquomodo, recipere et habere in ipsius Domini Comitis, Imperialis Vicarii Generalis protectionem, tuitionem, regimen, defensionem et tutelam, cum pactis promissionibus, capitulis et conventionibus infra scriptis, et ipsos omnes et singulos tanquam suos et suæ protectioni et tutelæ suppositos protegere et defensare suis propriis sumptibus et expensis a quibuscunque cujusve modi, conditionis existant, volentibus prædictam Civitatem loca et terras prædictas invadere et usurpare, et suo dominio et imperio subjugare: et præsertim a Ducissa Andegaviæ liberisque ejus, et cæteris personis tam Ecclesiasticis, quam secularibus, et nomine ipsius et ipsorum officia ministrantibus; et a Comitibus Vintimillii, scilicet Tendæ et Briguæ: Et ex nunc dicti Syndici suis et nominibus, quibus supra, sese et dictam Universitatem, Civitatem Niciæ, civitatemque homines et singulares personas ipsorum locorum, res et bona ipsorum et cujuslibet ipsorum, cum mero, mixto Imperio et omnimoda jurisdictione alta, media et bassa, ác singulis honoribus, exitibus, proventibus et emolumentis dictæ Civitatis et locorum Vicariæ ejusdem, et cujuslibet eorum ad Curiam dictæ Civitatis pertinentibus et spectantibus et debitum pertinere, ac haberi et exerceri solitum per eandem; posuerunt et submiserunt protectioni, tutelæ, regimini et defensioni præfati illustris Domini Comitis, Imperialis Vicarii, ibidem præsentis, cum dictis subscriptis, pactis et conventionibus. Quorum syndicorum prædictorum nominibus, supplicationi pariter et requisitioni, præfatus illustris Dominus Comes Sabaudiæ, Imperialis Vicarius Generalis, gratis favoribus inclinatus, non dedignans preces supplicum exaudire, ipsos, Universitatem, civitatem, homines et singulares personas dictæ Civitatis Niciæ et totius Vicariæ ejusdem et locorum adjacentium sibi, res et bona ipsorum et cujuslibet eorum cum mero, mixto Imperio et omnimoda jurisdictione alta, media

et bassa ac singulis honoribus, exitibus, proventibus et emolumentis ejusdem Civitatis et locorum suæ Vicariæ et cujuslibet eorum, ad Curiam pertinentibus et spectantibus et spectare et pertinere debentibus quoquomodo, cum subscriptis pactis et conventionibus in suam protectionem, tuitionem, regimen, defensionem et tutelam gratanti animo et deliberato proposito recepit: Promittens bona fide dictis Syndicis et procuratoribus suis, quibus supra nominibus stipulantibus et recipientibus more publicarum personarum, vice et nomine et ad opus omnium et singulorum, quorum interest et interesse poterit in futurum; dictos Civitatem, Vniversitatem, homines et bona dictæ Civitatis Niciæ et locorum totius Vicariæ suæ, protegere, regere et defensare suis sumptibus et expensis, ab omnibus et contra omnes, cujuscunque conditionis existant, volentibus prædictam Civitatem, loca et terras prædictas invadere et usurpare et suo dominio et imperio subjugare; et præsertim a dicta Domina Ducissa Andegaviæ liberisque ejus et cæteris personis tam Ecclesiasticis, quam secularibus et nomine ipsius et ipsorum officia ministrantibus; et a Comitibus Vintimilii, Dominis Tendæ et Briguæ. Et ultra supplicationibus et requestis dictorum Syndicorum inclinatus, favore benigno tendens ad unionem sicut decet bonum pacificum et tranquillum statum Comitatuum Provinciæ et Forcalquerii, præfatus illustris Dominus Comes, Imperialis Vicarius Generalis, bona fide promisit et convenit Syndicis et nobis dictis Notariis, ut supra, stipulationibus, quod ipse suo posse faciet, quod cætera loca et Civitates dictorum Comitatuum Provinciæ et Forcalquerii, quæ præsentialiter occupantur per dictam Dominam Ducissam et Liberos ejus, eruet ea et eas suis specifice sumptibus et expensis a manibus prædictæ Dominæ Ducissæ, liberorumque suorum et Locatenentium eorundem, et cæterarum aliarum personarum, tam Ecclesiasticarum, quam secularium et officialium ipsorum et cujuslibet eorum tenentium et possidentium, seu qui in futurum tenerent et possiderent aliquas terras, seu terram in prædictis Comitatibus; et prædicta faciet et facere teneatur præfatus Dominus Comes, cum vexillo Serenissimi Principis, Domini Regis Bœmiæ, Romanorum Imperatoris atque suo. Item ad ipsorum Syndicorum humilem supplicationem et requestam, præfatus illustris Dominus Comes Sabaudiæ, Imperialis Vicarius Generalis, solemni stipulatione promisit, pepigit et convenit dictis Syndicis ut supra stipulantibus recipientibus et requirentibus; quod si contingeret dictum Dominum Regem Ladizlaum, ad tantam futuro tempore resilire potentiam, quod infra tres annos a die crastina inchoandos continuos et completos restituere posset præfato Domino Comiti omnes expensas, sumptus et missiones, per ipsum Dominum Comitem et suos factos et factas, fiendos et fiendas in futurum, tam in acquisitione & protectione locorum prædictorum, quam in defensione et custodia eorundem. Eo casu ipse Dominus Comes, Imperialis Vicarius Generalis et ejus hæredes teneantur, prædictam Civitatem et loca Vicariæ, ipsique qui sub protectione dicti Domini Comitis se posuerunt, ipso Domino Comite sic possidente, restituere, remittere, tradere et desamparare libere et expedire omnibus cavillosis anfractibus, procul pulsis, videlicet dicto Domino Ladizlao, Regi Ungariæ, Jerusalem & Siciliæ & prædictorum Comitatuum Comiti, seu ejus hæredibus, infra prædictos tres annos proximos a die crastina incohandos continuos et completos, ad sui vel suorum primam requisitionem; prius tamen per dictum Dominum Ladizlaum Regem et suos solutis et restitutis integre præfato Domino Comiti et suis, omnibus et singulis expensis, sumptibus et missionibus per ipsum Dominum Comitem factis et quas et quos ipsum et suos contingeret facere, tam in recipiendo protectionem Civitatis prædictæ et locorum Vicariæ ejusdem, quam pro conservatione, custodia, et defensione eorundem; de quibus expensis, sumptibus et missionibus factis et fiendis, credatur et stetur dicto et solo simplici verbo Domini Comitis et suorum, sine alia probatione et juramenti præstatione quibuscunque. Item præfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius Generalis, promisit et solenni stipulatione convenit dictis Syndicis et procuratoribus, stipulantibus et recipientibus, suis et quibus supra nominibus et nobis dictis Notariis ut supra, stipulantibus; quod ipse et ejus hæredes imposterum & successores, durante dictorum trium annorum tempore vel postea, quascunque prædictas Civitatem Niciæ, terras et loca Vicariæ suæ, quæ sub dicti Domini Comitis, Imperialis Vicarii, protectione se posuerunt, non remittet, seu remittent, restituet, seu restituent, dabit, seu dabunt, tradet, seu tradent, desamparabit, seu desamparabunt, vendet, seu vendent, alienabit, seu alienabunt ratione Dominii possessionis et tenutæ, vel etiam quocunque alio titulo modo seu via, quæ excogitari possent prædictæ Ducissæ Liberisque suis, Domino Regi Franciæ, nec alicui Principi, Comiti, Baroni et Marchioni, seu alteri Domino pari, majori vel minori, prædictis nisi prædicto Domino Regi Ladizlao vel hæredibus suis. Item ad humilem supplicationem et reqvestam dictorum Syndicorum præfatus illustris Dominus Comes Sabaudiæ, Imperialis Vicarius, solemni stipulatione promisit, pepigit et convenit eisdem Syndicis, ut supra, stipulantibus; quod dictorum trium annorum durante tempore, dictas civitatem, terras et loca Vicariæ ejusdem, quæ sub dicti Domini Comitis, Imperialis Vicarii, protectione se posuerunt, non compellet vel astringet ad faciendum eidem aliquod homagium, nec fidelitatis Sacramentum; remanente tamen libero arbitrio civium,

rium, qui eidem Domino Comiti homagium
acere voluerint, quod homagium, vel homa-
gia possit & valeat recipere; teneantur tamen
x nunc promittere & corporaliter jurare præ-
ato Domino Comiti eidem, ut Vicario Impe-
iali, & Officialibus suis in dicta Civitate &
/icaria constituendis per eundem, obedire,
rout Regibus Jerusalem & Siciliæ, Provinciæ
Forcalqverii Comitibus & Officialibus suis
bedire consveverunt; & teneantur eidem
)omino Comiti, Imperiali Vicario, in Civitate
rædicta & Vicaria ejusdem, concedere me-
um, mixtum Imperium & omnimodam Juris-
ictionem altam mediam & bassam, cum omni
xercitio per ipsum Dominum Comitem Im-
erialem Vicarium & ejus officiales exercendo
exequendo, cum receptione, perceptione &
abitatione omnium bonorum, obventionum
emolumentorum quorumcunque quas &
uæ & prout Reges Jerusalem & Siciliæ, Pro-
inciæ & Forcalqverii Comites & Officiales
sorum erant exercere, percipere & habere
onsveti in Civitate & Vicaria prædictis.
em præfatus Dominus Comes Imperialis, Vi-
rius Generalis solemni stipulatione promisit
convenit dictis Syndicis & procuratoribus
t supra stipulantibus, quod ipse & hæredes
ii specialiter & expresse teneantur revocare, ir-
tare & cancellare quamcunque venditionem
u feudi donationem, & aliam quamcunque
ienationem, si quam vel quas facit alicui
ersonæ, vel personis, tam Ecclesiasticis, quam
cularibus, de Civitate prædictæ Niciæ ter-
s, villis & locis Vicariæ ejusdem, seu de ali-
io Imperio mero, mixto & jurisdictione qua-
nque dictæ Civitatis & locorum suæ Vicariæ
Domanio existentibus. Item præfatus illu-
ris Dominus Comes Sabaudiæ, Imperialis Vi-
rius, solemni stipulatione promisit, pepigit
convenit dictis Syndicis & procuratoribus,
t supra, stipulantibus, quoad ipse Dominus
omes & ejus hæredes teneantur dare passa-
ium & concedere licentiam & autoritatem,
uibuscunque præbere, seu dare volentibus
uxilium consilium, succursum juvamen vel
vorem, per mare, vel per terram de victua-
bus, hominibus, armigeris & quibuscunque
iis necessariis, prædicto Domino Regi La-
izlao, per totam terram dictorum Comita-
um Provinciæ & Forcalqverii, quæ est, seu
it sub ejus protectione, seu dominio & præ-
rtim dictis Civitatis Niciæ, locis & terris Vi-
riæ ejusdem. Item præfatus illustris Co-
es Sabaudiæ, Imperialis Vicarius, solemni sti-
ulatione pepigit, promisit & convenit dictis
yndicis & Procuratoribus, quod ipse & ejus
æredes teneantur juxta posse vetare & pro-
ibere quoscunque Reges, Principes, Duces
Barones & alias qvascunqve personas & eo-
m exercitus & comitivas, tam maritimas,
uam terrestres, volentes seu intendentes ire
transire per terras dictorum Comitatuum
ontra dictum Dominum Regem Ladizlaus,
ejus Civitates & loca invadere, seu usur-
pare. Item præfatus illustris Comes Sabau-
diæ, Imperialis Vicarius, solemni stipulatione
promisit, pepigit & convenit dictis Syndicis,
quod si præfatus Dominus Rex Ladizlaus, &
ejus hæredes, infra dictum tempus dictorum
trium annorum, expensas, sumptus & missio-
nes factas per ipsum Dominum Comitem &
suos & fiendas, tam pro defensione quam re-
ceptione dictarum Civitatis Niciæ & locorum
suæ Vicariæ & aliarum terrarum & locorum
sub obedientia dicti Domini Regis Ladizlai
existentium, quæ sub protectione dicti Do-
mini Comitis se posuerunt, restituerint Do-
mino Comiti, &, ipsis restitutis, dictus Domi-
nus Comes dictas Civitatem, terras & loca
dicto Domino Regi restituere, tradere & re-
mittere recusaret, vel ipsas expensas & mis-
siones, ut supra declaratas, recipere contradi-
ceret; eo casu sit licitum hominibus dicta-
rum Civitatis, locorum & terrarum, & cujus-
libet earum, propria authoritate ad Dominium
dicti Domini Regis redire, & de manibus di-
cti Domini Comitis se movere, absque eo
quod in crimen Rebellionis seu Proditionis di-
cerentur incurrisse, prius tamen præfato Do-
mino Comiti observatis & adimpletis omni-
bus & singulis insuper & infra scriptis capi-
tulis, pactis & conventionibus contentis &
designatis. Item præfatus illustris Dominus
Comes, Imperialis Vicarius, solemni stipula-
tione promisit, pepigit & convenit dictis Syn-
dicis et Procuratoribus ut supra stipulantibus;
Quod ipse et ejus hæredes et Officiales eo-
rum, qui pro tempore fuerint in Civitate, lo-
cis et terris prædictis, non possint aliqua oc-
casione, seu causa, aliquam personam requi-
rere, extrahere, seu remittere de uno loco ad
alium, vel de una Curia ad aliam, tam in causa
criminali, quam in civili, sed in singulis locis
civitatis, locorum et terrarum prædictarum,
ubi jurisdictiones exercentur: unusquisque
Civitatis, locorum et terrarum prædictarum
conveniatur et reconveniatur, prout fuerit
requisitus, nisi causa dictum Dominum Co-
mitem tangeret. Item præfatus illustris Do-
minus Comes Imperialis Vicarius ad ipsorum
Syndicorum humilem Requisitionem, eisdem
Syndicis ut supra stipulantibus et recipienti-
bus dedit, donavit, concessit, licentiam & au-
thoritatem, quod dicta Civitas Niciæ, seu uni-
versitas ejusdem, gabellas, revas et cæteras
impositiones, quarum commodum et emolu-
mentum ad ipsam civitatem cæteraque loca
ejusdem Vicariæ pertinet et spectat, et con-
svevit spectare, factas pro necessitatibus gverræ
et aliis oneribus dictæ universitatis Niciæ et
locorum Vicariæ ejusdem et cuilibet eorum
in dicta Civitate et Vicaria ejusdem; possint
homines dictæ Civitatis et Vicariæ tenere et
servare, tollere et destruere et annulare, prout
eisdem hominibus pro bono dictæ Civitatis
et Vicariæ videbitur expedire; dum tamen
gabellæ et cæteræ obventiones et emolumenta
per Curiam percipi consveta et eidem Curiæ
spectan-

ſpectantia, præfato Domino Comiti perſolvantur. Item præfatus illuſtris Dominus Comes, Imperialis Vicarius, ſolemni ſtipulatione promiſit, pepigit & convenit dictis Syndicis ut ſupra ſtipulantibus, quod major Curia Seneſcalli & aliorum majorum Officialium in prædictis Comitatibus Provinciæ & Forcalqverii, ſi ipſe Dominus Comes acqviſiverit, per eos conſtituendorum, tenebitur & regetur in dicta Civitate Niciæ, ſicuti tenebantur in Civitate & regebantur Aqvenſi tempore regiminis quondam Dominæ Johannæ Reginæ, juxta privilegium dictæ Civitati conceſſum per dictum Dominum Ladislaum Regem, durante tamen beneplacito Domini Comitis antedicti. Item præfatus illuſtris Dominus Comes, Imperialis Vicarius, promiſit & convenit ſolemni ſtipulatione eisdem Syndicis, quod ipſe Dominus Comes & ejus hæredes teneantur concedere marcham & repreſſalias, contra quascunque perſonas, quæ hominibus dictæ Civitatis & locorum Vicariæ ejuſdem jus & juſtitiam denegabunt, juxta ſtylum & conſvetudinem Italiæ. Item præfatus illuſtris Dominus Comes, Imperialis Vicarius, promiſit, pepigit & convenit ſolemni ſtipulatione, dictis Syndicis ſtipulantibus ut ſupra, quod ipſe gabellam ſalis Civitatis Niciæ tenebit ſufficienter munitam ſale, nec ipſam alibi transportabit, vel mutabit aliquo modo, & quod Cives Niciæ habeant, habere debeant & poſſint ſal in gabella prædicta ſalis, pro pretio conſveto, ſcilicet duorum ſolidorum & dimidii pro ſeſtario quolibet, tam pro uſu eorum, quam piſcibus ſalandis & carnibus vendendis, & ſicut hactenus ſunt habere conſveti; & modo ſimili homines dictæ Vicariæ Niciæ ſal in dicta gabella habere debeant & poſſint, de pretio, quo ſunt in illa habere conſveti, tempore Dominæ Joannæ, bonæ memoriæ Reginæ Jeruſalem & Siciliæ & prædictorum Comitatuum Comitiſſæ; ſervato tamen, quod tempore gverræ remaneat, & ſit de pretio dicti ſalis in arbitrio dicti Domini Comitis & Syndicorum Niciæ. Item præfatus illuſtris Dominus Comes, Imperialis Vicarius, promiſit, pepigit & convenit dictis Syndicis ſolemni ſtipulatione; quod ipſe non faciet treugam neque pacem cum prædicta Domina Duciſſa Andegaviæ nec liberis ejus, quamdiu ſtabit in acquiſitione Civitatum, terrarum & locorum Comitatuum Provinciæ & Forcalqverii niſi ſuper hoc participato conſilio Civium Niciæ. Item præfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, ſolemni ſtipulatione promiſit, pepigit & convenit dictis Syndicis ut ſupra ſtipulantibus; quod ipſe, durante dictorum annorum tempore, non perturbabit homines dictæ Civitatis Niciæ & locorum ſuæ Vicariæ, qui ſe ſub protectione dicti Domini Comitis poſuerunt, quominus poſſint ſuccurrere, ſuccurſum & juvamen dare dicto Domino Regi Ladizlao; dum tamen non cederet contra honorem dicti Domini Comitis & dictæ Civitatis Niciæ, vel alterius eorum. Item præfatus Comes, Imperialis Vicarius, ſolemni ſtipulatione promiſit, pepigit & convenit dictis Syndicis, ut ſupra, ſtipulantibus, quod ipſe nullo tempore futuro homines dictæ Civitatis & locorum ſuæ Vicariæ, directe vel indirecte cohercebit vel compellet, ire contra dictum Dominum Regem Ladizlaum niſi ipſe Dominus Rex faceret gverram contra dictum Dominum Comitem & ſuos, vel facere præſumeret ipſis hominibus & Civitati exiſtentibus dicti Domini Comitis, ſervata etiam, quoad hæc, forma Capitulorum ſupra et infra ſcriptorum. Item præfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, ſolemni ſtipulatione promiſit, pepigit & convenit dictis Syndicis ut ſupra ſtipulantibus; quod ſi contingeret dictam Civitatem & loca Vicariæ ſe declarare pro aliquo ſummo Pontifice, quod ipſe Dominus Comes ſuo poſſe procurabit dictam Civitatem & loca Vicariæ ſuæ abſolvi ab omni ſententia excommunicationis & Interdicti, quam forte homines & perſonæ dictæ Civitatis & locorum Vicariæ ſuæ incurrerent, qui bona jura & redditus Eccleſiæ receperunt, & domos, caſtra & alia ædificia Eccleſiæ disruerunt; ac etiam de quibus redditibus & bonis Eccleſiaſticis receptis & occupatis per dictam Civitatem & loca Vicariæ ſuæ, ſuo poſſe procurare & facere quittari & abſolvi, & remiſſionem fieri ab ipſo Domino ſummo Pontifice, pro quo ſe declararunt. Item præfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, ſolemni ſtipulatione promiſit, pepigit & convenit dictis Syndicis, ut ſupra, ſtipulantibus; quod ipſe teneatur Comites Vintimilii, Dominos Tendæ & Briguæ, ſuo poſſe cohercere & removere per cambium, vel conqueſtam, a Dominio & tenuta ac poſſeſſione dictorum locorum et aliorum, quæ in dicto Comitatu tenent: ad hoc ut paſſus de Nicia uſque in Pedemontem itinerantibus ſit apertus. Item præfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, ad ſupplicationem et requeſtam dictorum Syndicorum voluit et induxit, ac liberaliter largitus eſt, quod omnes et ſinguli extranei per mare ad dictam Civitatem Niciæ victualia adducentes, ſint franchi et immunes a ſolutione Rippagii et Quaranteni, durante tamen beneplacito dicti Domini Comitis. Item præfatus Dominus Comes Imperialis Vicarius, ſolemni ſtipulatione promiſit, pepigit et convenit dictis Syndicis ut ſupra ſtipulantibus; quod ſi contingeret ipſum Dominum Vicarium acquirere alia loca Comitatuum Provinciæ et Forcalquerii, quod judex Civitatis Niciæ habeat primas appellationes cauſarum civilium et criminalium, et ad ipſum devolvantur; videlicet locorum citra Ciancham ac de Vallibus Barcioniæ et Sancti Stephani, Vicariæque Pugeti, Then. et Bajuliæ, de Sigalia; et ſuper hoc judicem Civitatis Niciæ conſtituere promiſit et teneatur dictus Dominus Comes, ipſarum primarum appellationum judicem per privilegium perpetuum, in caſu, quo curia major

jor dictorum Comitatuum in dicta Civitate Niciæ non reduceretur, vel ipsam curiam pro meliori Patriæ non ordinaret reducendam in civitate prædicta Niciæ. Item præfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, solemni stipulatione promisit, pepigit & convenit dictis Syndicis, ut supra stipulantibus, quod castra, jurisdictiones & bona ablatas, & ablata infra districtum dictæ civitatis Niciæ & suæ Vicariæ, et etiam prædictorum Comitatuum, quibusdam Civibus et incolis dictæ Civitatis Niciæ et aliquibus dictæ suæ Vicariæ, per aliquos de facto, et per aliquos ratione gverræ, quæ fuit in dictis Comitatibus inter prædictum Dominum Ladizlaum Regem et quondam Ducem Andegaviæ, et natum ejus prædictum, restituere teneatur et debeat præfatus Dominus Comes, his quibus ablata fuerunt et restitui facere et mandare quæcunque contigerit illa ad sui Dominium et obedientiam venire. Item præfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, solemni stipulatione promisit, pepigit et convenit dictis Syndicis, ut supra stipulantibus; quod si contingat ipsum non acquirere totam aliam terram prædictorum Comitatuum Provinciæ et Forcalquarii, præter civitatem Niciæ et loca et terras dictæ Vicariæ et alia, quæ sub protectione sua se posuerunt; quod ipse Dominus Comes nullo tempore concedere teneatur nec permittere, quod quidam Cives et Incolæ prædictæ Civitatis Niciæ et bona in ipsa Civitate et ejus territorio habentes, qui rebelles fuerunt prædicto Domino Ladizlao Regi, et contra dictam Civitatem venerunt, et quæcunque mala, quæ potuerunt, tractarunt et opposuerunt se, sibi et suæ Vicariæ venire possint, in eadem, nec bona sua nullo tempore sibi remittere sine præjudicio creditorum. Item præfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, solemni stipulatione promisit, pepigit et convenit dictis Syndicis ut supra stipulantibus ad ipsorum supplicationem humilem; quod quando contigerit dictam civitatem Niciæ se declarare pro aliquo summo Pontifice, quod tunc dictus Dominus Comes teneatur cum dicto Domino summo Pontifice obtinere suo posse, quod Hospitia sistentia infra dictam civitatem Niciæ, quæ tenetur sub majori directo Domino Monasterii Sancti Pontii extra muros Niciæ, sub certis annuis servitiis, dictus Dominus summus Pontifex affranchibit, dato competenti Cambio per ipsum Dominum Comitem de aliquo illorum Castrorum, quæ fuerunt rebellia prædicto Domino Regi Ladizlao, acquirendorum per dictum Dominum Comitem, uno videlicet et pluribus ad sufficientiam excambii supradicti. Item præfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, ad humilem dictorum Syndicorum supplicationem et requestam, eisdem Syndicis ut supra stipulantibus concessit, quod in dicta Civitate Niciæ fiat et fieri possit et ordinari una Cazana, prout fit et consvetum est fieri in pluribus locis Italiæ. Item quod frequenter contingit, quod mercatores destinantes ballas mercimoniorum, aliqui ad partes Orientales, aliqui ad partes Occidentales, & aliqui ad partes Aquilonis ipsas mandant recipi in Nicia, præfatus illustris Dominus Comes Sabaudiæ, Imperialis Vicarius, eisdem Syndicis ut supra postulantibus concessit, quod nulla persona dictas Ballas, quas ut superius in civitate Niciæ mitti contingerit, recipiat nec recipere possit, nisi fuerit Civis vel oriundus dictæ Civitatis Niciæ, ut commodum Civibus & non forensibus applicetur. Item praefatus illustris Dominus Comes Imperialis Vicarius, ad humilem supplicationem & requestam dictorum Syndicorum voluit, jussit et ordinavit omnes inquisitiones & processus criminales factos et formatos hactenus in Curia dictæ Civitatis, & qui formari possent, occasione quacunque præterita vel delicto, contra quoscunque; esse cassos & nullius momenti: Et in signum nullitatis voluit et jussit, quod omnes libri & cartularia processuum in dicta Curia factorum hactenus, igne comburantur, parti læsæ jure in omnibus reservato, remanentibus rebellibus in banno, in quo erant & reperientur, esse de præsenti. Item præfatus Illustris Dominus Comes, Imperialis Vicarius, promisit, pepigit & convenit dictis Syndicis ut supra stipulantibus; quod si contingat ipsum Dominum Comitem acquirere alia loca Comitatuum Provinciæ & Forcalqverii, quod ipse Dominus Comes faciet suo posse, quod beneficiati dictorum locorum suæ protectioni suppositorum & supponendorum a beneficiis suis expulsi & expoliati qualitercunque reducentur in possessionem dictorum suorum Beneficiorum. Item, quia præfatus Illustris Dominus Comes, Imperialis Vicarius, requirebat, quod virtute protectionis prædictæ, omnia castra tam dictæ civitatis, quam locorum Vicariæ ejusdem, in suis manibus, custodia & potentia ponerentur: Hinc est, quod præfatus Dominus Comes et dicti Sindici, ad talem concordiam pervenerunt; videlicet, quod de dictis castris ponendis in manibus præfati Domini Comitis, sit & remaneat in potestate & ordinatione magnifici viri Joannis de Grimaldis, Domini Baroni Bolii, & dictorum Syndicorum: qui Dominus Bolii & Syndici ordinare valeant, an dicta castra ponenda sint in dicti Domini Comitis manibus, vel ne: Viceversa prædicti Syndici universatis prædictæ Niciæ, suis & nominibus quibus supra, & suorum hæredum & successorum in futurum quorumcunque promiserunt & convenerunt, præfato illustri Domino Comiti Imperiali Vicario, præsenti, stipulanti & recipienti solemniter pro se & suis hæredibus & successoribus in futurum, & Nobis Notariis infra scriptis stipulantibus & recipientibus solemniter ut publicis personis, Officiis publicis, vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest & interesse poterit in futurum; & juraverunt cor-

poraliter ad ſancta Dei Evangelia, ſub ſuorum obligatione bonorum quorumcunque; quod durante termino dictorum trium annorum, ipſæ univerſitates Civitatis Niciæ & locorum ſuæ Vicariæ & ſingulares perſonæ earum dicto Domino Comiti, Imperiali Vicario, & ſuis ſucceſſoribus obedient, merum, mixtum imperium & omnimodam jurisdictionem altam, mediam & baſſam, in dicta Civitate & univerſitate ejusdem, ac in Vicariatu Niciæ ſuprascripto, in eosdem & ſingulos ſine contradictione quacunque adminiſtrabit & exercebit per ſe & ſuos Officiales per eum deputandos in dictis Civitate & Vicariatu: Dantes et concedentes dicti Syndici, ſuis & quibus ſuperius nominibus, præfato Domino Comiti, Imperiali Vicario, ibidem præſenti, ſtipulanti & recipienti pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus; merum, mixtum Imperium & omnimodam jurisdictionem altam, mediam & baſſam in dicta Civitate Niciæ, Vicariatu ejuſdem, cum poteſtate & actu percipiendi, recipiendi & habendi omnes obventiones, redditus, cenſus, exitus, proventus, jura, honores & emolumenta quæcunque, quæ & quas Sereniſſimus Dominus Rex & Regina Jeruſalem & Siciliæ & Comitatuum Provinciæ & Forcalqverii Comites, retroactis temporibus, in dictis Civitate & Vicariatu toto ejuſdem exercebant, habebant & percipiebant, exercere, percipere & habere conſveti. Item quod dicto durante tempore trium annorum cridæ, ſeu præconizationes in dicta Civitate & Vicariatu fiant, nomine & ex parte præfati Domini Comitis Imperialis Vicarii. Lapſo vero dicto tempore trium annorum non facta per dictum Dominum Regem Ladizlaum, ut ſupra, reſtitutione & ſolutione præfato Domino Comiti, Imperiali Vicario, de ſumptibus, expenſis & miſſionibus factis & fiendis per ipſum in acquiſitione & defenſione dictæ Civitatis Niciæ, locorum & terrarum dicti ſui Vicariatus & aliarum quæ ſub protectione ſua ſe poſuerint, ut ſupra ſcriptum eſt; dictæ Civitas, loca, terræ et homines ipſarum Civitatum locorum & terrarum, teneantur homagium & fidelitatem facere, ac homagii & fidelitatis præfato Domino Comiti et ſuis hæredibus debitum præſtare juramentum, ut eorum Domino naturali et ligio, pro cæteris Dominis quibuscunque, et ipſum in eorum naturalem et ligium Dominum recognoſcere ut ſupra, ad ipſius Domini Comitis, vel ſui certi nuntii requiſitionem. Et dictus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, teneatur eidem Civitati et locis Vicariæ ejusdem, univerſitatibus, hominibus cujuslibet dictorum civitatum et locorum, confirmare omnia et ſingula Privilegia Francheſias, Libertates, ſtatuta quæcunque tam regalia, quam municipalia et conſvetudines ſcriptas et non ſcriptas, quæ et quas prædicta civitas Niciæ et loca ſuæ Vicariæ per ſcripturam, vel alium quemvis modum legitimum oſtenderent, et monſtrarent ſe habuiſſe et habere, tam a Domina Joanna, recolendæ memoriæ Regina Jeruſalem et Siciliæ, et prædictorum Comitatuum Comitiſſa et ejus prædeceſſoribus; quam a Domino Carolo bonæ memoriæ dicti regni et etiam Ungariæ Rege, et prædicto Domino Ladizlao, ejus Nato. Item, quod ſi contingeret præfatum Dominum Regem Ladizlaum ad tantam futuro tempore reſilire potentiam, quod ſolveret præfato Domino Comiti, Imperiali Vicario, vel ſuis, infra tempus dictorum trium annorum, dictos ſumptus, miſſiones et expenſas declarandas, ut ſuperius, per ipſum ut prædicitur, factos et fiendos in acquiſitione et defenſione prædictorum locorum; et facta reſtitutione dictorum locorum, dictus Dominus Comes, vel ſui propter protectionem dictorum locorum per ipſum ſuſceptam remaneret in gverra cum dicta Domina Duciſſa Andegaviæ, vel liberis ejus, ſeu ſucceſſoribus ipſorum, ſeu per eoſdem, vel alterum ipſorum contingeret futuro tempore fieri gverram contra ipſum Dominum Comitem, occaſione prædictorum; dicti Syndici ſuis et nominibus praedictis, promiſerunt dicto Domino Comiti, ut ſupra, ſtipulanti, & juraverunt corporaliter ad Evangelia Dei Sancta; quod dicta Civitas Niciæ & loca Vicariæ ejusdem, dabit & dare tenebitur in auxilium pro dicta gverra ſubſtinenda, eidem Domino Comiti & ſuis ſucceſſoribus, ſingulis annis, durante ipſa gverra, usque ad quantitatem & valorem, ipſam quantitatem & valorem omnium obventionum, reddituum, exituum & emolumentorum in dicta Civitate & vicaria Niciæ per Regiam Majeſtatem & Curiam olim percipere conſvetorum qvovis modo. Item prædicti Syndici ſuis & quibus ſupra nominibus, promiſerunt dicto Domino Comiti Imperiali Vicario, ut ſupra, ſtipulanti & recipienti pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, ad Sancta Dei Evangelia corporaliter juraverunt; quod ſi contingeret, quod dictus Dominus Ladizlaus Rex, vel alter ſuo nomine, hiis ſuper hoc poteſtatem infra terminum dictorum trium annorum remitteret ſeu quittaret, cederet, alienaret, vel aliter transferret dicto Domino Comiti jura, quæ habet in dicta Civitate Niciæ & Vicaria ejuſdem, mero, mixto Imperio & jurisdictione eorundem; quod eo caſu ſtatim ad ipſius Domini Comitis, vel ſui certi nuntii requiſitionem, dictæ Civitas, Univerſitas, commune & ſingulares perſonæ ejuſdem Civitatis & Vicariatus, teneantur & debeant facere præſtareque recognitionem, homagium ligium & fidelitatem ligiam& homagii & fidelitatis debitum juramentum dicto Domino Comiti & ſuis præ cæteris Dominis quibuscunque ſeu ejus certo nuntio ſuper hoc poteſtatem habenti, termino prædicto trium añorum eo caſu remiſſo, & in aliquo non obſtante. Quibus ſic factis, initis & conventis, præfatus Illuſtris Dominus, Comes Sabaudiæ, Imperialis Vicarius ex una parte, & dicti Syndici Vniverſitatis dictæ Civitatis Niciæ ex parte altera, in præſentia Teſtium & noſtrorum Notariorum ſubſcriptorum conſtituti, promiſerunt ſolemniter

er una pars alteri, & altera alteri, & e converso, ... is & quibus supra nominibus, videlicet, præ... itus illustris Dominus Comes Sabaudiæ, Im... erialis Vicarius, dictis Syndicis, suis & quibus ... upra nominibus, stipulanti & recipienti so... emniter pro se & suis successoribus, a dicta ... niversitate Niciæ & personis singularibus ... jusdem: & dicti Syndici suis & quibus supra ... ominibus, præfato illustri Domino, Comiti Sa... audiæ, Imperiali Vicario, stipulanti & reci... ienti solemniter pro se & suis successoribus & ... æredibus universis, & ad sancta Dei Evange... a ambæ partes corporaliter juraverunt, sub ... iorum omnium obligatione bonorum, mobi... um & immobilium, præsentium & futurorum, ... uorumcunque prædictorum submissionem ... rotectionis, protectionem, pacta, conventio... es, promissiones prædictas & omnia & singula ... upra & infra scripta, prout superius & inferius ... xpressa sunt, & divisim utraque pars tangi... ur, habere rata, grata, firma, valida & irrevo... abilia, ratas, gratas, firmas & irrevocabiles ... erpetuo, & in nullo contrafacere vel venire, ... ed ea omnia & singula tenere, attendere, ser... are & adimplere, prout superius expressa sunt; ... ec alicui contravenienti, dicenti, vel facienti, ... eu contra dicere, facere, venire vel opponere ... olenti, quovis modo in aliquo consentire, ... lam vel palam: aut auxilium, consilium vel ... avorem præbere quomodolibet: renunciantes ... ræfatus Dominus Comes, Imperialis Vicarius, ... & dicti Syndici, suis & quibus supra nomini... us, ex eorum cujuslibet certa scientia, per ju... amenta sua, per eos & ipsorum quemlibet præ... tita; exceptioni dictarum protectionis pro... missionum, pactionum & conventionum, non ... ic factarum, initarum & stipulatarum, omni... umque promissorum non sic, ut promittitur, factorum, & non rite & legitime factorum; doli mali, metus & in factum actioni, & condictioni sine causa & ex injusta causa, jure per quod deceptis & in contractibus læsis subvenitur, beneficio restitutionis in integrum, & omni alii juri Canonico & Civili privilegiis & statutis, sibi & cuilibet ipsorum in hoc facto competentibus, per quæ possent contra prædicta, vel ipsorum aliqua facere, dicere, vel venire, aut se tueri quovis modo; jurique dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis. De quibus præfatus illustris Dominus Comes, & dicti Syndici præceperunt per nos Notarios subscriptos, duo vel plura fieri publica instrumenta, videlicet per Petrum Ducis, Notarium & Secretarium præfati Domini Comitis, ad opus dicti Domini Comitis, & per me Joannem Troffenii dictæ Civitatis Niciæ Notarium, ad opus dictæ Universitatis Niciæ. Acta fuerunt hæc ante Ecclesiam Monasterii Sancti Poncii, extra muros Civitatis Niciæ: præsentibus spectabilibus Militibus, Dominis Aymaro, Domino de Claromonte, Ottone de Grandissono, Domino Sanctæ Crucis; Egregiis Dominis, Joanne de Miolano, Gvillermo de Rossillione, Domino Boscagii, Joanne de Coloniaco, Domino de Andelo, Bonifacio de Chalant, Joanne de Veneto, & Guygone Ravaysii, Domino Sancti Mauritii, Militibus; Domino Joanne de Consleto Legum Doctore, Ludovico de Grimaldis Barone de Bolio, Domino Egidio Seche, Legum Doctore, Domino Sadoc Sapié, Licentiato in Legibus, & Antonio de Crose, Secretario dicti Domini Comitis, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

XXXIV.

Transactio in Amadeum IIX. Comitem Sabaudiæ, & Ottonem de Villariis, Dominum Baucii conclusa, qua hic jura & actiones suas in Comitatum Gebennensem in prædictum Comitem transtulit, d. d. 5. Augusti, A. 1401.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Per hoc instrumentum publicum, Universis, & singulis notum fiat, quod dubium inter *Illustrem Principem Dominum Amadeum* Comitem Sabaudiæ ex una, & spectabilem Militem Domin. *Odonem* de *Villariis* Domin. Baucii ex alia partibus, materia quæstionis exorta, super eo videlicet, quod idem Dominus Comes asserebat & judicialiter proposuerat, seu proponi fecerat per circumspectum virum Domin. Lambertum Oddineti Legum Doctorem, ipsius Domini Comitis advocatum, & generalem procuratorem Fisci; Comitatum Gebennensem cum omnibus juribus & pertinentiis suis ad ipsum Dominum Comitem Sabaudiæ pertinere & spectare debere, multis causis & rationibus in processu inde formato latius declaratis: præfato Domino Odone, contrarium dicente, & asserente quod Illustris quondam Humbertus de Villariis qui fuit ultimus dicti Comitatus Gebennensis Comes, & ipsum Comitatum tempore obitus sui tenebat & possidebat, ad ultimos dies sicut Domino placuit perveniens ipsum Dominum Odonem hæredem instituit in casu non existentis posthumi; quem Casum idem Dominus Odo contigisse & eundem Comitatum Gebennensem ad se spectare asserebat, subjungens, quod post obitum dicti Comitis Humberti fuerat de ipso Comitatu Gebennensi per ipsum Dom. Comitem Sabaudiæ, ex certis contemplationibus, & sub certis conventionibus investitus, quibus non obstantibus præfatus Dom. Comes Sabaudiæ, processum de quo supra contra ipsum Dominum Odonem formari fecerat, & dictum Comitatum Gebennensem ad manum suam ex tunc reducere voluerat realiter & de facto & quanquam super hujusmodi quæstionis & disceptationum materia plerumq; inter partes ipsas rationatum sit de concordia & plerique tractatus super hoc habiti fuerint maxime in loco Burgi in Bressia ut asseritur; nullum tamen hujusmodi tractatus potuerint sortiri effectum. Hinc autem est, quod Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo primo, & hac die quinta mensis Augusti, tractante Illustrissimo Principe Domino Joanne

Joanne Regis Francorum filio, Duce Bituriæ, & Arverniæ, Comiteque Pictaviæ Stamparum Poloniæ, & Arverniæ, præsente quoque Reverendissimo in Christo Patre Domino Petro, miseratione divina tituli Sanctæ Susannæ S. R. E. Presbytero Cardinali de Thurero vulgariter nuncupato, præsentibus etiam aliis Dominis testibus infra scriptis partes prædictæ volentes tandem ob reverentiam ipsius Domini Ducis, tractare ad finalem, & plenam ut dixerunt super præmissis & emergentibus ex eis devenire concordiam & pro vitandis scandalis sumtibusque omnem materiam controversiæ & quæstionis sopiri in Christi nomine convenerunt, transegerunt, pepigerunt pure, libere, ac simpliciter, ac prout dixerunt ex certa eorum scientia concordarunt, omni machinatione omnique animo & voluntate retractionis seu irritationis penitus amputatis, in omnibus & singulis prædictis & ex eis dependentibus, prout infra. Et primo, hujusmodi mediante Tractatu, præfectus Dominus Odo gratis & sponte, & ex sua certa scientia, ut asserunt, per se & suos hæredes ac successores quoscunque, dedit, donavit, & cessit eidem Domino Comiti ibidem præsenti, stipulanti, & recipienti, pro se & suis hæredibus ac successoribus quibuslibet, & etiam in eundem Dominum Comitem ejusque hæredes & successores transtulit omne jus & Dominium, ac etiam dignitatem Comitalem, omnemque actionem realem, & personalem, mixtam, utilem & directam reique persecutoriam, quod & quam præfatus Humbertus Comes, & inde dictus Domin. Odo ad causam ipsius Humberti comitis habet seu habere visus est in Comitatu Gebennensi prædicto, omnibusque membris, juribus & pertinentiis suis; exceptis his quæ Domini quondam Comites Gebennenses habebant, tenebant & possidebant in Greysivadano, Viennensio & toto Dalphinatu, & aliis quæ non sunt de juribus & pertinentiis Comitatus ejusdem, quæ omnia prout sunt sibi remanere, & retinere voluit, ac idem Dominus Comes consensit etiam pro retentis haberi; sic de prædicto Comitatu Gebennensi, omnibusque juribus & pertinentiis suis, seu de toto jure quod in eo habet seu habere potest idem Dominus Odo ratione prædicta, se & suos hæredes & successores ex toto devestiens & quatenus pertinet, ad eundem de ipsis investiens præfatum Dominum Comitem pro se & suis hæredibus & successoribus investituram & juris translationem hujusmodi acceptantem; constituens se ex nunc idem Dominus Odo Comitatum Gebennensem, cum juribus et pertinentiis supra dictis prout Comitatum; et jura hujusmodi rationibus ante dictis tenet pro dicto Domino Comite Sabaudiæ precario possidere, donec videlicet idem Dominus Sabaudiæ Comes ejusdem Comitatus Gebennensis, juriumque et pertinentiarum prædictorum possessionem, prout ipse Dominus Odo illam tenet, acceperit corporalem. Et vice versa, ut inter partes ipsas perpetua concordia maneat, ac perpetuum amicitiæ vinculum nutriatur præfatus Dominus Comes Sabaudiæ dedit, cessit et donavit in feudum pure et irrevocabiliter, memorato Domino Odoni præsenti, stipulanti et recipienti, castrum, villam, mandamentum et territorium Castri novi in Verremosio Gebennensis Diœcesis, cum omnimoda jurisdictione, mero et mixto imperio eorundem, ac etiam cum omnibus hominibus & vasallis, homagiisque & cæteris ad eundem Dominum Comitem spectantibus quomodo libet; quod quidem Castrum, Villam, mandamentum, territorium, jurisdictionem & imperium cum cæteris supra dictis, dat idem Dominus Comes & dare promittit ab omni impedimento & obligatione solutum, dominium plenum jurisdictionemque omnimodam merum & mixtum Imperium Castri, Villæ, & mandamenti prædictorum sub hujusmodi feudo penitus transferens in eundem Dominum Odonem; quem idem Dominus Comes, de Castro, Villa, mandamento, territorio, jurisdictione & imperio prædictis se devestiens, de illis solemniter investivit constituens etiam se, donec idem Dominus Odo castri, villæ, mandamenti territorii, jurisdictionis & imperii prædictorum possessionem realem assecutus fuerit, precario possidere. Item cessit, dedit, & donavit eidem Domino Odoni stipulanti ut supra, ac in eum transtulit omne jus, omnemque actionem reacapiti, quod & quam idem Dominus habet, in & super Castro seu loco de Lonnes dictæ Gebennensis Diœcesis, ab olim sub Conditione rea capiti alienato; quod castrum seu locum idem Dominus Odo reacapitare habebit, & inde ab ipso Comite tenere in feudum; ita quidem, quod post obitum ejusdem Domini Odonis si moriatur, sine liberis masculis & legitimis, castrum, villa, mandamentum & territorium Castri novi, cum juribus & pertinentiis præ insertis, ad præfatum Dominum Comitem & ejus hæredes masculos ex suo corpore legitime descendentes revertatur libere & sine contradictione quacunque, etiam castrum seu locus de Lonnes, solum tamen pro eo, hæredibus & successoribus ipsius Domini Odonis, pro parte dicti Domini Comitis summam pecuniæ, quam Dominus Odo solverit, pro reacapito dicti Castri. Præterea ad majus pacis & concordiæ Vinculum, abundantioremque compensationem prædictorum, idem Dominus Comes Sabaudiæ promisit & convenit præfato Domino Odoni stipulanti, & recipienti ut supra, dare & solvere realiter in pecunia numerata, semel tantum ac simul & non per partes, quadraginta quinque millia Francorum auri boni & legitimi ponderis de Cuneo Serenissimi Domini Francorum Regis, in Castro de Gordans Lugdunensis Diœcesis, videlicet infra proximum festum Paschæ. Fuit autem conclusum de consensu & voluntate partium, quod ipse Dominus Comes Sabaudiæ, omnia & singula, tam castra, quam alia exeuntia de jure, domanio & proprietate ipsius Comitatus Gebennensis, ad jus, Domanium & proprietatem ejusdem Comita-

Comitatus revocet et reducat: Et fuit actum inter partes ipsas, ac solemni et valida hinc inde stipulatione vallatum; quod præfatus Dominus Odo teneat et possideat Comitatum Gebennensem prædictum, eo modo quo illum tenet et possidet de præsenti, donec ipse Dominus Comes dicti Castri novi, et ejus jurisdictionis ac aliorum prædictorum possessionem sibi corporalem tradiderit, pacificam ac quietam, ac ab omni obligatione solutam; donec etiam ipsi Domino Odoni de dicta pecuniarum summa fuerit integre satisfactum: Habitis tamen possessione Castri novi et aliorum prædictorum ac hujusmodi solutione pecuniæ, idem Dominus Odo dicti Comitatus Gebennensis, ac jurium et pertinentiarum prædictorum omnium, exceptis eis, quæ supra retinuit, possessionem integram prout illam tenet reddere et consignare, etiam literas, instrumenta et munimenta quæcunque concernentia Comitatum prædictum, exceptis literis, instrumentis, et munimentis tangentibus ea, quæ supra retinuit in Greysivedano, Viennensio, et Dalphinatu prædictis, expedire tenebitur Domino Comiti supra dicto vel suis, sine quacunque difficultate, et non aliter neque ante. Fuit etiam actum inter partes ipsas, ac solemni hinc inde stipulatione vallatum, quod eo casu quo præfatus Dominus Comes plenam et pacificam dicti castri novi cum suis juribus et aliis prædictis, expeditionem ab omni ut præfertur obligatione solutam, nec non et summæ pecuniarum prædictæ integram solutionem non faceret eidem Domino Odoni infra prædictum proximum festum Paschæ hujusmodi transactio, conventio et concordia sit cassa et irrita, ac nullius efficaciæ, roboris vel momenti. Fuit insuper actum inter partes easdem et expressa ac valida stipulatione conventum, quod ipse Dominus Comes Sabaudiæ tenebitur supportare omnia et singula onera, quæ idem Dominus Odo tenebatur quovis modo ad causam dicti quondam Humberti Comitis, et aliorum supportare ratione Comitatus Gebennensis prædicti, et insuper eundem Dominum Odonem contra quascunque personas, ipsum quovis modo ratione dicti Comitatus Gebennensis offendere, vel vexare volentes, tenebitur defendere et tueri, ipsius Domini Comitis propriis sumtibus et expensis. Promittentes nihilominus Domini Comes et Odo prædicti se non dixisse vel fecisse, nec in præteritum dicturos vel facturos in futurum aliquid quo minus præmissa omnia et singula prout scripta sunt plenum sortiantur effectum et perpetuam obtineant roboris firmitatem: et præmissa omnia et singula ipsæ partes concorditer et unanimiter, supra veram Crucem, quam in manibus suis tenebat illustrissimus Dominus Dux Bituriæ supra dictus tactam devote manibus eorum propriis juraverunt attendere, implere et inviolabiliter observare et nunquam contra dicere, facere vel venire, de jure vel de facto, directe vel indirecte, publice vel occulte, sub obligatione expressa omnium bonorum suorum, et cujuslibet eorum, mobilium et immobilium præsentium et futurorum: renuntiantes proinde Domini Comes et Odo prædicti, omni Privilegio fori, omnique exceptione doli mali, vis, metus, et in factum actioni, condictioni indebiti, sine causa justa vel ob injustam et turpem causam, jurique quo deceptis in contractibus subvenitur, exceptioni quoque plus dicti quam scripti, et e contra, et demum omni alii juri Canonico et civili, divino et humano, novo et veteri, usui, statuto et consuetudini, privilegiisque et rescriptis quibuscunque, quo vel quibus contra præmissa vel præmissorum aliquid se possint defendere quomodo libet vel tueri: volentes et intendentes partes ipsæ, quod tantum valeat hæc renunciatio generalis, quantum si casus singuli necessarii signanter fuissent expressi. De quibus omnibus et singulis, iidem Domini Comes et Odo, petierunt & voluerunt fieri publicum & publica instrumenta, quæ producta vel non producta in judicio vel extra possunt dictari, corrigi, refici, & meliorari consilio & dictamine cujuslibet sapientis, facti substantia tamen in aliquo non mutata. Voluerunt etiam ad majorem fidem & robur perpetuum præmissorum, quod hujusmodi instrumenta sigillari debeant & sigillentur sigillis ipsorum, prout consueverunt eorum patentes & autenticas literas sigillare. Acta hæc fuerunt Parisiis, in domo habitationis ejusdem Domini Ducis Bituriæ nuncupata de Nesella, videlicet in magna galeria bassa prope jardinum ipsius domus: Præsentibus prædictis Dominis Duce & Cardinali, nec non egregio milite Domino Francisco de Mentone Gebennensis Diœcesis nobili vero Aymone, Domini Asperismontis Gratianopolitanæ Diœcesis & Petro Andreveti præfati Domini Comitis Consiliariis, testibus ad præmissa vocatis.

XXXV.

Diploma, quo Sigismundus, Rom. Imperator, Ludovicum de Sabaudia, Achaiæ Principem, in omnibus & singulis civitatibus, castris, castellis, oppidis, Dominiis, atque terris, quæ & quas in partibus Pedemontii possedit atque tenuit, Cæsareum & Sacri Rom. Imp. Vicarium ordinavit & constituit, d. d. 1. Julii, A. 1412.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, *Illustri Ludovico de Sabaudia Principi Achayæ Consiliario Principi & Consanguineo nostro carissimo*, gratiam Regiam & omne bonum: Illustris Princeps, Consiliarie & Consanguinee carissime. Ex quo æterni Regis dispositio ineffabilis, acuta ratione dispositionis nos quanquam immeritos, ad totius orbis regimen evocavit, jugi meditatione ad hoc salubriter contendimus, et status Reipublicæ feliciter gubernentur, quem tunc felici nempe gressu progredimur,

gredimur, cum in commissæ nobis solicitudinis partem coadjutores idoneos evocamus.

Pensatis igitur interna mentis nostræ consideratione, super excellentis famæ tuæ præconio circumspectionis industriæ, innatæ tibi fidei constantia aliarumque multiplicium virtutum tuarum insigniis, quibus plurimum redimitus esse dignosceris, nec non fervido caritatis zelo, ac magnæ fidelitatis affectu, quos ad Majestatem nostram & sacrum Romanum geris Imperium, habendoque respectum ad *multa probitatis & præclaræ devotionis merita, quibus Illustris domus tuæ recolendæ memoriæ progenitores, ipsum imperium dignis quidem honoribus venerari studuerunt*, & quod tu ad nostros, & ejusdem Imperii procurandos honores, tam singulari tamque puro inclinaris ardore. Te animo deliberato, sanoque Principum, Comitum, Baronum, Procerum, & Nobilium ac aliorum fidelium nostrorum accedente consilio; ex certa nostra scientia & plenitudine Romanæ Regiæ potestatis, *nostrum & Imperii sacri Vicarium* in omnibus & singulis civitatibus, castris, castellis, oppidis, dominiis atque terris, quæ & quas possides, & tenes, in *partibus Pedemontium* ordinavimus, fecimus, constituimus & creamus, dantes ex nunc & concedentes tibi plenam, liberam & omnimodam autoritatem, & jurisdictionem generalem & specialem, ac gladii potestatem, merum & mixtum Imperium vice & autoritate, atque nomine nostris, in præfatis civitatibus castris, castellis, oppidis, villis, dominiis atque terris extendi, animadvertendi in facinorosos & reos cohertionem quamlibet, ratione præcisa & mediante justitia exequendi.

Et ut etiam apud te merum & mixtum Imperium, Jurisdictio sive contentiosa sive voluntaria in eisdem civitatibus, castris, castellis, oppidis, villis, dominiis, atque terris, ac subditis, incolis & hominibus ibidem secularibus duntaxat cujuscunque status, præeminentiæ vel conditionis existant, de rebus, contractibus, vel quasi contractibus, ultimis voluntatibus, maleficiis, criminibus & delictis, vel quasi commissis & perpetratis in subditos incolas & homines præfatos & per eos, seu etiam per alios in dictis civitatibus, castris, castellis, oppidis, villis, dominiis atque terris perpetratis seu etiam perpetrandis, exerceatur libere, secundum quod jus & ratio persuadebunt.

Concedentes tibi nihilominus auctoritatem plenam, pœnam & mulctas ratione prævia imponendi levandi & ex causis rationalibus augmentandi, minuendi, remittendi in judicio & extra, Judæos *Cameræ nostræ servos* acceptandi, defendendi & tuendi jura Cæsarea; collectas, subventiones ab ipsis prout hoc honor Imperii & necessitas postulaverint, exigendi in Judicio & extra in causis, quæstionibus, arbitriis, arbitramentis, & litibus quibuscunque tam cum causarum cognitione quam sine, Deum præ oculis habendo, ac de plano & summarie sine strepitu & figura judicii sola veritate inspecta procedendi, determinandi, sententias exequendi, fugitivos inquirendi, & puniendi maleficos, assasinos & *roboratores stratarum* laqueandi, judicandi, ac *piratas maris submergendi*, juxta sacrorum legum Canonum & jurium communium sacratissimas sanctiones, & prout secundum ritum & terræ consuetudinem municipalia jura & statuta persuaserint; ac proditores decapitandi, suspendendi, & eos ac eorum quemlibet, dum & quotiens se casus obtulerit, condemnandi, puniendi, membra truncandi, fustibus cædendi, de patria ad tempus, vel perpetuo relegandi, carcerandi, & igne cremandi, mutilandi & debilitandi, bona talium publicandi & confiscandi, officiales instituendi & de omnibus criminibus ordinariis & extraordinariis enormibus, levibus publicis & privatis cognoscendi, puniendi & executiones faciendi, ac tam secundum jura communia quam municipalia decidendi, cognitionem & decisionem hujusmodi committendi, in integrum restituendi, absolutionem quamlibet in judicio vel extra exercendi, infamiam tam juris quam facti irrogandi, absolvendi & disponendi de causis principalibus, & appellationibus quibuslibet, tanquam judex super his a nobis delegatis cognoscendi, examinandi, & diffiniendi, decreta primum, secundum, & cum juris solemnitate tertium interponendi, jura declarandi, & omnia, quæ causarum merita requirunt, exercendi & exequendi, ita tamen, quod a tua sententia, vel sententiis ad audientiam nostri culminis possint libere, toties quoties opportunum fuerit procurare, monetas sub vero pondere, aureas & argenteas instituendi, *ferias imponendi* & tollendi, rebelles sacri Imperii persequendi & puniendi, nec non omnibus & singulis te atque tuos, ac terras, & dominatus injuste opprimentes, seu invadentes, ac opprimere seu invadere molientes, in quantum justa resistentia, vel defensio exigunt, vim vi repellendo resistendi, ac justum bellum movendum, ac judicandi decreta, statuta & provisiones in prædictis omnibus & quolibet prædictorum faciendi, de novo corrigendi, tollendi jam facta semel & pluries aut toties, quoties, opportunum fuerit, & ordo dictaverit rationis, dotes & dotalitia, donationes propter nuptias admittendas, approbandi & confirmandi, mente captis Curatores, & orphanis, pupillis & viduis Tutores præficiendi, devolutiones fiscales quarumcunque hæreditatum seu etiam rerum, mobilium & immobilium, dum ratio & jus illud exigerint, nostro Regio nomine exigendi, *tenutam* & possessionem talium pro nobis & Imperio capiendi & generaliter *omnia & singula, quæ ad verum & legitimum sacri Romani Imperii* in supra dictis civitatibus, castris, castellis, oppidis, villis, dominiis, atque terris, *Vicarium* pertinent, ut præmittitur libere, & absque impedimento quodlibet faciendi, etiam si quæ ex eis jure vel consuetudine exigerent mandatum magis speciale, sacrosancta Ecclesiastica libertate, ac nostris & Imperii sacri juribus, nec non regalibus

us & feudis quorumlibet Episcoporum, Prætorum, ac cæterarum Ecclesiasticarum & secularium personarum in præfatis dominiis consistentium, quæ à nobis & Imperio sacro immeate dependent, in præmissis omnibus & singulis semper salvis.

Quapropter fidelitati tuæ firmiter & districte præcipiendo mandamus, quatenus ad statum pacificum civitatum, castrorum, castellorum, oppidorum, villarum, dominiorum atque terrarum prædictarum, ac recuperatione nostrorum, & Imperii Sacri jurium in præmissis omnibus & singulis fidem & solicitudinem tuas, sicut de te confidimus, sic efficaciter & diligenter impendas, ut ipsis diligentiæ tuæ testimonio electionis nostræ judicium commendetur, dum talem & tanto negotio duximus præponendum, ex cujus fidelitate, fide & justitia Serenitatis nostræ salutare propositum, de observatione jurium Imperii singulis exprimatur, præsentium sub nostræ Romanæ Regiæ Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Budæ, anno Domini M CCCC XII. prima die Julii Regnorum nostrum, &c. anno Hungariæ XXV. Romanorum vero II.

XXXVI.

iploma, quo Sigismundus, Romanor. Rex, Comitatum Sabaudicum in verum ac perpetuum Principatum atque Ducatum Sabaudiæ evexit, eumque Amadeo IIX. Duci Sabaudiæ in feudum contulit, d. d. 19. Febr. A. 1416.

N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, feliciter, Amen. Sigismundus Dei gratia omanorum Rex semper Augustus, ac Hungaæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galliæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, Marchio Brandenburgensis, nec non Boheiæ, & Lucenburgensis hæres, ad perpetuam i memoriam: Illustri Principi Amadeo Du Sabaudiæ consangvineo nostro carissimo, & leli dilecto, gratiam Regiam, & omne boım. Sceptrigera Regiæ dignitatis sublimis, sicut inferioribus potestatibus officii & auritatis elatione præfertur, ut commissos sibi leles optatæ gubernet consolationis præsio, quo thronus Regius tanto solidetur feliıs ac uberiori prosperitate proficiat, quanto deficientis suæ virtutis donaria largiori begnitatis munere copiosius fuderit in subjeos; sic accrescente splendore Regalis solii, obilitates aliæ velut e sole radii prodeuntes, lelium status & conditiones illustrant; quæ rimæ lucis integritas minorati luminis deımenta non patiatur, imo amplioris utique intillantis jubaris expectato decore perfuntur, dum in circuitu sedis Augustæ illustrium magnificorum virorum numerus ad Imperii cri decorem feliciter adaugetur.

Sane dum antiquitatem prosapiæ tuæ, nolitatem, præclara ac fidelissima progenitom tuorum multiplicium virtutum, probitamque merita, mentis constantiam, ac indesſi laboris sollicitudinem, quibus serenissimos invictissimos Principes divæ memoriæ Roanorum Imperatores & Reges, nostros præcessores, signanter autem Serenissimos Prinpes quondam Henricum septimum proaım, & Carolum quartum, Romanorum Imratores, Regem Boemiæ Dominum & genirem nostros carissimos, ac sacrum Romanum aperium, extraordinaria diligentia semper onorare studuerunt; Quemadmodum ex dirsis privilegiis eisdem tuis parentibus, & æsertim per præfatos proavum & Genitorem ostros, progenitoribus tuis supra dictis colgimus, ac evidenter cognovimus, in examen proinde rationis deducimus, dum & innatam illam & approbatam fidelitatis tuæ promtitudinem, eminentem legalitatis industriam, aliarum quoque multarum insignia virtutum, super quibus in conspectu Majestatis nostræ Regiæ, tum multorum fide digno testimonio commendaris, tum etiam ipsa rerum omnium magistra experientia approbatus existis, attenta mente revolvimus, dumque grata plurimum & accepta servitiorum tuorum obsequia, quibus Nobis & Imperio prædicto tam prompte quam effectualiter, benevoleque placuisti, sollicitis studiis quotidie places, & in antea quidem tanto ferventius & utilius placere poteris ac debebis, quanto te excellentiora, amplioraque dignitatum & honorum beneficia & antidota cognoveris a nostro culmine & sacro imperio suscepisse, pia consideratione pensamus; ad ea utique Majestas nostra benignis inclinatur affectibus, quæ tuum totiusque domus tuæ status exaltationem & honorem concernunt pariter & profectum.

Notum itaque meritorum tuorum intuitu, Te Amadeum Principem & consangvineum nostrum dilectum, non per errorem aut improvide, sed animo deliberato, propriique nostri motus instinctu, sano etiam Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, Procerum, & fidelium nostrorum accedente consilio, de certa nostra scientia, ac de Romanæ Regiæ potestatis plenitudine; Hodie in nomine Domini Salvatoris nostri, a quo omnis honor, Principatus & Nobilitas provenire noscuntur, in verum Principem & Ducem illustravimus, erreximus, creavimus, & sublimavimus, illustramus, erigimus, creamus, sublimamus, & tenore præsentium in & sub diademate & apparatu nostro Regio & Imperiali, prout in talibus moris est, solemniter & præsentialiter decoramus. Decernentes expresse, & Edicto Romano Regio & Imperiali statuentes, quod tu, hæredes legitimi naturales, & successores tui Duces Sabaudiæ, perpetuo omni præeminentia, dignitate, nobilitate, jure, potestate libertate, honoribus,

noribus, et consuetudinibus continuo gaudere debeatis et perfrui, quibus cæteri imperii sacri Principes, et signanter illustres Duces facti sunt hactenus, et quomodo libet potiuntur; comitatumque tuum Sabaudiæ, et civitates, castra, munitiones, oppida, villas, districtus, montes, colles, et plana, cum omnibus sylvis, rubetis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus, lacubus, piscinis, piscaturis, teloniis, judiciis, bannis, sive inhibitionibus, venationibus, censibus redditibus, accusationibus, et pœnis inde sequentibus, de consuetudine vel de jure, Baronibus, Baroniis, feudis, feudatariis vasallis, vasallariis, militibus, clientibus, judicibus, civibus, nobilibus et plebeis, rusticis, agricolis, pauperibus, et divitibus, et omnibus eorum pertinentiis, eo modo duntaxat, sicut et quemadmodum per dominos prædecessores nostros territorium hujusmodi in et sub metis et limitibus antiquis in Comitatum Sabaudiæ creatum fuit et erectum, et sicut prædicta, et eorum quodlibet latitudo prædicti Comitatus comprehendit; salvis tamen Ecclesiastica libertate, et omnium aliorum jure, in verum et perpetuum Principatum et Ducatum Sabaudiæ erigimus et insignimus, et de prædictæ Romanæ Regiæ potestatis plenitudine, decoramus tibi illustri Principi Amadeo Duci Sabaudiæ supra dictum cum omnibus nobilibus, hominibus, juribus, privilegiis, immunitatibus, præeminentiis, honoribus, pertinentiis, mero et mixto imperio, gladii potestate, ac jurisdictione omnimoda, quemadmodum Ducatus seu Principatus insignes ab illustribus sacrosancti Romani Imperii Ducibus vel Principibus, possidentur sive tenentur, sive possideri consueverunt hactenus, et in quantum a sacro Romano Imperio in feudum dependent de benignitate Regni conferentes.

Decernimus etiam, et hac Edictali constitutione sancivimus, quod tu, hæredes et successores tui perpetuo, Duces Sabaudiæ appellari et nominari in antea debeatis, et tanquam cæteri Imperii sacri Duces et Principes teneri, et honorari, et ubique ab omnibus reputari, omnique jure, privilegio, honore, gratia et dignitate, absque impedimento perfrui, quibus alii sacrosancti Romani Imperii Duces, et Principes, in dandis seu recipiendis juribus, et conferendis seu suscipiendis feudis, et omnibus aliis illustrem statum et conditionem Ducum seu Principum concernentibus fruiti sunt, hactenus seu quomodo libet potiuntur. Decernimus etiam et volumus, ac Regali edicto duximus perpetuo statuendum, quod tu hæredes et successores tui Duces Sabaudiæ, Ducatum seu Principatum Sabaudiæ prædictum cum omnibus suis pertinentiis, sicut expressatur superius, a nobis nec non a nostris successoribus Imperatoribus seu Regibus Romanis, & ab ipso Romano Imperio, totiens, quotiens opportunum fuerit debitæ solemnitatis honore, & cum vexillis, ut moris est, & solita reverentia suscipere debeatis; nobisque ac eisdem successoribus nostris, in casibus præmissis, sicut alii Imperiales Duces & Principes, præstare & facere fidelitatis, homagii, obedientiæ, & subjectionis debita corporalia juramenta, & nullo modo vel tempore Ecclesiis vel Prælatis, & cæteris Personis Ecclesiasticis in dicto Ducatu, olim Comitatu Sabaudiæ appellato, quoquo modo adversari; nec de bonis & juribus Ecclesiasticis, quæ ob reverentiam Dei & sanctorum ejus salva semper et illæsa persistere volumus, te ingerere, neque alium seu alios quoscunque permittere, sed ipsos charitative tractare, ac illæsos undique pro posse custodire, & quod in dicto Ducatu Sabaudiæ pacem & justitiam omnibus et singulis æque pauperibus et divitibus procurare facere, & administrare velis, & debeas efficaciter juxta posse.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ illustrationis, erectionis, sublimationis, creationis, decorationis, collationis seu decreti paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario quomodo libet contraire. Si quis autem secus attentare præsumserit, præter indignationem nostram gravissimam, pœnam mille marcarum auri purissimi totiens quotiens contractum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Regalis nostri ærarii sive fieri, residuam vero partem supradicti Ducis hæredum & successorum suorum usibus decrevimus applicari, præsentium sub nostræ Majestatis sigilli appensione testimonio literarum. Datum Camberiaci Gratianopolitanæ Diœcesis; Anno à nativitate Domini MCCCCXVI. 19. Mensis Februarii. Regnorum nostrorum anno Hungariæ XXIX. Romanæ electionis VI. Coronationis vero II.

XXXVII.

Literæ, quibus Sigismundus, Rom. Imperator, Amadeum IIX. Ducem Sabaudiæ, de Ducatibus Sabaudiæ, Chablasii & Augustæ, Marchionatu Italiæ, Comitatu Gebennensi, & Pedemontio, Dominio Niciæ Civitatis, & terræ &c. investivit, d. d. 20. Febr. An. 1416.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ &c. Rex. Notum facimus tenore præsentium universis, ad futuram rei memoriam. Etsi Regalis dignitatis Clementia, universorum fidelium, quos latitudo sacri Rom. Imperii complectitur felicibus profectibus, gratis, commodis, & speratis augmentis favorabiliter dignatur intendere, ad illorum tamen profectus & commoda diligentiori studio clementius inclinari consuevit, quorum merita, fides & constantia ac internæ fidelitatis integritas

gritas continuatis studiis cæteros antecedunt. Sane per illustrem Amadeum Ducem Sabaudiæ Principem, Ducem Chablasii & Augustæ, in Italia Marchionem Comitem Gebennens. & Pedemontium, Dominum Niciæ Civitatis & terræ, alterius terræ suæ Provinciæ, civitatis & Comitatus Astensis terræ & vallis domus Osellæ Principem & consanguineum nostrum charissimum petitio nostræ Majestati exhibita continebat, ut ipsum Amadeum Ducem de prædictis Principatu, Ducatibus, Marchionatu, Comitatibus, Dominiis, terris, Civitatibus, nec non castris, Castellis, oppidis, villis, locis, & aliis quibuscunque ac etiam privilegiis franchesiarum, libertatum, immunitatum, bonorum, largitionum, possessionum, honorum, districtuum, jurium, & jurisdictionum per Divæ recordationis Romanorum Imperatores & Reges, prædecessores nostros ac alias ipsi Amadeo, & ejus progenitoribus & prædecessoribus concessis, seu concessorum, donatorum, & indultorum, concessarum, donatarum & etiam indultarum investire, illaque sibi et suis hæredibus approbare, ratificare, autorizare & confirmare auctoritate Romana Regia dignaremur.

Nos igitur attentis intemeratæ fidei constantiam sinceræ devotionis affectum, & eximiæ fidelitatis gratissima obsequia, quibus præfatos Prædecessores nostros, nos & Imperium sacrum ferventius honorarunt, & ipse Amadeus honorare poterit & debebit in futurum. Idcirco animo deliberato non per errorem, aut improvide, sed maturo Principum, Comitum, Baronum, ac Procerum nostrorum accedente consilio eundem Amadeum Ducem juramento primitus fidelitatis & Homagii debiti præstatione in talibus Roman. Imperatoribus & Regibus fieri consvetis, alias nostræ Majestati per nobiles Gaspardum de Monte Majori militem Marescallum Sabaudiæ & Joannem de Belleforti legum Doctorem, inter præfati Amadei nuntios & Procuratores solennes nobis facta præfato Duce asserente de sua voluntate, & pleno mandato processisse pro ratisque & gratis eis per ipsum Ducem proinde habitis & approbatis, ac si ipse Amadeus Dux præfati juramenti fidelitatis & homagii præstationem & fecisset & duxisset faciendam; de præscriptis Principatu, Ducatibus, Marchionatu, Comitatibus, Dominiis, terris, & Civitatibus, nec non Castris, Castellis, oppidis, villis, locis, & aliis quibuscunque, ac etiam universis privilegiis franchesiarum libertatum, immunitatum, honorum, gratiarum, largitionum, possessionum, bonorum, districtuum, jurium, & jurisdictionum per antedictos prædecessores nostros Romanorum Reges & Imperatores, & alias prædicto Amadeo, et progenitoribus suis concessis seu concessorum, donatarum et indultarum; quos, quæ, et quas ipse Amadeus et sui progenitores a dictis nostris Prædecessoribus, et alias in feudum seu feuda, Imperiale, seu Imperialia, aut de feudo seu feudis, Imperiali seu Imperialibus, & juste & rationabiliter obtinuerunt, ipseque Amadeus obtinet autoritate Romana regia investimus, & præsentibus gratiose.

Nec non hujusmodi Privilegia super præfatis franchesiis, libertatibus, immunitatibus, bonis, gratiis, largitionibus, possessionibus, honoribus, districtibus, juribus, & jurisdictionibus, data & concessa in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis, & Clausulis de verbo ad verbum, prout scripta sunt, ac si tenores ipsorum præsentibus forent inserti, etiamsi de ipsis jure vel consuetudinis specialis mentio fieri deberet, approbamus, ratificamus, autorizamus, aut prout digne possumus autoritate nostra prædicta tenore præsentium confirmamus: Supplentes nihilominus de Regalis plenitudine potestatis omnem defectum, si quis in præmissis ex obscuritate verborum vel sententiarum dubietate videretur admissus. In præmissis tamen nostris, nostris & Imperii sacri & aliorum quorumcunque juribus & libertatibus semper salvis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hunc nostræ Majestatis paginam infringere, aut ei ausu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem contrarium attentare præsumserit, indignationem nostram & pœnam centum marcarum auri puri, quarum medietatem Imperiali ærario, residuam vero partem injuriam passorum usibus statuimus applicari, totiens quotiens contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum. Præsentium sub nostræ Majestatis sigilli appensione testimonio literarum. Datum in Chamberiaco Gratianopolitan. diœcesis. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexto decimo, vigesima die Februarii, Regnorum nostrorum anno Hungariæ &c. vigesimo nono, Romanorum vero sexto.

XXXVIII.

Instrumentum donationis a Philippo Maria, Duce Mediolani, Amadeo IIX. Duci Sabaudiæ, de civitate Vercellensi ac omnibus ejus juribus & pertinentiis factæ, d. d. 2. Decembr. An. 1427.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, totiusque Curiæ supernalis, Amen. Noverint universi præsentes pariter & futuri, quod anno a Nativitate Domini nostri JEsu CHristi, sumto millesimo quadringentesimo vicesimo septimo. Indictione sexta, die secunda mensis Decembris, constituti in præsentia nostrum Notariorum & testium subscriptorum, Reverendissimus in Christo Pater & Dominus Dominus Bartholomæus DEI gratia Archi-Episcopus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, venerabilis

rabilis & Religiosus vir Frater Philippus de Provanis Præceptor Domus sancti Anthonii Mediolanensis, spectabilis & egregius Vir Dominus Franquinus de Castilliono Juris utriusque Doctor Consiliarius & spectabilis Ludovicus Crotus Secretarius Illustrissimi Principis Domini *PHILIPPI MARIA* Angli Ducis, Mediolani & Papiæ, Angleriæque Comitis ac Januæ Domini, Nati quondam Illustrissimi Principis Domini Joannis Galeas Vicecomitis olim primi Ducis Mediolani; Procuratores & procuratoriis nominibus ejusdem Domini Ducis Mediolani, habentes speciale mandatum etiam ad donandum cuilibet Domino Principi & personæ cujusvis status, gradus, dignitatis, & conditionis existat, quamcunque Civitatem, Terram, fortalitium, villam, quodcunque castrum, omnemque locum, Portum & Pontem dicti illustrissimi Domini Ducis Mediolani & quæ per eum seu ejus nomine teneantur & possideantur quomodocunque, etiam si sub homagio vel in feudum teneantur, cum omnium eorum & cujuslibet eorum rationibus, actionibus, jurisdictionibus, regiminibus, honorantiis emolumentis, intratis honoribus & præeminentiis universis cum cessione jurium ac actionum ipsi Domino Duci Mediolani pertinentium; habentes etiam speciale mandatum ad prædicta cum libera, ut in instrumento dicti Procuratorii, recepto per Donatum de Castro de Herba filium quondam Domini Marchisii civitatis Mediolanensis Portæ novæ, Parochiæ sancti fidelis imperiali autoritate Notarium publicum sub anno prædicto a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo, Indictione sexta, die Lunæ tertio mensis Novembris, sigillo etiam ipsius Domini Ducis Mediolani sigillato. Constituti inquam præfati Procuratores in cellulis eorum mentis revolventes, cogitantes verum amorem quem habet & gerit ipse illustrissimus Dominus Dux Mediolani, erga *Illustrissimum Dominum AMADEUM Primum Ducem Sabaudiæ consanguineum carissimum*, ipsius illustrissimi Domini Ducis Mediolanensis & bona & accepTabilia servitia eidem Illustrissimo Domino Duci Mediolanensi, per præfatum illustrissimum Dominum Ducem Sabaudiæ facta, & impensa; & quod tempore quo fuit Juvenis ipse Dominus Dux Mediolan. post mortem illustrissimorum Dominorum Ducis Mediolan. Patris & Ducis Mediolan. fratris ipsius Ducis moderni, quo tempore ipse Dominus Dux Mediolan. modernus a vicinis suis multum guerris opprimebatur dictus Dominus Dux Sabaudiæ non solum ab oppressionibus & guerris eidem Domino Duci Mediolan. inferendis destitit, quinimo & eundem Dominum Ducem Mediolan. suis consiliis Victualibus e Patria sua ad Patriam Mediolanens. ac etiam aliis mercantiis vehi & transferri permisit ac etiam omnibus aliis favoribus, quibus potuit, fovit gratiosis, & omnem favorem quem potuit idem Dominus Sabaudiæ ipsi Domino Duci Mediolanens. præbuit incessanter, ac postea continue a prædictis non destitit: prædictis causantibus, ne ipse Dominus Dux Mediolanens. tantorum beneficiorum videatur immemor, ut ipse Dominus Dux Sabaudiæ de prædictis remunerationem consequatur, contemplatione & ob remunerationem ipsorum meritorum quæ merita pro notoriis habent & tenent: Nolentes ullo unquam tempore de ipsis meritis aliquam probationem exigi nec fieri, ipsorum meritorum causa simili subsequentium existente; & etiam ex liberalitate ipsius Domini Ducis Mediolanens. super subsequentibus oretenus expressum mandatum ab ipso Domino Duce Mediolanens. habentes, eidem Domino Duci Sabaudiæ licet absenti, strenuisque militibus Dominis Humberto, Bastardo de Sabaudia, Gaspardo de Monte majori & Manfredo ex Marchionibus Salutiarum Marescallis Sabaudiæ & spectabili & egregio Domino Petro Marchanti legum Doctori, Ambasciatoribus, & Procuratoribus dicti Domini Ducis Sabaudiæ ut de procuratione eorum constat literis autenticis ipsius Domini Ducis Sabaudiæ sigillis suis sigillatis, & manu Vulliermi, Bolomerii ejus Secretarii signatis, sub anno Domini millesimo quater centesimo vicesimo septimo, & die vicesima quinta mensis Octobris, datis Aquis: Præsentibus & stipulantibus, ac etiam nobis Notariis præsentibus & stipulantibus more publicarum personarum, vice, nomine ad opus ipsius Domini Ducis Sabaudiæ, & suorum successorum, nec non quorum interest vel interesse poterit in futurum, dant, donant, transferunt, cedunt, concedunt, & tradunt, donatione pura, mera & irrevocabili, quæ dicitur inter vivos, nulla insinuatione indigente, nec aliqua ingratitudinis causa, vel alia facto vel jure revocanda; eidem Domino Duci Sabaudiæ & supra proxime nominatis, recipientibus & stipulantibus ut supra, nomine ipsius Domini Ducis Sabaudiæ pro se & suis hæredibus & successoribus, & quibus dare vel alienare voluerit, salvo jure, laudo & consensu cujuscunque, a quo vel quibus prædicta moveri reperirentur: videlicet *CIVITATEM VERCELLENSEM* cum toto ejus territorio, & districtu, castris, villis, oppidis, redditibus, censibus, jurisdictionibus, emolumentis, piscariis, furnis, molendinis, baptistoriis, aquis, aquarum decursibus, portibus, pontanagiis, gabellis, tributis, angariis & parangariis, bulletis, subsidiis, venationibus, leydis, & aliis suis juribus & pertinentiis quibuscunque, & quocunque nomine censeantur, etiamsi hic omnia expressa non fuerint & cum omnibus quæ dictus Dominus Dux Mediolanensis in dicta civitate Vercellensi & territorio ejusdem quæcunque solitus est ibidem habere, percipere, & recuperare ipse Dominus Dux Mediolanensis per se vel ejus officiarios quoscunque;

& hæc

-hæc omnia videlicet a flumine Sicidæ ci-a a parte reliqui territorii dicti Domini Du-is Sabaudiæ: cum ista declaratione, videli-et, quod si essent aliquæ terræ, loca, portus, el alia ex supra dictis districtus, & territo-i Vercellarum, ultra dictam aquam Sicidæ parte reliqui territorii dicti Domini Ducis fediolani, quæ loca ultra Sicidam existen-a, aliquas pertinentias vel fines haberent, tra Sicidam a parte territorii dicti Domini ucis: quod illi tales fines seu pertinentiæ ebeant remanere ipsis locis ultra Sicidam: vice versa, si sint vel existant aliquæ terræ el loca, portus vel alia superius descripta, istrictus ipsius loci Vercellensis citra Sici-am, quæ habeant ultra Sicidam a parte ter-torii dicti Domini Ducis Mediolanensis ali-uas pertinentias vel fines; quod illi tales nes & pertinentiæ debeant remanere, spe-tareque & pertinere ad loca dicti loci citra icidam existentia, & de Dominio dicti Do-nini Ducis Sabaudiæ ac si essent citra Sici-am: reservatis etiam in omnibus & per mnia singularibus Personis utrorumque Do-niniorum eorum bonis, & possessionibus, im ultra, quam citra Sicidam, existentibus: a quod de eisdem gaudere possint & de-eant sine contradictione quacunque, ea lege conventione, quod si aliqua dissensio vel iscordia, occasione prædictorum finium & livisionis territoriorum oriretur. Deciso-es esse debeant Consiliarii utriusque par-is, cum uno partium Confidente, secundum nodum & formam capituli, in simili ad lifferentias sedandas positi contractu ligæ, ıodie inter ipsos Dominos celebratæ, & per ıos infra scriptos Notarios rogatæ. Dan-es & concedentes ipsi Domini Procura-ores & nuncii dicti Domini Ducis Medio-ani superius nominati, ipsi Domino Duci Sa-audiæ vel ejus Marescallis, alterive ipsorum ıc aliis quibuscunque ab ipso Domino Duce vel ejus successoribus, ad hoc mandatum habenti vel habentibus; plenam, puram, li-beram & omnimodam potestatem posses-sionem corporalem & realem, ac apprehen-sionem dictarum Civitatis, locorum, castro-rum, & territorii ejusdemque pertinentia-rum & aliorum superius descriptorum, et-iam vi armata si opus fuerit absque aliqua pœna vel delicto incurrendo apprehenden-di, detinendi, conservandi & retinendi sua propria authoritate, absque dicti Domini Ducis Mediolanensis alicujusve superiorita-tis vel alterius cujuscunque Magistratus vel judicis seu alterius personæ licentia vel man-dato: Constituentes se nomine dicti Domini Ducis Mediolanensis & ipsum Dominum Ducem Mediolani prædictam Civitatem cum ejus territorio, castris, villis, oppidis per-tinentiisque quibuscunque, & aliis supra de-scriptis nomine dicti Domini Ducis Sabau-diæ, & suorum successorum, possidere & te-nere, quousque ipse Dominus Dux Sabau-diæ & sui, seu alii pro eo possessionem præ-dictorum acceperint corporalem, Mandan-tes ipsi Domini Procuratores & Ambasciato-res, omnibus & singulis fidelibus, feudata-riis, emphiteutis, subditis, & aliis quibus-cunque dictæ Civitatis, territorii & locorum prædictorum, officiariisque custodibus castro-strorum, portarum, citadellæ, Castellanis, Vi-cariis, cavalleriis, pedagiatoribus, gabellato-ribus, receptoribus, bulletariis, & aliis qui-buscunque officiariis dicti Domini Ducis Mediolani, majoribus & minoribus, quate-nus prædicto Domino Duci Sabaudiæ, ejus-ve Marescallis, seu alteri ipsorum, vel alteri pro parte ipsius Domini Ducis Sabaudiæ ibi misso, & potestatem habenti, pareant, obe-diant, & intendant, ac ipsam Civitatem, Ci-tadellam ejusdem, Castraque & portas ac etiam alia castra, loca, villas & oppida ipsius territorii & districtus Vercellensis ut supra donata, expediant ac tradant libere, & abs-que quavis contradictione & hoc sub pœna rebellionis, idignationis ipsius Domini Du-cis Mediolani, cæterique officiarii, Gabellato-res, Pedagiatores, & alii superius nominati, nec non etiam & quicunque Notarii aliqua instrumenta habentes, de redditibus, servitu-tibus, censibus, servitiis aliisve ad Dominum ipsius Civitatis & Dominii, ejusdem perti-nentibus sub eadem pœna: etiam mandan-tes, ut illa omnia supra nominata pro parte dicti Domini Ducis Sabaudiæ ibi accedenti-bus illa tradant libere & expediant; nullo eisdem impedimento apponendo; ea tamen lege & conventione per solemnem stipulatio-nem inter prædictos Procuratores invicem, & Nobis Notariis ut supra stipulantibus factam, quod omnes & singulæ Intratæ ordinariæ & extraordinariæ, tam Daciorum quam Gabella-rum, taxarum & alterius cujuscunque mune-riæ, ipsarumque intratarum debitores quicun-que ratione, temporis præteriti tantum, a die fiendæ traditionis, dictæ Civitatis ut infra, retro sint, & esse debeant, ipsius Domini Du-cis Mediolani, ac sibi remanere debeant: ita, quod ipsas intratas & ipsos debitores pro di-cto tempore præterito exigi facere possit, tam in judicio, quam extra pro suo libito volun-tatis, talique exactioni ipse Dominus Dux Sabaudiæ suique officiales, qui in prædicta Civitate reperirentur omne brachium omnem-que sibi possibilem favorem præbere tenean-tur: promittentes prædicti Procuratores Do-mini Ducis Sabaudiæ, ipsis Domini Ducis Me-diolani Procuratoribus, nobisque Notariis, ut supra recipientibus, & stipulantibus, omnes & singulos Cives prædictæ Civitatis Vercella-rum, ejusque districtuales tam nobiles quam plebeos & rusticos, & maxime omnes nobiles de Titionibus vel Cives Vercellarum, qui per ante dictam donationem subditi ipsius Do-mini Ducis Sabaudiæ esse veniant, clementer, gratiose atque benigne tractare: & quod ita per eundem Dominum Ducem Sabaudiæ, & per

per suos tractabuntur, neque eis imputabuntur aliqua præterita quomodocunque per eos commissa, tanquam Cives Vercellarum, nec eorum ratione contra ipsos vel aliquem ipsorum procedetur. Quæ omnia & singula supra scripta fecerunt & contraxerunt, faciunt & contrahunt prædicti omnes Procuratores utriusque partis cum infra scriptis modis, conditionibus & formis in singulis partibus præcedentibus intelligentis, solemnique stipulatione invicem, & nobis infra scriptis Notariis ut supra recipientibus solemniter vallatis, & non aliter. Videlicet, quod Citadella, Castrum, & omnia fortalitia, custodiæque portarum prædictæ Civitatis, libere, vacue & expedite tradi & assignari debeant, hinc ad diem octavam præsentis mensis inclusive, per totum diem Magnificis Militibus Dominis Gaspardo Domino Montis majoris, & Manfredo ex Marchionibus Salutiarum, ipsius Domini Ducis Sabaudiæ Marescallis, nomine ejusdem Domini Ducis Sabaudiæ recepturis, aut alteri eorum utriusque nomine recipienti: ea lege & conventione, quod expectari debeat & attendi, utrum ratificatio contractus Matrimonii, per supra scriptos Procuratores inter ipsum Dominum Ducem Mediolani & *Illustrem Domicellam Dominam Mariam Filiam majorem Domini Ducis Sabaudiæ*, hodierna die contracti & rogati per nosmet Notarios infra scriptos, & similiter ratificatio contractus dotalis ut supra confecti & rogati fiet & legitime sequetur per eundem Dominum Ducem Sabaudiæ & Filiam suam prædictam, secundum quod in eisdem supradictis Contractibus, de ratificando promissum est, & conventum, vel non fiet: qua ratificatione Patris & Filiæ legitimæ sequente, & eidem Domino Duci, vel ab eo mandatum habenti in autentica forma tradita & assignata erunt; statim locum habeant prædicta omnia & alia infra scripta, pure, vere omni exceptione remota, de ipsaque Civitate Vercellarum ejusque juribus & pertinentiis, declaratis & limitatis, ut supra, idem Dominus Dux Sabaudiæ & prædicti Domini Marescalli, aut quicunque alii ejus nomine disponere possint pro libito Voluntatis ipsius Domini Ducis Sabaudiæ: idemque sit & esse intelligatur, si contingeret, quod absit propter supervenientem obitum præfatæ Domicellæ Dominæ Mariæ prædictam ratificationem fieri non posse: si vero contingeret prædictam ratificationem non sequi nec fieri ex voluntate ipsius Domini Ducis Sabaudiæ, ejusque Filiæ prædictæ, aut alterius ipsorum qui renuerent vel renueret, eam facere ratificationem; tunc & eo casu prædictam Civitatem cum suis juribus et pertinentiis ut supra, antedicti Domini Marescalli, et uterque eorum ipsius Domini Sabaudiæ Ducis nomine, eidem Domino Duci Mediolani, seu ab eo mandatum habentibus, vel habenti, retro tradere et restituere libere et expedite teneantur et debeant, et eo casu omnia contenta in præsenti Contractu cassa, irrita & nulla esse intelligantur, et sint prorsus et omnino perinde ac si nihil eorum contractum esset, gestum vel factum; ea tamen lege et conventione, solemni stipulatione vallata ut supra; quod in omnem casum prædictorum et aliorum omnium, nihilominus liga hodierna die per prædictos Procuratores inter antedictos Dominos Duces contracta, et per nos infra scriptos Notarios publice rogata, rata et firma maneat in omnibus et per omnia, ut jacet ad contextum; quæ tamen liga esse debeat nulla et invalida, casu quo constaret per ipsum Dominum Ducem Mediolani, esse impeditam et negatam dispensationem per summum Pontificem super dicto matrimonio contrahendo fiendum; idem esse debeat, si ipse Dominus Dux Mediolani contractum ligæ ipsius, et contractus alios, videlicet matrimonii, constitutionis dotis, donationis Civitatis Vercellarum, et conventionum factarum de non alienando Civitatem Astensem; simul et de operando, quod Crescentinum recognosci debeat ab eodem Domino Duce Sabaudiæ, per omnes tractatus hodie celebratos, inter dictos procuratores, et per nos infra scriptos Notarios rogatos non ratificaverit intra terminos in dictis Contractibus appositos, aut saltem per quindecim dies post terminos ipsos in publica forma: remanentibus tamen formis in ipsis contractibus appositis, quoad omnia alia in eisdem Contractibus contenta. Acto etiam, convento & in expressum pactum deducto, quod locus, Castrum, Villa & territorium recepti, cum eorum pertinentiis etiam si de territorio Vercellensi esse reperirentur, & ultra Sicidam sit, & pleno jure remaneat & remanere debeat Illustrissimo Domino Sabaudiæ Duci, ejusque hæredibus & successoribus, ac causam ab eo habituris: promittentes prædicti Procuratores & Ambasiatores dicti Domini Ducis Mediolani per juramenta sua, ad Sancta DEI Evangelia corporaliter præstita, ut supra, & sub obligatione omnium bonorum dicti Domini Ducis Mediolani, ut supra, prædicta omnia supra & infra scripta, ratificari facere dicto Illustrissimo Domino Duci Mediolani, hinc ad proximum Festum Nativitatis Domini; & de dicta ratificatione instrumentum publicum & solemne, sigillatum etiam sigillo ipsius Domini Ducis Mediolani, cum Clausulis, promissionibus, renunciationibus, juramentis & aliis opportunis, apportari facere intra dictum tempus, & illud tradere in manibus Illustris Domini Principis Pedemontium, vel ejus cui tradi mandaverit: similiterque prædicti Procuratores Domini Ducis Sabaudiæ promiserunt solemni stipulatione prædictum Dominum Ducem Sabaudiæ, eo modo, & infra idem tempus ratificaturum, & ratificationem Domino Duci Mediolani, aut ejus Ambassiatoribus missurum, ut supra dictum est de ratificatione fienda ex parte Domini Ducis Medio-

Mediolani. Acta fuerunt hæc in Civitate Taurini, videlicet in Domo Episcopali ejusdem Civitatis: Præsentibus Egregiis & Nobilibus Viris, Domino Joanne Marchandi legum Doctore, Jeannino & Aiguino ex Comitibus Vallispergiæ, Domino Jacobo Spinola, Cantore Ecclesiæ Majoris Papiæ, Simone de Moringiis, Vauterio de Ravoyria, Joanne Marescalli, Guidone Columbi, Amadeo de Plozasco Angelino, Provana, Bartolomeo de Senis & Joanne de Oxiis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

XXXIX.

Tabulæ fœderis inter Amadeum IIX. Ducem Sabaudiæ, & Philippum Mariam Sfortiam, Ducem Mediolani stabiliti, die 18. Decembr. An. 1431. pacti.

IN nomine Domini, Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo, quatercentesimo, vigesimo primo, Indictione decima, die decima octava mensis Decembris. Per hoc publicum Instrumentum cunctis fiat manifestum, quod cum illustris Joannes Jacobus Marchio Montisferrati, præter & contra voluntatem Serenissimi Principis, Domini nostri, Domini Sigismundi, Dei gratia Romanorum Regis semper Augusti, inhibitionesque & mandata eidem, per literas & solemnes Ambassiatas, auctoritate Regia sæpisime factas, inhærendo voluntati Dominii Venetorum, Manifestorum rebellium Sacri Romani Imperii, cum ipsis conspirationem & ligam fecerit in gverra, quam incepit adversus ipsius Sacri Romani Imperii terras, feuda & Vassallos, signanter contra illustrisimum Principem & Excellentissimum Dominum, Dominum Philippum Mariam Anglum, Ducem Mediolani, Papiæ Anglerizque Comitem, ac Januæ Dominum, Serenissimi Domini nostri Romanorum Regis filium & fidelem: tentando tam vi armorum, quam diversarum seditionum tractatibus, opem præstans & auxilium dicto Venetorum Domino, statum ipsius Illustrissimi Domini Ducis Mediolani subvertere, terrasque & oppida, quæ ab Imperiali Majestate in feudum possidet, usurpare, fueritque necessarium & expediens ipso Domino Duci Mediolani, tum pro defensione sui status, tum etiam propter requisitiones & mandata Serenissimi Domini nostri, Domini Romanorum Regis, non solum ipsi Domino Marchioni resistere, sed etiam sibi tanquam colligato ipsius Dominii Venetorum, Sacri Romani Imperii rebellium & inimicorum, gverram inferre, ut ita esse & fuisse veritatem dixit & protestatus fuit prælibatus Dominus Dux Mediolani, per medium personæ egregii utriusque Juris Doctoris, Domini Nicolai de Arcemboldis, de Parma, Nuncii & Procuratoris sui in præsentia nostrorum Notariorum infra scriptorum, cumque illustrissimus Princeps & Excellentissimus Dominus, Dominus Amedeus, Dux Sabaudiæ, Chablasii & Augustæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemontium & Gebennarum, Valentinensisque & Dyensis, similiter Imperialis feudatarius & fidelis, tam per ipsum Serenissimum Dominum nostrum, Regem Romanorum, quam dictum Dominum Ducem Mediolani, velut fidelem Imperialem, multipliciter & instantissime requisitus fuerit & debite interpellatus, imo etiam per ipsum Dominum nostrum, Romanorum Regem, sub gravissimis pœnarum arctationibus & sub vinculo fidelitatis comminatus, ut ad defensionem fidelium Imperii, & maxime ipsius Domini Ducis Mediolani, Civitatumque, Villarum, Castrorum & aliorum territoriorum, quæ sub Imperiali feudo possidebat, nec non propulsationem & offensam sibi gverram inferentium, cum toto suo exercitu perseveret; ipseque Illustrissimus Dux Sabaudiæ, attendens affinitatem, qua tam ipse Dominus Dux Mediolani, quam dictus Dominus Marchio Montisferrati, erga eum conjuncti sunt, mitius agere volentes, præfatum Dominum Marchionem per literas & solemnes Ambassiatas fraterne requisivit, ut præfati Domini nostri Romanorum Regis jussibus obtemperaret, & ab ulterioribus offensis vasallorum & feudorum Imperialium se vellet abstinere, quod tamen minime facere curavit; imo quod deterius est, multos Capitaneos & alios strenuos, per magnarum rerum & financiarum pollicitationes, adversus ipsum Illustrissimum Dominum Ducem Sabaudiæ incitavit, propter quod ipse Dominus Dux Sabaudiæ videns, rerum notorietate edocente, ipsum Dominum Marchionem in contemptu Imperialis Majestatis mansvescere nolle, sed totis conatibus priora prioribus irrefragabiliter tam contra dictum Dominum Ducem Mediolani, quam etiam ipsum Dominum Ducem Sabaudiæ palam & clandestine conspirare; non valens etiam ipse Dominus Dux Sabaudiæ, debito suæ fidelitatis exigente, ulterius differre prædictis Imperialibus, mandatis continue super emergentibus, pro posse obtemperare, nec etiam dicto illustrissimo Domino Duci Mediolani ejus Genero à proximiori subventione derogare, imo nec prætermittere sui ipsius propriæ Domini Ducis Sabaudiæ saluti providere; & conspicatis versutiis ipsius Domini Marchionis obviare, ut ita esse & fuisse veritatem in præsentia nostrorum infrascriptorum Notariorum dixerunt & protestati fuerunt illustris Dominus Manfredus, Marchio Saluciarum, Marescallus Sabaudiæ & spectabilis Miles & Doctor, Dominus Petrus Marchiandi, Præsidens Consilii præfati Domini Ducis Sabaudiæ citra Montes residentes, Oratores, Nuntii & Procuratores prælibati Illustrissimi Domini & Excellentissimi Domini Ducis, sponte et ex certa

animi

animi ſcientia deliberaverunt præfati Domini Duces, contra et adverſus ipſum Dominum Marchionem, unionem, ligam et confœderationem facere; pro quibus quidem firmius ſtabiliendis et roborandis, prædicti Domini Oratores, Nuntii et Procuratores præfati Domini Ducis Sabaudiæ et dictus Dominus Nicolaus, ſimiliter Nuntius et Procurator prælibati Domini Ducis Mediolani, habentes ad prædicta et infraſcripta plenam et liberam poteſtatem ſpecialeque mandatum, ut per ipſorum Dominorum Ducum patentes literas in pergameno ſcriptas, munitasque ſigillis eorum, non cancellatas, nec in aliqua ipſarum parte ſuſpectas. Conſtituti in præſentia noſtrorum Notariorum infraſcriptorum, ſcientes et ſpontanei, mutuis et validis ſtipulationibus hinc inde intervenientibus, fecerunt, inierunt et contraxerunt, faciunt et contrahunt declarationes et limitationes pactaque et conventiones, quæ ſequuntur. Et primo, convenerunt prælibati illuſtriſſimi Domini Duces Sabaudiæ et Mediolani, per medium ſupradictorum Procuratorum ſuorum, quod ipſi Domini Duces in præſenti gverra adverſus dictum Dominum Marchionem Montisferrati, jam per dictum Dominum Ducem Mediolani mota, & per prælibatum Dominum Ducem Sabaudiæ movenda, tenebunt quilibet ipſorum, uſque quo ipſa gverra de communi conſenſu ipſorum Dominorum Ducum Sabaudiæ et Mediolani per pacem ſopita fuerit adverſus dictum Dominum Marchionem ejuſque ſubditos, terras et dominia; videlicet quingentos equites et totidem pedites ad gverram legaliter procedendum, aut plus aut minus ſecundum caſuum occurrentiam, prout ipſi Domini Duces de communi conſenſu fuerunt concordes; ita tamen, quod prædicti equites quingenti et pedites totidem, per præfatum Dominum Ducem Mediolanum ut præmittitur, tenendi ſint, ad nutum et voluntatem Dominorum Mareſcallorum Sabaudiæ, aut alterius nomine ejuſdem Domini Ducis Sabaudiæ, ad ipſam gverram faciendam deputati; ſic quod dicti Domini Duces de communi conſenſu fuerint concordes, Mareſcalli, ſeu alius deputatus, ut præmittitur, prædictos equites quingentos et pedites totidem, poſſit et valeat conſtituere adverſus terras, ſubditos et dominia dicti Marchionis et ſuorum, et quæ eidem placuerint et videbuntur juxta ipſius liberi arbitrii voluntatem. Item convenerunt, quod omnes ſubditi, terræ, loca et territoria præfatorum Dominorum Ducum Sabaudiæ et Mediolani, ſint pariter et eſſe debeant in gverra adverſus dictum dominum Marchionem Montisferrati, ejus territoria et ſubditos, prout et quemadmodum dicti Domini Duces erunt: et quoad invicem ipſa territoria et ſubditi receptare victualia pretiis competentibus, dare opem, et auxilium mutuo præſtare gentibus armigeris, equitibus et peditibus ac ſubditis utriusque ipſorum debeant et teneantur. Item pariter convenerunt et in pactum expreſſum deduxerunt, quod ex nunc in antea non liceat cuiquam ipſorum Dominorum Ducum Sabaudiæ et Mediolani, per ſe aut alias interpoſitas perſonas, pacem neque treugam cum dicto Domino Marchione, terris aut ſubditis ſuis facere, nec aliquo modo ipſam pacem contendere, ſine expreſſis ſcitu pariter et conſenſu utriusque Dominorum Ducum prædictorum. Item pacto expreſſo convenerunt et concordaverunt, quod omnes Dignitates, Civitates, Villæ, Caſtra, fortalitia, loca et quælibet territoria prædicta Domini Marchionis Montisferrati et ſuorum Subditorum, homagiaque, feuda et retrofeuda, ad eos quomodolibet ſpectantia, ubicunque conſiſtant et valeant quomodolibet nuncupari, exiſtentia tamen citra Tanagrum, & jam acquiſita per præfatum Dominum Ducem Mediolani & ejus gentes colligatos & adhærentes, cum ſuis omnibus & ſingulis pertinentiis, fortalitiis, juribus & jurisdictionibus, tradi debeant per dictum Ducem Mediolani, præciſe & ſine exceptione quacunque præfato Domino Duci Sabaudiæ, quando ad hoc fuerit requiſitus, ad faciendum de illis ad omnimodam diſpoſitionem ejusdem Domini Sabaudiæ Ducis & ſuorum; ſalvis tamen manentibus infra ſcriptis, quibus non intelligit aliquo modo per præſens capitulum derogari. Item quod ejus Civitates, dignitates, Villæ, caſtra, fortalitia, territoria & loca quæcunque, homagiaque, feuda, retrofeuda & fidelitates, quæ per ipſum Dominum Marchionem ejusque ſubditos tenentur aut tenebantur tempore gverræ contra ipſum motæ per præfatum Dominum Ducem Mediolani, inde vel & ſuper territorio, diſtrictu, Dominio & pertinentiis Civitatis & Communis Januæ, Civitatis & Comitatus Papiæ, Terra Caſalis Sancti Evaſii, terræ & loca Sancti Salvatoris, Caſtelleti & Luſenluc, cum ſuis omnibus & ſingulis pertinentiis ipſis pertinentibus, tam ultra Tanagrum quam citra, ſint & remaneant in ſolidum ſine ulla exceptione prælibato Domino Duci Mediolani, ita ut ad ejus libitum & ſui diſponere poſſent, & ille aut illi quem, aut quos legitimaverit, ad eam ſuam ſucceſſionem habilitaverit, de qua legitimatione & habilitatione conſtet per publicum documentum, ſigillo ſuo magno ſigillatum. Item propterea convenerunt, quod omnes Civitates, Caſtra, Villæ, territoria & loca quæcunque, homagiaque feuda, retrofeuda & fidelitates etiam quæ ſpectarent Eccleſiæ Aſtenſi, quæ per ipſum Dominum Marchionem ejusque ſubditos tenentur aut tenebantur, tempore gverræ contra ipſum motæ per præfatum Ducem Mediolani, ubicunque ſint, tam citra, quam ultra Tanagrum in, de & ſuper Territorio & diſtrictu Civitatis, ſeu Patriæ Aſtenſis, cum omnibus ſuis pertinentiis ſpectantibus; quæ tamen tenta, aut poſſeſſa fuerunt per Præſidentes, aut Epiſcopos, aut eos qui dominati ſunt dictæ Civitati, Patriæ, Dominio, aut Gubernio Aſtenſi ab annis ſeptuaginta citra incluſive, ſint & remaneant in ſolidum,

dum, & expediri debeant fine ulla exceptio-
e, prælibato Domino Duci Mediolani. Item
onvenerunt ut fupra, quod pariter omnes Ci-
tates, dignitates, caſtra, villæ & loca quæcun-
ie dicti Domini Marchionis Montisferrati &
orum fubditorum, homagiaque, feuda & re-
ofeuda ad eos quomodolibet ſpectantia, &
u quæ tempore dicti ingreſſus gverræ per
ſos tenebantur quoquomodo ultra Tana-
um exiſtentia, quæ tamen per dictum Domi-
ım Ducem Mediolani & ejus gentes & fubdi-
s acquiſita fuêre, ſint & pertineant præfato
omino Duci Mediolani & ſuis: exceptis tan-
m locis Rochæ Silierii, & ipſa villa Silierii,
ıæ loca Rochæ Silierii & ipſa villa Silierii
m ſuis juribus & pertinentiis ſint & pertine-
ıt in ſolidum & pleno jure, tradique & expe-
ri debeant per præfatum Dominum Ducem
ediolani, præciſe & ſine exceptione quacum-
ıe, dicto Domino Duci Sabaudiæ, quam pri-
um a parte ipſius Domini Ducis ad hoc fuerit
quiſitus ad faciendum de illis, ad omnimo-
m diſpoſitionem ipſius Domini Ducis Sa-
udiæ & ſuorum. Item prænominatæ partes,
lvis manentibus omnibus & ſingulis ſupra-
riptis, convenerunt, quod omnes Civitates,
ıſtra, Villæ, territoria & loca quæcunque Do-
ini Marchionis Montisferrati & ſuorum ſub-
torum, homagiaque feuda & retrofeuda ad
s ſpectantia ubicunque conſiſtant, tam citra,
ıam ultra Tanagrum exiſtentia, & quæ non-
m per dictum Dominum Ducem Mediolani
ejus gentes acquiſita fuerunt, dum & quan-
per aliquem præfatorum Dominorum Du-
ım Sabaudiæ & Mediolani, ipſorumque ſub-
tos, gentes, armigeros, pedites, colligatos &
lhærentes in futurum quomodolibet acquiri
ontigerit, cum ſuis omnibus & ſingulis perti-
entiis & fortalitiis, jurisdictionibus ipſis ſpe-
antibus, ſive ſpectent in ſolidum, de pleno
re tradi & expediri debent præciſe & ſine ex-
eptione quacumque, ipſi Domino Duci Sa-
audiæ ad omnimodam diſpoſitionem ipſius &
ıorum faciendum, exceptis Civitate Albæ
ım ſuis finibus & limitibus, territorio & juris-
ictione, quæ ad præſens dictæ Civitati ſpe-
ant, & per eam poſſidentur, Joanne Cerrati
e Alba pro loco Guerduini, Anthonio Bur-
ıyni pro loco & caſtro Roddi & Nobilibus
e Falletis pro locis ſuis de Morra, Berolio &
erra longa, quæ ſic exceptata duntaxat ſpe-
tent & remaneant, ac dum acquiſita forent ex-
ediri debeant præfato Domino Duci Medio-
ıni & ſuis. Item ulterius fuit actum inter
rædictas partes, quod præfatus illuſtr. Domi-
ıus Dux Mediolani, omnia præmiſſa loca ul-
ra Tanagrum exiſtentia, nondum tamen ac-
uiſita, & quæ præfato Domino Duci Sabau-
iæ ſpectare debent, acquirere debeat & tenea-
ur, ſub propriis ſumptibus præfato Domino
Duci Sabaudiæ & ſuis cum omni celeritate poſ-
ibili & ante concluſionem pacis fiendæ inter
ræfatos Dominos Duces ex una, & dictum Do-
ninum Marchionem partibus ex altera, niſi
aliter prædictis Dominis Ducibus fiendum de
communi concordia videretur, ita & taliter,
quod ſi a quantocunque aliquæ villæ, caſtra,
fortalitia, vel loca, per præfatum Dominum
Ducem Mediolani, memorato Domino Duci
Sabaudiæ acquirenda, ut præmittitur, per vim,
aut eorum ſpontanea voluntate ſe ſubmittere
velint jurisdictioni, ſubjectioni & Dominio
præfati Domini Sabaudiæ Ducis; licitum ſit ei-
dem Domino Sabaudiæ Duci & ejus Mareſcal-
lis & deputandis ab eiſdem ipſas, terras, ca-
ſtra, villas, fortalitia & loca recipere Juriſdi-
ctionique & Dominiis ipſius Domini Ducis Sa-
baudiæ, ſubmittere abſque contradictione
quacunque. Item, quia præfatus Dominus
Dux Mediolani aſſerit ſe dediſſe loca Mirabel-
li, Albianæ & Baldeſchi, Magnifico Comiti
Franciſco Vicecomiti, filio & genero ſuo & lo-
ca Conzani, Camagniæ, Cucharæ & Orzani,
Spectabilibus Franciſco de Barbanaria, Alviſio
Crotto, & mihi Joanni Franciſco Gallinæ, fide-
liſſimis ſuis; fuit conventum inter dictas par-
tes, quod præfatus Dominus Dux Sabaudiæ in
prædictis locis nihil petere, querelare poſſit,
aut valeat, ſed ipſa loca Mirabelli, Albianæ &
Baldeſchi prædicto Comiti Franciſco, & ſupra-
dicta loca Conzani, Camagniæ, Cucharæ & Or-
zani ipſis Franciſco de Barbanaria, Alviſio Crot-
to, & mihi Joanni Franciſco Gallinæ remanere
debeant, & ad eos pleno jure ſpectare, quacun-
que exceptione ceſſante, cum omnibus ſuis ju-
ribus & pertinentiis. Item quia ſummus Pon-
tifex per Apoſtolicas literas conceſſit prædicto
ſpectabili Franciſco de Barbanaria locum & ca-
ſtrum Planæ cum juribus, jurisdictionibus &
pertinentiis ſuis, tanquam rem Eccleſiaſticam;
ideo convenerunt dictæ partes, quod dictum
caſtrum & dictus locus prædictus Planæ cum
juribus et pertinentiis ſuis, ſive acquiſita, ſive
non ſint, libere remaneant dicto Franciſco.
Item convenerunt dictæ partes, quod Nobiles
de Coconato pro locis Coconati & Trineti, ac
omnibus aliis ſuis locis, tam per Marchionem
Montisferrati uſurpatis, quam aliis quibusvis
remaneant, & ſint præfati Domini Ducis Me-
diolani; & quia nonnulli ex ipſis Nobilibus
pro certis ſuis locis fidelitatem & homagium fe-
cerunt Domino Duci Sabaudiæ, cum reſerva-
tione tamen adhærentiæ & recommendiſiæ
quibus antea prælibato Domino Duci Medio-
lani tenebantur & obligati erant; convene-
runt dictæ partes, quod ipſi Nobiles pro dictis
locis, fidelitate & homagio remaneant prædi-
cto Domino Duci Sabaudiæ reſervatis ſemper
ipſi Domino Duci Mediolani eorum adhæren-
tia & recommendiſia, ac obligationis eorum
cauſa, factis quibus non intelligatur & dictis
fidelitate & homagio aliqualiter derogari, quin
imo earum vis & robur augeri. Actum in ter-
ra Abiatæ diſtrictus Mediolani, in Hoſpitio St.
Anthonii ſito prope Caſtrum, præſentibus No-
bili Ludovico de Salutis Domino de Mulaſſa-
no & aliis. Signé Joannes Franciſcus Gallina.

XL.

XL.

Contractus de matrimonio ineundo factus inter Ludovicum, Principem Sabaudiæ, & Annam, Regiam Hierosolymæ, Cypri & Armeniæ Principem, d. d. 1. Januarii, An. 1432.

IN nominæ Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Anno a Nativitate Domini M. CCCC. XXXII. & die prima Mensis Januarii; nonæ indictionis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Eugenii, divina providentia Papæ IV. anno I. Princeps Serenissimus & Dominus Dominus Janus, Dei gratia Jerusalem, Cypri & Armeniæ Rex ex una; & Nobilis ac Egregius vir, Simoninus de Puteo, Scutifer & Procurator & Specialis Nuncius ad infra scripta peragenda, stipulanda & annuenda, & Procuratorio nomine viceque illustrissimi Principis & Domini, Domini nostri Amedei, Ducis Sabaudiæ, Chablaisii & Augustæ Principis, Marchionis in Italia, Comitis Pedemontium & Gebennarum, Valentinensisque & Dyensis, constantibus super his ejusdem illustrissimi Domini Ducis Literis patentibus Procuratoriæ potestatis, ipsi Nobili Simonino attributæ, dicti illustrissimi Domini Ducis sigillo impendenti & cera rubea roboratis, partibus ex altera, in Testium meique publici Notarii subscriptorum præsentia. Personaliter constituti, scienter eorumque spontaneis voluntatibus, nulloque lapsi errore ut asseruerunt, aut dolo seducti, præmissa intrinsece animadvertentes, ipseque potissime Serenissimus Dominus Dux affectans inter eum & dictum illustrissimum Dominum Ducem jam inveteratæ prosapiæ consanguinitatem, divina operante Clementia renovare, & mutuam affinitatem ac amicitiam firmo cingulo globorare & augere, paciscendo vicissim solemnique stipulatione vallando, iniendo, conveniendo, concordando, promittendo & jurando signanter idem Serenissimus Princeps sub verbo regali, amboque nihilominus juramentis suis tactis Scripturis Sacrosanctis, prout & quemadmodum in casu simili alias inter eosdem Principes, seu illorum Procuratores actum fuerat, agitatumque ac tractatum, & ut infra denotatur; Convenit, inquam, idem Serenissimus Dominus Rex, & promisit se procuraturum & cum effectu daturum illustrem Dominam Annam, ejusdem primogenitam, in uxorem & sponsam legitimam per verba de præsenti, illustri Domino Ludovico de Sabaudia, Comiti Gebennarum, ipsius illustrissimi Domini Ducis Primogenito, quam primum pro illius parte fuerit requisita, omnibus dolo, fraude, exceptione, aut excusatione remotis; quodque per ipsam illustrem Dominam Annam, nihil actum extitisse, aut in futurum non fieri, quo minus Matrimonium hujusmodi, Deo tamen Ecclesiaque Sacro-Sancta permittentibus, debitum sortiatur effectum, eodem Nobili Simonino Procuratore prædicto, conventionem & promissionem hujusmodi acceptante: ac imo & nomine prædicti Illustrissimi Domini Ducis sui Principalis, meque publico infrascripto Notario ut publica persona, ad quorum opus potest & poterit in futurum interesse, stipulantibus; ipseque Nobilis Simoninus vice versa Procuratorio nomine antefato promisit solemniter & convenit eidem Serenissimo Domino Regi, mihique dicto Notario, nomine dictæ Dominæ Annæ stipulantibus, ipsum Illustrissimum Dominum Ducem se procuraturum & infallanter peraccepturum, quod præfatus Illustris Dominus Comes Ludovicus ejus primogenitus in Uxorem legitimam & Sponsam, eandem illustrem Dominam Annam recipiet, quam primum pro parte ipsius fuerit requisitus Deo ac sancta Matre Ecclesia annuentibus, etiam bona fide, omni dolo, fraude & exceptione cessantibus; eundemque Dominum Ludovicum Comitem nil fecisse, aut facere in futurum, quo minus præsens Matrimonium adimpleatur; convenit ac etiam dictus Serenissimus Dominus Rex, & promisit præfato Nobili Simonino, Procuratori & Procuratorio nomine jam dicto acceptanti, ac mihi Notario infrascripto, in hujusmodi futuri matrimonii contemplationem ac favorem dare ac realiter assignare dictæ Dominæ Annæ ejus primogenitæ Ducatos auri Venetiarum centum millia, terminis & sub obligationibus, maneriebus & formis in dictis Procuratorii ipsius Simonini patentibus literis specificatis. Et mutuo idem Nobilis Simoninus procuratorio nomine quo supra, in vim super hiis attributæ potestatis, promisit & solemniter convenit dicto Serenissimo Domino Regi, mihique ipsi Notario, ut præmittitur, ad opus ejusdem Dominæ Annæ, & quorum in futurum poterit interesse stipulantibus, procurare & peragere procul fallo, quod prænarratus Illustrissimus Dominus Dux dabit & realiter consignabit super ejus bonis & redditibus ipsius illustris Dominæ Annæ in dotalitium & dotalitii causa Ducatos annuales decem millia per eandem Dominam Annam in vita ejus percipiendos, si Matrimonium hujusmodi dissolvi contingeret, & per obitum dicti Domini Comitis sui Viri, ac etiam in omnem eventum restitutionis dotis eidem Dominæ Annæ assignandæ; videlicet si dictum Dominum Comitem, ejus futurum sponsum, postquam consummatum esset matrimonium prædemori contingat, eadem Domina Anna superstite in humanis, aut e converso eandem Dominam Annam sine liberis in ipso matrimonio procreandis, dotem prædictam restitui debere in Civitate Avinionensi, forma & terminis atque modis in eisdem patentibus expressis, præmissaque omnia & alia singula in dictis patentibus Procuratorii ipsius Simonini literis contenta descripta & notata, illam genereque & specie laudando, homologando & approbando, ut in illis conceduntur, & fieri ac annui petuntur partes eidem & una quæque tangitur. Idem videlicet Serenissimus Dominus

Dominus Rex suo & dictæ ejus primogenitæ nominibus, præfatusque Nobilis Simoninus procuratorio nomine quo supra, vicissim unus alii & alter alteri; Promittentes & solemni stipulatione paciscendo solemniter convenerunt sub juramentis præscriptis, conditionibusque pœnarum adjectionibus & obligationibus, submissionibus & renunciationibus adhibitis, necessariis, pariter & cautelis ad ungvem inviolabiliter observare & adimplere, quemadmodum in ipsis patentibus Procuratoriis literis ejusdem Simonini declarantur, annuuntur & fieri petuntur; illa hic volentes haberi pro sufficienter expressis, super eis rite & scienter, ut asseruerunt consulti, ac si proprio eorundem ore de verbo ad verbum formaliter evolassent & dixissent sigillatim, quæ in præsenti Instrumento specificarentur, contraque eadem, aut ex illis aliqua per se, aut alios directe, vel per obliquum non facere, dicere, vel venire. De quibus omnibus & singulis supra scriptis dictæ Partes utrimque petierunt sibi fieri duo consimilia publica Instrumenta per me Notarium infrascriptum, quæ dictari possint, corrigi & emendari ad dictamen Sapientis facti substantiam non mutando. Acta fuerunt hæc Nicosiæ, Regni Cypri, in Camera retractus Palatii, quod principaliter idem præmissus Dominus Rex inhabitat, Anno, die, Mense, Indictione & Pontificatu prædictis, in præsentia inclyti & illustrium Dominorum Joannis de Lusignano ejusdem Serenissimi Domini Regis primogeniti Principis Antiochiæ, Petri de Lusignano Comitis Tripolens. Reverendorum in Christo Patrum Dominorum A. Dei gratia Paphensis. N. Famaghustensis & B. Dertonensis Episcoporum ac Spectabilium & egregiorum militum Dominorum Jacobi de Cassano Marescalli dicti Regni Cypri, Baldini de Nores Marescalli Regni Jerusalem, Hugonis Soldani Cambellani Cypri, Petri Pelestrini Vicecomitis Nicosiæ, Henrici de Gibleto Magistri hospitii &c. ad præmissa Testium vocatorum specialiter & rogatorum.

XLI.

Tabulæ fœderis inter Philippum, Ducem Burgundiæ, & Amadeum IIX. Sabaudiæ Ducem sanciti, d. d. 12. Februarii, Anno 1434.

PHelippe, par la grace de Dieu, Duc de Bourgongne, de Lothier, de Brabant, & de Lembourg, Comte de Flandres, d'Artois & de Bourgongne, Palatin de Haynault, de Hollande, de Zellande & de Namur, Marqvis du Sainct Empire, Seigneur de Frise, de Salins & de Malines: & Amé Duc de Savoye, de Chablays & d'Ouste, Prince, Marqvis d'Italie, Comte de Piemont, de Geneve, de Valentinois & Dyois, Baron de Vuand & de Foucygni, Seigneur de Nice & de Verseil. A tous ceux qui ces presentes lettres verront, Salut. Comme aujourd'huy entre nous ayent esté accordés & passés certains points & articles contenus en une cedulle signé de nos propres mains, de laquelle cedulle la teneur de mot à mot s'ensuyt: Pholippe, Duc de Bourgongne, de Lothier, de Brabant & de Lembourg, Comte de Flandres, d'Artois & de Bourgongne, Palatin de Haynault, de Hollande, de Zellande & de Namur, Seigneur de Frise, de Salins & de Malines, & Amé, Duc de Savoye, de Chablays, & d'Ouste, Prince, Marqvis d'Italie, Comte de Piemonte, de Geneve, de Valentinois & Dyois, Baron de Vuaud & de Foucigny, Seigneur de Nice & de Verseil: A tous ceux qui ces lettres verront, savoir faisons; que pour tousjours entretenir, continuer & augmenter la bonne amour, affinité & alliance, qui sont, & tant longvement ont esté entre les Maisons, & Seigneurs de Bourgongne & de Savoye, & plus convenablement pouvoir demander, poursuir & obtenir les droits que chacun de nous a sur les Terres, Villes, Chasteaux, Souverainetés & Ressorts des Baronnies de Beaujolois & de Villars; scitués tant de là que deçà la Sousne, à l'encontre du Duc de Bourbon, & de tous autres qui les occuperoient. Nous d'un commun accord, pour nous, nos hoirs & successeurs, Ducs de Bourgongne, & de Savoye, avons faict & faisons par ces presentes, bonne, ferme & stable Alliance, ligue & Convention en la maniere, qui s'ensuyt, sans aucunement deroger és autres alliances, qui jà sont entre nous. Premierement, que pour obvier és maux & innumerables inconveniens qui entreviennent de guerre, & à mettre Dieu & Justice de nos parties, ferons d'un commun accord, quant & ainsy qv'en semble mieux nous apparra de faire, sommer & reqverir le dit Duc de Bourbon, & tous autres qui lesdites terres, fiefs, rerefiefs souverainetés & ressorts occuperoient, de faire leur debuoir envers un chacun de nous. C'est assavoir à nous Duc de Bourgongne des fiefs, hommages, souveraineté & ressorts des Chasteaux, Villes, Chastellenies & mandement de Thisy, Belleville, & autres, qui se trouveront mouvoir de nous en fiefs, rerefifs, souverainetes, ou ressort; & à nous Duc de Savoye, des Chasteaux, Villes, Chastellenies, & mandemens de Chalemont, Lant, Villeneuve, Toyssey, Montmerle, Beanregard, Trevoux, Chastellard, Amberieu, en la terre de Dombes, & autres, qui se trouveront mouvoir de nous en fief, rerefief, souveraineté & ressort; & en outre à nous deux, des autres qverelles, qve chacun de nous pourroit avoir contre ledit Duc de Bourbon, qui seront declarées en la sommation, qv'est cy apres mentionnée, & ou temps d'icelle seront trouvées justes & licites de poursuir conjointement par noux deux; & s'il advient qv'ilz veüillent faire envers chacun de nous leur debvoir, les recevrons selon Dieu & Justice, mutuellement chacun pour la partie qui luy debvra appartenir, sans anticiper ne obmettre l'un le faict & honneur

honneur de l'autre. Item qve s'il advenoit, que Dieu ne veüille, qv'ilz ne voulsissent, ou refusoient de faire leur debvoir envers un chacun de nous pour sa partie mutuellement, & ensemble comme dit est; en celuy cas faites premierement, & nous rapportées lesdites sommations, contradicions & refus; nous d'un commun accord procederons, en serons tenus de proceder contre le non faisant deüment envers un chacun de nous, ce dont conjointement aura esté sommé & reqvis par voye de gverre, à toute puissance, ou autrement és Pays places, & ainsi qve entre nous, ou nos à ce commis sera communement convenu & accordé, ayant regard à secourir l'un l'autre loyalement, & de bonne foy. Item, qve tout, ce qvi s'en conqvestera par nous & chacun de nous delà la Riviere de Sousne de toute la terre de Beaujeullois, demeure & soit deslivré à nous Duc de Bourgongne, pour en fere à nostre Disposition & volonté: & semblablement, tout ce qui se conqvestera deçà ladite Riviere de Sousne, demeure & soit deslivré à nous Duc de Savoye, pour en faire nostre volonté & plaisir, sans demander l'un à l'autre pour les choses qui luy seront acqvises, comme dit est, aucune restitution de despens. Item, s'il advenoit, que faisant chescun son effort & debvoir, l'un de nous avoit plustost, prins & recouvert ses droits & portion, qve l'autre; en celuy cas sera tenu de ayder & souvenir à l'autre, à avoir & conqvestre ses droits & portions, de mil combatans durant qvatre moys aux despens de celuy qvi en sera reqvis. Item qve aucun de nous ne puisse des qverelles qve dessus, & de la depence qvi par nous s'en feroit, non excedissant par chacun de nous la somme de cinqvante mille ducats, faire paix ne triefve generale ne particuliere, sans le sceu & exprés consentement de l'autre; ne aussy recevoir, ne accepter, aucun traity particulier, ains les rebouttre, & signifier l'un à l'autre loyaument, & de bonne foi: & se traitté general se mouvoit, chescun de nous le pourra recevoir, & demenner par devant celuy auqvel sera ouvert; c'est assavoir, nous Duc de Bourgongne en nos Pays de Bourgongne, & lieux convenables, & nous Duc de Savoye aussy en lieux convenables de nos Pays decza les Monts, signiffiant en continant à l'autre, leqvel soit tenus d'y envoyer, & tenir ses gens pour y entendre sans fraude ne mal engin. Lesqvelles conventions & alliances avons juré, convenu & promis l'un à l'autre, pour nous, nos hoirs & successeurs: en parolles de Princes & sur l'obligation de tous nos biens, avoir fermes & aggreables, & les entretenir en tous leurs points & articles, sans faire ne venir au contraire. En tesmoin desqvelles, avons figné ces presentes de nos mains propres, à Chambery, le douzieme jour de Fevrier, mil qvatre cents trente qvatre. Ainsi figné, Phelippe & Amé. Et il soit, ainsi, que pour plus grand seurté, fermeté & entretenement des chouses contenües en ladite Cedulle, ayt esté advisé, conclud et promis entre nous d'ung costé & d'autre, qve de & sur les chouses exprimées en la Cedulle devant dite, se feroient de par nous lettres patentes scellées de nos seaux; sçavoir faisons que nous, & chacun de nous, ayant ladite Cedulle, et tout le contenu en icelle agreable par la maniere qv'il est cy dessus escript; et le voulans de nostre part entretenir, et faire entretenir par nos hoirs, et successeurs et ayans cause, promettons en parolle de Prince et chacun de nous en son endroit, et pour tant, que touchier luy puet sur les foy et serment de nos corps, et l'obligation de touts nos biens presens et advenir; pour nous et chacun de nous, nosdits hoirs successeurs, et ayans cause, et de chacun de nous, avoir tenir, observer et accomplir, et faire tenir, observer et accomplir inviolablement, toutes et singulieres les chouses contenües, declarées et specifiées en ladite Cedulle, ainsi incorporée et transcripte cy dessus, sans presentement, ne au temps advenir aller, ne fere; ou souffrir aller à l'encontre en aucune maniere, pour qvelqve cause, couleur, ou occasion, qve ce soit, et tout sans fraude, barat, Deception, ou mal engin, et iceux du tou cessans. En tesmoing et Approbation de verité, des chouses des susdites, Nous et chacun de nous, avons fait mettre nos seaulx à ces presentes lettres tacites, et accordées double, dont chacun de nous aura un original par devers luy. Donné à Chambery, le douziéme jour de Fevrier, l'an de Grace mille quattre cents trente-qvatre. Signé par Monseigneur le Duc, Dommessent, par Monseigneur le Duc de Savoye, Bolomier, et seellées de seaux en cire verte en laz de soye rouge et verte, au seau du Duc de Bourgongne; et en cordons de soye verte en celuy du Duc de Savoye.

XLII.

Transactio inter Ludovicum, Primogenitum Regis Galliæ, & Delphinum Viennensem conclusa, propter Successionem in Comitatibus Valentinensi ac Diensi, & Homagium ratione Fucigniaci præstandum, d.d. 3. April. 1445.

Ludovicus, Regis Francorum primogenitus, Delphinus Viennensis. Notum facimus universis præsentibus pariter & futuris, quod cum verteretur seu formidaretur controversiæ materia inter nos ex una, & illustrem consangvineum nostrum, Ludovicum, Sabaudiæ Ducem, partibus ex altera; ex eo quod præfatus consangvineus noster dicebat & proponebat Comitatus Valentinensem & Diensem cum ipsorum pertinentiis universis sibi pertinere debere, ex dispositione Testamentaria dilecti consangvinei nostri, Ludovici de Pictavia, Valentinensis & Diensis quondam Comitis, & secundo gradu institutionis per eum factæ in ejus Testamento de persona Ducis Sabaudiæ, ipsius Ducis moderni, consangvinei nostri genitoris, cujus

ujus institutionis conditionem asserebat eveisse pluribus mediis per ipsum, seu ipsius nonine specificatis & declaratis, & propterea quod loca, Castra, Villæ & aliæ res, quæ & quas enemus, seu alii sub nostra protectione de psis Comitatibus, debebant sibi relaxari & exediri, petendo & reqvirendo cum maxima intantia, ita sibi fieri, offerendo quod habita paifica possessione prædictorum locorum, Carorum, Villarum & aliorum membrorum dictorum Comitatuum paratus erat, tam erga netuendissimum Dominum meum, quam nos acere, qvicqvid debebat & tenetur ad causam eudi, ob quod prædictis Comitatibus potest esse strictus. Ex adverso pro parte nostra diceretur & proponeretur, quod imo dicti Comitatus Valentinensis & Diensis nobis pertinent & pertinere debent ex primo institutionis gradu, in Testamento dicti quondam Ludovici de Pictavia, consangvinei nostri, Comitis Valentinensis & Diensis, descripto, in quo Delphinus Vienn. uisquis sit fuit hæres universalis institutus, egando præscriptam conditionem adjectam n secundo substitutionis gradu evenisse. Et ulterius, quod præfatus consangvineus noster Dux Sabaudiæ pro Terra & Baronia Foucigniai, ac aliis pluribus Castris, Villis, locis, feudis, etrofeudis, traditis in excambium, permutatis, & etiam aliis infeudatis, seu feudum per bonæ memoriæ illustrem Principem Dominum Carolum, primogenitum Serenissimi Domini Joannis, Francorum Regis, Delphinum Viennensem, nostrumque proavum, & cum assensu & autoritate ejusdem præfati Serenissimi Regis Joannis, nostri abavi, illustri quondam Domino Amadeo tunc Sabaudiæ Comite proavo præfati consangvinei nostri Ludovici Ducis Sabaudiæ nobis erat astrictus ad feudum, fidelitatem & homagium juxta modum & formam in literis supradictis excambii factis contentos & descriptos; cujus feudi recognitionem & fidelitatis juramentum præstari nobis petebamus. Atque pro parte ipsius consanguinei nostri replicabatur: quod nostris minime obstantibus propositis, conditio institutionis factæ de prædicto Duce Sabaudiæ præfati nostri consangvinei genitoris in Testamento dicti Ludovici de Pictavia Valent. & Diensis Comitis, extitit purificata per media jam ipsius ex parte proposita, quæ latius, dum opus foret, declarabitur. Quamobrem eidem nostro consangvineo prædicto Duci Sabaudiæ pertinent & pertinere debent, ut asserebatur, ipsi Comitatus. Et quia respectu dictorum feudorum Foucigniaci & aliorum locorum & terrarum in excambium permutationem in feudum datorum seu datarum, paratus erat facere ad ea, quæ rationabiliter teneretur, pariterque Comitatuum prædictorum Valentinens. & Diens. habita omnium Villarum, Castrorum & membrorum ipsius Comitatus pacifica possessione, pluraque alia hinc inde dicerentur & proponerentur; tandem considerantes nos & dictus consangvineus noster Dux Sabaudiæ modernus consangvinitatem & affinitatem, quibus ad invicem conjungimur, mutuum & sincerum amorem Domorum Franciæ atque Delphinatus & Sabaudiæ ab antiquitate jam longæva, cupientes via amicabili omnem ambiguitatis & contentionis materiam occasione præmissorum inter nos tollere. Et ut pax & finis apponatur negotio & discordiarum tollatur omnis occasio atque sopiatur nos & ipse consanguineus noster, Dux Sabaudiæ prænominatus, seu nostri Commissarii communes Procuratores ad hoc deputati, nostrique jussu & præcepto expressi, & quorum factum habuimus & habemus ratum & gratum, de autoritate, beneplacito, consensu & voluntate prædicti Domini mei metuendissimi, fecimus, immunivimus, captavimus, appunctuavimus & concordavimus, concordiamque transactionem, accordium, appunctuamentum de præmissis fecimus in modum, qui sequitur: Et primo ipse præfatus consangvineus noster, Dux Sabaudiæ, pro se & suis hæredibus ac successoribus quibuscunque, pro nunc in futurum cedit, quittat, transfert & transmittit nobis & nostris successoribus Delphinis, pro nobis & præfatis successoribus nostris, omne & quidquid juris, actionis, rationis, petitionis, dreituræ, partis, proprietatis & possessionis habet, seu sibi competere potest & debet occasione dictæ institutionis in secundo gradu, sibi, aut suæ parti factæ, aut alias quovismodo in ipsis Comitatibus Valent. & Diens. ipsorumque pertinentiis & dependentiis quibuscunque: volens, ut de ipsis juribus, actionibus, rationibus, petitionibus, dreituris, proprietatibus & possessionibus & aliis quibuscumque rebus, nobis & successoribus nostris per eum cessis, quittatis & remissis, agere & excipere, nosque & successores nostri eisdem tueri possimus, quemadmodum ipse ante hanc cessionem, qvittationem & remissionem facere poterat & potuisset: constituens nos in eisdem procuratorem in rem nostram propriam & in locum suum in eisdem juribus, actionibus & rationibus per eum in ipsis Comitatibus prætentis, nobis & successoribus nostris cessis, quittatis & remissis, nos & dictos successores nostros ponendo, nihil juris, actionis, rationis vel ulterius relevationis in eisdem retinendo, sed in nos et nostros successores totaliter transferendo, nosque de eisdem præsentium literarum traditione investiendo: promittens insuper castrorum & locorum de Baiz, Surbatii, Ponsini, Chalanconis & omnium aliorum locorum, terrarum, cæterarumque rerum, quæ & quas ipse tenet, seu sub ejus manu tenentur & possidentur in dictis Comitatibus seu occasione dictæ institutionis in secundo gradu factæ, aut alias possessionem naturalem, civilem, realem, actualem et corporalem nobis, seu nostris Nunciis sufficientem potestatem aut mandatum à nobis habentibus, realiter et de facto tradere & expedire, seu tradi & expediri facere, infra ultimum diem mensis Maji proxime futuri, cessantibus minimeque obstantibus difficultatibus altercationibus & controversiis quibuscunque; eidem tamen consanguineo

ROLI Sabaudiæ, &c. Ducis ex altera. Ipsa siquidem Charlotta Regina Serenissima de juribus suis ad plenum certificata, considerans & attendens humanitates, Curialitates, benemerita & subventiones habitas, & receptas a præfato Illustr. Domino D. Carolo Sabaudiæ &c. Duce ejus Nepote carissimo, ex quibus non immerito orta est obligatio antidoralis, & quæ merita suo mediante juramento tactis sacro sanctis DEI scripturis, asserit fore vera, & a talium probatione hujus instrumenti tenore vult eundem Principem Illustrissimum relevatum esse, & exemptum; operans insuper majora in futurum consequi; Memoria etiam revolvens proximitatem sanguinis, qua invicem conjuncti sunt, cupiens præterea, præfatum Dominum Ducem Illustr. suum nepotem Charissimum tanquam benemeritum *titulo & dignitate Regali insignire & decorare.* Considerato præcipue, quod dictum Regnum Cypri vi, armis, & potentia Venetorum occupatur, & ipsi Reginæ Serenissimæ penitus est infructuosum. Pro quo recuperando tot sustinuit labores & expensas, quod fere viribus & potentia prorsus remansit exhausta; propter quæ non vi, non dolo, metu, fraude, aut aliqua machinatione seducta, aut in aliquo circumventa; Sed ex ejus certa scientia, spontanea voluntate, animoque deliberato maxime ob dicta benemerita pro se, & suis hæredibus & successoribus quibuscunque dat, donat, cedit, transfert, & concedit, pure, mere, libere, & simpliciter donatione, pura mera simplici, & irrevocabili, quæ dicitur inter vivos, nullo unquam tempore occasione vel causa revocanda, sine spe ulterius rehabendi prælibato Principi Illustr. Domino Carolo Sabaudiæ Duci, in quo tanquam filio sibi carissimo unicam, atque totalem suam reposuit spem pro se suisque hæredibus, & successoribus quibuscunque, licet absenti, dictis tamen Reverendis & magnificis Dominis Procuratoribus, & nobis infra scriptis Notariis, & Secretariis præsentibus, stipulantibus & recipientibus vice & nomine prælibati Principis Illustrissimi, ejusque hæredum, & successorum quorumcunque interest, intererit, aut interesse poterit, quomodo libet in futurum *Regnum Cypri* cum omnibus & singulis actionibus directis & utilibus, realibus, & personalibus, tam simplicibus, quam mixtis, quas ipsa Serenissima Regina, in ipso Regno quocunque jure directo, vel utili habuit, habere potuit, habetque, & habere potest, una cum mero, mixto Imperio, & omnimoda Jurisdictione Regalibusque, urbibus, villis, oppidis, Castris, terris, territoriis, hominibus, homagiis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, venationibus & omnibus aliis dicto Regno quomodo libet pertinentibus, adjacentibus, dictæque Reginæ Sereniss. pertinentibus, & pertinere valentibus, nihil juris, actionis, rationis, portionis, dreyturæ aut Dominii in præmissis retinendo, sed a se prorsus & in totum abdicando, & in præfatum D. Dominum Ducem Illustrissimum, ejusque hæredes & successores transferendo & se per traditionem unius annuli, quem dedit in digito prælibati D. Philippi Cheurerii Præsidentis Sabaudiæ, alterius ex Procuratoribus prædictis, devestiendo. Jurans eadem Serenissima Regina tactis corporaliter sacro sanctis scripturis nunquam se fecisse, nec facturam aliam donationem, cessionem vel remissionem de prædictis Regno & pertinentiis supra donatis, salvis tamen & reservatis, in principio, medio & fine præsentis Contractus infra scriptis, scilicet quod dicta Serenissima Regina ad ejus vitam naturalem possit, & valeat hoc nomine, dignitate Regina Cypri, verbo & scriptis appellari. Quam quidem nominationem & appellationem sibi expresse reservat ut supra, non obstante præsenti contractu citra tamen illius præjudicium & derogationem. Ita & taliter, quod non obstante hac reservatione possit etiam Illustrissimus Princeps, & Dux prælibatus prout sibi videbitur *eodem titulo, nomine & dignitate, verbo & scriptis uti, frui & gaudere*; Ponens ipsa Serenissima Regina, Illustrissimum Dominum Ducem, præfatum in locum suum, ita quod ab inde in ultra virtute dictæ donationis possit & valeat uti & experiri omnibus actionibus directis, utilibus, realibus, personalibus, meris sive mixtis adversus quascunque personas tam Ecclesiasticas quam seculares, ac Potentatus quoscunque & præmissorum occasione in judicio, & extra agere, & experiri, & de dicto Regno pro suæ voluntatis libito facere & disponere, etiam de ipsius Regni fructibus, & intratis præteritis, præsentibus & futuris de expensis, etiam damnis & interesse pacisci, donare & componere, & concordare. Illa omnia petere, Procuratores ad præmissa constituere, omniaque alia, & singula facere & exercere, quæ præfato Illustrissimo D. Duci necessaria fuerint & opportuna, prout & quemadmodum ipsam & Serenissima Regina ante præsentem donationem facere poterat, & valebat. Constituens se tenere & possidere nomine præfati Illustrissimi Domini Ducis donec, & quousque de eodem Regno corporalem apprehenderit possessionem, & hujusmodi donationem, cessionem & remissionem promisit, sacro sanctis scripturis corporaliter tactis nunquam renovare, vel contra eandem venire de jure vel de facto, ex quacunque ratione vel causa, nunquamque impetrare absolutionem a juramento ad finem contraveniendi donationi & remissioni supra factæ vel aliquibus in ea contentis, & quatenus impetraverit, se dicta impetratione non juvare, vel illa uti. Renuncians insuper dicta Regina Serenissima, mediante juramento, tactis corporaliter scripturis per eam præstito, exceptioni doli mali, vis, metus & juri dicendi contractum rescindi debere, si

 dolus

dolus dederit causam Contractui, aut inciderit in contractum, juri dicenti donationem excedentem quingentos aureos non valere, nisi fuerit insinuata, juri dicenti contractus facilitate mulierum celebratos rescindi posse, juri dicenti donationem factam ex causa ingratitudinis, vel immensitatis revocari, juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis, & generaliter omnibus aliis exceptionibus, juribus canonicis & civilibus, quibus adversus præmissa vel eorum aliqua quoquo modo contravenire posset: De omnibus renunciationibus, & reliquis præscriptis prius informata, advisata & certificata per nos Secretarios, & Notarios infra scriptos vulgari sermone interveniente interprete *D.* Jacobo Anglico de Nicosia de Cypro ejusdem Reginæ Serenissimæ Consiliario & familiari, qui lingua Græca in præsentia testium supra & infra nominatorum, eidem Serenissimæ Reginæ & partibus omnia supra scripta sigillatim, & articulate explanavit, interpretatus est & retulit. Et quatenus requireretur alicujus superioris consensus propter defectum, cujus præsens donatio, sive contractus invalidaretur, annullaretur, aut alias fieret aliqua feudi apertura, vel Commissio, vult & expresse reservat præfata Regina Serenissima dictum consensum, & beneplacitum, & ita illo reservato præsentem donationem celebrat, & non aliter nec alio modo sed dictam donationem illo non interveniente vult esse resolutam, & pro infacta habitam. Si vero alicujus superioris non requiratur consensus, vult, expresse jubet, & ita actum est & conventum inter partes, quod præsens clausula, & reservatio de præsenti donatione tollatur & amoveatur, & quam ex nunc eo casu ipsa Regina Serenissima tollit, & amovet, & ad majorem roboris firmitatem requirit quoscunque Judices tam Ecclesiasticos, quam seculares, quatenus præsenti donationi authoritatem, & decretum interponere dignentur. Acta fuerunt hæc in urbe, videlicet in Ecclesia Majori Sancti Petri in Capella prope Sacristiam, præsentibus præfatis Reverendissimis Patribus in Christo Dominis Juliano Episcopi Ostiensi, tituli S. Petri ad vincula, & Dominico de Rüvere, tituli Sancti Clementis Presbytero S. R. E. Cardinalibus, nec non Reverendissimis *D*ominis Carolo de Seyssello Præceptore S. Antonii de Chamberiaco, Hugone de Saxo Canonico Lausanensi, Andrea de Provanis ex *D*ominis Laynei Apostolicis, Protonotariis, Venerabili *D*omino Joanne Chassoricii Confessore & Spectabili Jacobo Anglico Consiliario, prælibatæ Serenissimæ Reginæ, Amobus de Nicosia de Cypro, testibus ad præmissa adstantibus vocatis specialiter, & rogatis.

LII.

Privilegium Maximiliani I. Rom. Imp. de potestate creandi Comites Palatinos Philiberto, Duci Sabaudiæ, ejusque Successoribus indultum, d. d. 15. Octobr. 1503.

MAXIMILIANVS Divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungariæ &c. Vniversis & singulis hujus paginæ seriem inspecturis notum fiat & manifestum. Postquam Augusti nomen suscepimus & ad culmen Regii throni sumus provecti, vestigia sacrorum Romanorum Imperatorum & Regum possetenus insequentes, nostra Cæsarea præcincti dignitate, plures creaverimus nostri Sacri Palatii Comites Palatinos cum potestate legitimandi Bastardos & Notarios creandi Imperiales, non intendentes quod eis data facultate abuterentur, sed recto procedere tramite, attamen nuper, ex parte Illustris Philiberti Sabaudiæ Ducis Sac. Rom. Imperii Principis & Vicarii perpetui, Generi nostri charissimi Nobis expositum fuit, quemadmodum hujusmodi Comites apud terras, civitates & dominia sua accesserunt, & de præsenti sunt, qui sub clypeo eis tam per nos, quam antecessores nostros in ipso Sacro Romano Imperio, impertitæ facultatis ut asseruerunt, plures commiserunt absus & quam plures inhabiles tam ad legitimationem quam ad creationem Notariorum habilitaverunt, legitimaverunt & creaverunt, in maximum autoritatis & Jurisdictionis ipsius Sabaudiæ *D*ucis præjudicium & subditorum suorum detrimentum & ad graviora dietim procedere possent, nisi per nos recte conferetur provisum; ob quod humiliter nobis supplicari fecit, ut de & super præmissis sibi opportune providere dignaremur, & hujusmodi Comites Palatinos revocare, potestatemque datam rescindere & annullare. Nos quoque præmissis recte & rite pensatis, supplicationi suæ veluti Juri consonæ annuendo, volentes omnem abusum circa præmissa fiendum, rescindere, bonis ad hoc moti respectibus & maturo per nos super his habito consilio, insequentes etiam nuper per nos circa præmissa maturam habitam conclusionem cum Ecclesiasticis & Sæcularibus dicti Sacri Romani Imperii Principibus & Consiliariis videlicet quod quascunque literas creationis dictorum Comitum Palatinorum per nos & Prædecessores nostros in dicto Sacro Romano Imperio concessas revocaremus, nec ante Nos, sive Successores nostri in ipso Imperio ad creationem aliquorum *Comitum Palatinorum* procederemus, nisi de maxima illorum appareret sufficientia & idoneitate, aut ipsius Sabaudiæ Ducis & suorum scitu, & singulari erga nos commendatione, ex nostra certa scientia & de nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine pro nobis & nostris prædictis in ipso sacro Imperio Successoribus, quoscunque

que Comites Palatinos per nos & Anteceſſores noſtros ſicut præmittitur creatos, eisque datam facultatem tam in ditione ipſius Sabaudiæ Ducis exiſtentibus antecedentibus, quam diſcurrentibus, tenore præſentium revocamus, caſſamus & reſcindimus; ita quod deinceps quoquo modo penes Dominia ipſius Ducis Sabaudiæ mediata & immediata non poſſint ipſi Comites creati & creandi ad executionem eis impertitæ aut concedendæ gratiæ & facultatis in ſubditos ipſius Ducis mediatos & immediatos procedere, niſi de ipſius Sabaudiæ Ducis & ſuorum ſpeciali & expreſſo conſenſu, literisque ſuis de placito ſuper his obtentis; Prohibentes eisdem Comitibus creatis, ſub pœna perpetuæ noſtræ indignationis, ne ulterius ſe nominent Comites Palatinos, aliquamque eis datam facultatem penes ipſius Sabaudiæ Ducis Dominia exequantur, contradictores vero rebelles, ſi qui ſint, autoritate noſtra Cæſarea puniri & conſtringi poſſe impune declaramus. Si quis autem ſuo auſu temerario contravenire præſumſerit, indignationem noſtram Regiam graviſſimam & pœnam Centum Marcharum auri puri ſe irremiſſibiliter noverit incurſurum toties quoties offenderit, quarum medietatem Cæſareo Fiſco noſtro, reliquam vero injuriam paſſorum uſibus decernimus applicandam. Volentes etiam hanc paginam noſtram penes dominia dicti Ducis Sabaudiæ, cum expediens fuerit, publicari, ut ad notitiam eorum pervenire poſſit, omni contradictione ceſſante; Harum manu noſtra ſignatarum ſub ſigilli noſtri appenſione teſtimonio literarum. Datum in Ymbt die quindecima Menſis Octobris, anno Domini milleſimo quingenteſimo tertio, Regnorum noſtrorum Romani decimo octavo, Hungarici vero decimo quarto.

LIII.

Julii II. Pontif. Maxim. Confirmatio Bullæ de A. 1474. ſuperius inſertæ, d. d. Kal. Maji, Anno 1506.

JUlius II. Epiſcopus, ſervus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis in omnes copioſa benignitas Catholicorum Principum, & aliorum Chriſti fidelium merita & devotionem circumſpecta providentia conſiderans ea, quæ in ipſorum Principum ſubditorumque ſuorum favorem, honorem & quietem per Sedem Apoſtolicam conceſſa repererit, ſuæ protectionis munimine roborat, ut eo firmius perſiſtant quo Sedis ejusdem auctoritate ſæpius fuerint circumfulta. Dudum ſiquidem fœlicis recordationis Sixto Papæ IV. prædeceſſori noſtro pro parte quondam Yolant Duciſſæ, Tutricis, & tutorio nomine quondam Philiberti Ducis Sabaudiæ, expoſito, quod licet in Ducatu, diſtrictu, ditione, Comitatibus, Terris, locis & aliis dominiis Sabaudiæ, ultrà, & citramontaniis, dominio ipſius Ducis, mediatè, & immediatè ſubjectis, quamplures perſonæ ex eiſdem Ducatu, diſtrictu, ditione, & dominio oriundæ ad Eccleſias dignitates, & alia beneficia Eccleſiaſtica, ſæcularia, & cujuscunque Ordinis Regularia obtinenda, habiles, atque idoneæ in numero copioſo exiſterent, tamen quam plures alienigenæ perſonæ ad beneficia hujusmodi diverſis, & exquiſitis viis aſpirabant, & propterea poſtponebatur earumdem oriundarum perſonarum promotio, & quampluribus ex eiſdem, cum ipſis alias facultates non ſuppeterent, ſe in litterarum ſtudiis exercendi auferebatur opportunitas, & ipſi alienigenæ in dictis beneficiis non curabant perſonaliter reſidere; quo fiebat ut divinus cultus diminueretur, & ipſa beneficia in ſpiritualibus & temporalibus non modica paterentur detrimenta, dictus prædeceſſor ex præmiſſis, & aliis ſibi expoſitis cauſis, pertua, & irrefragabili conſtitutione per quaſdam ſuas litteras ſtatuit, & ordinavit, ut nullus alienigena, ſive alterius nationis, & dominii Clericus, vel cujuscumque Ordinis Regularis, qui non eſſet de Ducatu, ditione, vel dominio hujusmodi oriundus, aut ſaltem verus, & actualis illorum incola cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſteret, beneficia prædicta ſæcularia, vel cujusvis Ordinis Regularia cum cura, vel ſine cura quæcunque, quotiescunque, qualiacunque forent ex tunc deinceps vigore litterarum quarumcunque gratiarum expectativarum ſub quacumque verborum forma emanarent, acceptare, ſive obtinere poſſet, nec ei jus aliquod acquireretur; ac decrevit, locorum Archiepiſcopos, Epiſcopos, nec non Monaſteriorum Abbates pro tempore exiſtentes, ac Conventus eorundem dictarumque Eccleſiarum Capitula, & quoſvis alios Ordinarios obtentu prædictarum litterarum ſub quavis forma, vel expreſſione verborum etiam cum ſpecifica & individuali ſtatuti, & ordinationis hujusmodi derogatione à Sede Apoſtolica, vel Legatis ejuſdem ex tunc in antea impetrandarum, & proceſſuum habendorum per easdem quasvis etiam cenſuras, & pœnas in ſe continentium ad receptionem alicujus, vel aliquorum ad beneficia hujuſmodi adverſus ſtatutum, & ordinationem prædicta compelli minimè debere, ſeu poſſe, nec non cenſuræ, proceſſus, & pœnæ hujusmodi etiamſi dictæ litteræ motu proprio, & ex certa ſcientia emanarent neminem arctarent, ſed quod haberentur pro caſſis, irritis & infectis, & ſucceſſive piæ memoriæ Innocentius Papa Octavus etiam prædeceſſores noſter litteras prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, per alias ſuas litteras approbavit, ac ſui ſcripti patrocinio communivit prout in eorundem prædeceſſorum deſuper reſpective confectis

fectis literis prædictis plenius continetur. Quare pro parte dilecti filii Nobilis viri Caroli Ducis Sabaudiæ nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro Ecclesiarum, & Monasteriorum aliorumque Regularium locorum Ducatus, & Dominii prædictorum venustate, & decore, ac personarum oriundarum hujusmodi statu, & tranquillitate singulas litteras prædictas innovare, & approbare, & alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui singulorum nobis, & Sedi Apostolicæ devotorum filiorum decori, & indemnitatibus, quantum cum Deo possumus libenter consulimus, hujusmodi supplicationibus inclinati singulas litteras prædictas ex certa nostra scientia tenore præsentium innovamus, & approbamus, ac perpetuo firmitatis robur obtinere debere, ac quod illis etiam per quasvis clausulas, etiam derogatoriarum derogatorias, seu fortiores, & insolitas nullatenus derogatum censeatur, nisi illorum toto tenore, ac de verbo ad verbum, & nihil omisso, inserto nec non speciali, & expresso præfati Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis consensu eadem auctoritate decernimus, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de novo statuimus, & ordinamus. Non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innovationis, approbationis, decreti, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, at Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexto, Kal. Maji, Pontificatus nostri anno tertio.

LIV.

Conditiones, sub quibus Carolus III. Sabaudiæ Dux, fœdus adversus Venetos ictum suo comprobavit calculo atque complexus est, d. d. 12. Maji, A. 1509.

CArolus, Dux Sabaudiæ &c. universis facimus manifestum, quod cum novissime ad nos venerint Legati serenissimi & Invictissimi Domini, Domini Romanorum Regis, semper Augusti, Imperatoris electi, Domini nostri metuendissimi, qui sibi commissa pro suæ Legationis exigentia, nobis explicarunt nonnulla, præsertim quæ Majestas sua Invictissima a nobis fieri cupiat, in beneficium & commodum illustrissimæ Dominæ & Sororis nostræ, honorificæ Dominæ Margaretæ de Austria & Burgundia: Nos autem, qui eidem Majestati pro viribus morem gerere & obsequi, ipsi quoque illustrissimæ Sorori nostræ gratificari cupimus, infra scriptis annuerimus, tum pro nostra in eandem Majestatem observantia, & in ipsam quoque illustrissimam Sororem nostram benevolentia; tum & ea spe freti, ut scilicet pro recuperatione nostri regni Cyprici, nobis defutura non sit unquam eadem Majestas, sed quod præsidium & operam omnem ad hoc, in nostri beneficium, penitus exhibere dignabitur, juxta renunciata nobis per ipsos legatos. Hinc est, quod intellecto ex relatione præfatorum legatorum tenore tractatus fœderis, seu Confœderationis & Unionis, inter eandem sacratissimam Imperialem Majestatem hinc, & Serenissimum Dominum Francorum Regem inde initarum, facto & concluso, de & pro recuperatione terrarum, & rerum eisdem per Venetos diu occupatarum, in quo quidem Tractatu dignati fuerunt nos cum eis, pro recuperatione quoque dicti Regni nostri, benigniter includere: volentes nunc reliquum, quod in nobis est, circa infra scripta adimplere, confisi de intemerata erga nos fide, prudentia, gravitate, & longa experientia, magnifici ac spectabilium bene dilectorum fidelium Consiliariorum, & Cambellani nostrorum, Amedei, Baronis Viriaci, & Mercurii de Gattinara, Præsidis Bressiæ & Burgundiæ, & Benedicti Tortelleti, Domini Montisastruti, Magistri Hospitii nostri, ex nostra certa scientia, eisdem serie præsentium facimus, constituimus & deputamus procuratores nostros speciales & generales, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra; ad videlicet se coram Imperiali Majestate, pro & nomine nostro præsentandum, ibidemque, aut alibi, ubi expediens fuerit & opportunum, consentiendum, & declarandum, & ita mentis nostræ esse declarandum, asserendum, & profitendum, quandocumque dictum regnum nostrum Cypri, & illius veram integramque repetitionem, & consecutionem, medio dictæ Confœderationis, virtuteque ejus, quo in dictis confœderatione & unione comprehensi & inclusi sumus, consecuti fuerimus, & eo ipso quo pacifice ejusdem regni possessione frueremur, eadem illustrissima Domina, & Soror nostra habebit & consequetur a nobis pro se, & vita ejus durante, duntaxat, & ita eidem remittimus superioritatem & Ressortum super patriis, terris & Dominiis Bressiæ & Foucigniaci, & aliis, quæ pro ejus dotalitio tenet, aut tenere posset in patria Vaudi, excepta ea, hoc partim ad Usumfructum, & salvo nobis & nostris jure proprietatis; salvis etiam nobis, & reservatis homagiis, fortificationibus Villarum, servitiis tempore guerræ, & aliis omnibus debitis fidelitatibus, circa tamen præjudicium dictarum jurisdictionis, & Ressorti præfatæ illustrissimæ Dominæ, reservatis etiam nobis donis, & subsidiis pro dotibus, quin etiam pro singulis Annis, citra præjudicium ususfructus præfatæ illustrissimæ Dominæ, nobis liceat fieri facere nostro nomine unam Cridam voce præconis, pro Conservatione jurium proprietatis, ut supra nobis reservatæ, omnimodam potestatem eisdem propterea con-

conferendo, de & supra præmissis, quatenus expedierit, contrahendi, promittendi, conveniendi, jurandi in fidem & animam nostram, bona nostra obligandi, renuntiandi, & alia faciendi in præmissis necessaria pariter & opportuna, quæ nos ipsi faceremus, si præsentes & personaliter adessemus; etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, ita & taliter, quod uno absente reliqui duo præmissa exequi & adimplere valeant. Promittentes propterea bonâ fide nostrâ & in verbo Principis, ac sub nostrorum obligatione bonorum habere ratum, gratum & firmum, quicquid per eosdem Consiliarios & procuratores nostros, seu duos ex ipsis, in alterius absentia actum, gestum dictum, conclusum, promissum & conventum fuerit, in præmissis & circa, eaque ratificare, & nunquam contra facere, dicere, opponere, vel venire, neque contravenire volenti consentire, juribus præmissis forte contrariantibus. Renunciando cum & sub Clausulis, & solemnitatibus in talibus opportunis, has in præmissorum Testimonium concedentes. Datas Taurini, die decima Mensis Maji 1509. per Dominum, præsentibus Ludovico, Barone Miolani, Comite Montismajoris, Marescallo Sabaudiæ; Jacobo, Comite Maxini Gubernatore Vercellarum; Antonio de Ginsino, Domino Divonæ, Præsidente; Janus de Duino, Domino Vallis-Ysaræ, Scutifero Scutiferiæ; R. Antonio de Romagniaco, Apostolico Protonotario; Claudio, Domino Balleisonis; Francisco Prouana, ex collateralibus magni Consilii; Joffredo Passeri, Advocato Fiscali; Stephano de Capris, financiarum Sabaudiæ Thesaurario generali.

NOus Charles, Duc de Savoie &c. savoir faisons, que comme le bon plaisir de la Sacrée Majesté Imperiale, & du Roi Trés-Chretien, en faisant les Traitez de confederation, Union & concorde, pour le recouvrement & conquête des pieces indüement usurpées de longtems par les Venitiens, ait été de nous comprendre au dit traité pour nôtre roiaume de Chipre, en la forme & maniere, que aprés seroit avisé, par lesdits Seigneurs; & que depuis aions satisfait à ce, que par les Ambassadeurs des dits Seigneurs a été avisé. Pour ce est-il, que nous desirant être purement & simplement compris audit traité, envoions par devers le dit Sieur Roi, nos trés-chers bienamez & feaux conseillers & Chambellan, Janus de Duin, Seigneur de la Valdisere; & Messire François Provane, collateral de nôtre Conseil resident, ausquels de nôtre certaine science par ces presentes donnons plein pouvoir & mandement special, de suplier & requerir au dit Roi, pour nous & en nôtre nom, d'être compris au dit traité comme dessus, et à demander & accepter les lettres d'Inclusion necessaires, ensemble d'être presens, à la promesse, qu'il plaira au dit Seigneur en faire, icelle accepter, de promettre & jurer, que ensemble promettons & ferons de nôtre Côté tout ainsi & en la maniere qu'il apartiendra, & generalement faire & accomplir en cet endroit, ce que nous mêmes ferions, si nous y étions en personne, encore, qu'il y eût chose, qui requist pouvoir & mandement plus special, & promettons en parole de Prince, & sous obligations de nos biens, avoir ferme & agreable tout ce, que par les susnommez, nos Conseillers & deputes pour nous, & à nôtre nom, sera fait, arrêté, & accompli en ce, que dit est, mais le ratifier, sans venir, ni faire au contraire, & ce sous les clausules & solennitez en tel cas requises & necessaires. En temoin de ce, avons signé ces presentes, & fait sceller de nôtre seel. Donné à Turin, le 12. Jour de Mai, l'an de Grace 1509. Par Monseigneur, Messieurs Lovis, Seigneur de Miolans, Comte de Mont majeur, Marechal de Savoye; Antoine de Gingin, Seigneur de Divonne, Presidenti Angelin Provana, President Patrimonial, Claude, Seigneur de Belleison; & Etienne Capris, General de Savoie a ce presens.

LV.

Tabulæ fœderis inter Carolum III. Sabaudiæ Ducem ex una, & duodecim Helvetiæ Cantones, sive pagos ex altera parte sanciti, d. d. Ven. post Festum Beati Bartholomæi, An. 1512.

JN dem Namen der Heilligen Dreyfaltigkeit, dess Vaters, dess Sohns, und dess Heilligen Geists, zu Lob vnd zu Ehr Gott dem Allmechtigen vnsers Behalters, der hochgelobten himelischen Königen Maria, vnd allem himelischen Heer. Wyr Carolus von Savoy, Hertzog zu Capples, vnd Augst dess heilligen Römischen Reychs, Fürst, vnd Ewiger Stathalter, Margraff in Italia, Remund, Freyherren der Waadt, Graff zu Genff, Banges &c. an einem, vnd wir der Burgermeister, Schultheissen, Amann, Räth, Burger vnd Gemeinden, der Stetten, Länderen vnd Orthen der Eidtgnossschafft dess grossen alten Pundts Oberteutschen Landen, namblich Zürich, Bern, Lutzern, Vrj, Schweitz, Vnderwald, ob vnd mit dem Kernwald, Zug mit dem vsseren Ampt, so darzu gehördt, Glarus, Bassel, Freyburg, Sollothurn und Schaffhaussen, am andern Theil, bekehnend offentlich vnd thund kundt, menigklichen offenbar, mit dissem Brieff. Alss dann in vil vergangnen Jahren, zwüschens vns obgemelten Hertzogen unseren löblicher Gedechtnuss, dem Hauss Saffoy vnd den obgemelten Steten Bern, Freyburg, vnd Sollothurn ein Pündnuss gut Fründschafft vnd Nachbaurschafft gewäsen und noch ist, wellichen dreyen Stetten wir die übrigen vorgenannten Stett vnd Länder, auch mit Pündtnuss verwandt, also dass in Betrachtung

tung auch Ansehung der Gelägenheit beider Landen Savoy und einer Löblichen Eidtgnoſsſchafft, ſo zu beiden Theyllen vil Guts getroſts vnd getreulich Byſtand getahn und fürhin bewyſen mögen, dadurch vnſer beiden Land und Leuth, Herrlichkeiten vnd Oberkeiten, ſich vor Schaden, Trengen, und Gevvalten, evvigklich behalten, und zu groſſem Nutz, Lob vnd Ehren vſſnemmen möge, ſöllicher Freundtſchafft, Liebe vnd guten Nachpurſchafft ein Fundament der Maaſs ſetzen, daſs ſolches hinfür niemandts verletzen noch hindann thun möge, ſeygend wir mit guter Vorbetrachtung, zytlichem Raht für vns vnd vnſere Nachkommen diſſer nachvolgenden Verſtendtnuſs freundtlichen Vereinigung ſampt ingangen, volzogen vnd beſchloſſen, vollziehen vnd beſchlieſſend die auch in vnd mit Krafft diſs Brieffs.

Des Erſten, daſs wir beid obgeſchriebnen Theil mit vnſeren Landen, Herſchafften, Oberkeiten vnd Gebieten, auch deren Invvohneren vnd Vnderthonen zu künfftigen Zyten gegen vnd mit einanderen fridlich vnd ruhwiglichen blyben vnd ſitzen ſollend, alſo, daſs wir obgenannten Hertzog vnd vnſre Nachkhummen fürhin dheyner Zyt noch vſs einiger Vrſach, ſo lang die Einigung wäret, die vorgemälten vnſer gut Fründ vnd Pundts-Gnoſſen obgeſchribner Orten der Eidtgnoſſſchafft, ir Land, Gebieth, Herrlichkeiten vnd Vnderthonen, wellicher Würden vnd Staadts, oder vvie die geheiſſen ſygind, an ihren Lyben vnd Güeteren nit verletzen noch beſchvvären ſollend, auch mit keinen Kriegen anfächten, ihren Feinden, oder denen, ſo ihnen Schaden oder Krieg zufüegind, durch einich Mittel, Gunſt, Hilff, Vervvilligung, Zugang, Durchzug, Paſs, durch vnſre Land vnd Herlichkeit geben vnd vvüſſentlich enthalten, ſunder diſs alles zum beſten und treullicheſten verſehen.

Hinvviderumb vnd in glichem Fahl ſollend vvir die Burgermeiſter, Schultheiſſen, Amann, Räth, Burger vnd Gemeinden, von obbemelten Steten vnd Landen der Eidtgnoſsſchafft für vns vnd vnſre Nachkohmen an ihren Stetten, Landen, Herrlichkeiten, Invvohnern vnd Vndertahnen, vvellicher Würden oder Stadts die ſygend, an ihren Lyben noch Güetteren verletzen oder beſchvveeren ſollend, auch mit keinem Kriege anfechten, ſyner Fynden oder denen, ſo ihnen Schaden oder Krieg zufüegen, durch einich Mittel, Gunſt, Hilff, Vervvilligung, Zugang, Durchzug oder Paſs durch vnſer Land vnd Herrlichkeit geben noch vvüſſentlich enthalten, ſunder diſs alles zum beſten und treulichiſten verſehen.

Zum Anderen, damit zvvüſchent vns obgemelten Pahrteyen in künfftigen Zyten vnd Gepräſten, auch Mängel des Rechten dhein Irthum oder Zuſpruch ervvächſet; ſo ſeind vvir ſampt bekuhmen, ob ſich hinfür (das Gott verhüeten vvolle,) zu einicher Zyt begäbe, daſs zvvüſchent vns, den obgemelten Hertzogen von Savoy, oder vnſeren Nachkuhmen vnd den obbemelten von Stetten vnd Länderen der obgeſchribnen Orthen, gemeinlich oder ſunderlich Zvvytracht, Irrung und Spän ervvachſen, vs vvas Vrſach das vveere, ſo ſollend vvir auch beid Theil noch dvväderer vnder vns darum dhein Kriegs-Ubung noch Gevvalt fürnemmen, ſonder ſollicher Spän vnd Ihrtum halb, die hinzulegen jeder Theil ein ervvellen zvven frum ehrlich Mann, Liebhaber des Friedens vnd Gerechtigkeit, zu ſynen zugeſetzten vnd Conſerierern. Dieſelben beiderſeitz zugeſetzten fürderlich vnd ohne Verzug den Pahrteyen rechtlich Tag anſetzen und verkünden laſſen ſolle gen Byel in die Statt, vnd alda by Ihren Eyden, den ſy in beſter Form ſchvveren, den Theyllen zu Recht richten vnd dardurch kein Vrſach zulaſſen &c. So vil vnd veer ſy ihr gute Conſecänz vvyſt, beid Pahrteyen verhören, vnd erſtlich ſo viel innen von den Pahrteyen gefolget, die in Fründtſchafft zu richten vnderſtan. Sovere aber die Fründtſchafft nit ein Fürgang haben, ſolich Ihrthum vnd Spän Rechtlich vszuſprechen. Es ſollend auch jedes Theyls Zugeſatzten, ob die ſich ſolliches Rechtſprechens nit beladen, von ihren Herren vnd Oberen darzu gehalten vverden, vnd vvas dann die vier gemeinlich vnder ihnen oder der Mehrtheil ſprechen vvird, ſoll von den Partheyen, on alles Wyter, Wegeren vnd Appellieren, gehalten vverden.

Ob ſich aber die Vier Zugeſetzen vnder ihren Vrtheillen gleich theillen vvurdend; ſo mögend die Vier oder der mehrer Theil vnder ihnen ein fünfften oder einen Obmann ervvellen vnd nennen, ſo vnpahrteyſch, from, vnd auch nit us dem Orth der Orthen darum der anſprächig geſeſſen, denſelben alsdann beid Pahrttheyen biten ſöllend, daſs er ſich ſolichs rechtlich entſcheyden beladen ſolle, vnd derſelb auch gleycher Wyſs, vvie die vier Zugeſetzten vnd den fünfften Obmann gemeinlich oder der Mehrtheil vnder ihnen rechtlich geſprochen vvird, ſovere die Spän nit gütigklich hingeleyit vverden mögend ſoll von beiden Pahrteyen, ohne vvyter Wägeren, Arguieren vnd Appellieren, auch ohn all Uszüg gehalten vverden. Es ſoll auch ſolich Rechtfertigung durch dhein Theil, noch die Richter gevährlich verzogen vverden, ſunder fürderlich und ohn alle Gevärdt vsgeübt vverden, noch dvväderer Theil ſich gvvaltigklich vnd freſſenlich des Rechtens vnd vor den obgenanten Richteren zu erſcheinen ſperren noch vvidrigen, ohne recht ehrlich Vrſachen, by Verliehrung der Hauptſach vnd eines ziemlichten Koſtens, ſo dorüber gohn vvurde.

Sodann beſunderer Perſohnen halb, ob deren eine oder mehr an den obgemelten Hertzogen Anſproch oder Spän gevvunend, oder der Hertzog an ſy, von vvellichen den obgemelten Orthen die vverind, die ſollend ſich auch gleicher Weyſs, vvie ob gelütert iſt, berächtigen, vnd darum nit Vnfrüntliches durch jemand fürge-

fürgenummen werden, doch dass der ansprächig einen der obgeschribnen Orthen zugehörig sollend der vnd die vor und ehe je ansprochen ihren Herren vnd Oberen entdeckte, vnd soferr dieselben sölicher ihr Zuspruch zimlich erkehnnet, sollend sy genanten Herren Hertzogen vm güetliche Entrichtung derselben zuschryben, ob dann sollich syn Fürstlich Gnad nit zethund vermeynet, alsdann das Recht, wie obluth, besuchen, vnd sich dess selben benügen lassen.

Es soll auch jeder Theil syn vnd Zugehörigen zu Bezahlung vnd Vsrichtung gichtiger Schulden, so mit Brieffen oder anderer gnugsammer Kuhndtschafft bewyst werden möcht, wyssen vnd halten, söllicher Maass, dass sich der oder die, denen sölichen Instand benügen mögen, wo aber die Schuldner nit so vernügenlich, söllend doch die Richter, oder die Amptlüth desselben Endts, noch Stett vnd Landts recht fürderlich vnd vnverzogenlich Recht lassen, vnd den darby blyben.

Demnach aller vnd jeder besunderer kleinfugen Sachen, vnd Zusprüchen halb, sunder Persohnen, soll der Ansprächer dem Antvvurter nachfolgen in sein Gericht, vnd do er gesässen ist, do auch von beiden Theyllen sässhafft, mit allen Richtern vnd Ambt-Leuthen, ein gut endtlich vnd vstragenlich Recht zu erfolgen lassen; Es vvere dann, dass sömlichs mit Wyllen der Pahrtheyen vnd Kundtschafft zu erlangen, oder anderer redlichen Vrsachen wegen versperret vnd verlengt wurde, wo aber jemand durch den Richter oder Widerpahrthey syn Recht gefahrlich verzogen, vnd verlengt vvurde; Alsdann soll der, durch den sollicher Verzug vnd Geferdt gebeucht, dem Klagenden syn darum erlittenen Kosten abtragen, nit desto minder demnach von einer Oberkeit, vm endtlich vnd vstragenlich Recht Versehung beschähen, vnd ob diss alles nit beschähen mag, alsdann der Ansprächer syn Recht mit Hilff syner Herren vnd Oberen suchen, vnd vor den Zugesetzten, vvie vorgelüttert ist.

Zum dritten, so söllend auch beyder Theillen Vndertahnen geistlich vnd vvältlich Persohnen, Kauffleuth vnd ander zu einander sicher ihr Lyb vnd Güeter ohn alle Beschvvärdt einicher neuvven Vffsätzen vvandlen vnd handlen, vnd insunders dvvöderer Theil den anderen oder syn Vndertohnen mit neuvven Zöllen oder dergleichen Beschvvärden beladen, auch dvväderer Theil den anderen verhefften, verbietten oder arrestieren, den vm gichtig Schulden, dorby söllend auch alle fräffel vnd Erbfähl an den anderen, do sie geschehen, gerechtfertiget vverden.

Zum vierten, ob gemelter Hertzog oder einicher Vndertahn mit jemand Spän oder Stöss gevvunend, vvarum das vvere, dass die Widerpahrtey synes Rechtens vff vns obgemelten Eidtgnossen erbute, vnd aber syn Fürstlich Gnad sich desselben nit benüegen, oder annemmen, gegen dem oder denen sollend vvir obgenandten Eidtgenossen syn F. G. Nützet zehelffen oder zu handlen schuldig syn.

Zum fünfften, so ist vss Krafft vnd Bevvahrung beyder Theillen Pündtnuss, Vereinigung sunderer Liebe vnd Fründtschafft, abgeredt vnd beschlossen, ob sich aber über kurtz oder lang begeben, dass jemand, vver der were, von Fürstlichen Herren oder Comiten dvväderen Theil mit Kriegen angriffen, syne Stett, Landt, Leuth, Herrlichkeiten vnd Oberkeiten beschedigen, beschvvären, alsdann soll der ander Theil dem also genöttiget vnd begvvaltiget treulich behulffen syn; namlich vvie der obgemelt Hertzog von Savoy vnd vnser Nachkummen den obgeschribnen vnseren gutten Fründen vnd Pundtsgnossen in vnseren eignen Kosten mit VIC. vvolgnrüster Pferden, oder meer, nach dem die Nothurfft je fordert vnd in vnserem Vermögen syn möcht, vnd so vere vvie die vnseren Landen mit sölichen kriegen, die nit möchten mit beladen sind.

Hinvvider vnd gleicher Wyss söllend vvir Eidtgnossen obgenannt von Stetten vnd Landen syner Fürstlichen Gnaden vnd deren Nachkuhmen, so vvie des von jn erforderet, vnd auch mit eignen Kriegen nit beladen sind, Hilff thun, mit 6000. Fussknechten zu dem Meresten, die syn F. G. besolden, vnd jedem des Monats sechs Francken gäben zu Soldt, vnd hiemit söllend beid Theil ein anderen ihrs Lybs vnd Guts helffen zum besten vnd treulichesten schützen und schirmen, vnd einanderen lassen in Krieg vnd sunst alle Spyss vnd feyllen Kauff ingahn ohn alle Gefärdt.

Ob auch über die 6000. oder die Zahl darunder so obbemelter Hertzog zu Zyten erforderet vvurde, etlich der Vnseren hinlauffen vvurdend, denen soll syn F. Gnad nit schuldig syn, dann vvas die mit gnedigem gutten Wyllen gern thun vvölt, darby soll er vnser Knecht, so er die begeren niennen vff oder über Meer bruchen, sonder allein syner Stet vnd Hertzogthums, mit syner Zugehördt, so er ruvviglich besitzt, Beschirmung vnd Enthaltung desselben zu denen pflichtig seyn. Gleicher Wyss vnd hinvviederum sin F. G. vns auch zu thun vnd zu helffen schuldig syn soll, darby söllend vvir Eidtgnossen obbemäldt die Vnseren, so vvir synen F. G. zu Hilff schickend, mit Haupt-Leuthen vnderrichten und andere fürgesetzten noch Ehren vnd altem Bruch versehen.

Damit nun solliche Pündtnuss vnd Einigung dest bass vnd stattlicher gehalten vnd meer künfftige Irrung und Spän zu verhüten, ist zvvüschent vns beredt, dass hinfür dvväderer Theil dhein frömbd vsslendig Ansprochen an sich nemmen, erkauffen, oder deren beladen solle, sonder vvider solches einanderen handthaben vnd behulffen syn, auch dwädern Theil des anderen Hindersässen vnd Vndertahnen in Schirm, Burg-Recht oder Landt-Recht nemmen, es sey dann, dass der oder die mit ihrem Lyb vnd Gutt ziehen an die Orth

vnd Endt, da sy sollichs Schirms, Burg-Rechten oder Landt-Rechting begärten.

Vnd dess zu Bevvärung vnd Bestätigung sollicher Fründtschafft vnd Vereinigung, auch vss sundern Gnaden, so vvir der gnant Hertzog von Savoy zu den obbemelten vnseren lieben Fründen vnd Pundtsgnossen der Eidgnossschafft habend, gelobend vnd versprechend vvir ihnen fürhin jährlich vnd jedes Jahrs, insunders diewyl diss vnser Vereynigung wäret, vsszerichten vnd zegäben jedem obgeschribnen Orth zvveyhundert Reyhnischer Guldj oder je drey dick Glaphärdt für ein Guldj in der Stat Bern jährlich vff den ersten Tag Septembr. ohn allen ihren Kosten vnd Schaden ze zalen.

Es solle auch sollich vnser Vereinigung vvähren von dato diss Brieffs vnd in Kräfften bestahn &c. vnd noch volgende Jahr, vnd damit auch in guter ficherer Gedechtnuss aller Menschen beider Theillen belybe vnd in bildj, zu Zyten so dass fügt menigklichen verlässen, vnd also zu halten verkühndt vverden.

Zuletst behaltend vvir obgescriebnen Theil vns hierin luter bevor namlich vvir obgenanter Hertzog von Saffoy, vnseren heilligen Vater den Bapst, den heilligen Stul zu Rhom, vnseren Herren den Römischen Keyser, vnd das heillig Römisch Reich, auch alle die, mit denen vvir hievor Pündnuss vnd Vereinigung haben.

Vnd aber vvir von Stetten vnd Ländern der obgeschribnen Orten der Eydtgnossschafft, gleicher Wyss vnseren heiligen Vater den Bapst, das heillig Römisch Reich, auch alle vnd jede, mit denen vvir hievor Pündtnuss, Einigung, Burgrecht, Land-Recht, habend, vnd insunders vvir die drey Stet Bern, Freyburg, vnd Sollothurn behaltend vns vor vnser die elteren Pündtnuss, so vvir mit dem genanten Herren Hertzogen vnd dem Huss Savoy habend dieselben mit allem Inhalt vvellend vvir vnverletzet vnd by ihren Krefften blyben lassen, von disser gegenvvyrtigen Einigung vngeyet vnd vngehindert.

Diss alles, so obgeschriben stat, gelobend vvir Carolus, Hertzog zu Savoy &c. für vns vnd vnsere Nachkuhmen, by vnseren Fürstlichen Würden vnd Eeren, vnd vvir die Burgermeister, Schultheissen, Amman, Räth, Burger vnd Gemeinden, namlich von Zürich, Bern, Lutzern, Vrj, Schvveitz, Vndervvalden ob vnd nidt den Kehrnvvaldt, Zug mit syner Zugehördt, Glarus, Bassell, Freyburg, vnd Sollothurn vnd Schaffhausen, by vnseren guten Treuvven stät vest vnd vvahr zu halten, vnd darvvider nüt ze thund, noch schaffen getohn vverden.

Vnd dess alles zu vvahrem Vrkuhndt so habend vvir obgenanten Hertzog vnser Fürstlich Sygel, vnd vvir die obgenanten Orth der Eidtgnossschafft vnser Stet und Länder Sygell offentlich gehenckt an disser Brieffen zvveen, deren jedertheil einen hat, vnd gäben zu Lutzern uff Freytag nach S. Bahrtohlemeus Tag, des heilligen zvvölff Boten Tag in dem Jar nach Christus vnsers Herren Geburdt gezalt fünfzehen hundert vnd zvvölfften Jahr.

LVI.

Bulla Leonis X. Pontif. Maximi, qua Bullas Prædecessorum suorum A. 1451. & 1474. Ducibus Sabaudiæ datas, confirmavit d. d. 16. Junii, A. 1515.

LEo X. Episcopus servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Benignitas Sedis Apostolicæ consveta ea, per quæ Rom. Pontifices pro Catholicorum Principum prospero, & tranquillo statu, ac indemnitate, & animarum salute providè concessa comperit, libenter approbat, & innovat eisdem Apostolici muniminis robur adjicit, ac de novo concedet, & alios in iis providet, prout in Domino prospicit salubriter expedire. Dudum si quidem felicis recordationis Nicolaus V. quondam Ludovico Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumvis, ad quarumcunque Ecclesiarum vel Monasteriorum, infra districtum sui temporalis dominii consistentium regimina, seu provisionibus quibuslibet de quibusvis dignitatibus dispositioni Apostolicæ reservatis inibi consistentibus, quibuscunque personis per eum faciendis, sui status cederet dispendium, aut alia quævis adversitas intestina, præfatum Ducem per suas litteras certum reddidit, & sibi promisit, quod ipso, & dominio hujusmodi in integritate obedientiæ dictæ Sedis persistentibus, ad quarumcunque Metropolitanarum vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra districtum prædictum, neminem præficeret, seu illis de quorumcunque personis, non provideret, nisi habitis prius per eum intentione, & consensu ipsius Ducis de personis idoneis ad hujusmodi regimina, seu dignitates promovendis, vel de quarum personis tales provisiones forent faciendæ, de aliis vero dignitatibus, videlicet post Pontificales, majoribus, & Prioratibus Conventualibus, ac aliis Dispositioni Apostolicæ generaliter reservatis in districtu præfato personis provideret idoneis, non nisi forent de locis ditionis ipsius Ducis, aut sibi gratis, & acceptis de aliis locis oriundæ. Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Novalitiæ, ac Præpositura Montis-Jovis, qui in confinibus hujusmodi dominiorum consistebant, si et cum illa vacare contingeret nulli conferret, nisi similiter ab ipso Duce ejus intentione habita de Personis, quibus forent faciendi gratias, aut expectativas, speciales reservationes quaslibet, cum quibuslibet, quæ ex illis descendebant providendi mandatis in districtu prædicto personis duntaxat, quæ locorum ejusdem districtus alienigenæ, vel extranei non forent, nisi forsan ejusdem Ducis consensus aliis personis super hujusmodi gratiis obtinendis suffragaretur, concederet: quod si forsan ex importunitate petentium, aut per præoccupationem, seu alias inadvertenter per eum contra præmissa quasvis provisiones, præfectiones, & collationes fieri, aut alias quicquam

quam

quam concedi contingeret, statuit, & decrevit ea omnia, utpote præter, & contra mentem suam ab eo extorta, & quæcunque inde secuta, cum processibus inde pro tempore habitis, quasvis etiam in se censuras, & pœnas continentibus nullius fore roboris, vel momenti, ipsisque processibus minime intendendum sive parendum esse nec censuras & pœnas hujusmodi quempiam arctare, sed illas, & eosdem processus penitus haberi debere pro infectis. Et deinde Sixtus IV. per suas litteras statuit, & ordinavit, ut nullus alienigena, seu alterius nationis, vel dominii Clericus, vel cujusvis Ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione vel dominio hujusmodi oriundus, aut saltem verus & actualis illarum incola cujuscunque dignitatis status, gradus, ordinis, vel conditionis existeret, beneficia Ecclesiastica, Sæcularia, vel cujusvis Ordinis Regularia cum cura, vel sine cura, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque forent, ex tunc deinceps vigore litterarum quarumcunque gratiarum expectativarum sub quacunque verborum forma emanarent, acceptare, seu obtinere posset, nec ei jus aliquod acquireretur: ac decrevit locorum Archiepiscopos, Episcopos, nec non Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, ac conventus earundem dictarum Ecclesiarum Capitula, & quosvis alios Ordinarios, obtentu prædictarum litterarum, sub quavis verborum forma, & expressione, etiam cum specifica & individua statuti, & ordinationis hujusmodi derogatione à Sede præfata, vel Legatis ejusdem ex tunc in antea impetrandarum, & processuum habendorum per easdem quasvis censuras, & pœnas in se continentium ad receptionem alicujus, vel aliquorum ad beneficia hujusmodi adversus statutum, & ordinationem prædicta compelli minime debere, seu posse, nec non censuræ processus, & pœnæ hujusmodi, etiamsi dictæ litteræ, etiam motu proprio, & ex certa scientia emanarent, minime arctarent, sed haberentur pro cassis, irritis & infectis, & successivè Innocentius VIII. litteras Sixti Prædecessoris hujusmodi, ac omnia & singula in eis contenta per alias suas litteras approbavit. Ac demum Julius II. Romanus Pontifex, Prædecessor noster singulas Sixti & Innocentii Prædecessorum litteras hujusmodi ex certa scientia similiter innovavit & approbavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decrevit. Quodque illis per quascunque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias, seu fortiores, & insolitas nullatenus derogatum esse censeretur, nisi illorum toto tenore, ac de verbo ad verbum, & nihil omisso inserto, nec non de speciali & expresso præfati Caroli, & pro tempore existentis, Sabaudiæ Ducis consensu eademque auctoritate decrevit, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de novo statuit & ordinavit. Ac idem Julius Prædecessor piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri, qui quondam Amedeo Comiti Sabaudiæ tunc in humanis agenti per suas litteras indulserat, ut nullus delegatus, vel subdelegatus ab eo executor, seu etiam conservator à sede prædicta deputatu possit in ejus personam excommunicationi, & in terram suas interdicti sententias promulgare sine speciali mandato Sedis ejusdem faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, vestigiis inhærendo Dilecto filio, Nobili viro, Carolo, Sabaudiæ Duci indulserat, ut nullus delegatus, seu subdelegatus per litteras Apostolicas in suam, ac uxoris, & liberorum suorum personas excommunicationis sententiam promulgare posset absque ejusdem Sedis speciali faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quodque in locis Ecclesiastico interdicto, etiam cum hujusmodi licentia suppositis, si eum ad illa declinare, vel in eis residere contingeret Missas, & alia divina Officia, etiam apertis januis, Ecclesiarum Campanis pulsatis, & alta voce, excommunicatis, tamen & interdictis exclusis celebrari, nec non Ecclesiastica Sacramenta, quæcunque alias tamen ritè sibi, & eisdem uxori, & liberis ministrari facere, & illa suscipere, libere & licitè valeret, & valerent per alias suas litteras indulsit. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Caroli Ducis petitio continebat, quamplura alia, & diversa privilegia, Concessiones, gratiæ & indulta, tam per Romanos Pontifices, quam Imperatores, & Reges dicto Duci concessa fuerunt, prout in prædictis continentur, & aliis litteris Apostolicis, ac ipsorum Imperatorum & Regum desuper respective confectis literis plenius dicitur contineri. Quare pro parte dicti Caroli Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, ut singulis litteris prædictis, ac omnibus & singulis aliis privilegiis, concessionibus, gratiis & indultis Duci & nationi Sabaudiæ concessis pro illorum subsistentia firmiori, robur nostræ adprobationis adjicere, & alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui præfatum Ducem ejus de Sede prædicta benemeritis id exigentibus speciali dilectionis affectu ex visceribus charitatis prosequimur, hujusmodi supplicationibus inclinati, singulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcunque, ac quatenus sint in usu omnia, & singula privilegia, concessiones, gratias & indulta, tam per Romanos Pontifices, & quæ Sacris Canonibus non contraria, quæ per Imperatores, Regesque, Duci, & nationi Sabaudiæ concessa ex certa scientia, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, renovamus & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & inviolabiliter observari decrevimus; supplentes omnes & singulos defectus juris & facti, si qui forsan intervenerunt in eisdem. Et nihilominus præmissa omnia & singula prout per prædictos prædecessores, Imperatores & Reges concessa fuerunt, de novo concedimus, & indulgemus, ac statuimus & ordinamus, quod illis, ac præsenti-

sentibus litteris nullo unquam tempore, etiam per Sedem eandem derogari posset, nec derogatum censeatur, nisi de toto tenore, & data præsentium plena, specifica, individua, specialis & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio fiat, & ipsius Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis expressus accedat assensus, & sic per quosvis Judices & Commissarios, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores in quibusvis causis, & instantiis judicari, & definiri debere sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, & quicquid secus super iis à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, irritum, & inane fore decernimus, & declaramus. Quo circa Venerabilib. fratribus Archiepiscopo Taurinensi & Maurianensi, ac Bellicensi Episcopis, & eorum Vicariis, seu officialibus per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis super hoc fuerint requisiti solenniter publicantes, ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra litteras, privilegia, concessiones, gratias & indulta prædicta firmiter observari, ac ipsum Ducem illis pacifice gaudere non permittentes eum desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum fuit non obstare contrariis, quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda foret, posse deferri, volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quod ipsarum transumptis manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus Prælati Ecclesiastici, vel Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitæ in judicio, & alibi, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, confirmationis, Decreti, suppletionis, concessionis, indulti, statuti, ordinationis, decreti, declarationis mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo quinto, decimo sexto Junii, Pontificatus nostri anno tertio.

LVII.

Leonis X. P. P. Bulla, qua Prædecessorum suorum Bullas Domui Sabaudicæ, propter collationem Beneficiorum ecclesiasticorum, concessas, non minus in favorem Margarithæ, Sabaudiæ Ducis Viduæ, extendit, d.d. 13. Februarii, An. 1517.

LEo Papa X. dilectæ in Christo filiæ salutem & Apostolicam benedictionem. Eximiæ devotionis affectus & fidei constantia, quibus nos & Romanam revereris Ecclesiam promerentur, ut te condignis attollamus honoribus, & favoribus prosequamur gratiosis. Dudum siquidem charissimo in Christo filio nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico Nepoti tuo ante ejus felicem exaltationem ad regiam dignitatem, dum Hispaniarum Princeps existeret & extitit jam antea, quamdiu in humanis ageret, & in sinceritate fidei & unitate Romanæ Ecclesiæ, nec non obedientia & devotione nostra & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium, persisteret, nullus ad dignitates Abbatiales aut quorumcunque Monasteriorum etiam per priores aut præpositos regi & gubernari solitorum regimina, infra districtus Archiducatus Austriæ, ac Ducatuum, Marchionatuum & Comitatuum, & aliorum dominiorum suorum, præterquam Neapolitano & Hispaniarum regnis consistere, per Nos & Sedem Apostolicam, seu ejus Legatos, vel Nuntios prætici, nec illis de quorumcunque personis quovismodo provideri possit, nisi habitis prius per nos & sedem eamdem intentione & consensu dicti Caroli Regi de personis idoneis ad hujusmodi dignitates & regimina promovendis. De aliis vero dignitatibus vel sæcularibus, principalibus, regularibus & conventualibus infra prædictos districtus, non nisi de locis suæ ditioni subjectis existerent, dicto Carolo Regi gratis & acceptis, & aliis vero remediis provideri, nec non gratias expectativas & speciales reservationes, cum quibusvis, & illis decentibus provisionibus & providendis mandatis infra eosdem districtus, personis dumtaxat quæ locorum eorundem districtuum alienigenæ & extranei non essent, nisi forsan dicti Caroli Regis Consensus, super hujusmodi gratiis suffragaretur, concedi à Monasteria & dignitates hujusmodi, cæteraque beneficia Ecclesiastica, sæcularia, & regularia dictorum districtuum dum vacarent, nullatenus mandari ad mandata Apostolica juxta formam capituli Mandatum, & duorum decretalium immediate sequentium, pro tempore in partibus Flandriæ & Arthesiæ concessa, cum ibidem gratiæ expectativæ locum habeant extunc

& an-

& antea, & nullatenus recipi, concedi & admitti debeant ac possint, concessimus & indulsimus, & insuper provisiones & præfectiones, collationes, commendas, & quasvis alias dispositiones contra præmissa etiam per nos & Sedem eamdem etiam consistorialiter quibusvis personis, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus pro tempore factos, & inde secutos quarumcunque, nec non processus inde pro tempore habitos, & quascunque censuras & pœnas in se continentes, nullius roboris vel momenti fore, ipsosque prædecessores minime intendendum seu parendum esse, nec censuras & pœnas hujusmodi quempiam arctare, sed illa & processus pro infectis penitus haberi debere, & eisdem concessione & indulto per nos aut sedem prædictam etiam motu proprio, & ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam de fratrum nostrorum consilio nullo modo derogari posse, neque eis derogatum censeri, nisi id per nuntium, & litteras Apostolicas sub plumbo tribus vicibus, ita ut per quamlibet vicem trimestre intercedat, & idem Carolo Regi datum esset, & non alias aliter nec alio modo, sicque per quoscunque causarum Palatii Apostolici auditores ac judices in Romana Ecclesia & extra illam, judicari, sententiari & definiri debere, sublata eis quavis aliter judicandi, sententiandi, diffiniendi facultate irritum quoque & inane, si secus à quoquam super his quavis authoritate scienter vel ignoranter etiam per nos aut Sedem prædictam contingeret attentari, decernimus & declaramus, prout in litteris desuper confectis continetur. Nos ad præclara tua merita, tuorumque progenitorum gesta in Nos & Sedem prædictam devotionis, sinceritatis, & eximiæ fidei constantiam debitum respectum hujusmodi habentes, teque ut accepimus utile dominium Comitatus Burgundiæ cum omni jure, authoritate, & præeminentia, jure proprietatis dicto Carolo Regi post obitum tuum competat, ut nonnulla alia dominia, dotalia sive dotalitia in ditione dilecti filii Nobilis viri Ducis Sabaudiæ consistant, & Ducis Caroli Regis & quondam Philippi Ducis Sabaudiæ dum viveret conjugis tui largitionem & concessionem possides favoribus specialibus prosequi volentes, ac tenore præsentium litterarum, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, motu proprio & certa scientia ac plenitudine potestatis, prædictas litteras nostras hujusmodi cum omnibus & singulis clausulis, & derogationibus in his contentis ad personam tuam quoad Comitatum Burgundiæ & dominia dotalia, sive dotalitia in ditione Ducis Sabaudiæ hujusmodi vel alibi consistentia, authoritate Apostolica tenore præsentium extendimus & ampliavimus, tibique ut litteræ & indultum Carolo Regi concessæ hujusmodi in eisdem Comitatu Burgundiæ & Dominii dotalitii sive dotalarii juxta ipsarum tenorem consistentibus, eis etiam uti poteris & gaudere possis & debeas in omnibus & per omne, ac si dictæ litteræ tibi quoad Comitatum Burgundiæ & dominia dotalia sive dotalitia hujusmodi specialiter & expresse concessa fuissent, indulgemus; decernentes, motu, scientia & potestate similibus ad probandum plene litteras & indultum Carolo Regi concessum, hujusmodi præsentes litteræ ubique sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum peti debere. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopo Bisuntino & Episcopo Bellicensi, & dilecto filio Decano Ecclesiæ Bisuntinæ motu proprio scientia & potestate similibus mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se vel alium, seu alios tibi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, has ipsimet litteras solemnes & publicatas esse faciant authoritate nostra, ac te extensione, ampliatione, & indulto seu decreto prædictis pacificè frui & gaudere, non permittentes te per quoscunque desuper quomodolibet molestari, contradictores per Censuras ecclesiasticas, & alia juris remedia compescendo, invocato si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus in litteris Carolo Regi concessis hujusmodi quæ volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesima secunda Martii, anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo Pontificatus nostri anno quinto.

Ioliot.

LIIX.

Diploma Caroli V. Rom. Imperatoris, quo Familiæ Ducum Sabaudiæ omnia, & inprimis Privilegia circa Imperii Vicariatum & appellationes confirmavit, d. d. 3. Maji, An. 1521.

CAROLUS V. divina favente clementia Romanorum Imperator &c. studiose Impetrantium meritis annuimus, quorum privilegia ab Antecessoribus Nostris in Sac. Romano Imperio, pro ejusdem decore & conservatione sub suis limitibus concessa producuntur, prout ad instantiam Illustris Caroli Ducis Sabaudiæ humiliter requisiti, quatenus præmissa privilegia ratificare, approbare & confirmare & quantum opus est de novo concedere & donare dignaremur. Nos igitur, qui Principum votis præsertim rationi consonis inclinata mente Cæsaream nostram liberalitatem libenter impartimur, *Attentis præsertim dicti Ducis Caroli, progenitorumque suorum, in Nos & Sac. Rom. Imperium meritis, fidelissimis officiis, & obsequiis, ac ut in his Nobis & Sacro Romano Imperio beneceptis persistendo ferventius studeant obsequi*, maxime cum Nostræ esse mentis senserint, nedum dicta privilegia declarare & confirmare,

sed

ſed potius augere velle; itaque animo deliberato ex certa ſcientia, & noſtræ Cæſareæ poteſtatis plenitudine, accedente ad id ſacro Principum, Comitum, Baronum, & aliorum Procerum noſtrorum, & Sac. Imperii fidelium dilectorum conſilio & matura deliberatione ac aſſenſu, declaramus in vim prædictorum privilegiorum, eundem Carolum Ducem Sabaudiæ, ejusque in poſterum in hoc ipſo Ducatu ſucceſſores maſculos, legitimos fuiſſe, eſſe nunc, & in futurum fore veros *Sacri Imperii Vicarios, præſertim in Civitatibus, & Diœceſibus Lugduni, Matiſconi, & Gratianopoli*, in quantum ſub Imperii diſtrictu, ac terris ipſius Ducatus Sabaudiæ eædem Diœceſes Lugdunenſ. Matiſconenſ. & Gratianopolitanenſis, conſiſtunt, *prout, & ſecundum quod in privilegiis Caroli quarti & Maximiliani ſuperius inſertis continetur, neminique alteri liceat* ipſo Vicariatu, *in dictis terris & limitibus ipſius Ducatus Sabaudiæ* uti, quodque Archiepiſcopi, Abbates, Religioſi, Prælati, & alii homines & perſonæ nobiles & ignobiles, dict. Diœceſium & Civitatum infra limites prædictos exiſtentes, qui nunc ſunt & pro tempore fuerint, omnia homagia, fidelitates, ſubjectiones & obedientias, *ad quæ & quas Sac. R. Imp. tenentur, & ſunt aſtricti*, pro feudis temporalibus, quæ ab ipſo Sacro obtinuerunt Imperio præfato Duci Sabaudiæ & ſuis in perpetuum Succeſſoribus tanquam dicti Sacri Imperii Vicariis, *& vice noſtra ac Romanorum Imperatorum & Regum* Succeſſorum noſtrorum, facere, præſtare, & recognoſcere teneantur infra terminum per ipſos Imperatores in literis ſuis ſtabilitum. Præterea in vim prænarrati privilegii decernimus, quod omnes appellationes a quibuscunque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prælatis & eorum Locum tenentibus, Judicibus Sæcularibus infra terminos & limites prædictos conſtitutis, ad audientiam & Tribunal præfati Ducis Sabaudiæ & Succeſſorum ſuorum interponi debeant, modis & forma in præinſerto privilegio Caroli quarti Prædeceſſoribus ſuis conceſſo Pragæ ſub Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto comprehenſis, eiſdem plenam & omnimodam poteſtatem ex certa noſtra ſcientia, conſilio & deliberatione prædictis, concedentes univerſas & ſingulas Appellationum cauſas a prædictis & eorum quolibet actoribus, ſive reis, criminales aut civiles vice noſtra audiendi, cognoſcendi, terminandi, ſententias ferendi, & executioni demandandi, omniaque alia & ſingula faciendi, etiamſi mandatum exigerent ſpeciale, quæ in his nos ipſi faceremus aut facere poſſemus, ſi illas perſonaliter tractaremus, ratas habituri ſententias, quas ipſi juſte tulerint, pœnasque quas contradictoribus duxerint infligendas, & ne jura regalia cæteraque ad Imperium ſpectantia, quæ prædictis Ducibus & Comitibus Sabaudiæ fuerunt per Imperatores tradita & infeudata, *in ruinam aut alienas manus deveniant*, volumus ea omnia & ſingula *per dictum Ducem ejusque Succeſſores, & non alium* regi & gubernari, *eisque vice noſtra uti*, & gaudere, ſi autem aliqua ex iiſdem diſtricta fuerint, ſeu quomodolibet uſurpata, *volumus ea retrahi & reduci* ad dictorum Ducum Sabaudiæ ſacrique *Imperii Rom. commodum*, juxta tenorem & formam privilegii Maximil. Imp. Avi noſtri dati in Ymbſt; Præterea ne dictus Dux Sabaudiæ in vero dicto Vicariatu Imperiali illiusque regimine quomodolibet turbetur, quoſcunque Comites Palatinos per Nos aut Anteceſſores noſtros in terris & Dominiis dicti Ducatus diſcurrentes & accedentes tenore præſentium revocamus, caſſamus & reſcindimus, prout in alteris litteris præinſerta a Cæſare Maximiliano Avo noſtro præfato emanatis latius continetur; Poſtremo & generaliter omnia alia quæcunque privilegia, conceſſiones, libertates, Tranſactiones, exemptiones, indulta, & gratias quaſcunque ſingulaque in eis & quomodolibet eorum contenta non aliter ac ſi præſentibus eſſent expreſſa, prout pro expreſſis haberi volumus, ut præmittitur, quondam Ducibus & Comitibus Sabaudiæ Anteceſſoribus prædicti Ducis Caroli quomodolibet conceſſa & indulta ſeu conceſſas & indultas contenta & expreſſa, ex certa noſtra ſcientia & noſtræ Cæſareæ poteſtatis plenitudine confirmavimus, laudavimus & approbavimus, ſicut tenore præſentium *laudamus, confirmamus & approbamus*, ac etiam in quantum opus eſt de novo concedimus, nec non omnibus & ſingulis in eis privilegiis eorumque tenoribus conceſſis perpetuam Imperialis roboris firmitatem adjicimus, itaque liceat dicto Duci Carolo & ejus Succeſſoribus, prænominatis privilegiis & facultatibus in eis contentis plenarie uti & gaudere, easque & ea, in omnibus & per omnia ut in ipſis continetur exequi, impedimento, & contradictione ceſſante quorumcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Confirmationis, ratificationis, approbationis, conceſſionis decreti, voluntatis & gratiæ paginam infringere aut ei quovis auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, noſtram & Imperii Sacri indignationem graviſſimam & pœnam centum Marcharum auri puri toties quoties contrafecerit ipſo facto ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem fiſco ſeu Ærario noſtro, reliquam vero partem dicto Duci Sabaudiæ, & ejus Succeſſoribus decernimus applicandam. Harum teſtimonio literarum, Sigilli noſtri appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Imperiali Wormatiæ, die tertia Menſis Maji, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo, Regnorum noſtrorum Romani ſecundo, cæterorum vero ſexto.

CAROLVS.

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium.

Albertus Cardinal. Archiep. Moguntinus Archi-Cancellarius.

LIX.

LIX.

Bulla Clementis VII. P. P. qua Bullas Domui Sabaudiæ propter collationem Beneficiorum Ecclesiasticorum A. 1451. & 1474. concessas comprobavit, d. d. 13. Febr. An. 1524.

Clemens VII. Episcopus servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Exposcit Apostolicæ sollicitudinis studium humeris nostris divina Clementia impositum, ut Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, cunctorum Catholicorum Principum, præsertim quorum fides, constantia, & devotionis integritas in nostro, & Apostolicæ Sedis conspectu continuò splendere dignoscuntur, jurium, & privilegiorum conservationi intendentes, ea quæ per ipsos Prædecessores, & alios pro eorumdem Principum prospero, & tranquillo, ac salubri statu provida ratione concessa, ac etiam Apostolico munimine roborata comperimus, ut eo majorem obtineant roboris firmitatem, quo frequentiori fuerint Sedis ejusdem fulcimento communita, etiam nostro munimine roboremus, & alias pro eorum observatione provideamus prout in Domino salubriter conspicimus, expedire. Dudum siquidem postquam felicis recordationis Nicolaus V. quondam Ludovico Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumvis, ad quarumcunque Ecclesiarum vel Monasteriorum, infra districtum, sui temporis dominii consistentium regimina, seu provisionibus quibuslibet de quibusvis dignitatibus dispositioni Apostolicæ reservatis inibi consistentibus, quibuscunque per eum faciendis, sui status cederet dispendium, aut alia quævis adversitas intestina præfatum Ducem per suas litteras certum reddiderat, & sibi promiserat, quod ipso, & dominio hujusmodi in integritate obedientiæ dictæ Sedis persistente, ad quarumcunque Metropolitanarum vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra districtum prædictum neminem præficeret, seu illis de quorumcunque personis, non provideret, nisi habitis per eum prius intentione, & consensu ipsius Ducis de personis idoneis ad hujusmodi regimina, seu dignitates promovendis, vel de quorum personis tales provisiones forent faciendæ; de aliis vero dignitatibus videlicet post Pontificiales, majoribus, & Prioratibus Conventualibus, ac aliis dispositioni Apostolicæ generaliter reservatis in districtu præfato personis provideret idoneis, non nisi forent de locis ditionis ipsius Ducis, aut sibi gratis, & acceptis de aliis locis oriundæ. Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripalliæ, & Novalitiæ, ac Præposituræ Montis-Jovis, qui in confinibus hujusmodi dominii consistebant, si & cum illos vacare contingeret, nulli conferret, nisi similiter ab ipso Duce ejus intentione habita de personis quibus forent faciendæ. Gratias autem expectativas speciales reservationes quaslibet cum quibuslibet, quæ ex illis dependebant providendi mandatis in districtu prædicto personis duntaxat, quæ locorum ejusdem districtus, alienigenæ, vel extraneæ non forent, nisi forsan ejusdem Ducis consensus aliis personis super hujusmodi gratiis obtinendis suffragaretur, concederet; quodque si forsan ex importunitate petentium, aut per præoccupationem, seu alias inadvertenter per eum contra præmissa quasvis provisiones, præfectiones, & collationes fieri, aut alias quicquam concedi contingeret, statuerat & decreverat ea omnia utpote præter, & contra mentem suam ab eo exorta, & quæcunque inde secuta, cum processibus inde pro tempore habitis, quasvis etiam in se censuras, & pœnas continentibus nullius fore roboris, vel momenti ipsisque processibus minime intendendum, seu parendum esse nec censuras, & pœnas hujusmodi quempiam arctare, sed illas, & eosdem processus penitus haberi debere pro infectis. Et deinde Sixtus IV. per suas litteras statuerat, & ordinaverat, ut nullus alienigena seu alterius nationis, vel dominii Clericus, vel cujusvis Ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione, vel dominio hujusmodi oriundus, vel saltem verus, & actualis illorum incola cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existeret, beneficia Ecclesiastica, Sæcularia, vel cujuscunque Ordinis Regularia, cum cura, & sine cura, quæcumque; cujuscumque, quocunque, & qualiacunque forent, ex tunc deinceps vigore litterarum, quarumcunque verborum forma emanarent acceptare, seu obtinere posset, nec ei jus aliquod acquireretur, ac decreverat locorum Archiepiscopos, Episcopos, nec non Monasteriorum Abbates pro tempore existentes; ac Conventus eorumdem dictarumque Ecclesiarum Capitula, & quosvis alios Ordinarios obtenta prædictarum litterarum, sub quavis verborum forma, & expressione, etiam cum specifica, & individua statuti, & ordinationis hujusmodi derogatione à Sede præfata, vel legatis ejusdem ex tunc in antea impetrandarum, & processuum habendorum per easdem quasvis etiam censuras, & pœnas in se continentium ad receptionem alicujus, vel aliquorum ad beneficia hujusmodi adversus statutum & ordinationem prædicta, compelli minime debere, seu posse nec non censuræ processus, & pœnæ hujusmodi, etiam si dictæ litteræ etiam motu proprio, & ex certa scientia emanarent, arctarent minime, sed haberentur pro cassis, irritis, & infectis. Et successive Innocentius VIII. litteras, Sixti Prædecessoris hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta, per alias suas litteras approbaverat. Ac postmodum Julius II. Romanus Pontifex Prædecessor noster, singulas Sixti & Innocentii prædecessorum litteras hujusmodi ex certa scientia similiter innovaverat & approbaverat, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, quodque illis per quascunque clausulas etiam derogatoriarum dero-

derogatorias, seu fortiores, & insolitas, nullatenus derogatum esse censeretur, nisi illorum toto tenore, ac de verbo ad verbum, & nihil penitus omisso inserto, nec non speciali, & expresso pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis consensu decreverat; Et nihilominus pro potiori cautela de novo statuerat, & ordinaverat; Ac idem Julius Prædecessor piæ memoriæ Bonifacii VIII. etiam Prædecessoris nostri, qui quondam Amedeo Comiti Sabaudiæ tunc in humanis agenti per suas litteras indulserat, ut nullus Delegatus, vel Subdelegatus ab eo executor seu etiam conservator à Sede prædicta deputatus posset in ejus personam excommunicationis, & in terras suas interdicti sententias promulgare sine speciali mandato Sedis ejusdem faciente plenam & expressam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem vestigiis inhærendo. Dilecto filio nobili viro Carolo Sabaudiæ Duci, ut nullus Delegatus, vel Subdelegatus per litteras Apostolicas in suam, ac uxoris, & liberorum suorum personas excommunicationis sententiam promulgare posset absque ejusdem Sedis speciali mandato faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quodque in locis Ecclesiastico interdicto, etiam cum hujusmodi licentia suppositis, si cum ad illa declinare, vel in eis residere contingeret, Missas, & alia divina officia, cum apertis januis Ecclesiarum, campanis pulsatis, & alta voce, excommunicatis tamen, & interdictis exclusis celebrari, nec non Ecclesiastica Sacramenta, quæcunque alias tamen ritè sibi, & eisdem uxori, & liberis ministrari facere, & illa suscipere liberè, & licitè valeret, & valerent: Per alias suas litteras indulserat recolendæ memoriæ Leo Papa X. similiter Prædecessor noster singulas prædictas, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula privilegia, concessiones, gratias, indulta tam per Romanos Pontifices, & quæ sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci & nationi Sabaudiæ concessa fuerant ex certa scientia per suas litteras approbavit innovavit & confirmavit, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & innovabiliter observari decrevit, supplens omnes & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerant in eisdem, & nihilominus præmissa omnia, & singula prout per dictos Prædecessores, Imperatores, & Reges concessa fuerant de novo concessit & indulsit ac statuit, & ordinavit quod illis, & litteris suis prædictis nullo unquam tempore per Sedem eandem derogari posset, nec derogatum censeretur, nisi de toto tenore, & data litterarum Leonis prædecessoris hujusmodi plena & specifica, individua specialis & expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio fieret, & ipsus Caroli, ac pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis expressus accederet assensus, & sic per quoscunque judices, Commissarios etiam causarum Palatii Apostolici Auditores in quibusvis causis, & instantiis judicari & diffiniri debere, sublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate; & auctoritate quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret, attentari, irritum & inane fore decrevit, & declaravit, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Caroli Ducis petitio continebat, ipse cupiat præmissa omnia, & singula, ut illa uberiorum obtineant roboris firmitatem etiam nostro Præsidio communiri, pro parte ejusdem Caroli Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, ut præmissis omnibus nostræ approbationis munimen adjicere, ac Ecclesias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur præfati Caroli Ducis etiam ejus fidei, & devotionis illibatæ, qui erga nos, & Romanam Ecclesiam fulget constantiâ exigente, prosperum & salubrem statum paterno zelantes affectu, hujusmodi supplicationibus inclinati singulas litteras singulorum prædecessorum hujusmodi, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula alia privilegia, concessiones, gratias, & indulta, tam per Romanorum Pontificem, quam Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci, & nationi Sabaudiæ concessa ex certa scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, innovamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decernimus, supplentes omnes & singulos juris & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, & nihilominus præmissa omnia & singula prout per dictos Prædecessores, & Imperatores, ac Reges concessa indulta, statuta, ordinata & decreta fuerunt de novo concedimus & indulgemus, ac statuimus & ordinamus. Quodque illis, nec non prædictis, & præsentibus litteris nullo unquam tempore etiam per Sedem Apostolicam per quascunque litteras Apostolicas, etiam quasvis clausulas generales, vel speciales, etiam implicitè derogationis latissimè extendendæ, ac etiam per quascunque litteras Apostolicas etiam derogatorias, efficaciores, & insolitas, ac etiam irritantia decreta sub quorumcunque verborum expressione in se continentes nullatenus derogari possit, nec derogatum censeatur, nisi de toto tenore, & data præsentium, specialis, specifica, individua, plena & expressa, ac de verbo ad verbum, & nihil omisso, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fiat, & expresse appareat Romanum Pontificem illis derogare voluisse, ac causa urgens, & sufficiens exprimatur, & hujusmodi derogatio per trinas distinctas litteras earundem tenorem continentes. Tribus similiter distinctis vicibus præfato Carolo, & pro tempore existenti Sabaudiæ Duci intimata & insinuata fuerit, ipsiusque Caroli, & pro tempore

pore existentis Sabaudiæ Ducis ad id expressus accedat assensus, & aliter factæ derogationes, nemini suffragentur, nec non provisiones, præfectiones, collationes, acceptationes, & aliæ dispositiones quæcunque in contrarium, etiam per nos, & Sedem præfatam pro tempore factæ, & faciendæ nullius roboris, vel momenti existant, nec jus aliquod, vel etiam coloratum titulum possidendi tribuant, ipseque Carolus, & pro tempore existens Dux, ac personæ Ducatus, dominii, & ditionis prædictorum litteris, derogationis & decretis super illis processibus ac illorum executoribus, subexecutoribus, eorumque mandatis, & executoribus parere minime teneantur, sed eis firmiter resistere & litterarum hujusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ hujusmodi censuris Ecclesiasticis per eosdem executores, & subexecutores innodari possint, & sic per quoscunque Judices & Commissarios etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibusvis causis, & instantiis sublata eis quavis aliter judicandi facultate, & auctoritate judicari, & diffinire debere. Ac quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Augustensi & Lausanensi ac Bellicensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit ac quoties pro parte dicti Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis super hoc fuerint requisiti solemniter publicantes, ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra litteras, privilegia, concessiones, gratias, & indulta prædicta firmiter observari, ac ipsum Carolum, & pro tempore existentem Sabaudiæ Ducem, illis, pacifice gaudere, non permittentes, eum desuper per quoscunque cujuscunque dignitatis, status, gradus, autoritatis, vel conditionis fuerint, quomodolibet indebitè molestari. Contradictores, molestatores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis, processibus censuras, pœnas prædictas quoties opus fuerit aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ in singulis litteris prædictis concessum fuit non obstare contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quoque loca in quibus de eis fides forsan facienda foret perferri, volumus, & eadem auctoritate Apostolica decernimus quod ipsarum transumptis manu publici Notarii subscriptis & sigillo alicujus Prælati Ecclesiastici, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis in Judicio, & alibi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, confirmationis, suppletionis, concessionis, indulti, statuti, ordinationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo, quingentesimo vigesimo quarto, tertio decimo Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

LX.

Caroli V. Rom. Imperat. Confirmatio Privilegiorum familiæ Ducum Sabaudiæ a Prædecessoribus suis indultorum, cum adjecta declaratione, Episcopatum Burgensem sub & in Vicariatu Imperiali dictorum Ducum comprehendi, d. d. 13. Martii, An. 1530.

CAROLUS V. &c. Nos qui justis Principum votis, rationi præsertim & æquitati consonis adesse semper consuevimus, signanter bene meritis, cujusmodi se exhibet Illustris Carolus Dux Sabaudiæ Princeps consanguineus charissimus, Imp. Vicarius, qui huic felici coronationi nostræ Imperiali Bononiæ cum omni manifesto suæ erga Nos & S. Rom. Imperium devotionis testimonio, quam libentissime interfuit, & assignato sibi digniore loco, cum gerendæ Coronæ Imp. officio, in cunctis ceremonialibus dictæ coronationi, uti cæteris tunc astantibus dignior astitit, cujus quoque *erga Nos & S. Rom. Imp. fides & constantia ab experto ita comprobatæ sunt, variis quidem studiis, obsequiis & officiis suis ut concurrentibus* quoque tum suorum progenitorum erga Sac. Rom. Imperium *meritis, tum plerisque oneribus per eum,* & Subditos *patriæ Pedemontanæ*, Exercitu nostro illic agente, novissime supportatis, veniat ex omni parte commendandus, & gratiarum & liberalitatis nostro cumulo afficiendus, quo fit ut licet privilegium nostrum superius insertum, cum confirmatione & nova concessione ibidem expressis, si adeo recens, quod alia confirmatione non indigeat; Veruntamen, ut nostræ in eum benevolentiæ fructum plenius deprehendat, & quam confirmationem a nobis tunc Rom. Rege obtinuit,

eandem habeat ab Imp. suæ supplicationi annuentes, animo deliberato ex certa scientia & de nostræ potestatis plenitudine, accedente ad id Principum, Comitum, Baronum, & aliorum Procerum nostrorum & Sacri Imperii fidelium dilectorum Consilio & matura deliberatione, prædicta privilegia superius inserta, & in eis contenta universa & singula, nec non alia quæcunque privilegia, concessiones, libertates, transactiones, exemtiones, indulta & gratias quascunque, ac singula in eis, & quolibet eorum contenta, non aliter, ac si præsentibus essent expressa, prout pro expressis haberi volumus, ac si de verbo, ad verbum expressa forent, quondam Comitibus & Ducibus Sabaudiæ Antecessoribus dicti Caroli Ducis per Roman. Reges & Imperatores nostros Antecessores quomodolibet concessa & indulta seu concessas & indultas, contenta & expressa serie præsentium eidem Illustri Carolo Sabaudiæ Duci, Principi, & Consanguineo nostro ejusque hæredibus, & Successoribus universis, humiliter acceptanti & recipienti ratificamus, confirmamus & approbamus, atque eadem omnia de novo quatenus opus est concedimus, elargimur, impartimur, & declaramus in omnibus & per omnia, prout in dicto privilegio nostro confirmationis & novæ concessionis superius inserto, latius continetur, nec non omnibus & singulis in eisdem Privilegiis, Concessionibus & Indultis, tam per nos, quam per alios ut supra concessis, eorundemque tenoribus perpetuam Imperialis roboris firmitatem adjicimus, ita quod liceat dicto Duci Carolo, & suis Successoribus prænominatis Privilegiis & facultatibus in eis contentis plenarie uti & gaudere, easque & ea exequi in omnibus & per omnia prout in ipsis continetur, impedimento & contradictione quibuscunque non obstantibus, etiamsi illis usi non fuissent. quoniam sic ex speciali privilegio concedimus, & fieri volumus. Declarantes insuper ex eisdem certa scientia & *potestatis plenitudine Episcopatum Burgensem, sub & in Vicariatu Imperiali dicti Ducis comprehendi*, quoad ea, quæ a Sacro Imperio moventur & dependent, & ipsum Episcopum respectu prædictorum erga eundem Illustrem Ducem ad ea omnia teneri, ad quæ cæteri Prælati Patriæ, & Ditionis Sabaudiæ, vigore dictorum privilegiorum superius insertorum, ut præmittitur, tenentur. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc nostræ confirmationis, ratificationis, approbationis, & novæ concessionis paginam infringere aut ei quovis ausu temerario contravenire: si quis autem hoc attentare præsumserit, nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam & pœnam *centum Marcharum auri puri* toties quoties contrafactum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Fisco seu Ærario nostro, reliquam vero partem Duci Sabaudiæ & suis Successoribus decernimus applicandam. Harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum & sigilli nostri appensione munitarum. Datum in civitate Bononiæ, die decima tertia Mensis Martii: Anno Domini Millesimo Quingentesimo trigesimo, Imperii nostri decimo, Regnorum vero nostrorum quinto decimo.

CAROLVS.

Ad Mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium.

Alb. Archiep. Mogunt.
Reg.

Obernburger.

LXI.

Bulla Julii III. Pontif. Roman. qua Bullas Antecessorum suorum, propter collationem Beneficiorum Ecclesiasticorum Domui Sabaudiæ datas, confirmavit, d. d. 6. Id. Octobr. An. 1554.

Julius III. Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi ea, quæ ab Apostolica Sede pro tempore conceduntur, perpetuam roboris firmitatem obtineant, nonnunquam tamen Romanus Pontifex aliqua ex eis pro Catholicorum Principum prospero & tranquillo, ac salubri statu provida ratione concessa, ac etiam dictæ Sedis approbatione munita dignoscuntur, ut eo majorem roboris firmitatem obtineant quo frequentiori fuerint ejusdem Sedis munimine roborata de novo approbat, & confirmat aliasque pro eorum observatione disponit, prout in domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem postquam felicis recordationis Nicolaus V. quondam Ludovico Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumvis ad quarumcunque Ecclesiarum, vel Monasteriorum infra districtum sui temporalis dominii consistentium regimina, seu provisionibus quibuslibet de quibusvis dignitatibus dispositioni Apostolicæ reservatis inibi consistentibus quibuscunque per eum faciendis sui status cederet dispendium, aut alia quævis adversitas intestina præfatum Ducem per suas litteras certum reddiderat, & sibi promiserat quod ipso, & dominio hujusmodi in integritate obedientiæ dictæ Sedis persistentibus ad quarumcunque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium, Ecclesiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra districtum prædictum neminem præficeret, seu illis de quorumcunque personis non provideret, nisi habitis prius per eum intentione, & consensu ipsius Ducis, de personis idoneis ad hujusmodi regimina seu dignitates providendis, vel de quarum personis tales provisiones forent faciendæ. De aliis vero dignitatibus, videlicet post

post Pontificales, majoribus, & Prioratibus Conventualibus, ac aliis dispositioni Apostolicæ qualitercumque reservatis in districtu præfato personis provideret idoneis, non nisi forent de locis ditionis ipsius Ducis, aut sibi gratis & acceptis, de aliis locis oriundæ. Præterea Prioratus Tallucrianum, Ripaliæ, & Novalitii, ac Præpositura Montis-Jovis qui in Confinibus hujusmodi dominii consistebat, & cum illos vacare contingeret, nulli conferret, nisi similiter ab ipso Duce ejus intentione habita de personis, quibus forent faciendæ, gratias autem expectativas speciales reservationes quaslibet cum quibuslibet, quæ ex illis dependebant providendi mandatis in districtu prædicto personis duntaxat, quæ locorum ejusdem districtu alienigenæ vel extraneæ, non forent, nisi forsan ejusdem Ducis consensus aliis personis, super hujusmodi gratiis obtinendis suffragaretur, concederet, quodque si forsan ex importunitate petentium, aut per præoccupationem, seu alias inadvertenter per eum contra præmissa quasvis provisiones, præfectiones, & prælationes fieri, aut alias quicquam concedi contingeret, statuerat, & decreverat ea omnia, utpote præter & contra mentem suam ab eo extorta, & quæcunque inde secuta, cum processibus undè pro tempore habitis quasvis etiam in se censuras, & pœnas continentibus nullius fore roboris, vel momenti ipsisque processibus, minime contendendum, seu parendum esse, nec censuras & pœnas hujusmodi quempiam arctare, sed illas & eosdem processus penitus haberi debere pro infectis. Et Sixtus IV. per suas literas statuerat, & ordinaverat, ut nullus alienigena, seu alterius Nationis, vel dominii, vel cujusvis Ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione, vel dominio hujusmodi oriundus, vel saltem verus & actualis illorum incola, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existeret, & beneficia Ecclesiastica, Sæcularia, vel cujusvis Ordinis Regularia cum cura, vel sine cura, quæcumque, quocumque, & qualiacumque forent ex tunc deinceps vigore litterarum quarumcunque gratiarum expectativarum, quæ sub quacunque verborum forma emanarent, acceptaret, seu obtinere posset, nec jus aliquod acquireret ac decreverat locorum Archiepiscopos, ac Episcopos, ac Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, & Conventus eorundem dictarum Ecclesiarum Capitula, & quosvis alios Ordinarios obtentu prædictarum litterarum sub quavis verborum forma, & expressione, ac cum specifica, & individua statuti, & ordinationis hujusmodi derogatione à Sede prædicta, vel Legatis ejusdem ex tunc in antea impetrandarum, & processum habendorum per easdem quasvis etiam censuras, & pœnas in se continentium ad receptionem alicujus, vel aliquorum ad beneficia hujusmodi adversus statutum, & ordinationem prædicta compelli minime debere, seu posse nec non censuræ, seu processus, & pœnæ hujusmodi, etiam si dictæ litteræ motu proprio, & ex certa scientia emanarent, minime arctarent, sed haberentur pro cassis, irritis, & infectis, & Innocentius VIII. litteras Sixti prædecessoris hujusmodi, ac omnia & singula in eis contenta per alias suas litteras approbaverat, ac Julius II. singulas Sixti, & Innocentii prædictorum litteras hujusmodi ex certa scientia similiter innovaverat, & approbaverat, ac quod illæ perpetuæ firmitatis robur obtinere deberent, quod illis per quascunque clausulas, etiam derogatoriarum derogatorias, seu fortiores & insolitas, nullatenus derogatum esse censeretur, nisi illorum toto tenore de verbo ad verbum nihil penitus omisso, inserto, nec non de speciali, & expresso pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis consensu decreverat, & nihilominus pro potiori cautela de novo statuerat, & ordinaverat. Ac idem Julius Prædecessor piæ memoriæ Bonifacii VIII. etiam Prædecessoris nostri, qui quondam Amedeo, Comiti Sabaudiæ tunc in humanis agenti per suas litteras indulserat, ut nullus Delegatus, vel Subdelegatus ab eo executor, vel subexecutor à Sede prædicta Deputatus posset in personam excommunicationis, & in terras suas interdicti sententias promulgare sine speciali Mandato Sedis ejusdem faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem, vestigiis inhærendo, quondam Carolo Sabaudiæ Duci tunc in humanis agenti, ut nullus Delegatus, vel Subdelegatus per litteras Apostolicas in suam, & uxoris, ac liberorum suorum personas excommunicationis sententiam promulgare posset absque ejusdem Sedis speciali licentia faciente plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quodque in locis Ecclesiastico interdicto etiam cum hujusmodi licentia suppositis, si cum ad illa declinare, vel in eis residere contingeret, missas, & alia Divina Officia, etiam apertis januis Ecclesiarum, campanis pulsatis, & alta voce, excommunicatis tamen, & interdictis exclusis celebrari; Nec non Ecclesiastica Sacramenta, quæcunque alias tamen ritè sibi & ejusdem uxori, & liberis ministrari facere & illa suscipere liberè, & licitè valeret, & valerent per alias suas litteras indulserat. Et recolendæ memoriæ Leo X. singulas literas prædictas, & in eis contenta quæcunque, ac omnia & singula privilegia, concessiones, gratias & indulta, quæ tam per Romanos Pontifices, quam sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges, Duci, & Nationi Sabaudiæ concessa fuerint ex certa scientia per suas litteras approbaverat, innovaverat & confirmaverat, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & inviolabiliter observari decreverat, supplens omnes & singulos juris & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nihilominus præmissa, & singula prout per dictos prædecessores, Imperatores & Reges concessa fuerunt, de novo concesserat, & indulserat, ac statuerat, & ordinaverat, quod illis, & litteris suis prædictis nullo

nullo unquam tempore per Sedem eandem derogari posset, nec derogatum censeretur, nisi de toto tenore, ac data litterarum Leonis prædecessoris hujusmodi plena, specifica, individua, specialis & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fieret, & ipsius Caroli, ac pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis expressus accederet assensus. Et sic per quoscunque Judices & Commissarios etiam Palatii Apostolici causarum Auditores in quibusvis causis, & instantiis judicari, & diffiniri debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate. Et si secus super his attentari contingeret irritum, & inane decreverat & declaraverat. Similis memoriæ Clemens VII. Romanus Pontifex, prædecessor noster, singulas litteras singulorum prædecessorum hujusmodi, & in eis contenta quæcunque, ac omnia & singula privilegia, concessiones, gratias, & indulta, tam per Romanos Pontifices, quam sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges, Duci & Nationi Sabaudiæ concessa ex certa scientia per suas litteras approbavit ac confirmavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere & inviolabiliter observari debere decrevit, supplens omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nihilominus præmissa omnia & singula, prout per dictos prædecessores Imperatores, & Reges, concessa indulta, statuta ordinata, & decreta fuerant, de novo concessit & indulsit, ac statuit, & ordinavit, quod illis & prædictis, ac litteris suis nullo unquam tempore per Sedem eandem, etiam per quascunque litteras, etiam quasvis generales, vel speciales etiam implicitè, latissimè extendendas, aut alias etiam derogatoriarum derogatorias efficaciores, & insolitas clausulas, ac etiam irritantia decreta sub quacunque verborum expressione in se continentes, nullatenus derogari posset, nec derogatum censeretur, nisi de toto tenore, ac data litterarum Clementis prædecessoris hujusmodi specialis specifica, individua, plena & expressa, ac de verbo ad verbum nihil omisso, non autem per clausulas idem importantes mentio fieret, & expresse appareret, Romanum Pontificem illis derogare voluisse, ac causa urgens, & sufficiens exprimeretur, & hujusmodi derogatio per trinas distinctas litteras eumdem tenorem continentes tribus distinctis vicibus præfato Carolo, & pro tempore existenti Sabaudiæ Duci intimata, & insinuata esset, ipsiusque Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis ad id expressus accederet assensus, & aliter factæ derogationis nemini suffragerentur, nec non promissiones, præfectiones, collationes, acceptationes, & aliæ dispositiones quæcunque in contrarium, etiam per Clementem prædecessorem & Sedem prædictam pro tempore factæ, nullius roboris, vel momenti forent, nec aliquod jus, vel etiam coloratum titulum possidendi tribuerint, ipseque Carolus, & pro tempore existens Dux, ac personæ Ducatus dominii, & ditionis hujusmodi litteris derogatoriis, & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus, eorumque mandatis, & executoribus parere minime tenerentur, sed iis firmiter resistere, & litterarum hujusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ hujusmodi censuris Ecclesiasticis per eosdem executores & subexecutores innodari possent, & sic per quoscunque judicari & diffiniri debere, ac si secus super iis contingeret attentari irritum & inane fore decrevit, & declaravit, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte Dilecti filii Nobilis viri Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis petitio continebat ipse, qui dicti Caroli Ducis Natus existit, cupiat præmissa omnia & singula, ut uberiorem obtineant roboris firmitatem etiam nostræ approbationis munimine roborari pro parte ejusdem Emanuelis Philiberti Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, ut præmissis omnibus nostræ approbationis robur adjicere, & alias in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur prædictis Emanuelis Philiberti Ducis in ejus fidei & devotionis illibatæ qua erga nos & Romanam Ecclesiam fulget constantia exigente prosperum & salubrem statum paterno zelantes affectu hujusmodi supplicationibus inclinati singulas litteras prædecessorum hujusmodi, & in eis contenta quæcunque ac omnia & singula privilegia, concessiones, gratias & indulta, tam per Romanos Pontifices, quam Sacris Canonibus non contraria per Imperatores & Reges, Duci & Nationi Sabaudiæ concessa auctoritate Apostolica tenore præsentium, ex certa scientia approbamus & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decernimus, supplentes omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et pro potiori cautela præmissa omnia & singula prout per prædecessores & Imperatores, ac Reges prædictos concessa indulta, statuta ordinata, & decreta fuerint, de novo concedimus, indulgemus, statuimus, ordinamus & decernimus, ac volumus etiam decernimus, quod illis, nec non prædictis, & præsentibus litteris nullo unquam tempore, etiam per Sedem eandem, aliasque, ut præfertur, derogari aut derogatum esse censeri possit, & quod aliter factæ derogationes nemini suffragentur, provisionesque, præfectiones, collationes, acceptationes, & aliæ dispositiones quæcunque in contrarium etiam per nos, & sedem præfatam pro tempore factæ nullius roboris vel momenti existant, nec aliquod jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, ipseque Emanuel Philibertus & pro tempore existens Dux, & personæ Ducatus, dominii & ditionis, prædictorum litteris derogatoriis & decretis super illis processi-

cessibus, ac illorum executoribus, & subexecutoribus, eorumque mandatis, & executionibus parere minime teneantur, sed his firmiter resistere, & litterarum hujusmodi executionem impedire, nec ratione resistentiæ hujusmodi censuris Ecclesiasticis per eosdem executores, & subexecutores innodari possint, & sic per quoscunque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibusvis causis & instantiis; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debeat, ac irritum & inane existat, quicquid secus super iis à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus fratribus nostris Augustensi & Niciensi, ac Astensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium seu alias præsentes litteras, & in eis contenta, quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Emanuelis Philiberti, ac pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis super hoc fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra, litteras, privilegia, concessiones, gratias, & indulta, prædicta firmiter observari, ac ipsum Emanuelem Philibertum, & pro tempore existentem Sabaudiæ Ducem illis pacificè frui & gaudere; non permittentes eum desuper per quoscunque cujuscunque dignitatis, status, gradus, auctoritatis, vel conditionis fuerint quomodolibet indebitè molestari. Contradictores, molestatores, ac rebelles quoslibet per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo, ac legitime super iis habendis servatis processibus, censuras & pœnas prædictas, quoties opus fuerit, aggravando. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis concessum fuit non obstare contrariis, quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca in quibus de eis fides forsan facienda erit perferri, volumus & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsorum transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Prælati Ecclesiastici, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis in judicio, & alibi, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, decretorum concessionis, indulti, statuti, ordinationis, voluntatis et mandati, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, sexto Id. Octobris, Pontificatus nostri anno quinto.

LXII.

Caroli V. Rom. Imp. iterata Privilegiorum Familiæ Sabaudicæ ab antecessoribus suis indultorum confirmatio, extensione privilegiorum Vicariatus adjecta, d. d. 16. Nov. A. 1555.

CAROLUS V. divina favente clementia Romanorum Imperator etc. Operæ pretium, planeque dignum aliquid Cæsarea nostra liberalitate & munificentia, nos facturos judicabimus, si pro nostra erga Principem ac Nepotem nostrum charissimum Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem benevolentia & gratia non modo præinsertis privilegiis, indultis & concesfionibus, a Divis Imperatoribus prædecessoribus nostris emanatis, fideli & Imperiali authoritate nostra corroborato testimonio ad tollendam temporum injuriam, quæ præclara & laudabilia senescunt & evanescunt, de integro fidem faceremus, verum etiam illa majoribus & amplioribus gratiis & beneficiis nostris auxerimus & ornaverimus. Motu itaque proprio non per errorem aut improvide, ex certa nostra scientia, animo deliberato, sano quoque Principum, Comitum, Baronum, Procerum, ac aliorum nostrorum, et Sacri Romani Imperii fidelium dilectorum accedente consilio, maturaque super his deliberatione præhabita, et de nostræ Imperialis potestatis plenitudine præinserta aliaque omnia et singula privilegia, indulta, concessiones, exemtiones, libertates, immunitates, gratias, honores, dignitates, et præeminentias tam præfatos, quam alios Romanorum Reges et Imperatores Prædecessores nostros, quondam Comitibus et Ducibus Sabaudiæ quomodolibet concessas et indultas seu concessa et indulta, in omnibus et singulis suis punctis, clausulis, articulis, sententiis et verborum expressionibus, sive hic insertæ et inserta sint, sive non, quæ quidem omnia hic pro sufficienter expressis et extensis haberi volumus supra dicto Emanueli Philiberto Sabaudiæ Principi et Nepoti nostro charissimo pro se et successoribus suis universis, de novo confirmavimus, approbavimus, ratificavimus et corroboravimus, ac quatenus opus ac expedit, de novo concessimus et elargiti sumus, nec non præfata privilegia, indulta et concessiones perpetui

petui nostri & Sacri Romani Imperii Vicariatus pro Ducibus Sabaudiæ, ampliavimus, auximus, in Astensi quoque & in Patria Niciæ viginti millien. Glandavens, Vencenque Diœceses, juxta tenorem aliarum Diœcesium, extendimus, prout ea omnia harum serie litterarum motu, scientia, animo, consilio & auctoritate nostris præfatis confirmamus, approbamus, ratificamus & corroboramus, ac quatenus expedit & opus est, de novo concedimus, elargimur, impartimur, ampliamus, insuper augemus & extendimus. Declarantes quoque ex iisdem scientia, auctoritate, *& potestatis plenitudine nostris, quod deinceps perpetuis futuris temporibus* dicto Emanueli Philiberti Duci Sabaudiæ Nepoti nostro charissimo hæredibusque & Successoribus suis in præfatis Episcopatibus omne Jus, quod Prædecessores nostri Romanorum Imperatores & Reges, in illis olim habuerunt, & Nos Sacrumque Romanum Imperium tam de Jure vel consuetudine habere possumus, ad illum & illos spectare & pertinere, dictæque Diœceses sub- & in Vicariatu Imperiali Generali Sabaudiæ Ducibus concesso, quoad ea, quæ a Sacro Romano Imperio moventur & dependent, comprehendi & ipsorum Episcopos respectu prædictorum erga eundem Emanuelem Philibertum & ejus Successores ut supra ad omnia, quæ cæteri Prælati Patriæ & Ditionis Sabaudiæ, & aliarum Provinciarum, vigore dictorum privilegiorum superius insertorum tenentur & astricti sunt, teneri & obligari debeant. Volentes & hoc Cæsareo nostro statuentes edicto, præinserta privilegia omnia & singula, & hanc nostram confirmationem, approbationem, ratificationem, concessionem, gratiam, ampliationem, auctionem, extensionem & declarationem, perpetui roboris firmitatem habere, atque ubique tam in Judicio, quam extra ratam firmam validam & perpetuam esse, & ab omnibus inviolabiliter observari debere; supplentes omnem defectum tam juris, quam facti, si quis in prædictis omnibus & singulis intervenerit, aut intervenisse dici aut allegari posset; perpetuo irritum & inane esse volentes, & Imperiali potestate nostra decernentes, quicquid in contrarium factum fuerit, etiamsi talia essent de quibus mentio specialis fieri deberet, non obstantibus decretis, statutis, ordinationibus, & aliis in contrarium facientibus quibuscunque, quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent, seu quovis modo obstare possent scientia & auctoritate prædictis derogamus & derogatum esse volumus, Mandantes proinde Universis & singulis Principibus, Ecclesiasticis & Sæcularibus, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Vicedominis, Civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Gubernatoribus, & Locumtenentibus, eorundem Judicibus, Consulibus, Communitatibus, & denique omnibus aliis nostris, & Imperii Sacri ac aliorum Dominiorum nostrorum subditis fidelibus, dilectis, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, aut conditionis existant, ut privilegia præfata, exemptiones, immunitates & has nostræ confirmationis, approbationis, ratificationis, innovationis, ampliationis, auctionis, extensionis declarationis, decreti, suppletionis & derogationis litteras inviolabiliter observent, & observari faciant, dictumque Emanuelem Philibertum Ducem Sabaudiæ, Nepotem nostrum charissimum, ejusque hæredes & successores in eis nec turbent nec impediant, verum ipsis & præsertim perpetuo Vicariatu Imperiali generali, sic ut supra a nobis ampliato, & extenso libere & quiete uti, frui & gaudere jugiter & in perpetuum sinant, quatenus gratiam nostram charam habeant, & præter nostram, Imperiique sacri indignationem gravissimam, & pœnas in dictis Prædecessorum nostrorum nostrisque literis contentas & expressas, pœnam centum Marcharum auri puri pro dimidia Fisco nostro Imperiali & pro residua injuriam passi vel passorum usibus irremissibiliter applicandam toties quoties contra factum fuerit, noluerint incurrere. Harum testimonio literarum manu nostro subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in oppido nostro Bruxellæ, Ducatus nostri Brabantiæ, die decima sexta mensis Novembris, Anno Domini Millesimo quingentesimo quinto, Imperii nostri trigesimo sexto & Regnorum quadragesimo.

CAROLUS.

V^t. Perennot.

V^t. Seldt.

Ad Mandatum &c.

FINTIN.

LXIII.

Ferdinandi I. Rom. Imperatoris confirmatio Privilegiorum ab antecessoribus suis Sabaudiæ familiæ concessorum, d. d. 6. Martii An. 1562.

FERDINANDUS I. Romanorum Imperator &c. Sane judicavimus fore operæ pretium & rem Cæsarea nostra liberalitate plane dignam, si Nos quoque pro nostra in Illustrissimum Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, gratia & benevolentia insertis privilegiis, indultis & concessionibus robur Cæsareæ nostræ approbationis & confirmationis adjiceremus, & quantum per Nos fieri potest, memoria eorum, nulla temporis longinquitate oblitteretur. Motu itaque proprio, non per errorem aut improvide, sed ex certa nostra scientia, animo deliberato, sano quoque Principum, Comitum, Baronum,

Baronum, Procerum, & aliorum Nostrorum & Sacri Romani Imperii fidelium dilectorum accedente consilio, maturaque desuper habita deliberatione & de nostræ Imperialis potestatis plenitudine præmissa aliaque omnia & singula Privilegia, indulta, concessiones, exemptiones, libertates, immunitates, gratias, honores, dignitates, & præeminentias, per divos quondam Prædecessores nostros Romanorum Imperatores & Reges, quondam Comitibus & Ducibus Sabaudiæ quomodolibet concessas & indultas seu concessa & indulta, ac novissime ipsi Duci Emanueli Philberto a quondam Divo fratre nostro, Imperatore Carolo V. aucta & ampliata in omnibus & singulis eorum punctis, clausulis, articulis, sententiis, & verborum expressionibus, sive præsenti nostro diplomati inserta sint, sive non, quæ quidem omnia pro insertis & sufficienter expressis haberi volumus, supradicto Emanueli Philiberto Sabaudiæ Duci, & Consanguineo nostro charissimo, pro se & successoribus suis universis de novo confirmavimus, approbavimus, ratificavimus, ac quatenus expedit vel opus est, de novo concessimus & elargiti sumus, prout ea omnia harum serie litterarum confirmamus approbamus, ratificamus & corroboramus, ac quatenus opus est, & expedit, de novo concedimus & elargimur; Volentes & hoc nostro Cæsareo Edicto statuentes inserta privilegia omnia & singula & hanc nostram confirmationem, approbationem, ratificationem, corroborationem & concessionem perpetui roboris firmitatem habere, & ubique tam in judicio, quam extra ratam, firmam, validam et perpetuam esse et ab omnibus inviolabiliter observari debere. Supplentes omnem defectum tam Juris quam facti, si quis in prædictis omnibus ac singulis intervenisset, vel intervenisse dici seu allegari posset; perpetuo irritum & inane esse volentes, et de præfata nostra Cæsarea potestate decernentes, quidquid in contrarium factum fuerit, etiamsi talia essent de quibus mentio specialis in præsentibus fieri deberet, non obstantibus decretis, statutis, ordinationibus, et aliis in contrarium facientibus quibuscunque: Quibus omnibus et singulis quatenus obstarent, seu quovis modo obstare possent, scientia et authoritate prædictis derogamus et derogatum esse volumus. Mandantes proinde universis et singulis Principibus Ecclesiasticis et Secularibus, Archiepiscopis, Episcopis et quibuslibet Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Vicedominis, civitatum, terrarum, oppidorum et locorum Gubernatoribus et Locumtenentibus, eorundem Judicibus, Consulibus, Communitatibus et denique omnibus aliis nostris et Sacri Romani Imperii subditis ac fidelibus dilectis cujuscunqe præeminentiæ, dignitatis, status, gradus aut conditionis existant, ut privilegia, exemptiones, et immunitates, atque has nostræ confirmationis, voluntatis, decreti, suppletionis et derogationis litteras inviolabiliter observent et observari faciant, dictumque Emanuelem Philibertum Ducem Sabaudiæ Consanguineum nostrum ejusque hæredes et successores in eis nec turbent nec impediant: verum ipsis et præsertim perpetuo Vicariatu Imperiali generali à Divo quondam Fratre nostro, Imperatore Carolo V. præclarissimæ memoriæ, ampliato et extenso, libere et quiete uti, frui et gaudere jugiter et in perpetuum sinant, quatenus gratiam nostram charam habeant, et præter nostram et Sacri Imperii indignationem gravissimam, ac pœnas in præinsertis Divorum Prædecessorum Nostrorum litteris contentas et expressas, pœnam centum Marcharum auri puri pro dimidia Fisco nostro Imperiali, et pro residua, injuriam passi vel passorum usibus irremissibiliter applicandam toties quoties contra factum fuerit, se noverint incurrere. Harum testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum, et Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ, die sexta Mensis Martii. Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Regnorum nostrorum Romani trigesimo secundo aliorum vero trigesimo sexto.

Ferdinandus.

Ad mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium.

Vice ac nomine Reverendissimi Domini Archi - Cancellarii Mogunt.

Vt. Seldt.

M. Sigmoser.

Rta. Barthol. Argent.

LXIV.

Tabulæ fœderis initi inter Emanuelem Philibertum, Sabaudiæ Ducem, & Bernam Civitatem, d. d. 5. Maji, An. 1570.

Wir Emanuel Philibert von Gotes Gnaden Hertzog zu Savoy, Chablais vnd Augstal, Evviger Vicarj. vnd Fürst des Heiligen Römischen Reichs, Marggraff in Italien, Fürst in Bemont, Graff zu Genevois, Bugey, Freyherr zu Gex vnd Faussigny, Herr zu Noze, Bresse vnd Verceil, an einem: vnd vvir Schultheiss, Klein vnd Grosse Räth der Stat Bern, am Andern Theil: thund khund allen Gegenvvärtigen vnd Künfftigen: Demnach grosse Fründtschafft vnd Einigkeit über menschlich Gedeacken jederzeit zvvüschend unsern sellige Gedächtniss Vorfahren gevvesen, zu vvellicher Fründtschafft Beharrung vnd

vnd Erhaltung sie sich nach verbindtlicher mit evvigen Pündtnussen zusammen verpflicht, dero eine im 1498. Jahr, die andere im 1509ten Jahr nach andern vorgehenden ufgericht, in Betrachtung der Gelegenheit beyder Theillen zusammen stossenden Landen, gemeinen Handels vnd täglichen Wandels, hierdurch dann gemeinem Heil, Wolfahrt, Schutz vnd Schirm, gütlich zu Erhaltung beiderseits Stand gerathen, alldievveil solche Fründtschafft Bestand gehebt, vnd bestendig verbleiben vvurd: In Bedencken des alles habend vvir vvüssentlich, mit freyem Willen, uss volkommer Macht vnd Gevvalt, berührte Pündtnus, Wyss vnd Mass, nachbarlichen mit einandern zu läben (so etlicher Zeith vnd Anlässen halb geschvvächt gevvesen, aber sythar zu gutem Friden gebracht vvorden) mit gleichen guten Willen vviederumb erneüvvert vnd bestätet, mit etvvas Erleütherung vnd Erklährung der alten Pundtsbrieffen, in eine neüvve Form gebracht, als hernach stath:

Dass Ersten sind wir zu beiden Theilen übereinkommen, vns in diss Pündtnus ze halten in Form vnd Gestalt, vvi vveiter folget. Namlich ist das fürnemlich disser Pündtnus nit, jemands anzegryffen, nach einichen Fürsten oder Stat krieglich anzufechten, sonders allein vnser Herrschafften, Land, Ehr vnd Gut vnd eignen Staat zu erhalten, sonst niemand zu beleidigen oder anzutasten, die vns in rühvviger Besitzung bleiben lassen. Ob aber jemand, vver der vvere, vns hierin krieglich thätlicher Wyss, vvider Recht vnd Billichkeit betrüben vvolte, über das die umb Hilff angeruffte Parthey mit Pottschafft vnd Brieffen möglichen Fleiss angevvendt, den Feind der angefochten Parthey zu versühnen, oder die Spän vnd Bevvegung des fürgenommenen Kriegs Abschaffung ze leisten, vnd gebürlichen Rechten die vermeinten Ansprachen zu vntervverffen, vnd aber sollich Recht biethen, auch andere Fridvverbung mit Brieffen vnd Potschafften gegen den Kriegfreüvver dahin geküst, über alles vorgemelt billich Erbieten unerschiesslich seyn vvurde, alsdann vnd auch hierzvvüschen, als man in solcher Fridvverbung stath, soll der gemante Theil nit desto minder sich rüsten, dem andern starcke Hand zu biethen, vnd durch andere Mittel vnd Rechtpieten nit mag zu frieden bleiben, vnd solle die Hülff fürderlich, zum längsten in Monatsfrist, nach der empfangenen Mahnung, beschehen, vnd der gemant Theil hierzvvüschend der Friedvverbung mit Brieffen vnd Potschafft, als obstath, gerüst syn, vnversehens Vberfahl des Feinds zu vermiden, der betruglich sein Bescheid oder Antvvort verziehen möchte, zu Nachtheil des Hilffsbegehrenden; Wann nun also kein ander Mittel, dann das Krieg verhanden, vnd der über Emanuel Philibert Herzogen zu Savoy gericht ist, so vvir hiesshalb dem Lambartischen Gebirg jetzmahln rühwiglich besitzend, sollend vvir vnser Mann, Brieff vmb Hilff vnd Schirm vnserer Landen vnd Herschafften, den gemelten Herren Schultheissen vnd Rath der Stat von Bern, zuhanden schriben, sie vmb Hilff zu Erhaltung berürter vnserer Landen, (vnbegriffen allein die, so ennet dem Gebirg gelegen) ansuchen: vnd vvann vvir von Bern in solchem Fahl schuldig syn, seiner Durchleuchtigkeit zuzuschicken, namlichen zum vvenigsten, so die sie fordern mag vnd vvir geben sollend, drüthusend Knecht, vnd zum höchsten thusend vvolgerüst vnsers Volcks, Spiesstrager, Halbarten vnd Büchsenschützen aufgerüst, vnd gevvaffnet, nach Gestalt des fürgefallenen Kriegs, mit allerley Gevvehr, als vvir selbs gevvohnt, si in unsern eignen Kriegen zu gebrauchen, vnd das in seiner Durchleuchtigkeit Beschvverd vnd Besoldung, namlichen 1300. Cronen (jede Pr. 48. Sols, oder 4. Frankrychisch Pfennig gerechnet,) auf jede Gesellschafft, so 300. Knecht hat, jedes Monaths zu bezahlen; In dieser Zahl der 1300. Cronen sollend dann auch begriffen syn, die Ubersöld, samt den Haubtleuthen vnd anderer Emteren Besoldung: Hinvviderumb vnd damit die Bedingung der Hilff (ussgenommen der Besoldung halb) gleichmessig seyn, vvann die von Bern über vnd vvider Entpietung dess Rechten, vnd vorberührter Fried-Werbung, durch unss dem Hertzogen von Saffoy mit Potschafft vnd Briefen von ihren vvegen gesucht, unerschiesslich syn, vnd sie darüber angefochten vvurden, so sollend vvir erstgemelter Hertzog Emanuel Philibert zu Saffoy (als byvvyl der Friedvverbung, als obstath, darzu bereit) pflichtig syn, ihnen auf ihr Mannung vns selbs oder vnsern Rath in Savoy zugesandt, in Zihl vnd Maass, als hieob der gesagten von Bern Verbindung gegen vns vvist, unser Hilff zuzeschicken, namlich zum vvenigsten so sie fordern mögen, vnd vvir geben sollend 300. Pferd, Büchsen-Schützen, und zum höchsten 500. Pferd, vnd 300. Fuss-Knecht, dero die zvven Theil Schützen, die andern aber Spiesstrager vnd Halbarter seyend, vvolgerüst zu Schirm der Landen, so sie disser Zeit ruvvig besitzend, ohne einiche Vorhalt, vnd das auch auff vnseren des Hertzogen Costen und Besoldung: Belangend das Gross Geschütz, da vvird jeder Theil sein Kriegs-Volck nach heischend Nothurfft versehen; vnd dann des Proviant vnd Munition halb auch ein Einsehen beschehen, dass sollichs ordenlich vnd in solchem Wehrt Gang habe nach Gestalt der Jahrgängen vnd Gelegenheiten, mit Ansehen des Kriegs-Regenten vnd andern Proviant-Meisteren: Hiemit auch alle Verhinderung der Hilff zu vermeiden, ist erlütheret, dass bemelte Hülff beiderseiths in Monats-Frist, nach der Mahnung Empfahung, in Form vnd Gestalt, obstath, beschehen soll, vnd die Besoldung angahn, vann die Knecht ihren Angang auss der Statt Bern thund, vnd also für vnd für, biss sie vvider zu Bern ankommend; Es ist auch beschlossen vnd abgeredt, dass die zu-

geschickte

geschickte Hülff biss zu End des Kriegs von dessvvegen, vvyl sie erforderet, beharren solle; Es vvere dann, dass die Parthey, so die Hilff begehrt, die zugeschickten Knechte ehe erlauben vvolt, oder der Theil, so die Hilff geschickt, mit Krieg in seinen Landen angefochten vvurde, dann mag er in solchem Fahl die Seinen vviederumb beruffen, auch in erstgemeltem Fahl des Kriegs die Hilff versagen, aber sonst gar nit.

Weither ist abgeredt, dass der Theil, so Hilff begehrt, vnd von dem andern erlangt hat, kein Friden noch Vertrag mit dem Feind, vvider den die Hilff ervvorben, annemmen sölle, ohne Versicherung der Hilff Widerfahrt ihr Vaterland vnd der Parthey, so die Hilff gegeben, mitgetheilt; Item alle vnd jede Schloss, Stätt vnd Vestinnin, in vns beiderseits Landen, auf die sich diesere Pündtnuss erstreckt, söllend zu zeithen vnserer sonderbahren Kriegen, so jemand vvider vns führte, vns offenstahn zu vnserem Ausgang vnd Eingang, vvann es die Nothurfft haischet; doch dass sollichs beschehe vss Ordnung vnd Ansehen der Herrschafft, so denzumahl mit offnem Zeichen im Feld ist, vnd mit Bezahlung aller Dinge, so billich zu bezahlen gehörend, ohne Vervvüstung der Ohrten vnd Landen, da man durchzeicht, vnd dero man sich also gebraucht: Es ist aber diser Bruch der Vestinen vnd Pässen allein vnseren natürlichen Unterthanen zugelassen, vnd nit frömden Nationen, die vvir einer oder ander Zeith in vnseren Kriegs-Geschäfften annemmen möchten vnd bruchen; Es sind auch aussbedingt, die Schlösser vnd Vestinen des anderen näheren Kriegs-Volcks, darauss mögliche Entschüttung bevvysen im Fahl der Noth: Item vvann sich Vnrühw vnd krieglichhe Empörung in der Fürstl. Durchl. Landen, in disser Pündtnus begriffen von der Religion vvegen, (das der Güetige Gott verhüeten vvolle) zutruge, dero Anfänger Ihr Fürstliche Durchl. vvere, vnd nit anderst, oder so ihr Durchl. vnterstunde, etliche Ständ von der Religion vvegen zu bekriegen. So habens vvir Schultheiss, Klein vnd Gross Räth der Stat Bern vns diser zvveyen Fählen halb vorbehalten, dass Ihr Fürstl. Durchl. vns vveder solle noch möge mahnen, Ihro einiche Hilff vnd Bystand zu bevvysen; gleichen Verstand hat es auch in solchem Verstand der Hilff halb, so Sein Fürstl. Durchl. vns von Bern pflichtig ist; Weither vvo einicher vnserer der Partheyen Vnderthanen sich vngehorsam seiner Obrigkeit, oder dem Rechten, gegen vvem das vvere, vvidersetzen vvurde, an dem Ohrt, da er gesessen vnd Gericht gehörig ist, in allen Burgerlichen Sachen vnd Policeyen; Es soll auch kein Theil des anderen Vnterthanen in Burg-Recht noch Pündtnus nemmen, vves Standts die seyend, doch dass die gebührliche Freyheit von einem Ohrt an den andern zu ziehen nicht aufgehebt vverde, soll solches einem jeden, der das ehrbarlich, one Betrug vnd Argvvönige Practiken, gebrucht, zugelassen syn, doch mit Wüssen, vnd Vrlaub nemmen, oder begehren in eigner Person; namblich die in Saffoy, so vnder disser Pündtnuss begriffen, von der Fürstl. Durchl. selbs, vvann Sie disshalb Gebirgs ist, oder so Sie ennethalb Gebirgs ist, von Ihrem Rath in Savoy; vnd die von Bern von dem Rath daselbst; vvellich begährte Vrlaub ihnen vuversagt syn soll, es vvere dann, dass der Vrlaub-Begehrer vorhin geistlicher Wyss angeregt vnd behafft etlicher Misshandlung vnd Fehlers vvider Burgerliche Satzungen begangen, vvelche auch also ihr Wonung vnd Herrschafft verendern, söllen vveder an Leib noch Guth durächtet vverden, sonders mögen sie das rühigklich ohne einiche Betrübnuss nutzen, doch mit Bezahlung der Zinsen, Zehenden, vnd anderen Gefällen, damit die Güeter, da sie gelegen, behafft sind, aber die persönliche Pflicht söllend sie leisten der Herrschafft, hinder die sie gezogen, vnd der anderen, (so sie dess befüegt) durch ein Statthalter oder Mittel-Persohn, vermög des dreyzehenden Artickels Losannischen Vertrags, alhie zum kürtzesten vvider äfferet. Kein Theil soll auch des anderen Feind, Rebellen oder Widervvertige in synen Landen Vnterschlauff noch Vffenthalt vvüssentlich geben, sonders die heimbvvyssen vnd verjagen, auch Gericht vnd Recht, so es die Noth erheüscht, gegen ihnen ergehen lassen; Item einiche eines oder des andern Theils Vnterthanen in Verfolgung oder Sorg der Verfolgung stunden, allein von der Religion vvegen, vnd mag sich selbs mit Flucht hinder die andere Herrschafft erretten, so soll der Fürst oder die Herrschafft, hinder vvelche ein solcher entgaht, nit schuldig syn ihne der anderen vvieder zu stellen, noch seiner Landen zu vervvyssen, so lang er sich erbarlich haltet; das Gut aber, so ein solcher Abgetretner hinder der anderen Herrschafft, da dannen er gevvichen, verlassen, soll zu Bescheidenheit des Fürsten vnd des Herren des Lands oder Ohrts stahn, denen er entvvichen, gleicher Wyss, vvann einer ein Abtritt von der Religion vvegen thäte, der aber über das zuvor angeragt vnd behafft vvere, etlicher anderer Missethaten, hinder dem Land, dannen er abgevvichen, begangen, so soll der Inhalt des nechst vorgehenden Artickels seinethalb gehalten vverden, vnd damit vns vns vnd den vnseren Mangels halb Rechtens vnd Form deselben keine Beschvverd ervvachse, ist abgeredt, dass vnser beiderseiths Vnterthanen in keinen Weg, noch von keiner Ursachen vvegen gepfendt, verkefft noch verpotten vverden sollen, dann allein vmb gichtig Verbrieff, oder mit Kundschafft gnugsam bevvissenen Schulden; hierin ussbedingt die Fräffel-Sachen, vvelche an Ohrten, da sie begangen, abtragen sollend vverden,

vnd die Kläger den Antvvorter, vmb alle andere vngichtige Anſprachen für ſeinen ordentlichen Richter bringen; vnd auf daſs man eine ordenliche beſtändige Form des Rechten, oder der Rechts-Vbung allerley Sachen habe, es ſeye vmb Anſprachen, ſo vvir beid Haubt-Stätt gegen einanderen, oder ſonderbahr Perſohnen, für billich rechtmeſsig Forderungen gegen vns, den Haubteren diſſer Pündtnuſs herend, da iſt abgeredt, vvann der Hertzog zu Savoy, oder etvvas der vnſeren, ein Anſprach gegen dem Regiment der Statt Bern, oder gedacht Regiment, oder einicher derſelben Unterthanen gegen vns dem Hertzogen zu Savoy, eine redliche Anſprach hat, vnd die anſprechig Parthey nit abſtehen vvill, ſolliche Anſprach mit Recht zutryben, ſo mag die klaghaffte Parthey die Verſprechende Parthey helffen citiren auf einen beſtimten March-Tag in der Stat Loſanna für vier Wilkuhr Richter zu beiden Theillen ernennet, nemmlich zvveen vſs vnſerem des Hertzogen zu Savoy geheimen Rath zu Savoy, oder vnſerem Rath in Savoy, vnd zween des kleinen Raths zu Bern, ſamt einem Obmann, vvelchen der Klager zu nennen vnd zu erwehlen hat, den ſollend dann wir die Haupt-Partheyen billich erſuchen, ſich der Obmanſchafft anzenemmen, nammlich ein alten oder neüvven Schultheiſs zu lützern, ein neüvver oder alter Land-Amman zu Vry, Schvveytz vnd Glaruſs, ein alten oder neüvven Burgermeiſter zu Baſſel oder Schaffhuſen, zu Wohl des Klägers, vnd diſſen zvvölff ehren Perſohnen ein Obman zu nemmen, der ihnen gefällig: derſelbig Obmann ſoll denn by den vier erſtgemelten Richtern zu Gericht ſitzen, die Auffführungen vnd Anſprachen, (ſo die deütſcher Spracher gahn ſollend) anhören, deſto baſs vnd mit geringſten Coſten ſein Vrtheil vvüſſen zu geben; Wann dann durch die vier Richter, oder den mehr Theil vnter ihnen, fründtlicher Wyſs, vvelches allvvegen vorgahn ſolle, oder nach der Stränge des Rechten erkhendt vvird, das ſoll veſtengklich, ohne vveither Appellieren, gehalten vverden, vnd ſolliche fründtliche oder Rechtliche Ausſpruch durch die vier Richter von Stund an, oder zum lengſten in Monats-Friſt, nach angehabten Rechten gefelt vverden; Sofehr aber die vier Richter nit zuſammen zugend, ſondern ſich zvveen gegen zvveen theiltend, ſol volgends in Monats-Friſt, ohne lengeren Verzug der Obman ſein Vrtheil vnd Erörtherung über der Richteren Erkantnus geben; vnd vvelchen zvveyen Richteren der Obman mit ſeinem Urtheil zuſtimt, derſelben fründtliche oder Rechtliche Erkantnuſs ſoll Würckung vnd Krafft haben, ohne Widerſprechen. Wann nun vor Auſsgang der Rechts-Hendlen, ſo den March-Rechten vntervvorffen, einicher vnder den Richteren oder der Obman ſelbs tödtlichen Zufahls halb, oder anderer Geſtalt, abgünd ſeyn vvurde, ſo mag die klagende Parthey ein anderen ihro gefälligen an Ohrten vnd Standts vorermelt, ervvählen, vvelchen die beide Oberkeiten, als vorgeſagt, auch ſeine Herren vnd Oberen ihne Zunemmung der Obmanſchafft zevvyſſen pitlich erſuchen ſöllend, vnd dieſelben Richter ſamt dem Obmann, vmb ſo vil ihr Richter-Amt betrifft, ſo lang das vvähret, vnd nit vvyter, denn in diſſem Fahl der Eiden vnd Pflicht, damit ſie ihren Herren vnd Oberen vervvandt, erlaſſen ſyn; Aber vmb die Anſprachen, ſo ſonderbahre Perſohnen, Herrſchafften vnd Gemeinden, vnder einanderen gevvünnend, iſt abgeredt, daſs ſolcherley Rechts-Fertigungen nit auf die March zezühen gehörend, ſonders diſſe Art perſönlich Anſprachen vor dem ordentlichen Richter des Antvvorthers, vnd die gar ſächlichen Anſprachen vmb Herrſchafften, Erb-Güeteren, Erdtrich, vnd andere unbevvegliche Stuck, vor dem Richter vnd der Obrigkeit, da die vnbevveglichen Ding gelegen, uſsgefuhrt vverden; vnd über ſolliche perſönliche vnd Rechtliche Auffrächen ſöllen die erſten ordentlichen Unter-Richter ihr Urtheil über den Haubt-Handel fellen, mit Vermydung aller kleinfüegigen Byhändeln, ſo die Haubt-Sach nit mit ihnen zühend: Welche dann vnter den Partheyen des erſten Vrthel beſchvverdt iſt, mag die für den oder die oberen Richter der vnteren Richteren appellieren, entlicher Vrtheil zu Genieſs oder Verlurſt allda vnd ſonſt niendet, zu ervvarthen; hierin vvöllend vvir beiderſeits auſstrückenlich Einſehen thun, daſs vnſer Amtleuth jederman gut kurtz Rechthaltind: Diſſe Rechts-Form ſoll gentzlich gehalten vverden, vnd kein Theil Gewalt haben, den anderen für einiche andere Richter zu zühen, vmb vvas Sachen das ſeye.

Wir die beyd Oberkeiten vvöllend auch vnſere jederſeits Unterthanen darzu halten, daſs ſie ſich in ſolche Recht ergebind, dem gehorſam ſeyend vnd Statt thügind, ſo alſo erkhendt vnd geſprochen vvirt, one einiche Ynred vnd Widerſprechen; Item ſo vil gemeinen Handel, Gevverbſchafft vnd Wandel vnſerer Burgeren, Kauffleuthen vnd Unterthanen betrifft, ſöllend dieſelben beiderſeits Leibs vnd Guets vnd Kauffmanſchafft halb in allen unſeren Landen, auf die ſich diſſe Pündtnus ſtreckt, vnverſpehrt vnd ſicher ſein, vvir ſie auch bevvahren vor Vnbill vnd Gevvalt vnd Schaden, nach vnſerem Vermögen, ihnen auch, vvo es vonnöthen, ſicher Gleith für Leib vnd Gut mitheillen, vnd ſo möglich bevvahren, daſs ihnen vveder Gevvalt, Vnbillichkeit, Vberfahl noch Verhinderung begegne, ohne daſs jemand den anderen verfolge noch erſuche der Religion noch anderen Sachen halb; doch dergeſtalt, daſs auch die Handel- vnd Gevverbs-Leuth den Burgerlichen Geſatzen des Stands, da ſie handthieren, nit zuvvider handlind.

Wir

Wir habend auch zvvüschend vns entlich beschlossen, dass keinem vnserer Vnterthanen, vvess Würde vnd Standts die seyn, gebühren soll noch mag einiche frömde oder Personen Ansprachen an sich zu nemmen, oder zu überkommen, in einichen Weg; vvelche aber söllichs thätind, die söllend für vnrechtmesige Ansprachen geachtet, vnd im Gericht nit angenommen vverden; doch vorbehalten söllich Ansprachen, die erblicher, oder anderer erbarer Gestalt einem zufallend.

Wir empiethend auch zum strengisten, by Straff Leibs vnd Guts, allen vnseren Vnterthanen, vvas Stands die seyend, sich zu versammlen, noch Versammlungen mit gewehrter Hand anzurichten, vmb vvas Sachen das seyn möchte, ohne austrückenliche Vrlaub vnd Gebot ihrer Herren vnd Oberen, vvelche aber hiervvider thätind, die sollend zusamt der Straff die aufgeloffnen Costen an ihnen selbs haben.

Berühvvend die Zöhl, Gleith, vnd dergleichen Sachen den Gvverbschafften anhengig, vvöllend vvir vns dero gebruchen, vvie von alten Zeithen daher, ohne Steigerung vnd Neüvverung, mit Gedingen, dass zu Verhütung alles Missbruchs, das etliche Kauffleüth oder andere vnder solchem Schein gebruchen möchten, die Wahren vnd Kauffmans-Güeter sollend angeben vnd angezeigt vverden, vff die Form vnd Wyss, so hierinnen gegen Kauffläthe einer Eidtgnossschafft (vvelche auch Fürstl. Durchl. zu Savoy Fürsehung berührter Zöhlen vnd Tax-Bezahlung erlassen sind,) gehalten vvirt.

Wir habend auch vorbehalten, dass vvir hernach vveiter, als obstath, mit gemeinem Rath articulieren mögind, vvie es vns für gut ansehen vvirt, zu Schutz vnd Erhaltung vnsers Stands vnd der Vnseren, doch dergestalt, vvann einiche Artickel durch den einen Theil fürgeschlagen vnd angebracht vvurdind, so ihne bedunckten gemeinem Nutz dienstlich syn, die aber der ander Theil aus bevveglichen Vrsachen nit annemmen noch bevvilligen vvölte, so sollend von dessvvegen kein Punckten noch Artickeln in dissem Brieff begriffen, entkräfftiget syn, sonders nit desto minder in Crafft vnd Würckung bestahn, vnd bleiben.

Die Pündtnus vnd beharliche Verständnus soll also bestahn, die nechsten zvvantzig Jahr aufeinanderen folgende, nach dato diss Brieffs.

Hierin dann uf vns Emanuel Philibert, Hertzogen zu Savoy Seiten behalten vvir vor den Papst vnd Keysser, das heilig Römisch Reich, die Verkommnuss des Fridens im 1559. Jahr zvvüschen dem Allerchristlichsten vnd Catholischen Majest. von Franckrych vnd Hispanien aufgericht, die anderen Einliff Ohrt der Eidgnossschafft vnd Wallis.

Aber von vnser Schultheissen, Räth vnd Burgeren vvegen, zu Bern, das H. Römisch Rych, als von des Rychs vvegen, der evvig Frid-Stand mit dem Allerchristlichsten König zu Franckrych, die Erb-Einung mit dem Durchleuchtigen Hauss Osterrych, alle vnsere alte Eidt- vnd Pundtgnossen der Ohrten einer Eidgnossschafft, samt ihren Zugevvandten, auch alle vnsere Burger vnd Mit-Burger, samt den Verträgen zu Losannen vnd Neüss zwüschend der Fürstl. Durchl. vnd vns, der drey vvidergebnen Landvogteyen vnd derselben Religion halb aufgericht, vvelche allenklich in ihren Cräfften bleiben sollend.

Diss alles, so obstath, vestenklich zu halten, habend vvir Emanuel Philibert, Hertzog zu Savoy &c. vnd vvir Schultheiss, Räth vnd Burger der Stat Bern, beiderseits für uns vnd die Vnseren leiblich zu Gott geschvvornen Eiden, vnd Verbindung vnser Ehren; in Crafft diss Brieffs, so vveit derselb jeden Theil bindet, vnd dem anderen verpflichtet, ohne alle Geferd, vvelcher geben ist vnter vnsern beiderseits grossen anhangenden Insigeln zu Bern in der Statt, den 5ten Meyen, 1570.

LXV.

Bulla Gregorii XIII. Pontif. maxim. qua Bullas Domui Sabaudicæ propter collationem beneficiorum Ecclesiasticorum An. 1451. & 1474. concessas, confirmavit, d. d. prid. Jd. Decembr. An. 1572.

Gregorius XIII. Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Divina disponente Ecclesia super universos Christiani Orbis Principes meritis licet imparibus constituti, circa ea, quæ pro salubri & quieto dominiorum quorumlibet statu, & stabilitate terrarum Principibus præsertim de fide Catholica, Republica Christiana, & Sede Apostolica benemeritis concessa reperiuntur, ut illa eò firmius illibata persistant quo sæpius fuerint ipsius Sedis auctoritate munita, & in quibus illa concessa reperiuntur pacifica illorum possessione gaudentes eorum solita erga eandem Sedem devotione ferventius perseverent, Pastoralis officii nostri partes cum à nobis petitur, libenter impartimur. Sanè exhibitæ nobis nuper pro parte Dilecti filii Nobilis viri Emanuelis Philiberti, Sabaudiæ Ducis petitio continebat, quod alias postquam felicis recordationis Nicolaus Papa V. prædecessor noster bonæ memoriæ Ludovico Sabaudiæ Duci, tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumvis ad quarumcunque Ecclesiarum, vel Monasteriorum infra districtum sui temporalis dominii consistentium regimina seu provisionibus quibuslibet, de quibusvis dignitaribus dispositione Apostolicæ reservatis inibi consistentibus quibuscumque per dictum prædecessorem faciendis statuti suo proveniret dispendium, aut alia quævis adversitas intestina præfatum Ducem certum per

per suas litteras reddiderat, & sibi promiserat, quod ipso, & dominio hujusmodi in integritate obedientiæ præfatæ Sedis persistentibus ad quarumcunque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra districtum prædictum, neminem præficeret, seu illis de quarumcunque personis non provideret, nisi habitis prius per eum intentione, & consensu ipsius Ludovici Ducis de personis idoneis ad regimina, seu dignitates Abbatiales hujusmodi promovendis, vel de quarum personis tales provisiones forent faciendæ, de aliis vero dignitatibus, videlicet post Pontificales, majoribus & Prioratibus Conventualibus, ac aliis eidem dispositioni reservatis in districtu prædicto consistentibus personis provideret idoneis de locis tamen ipsius Ludovici Ducis ditionis, aut sibi gratis, & acceptis de aliis locis oriundis. Præterea Prioratus Tallueriorum, Ripaliæ & Novalitii, ac Præposituram Montis-Jovis, qui in confinibus hujusmodi dominii consistebant, si & cum illos vacare contingeret, nulli conferre, nisi similiter ab ipso Ludovico Duce ejus intentione habita de personis quibus collationes hujusmodi forent faciendæ, gratias autem expectativas, & speciales reservationes quaslibet cum quibusvis quæ ex illis dependebant providendi mandatis in districtu prædicto personis duntaxat quæ locorum ejusdem districtus alienigenæ vel extraneæ non forent, nisi forsan ejusdem Ludovici Ducis consensus aliis personis super hujusmodi gratiis obtinendis suffragaretur, concederet. Quodque si forsan ex importunitate petentium, aut per præoccupationem, seu alias inadvertenter per eundem Prædecessorem contra præmissa, quasvis provisiones, præfectiones & prælationes fieri, alias quicquam concedi contingeret, statuerat & decreverat, ea omnia, utpote præter, & contra mentem suam ab eo extorta, & quæcunque inde secuta, cum processibus inde pro tempore habitis, quasvis etiam in se censuras, & pœnas continentibus, nullius fore roboris, vel momenti, ipsisque processibus minime intendendum, seu parendum esse, nec censuras, & pœnas hujusmodi quempiam arctare, sed illas, & eosdem processus penitus haberi debere pro infectis. Piæ memoriæ Sixtus Papa IV. & Prædecessor noster per suas litteras statuit, & ordinavit, quod nullus alienigena, seu alterius nationis, vel dominii, aut cujusvis ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione, vel dominio hujusmodi oriundus, vel saltem verus, & actualis illorum incola, cujuscunque dignitatis, status, gradus, vel conditionis existeret beneficia Ecclesiastica, Sæcularia, vel cujusvis Ordinis Regularia, cum cura, & sine cura, quæcumque, quocumque, & qualiacumque forent, ex tunc deinceps vigore litterarum quarumcunque gratiarum expectativarum, quæ sub quacumque verborum forma emanarent, acceptare, seu obtinere, nec jus aliquod acquirere posset, ac decrevit locorum Archiepiscopos & Episcopos, ac Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, & Conventus eorundem, dictarumque Ecclesiarum Capitula, & quosvis alios Ordinarios prætextu litterarum hujusmodi sub quavis verborum forma & expressione, aut cum specifica, & individua statuti, & ordinationis hujusmodi derogatione à Sede prædicta, vel Legatis ejusdem, ex tunc in antea impetrandarum, & processuum habendorum per eosdem, & quasvis censuras, & pœnas in se continentium ad receptionem alicujus, vel aliquorum ad beneficia prædicta adversus statutum, & ordinationem hujusmodi compelli minime debere, seu posse. Quodque censuræ processus, & pœnæ hujusmodi, & si dictæ litteræ motu proprio, & ex certa scientia emanarent, minime arctarent, sed haberentur pro cassis, irritis & infectis. Et deinde recolendæ memoriæ Innocentius Papa VIII. similiter Prædecessor noster litteras Sixti Prædecessoris, hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta per alias suas litteras approbavit, nec non successive sanctæ memoriæ Julius Papa II. & Prædecessor noster singulas Sixti & Innocentii Prædecessorum litteras hujusmodi ex certa scientia innovavit & approbavit, decernens, quod illæ perpetuæ firmitatis robur obtinere deberent. Quodque illis per quascunque litteras, & quasvis etiam derogatoriarum, derogatorias, seu fortiores, & insolitas clausulas in se continentes nullatenus derogatum esse censeretur, nisi illorum toto tenore de verbo ad verbum, nihil penitus omisso inserto, nec non de speciali, & expresso pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis consensu, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de novo statuit & ordinavit. Ipseque Julius Prædecessor similis memoriæ Bonifacii Papæ VIII. & Prædecessoris nostri, qui bonæ memoriæ Amedeo Comiti Sabaudiæ, tunc in humanis agenti per suas litteras indulserat, ut nullus Delegatus, vel Subdelegatus executor, vel subexecutor à Sede prædicta deputatus posset in personam ipsius Amedei Comitis excommunicationis, & in ejus terras interdicti sententias promulgare sine speciali mandato Sedis ejusdem faciente plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, vestigiis inhærendo, quondam Carolo Sabaudiæ Duci similiter tunc in humanis agenti, ut nullus Delegatus, vel Subdelegatus per litteras Apostolicas, in suam, & uxoris, ac liberorum suorum personas excommunicationis sententiam promulgare posset, absque ejusdem Sedis speciali licentia faciente plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quodque in locis Ecclesiastico interdicto, & cum hujusmodi licentia suppositis, si eum ad illa declinare, vel in eis resi-

residere contingeret, Missas, & alia Divina officia, & apertis Januis Ecclesiarum, & campanis pulsatis, ac alta voce, excommunicatis tamen & interdictis exclusis, celebrari, nec non Ecclesiastica Sacramenta, quæcumque alias tamen ritè sibi, & ejusdem uxori, ac liberis ministrari facere, & illa suscipere liberè & licitè valeret, & valerent per alias suas litteras indulti. Et demum recolendæ memoriæ Leo Papa X. Prædecessor noster, singulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula privilegia, concessiones, gratias, & indulta, quæ tam per Romanos Pontifices, quam sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges pro tempore existenti Duci, & Nationi Sabaudiæ concessa fuerant ex certa scientia per suas litteras approbavit, innovavit, & confirmavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decrevit, supplens omnes, & singulos, juris, & facti defectus, si qui forsan intervenissent in eisdem, & nihilominus præmissa omnia, & singula, prout per dictos Prædecessores, & Reges concessa, indulta, statuta & ordinata fuerunt, de novo concessit, indulsit, statuit & ordinavit. Decernens illis, & litteris suis præfatis nullo unquam tempore per Sedem eandem derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & data litterarum Leonis Prædecessoris hujusmodi plena, specifica, individua, specialis & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio fieret, & ipsius Caroli, ac pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis, expressus ad id accederet assensus, & sic per quoscumque Judices, & Commissarios, & Causarum Palatii Apostolici Auditores, in quibusvis causis, & instantiis sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super iis à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attentari; & subsequenter similis memoriæ Clemens Papa VII. & Prædecessor noster singulas litteras singulorum Prædecessorum hujusmodi, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula privilegia, concessiones, gratias & indulta tam per Romanos Pontifices, quam Sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges, Duci & Nationi Sabaudiæ hujusmodi concessa, & ex certa scientia per suas litteras approbavit & confirmavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari decrevit, supplens omnes, & singulos juris & facti defectus, si qui forsan intervenissent in eisdem, & nihilominus præmissa omnia prout per dictos Prædecessores, Imperatores, ac Reges concessa, indulta, statuta, ordinata & decreta fuerant de novo concessit, indulsit, ac statuit & ordinavit: Decernens quoque illis & prædictis litteris, nullo unquam tempore per Sedem eandem, & per quascunque litteras, & quasvis generales, vel speciales etiam implicitè latissimè extendendas, aut alias, & derogatoriarum derogatorias, efficaciores & insolitas clausulas, ac etiam irritantia decreta sub quacumque verborum expressione in se continentes nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & data litterarum Clementis Prædecessoris hujusmodi, specialis, specifica, individua plena & expressa, ac de verbo ad verbum nihil omisso, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fieret, & expresse appareret Romanum Pontificem illis derogari voluisse, ac causa urgens, & sufficiens exprimeretur, & hujusmodi per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentes, tribus distinctis vicibus præfato Carolo, & pro tempore existenti Sabaudiæ Duci intimata, & insinuata esset, ipsiusque Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis ad id expressus accederet assensus, & aliter factas derogationes nemini suffragari. Nec non quascunque præfectiones, provisiones, collationes, acceptationes, & alias dispositiones in contrarium, & per Clementem Prædecessorem, & Sedem hujusmodi pro tempore factas, nullius roboris, vel momenti fore, vel aliquod jus, vel etiam coloratum titulum possidendi tribuere, ac Carolum, & pro tempore existentem Ducem, nec non personas Ducatus, dominii & ditionis hujusmodi litteris derogatoriis, & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus eorumque mandatis, & executionibus parere minime teneri, sed his firmiter resistere, ac litterarum hujusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ hujusmodi censuris Ecclesiasticis, per eosdem executores, & subexecutores innodari posse, & sic per quoscunque judicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, si secus super iis a quoquam contingeret attentari. Et postremo similis memoriæ Julius Papa III. & Prædecessor noster per suas litteras præmissa confirmavit, prout in singulis litteris præfatis plenius dicitur contineri. Quare pro parte ejusdem Emanuelis Philiberti Ducis, qui ut asserit dicti Caroli Ducis Natus existit, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus præmissis omnibus, & singulis pro firmiori illorum subsistentia, & nostræ approbationis robur adjicere, & alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eundem Emanuelem Philibertum Ducem non minoribus, quam Prædecessores nostri antecessores suos prosequuti fuerunt, favoribus, & gratiis prosequi cupientes eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, nec

nec non singulorum litterarum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati singulas prædecessorum hujusmodi litteras, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula privilegia, concessiones, gratias, & indulta, tam per Romanos Pontifices, quam sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges Duci, & Nationi Sabaudiæ hujusmodi concessa auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere inviolabiliter observari debere, sicque per quoscunque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibusvis causis, & instantiis, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, nec non si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Taurinensi & Augustensi, ac Niciensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, aut duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta, quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Emanuelis Philiberti, Ducis & successorum suorum, fuerint requisiti solemniter publicantes eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra Emanuelem Philibertum Ducem, & successores suos præfatos, ac eorum singulos nostris approbatione, confirmatione, & decreto præfatis pacifice frui & gaudere. Non permittentes eos, vel eorum aliquem, ac desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, & iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. similiter Prædecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam à fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur, seu ne Judices à Sede præfata deputati extra Civitatem, vel Diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere quoquomodo præsumant, & de duabus dietis in Consilio generali edita, ac aliis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in singulis litteris præfatis expressum fuit non obstare contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quod præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ munitis in judicio, & alibi ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo, quingentesimo septuagesimo secundo, pridie Idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

LXVI.

Diploma Rudolphi II. Rom. Imperatoris, quo privilegia a Rom. Imperatoribus Domui Sabaudicæ olim concessa, Emanueli Philiberto, Sabaudiæ Duci confirmavit, d. d. 29. Augusti, An. 1579.

RUDOLPHUS II. divina favente clementia Romanorum Imperator &c. Hoc sane judicavimus fore operæ pretium, & rem Cæsarea Nostra liberalitate plane dignam, si nos quoque pro nostra in Illustrem Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem gratia & benevolentia insertis privilegiis, indultis & concessionibus robur Cæsareæ nostræ approbationis & confirmationis adjiceremus, ut quantum per nos fieri potest memoria eorum nulla temporis longinquitate oblitteretur. Motu itaque proprio, non per errorem, aut improvide, ex certa nostra scientia, animo deliberato, sano quoque Principum, Comitum, Baronum, Procerum, ac aliorum nostrorum & Sacri Romani Imperii dilectorum accedente consilio, maturaque semper habita deliberatione & de nostræ Imperialis potestatis plenitudine per inserta aliaque omnia & singula privilegia, indulta, concessiones, exemptiones, libertates, immunitates, gratias, honores, dignitates præeminentias per Divos quondam Romanorum Imperatores & Reges, quondam Comitibus & Ducibus Sabaudiæ quomodolibet concessas & indultas seu concessa & indulta, ac novissime ipsi Duci Emanueli Philiberto a quondam Divo Magno Patruo nostro & Avo materno Imperatore Carolo V. aucta & ampliata & per Divum Ferdinandum confirmata, in omnibus

bus & singulis eorum punctis, clausulis, articulis, sententiis & verborum expressionibus, sive nostro Diplomati inserta sint, sive non, quæ quidem omnia pro insertis & sufficienter expressis haberi volumus supradicto Emanueli Philiberto Sabaudiæ Duci, & Consanguineo Nostro charissimo pro se ac hæredibus Suis Universis, de novo confirmavimus, approbavimus, ratificavimus & corroboravimus, ac quatenus expedit vel opus est, de novo concessimus & largiti sumus, prout omnia harum serie litterarum confirmamus, approbamus, ratificamus & corroboramus, ac quatenus opus est & expedit de novo concedimus & elargimur; Volentes & hoc nostro Cæsareo Edicto statuentes prædicta privilegia omnia & singula, & hanc nostram confirmationem, approbationem, ratificationem, & concessionem perpetui roboris firmitatem habere, ubique tam in Judicio, quam extra ratam firmam validam & perpetuam esse, & ab omnibus inviolabiliter observari debere: supplentes omnem defectum tam juris, quam facti, si quis in dictis omnibus & singulis intervenerit aut intervenisse dici aut allegari posset; perpetuo irritum & inane esse volentes, & dicta nostra Cæs. potestate decernentes, quicquid in contrarium factum fuerit, etiamsi talia essent, de quibus mentio specialis fieri deberet, non obstantibus decretis, statutis, ordinationibus, & aliis in contrarium facientibus quibuscunque. Quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent, seu quovis modo obstare possent, scientia & Authoritate prædictis derogamus & derogatum esse volumus, Mandantes proinde Universis & singulis Principibus, Ecclesiasticis & Sæcularibus, Archiepiscopis, Episcopis, & quibuslibet Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Vicedominis, Civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Gubernatoribus, & Locumtenentibus, eorundem Judicibus, Consulibus, Communitatibus, & denique omnibus aliis nostris & Sac. Rom. Imperii subditis ac fidelibus dilectis, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, aut conditionis existat, ut privilegia præfata, exemptiones, & immunitates, atque has nostræ confirmationis, approbationis, ratificationis, corroborationis, concessionis, voluntatis, decreti, suppletionis, & derogationis litteras inviolabiliter observent, & observari faciant, dictumque Emanuelem Philibertum Ducem Sabaudiæ, Consanguineum nostrum charissimum, ejusque hæredes & successores in eis nec turbent nec impediant, verum ipsis & præsertim perpetuo Vicariatu Imperiali generali a quondam Divo Avo nostro, Imperatore Carolo V. præclarissimæ memoriæ, ampliato, & extenso, libere & quiete uti, frui & gaudere jugiter & in perpetuum sinant, quatenus gratiam nostram charam habeant, & præter nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam, & pœnas in præinsertis Divorum Prædecessorum Nostrorum litteris contentas & expressas, pœnam centum Marcharum auri puri, pro dimidia Fisco nostro Imperiali & pro residua injuriam passi vel passorum usibus irremissibiliter applicandam, toties quoties contra factum fuerit, noluerint incurrere. Harum testimonio litterarum manu nostro subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ, die 29. Mensis Augusti. Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo nono, Regnorum nostrorum Romani quarto. Hungarici septimo, & Bohemici itidem quarto.

RVDOLPHVS.

Vice ac nomine Reverend. Domini, Domini Wolfangi Archiepiscopi, Archi-Cancellarii & Electoris Mogunt.

Vt. S. Vieburger.

Rta. Jacob Buttner.

LXVII.

Rudolphi II. Romanor. Imperator. Diploma, quo Privilegia à Rom. Imperatoribus Domui Sabaudicæ indulta, Carolo Emanueli I. Sabaudicæ Duci, non solum confirmavit, sed etiam auxit, d. d. ultim. Martii, A. 1588.

RVDOLPHVS II. divina favente clementia Romanorum Imperator etc. Hoc sane judicavimus fore operæ pretium, & rem Cæsarea Nostra liberalitate plane dignam, si nos quoque pro nostra in illustrem Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem gratia & benevolentia insertis privilegiis, indultis & concessionibus robur Cæsareæ Nostræ approbationis & confirmationis adjiceremus, verum etiam illa majoribus & amplioribus gratiis & beneficiis nostris augeremus, & ornaremus, & quantum per nos fieri potest, memoria eorum, nulla temporis longinquitate oblitteretur. Motu itaque proprio, non per errorem aut improvide, sed ex certa nostra scientia, animo deliberato, sano quoque Principum, Comitum, Baronum, Procerum, ac aliorum nostrorum et Sacri Romani Imperii fidelium dilectorum accedente consilio, maturaque semper habita deliberatione et de nostræ Imperialis potestatis plenitudine inserta, aliaque omnia et singula privilegia, indulta, concessiones, exemtiones, libertates, immunitates, gratias, honores, dignitates, præeminentias per Divos quondam Prædecessores nostros Romanorum Imperatores

tores ac Reges, quondam Comitibus & Ducibus Sabaudiæ quomodolibet concessas & indultas, seu concessa & indulta ac novissime Duci Emanueli Philiberto, a quondam Divo Magno Patruo & Avo nostro materno Imperatore Carolo V. aucta & amplificata, & per Divum Imperatorem Ferdinandum ac Nos confirmata, in omnibus & singulis eorum punctis, clausulis, articulis, sententiis, & verborum expressionibus, sive huic Diplomati inserta sint, sive non, quæ quidem omnia pro insertis & sufficienter expressis haberi volumus, supradicto Carolo Emanueli Sabaudiæ Duci, affini & consanguineo nostro charissimo pro se ac successoribus suis universis, de novo confirmavimus, approbavimus, ratificavimus & corroboravimus, ac quatenus expedit vel opus est, de novo concessimus & elargiti sumus, nec non privilegia, indulta, concessiones, perpetui nostri & Sacri Imperii Vicariatus, pro ipso Carolo Emanuele ejusque Successoribus Ducibus Sabaudiæ ampliavimus, auximus & ad *Episcopales Albenghæ, Albæ, & Aquarum Diœceses*, quoad Comitatum Jendæ, Mentonum, Roccabrunam, Pornassium, & Dolceaquam, eorumque pertinentias a præfato Duce Sabaudiæ recens acquisita & acquisitas, aliaque loca, quæ ipse Dux in Diœcesibus illis possidet, extendimus, prout ea omnia harum serie litterarum motu, scientia, animo, consilio & auctoritate quibus supra confirmamus, approbamus, ratificamus & corroboramus, ac quatenus opus est & expedit, de novo concedimus & elargimur, *ampliamus insuper augemus & extendimus*, Declarantes quoque ex eisdem scientia, auctoritate, Cæsareaque potestatis nostræ plenitudine, quod deinceps perpetuis futuris temporibus dicto Carolo Emanueli Duci Sabaudiæ, Consanguineo & affini nostro charissimo hæredibusque & Successoribus suis, dictis Episcopatibus Albenghæ, Albæ & Aquarum Diœcesibus, quoad Comitatum Jendæ, Mentonum, Roccabrunam, Pornassium & Dolceaquam, eorumque pertinentias, aliaque loca, quæ in iisdem Diœcesibus possidet, omne Jus quod præfati Prædecessores Nostri Romani Imperatores & Reges in illis olim prætenderunt & habuerunt & Nos Sacrumque Rom. Imperium de Jure vel consuetudine habere possemus, competere, & ad illum vel illos spectare & pertinere, præfatæque Diœceses sub & in Vicariatu Imperiali Generali Sabaudiæ Ducibus concesso, quoad Comitatum Jendæ, Mentonum, Roccabrunam, Pornassium, & Dolceaquam, eorumque pertinentias ac cætera loca, quæ in Diœcesibus iisdem possident, comprehendi & ipsorum Episcopi respectu prædictorum erga eundem Ducem Carolum Emanuelem & ejus Successores ut supra, ad ea omnia, ad quæ cæteri Prælati Patriæ & ditionis Sabaudiæ, & aliarum Provinciarum, vigore dictorum privilegiorum superius insertorum tenentur & astricti sunt, teneri & obligari debeant; Volentes & hoc nostro Cæsareo Edicto statuentes inserta privilegia omnia & singula, & hanc nostram confirmationem, approbationem, ratificationem, corroborationem, concessionem, gratiam, ampliationem, auctionem, & declarationem perpetui roboris firmitatem habere, & ubique tam in Judicio, quam extra ratam, firmam, validam, & perpetuam esse, & ab omnibus inviolabiliter observari debere. Supplentes omnem defectum tam juris, quam facti, si quis in prædictis omnibus & singulis intervenisset, vel intervenisse dici aut allegari posset, perpetuo irritum & inane esse volentes, & de nostra Cæsarea potestate decernentes, quicquid in contrarium factum fuerit, etiamsi talia essent, de quibus mentio specialis in præsentibus fieri deberet, non obstantibus decretis, statutis, ordinationibus, & aliis in contrarium facientibus quibuscunque. Quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent, seu quovis modo obstare possent, scientia & auctoritate prædictis derogamus & derogatum, esse volumus. Mandantes proinde Universis & singulis Principibus, Ecclesiasticis & Sæcularibus, Archiepiscopis, Episcopis, & quibuslibet Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Vicedominis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum Gubernatoribus, & Locumtenentibus, eorundem Judicibus, Consulibus, Communitatibus, & denique omnibus aliis nostris & Sacri Rom. Imperii subditis ac fidelibus dilectis, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, aut conditionis existant, ut privilegia exemptiones, & immunitates atque has nostræ confirmationis, approbationis, ratificationis, corroborationis, voluntatis, decreti, suppletionis, & derogationis litteras inviolabiliter observent & observari faciant, dictumque Carolum Emanuelem Ducem Sabaudiæ, Consanguineum & affinem nostrum charissimum, ejusque hæredes & successores in eis nec turbent nec impediant, verum ipsis & præsertim perpetuo Vicariatu Imperiali generali a quondam Divo Avo nostro, Imperatore Carolo V. præclarissimæ memoriæ, ac a nobis etiam sicut supra ampliato & extenso, libere & quiete uti, frui & gaudere jugiter & in perpetuum sinant, quatenus gratiam nostram charam habeant, & præter nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam, ac pœnas in insertis Divorum Prædecessorum nostrorum litteris contentas & expressas, pœnam Centum Marcharum auri puri, pro dimidia Fisco nostro Imperiali & pro residua vero injuriam passi vel passorum usibus irremissibiliter applicandam, toties quoties contra factum fuerit, noluerint incurrere. Harum testimonio litterarum manu nostro subscriptarum & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ, die ultima

ma Mensis Martii Anno Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo octavo, Regnorum nostrorum Romani decimo tertio, Hungarici decimo sexto, Bohemici itidem decimo tertio.

LXIIX.

Bulla Clementis IIX. Pontif. maximi, qua Bullas Domui Sabaudicæ propter collationem beneficiorum Ecclesiasticorum An. 1451. & 1474. indultas confirmavit, d. d. 19. Junii, An. 1595.

CLemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ea, quæ à Prædecessoribus suis Romanis Pontificibus, personibus illustribus de Sede Apostolica benemeritis præsertim Ducali dignitate fulgentibus gratiose concessa noscuntur, approbare, & confirmare, aliasque desuper disponere prout conspicit in domino salubriter expedire. Sane exhibita nobis nuper pro parte Dilecti filii Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis Illustris petitio continebat quod alias postquam felicis recordationis Nicolaus Papa V. Prædecessor noster bonæ memoriæ Ludovico Sabaudiæ Duci, tunc in humanis agenti, ne ex promotione quorumvis ad quarumque Ecclesiarum, vel Monasteriorum infra districtum sui temporalis dominii consistentium regimina, seu provisionibus quibuslibet, de quibusvis dignitatibus dispositioni Apostolicæ reservatis inibi consistentibus quibuscunque per dictum Prædecessorem faciendis statuti suo proveniret dispendium, aut alia quævis adversitas intestina præfatum Ducem certum per suas litteras reddiderat, & sibi promiserat, quod ipso, & dominio hujusmodi in integritate obedientiæ Sedis Apostolicæ persistentibus ad quarumcunque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum regimina, aut dignitates Abbatiales infra districtum prædictum neminem præficeret, seu illis de quibuscunque personis non provideret, nisi habitis prius per eum intentione, & consensu ipsius Ludovici Ducis de personis idoneis ad regimina, seu dignitates Abbatiales hujusmodi promovendis, vel de quarum personis tales provisiones forent faciendæ. De aliis verò dignitatibus, videlicet post Pontificales, majoribus, & Prioratibus Conventualibus, ac aliis eidem dispositioni reservatis in districtu prædicto consistentibus personis provideret idoneis, de locis tamen ipsius Ludovici Ducis, ditionis, aut sibi gratis, & acceptis, de aliis locis oriundis, præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ & Novalitii, ac Præposituram Montis-Jovis, qui in confinibus dominii hujusmodi existebant, si & cum illos vacare contingeret, nulli conferret, nisi similiter ab ipso Ludovico Duce ejus intentione habita de personis quibus collationes hujusmodi forent faciendæ, gratias autem expectativas speciales reservationes quaslibet cum quibusvis, quæ ex illis dependebat providendi mandatis in districtu prædicto personis dumtaxat, quæ locorum ejusdem districtus alienigenæ, vel extraneæ non forent, nisi forsan ejusdem Ludovici Ducis consensus aliisque personis, super hujusmodi gratiis obtinendis suffragaretur, concederet. Quodque si forsan ex importunitate petentium, aut per præoccupationem, seu alias inadvertenter per eundem Prædecessorem contra præmissa, quasvis præfectiones, & prælationes fieri, aut alias quicquam concedi contingeret, statuerat & decreverat, ea omnia utpotè præter & contra mentem suam ab eo extorta, & quæcunque inde secuta cum processibus inde pro tempore habitis, quasvis etiam in se censuras, & pœnas continentibus nullius fore roboris, vel momenti. Ipsisque processibus minime intendendum, seu parendum esse, nec censuras, & pœnas hujusmodi quempiam arctare, sed illas, & eosdem processus penitus haberi debere pro infectis. Piæ memoriæ Sixtus Papa IV. & prædecessor noster per suas litteras statuit, & ordinavit, quod nullus alienigena, seu alterius nationis, vel dominii, aut cujusvis ordinis Regularis, qui non esset de Ducatu, ditione, vel dominio hujusmodi oriundus, vel saltem verus, & actualis illorum incola cujuscunque dignitatis, status, gradus, vel conditionis existeret. Sæcularia, vel cujusvis Ordinis Regularia, cum cura, & sine cura quæcumque, quotcunque, & qualiacunque forent, beneficia, & tunc deinceps vigore litterarum quarumcunque gratiarum expectativarum, quæ sub quacunque verborum forma emanarent, acceptare, seu obtinere, nec jus aliquod acquirere posset: decrevitque locorum Archiepiscopos, Episcopos, necnon Monasteriorum Abbates pro tempore existentes, ac Conventus earundem dictarumque Ecclesiarum Capitula, & quosvis alios Ordinarios, prætextu litterarum hujusmodi sub quavis verborum forma & expressione, ac cum specifica, & individua statuti, & ordinationis hujusmodi derogatione à Sede præfata, vel ejus Legatis ex tunc in antea impetrandarum, & processuum habendorum per easdem quasvis censuras, & pœnas in se continentium ad receptionem alicujus, vel aliquorum ad beneficia præfata adversus statutum, & ordinationem hujusmodi compelli minime debere seu posse. Quodque censuræ processus, & pœnæ hujusmodi, etiamsi dictæ litteræ, motu proprio, & ex certa scientia emanarent minimè arctarent, sed haberentur pro cassis, infectis, & irritis. Et deinde recol. mem. Innocentius Papa

Papa VIII. similiter prædecessor noster litteras Sixti Prædecessoris hujusmodi, ac omnia, & singula, in eis contenta per alias suas litteras approbavit. Nec non successivè sanctæ memoriæ Julius Papa II. etiam prædecessor noster Prædecessorum suorum litteras hujusmodi ex certa scientia similiter innovavit, & approbavit, decernens quod illæ perpetuæ firmitatis robur obtinere deberent. Quod illis per quascunque litteras etiam quasvis derogatoriarum derogatorias, seu fortiores, & insolitas clausulas in se continentes nullatenus derogatum esse censeretur, nisi illorum toto tenore de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserto, nec de speciali, & expresso pro tempore existentis Ducis Sabaudiæ consensu, & nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de novo statuit, & ordinavit, idemque Julius prædecessor similis memoriæ Bonifacii Papæ VIII. pariter Prædecessor noster qui bonæ memoriæ Amedeo, Comiti Sabaudiæ, tunc similiter in humanis agenti per suas litteras indulserat, ut nullus Delegatus, vel Subdelegatus, Executor, aut Subexecutor à Sede præfata deputatus posset in personam ipsius Amedei Comitis excommunicationis, & in ejus terras interdicti sententias promulgare sine speciali mandato ejusdem Sedis faciente, plenam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, vestigiis inhærendo quondam Carolo Sabaudiæ Duci, & tunc in humanis agenti, ut nullus Delegatus, vel Subdelegatus per litteras Apostolicas in suam, & uxoris, ac liberorum suorum personas excommunicationis sententiam promulgare posset absque ejusdem Sedis speciali licentia faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quodque in locis Ecclesiastico interdicto etiam cum hujusmodi licentia suppositis si eum ad illa declinare, vel in eis residere contingeret, Missas & alia divina Officia, etiam apertis Januis Ecclesiarum, & campanis pulsatis, ac alta voce: excommunicatis tamen, & interdictis exclusis, celebrari, nec non Ecclesiastica Sacramenta quæcunque alias tamen ritè sibi, & ejus uxori, ac liberis ministrari facere, illaque suscipere liberè, & licitè valeret, & valerent per alias suas litteras indulsit: & demum piæ memoriæ Leo Papa X. etiam Prædecessor noster singulas litteras præfatas, & in eis contenta quæcunque, nec non omnia, & singula Privilegia, concessiones, gratias, & indulta, quæ tàm per Romanos Pontifices, quam sacris Canonibus non contraria per Imperatores, & Reges pro tempore existenti Duci, & Nationi Sabaudiæ concessa fuerant, ex certa scientia per suas litteras similiter approbavit, confirmavit, & innovavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decrevit, supplens omnes, & singulos juris, & facti defectus qui forsan intervenissent in eisdem. Et nihilominus præmissa omnia & singula, prout per dictos prædecessores, Imperatores & Reges concessa, indulta, statuta & ordinata extiterant, de novo concessit, indulsit, statuit & ordinavit. Decernens illis, & litteris suis prædictis nullo unquam tempore per Sedem eandem derogari posse, nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & data litterarum Leonis prædecessoris hujusmodi plena, specifica, individua, specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fieret, & ipsius Caroli pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis expressus ad id accederet assensus, si per quoscunque Judices & Commissarios, etiam Palatii Apostolici Auditores in quibusvis casibus, & instantiis sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Subsequenter similis memoriæ Clemens Papa VII. etiam Prædecessor noster singulas litteras singulorum prædictorum, ac in eis contenta quæcunque, nec non omnia, & singula privilegia, concessiones, gratias & indulta, tam per Romanos Pontifices, quam etiam dictis sacris Canonibus minime contraria per Imperatores, & Reges Duci, ac Nationi Sabaudiæ hujusmodi concessa ex certa scientia per suas litteras approbavit & confirmavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere etiam decrevit supplens omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui forsan intervenissent in eisdem. Et nihilominus præmissa omnia prout per dictos prædecessores, ac Reges concessa indulta, statuta, ordinata, & decreta fuerunt, de novo concessit, indulsit, ac statuit, & ordinavit. Decernens quoque illis, & prædictis litteris nullo unquam tempore per Sedem eandem per quascunque litteras, & quasvis generales vel speciales, & implicitè latissimè extendendas, aut alias derogatoriarum derogatorias efficacioresque, & insolitas clausulas, ac etiam irritantia decreta sub quacunque verborum expressione in se continentes nullatenus derogari posse nec derogatum censeri, nisi de toto tenore, & data litterarum ipsis Clementis Prædecessoris specialis specifica individua, plena, & expressa, ac de verbo ad verbum nihil omisso, non autem per clausulas generales idem importantes mentio fieret, & expressè appareret Romanum Pontificem illis derogare voluisse, aut causa urgens, & sufficiens exprimeretur, ac hujusmodi derogatio per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentes tribus distinctis vicibus prædicto Carolo, ac pro tempore existenti Sabau-

Sabaudiæ Duci, esset intimata, & insinuata, ipsiusque Caroli, & pro tempore existentis Sabaudiæ Ducis ad id expressus accederet assensus, & aliter factas derogationes nemini suffragari, nec non quascunque præfectiones, provisiones, collationes, acceptationes, & alias dispositiones in contrarium, & per dictum Clementem prædecessorem, & Sedem hujusmodi pro tempore factas nullius roboris, vel momenti fore; nec aliquod jus, vel etiam coloratum titulum possidendi tribuere, ac Carolum & pro tempore existentem Ducem, nec non personas Ducatus, dominii, ditionis hujusmodi pro tempore factas litteris derogatoriis, & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus, eorumque mandatis & executionibus parere minime teneri, sed illis firmiter resistere, ac litterarum earundem executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ hujusmodi censuris Ecclesiasticis per eosdem executores, & subexecutores innodari posse, & sic per quoscunque judicari & diffiniri debere, ac irritum decernens, & inane si secus super his à quoquam contigerit attentari. Demum similis memoriæ Julius Papa III. & Prædecessor noster per suas litteras præmissa confirmavit. Novissimè autem, & postremò bonæ memoriæ Gregorius Papa XIII. etiam prædecessor noster singulas prædictorum prædecessorum litteras, & in eis contenta quæcunque, ac omnia, & singula privilegia, concessiones, gratias & indulta, tam per Romanos Pontifices, quam Sacris Canonibus minime contraria per Imperatores, & Reges Duci, ac Nationi Sabaudiæ hujusmodi concessa etiam confirmavit & approbavit, ac etiam irritum & inane decrevit quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, prout in singulis litteris prædictis plenius dicitur contineri. Nos igitur attendentes, sincerum devotionis affectum, quem idem Dilectus filius, Carolus Emanuel, modernus Sabaudiæ Dux Illustris erga nos, & Romanam gerit Ecclesiam, ejusque illibatam fidei constantiam promereri, ut eum specialis gratiæ favore prosequamur, ipsumque Carolum Emanuelem Ducem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis interdictis, sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, & causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, suis in hac parte porrectis nobis supplicationibus inclinati supradictorum Prædecessorum litteras, & in eis contenta quæcunque, nec non omnia, & singula privilegia, concessiones, gratias & indulta, tam per quoscunque Romanos Pontifices, quam in dictis sacris Canonibus minime contraria per Imperatores, & Reges etiam quoscunque Duci & Nationi Sabaudiæ hujusmodi concessa Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque plenariæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, nec non omnes & singulos, tam juris quam facti defectus, si qui forsan intervenissent in eisdem supplemus, nec non ita per quoscunque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, aut quosvis alios in quibuscunque causis, & instantiis, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate judicari, diffiniri, & interpretari debere, nec non irritum decernimus, & inane quicquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis aliis, quæ in litteris singulis suppositis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die decima-nona Junii, anno millesimo, quingentesimo, nonagesimo quinto, Pontificatus nostri anno quarto.

LXIX.

Transactio inter Henricum IV. Galliæ Regem, & Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ Ducem, de quibusdam Provinciis atque terris, & sigillatim Comitatu Salutiarum, mutuo consensu permutandis atque cedendis, conclusa, d. d. 17. Januarii, A. 1601.

Comme ainsi soit que par le Traité de Paix fait à Vervin le deuxiéme jour de Mai 1598. eust été convenu sur ce qui auroit été remontré par les Deputez de tres-haut, tres-puissant & tres-excellent Prince Philippes deuxiéme Roi Catholique des Espagnes, & sur la priere & declaration faite par le Marquis de Lullin, Commis & Deputé de tres-haut & tres-excellent Prince, Charles Emanuel Duc de Savoie, que ledit Duc de Savoie serroit receu & compris audit Traité de Paix, aux charges & conditions contenuës en icelui, entre autres que le surplus des differens d'entre tres-haut, tres-puissant & tres-excellent Prince Henri Quatriéme Roi de France & de Navarre, & ledit Sieur Duc, demeurez indecis, par ledit Traité seroient remis pour bien de Paix au Jugement de nostre S. Pere le Pape Clement VIII. pour estre jugez & decidez dans un an, à compter du jour & datte dudit Traité, Sa Sainteté desirant de tout son pouvoir d'établir & d'assurer la Paix publique, tant

tant pour le bien commun desdits Princes, que pour avoir moien d'effectuer ses saintes & loüables intentions pour la gloire de Dieu, & l'exaltation de la Foi & Religion Chrestienne, aprés avoir par diverses fois fait continuer & prolonger le tems du Compromis, auroit enfin exhorté S.M. & ledit Sieur Duc, de vouloir terminer leur different par composition amiable sans autrement attendre son Jugement; sur quoi Sa Majesté mûë de la reverence qu'Elle porte à S. Sainteté, & de l'affection qu'Elle a toûjour en au bien & repos general de la Chrestienté, auroit consenti & promis à Sa Sainteté de entendre les propositions que ledit Sieur Duc pretendoit faire pour composer le different du Marquisat de Saluces: & ledit Sieur Duc aussi auroit pris resolution de venir trouver Sa Majesté pour en faciliter la conclusion, comme depuis il s'ensuivit par Accord fait à Paris le 27. Fevrier 1600. Et pour n'avoir esté ledit Accord effectué, la Guerre s'étant derechef émûë entre lesdits Princes, nostredit S. Pere le Pape continuant la singuliere affection qu'il a toûjours porté au bien de la Chrestienté & a la paix & tranquilité publique, desirant composer lesdits differens pour faire cesser les motifs & l'occasion de la guerre, auroit envoié vers Sa Majesté & ledit Sieur Duc, l'Illustrissime & Reverendissime Pierre Cardinal Aldobrandin, son Neveu, Camerlingue de l'Eglise Romaine, General & Sur-Intendant de l'Etat Ecclesiastique, Legat de Sa Sainteté & du S. Siege Apostolique, pour exhorter lesdits Princes à la Paix, & pour faciliter les moiens d'une bonne reconciliation entre eux. Aiant ledit Sieur Legat premierement veu & admonesté ledit Sieur Duc, lequel mû du respect & reverence qui est dûë aux paternels recors de Sa Sainteté, & du desir qu'il a de donner contentement à Sa Majesté, & comme son tres-humble Parent la reconnoître de tout l'honneur, service & observation d'amitié qui lui sera possible, auroit promis d'envoier ses Deputez & se mettre en tout devoir de donner satisfaction à Sa Majesté. Et depuis ajant aussi ledit Sieur Legat visité & exhorté Sa Majesté, & prié de la part de Sa Sainteté, Sadite Majesté inclinant au saint & loüable desir de Sa Sainteté, & aux bonnes exhortations dudit Sieur Legat, desirant épargner le sang humain, regner en paix & vivre en amitié avec ses voisins, même avec ledit Sieur Duc pour la proximité qui est entre eux, auroit aussi ordonné ses Deputez pour traiter & conclure les points, conditions & articles, qui seront trouvez convenables à une bonne reconciliation & accord. Et pour cet effet auroient esté commis de la part de Sa Majesté, Messire Nicolas Brulart, Chevalier, Seigneur de Sillery, Conseiller du Roi en ses Conseils d'Etat, & Ambassadeur de Sadite Majesté à Rome; & Messire Pierre Joannin Seigneur de Monjeu, aussi Chevalier, Conseiller du Roi en Conseil d'Etat, & President en sa Cour de Parlement de Bourgogne. Et de la part dudit Sieur Duc, les Seigneurs François Darconat, Comte de Toussane, Conseiller d'Etat dudit Sieur Duc; & René de Lusinge, Seigneur des Alimes, aussi Conseiller d'Etat, & premier Maistre de Hostel dudit Sieur Duc; lesquels en vertu de leurs pouvoirs respectifs, en presence & par l'avis dudit Sieur Legat, qui avec grand travail, soin & diligence, se seroit dignement & vertueusement emploié pour premouvoir & avancer ledit accord, ont traité, conclu & arresté les articles qui ensuivent.

Premierement. Que ledit Sieur Duc cede, transporte & delaisse audit Sieur Roi & à ses successeurs Rois de France, tous les Pais & Seigneuries de Bresse, Baugey & Varomay, generalement tout ce qui lui peut appartenir jusques à la Riviere du Rône, icelle comprise; de sorte que toute ladite Riviere du Rône dés la sortie de Geneve sera du Roiaume de France, & appartiendra audit Sieur Roi & à ses successeurs. Et sont lesdits Païs cedez ainsi que dessus, avec toutes leurs appartenances & dépendances, tant en Souveraineté, Justice, Seigneurie, Vassaux, & Sujets, & tous droits, noms, raisons & actions quelconques qui pourroient appartenir audit Sieur Duc esdits Païs, ou à cause d'iceux, & sans y rien reserver ni retenir; sinon que pour la commodité du passage demeurera audit Sieur Duc le Pont de Gressin sur ladite Riviere du Rône, entre l'Ecluse & le Pont d'Arle, qui par le present Traité appartiendront audit Sieur Roi. Et par delà de Rône demeurent encore audit Sieur Duc les Paroisses des Landis & Hersery, du Laiz, Laveran & Chezay, avec tous les Hameaux & territoires qui en dependent, entre la Riviere de Vaceronnes & de long de la Montagne appellée le Grand Credo, jusques au lieu & Village appellé la Riviere, & où passe ladite Riviere de Vaceronnes demeure encores audit Sieur Duc le lieu de Maingrecombes jusques à l'entrée plus proche pour aller & passer au comté de Bourgogne. A condition toutefois que ledit Sieur Duc ne pourra mettre ni lever aucunes impositions sur les denrées & marchandises, ni aucun peage sur ladite Riviere pour le passage dudit Pont de Gressin, & autres lieux & Territoires ci-dessus designez: & en tout ce qui est reservé pour ledit passage & tout le long de la Riviere du Rône, ledit Sieur Duc ne poura tenir ou bastir aucun Fort; & demeurera le passage libre par ledit Pont de Gressin. Et en tout ce qui est reservé tant pour les Sujets dudit Sieur Roi, que pour tous autres qui voudront aller & venir en France, sans qu'il leur soit donné détourbier, moleste ni empêchement. Passans neanmoins Gens de Guerre pour le service dudit Sieur Duc ou autres Princes, ne pourront entrer és Païs & Terres dudit Sieur Roi

Roi sans sa permission, ou de ses Gouverneurs & Lieutenans Generaux, & ne donneront aucune incommodité aux Sujets de Sa Majesté.

II. Et pour effectuer entierement ce que dessus, ledit Sieur Duc remettra en la puissance dudit Sieur Roi, ou de celui qui sera commis par Sa Majesté, la Citadelle de Bourg, en l'estat qu'elle est de present, sans y rien demolir, affoiblir ni endommager, avec toute l'Artillerie, poudres, balles, & munitions de guerre qui seront dans ladite Place lors qu'elle sera remise.

III. Et outre a esté accordé que ledit Sieur Duc cede aussi, transporte & delaisse audit Sieur Roi de delà la Riviere du Rône, les Lieux, Terres & Villages de aux, Chauzi, Avulli, Pont d'Arlay, Seissel, Chava & Pierre-Chastel, avec la Souveraineté, Justice & Seigneurie, & tous droits qu'il peut avoir esdits lieux cedez & sur les Habitans d'iceux, sans en ce comprendre le surplus des Mandemens desdits lieux & de leur Territoire.

IV. Ledit Sieur Duc cede aussi, transporte & delaisse audit Sieur Roi, la Baronnie & Bailliage de Gex, avec toutes ses appartenances & dependances, ainsi que ledit Sieur Duc & ses predecesseurs en ont ci-devant joui, & sans y rien reserver ni retenir, sinon ce qui est par delà le Rône, horsmis les Villages & lieux d'Aux, Chausy & Avully, specifiez ci-dessus. Le tout à condition que lesdites choses cedées seront & demeureront unies & incorporées à la Couronne de France, & seront reputez Domaine & Patrimoine de la Couronne, & n'en pouront estre separez pour occasion que ce soit, ains tiendront lieu & pareille nature que les choses échangées, qui seront declarées ci-aprés.

V. Aussi a éste convenu que ledit Sieur Duc rendra & restituera effectuellement & de bonne foi audit Sieur Roi, ou à celui ou à ceux qui seront à ce commis par Sa Majesté, les lieux, Ville & Châtellenie de Chasteau Dauphin, avec la Tour du Pont & tout ce qui est occupé par ledit Sieur Duc ou par les siens dépendant du Dauphiné en l'estat qu'il est de present, sans y rien demolir, affoiblir ni endommager en aucune sorte, & delaissera toute l'Artillerie, poudres, boulets, & autres munitions de guerre, qui se trouveront dans lesdites Places au tems present. Pourront neanmoins les Soldats, Gens de Guerre, & autres qui sortiront desdites Places, faire emporter tous leurs biens meubles à eux appartenans, sans qu'il leur soit loisible de rien exiger des Habitans desdites Places ou du Plat Païs, ni emporter aucune chose appartenant ausdits Habitans.

VI. A esté aussi accordé que ledit Sieur Duc fera abattre & demolir entierement le Fort de Beche Dauphin, qui a esté construit pendant les guerres. Et fera pajer ledit Sieur Duc pour le passage ci-dessus reservé, la somme de cent mille écus de trois francs piece, monnoie de France, ou la valeur, en cette Ville de Lyon, à celui ou à ceux qui auront charge de Sa Majesté; C'est à sçavoir cinquante mille écus comptant lors que le Fort de la Charbonniere sera rendu, & les autres cinquante mille écus six mois aprés.

VII. Et moiennant lesdites cessions & transport, toute l'Artillerie, poudre & munitions comprises, demeurent entierement à Sa Majesté. Et moiennant aussi tout ce que dessus est dit, ledit Sieur Roi se contente pour bien de paix de laisser & transporter audit Sieur Duc, comme par ces presentes Sa Majesté lui cede, transporte & delaisse audit Sieur Duc, & à ses heretiers & successeurs, tous les droits, noms, raisons & actions, & generalement tout ce qui peut estre pretendu par les Rois & Dauphins de France, à cause du Marquisat de Saluces, ses appartenances & dépendances; ensemble sur les Places de Cental, de Mont & Roquesparvier, sans y rien reserver ni retenir. Et a ledit Sieur Roi quitté & remis audit Sieur Duc, toute l'Artillerie & munitions qui se sont trouvées dans lesdites Places du Marquisat de Saluces, Cental, Mont & Roquesparvier en l'an 1588.

VIII. Promet aussi ledit Sieur Roi faire rendre & restituer audit Sieur Duc, effectuellement & de bonne foi, ou à celui ou ceux qui auront charge de lui, tous les Païs, Places & lieux qui se trouveront avoir esté pris, saisis & occupez depuis l'an 1588. sur ledit Sieur Duc, & qui sont à present possedez par Sa Majeste ou par ses serviteurs, le tout en l'estat que lesdits lieux & Places sont à present, sans y rien demolir, affoiblir ni endommager en aucune sorte.

IX. Restituant lesdites Places poura ledit Sieur Roi faire emporter toute l'Artillerie, poudres, boulets, vivres & autres munitions de guerre qui se trouveront esdites Places au tems de la restitution. Pouront aussi les Soldats, Gens de Guerre, & autres qui sortiront desdites Places, faire emporter tous leurs biens meubles à eux apartenans, sans qu'il leur soit loisible de rien exiger des Habitans desdites pluces ou Plat Païs, ni emporter aucune chose appartenans ausdits Habitants.

X. Et se fera ladite restitution de part & d'autre ainsi qu'il s'ensuit; c'est à sçavoir aussi-tost que les Ratifications du present Traité auront esté fournies, ledit Sieur Duc fera remettre en la puissance dudit Sieur Roi, ou de celui ou ceux qui auront charge de Sa Majesté, la Citadelle de Bourg, avec l'artillerie, poudres, boulets, & toutes le munitions de Guerre qui seront dans ladite Place. Et ladite restitution estant faite, ledit Sieur Roi fera aussi restituer les Villes & Chasteaux de Chamberi & Montmelian audit Sieur Duc, lequel incontinent aprés fera rendre le Chasteau Dauphin & ce qui en dépend, comme dessus

dessus est dit, & fera démolir le Fort de Beche Dauphin. Lesquelles choses estant effectuellement accomplies par ledit Sieur Duc, la Vallée & Vicariat de Barcelonette, & toutes les autres Places & lieux promis par le présent Traité, lui seront entierement renduës dans un mois aprés, & lui sera donné seureté raisonnable à son contentement.

XI. Tous les papiers, titres & enseignemens qui peuvent servir pour justifier les droits des choses échangées, seront rendus & delivrez de bonne foi tant d' un côté que d' autre.

XII. Ledit Sieur Roi ne sera tenu à l' entretenement des dons, recompenses & assignations ci-devant données par ledit Sieur Duc ou ses predecesseurs, sur les Terres & Seigneuries par lui cedées à Sa Majesté, ni d' acquitter les hipoteques qu' il a crées sur icelles. Et pour le regard des ventes & alienations faites à titre onereux par la forme ordinaire, & avec verification requise avant cette derniere guerre, S. M. y sera obligée, tout ainsi que ledit Sieur Duc y auroit été, & non plus avant. Le semblable sera observé, pour les dons, recompenses & alienations faites sur les choses cedées par Sa Majesté.

XIII. En consequence de quoi & de tout ce qui a été accordé par le Traité de Vervin, y aura paix du jour & datte de ce present Traité, ferme amitié & bonne voisinance entre ledit Sieur Roi & ledit Sieur Duc, leurs enfans nés & à naître, leurs heritiers & leurs successeurs, Royaumes, Païs & sujets, sans qu' ils puissent faire entreprise au dommage l' un de l' autre, leurs païs & sujets pour quelque cause ou pretexte que ce soit. Et sera le Commerce libre entre les sujets des Païs de l' un & de l' autre Prince, en pajant les droits & impositions qui doivent être paiez par les propres sujets du pais.

XIV. Les sujets & serviteurs de l' un & l' autre parti, tant Ecclesiastiques que Seculiers, non obstant qu', ils aient servi en parti contraire, rentreront pleinement & paisiblement en la jouissance de tous & chacuns leurs biens, Offices & Benefices, suivant ce qui est contenu par le septiéme article dudit Traité de Vervin, sans que cela puisse être entendu des Gouverneurs.

XV. Tous prisonniers de guerre, & autres qui à l' occasion des guerres sont detenus de part & d' autre, seront mis en liberté, en pajant leurs depenses & ce qu' ils pourroient d' ailleurs justement devoir, sans étre tenus de pajer aucune rançon, sinon qu' ils en aient convenu: & s' il y a plaintes de l' excez d' icelle, en sera ordonné par le Prince au Païs duquel les prisonniers seront detenus.

XVI. Tous autres prisonniers sujets dudit Sieur Roi & dudit Sieur Duc, & même du Marquisat de Saluces, & autres lieux cedez, qui pour la calamité des guerres pourroient être detenus aus Galeres desdits Princes, seront promptement delivrez & mis en liberté, sans qu' on leur puisse demander aucune chose pour leurs rançons ni pour leurs dépens.

XVII. Toutes Procedures, Jugemens & Arrêts donnez depuis l' an 1588. avec les sujets du Marquisat de Saluces, & autres lieux cedez par ledit Sieur Roi, & depuis les dernieres guerres par les Juges & Conseillers ordonnez en Savoye, Bresse, & autres lieux conquis par Sa Maj. tiendront & sortiront leur plein & entier effet, sauf aux parties de se pourvoir contre lesdits Jugemens par les voies de droit, en cas qu' elles aient paru ou contesté volontairement; mais si les Jugements ont été donnez sans comparition ou contestation volontaire de la partie, ils seront & demeureront nuls & de nul effet, & comme non avenus. Et quant aux instances indecises & non jugées, la connoissance en demeurera aux Officiers desd. Princes ausquels elle doit appartenir.

XVIII. Les Habitans & Sujets des lieux & pais échangez par le present Traité, ne pourront être molestez ni recherchez en aucune maniere pour avoir servi en parti contraire, ou pour cause que ce soit à l' occasion des guerres passées, ains retourneront pleinement & paisiblement en la possession & jouissance de tous & chacuns leurs biens, droits, privileges & immunitez, & tous leurs biens meubles qui se trouveront en nature, & leur sera loisible de demeurer ou se retirer aillers ainsi que bon leur semblera. Pourront neanmoins jouïr de leurs biens ou iceux vendre ou échanger, & disposer comme ils verront bon être à leur commodité.

XIX. Et pour le regard des Habitans du Marquisat de Saluces & autres lieux cedez par ledit Sieur Roi, qui n' auroient joui de leurs biens depuis le Traité de Paix fait à Vervin, leur seront rendus les fruits de leurs immeubles & arrerages de rentes, depuis la publication dudit Traité de Paix de Vervin jusques au commencement de la derniere guerre. Et quant aux Officiers de Saluces, & autres qui ont servi en Piedmont les Rois de France, ils jouïront des privileges, immunitez & exemptions qui leur ont été accordez par autres Traitez ci-devant faits par les Rois Charles IX. & Henri III. avec le feu Duc de Savoie, & depuis confirmez par ledit Sieur Duc qui est à præsent.

XX. Promet ausi ledit Sieur Duc, que tous les Officiers & autres Habitans de Saluces & lieux cedez par ledit Sieur Roi, ne seront molestez, recherchez ni inqietez directement ou indirectement en aucune maniere à l' occasion des guerres & differends entre Sa Majesté & ledit Sieur Duc, ains seront maintenus en leurs libertez & franchises, pour jouïr de tous leurs biens paisiblement, en repos & liberté. Et pour les charges & impositions du païs, ne seront surchargez, mais plûtôt

plûtôt soulagez & favorablement traitez pour la recommandation de Sa Majesté; & de ce baillera ledit Sieur Duc ses Lettres Patentes en bonne & dûë forme.

XXI. Les Collateurs ordinaires sujets de Sa Majesté, qui ont Benefices sujets à leur collation dans les païs dudit Sieur Duc, pourron conferer lesdits Benefices quand le cas écherra. Et ceux qui seront bien & canoniquement pourveus, jouïront du revenu des leurs Benefices sans qu'il leur soit donné moleste ni empeschement. Le semblable sera aussi observé pour le jouïssance des Benefices qui sont en France, encore que le Titre du Collateur fût situé dans le païs dudit Sieur Duc.

XXII. Et sont reservez audit Sieur Roi tous les droits par lui pretendus contre ledit Sieur Duc, suivant ce qui est contenu par les Traitez faits au Château en Cambresis en l'an 1559. & à Turin 1574.

XXIII. Et pour ce que Monsieur le Duc de Nemours & de Genevois, qui vouloit avoir & posseder toutes les Terres, Tailles, & droits dépendans de son appanage dans la Souveraineté dudit Sieur Duc, les aura dorenavant à cause du present Traité, sous l'un & l'autre Prince, Sa Majesté & ledit Sieur Duc ont promis respectivement de la traiter favorablement, & comme leur bon Parent, & de ne contrevenir ni deroger aux droits & autoritez qui sont de son appanage, l'en laissant jouïr paisiblement & pleinement, conformement aux Traitez de son appanage. Et en outre ont consenti & accordé, si quelque different survenoit ci apres pour raison dudit appanage, de le faire terminer somairement à l'amiable & sans procez.

XXIV. Et sur l'instance & priere faite par le dit Sieur Legat au nom de sa Sainteté, a été convenu que toutes les forces levées & assemblées à l'occasion de cette derniere guerre, seront separées & licenciées tant en France qu' en Italie, dans un mois aprés la publication du present Traité, afin qu' un chacun puisse jouïr de la Paix generale, & du repos stipulé & promis par le Traité de Vervin, lequel est confirmé en tous ses points, si non en ce qu'il seroit changé ou expressément dérogé par le present Traité.

XXV. Et pour plus grande seureté de ce present Traité, & de tous les points & articles y contenus, sera ledit Traité verifié, publié & enregistré en la Cour de Parlement de Paris, en tous autres Parlemens de France, & Chambre de Paris. Comme au semblable il sera verifié au Senat de Chambery & Senat de Turin, & autres lieux accoûtumez, & en seront baillées les expeditions de part & d'autre, trois mois aprés la publication du present Traité.

Nos consideratis præclarissimis meritis, constanti devotione & perpetua observantia, qua Antecessores, ac præsertim Majores nostros Romanorum Imperatores ac Reges inde jam a Rudolphi I. aug. mem. ad hæc usque tempora Antecessores Majoresque ipsius demereri studuerunt, tum imprimis digna ratione habita eximiæ, & ad exemplum illustris illius fidei & devotionis, qua dictus Serenissimus Carolus, & post ejus obitum dictus quoque Serenissimus Victor Amadeus ambo Pater & Filius nupero bello Italico partes Nostras, ille quidem ad extremum usque spiritum suum, hic vero ad finem usque ejusdem belli, non sine ingenti ditionum suarum incommodo, posthabitis omnibus aliis commodis & rationibus suis, spretis etiam persæpe præsentaneis vitæ & corporis periculis defendit & propugnavit, & quod a laudabili ejusmodi proposito sæpedictus Serenissimus Victor Amadeus hactenus non modo nihil remiserit, sed in eo se Nobis & Sacro Imperio magis magisque quotidie probare studeat, indubitata etiam spe confisi, eundem ab illa mente ne inposterum quidem recessurum, sed se ipsum potius suosque in hac parte superaturum esse: Proindeque ex certa scientia, animo bene deliberato, non per errorem, aut inprovide, sed sano Principum, Comitum, Baronum, Procerum & aliorum Nostrorum & Imperii Sacri fidelium dilectorum accedente consilio, ac de Nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine præfatum Serenissimum Victorem Amadeum, Sabaudiæ Ducem, consanguineum, affinem & Principem Nostrum Charissimum de prædictis Ducatibus Sabaudiæ, Chablaiisi & Augustæ Vicariatu perpetuo Sacri Romani Imperii Marchiæ in Italia, Principatu Pedemontium, Comitatibus Gebennarum & Gebennensi, Baugiaci, Rotondi Montis, Astæ & Tendæ, Baroniis Vacaudi, Faucigniaci, & Gaii, Dominiis Niciæ, Bresciæ, Vercellarum, Marchionatu Cevæ, Oneliæ, Macri, Petræ Latæ, Mentoni, Roccabrunæ, Pornasii & Dolceaquæ cum universis & singulis eorum omnium Regalibus, honoribus, homagiis, privilegiis, franchisiarum, libertatum & immunitatum, donorum, gratiarum & largitionum per divæ recordationis Imperatores, Reges & Principes Romanos progenitoribus ante dicti Victoris Amadei concessorum, donatorum & indultorum, concessarum, donatarum & indultarum, super quibus-

cunque bonis, rebus, possessionibus, honoribus, juribus, Castris, terris, Villis, locis & jurisdictionibus in quibuscunque & ubicunque consistentibus, gratiis, juribus, libertatibus ac pertinentiis, quæ a Nobis & Sacro Rom. Imperio in feudum obtinet & ad ipsum per obitum nominati Genitoris sui Serenissimi Caroli Emanuelis, Ducis Sabaudiæ, jure successionis vel alio justo titulo pervenerunt, & de jure spectant, & quemadmodum idem Genitor suus Dux Carolus Emanuel & alii Prædecessores sui, Sabaudiæ Duces & Comites respective habuerunt & tenuerunt, vel ipse Sereniss. Victor Amadeus de jure habere & tenere deberet, atque ab Augustæ memoriæ Imperatoribus Rudolpho II. & Matthia Dominis Patruelibus & Prædecessoribus Nostris colendissimis investitus fuit, nec non de Dominiis, rebus, & juribus, quorum, seu quarum possessione ipse Sereniss. Dux per injuriam carere comperietur, quæ omnia hic pro sufficienter expressis & specificatis haberi volumus, recepto prius a prædicto suo Oratore, Hyacinto de Simiana, Marchione Planitiarum, ad manus nostras debito subjectionis & obedientiæ juramento pro se, successoribus & hæredibus suis legitimis investivimus, eaque illi de novo in feudum concessimus, prout tenore præsentium Authoritate Cæsarea investimus, & in feudum concedimus quicquid de jure vel consuetudine possumus & debemus, in omnibus eorum sententiis, tenoribus, punctis & clausulis, prout privilegia antedicta de verbo ad verbum sunt scripta, ac si tenores ipsorum præsentibus literis totaliter essent inserti, etiamsi necesse foret plenam & expressam ac de verbo ad verbum talium in præsentibus fieri mentionem, quæ quidem privilegia omnia & singula Antecessoribus supradicti Sereniss. Ducis per memoratos Imperatores & Prædecessores nostros data, collata super præmissis & eorum singulis & donata, sicut juste & rationabiliter processerunt, approbamus, ratificamus, renovamus, ac de Cæsarea benignitate & clementia confirmamus, ac de speciali gratia de novo concedimus & elargimur. Reservantes etiam sibi jus in iis bonis, possessionibus, dominiis, juribus, ac rebus, quorum seu quarum, uti supra dictum est, possessione per injuriam caruisse dignoscitur, & ad quæ de jure debet habere regressum. Ac supplentes dictæ Imperatoriæ potestatis plenitudine omnem defectum, si quis in Nostro præsenti, aut in prædictis Nostrorum Prædecessorum privilegiis ex obscuritate verborum vel sententiarum dubietate quomodolibet videretur admissus. Nostris tamen ac Imperii Sacri & aliorum quorumlibet juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Infeudationis, Investituræ, concessionis, approbationis, ratificationis, renovationis, confirmationis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire. Si quis autem id attentare præsumpserit, Nostram & Imp. Sacr. indignationem gravissimam, & pœnam centum Marcarum auri puri fisco seu ærario nostro Imperiali totidemque injuriam passi usibus applicandam, toties quoties contrafactum fuerit, irremissibiliter incursurum. Harum testimonio literarum manu Nostra subscriptarum & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum Viennæ, die 17. Augusti, Anno 1632.

LXXXIIX.

Ferdinandi II. Rom. Imperat. Literæ, quibus Victorem Amadeum I. Sabaudiæ Ducem, de Portione Montisferrati per Commissionem Ratisbonensem ipsi assignata investivit, d. d. 17. Augusti, An. 1632.

FErdinandus Secundus, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus &c. Ad perpetuam rei memoriam; Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis: Divinæ dono gratiæ in excelso supremæ dignitatis humanæ fastigio collocati, vel ipsa Augusti appellatione nominis admonemur, hanc nobis præcipuam curam adesse debere, ut Imperium pulcherrimum majorum virtute partum, idemque saluberrimis legibus constitutum non tueamur modo ac conservemus, sed ea, qua licet ratione auctius, atque ornatius ad posteros transferamus. Horum igitur utrumque quidem cum haud alia nos neque compendiosiore via assequi posse intelligimus, quam subditos nostros & ejusdem Imperii, cum a vi & violentia externorum defendendo, tum ipsismet inter se jus & justitiam administrando, ac demum, si qui se nobis & eidem Sacro Imperio illustribus meritis præ ceteris commendatiores fecerint, in eosdem Augustæ dona munificentiæ non restricta manu effundendo. Hinc est, quod cum superioribus annis bello super successione Ducatus Mantuæ & Montisferrati exorto, eoque postea Ratisbonæ per nostros & Regis Franciæ Christianissimi Plenipotentiarios ad hoc constitutos composito, vigore transactionis desuper initæ ita convenerit, quod Serenissimo Duci Sabaudiæ, Principi Pedemontium, pro omnibus suis prætensionibus, quas habere posset super dicto Ducatu Montisferrati, aut aliis, ex eodem Ducatu Montisferrati Trinum & alia loca in dicto Ducatu sita assignari debeant, quorum redditus annui, stabiles & antiqui ad summam octodecim millium scutorum ascendant. Porro autem in vim dictæ Capitulationis vigore Tractatuum ac Conventionum similiter inter nostros & memorati Regis Franciæ Christianissimi Commissarios subsecutarum, dicto Serenissimo Sabaudiæ Duci sequentia loca obvenerint, &

& assignata, traditaque sint, videlicet Tridinum &c.

Sequuntur nomina locorum.

Prout de his omnibus nobis per Instrumenta ipsa originalia & publice constat. Jam vero idem Serenissimus Dux, Victor Amadeus, nobis per legatum & procuratorem suum Illustrem nostrum & Sac. Imperii fidelem dilectum Hyacinthum de Simiana, Marchionem Planitianum, humiliter supplicari fecerit, ut se de prædicta parte Montisferrati cum iisdem & universis Juribus, Regalibus, præeminentiis & prærogativis. quæ ad Serenissimos Duces Sabaudiæ in cæteris eorum Ducatibus & Principatibus spectant, videlicet in feudum nobile, gentile, avitum, & paternum pro se & descendentibus, agnatisque suis transversalibus in infinitum; & his omnibus deficientibus, pro fœminis ab iisdem respective descendentibus similiter in infinitum: ita tamen, quod fœminæ descendentes a præfato Serenissimo Victore Amadeo cæteris fœminis præferantur; itemque quod fœminæ semel vel pluries exclusæ perpetuo admitti valeant; adjecta etiam, si nobis placuisset, cessione omnium jurium & actionum, quæ nobis in dicta parte Montisferrati, ratione & occasione cujuslibet præteritæ caducitatis, contraventionis & devolutionis possent competere, in favorem ejusdem Serenissimi Ducis clementer investire dignaremur. Et nos sane grata memoria repetentes non solum quibus obsequiorum & devoti animi officiis antecessores ac præcipue majores nostros Rom. Imperatores ac Reges antecessores & majores præfati Serenissimi Ducis Victoris Amadei inde potissimum a Rudolpho I. glor. mem. nostri sanguinis Imperatore ad hæc usque tempora coluerint ac observarint; verum recentiore etiam memoria recolentes, qua fidei & devotionis constantia nuper bello Italico uterque tam pater Serenissimus videlicet Carolus Emanuel, quam filius Serenissimus Victor Amadeus, partes nostras amplexi, se suaque omnia extremis vitæ ac fortunæ periculis objicere, adeoque invicta animi fortitudine tot incumbentium exercituum onera, ille quidem ad extremum usque vitæ spiritum, hic vero ad finem usque belli illius sustinere non dubitarint; Reputantes etiam, quod se sæpememoratus Serenissimus Victor Amadeus a laudabili ejusmodi proposito hactenus nullo modo nihil remiserit, sed in eo se nobis, & dicto Sac. Imperio magis magisque quotidie probare studeat; Indubitata etiam spe confisi, eundem ab illa mente ne imposterum quidem recessurum, sed se ipsum potius, suosque in hac parte superaturum esse; In ejusmodi petitionem ipsius, quatenus potuimus ac debuimus, clementer consenserimus, prout præsentium tenore consentimus. Animo igitur deliberato, sano Procerum aliorumque nostrorum & Sac. Imperii fidelium dilectorum accedente consilio ex certa scientia, auctoritateque nostra Imperiali, de plenitudine potestatis Cæsareæ dictam partem, loca & terras Ducatus Montisferrati, videlicet Tridinum &c.

Sequitur repetitio locorum.

Omniaque & singula supradicta feudalia a nobis & Sac. Imperio quovis modo dependentia cum universis suis Juribus, honoribus & consuetudinibus, observantiis & pertinentiis, auctoritatibus, facultatibus & officiis, quemadmodum quidam Marchiones & Duces Montisferrati, ac nominatim Fridericus & Margarita conjuges primi Duces Montisferrati, nec non Franciscus & Gulielmus fratres eorumque respective Filius & Nepos Vincentius, & post hunc successive ejusdem Filii, Franciscus, Ferdinandus, & Vincentius illa possederunt & exercuerunt, idemque Serenissimus Victor Amadeus modo possidet & exercet, & prout ad ipsum virtute & in vim dictæ Capitulationis Ratisbonensis & subsecutorum tractatuum ac articulorum, seu quovis alio jure pertinuerunt ac pertinent, seu pertinere, & spectare debent, dicto Serenissimo Victori Amadeo, recepto prius ab ante nominato Legato & Procuratore, vigore sufficientis mandati procuratorii nobis in authentica forma exhibiti, debito fidelitatis juramento, pro se ipso & suis descendentibus & successoribus masculis legitimis, nec non & pro agnatis transversalibus, eorumque descendentibus masculis legitimis in Ducatu Sabaudiæ succedentibus in infinitum, & illis quandocunque deficientibus pro fœminis ac iisdem respective descendentibus; ita quod fœminæ semel vel pluries exclusæ etiam admitti valeant, ac inter has ipsas fœminas, ut fœminæ descendentes a primo investito, sæpedicto videlicet Serenissimo Victore Amadeo, cæteris omnibus præferantur, (salva alias natura & proprietate feudi) in feudum nobile, antiquum, avitum & paternum, secundum formam veterum Investiturarum prænominatis quibusdam Marchionibus & Ducibus Montisferrati, ac nominatim dictis Friderico & Margaritæ primis Ducibus Montisferrati conjugibus, eorumque filiis Francisco & Gulielmo, horumque respective filio & nepoti Vincentio, ac tandem post hujus obitum, ejusdem filiis Francisco, Ferdinando & Vincentio ultimo ejus lineæ defuncto concessarum, quarum tenores, prout prædictis Marchionibus & Ducibus Montisferrati a Divis Cæsaribus antecessoribus nostris, præsertim a Carolo IV. Wenceslao, Sigismundo, Alberto, Friderico III. Maximiliano I. Carolo V. Ferdinando I. Maximiliano II. Rudolpho II. & Matthia Imperatoribus, nec non nobis ipsis concessæ & confirmatæ sunt, hic pro expressis haberi volumus; assignavimus ac de iisdem præfatum Serenissimum Victorem Amadeum, memoratis autoritate, consilio, scientia & potestate investivimus ac investimus; Cedentes etiam eidem omnia jura & actiones, quæ nobis vel Sac. Rom. Imperio in dicta parte Montisferrati ratione & occasione cujuslibet præteritæ caducitatis, contraventionis, ac devolutionis compe-

tere possent; itemque eidem Serenissimo Duci omnia, & singula Jura, privilegia, immunitates & gratias, quæ ad eundem, ratione dictæ partis Montisferrati spectare possint, confirmantes, ipsumque Serenissimum Ducem, hæredesque & successores ipsius in dicta parte Montisferrati, nec non & loca, terrasque supradictas omnes in nostram & Sac. Imperii protectionem recipientes, ut tuitione & defensione potiantur & gaudeant, quibus alii nostri & Sac. Imperii Principes gaudent & potiuntur; nostris tamen & ejusdem Sac. Rom. Imperii superioritate & juribus semper salvis & illæsis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram Investituræ, Confirmationis, tuitionis, protectionis & Decreti paginam infringere, vel ausu temerario eidem quoquo modo contravenire; si quis autem hoc attendare præsumpserit, nostram & Imperii Sac. indignationem gravissimam & pœnam quadringentarum marcharum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, irremissibiliter incursurum se noverit, quarum dimidiam Imperiali fisco nostro, reliquam vero partem injuriam passi vel passorum usibus applicandam decernimus, harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ, die 17. Augusti 1632.

LXXXIX.

Tabulæ fœderis inter Victorem Amadeum I. Sabaudiæ Ducem ex una, & Pagos Helveticos, Lucernam, Uraniam, Suitium, ambas Subsylvaniæ partes, Tugium & Friburgum, ex altera parte, initi, d. d. 14. Julii, An. 1634.

In Nomine Sanctissimæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

QUandoquidem tibi, Summe Deus, subjiciantur omnia Regna mundi, cum sis eorum Dominus, creaveris cœlum, & terram, & ea quæ in istorum ambitu continentur, idcirco merito, quæ creasti, tuos curvantur ante pedes, Dominumque, & Creatorem te suum esse confitentur. In hoc laudabilis maxime, quod in creatione hominem totius universi intelligentem produxeris, rationem eidem indideris, qua ceu fundamento, & tibi confecto Instrumento gubernares omnia, hoc duce amicitiam inter tot tamque diversas Gentes & nationes constitueris, mundi Monarchas, Principes, Populos amicabili societatis vinculo connecteres, quo unus alteri in tantum devinciretur, ut in multis rebus unicuique propriis communitatem, in damnis inferendis auxilium, allatis solatium, in adversitatibus, & periculis fraternam manum porrigerent, unusque cum alterius ope, & adminiculo, sine quo solus durare vix posset, contra hostiles incursus intrepidus persisteret.

In hoc fine humana ratio sæpius devenit ut Reges, Monarchiæ, Respublicæ, Urbes &c. nisi sese quandoque vicinis & exteris Regnis, Urbibus &c. per quandam confœderationem, seu aliam quamcumque conjunctionem univissent, in multis partes secatæ essent; Conservare tamen ab optimi & omnipotentis Dei admirabili providentia, qua volebat, ut sicut homo homini, sic Provincia Provinciæ &c. per initam amicitiam periclitanti succurreret. Idem quoque Barbari observarunt putantes maxime consultum fore, si cum exteris regnis ad suorum felicem statum certa quadam Conditione paciscantur; si barbari ergo & sine veri fidei lumine viventes pro conservatione regionis, pro majore securitate bonorum suorum, pacta, fœdera, amicitias cum alienis contraxerunt, naturali duntaxat lumine persuasi, quanto magis, qui Christiani sumus, uniusque solius Dei agnitione non caremus, inter nos Regnaque, Principatus, Magistratus nostros &c. hujusmodi conventiones instituendæ sunt? cum tales non tantum ad bonum majoris securitatis nostræ, sed ad Dei gloriam Creatoris nostri honorem, quem in omni opera rationalis creatura sibi præfigere debet, tendant &c. Quapropter nos, Victor Amadeus, Dei gratia Dux Sabaudiæ, Chablasii, Augustæ, Gebenetii & Montferrati, Princeps Pedemontium, Marchio Salutiarum, Comes Gebennarum, Rotundi montis, Nitiæ, Astiæ & Tendarum, Baro Vaudi & Faucigniaci, Dominus Vercellarum, Marchionatus Ceux Vendiæ & Marni, Marchio in Italia, Sac. Rom. Imperii Princeps Vicariusque perpetuus, Rex Cypri &c. ex una: Nos idem Prætores, Præfecti, Senatores utriusque Senatus, Cives, Populi, Urbium, Ditionum, Jurisdictionum & qui in superiori Germania positi majores Cantones appellamur, ii nimirum qui Lucernæ, Uraniæ, Suitii, in ambabus partibus Subsylvaniæ, Tugii, Friburgii Helveticorum, & in istorum omnium ditionibus habitant, ex altera parte.

Testamur omnibus, & singulis hoc manuscripto: quod olim Serenissimus Princeps, ac Dominus, D. Emanuel Philibertus piæ memoriæ Dux Sabaudiæ &c. Proavus prædicti Victoris, & magna confidentia & intima inclinatione qua in nos nostramque nationem ferebatur, nobiscum (prænominatis sex Cantonibus) singularem amicitiam & fœdus contraxerit. Uti Serenissimus Princeps ac Dominus Dominus Carolus Emanuel ejusdem Sabaudiæ Dux &c. Anno Millesimo quingentesimo octogesimo primo, laudabiliter confirmavit, ita quidem ut inter Serenissimos Sabaudiæ Duces Antecessores nostros, & inter nos prædictos Cantones conjuratum amicitiæ commercium, animorum concordia, & fraterna pax hucusque semper floruerit. Cum ita-

taque contractus iste inter nos initus rursum annos suos finierit & nobis utrimque multum profuerit, quod vel ex aliorum locorum, & populorum magno bellorum devastantium infortunio, ac deflebili calamitate perspiciendum est, & præsertim concludendum quantæ utilitatis sit inter vicinos, & amicos obfirmatum fœderis vel alterius amicitiæ sigillum illæsum servare, ut & hinc aliæ Provinciæ & Populi Christiani, qui se invicem quotidianis bellorum infestationibus affligunt atque hostili sese propemodum exedunt odio, ad similem unanimitatem moveantur, Inimicitias & contra suas, quas tam diu inter se ipsos agitarunt in totius, Christianissimi hostis & persecutoris caput effundant. Colligenda est etiam magna felicitas, quæ inde nos in utraque parte existentes consequi potest, immo occasio, & commoditas spectanda in vicinitate, & terrarum nostrarum contactu posita, quæ nobis plerumque solatii plurimi, ac benevolentiæ causa fuit, cum eadem nobis nostrisque possessoribus multum tranquillitatis attulerit, & contra quascumque molestias ferendas afferre potest; hic sine dubio inviolabilis nostrorum animorum facta est connectio, hinc eorum vires, & virile robur, hinc inter nos amor, fiducia & fidelitas, quæ in eo consistere debet, ut a nulla extema hostium vi, vel machinatione commoti, separemur, pacta, fædera a majoribus nostris cæpta, vel confirmata hac semper fidelitate obsignemus, ut nos posterique nostri de nunquam violata societate sibi gratulentur: Quo circa nos duæ prænominatæ partes, qui antecessorum nostrorum vestigiis insistimus, ad majorem securitatem, & defensionem Principatuum ditionum Populorum nostrorum &c. & contra quosvis nobis adversantes neminem, quam eos qui postea in clausula finali eximuntur, exclusum volumus, statuentes, & nobis sinceram charitatem invicem proponentes. Ad hujus laudatissimi operis (statuendæ Confœderationis) promotionem, & felicem executionem nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. antedictus, ex parte nostra, constituimus cum summa potestate Illustrissimum & Fidelissimum Marchionem Carolum Emanuelem Palavicinum, Consiliarium nostrum Cameræ, & munitionum nostrarum Generalem Inspectorem, & Legatum Extraordinarium ad dictos Cantones.

Nos etiam prænominati Cantones posteaquam publicis in conventibus, & diætis, statui statusque Communitati hoc negotium antetulimus, (quod sine omnium eorum præcognitionem, & consensum, ex parte nostra temerarium foret) id per Serenissimum Ducis Sabaudiæ &c. antedictum Legatum suscepimus, conclusimus, nosque ex utraque parte cum successoribus nostris individua societate & confœderatione (quæ plane fidelis esse debet) tradidimus, præhabitis maturiorum consiliis, & præmeditationibus ratificantes illud in valore hujus inserti, quod in debita forma palam subsequetur.

Primum omnium est, ut in charitate sinceros, & fideles Confœderatos, sine omni dolo, vel fraude nos agnoscemus, ita ut ex tenore præsentis pacti fœderis tangantur omnes & singuli utriusque partis Principatus, Magistratus, Ditiones, Dominatus & Populi &c. quos hoc tempore possidemus qualescumque seu quibus in locis illi sint, præsertim Marchionatus Saluzzanus, Ducatus Montferratensis, qui ad nos Serenissimum Ducem Sabaudiæ spectant, ut videre est ex Cæsareæ Majestatis concessa investitura; attamen utriusque partis ea intentio esse non debet, nec idcirco fœdus fundamentum est, quod per illud regna, Principatus, civitates &c. turbandi sint, sed ut nos ipsos potius, & nostra jura a quibusvis externorum utilitatibus defendamus &c.

II. Si forsan accideret ut nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. vel nos Cantones alteruter vel omnes (qui hoc fœdus inierunt) in nostris Principatibus, ditionibus, trans vel citra montes existentibus, quicumque illi sint, ab aliis nationibus, vel populis hoc fœdus non ingredientibus quoquomodo incommodaremur quod supportare non possemus, vel consultum non esset parique incommoditate cogeretur hostium quorumcumque incursibus & incommodationibus obviare ad exonerandum humeris suis imminens periculum, tenentur non incommodati, ex pacto fœderis, quomodo opus erit intra unius mensis spatium, postquam imploratio denunciata fuerit, sine omni tergiversatione, & inquisitione causæ incommodationis, tam ex parte incommodatorum, quam ex parte incommodantium succurere & in hoc fœdera cum aliis nationibus contracta, quæ nostris post vel antecesserunt, recipienda non sunt ut sequetur.

III. Sciendum est quod si Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. Convicinus noster observandissimus in quodam suorum Principatuum, bello attentaretur, Cantones qui cum eo confœderati sunt, dabunt ad minimum sex millia peditum, ad summum duodecim millia, (ad hoc tamen nullus cogi potest, qui non sponte sua dato, vel assecurato sibi stipendio, eo se conferre velit) quorum belli Duces sua Altitudo per Legatos & officiales suos (qui etiam antequam militum conscriptio & eorum deductio fiat, causam ejus rei apud Magistratum eo loco deponant) eliget, & propriis suis sumptibus educet. Electi autem belli Duces deinceps reliquos officiales pro sua commoditate constituent, eos scilicet, qui ipsis videbuntur aptiores: Similiter, si qui Duces eorum ab hoste morerentur, cæteri alios in eorum locum constituere poterunt, accedente tamen suæ Altitudinis, vel ipsius Generalis confirmatione, ut apud Helvetios, & eorum belli observatas consuetudines semper moris fuit, quibus militibus Helvetiis non alii Duces, quam ex iis locis, qui in istud fœdus consenserunt, concedentur.

IV. Facta vero hujus modi conscriptione, & militum avocatione, conventum est inter nos, ut sua Altitudo milites nostros trium mensium stipendiaria pecunia exsolvat, non obstante eo quod in suæ Altitudinis servitio non multo tem-

tempore militabunt; item ut pecuniam pro primo mense solvendam, prius quam domo se moveant, annumeret, reliquam duorum mensium alibi, ubi commoditas erit solvendi, di Laca incipiet conveniens stipendii merx & statim tempore, quo milites nostri per S. A. Legatos & officiales domo avocantur, etiam præ suo motionis die. Quod si nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. prædictos milites diutius quam trium mensium spatio in serviendo asservamus, volumus eos de mense ad mensem & hoc in principio cujusvis mensis, sicuti inter nos pacti sumus, persolvere, eosdemque secundum Helvetiorum consuetudinem lustrare ac omni data opera, & occasione ita promovere, ut absque mora & cunctatione in patriam redire possint &c.

V. Quod si Serenissimus Vicinus noster Dux Sabaudiæ &c. aut militarium suarum copiarum electus Generalis decerneret cum hoste confligendum esse, Deoque annuente &c. Jubemus serio, ne præordinati Helvetii milites sine superiorum suorum, seu Ducum præscitum, & voluntate bello durante a se invicem & copiis segregentur, sed copia eorum collecta maneat, bello autem finito possumus illos per urbes, oppida, arces hinc inde collocare ad defensionem dictorum locorum &c.

VI. Quod si Serenissimus Vicinus noster Dux Sabaudiæ &c. aut militarium suarum copiarum electus Generalis decerneret cum hoste confligendum esse, Deoque annuente, in primis felicissimo concursu & auxilio Helvetiorum hostem convinceret, vel alias nos Helvetii hostium subitæ irruptionis necessitatis causa compulsi arma capescere cogeremur & hostem cæderemus, tunc nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. promittimus fideliter nos iis belli Ducibus, & militibus Helvetiis, postquam victoria obtenta eos dimiserimus, debitum eorum stipendium etiam supra id quod promisimus solutoros esse &c.

VII. Quando e contra nos dicti Cantones similiter, ut paulo ante dictum, ab aliquo nobis adversante armis hostilibus obruti, vel obruendi, vel quacumque urgente causa ad nostram defensionem compelleremur, tunc S. A. nobis Cantonibus omnibus, vel alterutri, cui molestia illa fieret, succurret intra temporis spatium ante positum, nimirum mille peditibus sclopetariis, aut in istorum locum singulis mensibus tribus millibus Coronatorum, in quibus nos Cantones optionem habemus, vel mille pedites ante memoratos, aut quinque millia Coronatorum singulis mensibus, vel trecentos equites aut tria millia Coronatorum singulis semper mensibus, vel denique mille trecentos equites, & pedites, aut totam summam octo millium Coronatorum singulis mensibus solvendorum &c. accept. attamen nos Cantones volumus ii videri quasi prædictos equites ac pedites petierimus aut petitos receperimus, quod idcirco ex parte nostra non remittemus, neque etiam hoc fine prædictam pecuniæ summam postulabimus, vel accipiemus, sed eodem modo, ut exoptionem habeamus milites, vel pecuniam præeligere, quomodo, vel quando nobis fuerit visum &c.

VIII. Eandem militarem copiam nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. Cantonibus nostris sumptibus transmittemus intra tempus paulo ante præfinitum, & ab eo tempore usque ad finem belli, quamdiu à Cantonibus bello attentatis retinentur, sine Cantonum expensis exsolvemus &c.

IX. Hujusmodi milites nos Cantones valebimus (etsi hoc in casu eos non expostulavissemus) ad unum vel plura loca, si quando mandaverimus ad securitatem, & defensionum nostrarum urbium, munitionum, ubi vel quando opus fuerit, sequestrare, qui nobis flagrante bello ibi, ubi ex necessitate adhibendi erunt, obtemperabunt &c.

X. Præterea nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. tam milites, quos Cantonibus in auxilium misimus, quam & illos suos, quos ipsi nobis præordinarunt, (ut ante audivimus) arma, quibus omni ex parte necessario utentur, subministrabimus; insuper ut bello in modo ex magnitudine provideantur ejusmodi etiam transitus viæ, ditiones postulabunt, curabimus.

XI. Quando autem Cantones (quod Deus avertat rogamus humiliter) inter se alteruter contra alterum vel plures in discordiam & dissensionem inciderent ex quali principio & causa, tunc S. A. (licet a nulla discordante parte expostularetur) per dignitatis & authoritatis suæ interpositionem pro facienda inter eos reconciliatione quantum possibile est laborabit, neque etiam eorum amicitiæ obesset alteratio, debet S. A. parti defensoriæ jus sibi postulanti ad defendendum suum honorem & justitiam succurrere, vel consulere, cui si contraria pars renuerit, & id quod statutum est decretumque non recipere voluerit, tunc sua A. (ne forsan arma pro judice loquerentur) non obstante fœdere, quo cum pertinaci illâ parte involuta est, eidem suum patrocinium, fœdus, & pollicitationem in horum articulorum inserto positam renunciabit. Similiter etiam versus suam Altitudinem, si forte ab una, vel pluribus sibi confœderatis Cantonibus ad hujusmodi discordias quæreretur, ad sui juris defensionem nos facturos promittimus.

XII. Recludemus quoque omnibus & singulis nostris ex utraque parte militibus, quos una alteri transmittet, urbes, arces, oppida, quamdiu bellum ex una vel altera parte durabit, ut ibidem (si quæ esset necessitas) facilius & commodius vivere possint, in quo tamen maxime illa pars, ubi bellum erit, laborabit; deinde ut iidem milites victum aliaque necessaria absque præjudicio, & damno locorum ubi transibunt debita solutione expendant; exceptis ex parte nostra Serenissimi Ducis Sabaudiæ urbibus, munitionibus, ubi continua habentur præsidia, quæ nihilominus nominatis militibus, ubi opus erit, omnem amicitiam, favorem & caritatem exhibebunt; præterquam quod unaquæq; pars datis sibi, vel submissis militibus providerit ut illis victua-

victualia, arma ad eaque pertinentia in bono & justo pretio vendantur.

XIII. Quamdiu vero bellum, ex illius parte, cui succursus militaris datus, vel transmissus fuit, durabit, tunc illi gentes ad præstandum talem succursum ordinati vel missi tamdiu in bellantis auxilio, & servitio permanebunt, donec bello finis, vel pax imponatur, nisi alter sponte eos demittat, aut in suis principatibus vel locis ipsemet oppressus suo se milite defendere debeat, ita ut sine suo notabili nocumento parti postulanti, ex tenore & valore horum insertorum non possit satisfacere, tum ad defensionem sui ipsius pars illa non tenetur alii magis quam sibi ipsi succurrere, imo omnes, & singulos eos, qui jam ad subveniendum alteri finibus cujus egressi sunt, revocare poterit, in quo altera pars revocationi nullo modo obstare vel eam impedire debebit.

XIV. Si quædam ex nostris ambabus partibus cum quodam alio ad arma provocetur, nulla sine alterius confœderati præmonitione, aut præscientia pacisci potest cum hoste suo; Quod quamvis fieret cum voluntate alterius, nulla pars aliam in compositione illa pacis excludere debet; si autem alterutra pars in facienda pace pro se voluerit consentire, nec sese in eadem includere, potest altera si velit pacisci prout ei commodum fuerit, & pace facta tenetur illa pars, cui succursus ab altera factus est, omnem impendere operam, ut qui ad auxilium sibi ferendum conscripti fuerant, in securitate reducantur.

XV. Accedit etiam antequam una nostrarum partium confœderatarum a quodam sibi adversario invadatur, altera pars præterquam quod illi cogatur succurrere modo supradicto, debet (si ita tempus, & comoditas permitterent, prius quam invasio præcipitetur) per legationes, admonitiones, litterarum missiones, & similia ad futuræ pugnæ aversionem utilia, & necessaria quantum poterit provocare, ut exorta lis, & discordia, vel per simplicem mitigationem, vel si ita opus erit per injuriæ illatæ recompensationem absumatur, ut interim (& in hoc una pars alteri promissæ & servatæ amicitiæ mogno erit argumento) vitetur suorum locorum perturbatio, devastatio multique Christiani sanguinis effusio, pro quarum rerum impeditione, reconciliatione &c. si qui sumptus intercurrant, eos semper & pro utraque parte expendet sua Altitudo. Statuimus etiam utrinque nos Urbes & transitus nostros ulli unquam ex nobis occlusuros, sed unicuique transituro reclusuros esse, ut quisque vel suos defendendi vel aliquod aliud negotium peragendi liberum transitum habeat.

XVI. Nullus itidem ex nobis ulli alteri, quisquis ille sit, qui alterutram nostrarum partium aggressurus esset, ullum auxilium, ullam promotionem, securitatem, transitum, sustentationem, nec cujuscumque partis adversæ defensionem, seu protectionem procurabit; imo è nostris Principatibus, locis, Jurisdictionibus ejectos & expulsos omnino non tolerabit, nec transitum, vel aliam quamcunque securitatem concedet, verum illos quantum poterit ejiciet, depellet, & prosequetur; Et contra, si qui essent inter nos, qui ad obtinenda sua Jura, aut eorum defensionem apud nos patrocinium quærerent, nos cum iisdem fideliter secundum cujuscumque jus & ejus commemorationem acturos pollicemur.

XVII. Ad majorem fœderis nostri ratificationem notandum simul est, neminem ex nobis confœderatis debere alterius partis personas, vel subditos, contra quos una alterave pars actionem, accusationem, aut aliam requisitionem habet, in civem suum, seu ad aliam quamcumque defensionem assumere, adeoque nemo Gebenentium poterit modo jam dicto suscipi, donec ea, quæ nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. ab ipsis requirimus, vel per sententiam Judicis, aut per simplicem iniquæ suæ possessionis astrictem restituantur; præsertim nullus alteri suos acceptabit in cives & incolas, aut aliam alteram protectionem, nisi ibi, ubi acceptandi sunt, commorari velint, eorum tamen bona immobilia æstimabuntur, ut antiqua tenet consuetudo.

XVIII. Quod ad vectigalium, & mercatorum mentionem attinet, volumus, ut utriusque partis mercatores vel negotiatores, subditi & populi ad exigentiam suarum mercaturarum aut negotiorum per omnium nostrorum Principatus, ditiones, Urbes &c. ut imposterum fieri consuluit, iri, redire, transire, agere & commorari possint: Operam dabimus etiam quantum poterimus, ne cuiquam eorum vis vel in corpore vel in bonis suis inferatur, sed in securitate rem suam, ut jam dictum est, agere, & negotiari possit ac valeat. Quod ad vectigalia, impositiones &c. spectat, antiqua semper apud nos utrinque servabitur consuetudo, ubi simul decernimus, ne unus alterius famulis, subditis, populis ad eosque spectantibus nova & inusitata vectigalium, aliorumque similium onera imponat, & si quæ jam imposita essent, vel de novo imponerentur, eo ipso abolita, & de jure annullata sint.

XIX. Neve in utraque parte existens defectus quispiam in actionibus & causis fori juridicis, sed effectus integer reperiatur, statuimus ut nullus ex nobis omnibus & singulis quam propter debita rite incursa, depositas, seu concessas litteras, & singula, & res sufficienti testimonio comprobatas (excipiuntur furta & malefica, quæ puniri debent ibi, ubi deprehenduntur vel acta sunt) confiteatur de ceteris quibusvis aliis requisitionibus, actionibus & contrarietatibus, actor adversarium suum coram ordinario, & proprio Judice deponat; Deinde ut omnes & singuli, qua sibi via in processibus, judiciis, rebusque cæteris forensibus incedendum sit intelligant, debent ejusmodi actiones ibi, ubi adversarius commoratur, coram illius statuto & proprio judicio transigi ad formam semper loci consuetudinis consuetam; similiter lites circa fundos,

fundos, jurisdictiones, dominia & bona circumjacentia, item causæ principales sive personales, sive particulares coram magistratu ac quocumque judice, in locis, ubi prædicta bona sunt, peragi possunt, ac debent; sententia lata, sique pars id, quod conclusum, acceptare noluerit, potest ad supremum illius loci Judicem (cujus erit vel approbare sententiam prius latam, vel eidem addere, vel demere salvo semper unius cujusque jure) negotium cum appellatione traducere, qui postquam pronunciaverit sententiam suam, ab ullo mutari, vel alterius appellari non poterit. Operam dabimus insuper, ut mandatorum nostrorum exequutores, & prædicti Judices omnibus, & singulis in Jus conscendentibus absque procrastinatione, & longa mora sententiam ferant, litesque terminent in modo procedendi consueto, cum hoc singulari additamento, ut utraque pars vel suos, vel alterius partis populos & subditos taliter expediat, ut ad summum intra tres menses sententia illis dicatur; si ulterius differri contingat, potest ille, cujus negotium intra hoc tempus non expeditum fuerit, adversam partem ad curiam infra nominandam citare ante proprium suum Judicem.

XX. Si forsan contingeret, ut nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. (vel alius quisquam nostrorum Principum) cum alterutro vel pluribus Catonibus, vel eorum particularibus personis in errorem, dissensionem, quiquid illud vel quomodo esse contingeret, incideremus, tum nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. illos, contra quos actionem habebimus, coram quatuor deputatis pro negotio eodem decidendo citare poterimus, quorum quatuor deputatorum electio ita fiet, nimirum ex parte petitoris sumentur duo, & duo similiter ex parte defensoris, ita ut si nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. petitores aut defensores erimus, duos ex consiliariis nostris, vel aliis quibuscumque nobis placentibus eligendi optionem habebimus; quando è contra nos Cantones alteruter, vel plures hoc semper fœdere obligati, vel nostrum qualescumque particulares personæ petitores vel defensores erimus, potestatem habebimus duos è Senatoribus nostris, vel aliis ad officium deputatorum supra relatorum nominare; si forsan etiam negotium omnes, & singulos Cantones involveret tum quatuor deputati ex quibus eorum locis illi voluerint eligentur tali modo & forma, ut supra. Cavendum tamen erit nè deputati favebunt parti, si tamen prius juraverint sublatis digitis, expressis verbis vel nutibus, quod secundum uniuscujusque Jus, & non habito alio respectu, omnibus & singulis, quod suum est, adjudicare velint prout ipsis justum videbitur, adstipulari, & totam sententiam pronunciare, qui etiam sufficienter testabuntur, se faciendi Juramenti, nulliusve honoris alterius capaces esse, quo minus contra eos ullibi excipi poterit. Si horum deputatorum prolata judicia diversis partibus favebunt, aut in se ipsis dividerentur judicando ita, ut duo uni, & duo alteri parti adhæreant, nec ullus suæ sententiæ cedere velit, debemus personam tertii alicujus, quem imposterum assumptum appellabimus, assumere & scissionem in judiciis concordare, cujus assumpti erit inprimis sub præstito prius juramento quatuor deputatorum diversa judicia inspicere, secum diligentius ponderare, &, amborum judicia postquam satis ponderaverit, ei consentire, quod æquius æstimabit. Quando interim deputati ante dicti pro assumpti intercessione convenire noluerint, debebit utraque pars deputatorum unaquæque duos bonæ fidei, & integræ vitæ viros producere, inter quos nulla consanguinitas, amicitia, vel aliquis favor, vel erga sese, vel erga deputatos, vel erga petitorem, defensorem reperiendus erit, qui ut prior assumptus in eadem fidelitate & fide acturos esse se jurabunt, facto Juramento alteruter, postquam eam ob causam sortem duxerint, in assumptum eligetur, iste assumptus, ex sorte ducta electus, debebit etiam, ut superius de illo assumpto dictum est, deputatorum prolata judicia inspicere, & ut ille, fidem præstare, se ambo judicia diligenter examinaturum, & unicuique ita satisfacturum esse, ut tamen eidem judicio, quod justitiæ magis convenire censebitur, accedere velit, nihil vel augmentando, vel minuendo, si quidem nullus assumptus potest aliud à deputatorum judicio decernere, sed eorum alterutri, sine ulla mutatione additionis vel detractionis annuere, & unum alteri præferre: Et hæc omnia apud nos in utraque parte existentes diligenter observanda sunt; quicunque deinde, vel petitor, vel defensor erit, debebit præterquam actor parti suæ advenæ ad proximi mensis securitatem, postquam deputati cum assumptis ad decidendum illud negotium rogati fuerint, significare, se ad cognoscendam utriusque justitiam coram judice, nimirum coram quatuor deputatis, & uno assumpto, si quando necessarius erit, causam actionis secum depositurum esse, tum quod hi justum, & æquum esse censerent nos in utraque parte constituti omnes & singuli etiam cum successoribus nostris, sine ulteriore retractatione sententiæ latæ, acquiescemus. Denique ad commoditatem transactionum talium negotiorum judicialium visum nobis fuit diversas curias statuere, scilicet pro actionibus trans alpes, ut in partibus Italiæ, & Piemonti, in bello, vel aliter, subditis curiam Belinzonensem, pro illis vero in Sabaudia vel citra montes degentes curiam Evianensem, ubi, & ad quæ loca nos invicem in utraque parte existentes cum Juribus & Judicibus nostris usque ad omnimodam litium transactionem vocare poterimus. Interim deputati supra nominati, qui in talibus causis decidendis ordinati sunt, data fide, & pollicitatione non aliter judicandi, quam unicuique Jus suum declarat, liberi esse debent (quantum jura exigunt) & non alii magis quam sibimetipsi & justitiæ alligati, ut secundum fidem & Juramentum præstitum reique certitudinem agant, & quod ipsi coram Deo, & mundo justum inve-

invenerint, pronuntient, neve in iis à superioribus suis nullo modo impediantur, aut retardentur; sique pars, ad alterius instantiam, duos ex parte sua deputatos ad assignatam curiam non transmitteret, vel loci jura in tali casu non agnosceret, vel eadem sine necessitate cum periculo differre niteretur, quoquomodo id fieri poterit, valebunt reliqui duo Deputati Judices ad instantiam actoris pronunciare suam sententiam, quæ ejusdem valoris erit, ac si eam omnes quatuor Deputati cum vel sine assumpto vidicassent: quodque ab illis decretum, & pronunciatum erit omnino obfirmandum, & sine ulla alia tergiversatione in eo acquiescendum erit.

XXI. Quocirca ad solidam hujus nostræ amicitiæ perantiquæ confirmationem, etiam singularis gratiæ & favoris, intimæ caritatis, & munificentiæ signum, quibus omnibus nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. in omni benevolentia, & sinceritate versus charissimos amicos & confœderatos Cantones obstringimur, placuit nobis (similiter nobis omnibus, & singulis Cantonibus) singulis imposterum annis, quamdiu confœderatio durabit, primo semper die Octobris Lucernæ Cantonum Deputatis, ad liberam & annuam nostræ conventionis pecuniam, omnibus & singulis Cantonibus hoc fœdere contentis, singulis annis quadraginta solvere ad sustentationem unius, vel plurium juvenum, qui in Universitate Taurina literis operam dabunt, hac insuper conditione, ut, quod si contingat nullos esse, qui ita Taurini studeant, nihilominus Magistratui singulorum locorum pecuniam nominatam singulis annis soluturi simus &c.

XXII. Hoc fœdus inter nos amicabiliter statutum ac conclusum valebit usque ad mortem Serenissimi Ducis Sabaudiæ &c. & Principis Piemonti, ejus Filii & Successoris Francisci Hyacinthi, valebit etiam quatuor annis post amborum decessum, cum hac declaratione, ut si accidat unum ex prænominatis Principibus ex hac vita discedere, alter qui supervixerit confœderationem cum Cantonibus renovare debeat, quod satis erit si per alicujus Legati sui ad nos transmissi simplicem salutationem indicaverit, quando quidem etiam sublatis istis fœdus semper in eodem valore & robore usque ad definitum tempus duraturum sit.

XXIII. Ad extremum nos ambæ partes cum communi consensu hoc in fœdere excepimus nimirum nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. Sanctissimum Patrem nostrum, Romanum Pontificem, Sedemque Apostolicam Romanam, Sacri Imperii Romani Imperatorem, totum Romanum Imperium, ambos potentissimos Reges, Christianissimum, & Catholicum, Serenissimum Venetorum Ducatum, & tam communia, quam particularia fœdera, & pacta, præcedentia, quibus cum aliis quibusdam Cantonibus prævenimus, quæ absque omni decrescentia in suo permanebunt valore, & quæ neque his præsentibus nullatenus obesse poterunt.

XXIV. Nos vero Cantones exceptos volumus Sanctissimum Patrem nostrum, Romanum Pontificem, Sanctam & Apostolicam Sedem Romanam, Sacrum Romanum Imperium, Christianissimum Galliæ Regem, perpetuos & hæreditarios confœderatos cum Domo Austria, & cum Domo Burgundia, Domo Medicensi, Archiducibus Austriæ, præterea omnia & singula nostra conjurata fœdera, privilegia, Jurisdictiones, Leges Civitatum, Jura Patriæ & antiquiores contractus, & singulas Præventiones, & Consuetudines, & quoscumque nobis confœderatos Socios, & populos, similiter tam communia, quam particularia fœdera, & intelligentias, quibus cum Serenissima Domo Sabaudica quoquo modo antea convenimus, quæ omnimodo valere debent, ita ut præsentia ista fœdera antiquioribus litteris & sigillis, quæ accepimus, & tradidimus, & præsertim confœderationibus defensionalibus, quas cum Regia Galliarum Corona contraximus, nullo modo nocere debeant &c. Notum denique nobis sit, quod si unus, vel plures ex illis, quos tam ex ambabus nostris partibus excepimus, alterutram nostrarum partium ubicunque seu quomodocunque, offensuri essent, tunc altera pars sine omni respectu exceptionis vel supra exceptorum parti ubicumque seu quomodocumque offensæ succurrere, offendentes repellere, offensos, vel offendendos defendere debebit modo & ratione superius allata, immo neutra pars sese excusare nullatenus poterit, quatenus contra quemcumque alterutram nostrorum partem offendentem defendendi causa parata esse debeat.

Ad majorem ratificationem hujus nostri contracti fœderis nos Victor Amadeus, Dei gratia Dux Sabaudiæ &c. testamur ea omnia, quæ his articulis præcedentibus inserta sunt, item omnia & singula, quæ Legatus noster supra nominatus titulo, & consensu nostro sex Cantonibus antetulerit, statuit & suscepit, nos etiam statuta, suscepta, & conclusa volumus, firmiter nobis proponentes, & testificantes, sub titulo & dignitate status nostri, nos & posteros nostros iis omnibus, & singulis obsequuturos esse.

Nos itidem etiam prædicti Cantones similiter ratificamus, volumus, & in antiqua fidelitate facturos promittimus. Ad cujus rei evidentius testimonium nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. regale nostrum sigillum, & nos Cantones prædicti tam Urbium, quam ditionum nostrarum propria etiam sigilla in duabus litteris ejusdem tenoris, & valoris, apponi curavimus. Actum ab anno Christi Salvatoris nascentis millesimo, sexcentesimo, trigesimo quarto, die decima quarta Julii.

XC.

Declaratio Marchionis Leganii, Gubernatoris Mediolani, Duci Sabaudiæ facta, d. d. 25. Maji, An. 1638.

D. Diego Filippo de Gusman Marchese di Leganes, del Consseglio di Stato di S. M. gentil' huomo della sua Camera, Presidente di quello di Fiandra, Capitano Generale dell'Artigliera di Spagna, Commendatore maggiore di Leone, e Tredici dell' istesso ordine, primo Cavallerizzo, Governatore dello Stato di Milano, Capitano Generale de gli eserciti di Lombardia.

Eandem militarem copiam nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. Cantonibus nostris sumptibus transmittemus, intra tempus paulo ante præfixum, & ab eo tempore usque ad finem belli, quamdiu a Cantonibus bello attentatis retinentur, sine Cantonum expensis exsolvemus.

Hujusmodi milites nos Cantones valebimus (etsi hoc in casu eos non expostulavissemus) ad unum, vel plura loca, si quando mandaverimus, ad securitatem & defensionem nostrarum urbium, munitionum, ditionum, ubi & quando opus fuerit sequestrare, qui nobis flagrante bello ibi, ubi ex necessitate adhibendi erunt, obtemperabunt.

Præterea nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. tam milites, quos Cantonibus in auxilium misimus, quam & illos suos, quos ipsi nobis præordinarunt, (ut ante audivimus) arma, quibus omni ex parte necessario utentur, subministrabimus, insuper ut bello in modo & magnitudine provideantur, ejusmodi etiam transitus viæ ditiones postulabunt, curabimus.

Quando autem Cantones (quod Deus avertat rogamus humiliter) inter se alteruter contra alterutrum, vel plures in discordiam, & dissensionem inciderent, ex quali principio & causa, tum sua Celsitudo (licet a nulla discordantium parte expostularetur) per dignitatis & authoritatis suæ interpositionem pro facienda inter eos reconciliatione, quantum possibile est, laborabit, neve eorum etiam amicitiæ obesset alteratio, debet sua Celsitudo parti defensoriæ, jus sibi postulanti ad defendendum suum honorem & justitiam succurrere, vel consulere, cui si contraria pars renunciaverit, & id quod statutum & decretum est, non recipere voluerit, tunc sua Altitudo, ne forsan arma pro judice loquerentur, non obstante fœdere, quo cum pertinaci illa parte involuta est, eidem suum patrocinium, fœdus & pollicitationem in horum Articulorum inserto positam denunciabit, similiter etiam versus suam Altitudinem, si ab uno forte aut pluribus sibi confœderatis Cantonibus ad hujusmodi discordias quæreretur, ad sui juris defensionem nos facturos promittimus.

Recludimus quoque omnes & singuli nostris ex utraque parte militibus, quos una alteri transmittet, urbes, arces, oppida, quamdiu bellum ex una vel altera parte durabit, ut ibidem cominus (si quæ esset necessitas) facilius & commodius vivere possint, in quo tamen maxime illa pars, ubi bellum erit, laborabit; deinde,

ut iidem milites victualia & alia necessaria, absque præjudicio & damno locorum, ubi transiunt, debita solutione expendant; exceptis ex parte nostrum Serenissimi Ducis Sabaudiæ &c. urbibus, munitionibus ubi continua habentur præsidia, quæ nihilominus nominatis militibus, ubi opus erit, omnem amicitiam, favorem & charitatem exhibebunt; præterquam quod unaquæque pars datis sibi, vel submissis militibus præviderit, ut illis victualia, arma, ad eaque pertinentia, in bono & justo pretio vendantur.

Quamdiu vero bellum ex illius parte, cui succursus militaris datus vel transmissus fuit, durabit, tunc illi, qui ad præstandum talem succursum ordinati, vel missi sunt, tamdiu in bellantis auxilio & servitio permanebunt, donec bello finis vel pax imponatur, nisi alter sponte eos remittat, aut in suis Principatibus vel locis ipsemet oppressus suo se milite defendere debeat, ita ut, sine suo notabili nocumento parti postulanti ex tenore & valore horum insertorum non possit satisfacere, tum ad defensionem sui ipsius pars illa non tenetur alii magis quam sibi ipsi occurrere, imo omnes & singulos eos, qui jam ad subveniendum alteri finibus suis egressi sunt, revocare poterit, in quo altera pars revocationi nullo modo obstare, vel eam impedire debebit.

Si quædam ex nostris ambabus partibus, cum quodam alio, ad arma provocetur, nulla sine alterius confœderatæ præmonitione aut præscientia, pacisci potest cum hoste suo, quod quamvis fieret cum voluntate alterius, nulla pars aliam in compositione illa pacis excludere debet: Si autem alterutra pars, in facienda pace, pro se voluerit consentire, nec sese in eadem includere, potest altera, si velit, pacisci, prout ei commodum fuerit, & pace facta tenetur illa pars, cui succursus ab altera factus est, omnem impendere operam, ut ii, qui auxilium sibi ferendum conscripti fuerant, in securitate reducantur.

Accedit etiam, antequam una nostrarum partium confœderatarum a quodam sibi adversario invadatur, altera pars præterquam quod illi cogatur succurrere modo supra dicto debet (si ita tempora & commoditas permittent, priusquam invasio præcipitetur) per Legationes, admonitiones, literarum missiones & similia ad futuræ pugnæ aversionem utilia & necessaria, quanto poterit procurare, ut exorta lis & discordia vel per simplicem mitigationem, vel si ita opus erit, per injuriæ allatæ recompensationem absumatur, ut interim (& in hoc una pars alteri promissæ & servatæ amicitiæ magno erit argumento) evitetur suorum locorum perturbatio, devastatio, multique Christiani sanguinis effusio, pro quarum rerum impeditione, reconciliatione &c. si qui sumtus intercurrant, eos semper & pro utraque parte expendet sua Altitudo; statuimus etiam utrinque nos urbes & transitus nostros nulli unquam ex nobis occlusuros, sed unicuique transituro reclusuros esse, ut quisque vel suos defendendi vel aliquod aliud negotium peragendi, liberum transitum habeat.

Nullus itidem ex nobis, ulli alteri, quisquis ille sit, qui alterutram nostram partem aggressurus esset, ullum auxilium, ullam promotionem & securitatem, transitum, sustentationem, nec cujuscunque partis adversariis defensionem seu protectionem procurabit, imo e nostris Principatibus, locis, jurisdictionibus ejectos & expulsos omnino non tolerabit, neque transitum, vel aliam quamcunque securitatem concedet, verum illos quantum poterit ejiciet, expellet & prosequetur. E contra si qui essent inter nos, qui ad obtinenda sua jura, aut eorum defensionem, apud nos Patrocinium quærerent, nos cum iisdem fideliter, secundum cujusque jus & ejus commensurationem acturos pollicemur.

Ad majorem fœderis nostri ratificationem notandum similiter est, neminem ex nobis confœderatis debere alterius partis personas vel subditos, contra quos una alterave pars actionem, accusationem aut aliquam requisitionem habet, in civem suum seu ad aliam quamcunque defensionem assumere; ideoque nemo Gebenensium poterit modo jam dicto suscipi, donec ea, quæ nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. ab ipsis requirimus, vel per sententiam judicis, aut per simplicem iniquæ suæ possessionis cessionem restituantur; præsertim nullus alteri suos acceptabit in cives & incolas, aut aliam alteram protectionem, nisi ibi, ubi acceptandi sunt, commorari velint, eorum tamen bona immobilia æstimabuntur, ut antiqua tenet consuetudo.

Quod ad vectigalium & mercatorum mentionem attinet, volumus, ut utriusque partis mercatores vel negotiatores, subditi & populi ad exigentiam suarum mercaturarum, aut negotiorum per omnium nostrorum Principatus, ditiones, urbes &c. (ut in posterum fieri consuevit) ire, redire, transire, agere & commorari possint; operam dabimus etiam quantum poterimus, ne cuipiam eorum vis vel in corpore, vel in bonis suis inferatur, sed in securitate rerum suarum, ut jam dictum est, agere & negotiari possit, & valeat; quod ad vectigalia, impositiones &c. spectat, antiqua semper apud nos utrinque servabitur consuetudo, ubi simul decernimus, ne unus alterius famulis, subditis, populis, ad eosque spectantibus, nova & inusitata vectigalium aliorumque similium onera imponat, & si quæ jam imposita essent, vel de novo imponerentur, eo ipso abolita & de jure annulata sint.

Neve inter nos, in utraque parte, existentes defectus quipiam in actionibus & causis fori juridici, sed effectus integer reperiatur; statuimus, ut nullus ex nobis omnibus & singulis, quampropter debita rite incursa, depositas vel concessas literas & sigilla & res sufficienti testimonio jam probatas (excipiuntur furta & maleficia, quæ puniri debent ibi, ubi deprehensa vel transacta sunt) confideatur, de cæteris quibusvis

vis aliis requisitionibus, actionibus & contrarietatibus actor adversarium suum coram ordinario & proprio Judice deponat. Deinde ut omnes & singuli, qua sibi via in processibus, judiciis, rebusque cæteris forensibus incedendum sit, intelligant, debent ejusmodi actiones ibi, ubi adversarius commoratur, coram illius statuto & proprio Judice transigi, ad formam semper loci consuetudinis consuetam; similiter lites circa fundos, Jurisdictiones, Dominia & bona circumjacentia, item causæ principales, sive personales sive particulares, coram Magistratu, aut quocunque Judice in locis, ubi bona prædicta sunt, peragi possunt ac debent; sententia lata, si quæ pars id, quod conclusum est, acceptare noluerit, potest ad supremum illius loci Judicem, (cujus erit vel approbare sententiam prius latam, vel eidem addere vel demere, salvo semper unius cujusque jure) negotium cum appellatione traducere, qui postquam pronunciaverit sententiam suam, ab ullo alio mutari vel alterius appellari non poterit. Operam dabimus insuper, ut mandatorum nostrorum Executores, & prædicti Judices omnibus & singulis in jus conscendentibus, absque procrastinatione & longa mora sententiam ferant, litesque terminent in modo procedendi consueto, cum hoc singulari addimento, ut utraque pars vel suos vel alterius partis populos & subditos taliter expediat, ut ad summum intra tres menses sententia illis dicatur; si ulterius differri contingat, potest ille, cujus negotium intra hoc tempus non expeditum fuerit, adversam suam partem ad curiam infra nominandam citare ante suum proprium Judicem.

Si forsan contingeret, ut nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. (vel alius quispiam nostrorum Principum) cum alterutro vel pluribus Cantonibus, vel eorum particularibus personis, in errorem, dissensionem, quidquid illud, vel quo modo esse contingeret, incideremus, tum nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. illos, contra quos actionem habebimus, coram quatuor deputatis pro eodem negocio decidendo citare poterimus, quorum quatuor deputatorum electio ita fiet, nimirum ex parte petitoris sumentur duo, & duo similiter ex parte defensoris, ita ut si nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. petitores aut defensores erimus, duos ex consiliariis nostris, vel aliis quibuscunque nobis placentibus, eligendi optionem habebimus; quando e contra nos Cantones alteruter, vel plures hoc semper fœdere obligati, vel nostrum qualescunque particulares personæ petitores vel defensores erimus, potestatem habebimus duos ex Senatoribus nostris, vel aliis ad officium deputatorum supra relatorum nominare.

Si forsitan etiam negotium omnes & singulos Cantones involvat, tum quatuor deputati ex quibus eorum locis illi voluerint, eligentur, tali modo & forma, ut supra; (cavendum tamen erit, ne Deputati de ullo crimine vel suspecti vel convicti sint;) qui Deputati valebunt parti (si tamen prius juraverint, sublatis digitis, expressis verbis vel nutibus, quod secundum unius cujusque jus, & non habito alio respectu, omnibus & singulis, quod suum est, adjudicare velint) prout ipsis justum videbitur, adstipulari, & magis tutam sententiam pronunciare, qui etiam sufficienter testabuntur, se faciendi juramenti, aliusve honoris alterius capaces esse, quo minus contra eos ullibi excipi poterit. Si horum Deputatorum prolata Judicia diversis partibus favebunt, & in se ipsis dividentur, judicando ita, ut duo uni, & duo alteri parti adhæreant, nec ullus suæ sententiæ cedere velit, debebunt per tertii alicujus (quem inposterum Assumptum appellabimus) intercessionem in Judiciis concordare, cujus Assumpti erit inprimis sub præstito prius juramento quatuor Deputatorum diversa judicia inspicere, secum diligentius ponderare, & postquam amborum ea satis ponderaverit, ei consentire, quod æquius æstimabit.

Quando interim Deputati antedicti, per Assumpti intercessionem convenire noluerint, debebit utraque pars Deputatorum, unaquæque duos bonæ fidei, & integra vitæ viros producere, (inter quos nulla consanguinitas, amicitia, vel alias aliquis favor, vel erga sese, vel Deputatos, vel erga petitorem & defensorem reperiendus erit,) qui ut prior assumptus in eadem fidelitate & fide se acturos esse jurabunt, factoq; juramento, alteruter postquam eam ob causam sortem duxerint, in Assumptum eligetur, iste Assumptus ex forte ducta electus, debebit etiam, ut superius de Assumpto illo dictum est, Deputatorum prolata judicia inspicere, & ut ille, fidem præstare, se ambo judicia diligenter examinaturum, & unicuique ita satisfacturum esse, ut tamen eidem judicio, quod justitiæ commensurabilius censebitur, accedere velit, nihil vel augmantando vel minuendo: Si quidem nullus Assumptus potest aliud a Deputatorum judicio decernere, sed eorum alterutri sine ulla mutatione additionis, vel detractionis annuere & unum alteri præferre: Et hæc omnia apud nos in utraque parte existentes diligenter observanda sunt, quicunque deinde vel petitor vel defensor sit futurus. Debebit præterquam actor parti suæ adversæ ad proximi mensis securitatem, postquam Deputati cum Assumpto ad decidendum illud negotium rogati fuerint, significare, se ad cognoscendum utriusque justitiam, coram judice, nimirum coram quatuor Deputatis & uno Assumpto, si quando necessarius erit, causam actionis suæ depositurum esse, tum quod hi justum & æquum esse censuerint, nos in utraque parte constituti omnes & singuli etiam cum Successoribus nostris, sine ulteriore retractatione sententiæ latæ acquiescemus. Denique ad commodiorem transactionem talium negotiorum judicialium, visum nobis fuit diversas Curias statuere, scilicet pro actionibus trans Alpes, ut in partibus Italiæ & Pedemontii, in bello vel aliter subortis, curiam Bellinzonensem, pro illis vero in Sabaudia, vel citra montes ortis Curiam Evianensem, ubi & ad quæ loca, nos invicem & in utraque parte existentes, cum juribus & judicibus nostris, usque ad omnimodam

modam litium transactionem vocare poterimus. Interim Deputati supra nominati, qui in talibus causis decidendis ordinati sunt, data fide & pollicitatione, non aliter judicandi, quam unicuique jus suum declarat, liberi esse debent, (quantum jura exigunt) & non alii magis, quam sibimet ipsis, & justitiæ alligati, ut secundum fidem & juramentum præfatum & rei certitudinem agant, & quod ipsi coram Deo & mundo justum invenerint, pronuncient, neve in iis a superioribus suis nullo modo impediantur, aut retardentur. Si quæ pars, ad instantiam alterius, duos ex parte sua deputatos ad assignatam Curiam non transmitteret, vel loci jura in tali casu non agnosceret, vel eadem sine necessitate cum periculo differre niteretur, quoquomodo id fieri poterit, valebunt reliqui duo Deputati Judices ad instantiam Actoris pronunciare suam sententiam, quæ ejusdem valoris erit, ac si in ea omnes quatuor Deputati cum vel sine Assumpto judicassent, quodque ab illis decretum & pronunciatum fuerit, omnino obfirmandum, & sine ulla alia tergiversatione in eo acquiescendum erit.

Quocirca ad solidam hujus nostræ amicitiæ perantiquæ confirmationem, etiam singularis gratiæ & favoris, intimæ caritatis & munificentiæ signum, quibus omnibus nos Serenissimus Dux Sabaudiæ &c. in omni benevolentia & sinceritate versus carissimos Amicos & confœderatos Cantones obstringimur, placuit nobis (similiter nobis omnibus & singulis Cantonibus) singulis inposterum annis, quamdiu confœderatio durabit, primo semper die Octobris Lucernæ sine Cantonum superexpensis ad liberam & annuam nostræ Conventionis pecuniam omnibus & singulis Cantonibus numerare trecentos aureos, præterquam quod adhuc omnibus & singulis Cantonibus, hoc fœdere contentis, singulis annis nos soluturos promittamus quadraginta ad sustentationem unius vel plurium Juvenum, qui in Universitate Taurinensi in literis operam dabunt, hac insuper conditione, ut, quod si contingat, nullos esse, qui Taurini studeant, nihilominus Magistratui singulorum Locorum pecuniam nominatam singulis annis soluturi simus.

Debet autem ista confœderatio durare & in vigore consistere per totam vitam Regiæ Celsitudinis Caroli Emanuelis, quam omnipotens DEus incolumem diu servare velit, & præterea quatuor annis post illius mortem.

Ad extremum nos ambæ partes cum communi consensu hoc in fœdere excepimus, nimirum nos Serenissimus Dux Sabaudiæ Sanctissimum Patrem nostrum Romanum Pontificem, Sedemque Apostolicam Romanam, Sacri Romani Imperii Imperatorem, totum Romanum Imperium, ambos Potentissimos Reges Christianissimum & Catholicum, & Serenissimum Venetorum Ducem & tam communia quam particularia fœdera & pacta præcedentia, quibus cum aliis Cantonibus prævenimus, quæ absque omni decrescentia in suo permanebunt valore, & quæ neque his præsentibus nullatenus obesse possunt.

Nos vero Cantones exceptos volumus Sanctissimum Patrem nostrum Romanum Pontificem, sanctam & Apostolicam Sedem Romanam, Sacrum Romanum Imperium, Christianissimum Regem Galliæ, perpetuas & hæreditarias confœderationes cum domo Austriaca & Domo Burgundica, Domum Medicensem & Archiducem Toscaniæ, præterea omnia & singula nostra conjurata fœdera, Privilegia, Jurisdictiones, jura Patriæ & antiquiores contractus, & sigilla, præventiones, consuetudines, & quoscunque nobis confœderatos socios & populos, similiter tam communia quam particularia fœdera, & intelligentias, quibus cum Serenissima domo Sabaudica quoquo modo ante convenimus, quæ omnimode valere debent, ita ut præsentia ista fœdera antiquioribus literis & sigillis, quæ accepimus & tradidimus, & præsertim confœderationibus defensionalibus, quas cum Regia Gallorum Curia contraximus, nullo modo nocere debeant.

Notum denique sit nobis, quodsi unus vel plures ex illis, quos jam ex ambabus nostris partibus excepimus, alterutram nostram partem ubicunque seu quomodocunque offensuri essent, tunc alterutra pars sine omni respectu exceptionis, vel supra exceptorum, parti ubicunque seu quomodocunque offensæ succurrere, offendentes repellere, offensos, vel offendendos defendere debebit, modo & ratione superius allata, imo neutra pars sese excusare nullatenus poterit, quatenus contra quoscunque, alterutram nostrarum partem offendentes, defendendi offensam, parata esse debeat.

Et ad majorem testificationem, consolidationem, & confirmationem unionis, intelligentiæ, & amicitiæ fatemur Nos Carolus Emanuel DEI gratia Dux Sabaudiæ &c. omnia præcedentia, quæ huic scripto inserta, & tali modo a supradicto nostro Plenipotentiario Legato, nomine nostro, voluntate & mandato, cum Dominis Helvetiis supra nominatorum sex Cantonum transacta, & constituta sunt, eam omnino voluntatem & sententiam nostram esse, promittentes etiam sub titulo & dignitate status nostri Principalis, pro nobis & posteris nostris, iis omnibus, & singulis esse obsecuturos.

Ita nos supra nominati confœderati Helvetii in hoc instrumento prehensi, pariter optima, vera fide & sub titulo quoque honoris nostri, eadem nos firmiter servaturos & præstaturos, hisce promittimus & pollicemur.

Et in hujus veram apertamque fidem & testificationem, nos sæpe nominatus Dux nostrum sigillum regale, & nos itidem sæpe nominati Cantones Helvetiæ, in hac unione contenti, ad testificationem supra descriptarum rerum, nostrarum Civitatum & ditionum propria sigilla palam appendimus, & istarum literarum duo exempla ejusdem tenoris, quorum alterum in nostras Ducis Sabaudiæ manus, alterum in Civitate Lucernensi, in nostras hic comprehensorum

rum Cantonum manus tradantur, & asserventur. Actum & datum XIV. Aprilis a Christi Jesu Domini & Salvatoris nostri gratiosissima Nativitate Anno M.DC.LI.

XCIX.

Attestatum Collegii in S.R.Imp. Electoralis, Sabaudiæ Ducem, pro investitura de portione Montisferrati acquirenda, præstanda præstitisse, declaratorium, d. d. 5. Maji, An. 1664.

POstquam in Tractatibus Pacis Monasterii Westphalorum, an. 1648. 24. Oct. conclusis, inter cætera, etiam differentia, quæ eo usque inter Ducem Sabaudiæ, ex una, & Ducem Mantuæ, ex altera parte viguit, a sacra Cæsarea Majestate, & Rege Galliæ composita, & desuper, secundum tenorem Instrumenti Cæsareo-Gallici, certa, determinata, & dilucida dispositio facta, & specialiter, ratione Montisferrati, statutum fuit, ut S. C. Majestas Ferdinandus III. Gloriosissimæ recordationis, Serenissimo Duci Sabaudiæ, statim atque decenter fuerit requisita, una cum Investitura antiquorum feudorum & Statuum, qualem inclytæ memoriæ Imperator, Ferdinandus II. Duci Sabaudiæ, Victori Amadæo, concesserat, Investituram quoque locorum, ditionum, statuum, omniumque Jurium Montisferrati, cum appertinentiis &c. prout ibi latius habetur, concedere, & prædicta Domus Sabaudica, in iis omnibus quiete conservari & manuteneri debeat, quæ quidem, post conclusam pacem, nomine sæpe dicti domus Sabaudicæ, per solennem Legationem, ad Aulam Cæsaris missam, Investitura Montisferrati, cum annexis, decentissime requisita, & usque ad obitum Imperatoris Ferdinandi III. felicissimæ recordationis, per novem integros annos, continuo sollicitata fuit, sed propter diversimodas in I. P. minime fundatas exceptiones, præsertim non numeratæ a Rege Galliæ constitutæ pecuniæ 494000. aureorum, tametsi Montisferrati & reliquorum Investituræ ad solutionem hujus pecuniæ nullo modo conditionatæ fuerint, quin potius Rex Christianissimus solutionem prædictæ summæ, per expressam declarationem, nuper demum obtulerit, præstita omni diligentia, impetrari & obtineri non potuit; quapropter prædictus Dux Sabaudiæ, anno 1658. Francofurti in Comitiis, pro electione novi Regis Romanorum, celebratis, coram Electorali Collegio, graviter conquestus petiit, eligendum, mediante Capitulatione Cæsarea, efficaciter obligari, ut statim post ingressum Regiminis Cæsarei, Duci Sabaudiæ, supra dictas investituras, & in specie Montisferrati cum appertinentiis, sine ulla mora & retardatione, concedat; quod Electorale Collegium, justitiæ & æquitati reputans consentaneum, S. C. Maj. nunc feliciter regnantem, in oblata, acceptata & jurata sua Capitulatione, Art. IV. inter cætera obstrinxerit, ut Duci Sabaudiæ sæpe memoratas investituras, sub nullo prætextu, differre aut retardare debeat. Verum cum Dux Sabaudiæ, post reiteratas decentes requisitiones, nunc iterum per integrum sexennium, continuatas, imo nec ipsum Collegium Electorale facta, per Deputatos Ordinarios, S. Majestati, tam oretenus proposita, quam in scriptis urgenti remonstratione & adhortatione, dictas investituras impetrare non potuerit, altememoratum Collegium Electorale, ad ulteriorem instantiam Plenipotentiarii Sabaudiaci, & in consideratione justissimæ & æquissimæ causæ, aliter censere non potuit, quam quod ex parte Ducis Sabaudiæ, omnibus iis satisfactum sit, quæ, ex tenore Instrumenti Pacis eidem, pro impetrandis Montisferrati & reliquorum Investituris, Vicariatus ac privilegiorum confirmationibus, præstanda incumbunt; nec proinde ad ulteriorem prædictorum requisitionem teneri, quin imo, ab ea obligatione, Augustissimi Imperatoris Leopoldi, nunc feliciter regnantis, vita durante, liberatum declarandum esse, ac interea pacifica possessione locorum, omniumque Jurium Montisferrati, cum appertinentiis, nec non reliquorum Feudorum & Statuum, Vicariatus, ac omnium & quorumcunque privilegiorum, de quibus in investituris, ac concessionum, & respective confirmationum diplomatibus, ab inclytæ memoriæ Imperatore Ferdinando II. Duci Sabaudiæ, Victori Amadæo, concessis, habetur, omnino manutenendum. Ut proinde Domui Sabaudicæ nihil amplius imputari debeat, sed taliter haberi, declarari, & manuteneri, ac si a S. C. Majestate actualem & solennem Investituram Montisferrati, cum omnibus Juribus ac appertinentiis, ut & Vicariatus, nec non reliquorum omnium, atque singulorum privilegiorum, confirmationem, prout in Instrumento Pacis Cæsareo-Gallico specifice & latius comprehenditur, secundum præscripta Juris Feudalis, & Consuetudinem Curiæ legitime impetrasset, & accepisset; In quem finem sæpe dictum Collegium Electorale Duci Sabaudiæ, pro meliori assecuratione, præsens attestatum & declarationem, sub præsentium Electorum, & absentium Legatorum, propria manuum subscriptione, & sigillorum appensione, impertiri fecit. Datum Ratisbonæ, die quinta Maji, 1664.

C.

Tractatus Matrimonii conclusus inter Alphonsum VI. Portugalliæ Regem, & Mariam Franciscam Elisabetham, Sabaudiæ Principem, d. d. 24. Febr. An. 1666.

COntract des Articles & Conditions de la dot & du Mariage, qui doit être celebré entre le Serenissime, trés-heut & trés-puissant Prince, Dom Alphonse sixiéme, par la Grace de Dieu

Dieu Roi de Portugal, des Algarves, de l'une & de l'autre mer en Affrique, Seigneur de Guinée, & de la Conqueste, Navigation & Commerce d'Ethiope, Arabie, Perse, & Inde, & la Serenissime & Trés-excellente Princeſſe, Madame Marie Françoiſe Eliſabeth de Savoie, Ducheſſe de Nemours & d'Aumalle, traité & conclu par l'Excellent Seigneur, Dom François de Mello de Torres, Marquis de Sande, Comte de Ponte, Conſeiller d'Eſtat & de Guerre du dit Seigneur Roi, comme Procureur & Ambaſſadeur extraordinaire du Serenisſime, trés-haut & trés-puiſſant Seigneur, le Roi de Portugal, & les excellents Seigneurs Monſieur le Duc d'Eſtrées, Pair & Premier Marechal de France, & Cezar d'Eſtrées, Eveſque Duc de Laon, Pair de France, comme Procureurs de la Serenisſime & trés-excellente Princeſſe, Madame Marie Françoiſe Eliſabet de Savoie, & pareillement chargez de Procuration à cet effet de haut & puiſſant Prince Monſieur le Duc de Vendosme, & haute & puiſſante Princeſſe Madame la Ducheſſe de Vandosme, Oncle, Grand Mere, & Tuteurs de la Serenisſime Princeſſe Madame Maria Françoiſe Eliſabet de Savoie.

Premierement. Les dits Excellents Seigneurs Dom François de Mello de Torres, Marquis de Sande, Comte de Ponte, du Conſeiller d'Eſtat & Guerre de Sa Majeſté, & le Duc d'Eſtrées Pair & Premier Marechal de France, & l'Eveſque Duc de Laon, Pair de France, toutes choſes bien conſiderées & examinées ſont reciproquement convenus, & ont conclû, arreſté & determiné d'achever le Mariage de tres-haut & tres-puiſſant Prince, Dom Alphonſe ſixiéme Roi de Portugal, avec la trés-excellente & Serenisſime Princeſſe Madame Marie Françoiſe Eliſabet de Savoie, Ducheſſe de Nemours & d'Aumale, avec toute la diligence, que requiert une affaire ſi importante au bien, & accordé, que l'Excellent Seigneur, Dom Franciſco de Mello de Torres, Marquis de Sande, en vertu du pouvoir, & de la procuration ſpeciale, qu'il a pour cet effet du dit Serenisſime Roi de Portugal, recevra en ſon nom à la Cour du Roi de la Grande Bretagne, pour Epouſe du dit Serenisſime Roy de Portugal, la Serenisſime Princeſſe, Madame Marie Françoiſe Eliſabet de Savoie, & paſſera cet Acte de Mariage avec la perſonne, à qui la Serenisſime Princeſſe aura donné un ſemblable pouvoir, & procuration ſpeciale, pour recevoir & prendre pour ſon Epoux le dit Serenisſime Roi ſelon la forme, & les ſolemnitez de l'Egliſe Catolique, Apoſtolique & Romaine, preſcrites par les Sacres Canons, & par le Concile de Trente, & ſelon les actes accoûtumés dans les Mariages des Rois, dont le dit Seigneur Evêſque Duc de Laon, ou la perſonne, qui celebrera le dit Mariage, donnera les certificats, ou inſtruments autentiques au dit Excellent Seigneur Marquis de Sande, & à la dite Serenisſime Princeſſe, qui y mettront leurs nom, comme auſſi les témoins neceſſaires.

II. Auſſi tôt, que le Mariage aura été celebré & le certificat donné à l'une & à l'autre des parties, le dit Seigneur Marquis de Sande reconnoiſtra la dite Serenisſime Princeſſe Madame Marie Françoiſe Eliſabet de Savoie pour Reine de Portugal.

III. Il a été arreſté & accordé entre les Excellents Seigneurs Marquis de Sande, le Duc d'Eſtrées, & l'Eveque Duc de Laon, que la dot de la dite Serenisſime Princeſſe Madame Marie Françoiſe Eliſabet de Savoie ſera de ſix cens mille écus monnoye de France bonne, & ayant cours, qui font un million huict cent mille livres Tournois, à ſavoir quatre cens mille écus, qui ſeront portez en eſpeces à Lisbonne, & les autres en effets, & de la maniere, qu'ils ſeront declarez dans l'article ſuivant.

IV. Il a été convenu & accordé entre lesdits Seigneurs, Marquis de Sande, le Duc d'Eſtrées, & l'Eveque & Duc de Laon, que pour faire connoitre à toute l'Europe la grande Conſideration, & la Difference, que font les Maiſons de Nemours, & de Vendosme du Mariage du Serenisſime Roi de Portugal à tout autre, la dot de la Serenisſime Princeſſe ſeroit plus grande, que celles, qui ont été données jusques à preſent aux Princeſſes de cette Maiſon en les mariant: Et pour cet effet, ils ſont convenus, que la dite dot ſera de ſix cens mille ecus, à ſavoir cent mille écus monnoie de France, que l'Excellent Seigneur Marquis de Sande porta l'année paſſée à Lisbonne, de laquelle ſomme l'Excellent Seigneur Comte de Caſtelmeillor a donné déja ſon reçeu au Sieur Gravier, & declaré par icelui, qu'il la recevoit pour compte, & faiſant partie de la ditte dot; & pour les autres cinq-cens mille écus, reſtants pour faire la dite ſomme de ſix cens mille écus, lesdits Excellents Seigneurs Duc d'Eſtrées, & Eveque Duc de Laon, s'obligent comme Procureurs, de tenir preſts & fournir quatre cens mille écus monnoie de France, qui font un million deux cens mille livres tournois, argent bon & aiant cours, au port où la dite Serenisſime Princeſſe s'embarquera, pour aller en Portugal, afin que l'argent puiſſe être emporté avec elle, & le dit Excellent Seigneur, Marquis de Sande, au nom du Serenisſime Roi de Portugal ſon Maître, ſera obligé de guarantir la Serenisſime Princeſſe de tous les risques, que ſa dot pourroit courir ſur la Mer, depuis le jour, qu'il verra embarquer la ſomme de la dite dot dans les vaiſſeaux, où la dite Serenisſime Princeſſe s'embarquera pour paſſer en Portugal, jusques au jour de ſon arrivée à Lisbonne, ou à quelque terre de Portugal, où debarquera la dite Serenisſime Princeſſe; & en ce lieu lesdits Excellents Seigneurs Duc d'Eſtrées & Eveque Duc de Laon, s'obligent de faire remettre la dite ſomme de quatre cens mille écus monnoie de France en même nature & eſpece, que dit eſt, entre les mains des Miniſtres du Serenisſime Roi de Portugal, qui ſeront deputez pour cela par ſa Majeſté, lesquels en donneront toute quittance & décharge neceſſaire à ceux, qui ſeront commis pour

pour cet effet par la dite Serenissime Princesse, & par lesdits Excellents Seigneurs Duc d'Estrées & Evêque Duc de Laon. Et pour les autres cens mille écus restants pour l'accomplissement & parfait paiement de la dite Dot, lesdits Seigneurs Duc d'Estrées, & Evêque Duc de Laon s'obligent de les faire paier à Lisbonne dans le tems de quatre années ou plutôt, si la Discusion des biens peut étre faite, aux Ministres du dit Serenissime Roi selon la forme susdite, sur laquelle somme d'un million, & deux cens mille livres tournois, sera prise la somme de quatre vint dix mille livres, & mise és mains de la Serenissime Princesse, pour fournir à la depense de son voyage, & autres qu'il lui conviendra faire en partant, sans aucune diminution de douze cens mille livres, à l'égard de la restitution de la Dot.

V. Le Serenissime Roi de Portugal desirant passionément de faire voir à tout le monde l'estime qu'il fait des trés-hautes qualitez & vertus de la Serenissime & trés Excellente Princesse Madame Marie Françoise Elisabet de Savoie, veu qu'advenant le deceds de la Serenissime Reine de Portugal Sa Dame & Mere, la dite Serenissime Princesse Dame Marie Françoise Elisabet de Savoie, ait aprés elle la Cité de Faro Alenquer, Cuitra & autres villes, Gouvernemens, Châteaux, Jurisdictions, Nominations, & Dispositions d'Abbayes, & autres benefices, & generalement toutes les terres, dont la dite Serenissime Reine-Mere joüit à present, pour étre possidée par la dite Serenissime Princesse Dame Marie Françoise Elisabet de Savoie, durant sa vie, ainsi que la Serenissime Reine-Mere, & les autres Reines de Portugal ont toûjours joüi, lesquels Estats vallent quatrevingts à cent mille croisades ou ducats par an, & quelque fois plus.

VI. Le Serenissime Roi de Portugal établira la Maison de la Serenissime Reine sa femme, un mois aprés, qu'elle sera arrivée à Lisbonne, avec la même grandeur, & magnificence que celle des autres Reines, qui l'ont precedée, & qu'il est convenable à son rang, & à sa dignité.

VII. Ausfi tôt, que la dite Serenissime Princesse, Dame Marie Françoise Elisabet de Savoie, sera arrivée à Lisbonne, elle joüira de tous les Droits, Privileges, & Facultez, dont les Reines de Portugal ont joüi jusques à present dans les Doüanes, Maisons des Coutumes, Maisons des Conquestes, & par tout ailleurs, où il appartiendra.

VIII. Jusques à ce que la Serenissime Princesses, Dame Marie Françoise Elisabet de Savoie, soit en Possession desdits Etats mentionnez au cinquiéme Article; le Serenissime Roi de Portugal lui asfignera un revenu de trente mille Croisades par an pour sa dépense.

IX. Et en cas, que la dite Serenissime Princesse Dame Marie Françoise Elisabet de Savoie survive le Serenissime Roi de Portugal, soit qu'elle ait des Enfans, ou qu'elle n'en ait pas, elle aura pendant sa vie lesdits Etats des Reines de Portugal, pour les posseder, & en joüir ainsi, que les autres Reines en ont joüi, & comme la Serenissime Reine Mere les possede à present.

X. En cas, que la dite Serenissime Princesse Dame Marie Françoise Elisabet de Savoie survivant au Serenissime Roi son Epoux, la Serenissime Reine Mere possede encore les Etats mentionnez au cinquiéme Article, & que par ce moien sa dite Serenissime Princesse ne les puisse encor posseder, le Serenissime Roi de Portugal promet & s'oblige, selon sa Magnificence & Generosité accoûtumée, outre les trente mille Croisades ci-devant mentionnez de lui asfigner d'autres établissemens & revenus, jusqu'à ce, qu'elle joüisse desdits Etats, & en place d'iceux, qui soient convenable & proportionnez à son rang, & à sa Dignité Roiale, & pareil aux traitements faits aux autres Reines qui l'ont precedée, & à ceux dont joüit presentement la dite Serenissime Reine Mere: en sorte neanmoins que les trente mille Croisades mentionnez au present Article feront partie & entreront en compte desdits Etablissements, Etats, & revenus, qui doivent étre asfignéz à la dite Serenissime Princesse en vertu & suivant le present Article.

XI. En cas que la dite Serenissime Princesse, Dame Marie Françoise Elisabet de Savoie, survive le Serenissime Roi de Portugal, & que n'aiant point d'enfans, elle veüille sortir du Rojaume de Portugal, on lui rendra sa Dot entiere, & outre & par dessus la restitution de sa Dot, on lui donnera la somme de cinq cens mille livres tournois, faisans le tiers d'icelle Dot, qu'elle pourra emporter librement & seurement, en quelque lieu qu'elle se retire, comme ausfi ses bagues & joiaux, argenterie & meubles, tant ceux, qu'elle auroit portée avec elle, que ceux, qu'elle auroit pû avoir ou acquerir depuis, à la reserve toutes fois de ceux ou de celles, qui se trouveront étre de la Couronne de Portugal; & pareillement elle pourra disposer, & tester selon sa volonté & Intention de tout ce, qui lui sera advenu & echû par succesfion, donation, ou autrement, en quelque maniere, que se puisse étre; & jusqu'à l'actuel paiement & remboursement desdites sommes, elle joüira pleinement & librement, soit en Portugal, ou en quelque autre lieu, qu'elle se retire, des Droits, Privileges, Prerogatives, Etats & revenus affectez aux Reines de Portugal & mentionnez dans les Articles precedens, lesquels seront pajables & remboursables en trois paiemens égaux, & en trois années consecutives, & à proportion, que lesdits paiements seront faits, elle se demettra desdits Droits, Privileges, Prerogatives, Estats & Revenues, & absolument & entierement, aprés l'actuel & parfait remboursement desdites sommes.

XII.

XII. Comme ausſi aiant la dite Serenisſime rinceſſe des Enfans de ſon Mariage, & ſurvivant au Serenisſime Roi de Portugal, en cas u'elle voulut ſortir du Roiaume, on lui rendra :ulement le tiers de ſa dot, & le tiers de cinq :ns mille livres tournois données par deſſus la ite dot, dont elle pourra diſpoſer ainſi, que de agues, joiaux, argenterie, & meubles, qu'elle :roit pû avoir depuis, autres toutesfois, que :ux, qui ſe trouveront étre de la Couronne, ireillement elle pourra diſpoſer & teſter, de out ce qui lui aura pû échoir par ſuccesſion, onation, ou autrement, en quelque maniere, ue ce puiſſe étre, & l'emporter avec elle, en ıelque lieu, qu' elle ſe retire; Les deux autres tiers de la Dot, & deux tiers d'icelles, monnt à la ſomme de cinq cens mille livres tour- ois, accordées par forme d'augment de dot, emeureront affectez à ſes enfans, dont elle ira ſeulement la joüiſſance & perception des venus ſa vie durante, qui lui ſeront portez urement & librement en quelque part, qu'elle iiſſe étre.

XIII. Arrivant le predeceds de la dite Sere- isſime Princeſſe, Dame Marie Françoiſe Eliſa- :t de Savoie, un tiers de ſa Dot, montant à la mme de cinq cens mille livres tournois, deeurera per forme de gain Nuptial au Serenisſ- ne Roi de Portugal; & les deux autres tiers ſtans avec ſes bagues, joiaux & meubles, tant ux, qu'elle aura porté, que ceux par elle deiis acquis, autres toutes fois que ceux de la ouronne de Portunal, comme ausſi tout ce ii lui aura pû echoir pendant ſon Mariage, ır ſuccesſion, donation, ou autrement, de ıelque maniere, que ce puiſſe être, demeuront & apartiendront en propre à ſes enfans, au défaut d'iceux paſſeront à ſes heritiers de n côté & ligne, ſans toutes fois qu'en conſeuence de ces Articles le pouvoir & faculté de ſter & diſpoſer librement ſelon ſon Intention, volonté de tous les biens, qu' elle aura, lui ſoit ôtez.

XIV. Le dit Serenisſime Roi de Portugal donera en faveur de Mariage à la dite Serenisſime rinceſſe Dame Marie Françoiſe Eliſabet de Saoie la valeur de quarante mille écus des bagues, & joiaux, qui ſeront éſtimez lors de la élivrance, qui en ſera faite à la dite Serenisſie Princeſſe, leſquelles elle pourra emporter rivant le prédeceds du dit Sereniſſime Roi de ortugal, avec ſa dot & autres choſes à elle acrdées par les preſens Articles.

XV. La dite Sereniſſime Princeſſe ſe charge e la depenſe des perſonnes, qui la ſuivront, epuis ſon depart de Paris, jusques à ſon arriée à Lisbonne, ou au premier Havre du Rojaue de Portugal, ou elle pourra debarquer.

XVI. A été auſſi convenu & accordé, que dans ſomme d'un million cinq cens mille livres urnois promiſe en Dot, la quelle ſomme doint compter & recevoir les Miniſtres du ereniſſime Roi de Portugal, comme il eſt ci-devant declaré, n'entrera point la valeur des bagues & joiaux de la dite Serenisſime Princeſſe, Dame Marie Françoiſe Eliſabet de Savoie, ni les autres meubles, qu'elle pourra faire apporter avec ſoi, de quelque nature, qu'ils ſoient, lesquels neanmoins ſeront tels, que les dits Excellents Seigneurs Duc d'Eſtrées, & Evêque Duc de Laon croiront étre propres & convenables à la grandeur d'une telle Princeſſe.

XVII. Et comme il avoit été reſolu & accordé, que l'excellent Seigneur, Eveque Duc de Laon paſſeroit en Angleterre pour conclure & ratifier en ce lieu ce que l'Excellent Seigneur Marquis de Sande avoit déja concerté en France par l'entremiſe de M. le Marquis de Ruvigny, avec l'agréement & la participation de leurs Majeſtés Britannique, & parce qu'il avoit été convenu par le premier Article de ce Contract, que le Mariage de Serenisſime, Trés-haut & Trés-puiſſant Prince Dom Alphonſe ſixiéme Roi de Portugal, avec la Serenisſime, & Trés excellente Princeſſe Madame Marie Françoiſe Eliſabet de Savoie ſeroit celebré dans la Cour d'Angleterre, & en preſence de leurs Majeſtez Britannique, ce qui ne ſe peut executer preſentement, d'autant que Dieu aiant voulu affliger ce Rojaume d'une Contagion, ſi grande & ſi cruelle, que le Serenisſime Roi de Portugal ne peut ſouffrir, qu'une perſonne, qui lui eſt ſi precieuſe, ſoit expoſée au peril, qu' elle pouvroit courrer en paſſant en Angleterre, à cauſe de la ſusdite maladie contagieuſe; pour cet effet il veut & ordonne, que le Mariage ſoit celebré en la maniere qu'il eſt porté dans le premier Article, pour ce qui régarde les formes & les ſolemnitez accôutumez, ou à la Rochelle, ou en quelconque autre lieu, où il faudra qu'elle s'embarque: ce qui ſe fera pour lors avec la grandeur & la Dignité convenable à leurs Majeſtez.

XVIII. Et d'autant que ſuivant le quatrieme Article de ce Contract les dits Excellens Seigneurs, Duc d'Eſtrées, & Evêque Duc de Laon ſe ſont obligez de faire fournir à Lisbonne la ſomme de quatre cens mille écus, qui ſont un million, & deux cens mille livres tournois, en argent bon aiant Cours, & qu'il peut étre du Serenisſime Roi de Portugal, qu' on emploie dés ici, en une, deux, trois, ou pluſieurs parties la dite ſomme: Il a été convenu & accordé, que celles, qui ſeront demandées pour ce ſujet par le Sieur Pierre Dalmeida Conſeiller de Porto, Secretaire de cette Ambaſſade, comme Treſorier de la Dot de la dite Serenisſime Princeſſe en vertu du pouvoir à lui donné par le Serenisſime Roi de Portugal, lui ſeront fournies, & de tous, qui ſera reçu par le dit Sieur Dalmeida, & dont il aura donné ſes quittances, le Serenisſime Roi de Portugal en ſera tenir compte ſur le prix de la Dot, comme s'il l'avoit fait recevoir lui meme.

XIX. Enfin les dits Seigneurs Duc d'Eſtrées, & Evêque Duc de Laon, s'obligent & promettent

tent au nom de Monsieur le Duc de Vendome, que lui & tous ceux de sa Maison s'emploieront en France, & par tout ailleurs pour tout ce qui regardera les interêts du Serenissime Roi de Portugal, comme ils feroient pour les leurs propres, & dans toutes les occasions, qui s' en presenteront; & à cet effet le dit Serenissime Seigneur Roi pourra tenir en France, auprés de Monsieur le Duc de Vendosme, la personne, qu'il jugera necessaire, comme pareillement Monsieur de Vendosme pourra tenir auprés du Serenissime Roi de Portugal telle personne, qu' il jugera convenable. J'ai Loüis Matharel, Conseiller du Roi en ses Conseils, & Secretaire General de la Marine, commis & choisi à cet effet par les dits Excellents Seigneurs Duc d' Estrées, & Evêque Duc de Laon, fait écrire les presens Articles, en la Maison de l' Excellent Seigneur Marquis de Sande, Ambassadeur extraordinaire du Serenissime Roi de Portugal vers le Roi de la grande Bretagne. A Paris le vingt quatriéme jour de Février mil sis cens soixante six. Signé Francisco de Mello, Marquis de Sande, le Duc d' Estrées, Cesar d' Estrées, Evesque Duc de Laon, Pair de France, & scellé des sceaux de chacun des dit Seigneurs.

CI.

Transactio inter Carolum Ludovicum, Electorem Palatinum, & Carolum Emanuelem, Ducem Sabaudiæ, de titulis in literis & publicis scriptis erga se invicem in posterum constantissime adhibendis, facta, cui confirmatio Sabaudica adjecta est, d. d. 15. Maji & 5. Junii An. 1666.

NOs Carolus Emanuel, Dei gratia Sabaudiæ, Chablasii, Augustæ, Gebenesii, Montisferrati Dux, Princeps Pedemontii, Rex Cypri, &c. nec non Sacri Romani Imperii Princeps, & Vicarius perpetuus: Constare hisce volumus, cum inter Serenitatis Electoralis Serenissimi Comitis Palatini Rheni & Electoris Legatum ad Comitia Imperialia Casparum Borche, ab una, & Carolum Felicem Mallerum nostrum ad eadem Comitia Plenipotentiarium, ab altera parte, quidam tractatus ratione tituli Celsitudinis Regiæ a nobis desiderati initus sit, cujus tenor de verbo ad verbum hic sequitur insertus:

Cum Serenitatis suæ Electoralis Palatinæ Dn. Legato Plenipotentiario Dominus Plenipotentiarius suæ Regiæ Celsitudinis Sabaudiæ ad præsentia Imperii comitia exposuit, dari non modo a diversis exteris Principibus, sed etiam a nonnullis Sacri Romani Imperii Electoribus Serenissimo Domino Duci Sabaudiæ titulum Celsitudinis Regiæ, Italico nempe ideomate, Altezza Reale, ulterius addito, a Serenitate Electorali Palatina idem Regiam Suam Celsitudinem officiose & amice desiderare, nec non ex singulari confidentia illud honoris incrementum sperare, modo desuper decens relatio a Dn. Legato fieret. Qua humillime cum circumstantiis peracta & instructione ulteriori advenienti ratione Titulorum, præcedentiæ & quæ iis connexa sunt, vigore mandatorum sub spe ratificationis inter Dominum Legatum Plenipotentiarium Sabaudicum ultro citroque quod sequitur, conventum est.

I. Quemadmodum Augustissimo Collegio Electorali conjunctim, aut uni ex Reverendissimis & Serenissimis Electoribus disjunctim præcedere Regiæ Celsitudinis Sabaudicæ Serenissimi Antecessores nunquam præsumpserunt: Ita Regia sua Celsitudo idem nunc & in posterum se observaturam promittit & in specie declarat Serenitati Electorali Palatinæ non tantum in Imperialibus Comitiis & Aula Cæsarea, sed & in aliis omnibus locis sive intra sive extra Italiam, præcedentiam, sine ulla contradictione concedere paratam esse.

II. Declaravit & declarat sua Regia Celsitudo, quod argumento & occasione hujus tituli Regii ne minimam quidem illius observantiæ partem unquam omittere velit, qua cum Dominis Electoribus Sacri Romani Imperii & signanter cum Serenitate sua Electorali Palatina agere solita est: Imo huic tanto majori affectu cedere studebit, quanto major expertæ humanitatis ac benevolentiæ stimulus & grata memoria Regiam suam Celsitudinem ad id faciendum impellet.

III. Regia sua Celsitudo Sabaudica eodem plane modo & eodem Civilitatis genere per omnia tractabit, habebit & honorabit Serenitatis Electoralis Palatinæ legatos in Aula sua & intra Italiæ fines, quo tractat, habet & honorat Cæsareæ Majestatis & Regios Legatos.

IV. Si Celsitudinem Regiam Sabaudicam in Germaniam Comitiorum vel alia ex causa venire contingeret, Ipsa Serenitatis suæ Electoralis Palatinæ Legatos tractabit & habebit sicuti tractantur & habentur à secularibus Principibus, post Reverendissimos & Serenissimos Dominos Electores immediate vel proxime locum obtinentes.

V. Prælte memorato Domino Electori Palatino dabit Regia sua Celsitudo in inscriptionibus literarum & intus titulum Serenitatis Electoralis.

VI. Serenitas sua Electoralis Palatina, quo contestaretur singulare studium desideriis Regiæ suæ Celsitudinis satisfaciendi & honoris ejusdem splendorem promovendi, promittit vicissim Eidem dare in inscriptionibus literarum, ut & intus titulum Regiæ Celsitudinis.

VII. Et ultimo, sicut omnia suprascripta & quæ præsenti conventione continentur non solum Serenitas sua Electoralis Palatina & Celsitudo Regia Sabaudica pro se, verum & pro successoribus suis in perpetuum promittunt,

nt, ita & imposterum stricte semper serven-r.

Hæc ita acta esse prædictus Dominus Legatus Dominus Plenipotentiarius manuum suarum bscriptione & sigillorum appositione ma-ris roboris ergo testantur. Ratisbonæ die Junii/Maji 1666.

(L.S.) *Casper Borche.*

(L.S.) Carolus Felix Malletus, ex Dominis Droxii.

Quod modo dictum tractatum in omnibus punctis & clausulis approbavimus & ratum habuimus, prout vigore præsentium illum approbamus & ratum habemus, spondentes nos eundem in omnibus suis punctis & clausulis inviolabiliter servaturos & impleturos, neque passuros, ut a quoquo ullo modo violetur. In quorum fidem ac robur præsentes propria manu signatas sigillo nostro muniri fecimus, Augustæ Taurinorum. Die vigesima mensis Augusti, anno 1666.

Emanuel. (L S.)

CII.

ontractus matrimonii factus inter Petrum, Regentem Portugalliæ, & Mariam Franciscam Elisabetham, Sabaudiæ Principem, d. d. 27. Mart. An. 1668.

Premierement: En consideration de l'utilité, qu'on espere, qui en reviendra à la Chrêtien-, & du Repos & Bien commun de ce Roiaume, n a trouvé à propos de deux côtés de marier le erenissime Prince de Portugal, Dom Pedro, avec Serenissime Princesse Marie Françoise Elizaeth de Savoie; Et pour effectuer & celebrer ce lariage, par paroles de present dans la forme rescritte par l'Eglise Romaine, & par le Saint oncile de Trente, les Procureurs nommés ciessus ont arresté respectivement, que chacun es dits Princes nommera son Procureur special, uquel il donnera tous les pouvoirs necessaires our stipuler en son nom, jusques à la Concluon du present Contract.

II. Et le Serenissime Prince Dom Pedro se constituë en dot avec la prochaine esperance, (si Dieu lui donne la vie) de la succession legitime e ce Roiaume de Portugal, & avec tous les Etats revenus, que son Pere Trés-haut & Trés-puissant Prince le Roi, Dom Jean IV. de glorieuse nemoire, lui a laisses par son decez, lesquels se iennent pour düement declaré & énoncés dans et Article.

III Que la dite Serenissime Princesse se constituë en dot un million de Croisates ou Ducats, nonnoie courante de ce Roiaume, afin que le erenissime Prince Dom Pedro, aprés la Consommation du Mariage, ait & gagne la dite dot, & en lispose à sa volonté.

IV. Et parce que, quand la Serenissime Princesse vint de France, ella apporta avec soi une omme, qui se montoit à la valeur d'un million, aquelle a été effectivement remise entre les nains des Ministres de ce Roiaume, & que par onsequent ce Roiaume lui doit, on est convenu, que le dit Serenissime Prince, parmi les autres iens du dit Roiaume, qui est obligé à la restitution de la dite somme, se contente de la même dot, comme s'il l'avoit reçuë lui même, & tient la Serenissime Princesse pour bien & düement dechargée de la paier une autre fois, de même, que si elle la lui paioit réellement & actuellement à cette heure.

V. Et le Serenissime Prince Dom Pedro, pour montrer en quelque maniere la grande estime, qu'il fait de la personne & du merite de la Serenissime Princesse sa future épouse, lui donne en dot tous les Etats, Villes, Revenus, Jurisdictions, Patronages, & tous les autres biens, que possedoit en son vivant la Serenissime Reine Dona Luisa sa Mere, & que les Reines de Portugal ont toujours êus pour appanage; afin qu'elle en ait la joüissance & l'administration, avec toutes les franchises, privileges, prérogatives, & emolumens, que les dites Reines ont accoutumez d'avoir.

ause, de ne faire rebâtir, ni rétablir aucune des
susdites Fortifications, ni en faire construire
le nouvelles sur & dans l'espace des susdits
erritoire, fonds, & rochers, ni en quelque au-
re lieu que ce soit cedé par le present Traité,
uivant lequel il sera seulement loisible à S. A.
R. ou aux habitans de Pignerol de fermer ledit
Pignerol d'une simple clôture de muraille non
errassées & sans Fortifications. Bien entendu
qu'hormis dans ledit territoire cedé par le pre-
ent Traité, S. A. R. sera en liberté de faire con-
truire telle place, places, ou fortifications qu'
elle jugera à propos, sans que le Roi le puisse
aucunement trouver mauvais. Qu'en outre
S. M. remettra à sadite A. R. ses Païs, & places
conquises, Châteaux de Montmeillan, de Nice,
Ville-Franche, de Suze, & autres sans exce-
ption, sans démolition, & dans leur entier,
avec la quantité de munitions de guerre, & de
bouche, Canons & Artillerie, tout ainsi qu'el-
es étoient pourvûës & munies alors qu'elles
sont tombées entre les mains de S. M. sans qu'
l puisse être touché aux bâtimens, fortificati-
ons, augmentations & ameliorations faites par
S. M. & aprés la restitution desdites places S.
A. R. pourra entretenir, & augmenter les forti-
fications comme choses à lui appartenantes,
sans que le Roi sur cela le puisse inquieter, ni
le trouver mauvais. Bien entendu que le Roi
retirera de la Ville, Citadelle & Forts de Pigne-
rol toutes les Artilleries, munitions de guerre,
& de bouche, armes, & effets amobiles de
quelque nature qu'ils soient. Qu'à l'égard
des revenus de la Ville, dépendances, & terri-
toire de Pignerol, le Roi les remet à S. A. R. de
la même forme & maniere que le Roi en joüit
presentement, & les dispositions que le Roi
peut en avoir faites subsisteront de la sorte por-
tée par leur contract, don, possession ou ac-
quisition. Que ladite restitution des païs, &
places de S. A. R. & remise de Pignerol rasé &
ses dependances comme dessus se fera ensuite
de la signature du present Traité, & seulement
aprés que les troupes étrangeres seront effecti-
vement sorties d'Italie, & seront arrivées, sça-
voir les Allemans, troupes de Baviere, Bran-
debourg, Religionnaires soldoiez par l'Angle-
terre, & autres troupes auxiliaires seront arri-
vez réellement en Allemagne, & les Espagnols,
& autres troupes qui sont presentement à la
solde du Roi Catholique retournées dans le
Milanois, en maniere que l'execution d'au-
cun des articles, ni restitution d'aucune place
n'aura lieu qu'aprés ladite sortie des troupes
telle qu'elle vient d'être exprimée aura été
entierement accomplie, bien entendu que la-
dite sortie des troupes etrangeres sera censée
entierement accomplie, quoi qu'il arrivât, com-
me cela se pourroit, que les Espagnols en re-
tirassent quelque petit nombre d'hommes pour
recruter les corps, qui sont à leur solde, & s'il
y a quelques-unes desdites troupes qui pren-
nent parti, & entrent réellement dans les Etats
de la République Venise, elles seront censées
être entrées en Allemagne dés qu'elles seront
sur l'Etat Venitien, & remises à ladite Répu-
blique de Venise. Et aprés la ratification du
present Traité, l'on travaillera incessamment
aux forneaux necessaires pour la démolition
des susdites Ville, Citadelle, & Forts de Pigne-
rol; mais au cas que S. A. R. jugeât à propos
de continuer le secret du present Traité au de
là du terme de ladite ratification, il est conve-
nu pour éviter l'éclat que pourroit faire le
travail desdits fourneaux, qu'on ne les com-
mencera que quand, aprés le temps de ladite
ratification, S. A. R. le voudra. Laquelle dé-
molition se fera, & l'on y travaillera, en ma-
niere que deux ou trois mois aprés la sortie
des troupes ci-dessus marquée, le tout soit re-
mis à S. A. R. surquoi il sera loisible d'envoyer
un Commissaire pour y assister, & jusques à l'
execution de ce que dessus S. M. veut bien pour
la plus grande satisfaction de S. A. R. lui faire
remettre, lors qu'il en requerrera S. M. deux
Ducs & Pairs pour rester en Otage entre les
mains de Sadite A. R. qui les traitera selon la
Dignité de leur rang.

II. Sa Majesté ne fera aucun Traité de Paix,
ni de Tréve avec l'Empereur, ni avec le Roi
Catholique que S. A. R. n'y soit comprise dans
des termes convenables, & efficaces, & le pre-
sent Traité sera confirmé dans celui de la paix
gene-

generale, aussi bien que ceux de Querasque, de Munster, Pirenées, & Nimegue, tant pour quatre cens quatre vingt quatorze mille écus d'or que sont mentionnez particulierement dans celui de Munster à la décharge de Son Altesse Royale dont le Roi demeurera toûjours garant envers Monsieur le Duc de Montoüe, qu'en tout ce qu'ils contiennent, qui n'est point contraire au present, qui sera irrevocable, & demeurera dans sa force & vigueur, le tout non obstant la presente remise de Pignerol, & de ses dependances ; Et à l'égard des autres interêts, ou pretensions, qui regardent la Maison de Savoye, S. A. R. se reserve d'en parler par protestations, memoires, ou Envoyés, sans que ce present Traité puisse être prejudiciable à icelles pretensions.

III. Que le Mariage de Madame la Princesse fille de S. A. R. se traitera incessament pour s'effectuer de bonne foi, lors qu'elle sera en âge, & que le contract se fera lors de l'effet du présent Traité. Aprés la publication duquel la Princesse sera remise entre les mains du Roi. Que dans ledit contract de Mariage, qui sera consideré comme partie essentielle du present Traité, & dans lequel ladite Princesse fera les renonciations accoûtumées, avec promesse de ne rien pretendre au delà de la Dôte suivante sur les Etats, & succession de S. A. R. Sadite A. R. donnera pour Dot à Madame la Princesse sa fille deux cents mille écus d'or, pour le payement desquels S. A. R. fera une quittance de cent mille écus dues du reste du Mariage de Madame la Duchesse Royale, avec les interêts écheus, & promis; & pour le restant le Roi le remet, en faveur du present Traité, S. A. R. s'obligeant d'ailleurs de donner à la Princesse sa fille, au tems de la celebration de son Mariage, ce qu'on appelle en Piemontois Fardel, & en François trousseau ou present de nopces, & dans le contract de Mariage sera stipulé le Doüaire que S. M. accordera suivant la contûme de France.

IV. Que S. A. R. se departant presentement, efficacement & de bonne foi, comme elle a fait ci-dessus, de tous les engagements qu'elle peut avoir contre la France, espere aussi que S. M. y correspondra avec tous les sentimens, que S. A. R. demande & souhaite, & qu'ayant l'honneur d'appartenir de si prés au Roi, & s'engageant encore dans la splendeur d'une nouvelle Alliance, S. M. lui accorde, & promet sa puissante protection, dont S. A. R. lui demande le tour, & que S. M. lui rend dans toute son étenduë. Et comme S. A. R. souhaite d'entretenir une entiere Neutralité avec les Roys, Princes, & Puissances, qui sont presentement ses Alliez, S. M. promet de n'exiger de S. A. R. aucune contrainte dans le desir qu'elle a de garder avec eux toutes les mesures exterieures de bienseance & libres, telles qu'il convient à un Prince Souverain, ayant chez ces Princes des Ambassadeurs & Envoyez: & retenant dans sa Cour des Ambassadeurs & Envoyez des mêmes Princes, sans que S. M. le puisse trouver mauvais, comprenant sous ledit mot de Princes l'Empereur, Roys, & Puissances de l'Europe.

V. S. M. promet, & declare que les Ambassadeurs de Savoye tant ordinaires qu'extraordinaires recevront à la Cour de France tous les honneurs sans exception, & dans toutes les circonstances que reçoivent les Ambassadeurs des Testes Couronnées, sçavoir comme le sont les Ambassadeurs des Rois, & que les Ambassadeurs tant ordinaires qu'extraordinaires de S. M. dans toutes les cours de l'Europe sans nulle exception, pas même de celles de Rome & de Vienne, traiteront aussi lesdits Ambassadeurs tant ordinaires qu'extraordinaires, & Envoyés de Savoye, de la même maniere que ceux des Rois & Têtes Couronnées; cependant comme cette augmentation d'honneur pour le traitement des Ambassadeurs de Savoye, n'avoit jamais été établie au point que S. M. l'accorde, elle reconnoit que c'est en faveur du present Traité & du contract de Mariage de Madame la Princesse sa fille, & S. M. promet que cette dite augmentation aura lieu du jour que le Traité du Mariage sudit sera signé.

VI. Que le commerce ordinaire d'Italie se fera & maintiendra comme il étoit établi avant cette guerre du tems de Charles Emanuel second, Pere de S. A. R. & enfin, l'on observera & pratiquera en tout & par tout, entre le Royaume & toutes les parties de l'Etat de S. M. & ceux de S. A. R. ce qui se faisoit, observoit, & pratiquoit en tout du vivant dudit Charles Emanuel second, par le chemin de Suze, la Savoye, & le Pont-Beauvoisin & Ville Franche, chacun payant les droits, & Doüanes de part & d'autre. Les Bastimens François continueront de payer l'ancien droit de Ville-Franche, comme il se pratiquoit du tems de Charles Emanuel, à quoi il ne se fera aucune opposition, comme l'on pourroit en avoir fait dans ce tems-là. Les Courriers, & les Ordinaires de France passeront comme auparavant par les Etats de S. A. R. & en observant les reglemens, payeront les droits pour les Marchandises, dont ils se feront chargés.

VII. Son Altesse Royale fera publier un edit, par lequel elle ordonnera sous de rigoureuses peines corporelles à ceux qui habitent dans les Vallées de Luserne sous le nom de Vaudois, de n'avoir aucune communication, sur le fait de la Religion, avec les sujets du Roi, & s'obligera S. A. R. de ne point souffrir dés la date de ce Traité aucun établissement de sujets de S. M. dans les Vallées protestantes sous couleur de Religion, Mariage, ou d'autres raisons d'établissement, commodité, heritage, ni autre pretexte, & qu'aucun Ministre ne vienne dans l'étenduë de la Domination du Roi, sans être rigoureusement puni de peine corporelle, & qu'au surplus S. M. n'entrera dans aucune connoissance

ce de la maniere, dont S. A. R. traitera les Vaudois, à l'égard de la Religion, S. A. R. s' obligeant de ne point souffrir aucun exercice de la Religion pretenduë reformée dans la Ville de Pignerol, & Terres cedées, comme S. M. n'en souffre, ni n'en souffrira dans son Royaume.

VIII. Qu'il y aura de part & d'autre un perpetuel oubli & amnistie de tout ce qui a été fait depuis le commencement de cette guerre en quelque maniere, ou en quelque lieu que les hostilités se soient executées. Que dans cette amnistie seront compris tous ceux qui ont servi S. M. durant la guerre, en quelque emploi que ce puisse être, non obstant qu'ils soient sujets de S. A. R. en sorte qu'on ne pourra faire aucune recherche contre eux, ny les inquieter dans leurs personnes & biens par voye de fait ou de justice, ou pour quelque autre pretexte que ce puisse être. Il en sera de même à l'egard de sujets du Roi qui auront servi S. A. R.

IX. Que les Benefices Ecclesiastiques pourvûs jusqu'à present par le Roi dans les païs de S. A. R. conquis par Sa Majesté durant l'espace du temps que sadite Majesté en a joüi, demeureront à ceux qui en ont été pourvûs par le Roi, & par les Bulles du Pape; & qu'à l'égard des Commanderies de S. Maurice, charges de judicature, & Magistrature S. A. R. n'aura aucun égard à la nomination que le Roi en a faite pendant la possession des Etats de S. A. R. & les provisions pour les charges de robbe faites par S. A. R. de ceux qui en ont abandonné les fonctions durant la guerre demeureront fermes.

X. Qu'à l'égard des contributions imposées sur les Terres de la domination de S. A. R. bien qu'elles soient legitimement imposées & leües, & qu'elles se montent à des sommes trés-considerables, Sa Majesté les remet dans leur entier à S. A. R. par un effet de sa liberalité, en maniere que du jour de la ratification du present Traité le Roi ne pretendra ni n'exigera aucune desdites contributions, laissant à sadite Altesse Royale la jouïssance de ses revenus dans tous ses Etats aussi-bien que de la Savoye, Nice environs de Pignerol & Suze, comme aussi son Altesse Royale reciproquement n'exigera sur les sujets, & terres de la domination du Roi aucune contribution.

XI. Qu'à l'égard des pretensions du Madame la Duchesse de Nemours sur S. A. R. sa Majesté laissera entre sadite Altesse Royale & ladite Dame de Nemours le discussion des susdites pretensions dans la voye ordinaire de la justice, sans s'en mêler aucunement.

XII. Qu'il sera loisible à son Altesse Royale d'envoyer des Intendants ou Commissaires en Savoye, Comté de Nice, Marquisat de Suze, & Barcelonette, Pignerol & ses dependances, pour y regler ses interéts, droits, revenus, & établir ses doüannes, & gabelles de Sel, & autres, & lesdits Deputez seront reçu, & autorisés, dans leurs fonctions, aprés la ratification du present traité, aprés laquelle lesdits droits seront & apartiendront à S. A. R. sans exception ni contradiction.

XIII. Que si la Neutralité d'Italie s'acceptoit, ou que la paix generale se fit, comme un grand nombre de troupes seroient totalement inutiles, & à charge à S. A. R. & qu'outre les depenses excessives pour les entretenir, c'est souvent une occasion de mesintelligence que de conserver sur pied plus de troupes, qu'il n'en faut dans un Etat, soit pour la conservation, ou pour la dignité de Souverain, Son Altesse Royale s' oblige de n'entretenir en tems de Neutralité que six mille hommes de pied en deça des monts, & quinze cents au delà des monts pour les garnisons de la Savoye, & Comté de Nice, & en tout quinze cens Chevaux ou Dragons, & cette obligation de Son Altesse Royale n'aura lieu que jusques à la paix generale.

Nous Plenipotentiaires susdits avons arreté & signé les presents Articles, & nous promettons, & nous obligeons de les faire ratifier & confirmer par Sa Majesté & par Son Altesse Royale, promettans aussi, qu'ils seront tenus secrets religieusement jusques à la fin du mois de Septembre prochain, auquel tems, si on en fera d'autant de la même substance, & teneur, ceux-ci seront supprimées; Fait à Turin le vingt-neuf d'Août mille six cent nonante six.

René de Frouillay Tessé.

D. S. Thomas.

CIIX.

Actus Redditionis Provinciarum & Statuum Sabaudicorum per Gallos occupatorum a Commissario Gallico Victori Amadeo II. Sabaudiæ Duci facta, d. d. 28. Sept. An. 1696.

De par Son Altesse Royale.

SAchent tous, & un chacun, que conformément au Traité de Paix fait & signé entre Sa Majesté Trés-Chretienne Louis XIV. Roi de France & de Navarre, &c. d'une part, & Son Altesse Royale Victor Amedée II. Duc de Savoye, Prince de Piemont, Roy de Cypre &c. il a été ordonné par Sadite Majesté Trés-Chrétienne, à Monsieur Antoine Balthasar de Longecombe, Marquis de Thoy, Genéral-Major des Armées de France, & Gouverneur de Savoie, de rendre entiérement à Son Altesse Royale, tous les Pays, Places, Châteaux, & Forteresses de toute la Savoye, à la reserve de Montmelian; d'en retirer les Troupes qui y sont, conformément aux Patentes de Sa Majesté. Pour laquelle fin Son Altesse Royale y a envoyé le Marquis Charles Thana, Capitaine de ses Gardes du Corps, Major Genéral de Son Armée, & Gouverneur en Savoye, avec pouvoir de recevoir au nom de Son

Son Alteſſe Royale leſdits Etats & Places. C'eſt pourquoi le Marquis de Thoy s'etant rendu en la Chambre du Conſeil de la Maiſon de Ville de Chambery, & y ayant fait aſſembler la Nobleſſe, les Syndics, & les Conſeillers de la dite ville, ledit Marquis de Thana y comparut auſſi, & après avoir complimenté le Marquis de Thoy, ce Marquis luy remit entiérement de la part de Sa Majeſté Tres-Chrétienne tout le Païs & toutes les Places du Duché de Savoye, à la reſerve de Montmelian, conformement au Traité de Paix. Il fit cette reſtitution en ces termes: Monſieur le Marquis de Thana conformement a l'ordre du Roi mon Maitre, & ſuivant le pouvoir que vous en avez reçu de Son Alteſſe Royale, je remets entiérement à Sadite Alteſſe, en vôtre perſonne, les places, & toutes les dépendances des Etats de Savoye, à l'exception de Montmelian, & par conſequent Son Alteſſe Royale en peut diſpoſer, de la même maniere qu'elle a fait, avant que leſdits Etats euſſent été pris par les armes du Roi. Sur quoi le Marquis de Thana répondit, qu'il recevoit au nom de ſon Alteſſe Royale leſdits Païs, Places & dependances. Cela étant fait, le Marquis de Thoy repeta encore une fois ladite ceſſion, aprés quoi il ſortit de la Maiſon de Ville. De tout ce que deſſus les Marquis de Thoy & de Thana en firent paſſer un Acte devant Notaires, qui fut ſigné, Thoy de Piſieu: & le Marquis de Thana. Favre des Charmettes. Sindic, Témoin. Perrin, Sindic, Témoin. Cugnet, Sindic, Témoin. Tonce, Sindic, Témoin. Et moi, Gaſpard Chambet, Notaire, & Bourgeois de Chambery, ai receu le préſent Acte, de ce requis. Signé G. Chambet, Notaire.

CIX.

Leopoldi Romanor. Imperat. Literæ, quibus Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, de Comitatu, Feudo, loco, & Poderio Decianæ inveſtivit, d. d. 6. Novembr. An. 1699.

Leopoldus &c.

AGnoſcimus & notum facimus tenore præſentium, quod cum Sereniſſimo Victorio Amadeo, Duci Sabaudiæ, Principi Pedemontium ſub octava Februarii 1690. plenitudinem ac poteſtatem feuda quædam Imperialia in ipſius territorio ſita, vel ipſi contigua, ita quidem, ut feuda iſta Altitudini Suæ, Sereniſſimo Duci ejusque legitimis Deſcendentibus vel in regimine Succeſſoribus in ſubfeudum cedere, & ipſi deſuper ſuperioritatem mediam acquirere posſint, vel per contractum emptionis, vel venditionis, vel per quemvis alium legitimum modum, certis tamen ſub conditionibus, ſibi comparandi clementisſime conceſſerimus, ac indultum ex plenitudine poteſtatis Noſtræ Cæſareæ dederimus; atque nunc dictus Sereniſſimus Dux ſubmiſſe exponi curaverit, ſe vigore dicti Noſtri clementisſimi Indulti Decianæ feudum Imperiale legitimo emptionis contractu, quem hisce in omnibus & ſingulis confirmatum & approbatum volumus, ſequentis tenoris comparaſſe:

Inſeratur contractus emptionis de 1. Octobris 1693.

Prætereaque omnes eas leges in prædicta conceſſione noſtra Imperiali præſcriptas adimpleviſſe probaverit, humillime ſupplicando, ut, cum ratione dicti feudi Decianæ, utpote quod juxta formalia verba conceſſionis Noſtræ, quoad inveſtituram, laudemia, & dependentiam Nobis & Succeſſoribus Noſtris Imperatoribus & Regibus, Imperioque Romano in omnibus in ſua natura manere debeant, Nos in ſupremum ac directum Dominum ſuum, ut fidelem Vaſallum decet, recognoſcere deſideret, eum de prædicto Noſtro Decianæ feudo Imperiali clementisſime inveſtire dignaremur, prout latius in Inveſtitura de 5. Maji 1690. Comiti Antonio Mariæ Ignatio Titiono conceſſa, & in præcedentibus continetur, quorum tenor ſequitur & eſt talis:

Hic inſeratur Inveſtitura de 5. Maji, 1690. cum cæteris antiquis.

Nos æquis precibus benigne annuendo prædictum Sereniſſimum Victorium Amadeum, Ducem Sabaudiæ, animo deliberato, ſano Principum & Procerum fidelium noſtrorum accedente conſilio, ex certa ſcientia, & plenitudine Cæſareæ poteſtatis in prædicto Comitatu, Feudo, loco & poderio Decianæ ejusque territorio & prædiis una cum mero & mixto Imperio omnimodaque Jurisdictione ejusdem Caſtri & loci ſuarumque pertinentiarum, cæterisque omnibus, prout venditores & eorum anteceſſores fuerunt inveſtiti, & ea omnia recognoverunt, habuerunt & tenuerunt, nec non Regalibus, paſcuis, molendinis, furnis, aquis, cum emporio & grandina, aquaticis, venationibus, jure pedagiandi & collectandi, & quibuscunque juribus & pertinentiis pro ſe & prædictis legitimis Deſcendentibus, vel in regimine Succeſſoribus, accepto prius ab honorabili Noſtro & Sacri Imperii fideli dilecto Adamo Ignatio de Heuniſch, conſilii Noſtri Imperialis Aulici Agente, ſufficiente ad hoc mandato inſtructo, nomine & in animam ejusdem Ducis Victorii Amadei, debito & conſueto fidelitatis juramento, inveſtimus in feudum liberum & francum, nobile, gentile, antiquum, avitum & paternum, ita quod habeat & habere cenſeatur vim, naturam & effectum feudi nobilis, liberi, franci, gentilis, antiqui, aviti & paterni una cum titulo, dignitate & prærogativa Comitatus & militiæ, ac tam vicariatus, quam aliorum privilegiorum, donationum, conceſſionum & declarationum, ac quorumcunque omnium in ſupra inſertis inveſtituris contentorum, Noſtris tamen & Sacri Impe-

Imperii ac tertii cujuscunque juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Nostræ investituræ, concessionis, approbationis, confirmationis, innovationis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, is Nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam ac pœnam centum Marcarum auri puri, pro dimidia fisco, seu ærario nostro Imperiali, pro reliqua vero parte injuriam passi seu passorum usibus irremissibiliter applicandam se noverit eo ipso incurrisse. Harum testimonio literarum manu Nostra subscriptarum & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur Viennæ 6. Novemb. 1699.

CX.

Leopoldi Roman. Imperat. Literæ, quibus Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, de Feudo Imperiali Belvedere investivit, d. d. 3. Julii, An. 1700.

Leopoldus, (tit. integr.)

AGnoscimus & notum facimus tenore præsentium, quod cum Serenissimo Victorio Amadeo, Duci Sabaudiæ, Principi Pedemontium sub octava Februarii Anni 1690. plenitudinem ac potestatem feuda quædam Imperialia in ipsius territorio sita, vel ipsi contigua, ita quidem, ut feuda ista Altitudini Suæ, Serenissimo Duci ejusque legitimis Descendentibus vel in Regimine Successoribus in subfeudum cedere, & ipsi desuper superioritatem mediam acquirere possint, vel per contractum emptionis, vel venditionis, vel per quemvis alium legitimum modum, certis tamen sub conditionibus, sibi comparandi clementissime concesserimus, ac indultum ex plenitudine potestatis Nostræ Cæsareæ dederimus; atque nunc Serenissimus Dux submisse exponi curaverit, se vigore dicti Nostri clementissimi Indulti partem feudi Nostri Imperialis Belvedere legitimo emptionis contractu, quem hisce in omnibus & singulis confirmatum & approbatum volumus, sequentis tenoris à Galvagno Guttuaro de Castello comparasse:

Hic inseratur contractus de 31. Julii 1697.

Prætereaque omnes eas leges in prædicta concessione nostra Imperiali præscriptas adimplevisse probaverit, humillime supplicando, ut, cum ratione dicti feudi Belvedere, utpote quod juxta formalia verba concessionis nostræ, quod ad investituram, laudemia & dependentiam Nobis & Successoribus Nostris Imperatoribus & Regibus, Imperioque Romano in omnibus in sua natura manere debeant, Nos in supremum ac directum Dominum suum, ut fidelem Vasallum decet, recognoscere desideret, eum de prædicta parte Feudi Nostri Imperialis Belvedere clementissime investire dignaremur;

Nos æquis ejus precibus benigne annuendo, prædictum Serenissimum Victorium Amadeum, Ducem Sabaudiæ, animo deliberato, sano Principum ac Procerum fidelium Nostrorum accedente consilio, ex certa scientia & plenitudine Cæsareæ potestatis in prædicta parte Feudi Nostri Imperialis Belvedere, ejusque territorio, prædiis, juribus, jurisdictione, pertinentiis, cæterisque omnibus, prout dictus Venditor Guttuarus ejusque Antecessores fuerunt investiti, & ea omnia recognoverunt, habuerunt & tenuerunt, pro se & prædictis legitimis Descendentibus, vel in regimine Successoribus, accepto prius ab honorabili Nostro & Sacri Imperii fideli dilecto Adamo Ignatio de Heunisch, Consilii Nostri Imperialis Aulici Agente, sufficiente ad hoc mandato instructo, nomine & in animam ejusdem Ducis Victorii Amadei, debito & consueto fidelitatis juramento, secundum prærogativas & naturam Feudi hujus ut liberi & franci ac habentis naturam Allodii investimus, Nostris tamen & Sacri Imperii ac tertii cujuscunque Juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ investituræ, concessionis, approbationis, confirmationis, innovationis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, is Nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam ac pœnam centum Marcarum auri puri pro dimidia fisco, seu ærario Nostro Imperiali, pro reliqua vero parte injuriam passi seu passorum usibus irremissibiliter applicandam se noverit eo ipso incurrisse. Harum testimonio literarum manu Nostra subscriptarum & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum.

Quæ dabantur Laxenburgi 3. Julii 1700.

CXI.

Tabulæ fœderis inter Leopoldum Roman. Imperatorem, & Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, adversus Familiam Burbonicam, pacti, d. d. 8. Novembr. An. 1703.

POstquam Sacra Cæsarea Majestas præsens bellum adversus Domum Burbonicam gravissimis de causis orbi universo affatim notis suscipere coacta fuit, & Serenissimum Principem Dominum Victorem Amadeum Ducem Sabaudiæ ad jungenda secum arma efficacibus motivis, & ea potissimum ratione invitavit, ut proprium Successionis jus in Monarchiam Hispanicam testamento Philippi Quarti, Regis Hispaniarum gloriosæ memoriæ clare stabilitum vindi-

vindicaret; Sua Celsitudo Regia, considerato tum nexu sibi cum Domo Borbonica intercedente, tum situ ditionum suarum ab omni communicatione Imperiali longe remotarum hucusque quidem ancipiti deliberatione hæsit suspensa, tandem tamen constituit non solum absque longiori mora invitationem illam, & oblatas sibi a Sacra Cæsarea Majestate conditiones acceptare, verum etiam validissimam ejusdem protectionem expetere adversus improvisam, atque inauditam violentiam, qua Galliarum Rex contra gentium jura, & bonam fidem ejus Cohortes, Galliæ, Hispaniæque in Italia militantes dearmari, & captivas attineri, imo & magnam optimamque Italici exercitus sui partem Pedemontium versus movere jussit, ut Regiæ Celsitudinis Suæ Provincias invadat, eamque penitus opprimat. Sua igitur Celsitudo Regia isthoc evidenti discrimine, & periculoso rerum statu permota, fretaque auxilio a Sacra Cæsarea Majestate, suo, & Fœderatorum suorum nomine sibi generose oblato, Domino Comiti ab Auersperg, cui jam a Sacra Cæsarea Majestate commissum erat, Suam Regiam Celsitudinem de perbenigno Sacræ Cæsareæ Majestatis erga eandem animo certiorem facere, suam ineundi cum Sacra Cæsarea Majestate, ejusque collegatis fœderis promptitudinem significavit. Cumque ille tam ad assequendam Sacræ Cæsareæ Majestatis generosam intentionem, & infringendos amborum Potentatuum in perniciem Regiæ Celsitudinis Suæ conspirantium primos impetus, quam ob proprias, easque luculentissimas rationes Sacræ Cæsareæ Majestatis, cujus imprimis interest Principem, qui jam in bello superiori maximo causæ communis emolumento sese hostium insultibus, velut firmum totius Italiæ murum, fortiter objicerat, neque minus in præsentiarum utilitatem publicam promovere & imprimis ad stabilienda in Italia Augustæ Domus Austriacæ commoda plurimum ponderis afferre potis est, ab imminente oppressione servare, sine mora in Pedemontium se contulerit, factum tandem est, ut Sacra Cæsarea Majestas & Regia Celsitudo Sua per Plenipotentiarios suos & nomine quidem Sacræ Cæsareæ Majestatis per prædictum Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Comitem ab Auersperg, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarium Status, & Camerarium, ex parte vero Regiæ Celsitudinis Suæ per Illustrissimos & Excellentissimos Dominos Marchionem de Prio, Ordinis annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis equitem, & Regiæ Celsitudinis Suæ Ministrum Status, & Marchionem de S^to Thoma, ejusdem Celsitudinis Regiæ Ministrum & primum Secretarium Status, exhibitis utrinque Plenipotentiarum suarum Diplomatibus in sequentes fœderis leges convenerint.

Articulus Primus.

Erit inter Sacram Cæsaream Majestatem & Imperium ex una, atque Regiam Suam Celsitudinem ex altera partibus arctum fœdus, unioque firma, ac sincera, & curabit Sacra Cæsarea Majestas includi, imo quantum in se est, ex nunc proprio, & Imperii nomine includit Regiam Celsitudinem suam fœderi sibi cum Anglia, & Dominis Ordinibus Generalibus uniti Belgii aliisque Principibus intercedenti. Hujusque tractatus scopus principalis erit tuitio, seu conservatio justitiæ, securitatis & tranquillitatis publicæ, uti & pacis Risvicensis ac præcedentium, speciatim vero etiam Pyreneæ, quo Sua Regia Celsitudo cum Sacra Cæsarea Majestate & Fœderatis in præsenti bello contra Domum Burbonicam, ejusque adhærentes, communicatis consiliis, omnibusque uti infra explanabitur viribus concurret.

Articulus Secundus.

Cum necesse sit in eum finem & in defensionem Suæ Regiæ Celsitudinis præter exercitum in Lombardia, ubi bellum omni vigore prosequendum erit per Suam Majestatem Cæsaream, alium etiam in Pedemontio congregari, Sacra Cæsarea Majestas sine mora tot selectorum, & veteranorum militum suorum agmina in Pedemontium transmittet præsenti bello durante ibidem permansura, quæ viginti mille hominum numerum constituant, quorum quatuordecim mille pedestres, reliqui vero sex mille equestres existant, qui omnes suæ Regiæ Celsitudinis Cohortibus uniantur, idque præstabit Sacra Cæsarea Majestas sumptibus propriis, & de tormentis bellicis, reliquoque apparatu necessario suis copiis providebit. Quod si vero tormenta propter viarum aliasque difficultates eo transvehi non possunt, Regia Celsitudo Sua alia interim hac limitatione subministrabit, ut Sacra Cæsarea Majestas de illorum vectura & officialibus ad ea necessariis suis impensis prospiciat. Ubi etiam Regia Celsitudo Sua e re fore judicaverit, ut Cæsareæ copiæ suis in terris hybernent, Regia sua Celsitudo illis nihil aliud, quam tecta, seu hospitia dare tenebitur, alimenta autem & stipendia a Commissariatu Cæsareo suppeditabuntur, quod ut facilius fieri queat, Sua Celsitudo Regia curabit, ut prædictus Commissariatus Annonam & Commeatum pretio parato comparare possit. Promittit e contra Sua Regia Celsitudo, se quoque militum copias usque ad numerum quindecim mille hominum in stipendiis habituram, quarum eam partem in campum educet, quam communis causæ utilitas exiget, suarumque arcium securitas patietur, quapropter licitum erit Regiæ Suæ Celsitudini in Imperio milites publice legere, illosque per terras Imperii secundum mores & leges ibi receptas adducere.

Articulus Tertius.

Supremum Imperium in utroque exercitu, tam qui in Pedemontio, quam in Longobardia aget, habebit Sua Celsitudo Regia illorumque motus & operationes sub auspiciis Sacræ Cæsareæ Majestatis diriget, prout communis utilitas

as & necessitas id exigerint; similiter etiam melioris servitii Cæsarei & publicæ rei promovendæ ergo Commissariatus Sacræ Cæsareæ Majestatis bellicus in omnibus & quoad omnia a directione suæ Regiæ Celsitudinis dependebit.

Articulus quartus.

Habebit Sua Regia Celsitudo a Serenissima Magnæ Britanniæ Regina & a Dominis Ordinibus Uniti Belgii conjunctim subsidium octoginta millium scutorum, vel Ducatorum, quos de banco vocant, singulis mensibus, quod incipiet currere a die tertia Octobris, utpote qua die Regia Celsitudo Sua rupturam contra Galliam Taurini publicavit. Habebit similiter Sua Regia Celsitudo a præfatis Potentiis summam centum millium scutorum, vel Ducatorum de banco pro primis belli sumptibus, & apparatibus, semel tantum, idque sine diminutione subsidii menstrui exsolvendum. Quod quidem subsidium singulis quibusque bimestribus sibi anticipato numerabitur & pro summa dictorum centum millium scutorum, prout etiam pro ea primi bimestris transmittentur litteræ bancariæ sine mora vel Augustam Taurinorum, aut ad alia vicina loca, unde memoratæ summæ commode extrahi possint, ut quamprimum iisdem Sua Regia Celsitudo pro urgentiis uti valeat.

Articulus quintus.

Sacra Cæsarea Majestas in compensationem dignam egregii fervoris, quo Regia Celsitudo sua status suos & propriam personam pro rationibus Augustissimæ Domus & causæ communis tam utili, tamque necessario exponit sacrificio, habitaque consideratione tum hujus commodi & necessitatis publicæ, tum etiam renunciationum a Regia Sua Celsitudine infra factarum circa dotem, & dotales pensiones defunctæ Infantis Catharinæ Ducissæ Sabaudiæ eidem Regiæ Celsitudini competentes, ex absoluta & plena potestate Cæsarea, habito etiam debito respectu ad fortes prætensiones Sabaudiæ Domus, cedit, & transfert in Regiam Celsitudinem Suam ejusque Descendentes & successores illam Ducatus Montisferrati partem, de qua Duces Mantuæ investiti fuere, omnes & singulas urbes, castella, pagos, terras, & loca eo pertinentia cum omni proprietate, dominio, jurisdictione, regalibus, redditibus ac demum omnibus quibuscunque juribus & rationibus eo pertinentibus, vel inde dependentibus sine ulla exceptione sub Imperatoribus & Sacro Romano Imperio in perpetuum tenenda & possidenda, prout ea Duces Mantuæ hactenus tenuerunt & possederunt aut tenere & possidere valuissent, & Sacra Cæsarea Majestas inde recipit onus præstandi indemnes omnes, qui nunc vel in futurum in eundem Ducatum Montisferrati prætensionem aliquam formare possent, ita ut Regia Celsitudo ejusque Descendentes & Successores semper in quieta possessione memorati Ducatus manere, neque ullo unquam tempore molestia quædam sub quovis prætextu illis creari debeat.

Articulus sextus.

Præterea Sacra Cæsarea Majestas, ut remunerationem suam utilitati ex dicto suæ Regiæ Celsitudinis sacrificio in Augustissimam Domum & causam communem redundanti magis adæquatam reddat, aliisque etiam de causis & motivis supra memoratis, ulterius cedit, & transfert in Regiam Celsitudinem Suam, ejusque Descendentes & Successores, una cum omni proprietate, dominio & jurisdictione Provincias Alexandriæ & Valentiæ cum omnibus terris intra Padum & Tanarum sitis. Item provinciam, quæ dicitur Lumellina & Vallem Selsiæ, cum omnibus urbibus, castellis, pagis, terris, locis Regalibus, redditibus, ac generaliter omnibus quibuscunque juribus, & rationibus eo pertinentibus, vel inde dependentibus nulla re excepta, ita pariter sub Imperatoribus, & Sacro Romano Imperio tenenda & possidenda, prout ea defuncti Reges Hispaniæ tenuerunt, & possederunt, sive tenere & possidere voluerunt, eum in finem Sacra Cæsarea Majestas in perpetuum separat prædicta loca a statu Mediolanensi, ac derogat, in quantum ad hoc requiritur, omni ei, quod præfatæ Cessioni, & separationi quovis modo contrarium esse, vel censeri posset, salvo tamen etiam per omnia ut supra Imperii directo Dominio. Et ubi inter præfatas Regiones ut supra cessas aliqui invenirentur pagi, vel loca ejus commixta, aut circumsepta universitatem componentia, ab eisdem tamen non dependentia, quatenus non sint ultra quatuor, sub hac etiam cessione comprehendantur; quod si quatuor pagorum seu locorum ut supra numerum excedant, congrua de excedentibus fiet permutatio ex æquo arbitrio Commissariorum hinc inde ad id eligendorum.

Articulus septimus.

Et quandoquidem Sacra Cæsarea Majestas translationem in Regiam Suam Celsitudinem prædictarum provinciarum, sive membrorum Status Mediolanensis cum ante secum constituerat, eumque in finem Domino Comiti ab Auersperg mandatum, & facultatem dederat vigore plenipotentiæ suæ prætactas provincias istas Regiæ Suæ Celsitudini cedendi, hinc nunc etiam promittit se intra spatium trium mensium proximorum a Serenissimo filio suo Archi-Duce Carolo, jam proclamato Rege Hispaniarum, ratihabitionem hujus tractatus atque in specie supra memoratæ cessionis præfatarum portionum Status Mediolanensis, utpote rei hisce temporum circumstantiis ipsimet Regi ad scopum & commoda sua consequenda perquam proficuæ, procuraturum.

Articulus octavus.

Urbes Alexandriæ, & Valentiæ cedantur una cum munitionibus in eo, quo nunc sunt statu, fortificationes autem Mortariæ, relicto simplici muro, statim a facta pace sumptibus Suæ Regiæ Celsitudinis solo æquentur, nec unquam reædificentur. Quod Casalium attinet, placuit, ut perpetuo remaneat & conservetur eo in statu, quo

quo redactum fuit tempore redditionis de anno millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, ita tamen ut liceat Suæ Regiæ Celsitudini prædictam civitatem simplici muro vallare, neque eidem Regiæ Celsitudini, vel successoribus suis alias construere arces in locis prædictis supra cessis licitum esto. De reliquo omnes urbes, loca & munimenta supra cessa suæ Regiæ Celsitudini, cum omnibus tormentis bellicis, commeatu, annona, armis & aliis apparatibus militaribus ad ea loca pertinentibus, nec non documentis litterariis, & titulis illa concernentibus extradantur.

Articulus nonus.

Pateat copiis militaribus ex Statu Mediolanensi Finalium, & versus ditionem Genuensem & vicissim ex ditione Genuensi & Finaliensi in Mediolanensem deducendis, quoties opus fuerit, liber transitus per Montisferratum, idque breviori, qua fieri potest, via, cui definiendæ deputabuntur ab utraque parte Commissarii, qui simul de norma ejusmodi transitus, quod videlicet ille copiis, quoque vice concedendus, quantum temporis inter unum, alterumve interponendum, & qualiter notificatio præmittenda sit, specialiter convenient, solventque illæ copiæ transeuntes pro annona, & cibariis pretium currens, & quidquid ad eas pertinens illa via devehetur; liber quoque remaneat transitus pro vehendo sale a ditione Genuensi in Statum Mediolanensem & immunis perpetuo ab omni vectigali Suæ Regiæ Celsitudini debito, ita tamen ut liceat eidem Regiæ Celsitudini omnimodo præcavere, ne sal hujusmodi in status suos refundatur.

Articulus decimus.

Prædictæ cessiones integrum suum sortientur effectum, quocunque tempore, & modo præsens bellum finiatur post subscriptionem hujus tractatus, ita ut qualiscunque sequatur pax, vel compositio, Sacra Cæsarea Majestas illas cessiones ex nunc tueri, & prædictæ terræ suæ Regiæ Celsitudini ejusque successoribus in perpetuum cessæ manere debeant.

Articulus undecimus.

Teneatur Sacra Cæsarea Majestas Suæ Regiæ Celsitudini dare actualem & plenam possessionem integramque proprietatem statuum supra cessorum quatenus successive occupabuntur, quod ut quando citius fiat, nullis parcetur viribus, habita semper, juxta dispositionem Articuli tertii, ratione boni communis, & mutuæ necessitatis.

Articulus duodecimus.

Vult quoque Sacra Cæsarea Majestas diploma, quod Suæ Regiæ Celsitudini die octava Februarii anno supra millesimum & sexcentesimum nonagesimo pro acquisitione certorum feudorum in eo recensitorum concessit, in integro pro omnia manere vigore, & in perpetuum libero & plenario gaudere effectu, ita ut ejus tenori nulla unquam ratione præjudicari debeat; Quapropter illud expresse præsenti articulo confirmat, & vi hujus pariter omne jus, aut exercitium juris, quod Statui Mediolanensi sive appendentiæ, sive alio quocunque titulo in ea feuda competere posset, in suam Regiam Celsitudinem transfert, eamque simul omni ære, quod sibi pro concessione dicti diplomatis adhuc deberi ulla ratione potest, penitus liberat, quemadmodum Sua Regia Celsitudo vicissim omnibus, quæ sibi apud Commissariatum Cæsareum reliqua esse possent, creditis renuntiat.

Articulus decimus tertius.

Obstringit se Sacra Cæsarea Majestas pro se, & Successoribus suis, quod jus successionis Regiæ Suæ Celsitudini in Monarchiam Hispanicam juxta declarationem testamentarium Philippi Quarti quondam Hispaniarum Regis gloriosæ memoriæ competens, integrum ac illæsum servare, & nec in bello nec in tractatu futuræ pacis, aut compositionis consentire velit, ut ullum ei præjudicium afferatur, neque etiam permittere unquam ut pro Sua Celsitudine Regia tertius aliquis in præfatam Monarchiam aut ullam ejus partem introducatur. Imo pro majori cautela dictorum jurium & pro securitate ac conservatione naturalis positionis Sabaudicæ Domus, cujus ditionum summopere interest nunquam ab Augustissimæ Domus & Romani Imperii communicatione disjungi, Sacra Cæsarea Majestas in litteris investituræ statuum supracessorum se recogniturам promittit idem jus immediatum Suæ Regiæ Celsitudinis post Augustissimam Domum in Monarchiam Hispanicam succedendi cum appositione clausulæ, quod Sua Regia Celsitudo ejusque Successores nunc pro tunc, quatenus opus fuerit, investiti censeantur & maneant.

Articulus decimus quartus.

Renunciat Regia Sua Celsitudo pro se, hæredibus & successoribus suis omnibus juribus, & actionibus, quo sibi, & illis ratione dotis, & censuum residuorum defunctæ Infantis Catharinæ, Filiæ Catholici quondam Regis Philippi Secundi, Ducissæ Sabaudiæ competunt, aut competere possunt, declaratque Regia Sua Celsitudo pro se, & hæredibus suis dotem istam, & residuas pensiones supra memoratis cessionibus plenarie pensatas & solutas esse, adeo ut hoc titulo nec ipse nec ejus successores ullo unquam tempore a Corona Hispaniæ quidquam prætendere possint, aut debeant.

Articulus decimus quintus.

Quando benedicente Divino numine Cæsareis & Sabaudicis armis recuperata fuerit Lombardia Hispanica, omnes adhibebuntur vires, non tantum ad reliqua in Italia Hispanici juris regna, & provincias recuperandas (permanente tamen semper ad tutelam Pedemontii nec non Status Mediolanensis eo exercitu viginti millium Imperialium, de quo supra in articulo secundo) sed etiam ad illum tractum acquirendum, qui cis montem Genebræ situs est, quo magis communis securitas stabiliatur ac militiæ Galliæ omnis subsistentiæ locus cis alpes adima-

adimatur; acquisitio autem istius tractus inter Pedemontium, & montem Genebræ solius erit Regiæ Suæ Celsitudinis; ejusque successorum, & spondet Sacra Cæsarea Majestas tam proprio quam fœderatorum nomine in futuris pacis tractatibus omnem operam adhibitum iri, ut acquisitio hæc Serenissimo Duci integra maneat, & inconvulsa.

Artic. decimus sextus.

Ratificabit, Sacra Cæsarea Majestas præsentem tractatum suo & Imperii nomine, concedetque Regiæ Suæ Celsitudini ad quamvis ejus requisitionem investituras statuum, sive ditionum cessarum juxta tenorem investiturarum, a Carolo quinto Regi Philippo secundo ejusque, successoribus & Ducibus Mantuæ respective concessarum, cum sola restrictione ad lineam masculinam, tam Serenissimi Ducis, quam Principum hujus Domus; similiter obstricta erit Sacra Cæsarea Majestas Regiam Suam Celsitudinem investire juxta easdem firmam & tenorem investituræ a Ferdinando secundo sub anno millesimo sexcentesimo trigesimo secundo de illa quoque parte Montisferrati, quæ a Sua Regia Celsitudine ante possessa & virtute pacis Westphalicæ, tractatum Cherascensem confirmantis, acquisita est.

Articulus decimus septimus.

Tenebitur insuper Sacra Cæsarea Majestas approbationem hujus tractatus reportare à Serenissima Regina magnæ Britanniæ, Ordinibus Generalibus fœderati Belgii, & reliquis principalioribus collegatis, adeo ut in tutelam suam seu guarantiam suscipiant prædictas cessiones, easque defendant, ut integrum sortiantur effectum, quocunque modo sequatur pax, vel compositio; & pro majori hujus articuli securitate dictæ cessiones inter conditiones præliminares, sine quibus ad pacis tractationem deveniri non poterit, comprehendentur; obligabunt se pariter dictæ potentiæ eodem modo, & forma, qua se obligavit Sacra Cæsarea Majestas articulo decimo quinto circa acquisitionem, & manutentionem terrarum cis montem Genebræ sitarum in favorem Suæ Regiæ Celsitudinis, ac ulterius se specialim, velut ad factum proprium obligabunt, post Augustissimam Domum Austriacam jus immediatum in Monarchiam Hispanicam Regiæ Suæ Celsitudini illæsum servare, neque condescendere aut tractatum inire unquam, quo huic juri ullo modo præjudicetur, seu præ Domo Sabaudica Princeps aliquis tertius in aliquos ex prædictis Monarchiæ Hispanicæ statibus introducatur.

Articulus decimus octavus.

Sacra Cæsarea Majestas ejusque fœderatæ Potestates nullam inibunt pacem, conventionem, aut inducias, quin Regia Sua Celsitudo in omnia loca, & ditiones ab hostibus forte occupandas restituatur, adeo, ut hæc restitutio pariter conditionibus præliminaribus, sine quibus ad dictos tractatus procedi nequeat, inserenda sit.

Articulus decimus nonus.

Quemadmodum Sacra Cæsarea Majestas & Potentatus confœderati nullam omnino inire poterunt pacem, compositionem, aut Treugam sine inclusione Suæ Regiæ Celsitudinis eo, quo supra dictum est, modo, ita vicissim teneatur Sua Regia Celsitudo inseparabiliter adhærere & manere unita Sacræ Cæsareæ Majestati & communi fœderi ejusque rationes armis suis juvare, usque ad conclusionem pacis, nec ulla ratione se ab iis separare illi fas sit. Et hæc est una ex conditionibus præcipuis, ac uti dici solet, sine qua non, prædictarum cessionum, quæ ultimum suum, & plenum demum robur & effectum ab integra & accurata hujus conditionis executione accipient.

Nos plenipotentiarii supra nominati vi nostrorum respective mandatorum præsentem tractatum conclusimus, & firmavimus, eique armorum nostrorum sigilla apposuimus. Promittentes nos, nostrorum respective Dominorum committentium ratihabitiones, & quidem Sacræ Cæsareæ Majestatis intra tres septimanas, a Serenissima Regia Celsitudine autem intra octiduum procuraturos. Datum Augustæ Taurinorum die octava Novembris anno millesimo septingentesimo tertio.

Il Conte d'Auersperg. (L. S.)
Il Marchese de Priè. (L. S.)
De Sto Thomas. (L. S.)

Articuli Secreti.

Post tractatum fœderis inter Sacram Cæsaream Majestatem & Suam Regiam Celsitudinem Dominum Ducem Sabaudiæ hodie conclusum & signatum per utriusque Plenipotentiarios, & quidem ex parte Sacræ Cæsareæ Majestatis per Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Comitem ab Auersperg, ex parte vero Suæ Celsitudinis Regiæ per Illustrissimos & Excellentissimos Dominos Marchionem de Prie & Marchionem de Sancto Thomas insuper de articulis secretis sequentibus conventum est.

Art. II.

Cum Sua Celsitudo Regia præter cessiones per supra dictum tractatum fœderis expressas provinciam, seu ditionem Vigevanum vulgo Vigevinasco dictam, deinde etiam quinque villas in territorio Novaviensi sitas, nimirum Pratolam, Palestrum, Rivoltellam, Rosascum, & Langoscum, in se suosque successores transferri petierit, ratione autem dictorum locorum difficultates quædam sese objecerint, Sacra Cæsarea Majestas attenta animi generositate, & constantia, qua Celsitudo Sua Regia sese quam maximis periculis & damnis pro causa communi exposuit, cupiensque ampliores munificentiæ suæ effectus in eamdem conferre. declarat quod eidem, ejusque successoribus non tantum pro supra dictis quinque villis, sed etiam pro ditione, seu provincia Vigevinasco, alia loca ejusdem pretii, & valoris, habito scilicet respectu tam ad numerum pagorum, & subditorum, quam ad quan-

quantitatem redituum & ad spatium, seu amplitudinem locorum, in Statu Mediolanensi, & quidem in partibus Suæ Regiæ Celsitudinis territorio contiguis cedere, & assignare velit, idque etiam cum translatione omnimodæ proprietatis, dominii, & Jurisdictionis eadem forma, & modo, quo reliquæ cessiones factæ sunt.

Articulus III.

Placuit pariter hic declarare, quod quemadmodum Sua Regia Celsitudo sub nomine Principalium Colligatorum, qui vigore articuli 17. supra memorati fœderis ad ejus guarantiam vocandi sint, Sacri Romani Imperii Electores cum Sacra Cæsarea Majestate fœderatos intelligit, ita eadem Sacra Cæsarea Majestas, casu quo Sua Regia Celsitudo id e re fore judicaverit, prætactos dominos Electores, etiam ad dictam guarantiam invitare atque ut illam in se suscipiant omnem operam, & autoritatem suam adhibere quam efficacissime velit.

CXII.

Josephi, Rom. Imperatoris Literæ, quibus Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, de Ducatu Montisferrati, rebusque ad eum pertinentibus, investivit, d. d. 7. Julii, An. 1708.

JOsephus primus divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus &c.

Notissima omnibus, quæ suo suorumque statuum periculo, feliciter quidem, sed non sine maximo subditorum, & rerum suarum dispendio, fideliter hactenus & constanter pro sua non modo, sed totius Imperii & Domus nostræ Austriacæ causa sustinuit discrimina, Serenissimus Princeps Victor Amadeus II. Dux Sabaudiæ & Imperii Nostri in Italia Vicarius perpetuus, Consanguineus & Princeps noster charissimus, & quæ, toto hujus belli tempore, ad propulsandum de sua ditione, & in Italiam irruentem hostem, eumque ulterius non solum à Mediolanensi & Montisferratensi Ducatibus, sed à tota, quam fere occupaverat, Lombardia expellendum tam præclare gessit; Eam jure merito exigunt conditionem, ut, quæ illum nobis uberrime præstitisse patet, ea nos etiam in ipsum libentissime refundere certemus. Sciant itaque omnes & singuli præsentes Literas inspecturi, quod cum divi Leopoldi Parentis nostri Augustissimi Cæsarea Majestas ad prosequendum meliori successu bellum, quod gravissimis de causis orbi universo affatim perpectis post obitum Serenissimi quondam, & Potentissimi Hispaniarum Regis Caroli II. pientissimæ memoriæ adversus Domum Burbonicam suscipere coacta fuit, prædictum Serenissimum Sabaudiæ Ducem ad jungenda secum arma efficacibus motivis, & ea potissimum ratione invitasset, ut proprium successionis jus in Monarchiam Hispanicam juxta ordinem testamenti Philippi IV. Regis Hispaniarum glor. mem. diu hæsit suspensa, tandem tum ob illam, tum ob alias justissimas rationes, & potissimum etiam, ut validissimam S. Cæs. Majestatis protectionem expeteret, adversus improvisam atque inauditam violentiam, qua Galliarum Rex contra gentium Jura & bonam fidem ejus cohortes, pro Gallia, Hispaniaque in Italia militante dearmari & captivas attineri, imo magnam optimamque Italici exercitus sui partem Pedemontium versus movere jusserat ut ejusdem Serenissimi Principis Provincias invaderet, eumque penitus opprimeret, non obstante nexu sibi cum Domo Burbonica intercedente & ditionum suarum ab omni communicatione Imperiali longe remotarum periculoso situ, invitationem illam acceptasset, inter eandem Sac. Cæs. Majest. & dicti Seren. Ducis Dilectionem sub octava Novembris anno 1703. arctius fœdus initum fuerit, quo præter alia conventum legitur, quod altissime memorata Sacra Cæs. Majestas consideratis ingentibus periculis & inevitabilibus damnis, quibus idem Sabaudiæ Dux se ipsum suasque ditiones exponeret, uti ex rationibus necessitatis publicæ & majoris emolumenti ex illius ad fœdus accessione in Sac. Romanum Imper. & causam communem redundaturi, ex absoluta & plena potestate Cæsarea, ex supra dictis causis, habito etiam respectu ad fortes prætensiones Sabaudiæ Domus, cedat & transferat in eundem ejusque Descendentes & Successores illam Ducatus Montisferratensis partem, de qua Duces Mantuæ investiti fuere, quam & Ferdin. Carolus de Gonzaga, ob notorium feloniæ, & læsæ Majestatis crimen amisit, cum omnibus & singulis urbibus, Castellis, Pagis, Terris & locis eo pertinentibus, vel inde dependentibus, cum omni proprietate, Dominio & Jurisdictione, regalibus, reditibus, ac demum omnibus quibuscumque Juribus & rationibus eo pertinentibus, vel inde dependentibus, sine ulla exceptione sub Imperatoribus, & Sacro Romano Imperio in perpetuum, prout ea Duces Mantuæ hactenus tenuerunt & possederunt, aut tenere & possidere voluissent, titulo feudi Masculini tenenda & possidenda, quodque altissime memorata S. Cæs. Majest. teneatur dare suæ Dilectioni actualem & plenam possessionem, integramque proprietatem eorundem locorum, quatenus successive occupabuntur, & dictum Ducem Sabaudiæ de illa quoque parte Montisferrati, quæ antea ab eo possessa est, juxta formam & tenorem investituræ jam ab Augustissimo Imper. Ferdinando II. glor. mem. sub die 13. Aug. Anno 1631. concessæ investire.

Quapropter propulsato jam sua quoque virtute hoste, & toto nunc legitime occupato Montisferrati Ducatu, nos præfati Seren. Ducis Dilectio decenter rogaverit, ut se & successores suos ut infra de prædicto Montisferrati Ducatu infeudare & investire dignaremur pro

ea

a scilicet parte, de qua Duces Mantuæ investi- fuere, & hactenus possederunt, seu posside- e potuerunt, his modis & forma, quibus in prædicto tractatu conventum extitit, & pro ea ltera prædicti Ducatus parte, quam præfatus ereniss. Dux & ejus prædecessores tenuerunt t tenent virtute Pacis Westphalicæ Tractatum herascensem confirmantis his modo & forma, uibus ab invictissimo Abavo nostro recolendæ iem. Ferdinando II. Serenissimus Victor madeus I. glor. mem. avus ejusdem Ducis ivestitus fuerat, sub Anno 1632.

Nos igitur grata mente recolentes gloriosa ıæ Dilectionis merita, inconcussam ejus fidem, evotionem & constantiam, quam in propul- ndis hostium insultibus, & exantlatis gravis- mis periculis & laboribus, maxima cum Pro- inciarum suarum ruina, durante hoc fœdere ortissime laudabilissimeque comprobavit, uantoque studio, & periculo totius Italiæ li- ertatem, Imperii & Austriacæ Domus jura ab ruente communi hoste, ut notissimum est, ndicare certaverit, certoque scientes, Dile- tionem suam eidem fœderi inseparabiliter ad- æsuram, ejusque rationes semper pari ut ha- enus fervore ac armis usque ad consumma- onem hujus belli adjuturam, neque ulla ra- one a fidelitate nobis & Imperio, pro prædictis ebita recessuram, demissæ huic petitioni cle- ienter duximus annuendum. Et proinde ex erta scientia, animo bene deliberato, sano ma- ıroque accedente consilio, ac Romani Imperii rincipum Electorum consensu, deque Cæs. lajestatis plenitudine, nostro & nostrorum in nperio successorum nomine, in executionem ractatus, & fœderis, ut supra, initi, juxtaque ientem ejusdem Articuli decimi noni super odem Ducatu, prædictum Serenissimum Du- em Victorem Amadeum pro se, suisque filiis escendentibus & successoribus masculis legiti- ıis, ex legitimo matrimonio procreatis in in- nitum, nec non pro omnibus Principibus Do- ıus Sabaudiæ & eorum descendentibus mascu- s legitimis ut supra, juxta ordinem primoge- ituræ sibi in regimine succedentibus, infeuda- imus atque investivimus, quemadmodum te- ore præsentium infeudamus, atque investi- ıus de toto prædicto Ducatu Montisferrati, pro a scilicet parte, de qua Duces Mantuæ investiti ıerunt, & hactenus tenuerunt & possederunt, eu tenere ac possidere valuerunt, cum omni- us & singulis urbibus, castellis, pagis, terris t locis eo pertinentibus, cum omni proprietate, Dominio, Jurisdictione, Regalibus, reditibus, ominationibus, præsentationibus, juribus Pa- onatuum quorumcunque, ac demum omni- us quibuscunque Juribus & rationibus in eo- lem Ducatu pertinentibus vel inde dependen- ibus, sine ulla exceptione, ita ut Dilectio sua, k post eam descendentes ejus masculi legiti- ni, & qui post hos ex Sabaudiæ Domus Princi- ibus in Regimine Ducatus Sabaudiæ & Prin- ipatus Pedemontii secundum ordinem Primo- geniture in linea masculina legitime succedent, illa cum omni & quacunque proprietate, Do- minio ac Jurisdictione, sub Imperatoribus & Imperio Romano tenere & possidere possint & debeant, quibus illa Duces Mantuæ hactenus tenuerunt ac possederunt, seu tenere ac posside- re valuerunt, iis omnibus modis, concessioni- bus ac privilegiis, quibus prædicti Duces Man- tuæ investiti fuerunt a Prædecessoribus nostris, & signanter a Carolo Quinto, sub 30. Decembris anno 1532. quam quidem concessionem cum omnibus in eadem relatis & contentis volumus haberi pro expressa, eodem modo & forma, ac si de verbo ad verbum hic foret exemplata, cum ea duntaxat differentia, quæ in tractatu fœderis cum DilectioneSua, ut supra, initi arti- culo octavo expressa est, & quod hæc concessio & infeudatio in hac Ducatus parte tantum ad lineam masculinam dicti Serenissimi Ducis & Principum masculorum legitimorum Domus ejus restricta sit, in reliquis vero omnino & in- tegre, prout in prædictis concessionibus & Inve- stituris, per Duces Mantuæ reportatis, latius continetur, cedentes etiam eisdem omnia jura & actiones, quæ nobis vel Sacro Romano Im- perio in dicta parte Montisferrati ratione & oc- casione cujuslibet caducitatis, devolutionis, contraventionis, confiscationis, Banni Im- perialis, & alio quovis modo, forma & titulo competunt, competere possent & poterunt, ni- hil excepto; pro alia vero & residua dicti Duca- tus Montisferrati parte, ea scilicet, quam di- ctus Dux Sabaudiæ, ejusque prædecessores virtute Tractatus Cherascensis, pace Westpha- lica confirmati, tenent, & hactenus tenuerunt seu tenere valuerunt, eundem Serenissimum ejusque Successores masculos ac fœminas ac transversales ita denuo investimus, ac investi- tos esse valumus, ut his modo & forma & te- nore possideant, & investiti censeantur, prout Victor Amadeus primus ejusdem Ducis Avus a recol. memoriæ Ferdinando secundo, Abavo nostro investitus fuit, sub decima septima Au- gusti Anno 1632. cum omnibus urbibus, terris, locis, omnique jure ac proprietate, ac omnibus quibuscunque, & prout latius in dicta Investi- tura continetur, nihilque nobis in toto prædi- cto Ducatu & locis in singulis super enarratis investituris, seu aliis in eisdem relatis specifice vel generaliter expressis penitus retinentes præ- ter altam superioritatem, quam nobis & nostris in Imperio Successoribus reservamus, cum sub- jectionis, fidelitatis & homagii juramento, quod nobis in animam ejusdem Sabaudiæ Du- cis Ablegatus Extraordinarius Illustris & Ma- gnificus noster Sacrique Imperii fidelis dilectus, Franciscus Victorius Comes Tarinus, Imperialis de Cossambra, & Adamus Ignatius nobilis ab Heunisch, Consilii nostri Imperialis Aulici A- gens, pleno ad hoc & sufficienti mandato nobis in authentica & fide digna forma exhibito in- structi præstiterunt, & ejus Successores nobis & Successoribus nostris Romanorum Imperatori- bus legitime intrantibus, quoties casus postu- laverit, præstare debebunt, mandantes propter- ea &

ea & expresse injungentes omnibus & singulis Episcopis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Vasallis, Officialibus & Ministris, cæterisque supradictorum locorum subditis, & aliis nostris, & Sacri Imperii fidelibus, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, aut conditionis existant, tam præsentibus, quam futuris, ut præfatum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, & ejus veluti ante dictum Successores tanquam suos veros ordinarios & legitimos Principes & Dominos recipiant & agnoscant, eisque consuetum homagium & fidelitatem præstent & faciant, quæ fideles Vasalli, Officiales & subditi suis naturalibus, veris & legitimis Principibus ac Dominis facere ac præstare tenentur de Jure, consuetudine, vel Privilegio speciali.

Mandamus præterea universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus & aliis Principibus Ecclesiasticis & Secularibus Sacri Romani Imperii, nec non quibuscunque aliis Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Militibus, Capitaneis, Præfectis, Gubernatoribus, Potestatibus, Magistratibus, Consulibus, Judicibus, Civibus, Communitatibus, quarumcunque Civitatum ac locorum, & denique omnibus aliis nostris & Sacri Romani Imperii subditis & fidelibus dilectis, cujuscunque status, gradus & conditionis fuerint, præsentibus & futuris, tam Italiæ, quam Germaniæ, aut alterius cujuscunque de Sacro Romano Imperio dependentis Provinciæ, ne ipsum Sabaudiæ Ducem, ejusque Successores, ut supra, in memorata nostra Cessione & Investitura prædictorum locorum ullo modo perturbent, molestent aut gravent, sed illis omnibus & singulis libere & pacifice uti, frui, potiri & gaudere sinant, & contraria ne faciant, nec fieri procurent aut permittant directe vel indirecte, quovis quæsito colore aut prætextu, quatenus nostram & Sacri Romani Imperii indignationem, & præterea mulctam Mille Marcarum auri puri maluerint evitare, quam quilibet contrafaciens toties quoties contrafactum fuerit, ultra pœnas prædictas ipso facto se noverit irremissibiliter incurrisse, quarum semissem Imperiali Fisco seu ærario nostro, alterum vero semissem parti læsæ decernimus applicandum. Harum litterarum testimonio subscriptarum & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ, die 7. Julii, Anno Domini Millesimo septingentesimo octavo, Regnorum nostrorum, Romani decimo nono, Hungarici vigesimo primo, Bohemici vero quarto.

Josephus.

Vt. Frid. Car. Comes de Schönborn.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium,

Lutzo Dollberg, mppria.

CXIII.

Josephi, Rom. Imperatoris Literæ, quibus Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, de Provinciis Alexandriæ & Valentiæ, nec non omnibus terris intra Padum & Tanarum sitis, item de Provincia, quæ dicitur Lumellina, ac de Valle Selsiæ, nec non de locis & terris, quæ pro Provincia & Ditione Vigevana, vulgo Vigevinasco, dicta, per Commissarios hinc inde deputatos assignatæ fuerunt, investivit, d. d. 7. Julii, An. 1708.

Josephus &c.

Notissima omnibus, quæ suo, suorumque statuum periculo, feliciter quidem, sed non sine maximo subditorum & rerum suarum dispendio, fideliter hactenus & constanter pro sua non modo, sed totius Imperii & Domus Austriacæ causa sustinuit discrimina Serenissimus Princeps, Victor Amadeus Secundus, Dux Sabaudiæ, & Imperii Nostri Vicarius perpetuus, Consanguineus & Princeps Noster Charissimus, & quæ toto hujus belli tempore ad propulsandum de sua ditione in Italiam irruentem hostem, eumque ulterius a Mediolanensi quoque Ducatu expellendum tam præclare gessit, eam jure merito exigunt conditionem, ut quæ illum nobis uberrime præstitisse patet, porroque præstiturum indubia spes est, ea nos etiam in ipsum libentissime refundere certemus. Sciant itaque omnes & singuli præsentes Literas inspecturi, quod, cum Leopoldi Parentis nostri Augustissimi Cæsarea Majestas ad prosequendum meliori successu bellum, quod gravissimis de causis orbi universo affatim perspectis, post obitum quondam Serenissimi & Potentissimi Hispaniarum Regis Caroli Secundi pientissimæ memoriæ adversus Domum Burbonicam suscipere coacta fuit, prædictum Serenissimum Sabaudiæ Ducem in armorum societatem efficacibus motivis, & ea potissimum ratione invitasset, ut proprium successionis jus in Monarchiam Hispanicam vindicaret, suaque Dilectio, postquam ancipiti deliberatione diu hæsit suspensa, tandem tum ob illam, tum ob alias justissimas rationes, & potissime etiam, ut validissimam Suæ Cæsareæ Majestatis protectionem expeteret adversus improvisam atque inauditam violentiam, qua Galliarum Rex contra gentium jura & bonam fidem ejus cohortes Galliæ Hispaniæque in Italia militantes dearmari, & captivas attineri, imo & magnam optimamque Italici Exercitus sui partem Pedemontium versus movere jusserat, ut ejusdem Serenissimi Principis Provincias invaderet, eumque penitus opprimeret, non obstante nexu sibi cum Domo Burbonica intercedente, & ditionum suarum

tum

rum ab omni communicatione Imperiali longe remotarum periculoso situ, invitationem illam acceptasset, inter eandem Sacram Cæsaream Majestatem & dicti Ducis Dilectionem sub octava Novembris Anni millesimi septingentesimi tertii arctius fœdus initum fuerit, quo præter alia conventum legitur, quod altissime memorata Sacra Cæsarea Majestas consideratis ingentibus periculis & inevitabilibus damnis, quibus idem Sabaudiæ Dux se ipsum, suasque ditiones exponeret, uti & rationibus necessitatis publicæ & majoris emolumenti ex illius ad fœdus accessione in Sacrum Romanum Imperium & causam communem redundaturi, cedat & transferat in eundem, ejusdemque descendentes & successores, nec non omnes Principes Domus Sabaudiæ, eorumque descendentes cum restrictione tamen ad Lineam masculinam, ex Ducatu Mediolanensi Provincias Alexandriæ & Valentiæ cum omnibus terris intra Padum & Tanarum sitis, uti & Provinciam, quæ Lumellina dicitur, & Vallem Sesiæ cum omnibus urbibus, castellis, pagis, terris, locis, regalibus, reditibus & generaliter omnibus quibuscunque juribus & rationibus eo pertinentibus vel inde dependentibus, cum omni proprietate, dominio & jurisdictione ab & sub Imperatoribus & Imperio Romano eodem modo, quo defuncti Reges Hispaniæ eas tenuerunt & possederunt, sive tenere & possidere voluerunt, titulo feudi masculini tenenda & possidenda; Quodque altissime memorata Sacra Cæsarea Majestas teneatur dare Suæ Dilectioni actualem & plenam possessionem, integramque proprietatem eorum locorum, quatenus successive occupabuntur, prout & nos juxta hujus Tractatus dispositionem prædictum Ducem, propulsato ejusdem quoque virtute & viribus hoste, in actualem & plenam possessionem Provinciæ Alexandriæ & Valentiæ cum omnibus terris intra Padum & Tanarum sitis, & Provinciæ, quæ dicitur Lumellina, & Vallis Sesiæ, cum omnibus urbibus, castellis, pagis, terris, locis, regalibus, reditibus, & generaliter omnibus quibuscunque juribus & rationibus eo pertinentibus, vel inde dependentibus, nulla re excepta, immitti mandavimus, & ille authoritate nostra, inque vim mandati ad Principem Eugenium transmissi actualiter immissus fuit. Quapropter cum & nos præfati Serenissimi Ducis Dilectio decenter rogaverit, ut se de memoratis Locis benigne investire dignaremur; Nos grata mente recolentes gloriosa Suæ Dilectionis merita, inconcussam fidem, devotionem & constantiam, quam in sustinendis hostium insultibus, & exantlatis gravissimis periculis & laboribus, maximaque, prout supra diximus, cum Provinciarum suarum ruina, durante hoc fœdere, fortissime, laudatissimeque comprobavit, quantoque studio & periculo totius Italiæ libertatem, Imperii & Austriacæ Domus jura ab irruente communi hoste, ut notissimum est, vindicare certaverit, certoque & indubitato persuasi, Suam Dilectionem eidem fœderi inseparabiliter adhæsuram, ejusque rationes semper pari ut hactenus fervore ac armis usque ad consummationem hujus belli adjuturam, neque ulla ratione a fidelitate nobis & Imperio debita recessuram, demissæ huic petitioni clementer duximus annuendum. Et proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano maturoque accedente consilio, nec non consentiente Serenissimo Dilectissimoque Fratre Nostro, Domino Carolo Tertio, Rege Hispaniarum, qui prælibatum Tractatum ratificavit, die 5ta Februarii, Anno millesimo septingentesimo quinto, ac de Cæsareæ Nostræ potestatis plenitudine, ex causis memoratis, & in executionem Tractatus & Fœderis ut supra initi, & juxta mentem ejusdem articulo 19. expressam eundem Serenissimum Victorium Amadeum pro se, suisque filiis descendentibus & successoribus masculis, in infinitum ex legitimo matrimonio procreatis ac procreandis, nec non pro omnibus Principibus Domus Sabaudiæ, & eorum descendentibus masculis legitimis, ut supra juxta ordinem primogenituræ sibi in Regimine succedentibus infeudavimus, atque investivimus, quemadmodum tenore præsentium infeudamus atque investimus de supradictis Provinciis Alexandriæ & Valentiæ cum omnibus terris intra Padum & Tanarum sitis, item & Provincia, quæ dicitur Lumellina, & de Valle Sesiæ, simul & de locis & terris, quæ pro Provincia & Ditione Vigevana, vulgo Vigevinasco dicta, per Commissarios hinc inde Deputatos assignabuntur, cum omnibus urbibus, castellis, terris, locis, regalibus, reditibus, & generaliter omnibus quibuscunque juribus & rationibus eo pertinentibus, vel inde dependentibus, nulla re excepta, ita ut ipse Dux & post eum Descendentes ejus masculi legitimi, & qui post eos ex Sabaudiæ Domus Principibus in Successione & Regimine Ducatus prædicti succedent in infinitum, secundum ordinem primogenituræ masculi, ut supra, illas cum omni proprietate, dominio & jurisdictione sub Imperatoribus & Imperio Romano tenere & possidere possint & debeant, quemadmodum defuncti Reges Hispaniarum juxta tenorem Investiturarum ab Imperatoribus Romanis, Regi Philippo Secundo, ejusque Successoribus concessarum tenuerunt & possederunt, sive tenere & possidere voluerunt de jure vel consuetudine, cum omnibus juribus, honoribus, prærogativis, libertatibus & exemptionibus in prædictis Investituris latius expressis, ea duntaxat cum differentia, quæ articulo supradicti fœderis octavo expressa est, quodque hæc infeudatio ad Lineam masculinam tam dicti Serenissimi Ducis, quam Principum hujus Domus ut supra restricta censeatur. Cui quidem infeudationi & Investituræ addere pariter & annectere intendimus, prout annexum volumus, omne jus aut exercitium juris, quod memorato Statui Mediolanensi sive appendentiæ,

tiæ, sive alio quocunque titulo in iis feudis, quæ continentur in Cæsareo Diplomate, quod prædicto Duci die octava Februarii Anno 1690. prædictus quondam Augustissimus Leopoldus Parens noster pro acquisitione dictorum feudorum in eo recensitorum concessit, competere posse, prævio examine a supradictis Commissariis dignoscetur. Separantes proinde eum in finem & in perpetuum prædicta territoria, jura & loca a memorato Ducatu Mediolanensi, derogantes in quantum ad hoc requiritur omni ei, quod præfatæ cessioni ac separationi contrarium esse, vel censeri posset, omnibusque statutis, legibus, concessionibus, tam generalibus quam particularibus, & aliis in contrarium facientibus, etiamsi talia forent, quæ specialissima mentione egerent, nihilque nobis penitus reservantes præter solam superioritatem Cæsaream, quam nobis & nostris in Imperio successoribus reservamus, cum subjectionis, fidelitatis & homagii juramento, quod nobis in animam ejusdem Sabaudiæ Ducis Ablegatus extraordinarius Illustris & Magnificus Noster Sacrique Imperii fidelis dilectus, Franciscus Victorius, Comes Tarinus Imperialis de Consambra, & Adamus Ignatius Nobilis ab Heunisch, Consilii Nostri Imperialis Aulici Agens, pleno ad hoc & sufficienti Mandato nobis in authentica & fide digna forma exhibito instructi præstiterunt, & ejus Successores nobis & Successoribus Nostris Romanorum Imperatoribus legitime intrantibus, quoties casus postulaverit, præstare debebunt, juribus etiam Nostris & Domus Austriacæ, si feudum hoc per extinctionem masculorum prædictorum legitimorum, aut alias aperiri contingat, semper salvis, prout econtra ipsi Serenissimo Duci, ejusque Successoribus omne jus Successionis, quod eisdem immediate post domum Nostram Austriacam in Monarchiam Hispanicam juxta declarationem testamentariam Philippi IV. quondam Hispaniarum Regis gloriosæ memoriæ competere recognoscimus, integrum & illæsum servare intendimus, & de feudis Imperialibus eodem Successionis Ordine simul ad Sabaudicam Domum devolvendis, eundem Serenissimum Ducem ejusque Successores in perpetuum nunc pro tunc juxta tenorem prædictarum Investiturarum investimus & investitos esse volumus, committentes quoque & expresse injungentes omnibus & singulis Episcopis, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Vasallis, Officialibus, Ministris, cæterisque supradictorum locorum subditis & aliis Nostris & Sacri Imperii fidelibus dilectis, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis aut conditionis existant, præsentibus & futuris, ut præfatum Serenissimum Ducem Sabaudiæ & ejus successores masculos tanquam suos veros, ordinarios & legitimos Principes & Dominos recipiant & agnoscant, eisque consuetum homagium & fidelitatem præstent & faciant, quæ fideles Vasalli, Officiales & subditi suis naturalibus, veris & legitimis Principibus & Dominis facere & præstare tenentur. Mandamus præterea universis & singulis Archi-Episcopis, Episcopis, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Vice-Dominis, civitatum, terrarum, oppidorum & locorum Gubernatoribus & Locumtenentibus, Judicibus, Consulibus, Communitatibus, & denique omnibus aliis nostris & Sacri Romani Imperii subditis ac fidelibus dilectis, cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, aut conditionis existant, præsentibus & futuris, tam Italiæ quam Germaniæ, aut alterius cujusque de Sacro Romano Imperio dependentis Provinciæ, ne ipsum Sabaudiæ Ducem ejusque Successores ut supra in prædictis concessione, cessione, confirmatione, possessionis, vel quasi traditione, ullo modo perturbent, molestent, aut gravent, sed illis omnibus & singulis libere & pacifice uti, frui, potiri & gaudere sinant, & contrarium ne faciant, nec fieri procurent, & permittant, directe vel indirecte, quovis quæsito colore aut prætextu, quatenus Nostram & Sacri Romani Imperii indignationem, & præterea mulctam mille marcarum auri puri maluerint evitare, quam quilibet contra faciens toties, quoties contra factum fuerit, ipso facto se noverit irremissibiliter incurrisse, quarum semissem Imperiali Fisco seu Ærario nostro, alterum vero semissem parti læsæ decernimus applicandum. Harum literarum testimonio subscriptarum, & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur in Civitate Nostra Viennæ die 7ma Julii Anno Domini 1708. Regnorum Nostrorum Romani decimo, nono, Hungarici vigesimo primo, Bohemici vero quarto.

CXIV.

Decretum Josephi Rom. Imperatoris, ratione Feudorum Imperialium Langarum in Italia, Victori Amadeo II. Sabaudiæ Duci, datum, d. d. 19. April. An. 1710.

Sacræ Cæsareæ Majestati, Domino nostro Clementissimo, humillime relata sunt, quæ pro Serenissimo Duce Sabaudiæ circa Jura & exercitia Jurium in compluribus Italiæ feudis Imperialibus, tum verbo, tum scripto adduci placuit, cumque nihil sit rectæ rationi, bonæ fidei, atque omni Juri magis congruum, quam ut illa, quæ vel ex veteri pollicitatione requiruntur, vel noviter in mutuam stipulationem deducta sunt, rite observentur, impleanturque, & quod uni

ni parti fas est, hoc alteri quoque justum esse debeat, ac utrinque legitimo tramide, juxta conventionum normas, absque ulla facti aut violentiæ via procedi; Hinc Sacra Cæsarea Majestas benigne, ac iterato declarari jussit, constantem sibi extitisse semper & extare animum, ut quidquid (I) pax Monasteriensis anno 1648. condita, in Paragrapho: *Cæsarea Majestas decenter requisita* &c. pro Serenissima Sabaudica domo de nonnullis feudis Imperialibus nominatim continet, id debitum suum effectum consequatur, quamprimum Investitura Cæsarea desuper, juxta ipsum dictæ pacis Westphalicæ tenorem, fuerit decenter, prout pridem fieri opportuit, non petita solum, sed etiam per Vassallagii præstationem realem, ac specificam possessionis traditionem, aliosque legales & concessionibus in præfata pace allegatis conformes actus sic regulata, nequid vel hisce concessionibus Cæsareis, legibusque Sacri Romani Imperii, in cujus directo Dominio illa feuda permanere non desinunt, contrarium inducatur; vel possessorum, subditorumque Juribus, quorum etiam in memorato Instrumento pacis relativa fit mentio, per viam facti derogetur. Mirum idcirco videri non posse, quod præfatorum non minus, quam ceterorum Imperialium feudorum possessores, & subditi in Italia Cæsareo paruerint, aut parere debeant mandato, quo ipsis ante præsentes motus bellicos non una vice inhibitum est, ne Dominum, Vassallumve alium recipiant, nisi qui primum a Cæsare de feudo speciali sibi collato sit investitus, & patentes Cæsareas ad Communitatem loci, de quo investitura facta est, directas exhibuerint; naturalem rerum agendarum ordinem, & respectum supremo dominio debitum hoc exigere, & consequenter ex præsentibus notoriisque circumstantiis haud difficulter æstimari, cuinam imputandum sit, quod superius allegatæ dispositioni pacis Monasteriensis, quæ anteriores variarum conditionum præstationes a parte Sabaudica faciendas expresse supponit, & indicat, non fuerit hucusque satisfactum; Fuisse hactenus, & porro esse Sacram Cæsaream Majestatem ad sui muneris executionem hoc in genere, ut in reliquis aliis, perpetuo paratam: Prædecessores ejusdem Gloriosissimos similiter implementa conditionum præfactarum circa hæc feuda, de quibus pax Monasteriensis agit, a Serenissima Domo Sabaudia frustra expectasse; Sperari proinde firmiter & pro justitia, quæ afflictis, & ad Thronum Imperialem confugientibus Sacri Romani Imperii Vassallis ac subditis debetur, non immerito desiderari, ut Sua Regia Celsitudo, reflexione condigna ad hujusmodi circumstantias habita, laudatissimam suam æquanimitatem monstret, atque molestias omnes, & gravamina, quibus feudorum indigitatorum possessores ac subditi, sub novissima præsertim tempora, se multifariam inquietari & premi queruntur, indilate tollat; eoque peracto, sic ulterius in toto feudorum talium procedatur negotio, ne quid allegato paragrapho pacis Westphaliæ adversum maneat, quippe qui isthuc tendit, ut non tam discussio conditionum, in relatis ibidem permissionibus, approbationibusque Cæsareis jam ante sat clare contentarum, quam potius omnimoda & plenaria illarum præstatio ex parte Sabaudica sequatur. Quod (II.) Feuda Imperialia in Cæsareo Diplomate die octavo Februarii 1690. enumerata attinet, non potest Sacra Cæsarea Majestas dubitare, quin omnes & singuli, quibus tenorem istius diplomatis & justissimas conditiones tum pro Sacro Romano Imperio, tum pro feudatariis ibidem specificatas, atque a Sabaudia grato animo acceptas expendere libuerit, sint illico deprehensuri, quam æque inveniantur Sacratissimi Cæsaris & Romani Imperii querelæ, quod Serenissimus Sabaudiæ Dux, non attendo talium conditionum pacto, Edictum publicum sub septima Decembris 1708. ediderit, & *ex certa*, ut ait, *scientia, plena potestate, & absoluta auctoritate*, Vassallis subditisque feudorum Imperialium in præfato diplomate enunciatorum, & quibusdam aliis voluerit ea injungere, quæ partim nullo unquam tempore, partim non nisi post impletas conditiones traditasque singulares super quolibet feudo Investituras, ac specificas possessiones competere Serenissimæ Domui poterunt, ut propterea ægre ferri non possit, sed Juri universo congruat, quod Sacra Cæsarea Majestas pro suo, quod obtinet in conservandis Imperii mediis, & justitia administranda, supremo munere ad humillimam, instantissimamque suorum fidelium, & per Executores Sabaudicos diversis modis gravatorum Vassallorum, atque subditorum, non modo cunctos illos, qui Suæ Regiæ Celsitudini in vim Edicti supramentionati, aut ex alio particulari forsan, sed Legibus Imperialibus adversante motivo, juramentum fidelitatis præstitere, ab hoc absolutos pronunciavit, sed etiam cætera per Consilium suum Imperiale Aulicum decreverit, ordinaritque, quæ non solum Juri naturali, gentium & Civili, Constitutionibusque Imperii specialibus convenire judicata, verum etiam celebratissimæ æquanimitati, simul ac antiquæ obligationi feudali Sabaudicæ Domus erga Romanum Imperium conformia visa sunt. Spem eapropter indubiam ali, & ex ipso manifestæ justitiæ dictamine necessarium fore, ut Regia Celsitudo Edictum superius mentionatum, quod sinistra informatio suggessit, absque ulteriore dilatione, eo magis revocet, casset atque irritet, quominus comprehendi potest, qua ratione istud circa feuda, quorum emptio, aut alia translatio, juxta concessiones, aut permissiones Cæsareas nec tum facta est, & respectu quorum etiam de cætero conditiones omnes & singulæ in sæpius allegato diplomate punctatim expressæ, implementum debitum non acceperunt, publicari, affigi ac valere, illoque tot Vassalli Imperiales & subditi per impositionem, ac violentam exactionem novorum insolitorumque onerum, contra ipsas sæpissime adductas conditiones claras hucusque gravari potuerint: Nolle Sacram Cæsaream Majestatem, ut, quæ hactenus

nus pauca ex concesso per Imperatorium Diploma titulo Serenissimus Sabaudiæ Dux tot encomiis ad commodum salutis publicæ conspicuus, a feudatariis comparavit, & impletis conditionibus universis obtentisque specialibus Investituris Cæsareis, possidet, in istis a quopiam contra fas turbetur; & demandatum jam tum esse Cæsareis in Italia Ministris, ut informationem transmittant, an & quid fortassis in executione Mandati ultimi Cæsarei factum sit, super quo justa queat querimonia institui, peræquum tamen interim ac benevolo affectui, quo Celsitudo Sua Regia innocentes ac molestatos prosequitur, conveniens esse, ut si quid Juris adversum Imperiales feudatarios, vel eorum aliquem prætendi posse videatur, de eo, prout decet, coram Consilio Imperiali Aulico ad administrandam justitiam devincto, nec in ea accceleranda suis partibus de futuro legitime agatur, qualibuscumque interea violentiis & viis factorum semotis. Et huc quoque (III.) collimare ista, quæ articulus duodecimus fœderis de Anno 1703. de omni jure aut exercitio juris, quod Statui Mediolanensi, sive appendentiæ sive alio quocumque titulo, in feuda allegato Cæsareo Diplomati inserta, competere posset, in Suam Regiam Celsitudinem collato loquitur; præterquam enim, quod non de actuali aut reali competentia istic sermo fit, jamque diu adhærentiarum omnium & exercitiorum inde usurpatorum annullatio per Imperatorem sciatur facta, & ubi casus particularis exegit, ad ipsam Serenissimi Ducis recommendationem iterata, non posse saltem negari, quod juxta clarissima Investituræ ultimæ Sabaudicæ verba examen circa quæstionem, an tale jus, & exercitium juris præmemorato Statui Mediolanensi possit competere, per Commissarios hinc inde denominandos institui, & causæ cognitio desuper expectari debeat, simulque ex Cæsareis Tabulis feudalibus notum sit, Sabaudiam quidem in ista Ducatus Montisferratensis parte, quam Duces Mantuæ hactenus tenuerunt, ac possederunt, seu tenere, ac possidere valuerunt, coram Solio Imperiali investitam esse, sed haud aliis tamen, quam iis modis, & concessionibus, quibus Duces Mantuæ (adhærentiis vel nullatenus, vel non ita innixi) investiti fuerunt. Ut cætera nunc taceantur, quibus enucleandis Commissio per præfatam Investituram Sabaudicam per compaciscentes statuta circa seriem hujus feudalis negotii sic poterit se amicabiliter impendere, ne quid discrepantiarum in illo pro futuris temporibus restare comperiatur. Dum interim Sacra Cæsarea Majestas sibi persuasum habet, non minus Maritimis Confœderatis Potentiis, quam ipsi Serenissimo Sabaudiæ Duci, ex aliquali hoc compendio rationum pro immediatis Imperialibus feudis militantium facile colligi posse, quam gravibus de causis abolitio supra memorati Sabaudici Edicti urgeatur, dictæque Potentiæ pro circumstantiis communibus ad salutem publicam tendentibus ex parte Cæsarea interpellentur, ut in omnem eventum efficaciore, quo possunt, pondere Celsitudinem Suam Regiam ad illum promoveant, quod in tam claris pactis & Instrumentis solemnibus circa feuda Imperialia jam crebro nominata solidissimum fundamentum dignoscetur; De quibus Sacra Sua Cæsarea Majestas hujus decreti vi constare, idque D. Adamo Ignatio, Nobili ab Heunisch, extradi voluit, Gratiam suam Cæsaream eidem benignissime confirmans. Signatum Viennæ sub Altissimæ dictæ Sacræ Cæsareæ Majestatis Sigillo secreto, die 19. Aprilis, 1710.

CXV.

Resolutio Josephi, Rom. Imperatoris, Consiliario Sabaudico, Petro Mellarede, ob antegressam Sabaudiæ Ducis Declarationem exhibita, in qua hic, se Vasallis Feudorum Imperialium Langarum, ob querelas ad Cæsarem, ceu supremum Dominum & Judicem, delatas, aliaque ab ipsis circa hæc feuda hucusque peracta, aut omissa, nullam omnino molestiam illaturum est pollicitus, d. d. 28. Mart. An. 1711.

Sacræ Cæsareæ Majestati, Domino nostro Clementissimo, pergrata fuit declaratio à Domino Consiliario Sabaudico, Petro Mellarede hesterna Conferentia facta, quod Serenissimus Sabaudiæ Dux dicto Consiliario suo præsens testatus fuerit, ultionem erga privatos ab animo Principis prorsus alienam esse; eaque propter a se Vassallos, qui Regiæ Suæ Celsitudini Vassallagii debitum præstare hactenus abnuerunt, benigne admodum tractatum iri; quod quidem Sacra Cæsarea Majestas de spectata Serenissimi Ducis generositate ultro sibi pollicetur: Quia tamen Cæsarei sui muneris non una ratio postulat, ut clarius constet, Eandem securitati Vassallorum, qui mandatis Imperialibus moniti, Immedietatem suam vindicandam susceperunt, omni meliori modo prospectum voluisse: Idcirco Sacra Cæsarea Majestas prædicto Domino Consiliario Sabaudico id, quod ipsi coram fusius declaratum fuit, hisce denuo insinuari jussit, Eandem Decretum suum Cæsareum possessionem feudorum in eo nominatorum concernens Domino Consiliario tradendum statuisse, penitus confisam fore, ut Serenissimus Dux (quemadmodum eundem facturum esse sæpedictus Dominus Consiliarius nequaquam dubitavit) litteris ad Sacram Cæsaream Majestatem dandis asseveret, se Vassallis ob querelas ad Eandem, ceu supremum Dominum & Judicem, delatas, aliaque ab ipsis circa hæc feuda

feuda huc usque peracta, aut omissa nullam omnino molestiam illaturum esse. De reliquo Sacra Cæsarea Majestas eidem Domino Consiliario Sabaudico gratiam suam Cæsaream iterum clementissime confirmat. Signatum Viennæ sub altissime memoratæ Sacræ Cæsareæ Majestatis Sigillo secreto 28. Martii 1711.

(L.S.)

Frid. Car. Com. de Schönborn.

Petrus Josephus Dolberg.

CXVI.

Josephi, Rom. Imperatoris, Decretum, quo, sub reservatione petitorii, possessionem totius castri & medietatis loci Millesimi aliorumque feudorum penes Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, permansuram esse sancivit, d. d. 28. Mart. An. 1711.

Sacra Cæsarea Majestas Dominus noster Clementissimus ex facta sibi humillima relatione benigne intellexit, quæ Ministris suis Cæsareis à Domino Consiliario Sabaudico, Petro Mellarede, tam in materia feudorum, quæ Serenissimus Sabaudiæ Dux per Articulum quintum fœderis de anno millesimo septingentesimo tertio, subsecutamque Investituram de anno millesimo septingentesimo octavo, ratione Ducatus Montisferratensis, sibi cessa fuisse contendit, quam circa edictum Cæsareum de vigesima nona Julii anni millesimi septingentesimi noni prolixius exposita, ac desuper in habitis conferentiis ultro citroque adducta fuerunt. Quemadmodum autem Sacra Cæsarea Majestas persuasum sibi habet nulli obscurum esse, quid memorato edicto Cæsareo præcipuam tunc causam dederit; ita postquam nunc Cæsareæ Majestati præfatus Serenissimus Dux fundamenta suarum prætensionum, ac inter ea tam Investituras Imperiales, quam à Marchionibus seu Ducibus Montisferrati cum Republica Genuensi olim factam pacem, nec non Investituras à Marchionibus & Ducibus Montisferratensibus super feudis nominatis concessas à supra mentionato Consiliario suo decenter exhiberi curavit, non potuerunt quidem ea celeritate, quam continua inprimis Serenissimæ Magnæ Britanniæ Reginæ, nec non Celsorum & Potentium Ordinum fœderati Belgii sollicitudo optare visa est, documenta omnia ad hanc materiam necessaria pro adæquata Imperialium Jurium obtinenda cognitione conquiri pelustrarique, & alioquin etiam non pauca circa rationes à Domino Consiliario Sabaudico prolatas expendenda, monendaque fuissent; quia tamen Sacra Cæsarea Majestas nihil prætermittere cupit, quo specialem erga Regiam Celsitudinem affectum, singulareque studium votis Regiæ Suæ Majestatis Britanniæ, & præfatorum Ordinum, quantum fieri queat, satisfaciendi possit omnibus testatum facere: Ea propter, aliasque ob causas benigne annuit, ut possessio totius Castri, & dimidii Comitatus Millesimi (cujus alteram medietatem Sacro Rom. Imp. immediate subjectam esse satis superque liquet) locorumque eo pertinentium Crucis ferreæ, Aquæ frigidæ, Plodii, Biestri, & Chiorii, feudorum itidem Altaris, Roccævignalis, & Mellerarum seu Mallarum, nec non Degi, & locorum inde dependentium, nimirum Cagnæ, Pianæ & Giusvallæ, uti & Cairi cum Vignarolo; Item Coslani, Mangani, Sancti Stephani Belbi, & medietate Mornesii eodem modo, quo ea penes præcedentes Montisferrati possessores fuerat, nec non sub restrictionibus in tractatu fœderis expressis penes Serenissimum Sabaudiæ Ducem qua Successorem in Ducatu Montisferratensi maneat. Et sicuti Sacra Cæsarea Majestas isthac concessione nec in Imperatoris, & Sacri Rom. Imp. nec in Vassallorum aliorumque præjudicium quidquam novi seu amplioris juris, quam penes priores Marchiones seu Duces Montisferrati fuerat, in Regiam Suam Celsitudinem translatum vult; Ita omne jus & quascumque prærogativas altæ superioritatis, & supremo Dominio Cæsareo annexum & annexas, ac præterea omnia ea, quæ ulteriore perquisitione pro asserendis Imperii juribus inveniri possent, sibi ac Sacro Rom. Imper. Vassallis vero omnia jura, uti & facultatem coram Sacra Cæsarea Majestate quandocumque experiendi integram prorsus reservat; Partesque omnes ad parendum sententiis in posterum in hac feudorum materia ferendis hinc inde obstrictas esse statuit & declarat. Et quia in Investituris quibusdam per prædecessores Montisferratenses concessis ea verba exprimuntur, quæ supremam Majestatem, altumque Dominium Montisferratensibus Ducibus attribuere censentur, hinc Sacra Cæsarea Majestas id hisce monendum duxit, omnino confisa ipsum Serenissimum Ducem pro summa sua prudentia, & tot argumentis probata in Sacrum Rom. Imper. fide, facile agniturum, istas aliasque ejusmodi expressiones in præjudicium Supremæ Majestatis Cæsareæ & alti Dominii soli Cæsari & Sacro Rom. Imp. etiam juxta ipsum Investituræ super Ducatu Montisferratensi collatæ expressum tenorem competentis, notorie tendere, nec non Vassallagii, & Subjectionis abnegationem omni jure illicitam haud obscure indicare, adeoque iis sponte sua abstenturum esse. Cumque Sacra Cæsarea Majestas non dubitet Serenissimum Ducem præmissa omnia adimpleturum, dictos Vassallos Regiæ Suæ Celsitudini præstanda præstare decreto Suo Cæsareo jubebit; Juribus Imperatoris, Imperii, & quorumcumque aliorum, juxta priorum Imperato-

peratorum Declarationes, Imperiique Constitutiones, semper salvis & illæsis. Cæterum Sacra Cæsarea Majestas sæpedicto Domino Consiliario Sabaudico gratiam Suam Cæsaream Clementissime confirmat. Signatum Viennæ sub altissime dictæ Sacræ Cæsareæ Majestatis Sigillo secreto die 28. Martii anno 1711.

(L. S.)

Frid. Car. Comes, de Schönborn.

Petrus Josephus Dolberg.

CXVII.

Declaratio Josephi, Rom. Imperatoris, Consiliario Sabaudico, Petro Mellarede, exhibita, tum antea insertum Decretum Cæsareum ipsi traderetur, d. d. 28. Mart. An. 1711.

SAcra Cæsarea Majestas, Dominus noster Clementissimus, examinatis Documentis litterariis ex parte Serenissimi Sabaudiæ Ducis per ejus Consiliarium, Dominum Petrum Mellarede, hic productis, ex quibus colligere licuit à præcedentibus Montisferrati Marchionibus & Ducibus Investituras super toto Castro, & dimidio Comitatu Millesimi (cujus alteram medietatem Sacro Rom. Imp. immediate subjectam esse satis superque liquet) locisque eo pertinentibus Cruce ferrea, Aqua frigida, Plodio, Biestro, & Chiorio; Altari itidem Roccavignali, & Malleris, seu Mallis; nec non Dego, & locis inde dependentibus, nimirum Cagna, Piana, & Giusvalla, uti & Cairo cum Vignarolo; Item Cossano, Mangano, S. Stephano Belbi, & medietate Mornesii possessoribus jam enarratorum locorum successive concessas fuisse; attentaque dispositione articuli quinti fœderis inter Augustissimum quondam Romanorum Imperatorem Leopoldum, & Suam Regiam Celsitudinem anno millesimo septingentesimo tertio initi & subsecutæ Cæsareæ Investituræ Montisferratensis de anno millesimo septingentesimo octavo, benigne decrevit, quod prædictorum feudorum possessio eodem modo, quo ea penes præcedentes Montisferrati possessores fuerat, penes Regiam Suam Celsitudinem, qua Successorem in Ducatu Montisferratensi, manere debeat, sub reversationibus & Clausulis in Resolutione Cæsarea sæpedicto Domino Sabaudiæ Duci hodie data latius expressis, de quo uti Sacra Cæsarea Majestas prætnentionatorum feudorum possessoribus hujus decreti vi constare voluit, ita eosdem serio ac districte moneri jussit, ut intra duos menses à die, quo Celsitudo sua Regia isthoc Decretum in dictis feudis rite publicari fecerit, computandos, eidem qua Duci Montisferrati Vassallagium, & reliqua præstent, quæ prædecessoribus in hoc Ducatu in vim possessionis ab his circa loca præmemorata habitæ præstiterunt, ne contra renitentes aliis remediis opportunis opus sit. Signatum Viennæ sub Sigillo altissime memoratæ Sacræ Cæsareæ Majestatis secreto. Die 28. Martii, Anno Domini 1711.

(L.S.)

Frid. Car. Com. de Schönborn.

Petrus Josephus Dolberg.

CXVIII.

Transactio inter Ludovicum XIV. Galliæ Regem, & Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, de armistitio inter utrosque, inita, d. d. 14. Mart. An. 1713.

SA Majesté la Reine de la Grande Bretagne ayant par son entremise procuré, jusques à la Paix Générale, une Cessation d'Armes en Italie entre les Puissances qui y ont été en Guerre jusques à present; Il a été convenu, & accordé entre les Ministres Plenipotentiaires de S. M. T. C & ceux de son A. R. le Duc de Savoye, que jusques à la Paix à faire avec la France, il y aura une pleine & entiére Cessation d'Armes, & de toutes sortes d'hostilité, de quelque part, ou par quelque occasion ou prétexte qu'elles puissent être faites, par Mer ou par Terre, sans reserve, ni exception de lieux quelconques entre leurs Armées, Soldats & Sujets respectifs, & dans tous leurs Etats, tout comme ladite Cessation doit être dans toute l'Italie & Isles de la Mer Mediterranée, possedées respectivement par les parties qui sont en Guerre, à commencer ladite Cessation d'Armes dans quatre semaines aprés la Signature de la présente Convention.

Et à ces fins S. M. T. C. & S. A. R. envoyeront incessamment les ordres nécessaires aux Generaux & Commandants de leurs Troupes, Gouverneurs & Commandants de Païs & Places & à tous autres qu'il sera besoin, pour que cette Convention soit incessamment executée & observée.

Et tout ce qui sera ou pourra être fait au contraire de quelque maniére, & en quelque lieu que ce soit, depuis ladite Cessation d'Armes commencée, & durant icelle, soit d'une part ou d'autre, sera incessamment & de bonne foi rétabli, annullé & reparé.

Il a été en outre convenu & accordé, que pendant la susdite Cessation d'Armes toutes Contributions pour cause de Guerre, & exactions d'icelles, cesseront dans les Païs & Lieux de S. A. R. de Savoye, possedez à présent par Sa M. T. C., & que l'on n'en exigera rien autre que les revenus ordinaires & accoûtumés, & que cesseront de même toutes Contributions de la part du Seigneur

gneur Duc de Savoye dans les Provinces de France, voisines à ses Etats. Cependant les sujets respectifs auront & pourront avoir entre eux la liberté entière du Commerce, & si pour plus de sureté ils demandent des Passeports, on les leur accordera.

Les affaires en Italie resteront pendant ladite Cessation d'Armes dans l'état où elles sont, et leur ajustement est renvoyé à la Négociation de la Paix, reservé cependant, & excepté l'entière exécution du Traité du 8. Novembre 1703. entre le défunt Empereur Leopold & Sadite Altesse Royale.

La présente Convention sera ratifiée par S. M. T. C. & par S. A. R. de Savoye, & les Ratifications en seront échangées à Utrecht dans l'espace de quatre semaines, ou plûtôt si faire se peut. En foi de quoi lesdits Plenipotentiaires d. S. M. T. C. & ceux de S. A. R. de Savoye ont signé & fait apposer le Cachet de leurs Armes.

La présente Convention fait à Utrecht le 14. Mars 1713.

CXIX.

Tabulæ Pacis Trajecti ad Rhenum inter Ludovicum XIV. Galliæ Regem, & Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, adjunctis utriusque Principis ratihabitionibus, conclusæ, d. d. 11. April, An. 1713.

SOit Notoire à tous présents, & à venir, qu'aiant plû à Dieu après une très-longue & très-sanglante Guerre d'inspirer à toutes les Puissances, qui y sont interessées, un sincere désir de la Paix, & du rétablissement de la tranquillité publique, les Négotiations commencées à Utrecht par les soins de la Sérénissime & Très-Puissante Princesse Anne, par la grace de Dieu, Reine de la Grande-Bretagne, ont esté par la prudente conduite de cette Princesse amenées au point de la conclusion d'une Paix Générale; à quoy desirant de contribuer le Sérénissime & Tres-Puissant Prince Louis XIV. par la grace de Dieu, Roy Très-Chrétien de France, & de Navarre, qui durant la presente Guerre, a toujours chergé les moyens de rétablir le repos général de l'Europe, & Son Altesse Royale Victor Amé second, par la grace de Dieu, Duc de Savoye, & de Monferrat, Prince de Piemont, Roi de Cipre, &c. souhaitant de concourir à un ouvrage si salutaire, de rentrer dans l'amitié, & l'affection du Roi Tres-Chrétien, toûjours disposé à reprendre les sentimens de bonté, qu'il a eu ci-devant pour Son Altesse Royale, & de resserer les liens du sang, qui l'unissent sa Maison à la Royale Maison de France, ont donné leurs Plein-Pouvoirs pour traiter, conclure & signer la Paix, sçavoir, Sa Majesté Très-Chrétienne au Sieur Nicolas Marquis d'Huxelles, Maréchal de France, Chevalier des Ordres du Roy, Lieutenant Général au Gouvernement du Duché de Bourgogne, & au Sieur Nicolas Mesnager, Chevalier de l'Ordre de St. Michel, ses Ambassadeurs Extraordinaires & Plenipotentiaires au Congrès d'Utrecht, & Son Altesse Royale de Savoye au Sieur Annibal Comte de Maffei, Gentilhomme de la Chambre, & premieur Ecuier de Sadite Altesse Royale, Chevalier de l'Ordre des Saints Maurice & Lazare, Colonel d'un Regiment d'Infanterie, Général de Bataille, dans ses Armées, Son Envoié Extraordinaire auprés de Sa Majesté Britannique, au Sieur Ignace Solar de Morette, Marquis du Bourg, Gentilhomme de la Chambre de Sadite Altesse Royale, Chevalier Grand Croix de l'Ordre des Saints Maurice & Lazare, Son Envoyé Extraordinaire auprès de Messieurs les Etats des Provinces-Unies des Païs-bas, & au Sieur Pierre Mellarede, Seigneur de la Maison forte de Jordane, Conseiller d'Etat de Sadite Altesse Royale, ses Ambassadeurs Extraordinaires & Plenipotentiaires audit Congrès d'Utrecht, lesquels après s'estre communiqué respectivement leurs dits Plein-Pouvoirs, dont les Copies sont inserées mot à mot à la fin de ce présent Traité, & après avoir fait l'Echange des Copies Authentiques d'iceux, sont convenus des Articles suivants en présence du Sieur Evesque de Bristol, & du Sieur Comte de Strafford, Ambassadeurs Extraordinaires Plenipotentiaires de la Reine de la Grande Bretagne.

I.

Il y aura à l'avenir, & pour toûjours une bonne, ferme, & inviolable Paix entre le Roy Très-Chrétien, ses Héritiers, Successeurs, & son Royaume d'une part, & Son Altesse Royale de Savoye, ses Héritiers, Successeurs, & Etats de l'autre, & une cessation de tous Actes d'Hostilités par Terre, & par Mer, sans exception de lieux, ni de personnes.

II.

Conditiones Tractatus inter Sacram Cæsaream Majestatem, Carolum VI. & Victorem Amadeum, Siciliæ Regem & Sabaudiæ Ducem concludendi, quæ in Tractatu Quadruplicis fœderis, d. d. 2. Aug. An. 1718. continentur, vid. supra *p. 272.*

CXXII.

Syllabus quorundam Diplomatum de rebus Sabaudicis agentium, quæ in Archivo Sacri Imperii Romano-Germanici, *vulgo* Teutsches Reichs-Archiv *nuncupato, a collectore hujus Codicis in fol. edito typis expressa reperiuntur.*

Assecuratio, quam Thomas, Comes, de Sabaudia, Alberto, Domino de Turre, de non turbando ejus Dominio, dedit, d. d. 3. Kal. Febr. An. 1218. *vid. in Contin. II. Part. Spec. sub Ducatu Sabaudiæ, pag. 4.*

Transactio inter Thomam, Comitem Sabaudiæ, Vicarium Imperialem in Lombardia, & Commune Civitatis Massiliæ conclusa, qua huic, nomine Friderici II. Rom. Imperat. varia indulsit Privilegia, d. d. 8. Novembr. An. 1226. *vid. in Contin. II. Part. Spec. sub Ducatu Sabaudiæ, pag. 4.*

Contractus matrimonii, inter Manfredum, Filium naturalem Friderici II. Rom. Imperat. & Beatricem, Comitissam Saluciensem, filiam Comitis Sabaudiæ, initus, d. d. 12. April. An. 1247. *vid. in Contin. II. Part. Special. sub Ducatu Sabaudiæ, pag. 5.*

Tabulæ Pacis inter Rudolphum I. Rom. Imp. & Philippum Comitem Sabaudiæ conclusæ, d. die Joh. Evangel. An. 1268. *vid. in Part. Spec. Contin. I. sub Imperat. pag. 558.*

Diploma, quo Berna civitas Philippum, Sabaudiæ & Burgundiæ, Comitem, Dominum & Protectorem suum recepit, d. d. Mens. Sept. An. 1268. *vid. in Contin. II. Part. Special. sub Ducatu Sabaudiæ, pag. 9.*

Diploma Donationis inter vivos à Beatrice, Filia Domini Petri, Comitis Sabaudiæ, Dominaque Foucigniaci Domino Amadeo V. Comiti Sabaudiæ factæ, d. d. Jov. post Octav. Paschæ An. 1294. *vid. in Part. Special. Contin. II. sub Ducatu Sabaudiæ, pag. 9.*

Contractus Matrimonii factus inter Simonem, Comitem Sarzpontanum, & Margaretham, Comitem de Sabaudia, d. d. 11. Kal. Julii, An. 1309. *vid. in Spicileg. secul. Part. I. p. 637.*

Contractus Matrimonii conclusus inter Leopoldum, Austriæ Ducem, filium Alberti I. Rom. Imperatoris, & Catharinam Comitem de Sabaudia, d. d. 12. Kal. Maji, Anno 1310. *vid. in Part. Spec. Contin. I. sub Domo Austriaca, pag. 9.*

Transactio inter Amadeum V. Comitem Sabaudiæ, & Joannem Dalphinum Viennensem, Comitem Dominumque de Turre inita, qua discordiæ, quæ inter eos intercessere, sopitæ sunt, d. d. 10. Junii, An. 1314. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Domo Sabaudica, pag. 12.*

Tabulæ fœderis inter Amadeum VI. Comitem Sabaudiæ, & Galeatium Vice-Comitem Mediolani sanciti contra Marchionem Montisferrati, d. d. 26. Dec. An 1367. *vid. in Contin. II. Part. Spec. sub Domo Sabaudica pag. 19.*

Contract9 Matrimonialis conclusus inter Ludovicum, Electorem Palatinum & Mathildem, Comi-

Comitem de Saubadia, d. d. 30. Nov. A. 1417. *vid. in Contin. II. Part. Spec. sub familia Palatina, pag. 17.*

Tabulæ fœderis sanciti inter Amadeum IIX. Sabaudiæ Ducem, & Philippum Mariam de Vice-Comitibus, Ducem Mediolani d. d. 2. Decembr. An. 1427. *vid. in Part. Special. Contin. II. sub Domo Sabaudica, pag. 32.*

Testamentum Amadei IIX. Ducis Sabaudiæ, d. d. 6. Decembr. An. 1430. *vid. loc. ant. citat. pag. 39.*

Tabulæ denuo corroborati fœderis inter Amadeum IIX. Ducem Sabaudiæ, & Philippum Mariam, Ducem Mediolani, d. d. 14. Oct. An. 1434. *vid. loc. supr. citat. pag. 50.*

Decretum, quo Amadeus IIX. Sabaudiæ Dux, Pontifex summus declaratus est, d. d. 15. Kal. Decembr. An. 1439. *vid. loc. supr. allegat. p. 55.*

Contractus Matrimonialis conclusus inter Fridericum, Electoris Saxoniæ Friderici II. filium & Carolinam, Ludovici Ducis Sabaudiæ filiam, d. d. 21. Mart. An. 1443. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Electorali Domo Saxonica, pag. 218.*

Contractus Matrimonialis pactus inter Ludovicum, Electorem Palatinum, & Margaretham, Sabaudiæ Principem, d. d. 22. Octobr. An. 1444. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Domo Elect. Palatina pag. 31.*

Tabulæ fœderis icti inter Alphonsum, Arragoniæ & Siciliæ Regem, & Ludovicum Sabaudiæ Ducem, d. d. 27. Junii, An. 1449. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Ducatu Sabaudiæ, p. 56.*

Tabulæ fœderis sanciti inter Amadeum IX. Sabaudiæ Ducem, & Galeatium Mariam, Ducem Mediolani, d. d. 13. Jul. An. 1471. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Ducatu Sabaud. pag. 59.*

Contractus matrimonialis initus inter Carolum I. Sabaudiæ Ducem, & Blancam, Montisferrati Marchionissam, d. d. 1. April. An. 1485. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Ducat. Sabaud. pag. 65.*

Testamentum nuncupativum Caroli II. Ducis Sabaudiæ, d. d. 27. Febr. An. 1540. *vid. loc. ant. citat pag. 70.*

Tabulæ fœderis sanciti inter Carolum III. Sabaudiæ Ducem, & Pagos, sive Cantones Helvetiæ, d. d. Ven. post. Fest. S. Barthol. Anno 1572. *vid. loc. supr. allegat. in supplem. pag. 770.*

Transactio inter Henricum III. Galliæ Regem, & Emanuelem Philibertum, Sabaudiæ Ducem, de locis quibusdam memorato Duci restituendis, conclusa, d. d. 14. Dec. An. 1574. *vid. loc. supr. alleg. pag. 74.*

Contractus Matrimonialis sancitus Cameraci inter Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ Ducem, & Catharinam Hispaniæ Infantem, d. d. 25. Augusti, An. 1584. *vid. in Contin. II. Part. Special. sub Domo Sabaudica, pag. 80.*

Contractus Matrimonialis inter Alphonsum, Mutinæ, & Isabellam Sabaudiæ Principem sancitus, d. d. 27. Febr. An. 1608. *vid. in Part. Special. Contin. II. sub Principibus Italiæ p. 731.*

Transactio inter Henricum IV. Galliæ Regem, & Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ Ducem, ratione Ducatus Mediolani, inita, d. d. 25. April. An. 1610. *vid. in Part. Special. Contin. II. sub Ducatu Sabaudiæ pag. 91.*

Tabulæ fœderis offensivi & defensivi inter Henricum IV. Galliæ Regem, & Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ Ducem, pacti, d. d. 25. April. An. 1610. *vid. loc. ant. cit. pag. 92.*

Laudum, inter Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ, & Carolum I. Mantuæ Duces, nec non Gubernatorem Mediolanensem, per constitutos arbitros pronunciatum, d. d. 17. Nov. An. 1614. *vid. loc. ant. alleg. pag. 95.*

Laudum inter Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ, & Carolum I. Mantuæ Duces, nec-non Gubernatorem Mediolani, per constitutos arbitros pronunciatum, d. d. 1. Decembr. An. 1614. *vid. in Part. Special. Contin. II. sub Domo Sabaud. pag. 96.*

Contractus Matrimonialis conclusus inter Victorem Amadeum I. Sabaudiæ Principem, & Christinam, Regiam Galliæ Principem, d. d. 11. Jan. An. 1619. *vid. in Part. Special. Contin. II. sub Domo Sabaud. pag. 97.*

Transactio inter Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ, & Ferdinandum, Mantuæ Duces, de quibusdam inter eos exortis atque gliscentibus discordiis, inita, de An. 1624. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Principibus Italicis, pag. 693.*

Transactio inter Ludovicum XIII. Galliæ Regem, & Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ Ducem, de innoxio & securo transitu Gallico militi per ditiones Sabaudicas concedendo, conclusa, d. d. 2. Mart. Anno 1629. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Sabaud. Ducatu, pag. 773. in Supplem.*

Tabulæ Pacis factæ inter Ludovicum XIII. Galliæ Regem, & Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ Ducem, d. d. 10. Maji, An. 1629. *vid. loc. ant. cit. pag. 101.*

Transactio inter Ludovicum XIII. Galliæ Regem, & Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ Ducem, de hujus prætensionibus in Ducatum Montisferrati, stabilita, d. d. 10. Maji, Anno 1629. *vid. loc. ant. citat. pag. 103.*

Tabulæ fœderis inter Ludovicum XIII. Galliæ Regem, & Victorem Amadeum I. Sabaudiæ Ducem, ac reliquos Italiæ Principes in Tabulis ipsis nominatos, conclusi, d. d. 11. Julii, An. 1635. *vid. loc. supr. citat. pag. 110.*

Transactio inter Ludovicum XIII. Galliæ Regem, & Thomam, Sabaudiæ Principem, de quorundam locorum munitorum Pedemontii per Hispanos occupatorum restitutione, conclusa, d. d. 2. Dec. An. 1640. *vid. loc. supra citat. pag. 113.*

Transactio inter Ludovicum XIV. Galliæ Regem, & Christinam, Ducem Sabaudiæ tutricem, de restitutione quorundam locorum in Pedemontio à Gallis possessorum, inita d. d. 3. (23.) April. An. 1645. *vid. loc. supr. allegat. pag. 118.*

Contractus Matrimonii pactus inter Ferdinandum

dum Mariam, Principem Electoralem Bavariæ, & Henriettam Mariam, Sabaudiæ, Principem, d. d. 4. Dec. An. 1650. *vid. in Part. Special. Contin. II. sub Domo Electorali Palatin. p. 82.*

Contractus Matrimonialis ictus inter Ferdinandum Maximilianum, Marchionem Badensem, & Ludovicum, Principem Sabaudiæ, d. d. 15. Mart. An. 1653. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Sabaudica Domo pag. 120.*

Declaratio Ludovici XIV. Galliæ Regis, in Comitiis Ratisbonensibus, de ditionibus Montisferrati ad Ducem Sabaudiæ translatis, facta, d. d. 10. April. An. 1664. *vid. loc. ant. citat. pag. 127.*

Transactio inter Carolum II. Angliæ Regem, & Carolum Emanuelem, Sabaudiæ Ducem, de libero Commerciorum cursu in ditionibus utriusque subditis permittendo, inita, d. d. 19. Sept. An. 1669. *vid. loc. supr. citat. pag. 129.*

Contractus Matrimonialis inter Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, & Annam, Philippi Aurelianensis Ducis, Galliæ Regis, Ludovici XIV. fratris, filiam pactus, d. d. 9. April. An. 1684. *vid. loc. supra allegat. pag. 137.*

Tabulæ fœderis defensivi, stabiliti inter Carolum II. Hispaniarum Regem & Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, d. d. 3. Junii, An. 1690. *vid. loc. supr. citat. pag. 140.*

Tabulæ fœderis, inter Leopoldum, Roman. Imperatorem, & Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, adversus Galliæ Regem, initi, d. d. 4. Junii, An. 1690. *vid. in Part. Spec. Contin. I. sub Imperat. pag. 509.*

Decretum Commissionis Cæsareæ in Comitiis Ratisbonensibus, quo S. R. Imperii Statuum fœderis antea inserti Ratificationem urget, d. d. 15. Jul. An. 1690. *vid. in Contin. II. Part. General. pag. 714.*

Conclusum Collegii Electoralis S. R. Imperii supra insertum fœdus approbans, de A. 1690. *vid. loc. ant. cit. pag. 715.*

Conclusum Collegii Principum S. R. Imp. superius insertum fœdus ratum firmumque declarans, de An. 1690. *vid. loc. supr. cit. p. 715.*

Conclusum utriusque Collegii, Electorum & Principum Sacr. Rom. Imperii, supra insertum fœdus ratum habens, de An. 1690. *vid. loc. supr. allegat. pag. 715.*

Conclusum Collegii Civitatensis Sacr. Rom. Imp. supra insertum fœdus confirmans, de An. 1690. *vid. loc. supra citato, pag. 715.*

Conclusum commune omnium Collegiorum Sacr. Roman. Imperii supra insertum fœdus comprobans, de An. 1690. *vid. loc. supr. citat. pag. 716.*

Decretum Commissionis Cæsareæ in Comitiis Ratisbonensibus, quo conclusa approbantia hactenus inserta suo suffragio confirmavit, d. d. 21. Nov. An. 1690. *vid. loc. supra citat. pag. 716.*

Transactio inter Ludovicum XIV. Galliæ Regem, & Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, de permutatione Captivorum bellicorum, & lytro pro eis solvendo, inita, d. d. 19. Octobr. An. 1690. *vid. in Part. Special. Continuat. II. sub Ducatu Sabaudiæ, pag. 147.*

Decretum Commissionis Cæsareæ in Comitiis Ratisbonensibus, à Statibus S. R. Imperii, postulantis, ut promissas Duci Sabaudiæ ferant suppetias, d. d. 12. Febr. An. 1691. *vid. in Part. General. Contin. II. pag. 718.*

Declaratio Generalium fœderati Belgii Ordinum, Ducem Sabaudiæ sumptibus belli porro à se sublevatum iri, affirmans, d. d. 10. Maji, An. 1691. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Domo Sabaudica pag. 151.*

Instrumentum, quo Victor Amadeus II. Sabaudiæ Dux, se fœderis An. 1689. die 12. Maji, adversus Galliæ Regem sanciti, fidissimum semper fore socium denuo declaravit, d. d. 21. Sept. An. 1695. *vid. in Part. Special. Contin. I. sub Imperator, pag. 537.*

Transactio inter Leopoldum, Rom. Imp. Carolum II. Hispaniarum Regem, & Victorem Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, de armistitio inter transigentes, usque ad conclusæ pacis universalis tempus, observando, inita, d. d. 7. Octobr. An. 1696. *vid. in Part. Special. Contin. I. sub Imperat. pag. 541.*

Litteræ patentes Leopoldi Rom. Imp. quibus Victor Amadeus II. Sabaudiæ Dux, ejusque Consiliarii, citati fuerunt, ad videndum bona sua feudalia & allodialia respective caduca & Fisco Cæsareo delata declarari, ob fœdus cum Gallis & Hispanis, sancitum, d. d. 11. Augusti, An. 1701. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Domo Sabaudica, pag. 157.*

Litteræ patentes Leopoldi Rom. Imperat. ad feudorum Imperialium Ducatus Sabaudici Præsides, Magistratus, officiales, & cujuscunque status ac ordinis subditos, quibus eos à jurejurando Victori Amadeo II. Sabaudiæ Duci præstito, omnique obsequio & obedientia absolvit, ac severe, ne eidem amplius adhæreant, prohibet, d. d. 11. Augusti, An. 1701. *vid. in Part. Spec. Contin. II. sub Domo Sabaudica, pag. 158.*

Decretum Commissionis Cæsareæ in Comitiis Ratisbonensibus, quo Resolutio Statuum Sacr. Rom. Imperii, de transferendo summo Imperio in Copias Sac. Rom. Imperii, in Serenissimum Eugenium, Sabaudiæ Principem, ratihabetur, dict. 13. Maji, An. 1710. *vid. in Part. General. Contin. I. pag. 348.*

Litteræ Cæsareæ, quibus Officio Mareschallatus hæreditarii S. Rom. Imp. in Comitiis Ratisbonensibus degenti injungitur, ut Bulgarium, Ministrum Ducis Sabaudiæ ibidem subsistentem, Ratisbona & Imperii finibus extorrem esse jubeat, d. d. 3. Jun. An. 1714. *vid. in Part. General. Contin. II. pag. 863.*

Nota. *Diplomata* de Sardiniæ Regno, *cujus Sabaudiæ Dux nostris temporibus possessor est, vid. infra in Tomo II, hujus Codicis.*

Caput III.
De Magno Etruriæ Ducatu.

I.

Urbani II. Pontificis Maximi Donatio Pisanis facta de Insula Corsica, d. d. 4. Kal. Julii, Anno 1091.

Urbanus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto fratri Daiberto, Pisanorum Episcopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

CUm omnes Insulæ secundum Statuta legalia Juris publici habeantur, constat etiam eas religiosi Imperatoris Constantini liberalitate ac privilegio in B. Petri, Vicariorumque ejus jus proprium esse collatas. Intercidentibus autem plurimis Divina dispositione judiciorum calamitatibus, proprietatis hujus in quibusdam passa est Ecclesia Romana jacturam. Ceterum & Canonicis & legalibus institutis Romanæ dignitatis proprietas, non prolixitate temporum, non divisione Regnorum ulla diuturnitate possessionis excluditur; licet igitur annis plurimis Romana Ecclesia Corsicæ possessione caruerit, prædecessoris tamen nostri Gregorii VII. in ejusdem jus noscitur auctore Domino rediisse. Nos igitur dilectissimi fratris nostri Daiberti, Pisanorum Episcopi, ac nobilium Civium & Carissimæ B. Petri filiæ Matildæ Comitissæ postulationibus inclinati, quia multum jam dudum obsequii Pisanorum gloriosa nobilitas Romanam sibi Ecclesiam fecit obnoxiam, prædictam Insulam vice nostra Pisanæ Ecclesiæ consilio Clericorum, Cardinalium, aliorumque nostrorum fidelium committimus & condonamus, ita videlicet, ut quamdiu eadem Pisana civitas Episcopum non invasione tyrannica, sed Cleri & Populi electione Canonica per Romani Pontificis manus acceperit, quemadmodum Landulfum, Giraldum & te, carissime frater Daiberte, accepisse dignoscitur, & quamdiu in ea quam hodie exhibet Ecclesiæ Romanæ fidelitate perstiterit, hujus nostræ donationis locationisve gratia perfungatur, ea scilicet conditione interjecta, ut per annos singulos Lucanæ monetæ lib. 50. Lateranensi Palatio, remota qualibet occasione, persolvat. Hujus ergo nostræ locationis tenorem inconcussum omnino manere nostra Apostolica auctoritate sancimus, quamdiu ac ipsi præscriptæ fidelitatis, pensionisque tenorem debita devotione servaverint. Quo circa Successores nostros rogamus, ut tam pro Beatæ Mariæ semper Virginis reverentia, quam pro nobilissimæ Civitatis Pisanorum amore ac familiaritate, eandem dilectionem, eandem honorificentiam Pisanæ Ecclesiæ semper impendant Rogamus, & Daiberti præsentis Episcopi Successores, & universos Pisanæ Urbis Cives post præsentia tempora secuturos, ut eamdem fidelitatem, eamdemq; devotionem Romanæ Ecclesiæ semper exhibeant, ut firma inter utrosque fides, benignitas, amicitiaque, domino annuente permaneat. Dat. Beneventi IV. Kal. Julii per manus Joannis S. Rom. Eccles. Diaconi Cardin. Indict. XIV. Anno Dom. Incarn. MXCI. Pontificatus autem Domini Urbani PP. II. IV.

Loco † Sigilli.

II.

Rescriptum Friderici I. Rom. Imperatoris ad Potestatem & Commune Florentiæ, quo eos hortatur, ut Regem Sardiniæ, a se missum, reverenter recipiant, ejusque jussis pareant, de An. 115-

FRIDERICUS *potestati & communitati Florentiæ.* Circa obsidionem insidæ Faventiæ, postquam præfiximus victricia nostra castra, nobis & aliis fidelibus nostris una nobiscum ibidem moram pro more continuantibus & laborem, quia civitatem invenimus in rebellione sua pertinaciter obstinatam, ut non converteretur, & parceremus eidem, votum tenax & incommutabile velle firmavimus, ad coactionem & captionem ipsius personaliter hiemari: sed quia diu nostris differtur præstari mandatis, personam nostram & fideles nostros exponere, opes effundere copiosas, longe lateque ab universis Imperii patribus vires augere, victoriosum exercitum renovare, tempora, sicut expedit, continuare temporibus, aggressu & insultibus bellatorum adveniente temporis proxima jam expectata temperie, cum prædicta civitas, tam in personis, quam in necessariis langueat & deficiat tota, sic triumphanter expugnare, ut de cetero luat & lugeat sui status introitum & infidelium incolatum. Absit enim, ut glorietur insidiis, quia adjutorem mundi Romanum imperium nulla necessitas à suorum rebellium obsidione removeat, quin captis hostibus & devictis, absit de oppositione fidelium, ut velint domi quietem ducere, vitare labores, sub cœnaculo dormire, thoro se sternere delicato, ubi persona nostra quæ dispensatione divina præest imperio, & deliciis latius educata, sub gelu & glacie loricâ desudat. Absit igitur, ut fideles nostri, quos obita manet ex victoria nostra tranquillitas, quibus ex nostrorum participatione successuum congaudemus & nobis consentiunt cum honore & onere contendunt numquam; opportuno tempore opportuna subsidia velint prorogare. Quapropter volentes in præsenti necessitate, quæ ad optatum finem deducta, omnium quietem respicit, & propterea nostrorum fidelium experiri constantiam, effectus

effectus exquirere, devotionem agnoscere, & ipsorum perseverantiam obtinere, quod in persona propria faciemus, ubi quid de castris usque ad captionem civitatis ejusdem disponemus non abesse dilectum filium nostrum H. Regem Sardiniæ, personam patris & imaginem repræsentantem, ad sui vocationem, & adventum fidelium nostrorum ipsarum partium specialiter destinamus, mandantes, monentes & hortantes, quatenus prædicto Rege in persona patris reverenter accepto, juxta requisitionem & etiam ordinationem suam paretis vos in militibus balistariis & toto conamine virium, quod pro commune potestatis ad felicem expeditionem nostram Faventiæ potenter & feliciter advenire in Kalendis proxime venturi mensis Aprilis, vos cum omni jucunditate recipere debeamus, & si conatus virium vestrarum se laudabiliter exposuerit coram nobis, teneamur vestri status & nominis titulos ampliare.

III.

Privilegium donationis à Rainaldo & Constantia, Antiochiæ Principibus, Archiepiscopo, Consulibus, & Communitati Pisanæ de quibusdam locis & Domibus nec non libera Jurisdictione in eisdem, in Civitatibus Laodicea & Antiochia factæ, de An. 1154.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

VNiversis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis præsentibus, atque futuris notificari, ac manifestari volumus. Quod ego Rainaldus Dei gratia Antiochenorum Princeps, vnaque Constantia eorumdem Principissa, Bœmundi Junioris filia, perenni jure donamus, & concedimus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Archiepiscopo Pisanæ Ciuitatis, Consulibus, & Senatoribus, & Communi Populo, tam in Pisana Prouincia, quam in nostra manenti, & Legato Britate, terram ad construendam domum in portu Ciuitatis Laodiciæ, quæ terra extenditur subptus Ecclesiam S. Heliæ ante domum Templi, & domum Magistri Vgonis vsque ad mare, quod contra est, & extenditur per litus maris vsque ad quandam carreriam, & murum antiquum, & in superiori parte vsque ad fossatum. Sciendum est autem, si judicio curiæ terram recuperare possunt, quam in prædicto portu Vuillelmus Embriacus possidet in propriis vsibus nostris redibit terra, quam superius illis dedimus. Insuper hæreditario jure illis donamus domum in Ciuitate Antiochena, quæ fuit Dom. Odoni de Tiro, & dimittimus illis & condonamus per totam terram nostram, a quibuscumque partibus venerint medietatem totius Juris, quod per consuetudinem intrando, vel exeundo, emendo, vel vendendo, dare soliti sunt, & illos, siue sint in mari, siue sint in terra nostra, ab omni posse nostro protegemus & defendemus. Præterea si in terra nostra naufragium passi fuerint illos, & res eorum saluabimus, & protegemus, & si quispiam illorum in terra nostra mortem passus fuerit, res ejus parentibus suis seruari faciemus; Insuper, si inter se querelam habuerint, non in curia nostra, sed in sua juxta Statuta eorum tractabitur. Et si de nostris hominibus, & suis querela fuerit, in curia nostra audietur; Vt autem hoc donum firmum, & inuiolabile permaneat, his litteris annotari, Testibusque subscribi, & principali impressione muniri fecimus.

Factum est hoc per manum Gaufridi, Cancellarii nostri, Anno ab Incarnat. Dom. M C LIV. Indict. 2. Hujus rei sunt testes Garento de Saona, Galterius de Surdaualle, Gaufridus, Constabularius, D. Leonardus, Leo Majopolis Dux, Marsatan de Margaht, Arnaldus de Gafardan, Robertus de Surdaualle, Vgo de Volera, Ilentasdus de Lenni, Petro de Juuenale. Data est Carta in Palatio Antiocheno decima die mensis Maji.

IV.

Instrumentum super Balduini, Hierosolymæ Regis, pace cum Pisanis inita, & concessis eisdem Privilegiis, d. d. 4. Non. Novembr. A. 1157.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

NOtum sit omnibus tam præsentibus, quam futuris, quod ego Balduinus per gratiam Dei in Sanctam Jerusalem Latinorum Rex Quartus consilio, & concessione Melisendis Reginæ Matris siquidem meæ, Pacem in hunc modum facio cum Pisanis. Pisani itaque per se, & per suos omnes homines quærelas vniuersas omnium rerum, quæ eis ablatæ sunt mihi Regi, & omnibus meis hominibus dimittunt, quas usque ad diem hanc contra me, atque meos homines aliquo modo intendere poterant, exceptis his, quas de honoribus suis contra Dom. Hierosolimitanum Patriarcham, & Clericatum Cesariæ, & Abbatem, & Monachos S. Mariæ de Latina intendere possunt; Et ego Rex per me, & per omnes meos homines quærelas vniuersas rerum omnium, quæ mihi, vel hominibus meis ablatæ sunt, Pisanis, & omnibus eorum hominibus dimitto, quos usque in hodiernam diem contra eos, eorumque homines aliquo modo intendere poteram. Pisani insuper, & homines eorum me Rege saluum & fidum reddent, & omnes meos homines, tam in personis, quam in rebus eorum in mari & in terra, neque extraneis hominibus studiose me, vel homines meos offendere permittent; Et ego Rex & homines mei saluos, & fidos reddemus Pisanos, & homines eorum tam in personis, quam in rebus, in mari, & in terra neque extraneis hominibus studiose eos offendere per-

permittemus. Excipio tamen eos, quos mei homines inuenerint portantes ferrum, aut lignamen, aut picem, seu arma ad vendendum in terra Ægypti. Quod si tam homines mei res ipsorum eis abstulerint, propterea pax non rumpatur. Insuper ego Rex dono Pisanis in Tyro Vice-comitatum, qui in eorum propria curia Pisanos justificare debeat. Reseruo tamen meæ curiæ quærimonia traditionis, & mortis, quam in mea curia judicare faciam secundum justitias, & rationes meas. Tribuo etiam Pisanis Carrucatas quinque de bona terra juxta Tyrum, & in Tyro furnum vnum. Quin immo reddo, & confirmo eis quicquid bonæ memoriæ Dom. Rex Balduinus, Auus meus, in Tyro, vel in Regno suo olim Pisanis concessit, & Regio privilegio corroboravit, quod est continens. Ita concedimus Pisanis in Tyro in ruga juxta porticum quinque domos liberas, & quietas ab omni tributo, vel redditu in perpetuum jure hæreditario ad vendendum, vel dandum cuicumque voluerint possidendas. Naues uero suas & negotia, quæ in Tyro adduxerint, vel de Tyro traxerint, exceptis Peregrinis, & aliorum hominum quam Pisanorum Mercatibus, seu negotiis in stando in Tyro similiter ab omni redditu, & datione, libera, & quieta. Præterea si aliquis ex Pisanis in toto Regno Hierusalem mortuus fuerit, res ejusdem mortui sint liberæ, & reddantur familiæ, aut genti suæ. Placet etiam mihi, ut Amalricus frater meus Comes Ascalonitanus cum Pisanis paciscatur. Has igitur, quas supra memoraui conuentiones pacis inter me, & Pisanos, & homines meos, ac homines eorum reformandæ, & in perpetuum, præstante Deo, conseruandæ laudo, & concedo, & subscriptis testibus sigilli mei subpressione muniri præcipio. Factum est autem hoc anno ab Incarnat. Dom. MCLVII. Indict. V. Hujus quidem prædictæ pacis testes sunt. Bertramus de Brancaforti Militiæ Templi Magister, Gaufridus Fulcherii ex Templi commilitonibus vnus, Frater Giraldus Hugonis Præceptor Hospitalis, Frater Guglielmus de Grosseto, Amalricus Comes Ascalonitanus, Robertus de Porta, Rainaldus Falconarius. Dat. Accon per manum Rodulphi Bethlehemitæ Episcopi, Regisque Cancellarii. IV. non. Nouembris.

Ego Vguccio nepos Gallici Judex, & Not. Dom. Imperatoris authenticum hujus vidi, & legi, & fideliter exemplaui.

Ego Albagnanus Judex & Notarius Dom. Friderici Roman. Imperatoris, & Pis. Ciuitatis Cancellarius, autenticum hujus vidi, legi, & subscripsi. Ego Albertus Dom. Friderici Rom. Imperatoris Judex ordinarius, & Notarius authenticum hujus vidi, & legi, & hic subscripsi.

Ego Ildebrandus Dom. Friderici Romanor. Imperat. Judex ordinarius, & Notarius authenticum hujus vidi, legi, & hic subscripsi.

Exemplar authenticum asseruatur Florentiæ in Archiuo Reformationum.

V.

Friderici I. Roman. Imperatoris literæ investituræ, quibus Consules & Commune Pisanum de feudis in ipsis literis nominatis investivit, eorumque Privilegia auxit, d. d. 8. Id. April. An. 1161.

HOc est exemplum sive transsumptum publicum cujusdam Imperialis Privilegii Friderici, Divina favente Clementia, Romanorum Imperatoris ex originalibus privilegiis existentibus in Archivio publico Pisani Communis cum bulla aurea, & filis de serico rubeo pendentibus, in qua bulla ab uno latere est Imperialis Majestas cum sceptro in manu dextera, & cum palla & Cruce in manu sinistra, cum his circumcirca seq: *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus*; & ab alio latere est civitas Romana cum literis in porta: *Videlicet Roma*, & cum aliis litteris circumcirca, *Roma caput Mundi regit Orbis frena rotundi*, non vitiatum, non cancellatum, non abolitum, nec abrasum, seu in aliqua sui parte suspectum, sed omni prorsus vitio, & suspicione carens, tenoris & continentiæ infra scriptæ, videlicet:

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus.

DEcet Imperialem excellentiam votis omnium ac petitionibus fidelium suorum clementer annuere, illorum præcipue quorum fides & devotio circa sublimationem Imperii & nostram ita liquido resplendeat, quod ipsorum præclara & honesta servitia pro magnitudine & multitudine aliis imitanda proponantur. Congruum enim, & rationabile videtur, nos eorum fidelibus obsequiis ex nostra Imperiali largitione, & ex beneficiorum gratuita collatione ita gratanter respondere, quod hujus nostræ pietatis exemplo minus fidelium animos ad serviendum fideliter Imperio alacrius provocemus, quanto enim potiora bene merentes a nobis beneficia recipiunt, tanto majorem coronæ nostræ gratiam accrescere credimus, & pervenire. Unde quia universi Cives Pisani nostri fidelissimi & Imperio semper devotissimi pro suis magnificis & multiplicibus servitiis, quæ probationem & commendationem fidei suæ nobis & Imperio frequentius exhibuerunt, ampliorem dilectionis & gratiæ favorem apud nostram Majestatem sibi thesaurizaverunt; omnium fidelium, tam præsentium, quam futurorum viderit ætas & cognoscat, quanta benignitate & quam largifica Imperiali munificentia Pisanorum merita, merito respeximus præsertim cum per suam industriam, & virium potentiam, honorem & gloriam Imperii, atque statum Reipublicæ ipsi gloriose semper adauxerint, & semper augere proposuerint. Quanta

enim

nim fidelitate & probitate Pisana Civitas a rima sui fundatione caput suum inter alias civitates extulerit. Quanta etiam constantia Divis Antecessoribus nostris Regibus Romanorum & Imperatoribus fidelissime serviendo perseveranter adhæserit, nos per multa scripta & relationes sæpius audivimus, & insuper ex ipsa operum attestatione ad ipsum luce clarius constat. Placet igitur nostræ Clementiæ, ut Pisanus Populus pro sua fide & devotione honestissimum de nobis semper accipiat emolumentum, ut & ferventior ad promerendum honorem Imperii semper existat, fidem & strenuitatem Patrum suorum honestis moribus & perspicuis virtutum operibus æmulans. Inde est, quod nos siquidem Fridericus Dei gratia Imperator Augustus, damus & concedimus in feudum vobis Lamberto Consuli Pisano, & Villano, Henrico & Blosio, Sigerio & Opizoni Legatis cum eo, recipientibus pro civitate vestra totum, quod præfata Civitas, vel quælibet persona habet & tenet de rebus Regni, & totum quod Regno & Imperio pertinet, sive de Marcha, vel alio quocunque modo, vel consvetudine, vel pertinuit retro a triginta annis, vel pertinebit in Civitate Pisana & ejus districtu per terras & insulas. Et concedimus & damus in feudum vobis Comitatum in vestro districtu, sicut tenet turris Benni ad Arnum, & ad Cannetum, & inde ad Barbiallam, & sicut trahit ab Ebula ad Montem Tignosum, & ad Burianum & Quercetum, & ad Castrum corniæ, inde ad Scherlinum, & sicut trahit maritta ad portum Herculis ab alia parte fluminis Arni, sicut trahit Planesula & comprehendit curiam Cintoriæ, & sicut trahunt confinia inter vos, & Lucenses usque ad pontem Magioniæ, & inde sicut sunt confinia districtus Pisanæ Civitatis & ut Pisani, & ii, qui de eorum districtu sunt, & eorum res, sint liberi etiam sub Consulatu, & Judicibus & Potestatibus, sicut eis placuerit, & Pisana Civitas habeat plenam jurisdictionem & potestatem faciendi Justitiam & etiam vindictam, & dandi Tutores, & Mundualdos & alia, quæ Judex ordinarius vel quilibet potestate præditus ab Imperatore habere debet ex sua Jurisdictione in suo districtu, & in eos, quos concessimus & concedemus, & Pisani, & qui de eorum districtu sunt, nullam personam debeant fœderari, neque hospitari, & Pisani habeant potestatem ducendi eos in expeditionem, ad omnem districtum suum, & quicunque negotiator voluerit transire ad eos, causa negotiandi, sive per terram, sive per aquam, secure vadat, & a nullo aliquo ingenio impediatur, nisi sit in banno Domini Imperatoris. Negotiatores autem Pisani per Siciliam, Calabriam & Apuliam & Principatum & per totum nostrum Imperium libere sint, & vadant per terram & aquam absque omni pedagio & dirictura, nec cogantur emere vel vendere ultra suum velle, nec ullus quilibet aliquo ingenio prohibeatur a Pisanis emere. Et concedimus, & damus vobis in feudum littus maris, & tantum Jus hoc, quod libere Pisani in eo facere Naves & Galeras, & exercere suas Mercationes possint, & quod in eo nobis pertinet a Civitate Vecchia, usque ad Portum Veneris, & quod nullus possit in eo vel in faucibus aquarum infra dictum terminum contentis facere portum, vel applicare Mercibus contra voluntatem Pisanorum. Præterea damus & concedimus vobis similiter, in feudum, medietatem Panormi & Messanæ & Salerni & Neapolis cum medietate eorum districtus, & cum medietate agrorum, & Portuum & aliorum, quæ excoluntur ab ipsis Civitatibus, & totam Gajetam & Mazari & Trapani cum totis agris, & cæteris, quæ supra scripta sunt, & in unaquaque Civitate, quam Gvilielmus detinet, rugam unam cum domibus convenientem, Pisanis Mercatoribus. Volumus quoque & statuimus & faciemus jurare Episcopum Communem, & qui investituram Regalium & Comitatus a nobis receperit, vel quicunque alius pro nobis tenuerit, ut faciat Pisanos securos per Sacramentum, quod personæ, & res eorum salvæ sint in omni districtu suo per se & omnes suos. Hæc supradicta omnia damus in feudum, & concedimus Communi Pisanorum, & per præsentis privilegii paginam confirmamus, quam subter Aurea Bulla nostra signari jussimus, & de supradictis investivimus Pisanos per ensem, quem manu tenebamus; Dantes etiam eis tertiam partem Thesauri Guglielmi dicti Regis, ut sit eorum. Hoc est Sacramentum quod præstabunt Principes Domini Imperatoris Pisanis.

In Nomine Domini Amen.

PRincipes, qui ibunt vel erunt in expeditione supra Regem Guglielmum vel ejus Successorem, vel aliquem, qui terram tenuerit, jurabunt, quod vivam guerram facient, sine malo ingenio & dolo, & Pisanos & eorum res per bonam fidem servabunt, & eos non derelinquent, nisi justo Dei impedimento remanserint, sine fraude & malo ingenio, & quod, nec Imperator, nec ipsi facient pacem vel finem, treugam sine parabola omnium Consulum Pisanorum, vel eorum majoris partis, qui in expeditione erunt data, sive cum Rege Guglielmo vel ejus successore vel cum alio, qui illam terram tenuerit, & sine fraude, donec in expeditione erunt. Præceptum, & conventum Pisanis a Domino Friderico Romanorum Imperatore salvare jurabunt, & firmum tenebunt, nec erunt aliquo tempore in consilio vel facto, ibi vel alibi, ut rumpatur, imo ut salvum fiat, & omnes Rectores, quos Imperator, vel ipsi in partibus illis constituerint jurabunt, quod totum, quod Imperator Pisanis dat, & concedit, ibi, sicut in præcepto continetur, firmum tenebunt, nec tollent vel minuent per se, vel per alios, & si aliquis voluerit tollere vel minuere, adjurabunt eos per bonam fidem; ita ut omnes Rectores, quos Pisani ibi constituerint, jurent etiam adjuvare Rectores, quos Imperator ibi habuerit similiter.

Hæc quæ sequitur est securitas, quam Dominus Fridericus Imperator Romanorum præstitit Pisanis per Sacramentum fidelium, & suo mandato facta in præsentia sua.

IN Nomine Domini, Amen. Imperator D. Fridericus, nec per se, nec per alium faciet finem vel pacem vel treugam, vel guerram revedutam sine concordatione omnium Consulum Pisanorum, vel eorum majoris partis facta sine vi, & quod Principes, qui ibunt in expeditionem, antequam ad expeditionem moveantur, jurare faciet, ut dictum est, & faciet exercitum, & vivam guerram supra Regem Guglielmum, vel ejus successorem, vel contra omnem hominem, qui eorum terram tenuerit contra ejus voluntatem, in quo exercitu erit ipse, & Magni Principes Alemanniæ cum suis bona fide, sine fraude, & erit exercitus in Apuliam ante Calendas Septembris proxime venientis, si nunciaverit Pisanis ab hodie usque ad proximum Pascha Pentecostes, eos velle facere hostem ad Calendas Septembris; Et si Pisanis ad prædictum terminum Pentecostes nunciatum non fuerit, tunc in sequenti æstate usque ad festum medii Augusti, & si tunc præsciverint Pisani, movebunt per totum proximum Madium, & postea absque fraude, quocumque aliorum mensium voluerit Dominus Imperator usque ad Calendas Septembris, ita quod ex tempore medii Augusti præsignet mensem, & si in sequenti æstate non fuisset, debent præstare per unum annum tempus motionis, & tunc in capite anni motio fieri debeat, dum tamen fiat a Calendis Maji usque ad Calendas Septembris; & Imperator per se, vel, ut dictum est, per suos Principes cum exercitu intrabit Apuliam, antequam Pisani movere debeant, & si Imperator non venerit in hostem, non exiet de Italia, donec Pisani erunt in expeditione, & si opus fuerit eis, vel Civitati eorum, occurret, & hoc observabit nisi Dei impedimento remanserit, quo transacto, sine fraude recuperabit, nisi remanserit ex concordia utriusque partis, & totum, quod dat & concedit, sicut in præcepto continetur, firmum tenebit, nec tollet, vel minuet per se, vel per alium, a vobis Pisanis, & si aliqui voluerint hoc facere, vos inde adjuvabit, & si de feudo, quod vobis dat & concedit, litem & molestiam a Gvelfone vel ejus filio vel eorum successore, vel ab aliqua persona pro eis habueritis, vos & vestram Civitatem inde adjuvabit per bonam fidem usque ad finem factum, & si vos stando in servitiis Imperatoris, vel faciendo gverram pro eo, vel pro ea occasione aliquis homo vel civitas fecerit vobis gverram, inde vos adjuvabit per bonam fidem usque ad pacem factam, nec faciet finem non assentientibus vobis; Et si Pisani fecerint gverram præcepto Imperatoris cum Januensibus, quoquo modo Imperator non faciet cum eis pacem, vel finem, vel treuguam, vel gverram revedutam sine concordia omnium Consulum Pisanorum, vel eorum majoris partis, sine vi & absque mala voluntate, & super eos, faciet hostem, & ibit ad obsidionem, ita si Pisani viderint eum sine fraude, & sine gravissimo impedimento hoc facere non posse, tunc non teneatur, & eo tempore quo viderint, eum sine fraude facere posse, teneatur, qui non faciet cum eis finem, quod Januenses Castrum portus Veneris non dent ei, & tunc, vel si ante ceperit illud, ipse dabit Pisanis distrigatum cum suo Jure & pertinentiis in feudum, & per præceptum suum confirmabit, & octo diebus ante quam exercitus Pisanorum esse debeat ad obsidionem, ipse etiam erit ad obsidionem Januæ, & postea vivam gverram faciet Januensibus & Pisanos & eorum res salvabit, & eos non derelinquet, nisi justo impedimento Dei remanserit, remota fraude, & malo ingenio, & faciet jurare Marchiones de Monteferrato, & de Baro, & del Gvasto, & de Busto, & Opizzonem Malaspinam & Comites de Lavania, quos poterit sine fraude, ut Pisani sint securi in eorum fortia cum suis rebus, & si Januenses fecerint Pisanis guerram eos adjuvabunt usque ad pacem factam, & vivam guerram facient Januensibus, & si Imperator Januam ceperit, vel sine conditione se reddiderit ei Portus Veneris, Castrum distrigatum Pisanis in feudum dabit, eosque, qui pro habitantia remanserint, vel in ejus districtu, juxta marinam & alios, qui in castris & villis juxta marinam per habitantia fuerint usque ad Portum Veneris, Pisanis jurare coget ad hostem, & adjutorium & guerram eorum, & non reddere malum meritum eis, etiam si solummodo guerram, vel hostem ex præcepto Domini Imperatoris Pisani fecerint. Ii vero, qui hoc Sacramentum fecerunt, sunt Dominus Curradus, videlicet Illustris Palatinus Comes Rheni, Ulricus Dux, Heberardus Comes de Lucemburgk, & Frater ejus, Comes Marquardus, Burccardus de Harenbrum.

Hoc est juramentum, quod Lambertus Consul Pisanorum facit, & quod facient omnes Consules Pisani, & Commune Civitatis Domino Friderico, scil. Consules, qui modo sunt, & qui de cetero erunt, debent facere.

IN Nomine Domini, Amen. Ego Lambertus Consul juro, quod ab hac hora in antea fidelis ero D. Friderico Rom. Imperatori sicut jure debeo Domino & Imperatori meo, & non ero in facto, vel consilio, quod perdat vitam suam, vel membrum, vel Imperium, vel honorem suum, & curabo eum retinere coronam suam, & Imperium, & honorem, quo navigio potero, & in illis terris, quæ sunt juxta marinam, & nominatam civitatem Pisanam cum Comitatum suo; & districtum contra omnes homines, & si perdiderit, juvabo eum recuperare bona fide, & juro, quod Commune Pisanorum faciet hostem, & expeditionem per mare cum sua fortia, postquam Imperatoris exercitus intrabit Apuliam, & manebit per illos terminos, qui statuti sunt in scripto facto inter Pisanos & Imperatorem, & ibit ad exercitum

tum illius, quanto citius poterit, sine fraude & malo ingenio, & juvabit D. Imperatorem conquistare Siciliam & Apuliam & Calabriam & Principatus Capuæ, quo suo poterit navigio, & in illis terris, quæ sunt juxta marinam, & si acquisita fuerit Sicilia vel Apulia, vel Calabria vel Principatus Capuæ, juvabunt Pisani eum retinere, & si perdiderit, recuperare bona fide, & contra omnes homines, & nominatim contra Guglielmum Siculum & ejus successores, vel quemcunque, qui aliquam harum terrarum occupabit vel tenebit contra voluntatem D. Imperatoris & vivam guerram facient, & non facient finem, neque pacem neque treuguam neque guerram recredutam cum eodem Guglielmo Siculo, vel ejus successoribus absque licentia Imperatoris & ejus parabola, & juro, quod faciam jurare Pisanos propria manu hoc Sacramentum fidelitatis & pacti, secundum quod Consules consveti sunt facere jurare populum sub Consulatu, & quod jurabunt, eum retinere, & si perdiderit eum recuperare totam marinam ab Azelate usque ad montem Santi Angeli & postquam exercitus Pisanorum se moverit ad hostem, & ad expeditionem non derelinquet exercitum Imperatoris, nisi justum Dei impedimentum intercesserit, & juro, quod quicunque Civis Pisanus jurabit sub meo Consulatu, & Populus ipse jurabit, quod ipsam fidelitatem, quam Consules Imperatori jurant, inde per se observabit, & faciam eum jurare, quod pactum & concordiam, quæ inter dictum Fridericum, Romanorum Imperatorem, & Pisanos facta est, similiter observabit bona fide absque fraude, & malo ingenio. Item juro, quod si Imperator præceperit Pisanis, ipsi facient gverram Januensibus, & non facient pacem, vel tregvam, vel gverram retroductam cum eis sine parabola Domini Imperatoris, & si Imperator præceperit, hoc anno Pisani venient in obsidionem Januæ, cum fortia sua mensis Junii, Julii, vel Augusti, si fecerit eos præscire, usque ad octavam Pentecostes & non derelinquent exercitum Imperatoris, nec movebunt se de obsidione, nec tregvam facient, vel pacem cum Januensibus sine parabola Imperatoris, vel ante captionem Januæ, & hæ supradicta omnia, ut dicta sunt, observabo toto tempore mei Consulatus & non recipiam aliquem in Consulatum, qui hoc Sacramentum non faciat, hæc omnia observabo sine fraude & malo ingenio, nisi justo impedimento remanserim, vel cum concordia utriusque partis. Isti jurarunt Lambertus Consul, Villanus, Henricus, Bosius, Sigerius, & Opizo.

Hæc est conventio facta inter Dominum Fridericum Imp. Roman. & Lambertum Consulem Pisanum.

IN Nomine Domini, Amen. Ego Lambertus Consul cum legatis Pisanis, qui mecum sunt pro Civitate nostra, paciscor & convenio cum Domino Friderico, Romanorum Imperatore, quod fidelitatem, quam ei facio, & Sacramentum omnes Pisani Consules, qui non sunt præsentes, jurabunt unusquisque propria manu, & quicunque alio tempore futuri sunt, seu aliquis, qui regimen habebit Civitatis & Pisani omnes & eorum Consules semper facient, & observabunt omnibus successoribus ejus Regibus & Imperatoribus, quando requisitum fuerit ab eis per Imperatorem, seu Regem, aut per se, aut per certos nuncios, & firmabunt præceptum factum a Domino Friderico Imperatore Romano, sicut ab ipso factum & confirmatum est, quod facere debent. Si autem aliquis futurorum Regum, & Imperatorum, expetierit a Pisanis hostem, vel eis gverram facere voluerit, secundum quod Dn. Friderico Rom. Imperatori dictum est, eos faciet securos, quemadmodum Dominus Fridericus Rom. Imperator fecit.

Testium
in quorum præsentia supradicta omnia hinc inde ordinata, & confirmata sunt juxta tenorem præsentis paginæ, nomina hæc sunt:

Dnus Reynaldus Coloniensis Archiep. Archi-Cancellarius.
Ebehardus, Bambergensis Episcopus.
Henricus Leodiensis Episcopus.
Orthebus Basileensis Episcopus.
Gero Halbestratensis Episcopus.
Erlebaldus Stabuli Abbas.
Udalricus Cancellarius.
Henricus Prothonotarius.
Stephanus Cappellanus.
Fridericus, Dux Svevorum, filius Ill. Regis Curradi.
Curradus Palatinus Comes Rheni.
Marchio Theodoricus de Saxonia.
Marchio Albertus de Saxonia.
Deopoldus, Dux Bœmiæ.
Vuillelmus, Marchio Montisferrati.
Manfredus, Marchio del Vasto.
Vgo Magnus Marchio de Vasto.
Opizo, Marchio Malaspina, & alii multi Comites & Curiales.

Loco † Signi Dn. Friderici Imperatoris Rom. Triumphatoris Invictissimi.

† Ego Reinaldus Rom. Imperii Archi-Cancellarius recognovi subscr.

Ego Odalricus Cancellarius vice Reinaldi Coloniensis ArchiEpisc. & Archi-Cancell. recognovi subscr.

Acta sunt hæc A. D. MCLXI, Indict. 9. Reg. D. Frider. Rom. Imper. gloriosissimi, anno regni ejus X. Imperii vero VII. Datum Papiæ post destructionem Mediolani, VIII. Idus Aprilis feliciter.

VI. De-

VI.

Decretum Beatricis Ducissæ, Mathildis matris, nomine Domini Regis Roman. in causa Abbatis, Ecclesiæ & Monasterii Beatissimæ Virginis in Civitate Florentina siti, Florentiæ publicatum, d. d. Kal. Decembr. An. 1161.

DUm in Dei nomine in Civitate Florentia intus Palatium de domu S. Joannis in Judicio resedebat Dna. *Beatrix* Ducissa & Marchionissa, uxor Gottifredi, gloriosissimi Ducis, ad causas audiendas ac deliberandas intentiones ad vicem supradicti Viri sui; resedentibus cum ea Villelmus, qui Bulgatello vocatur; & Vuido, Comites Rothericis, & Vgo, & Gotefredus, & Petrus, & alius Petrus Judices, & Vuinibaldus, qui Saracino vocatur filio b. m. Aezite, Alberico filio b. m. Joannis & Vberto filio b. m. Rodorsi, & Paganus filio b. m. Rolandi, & Vgo filio idem Vgonis, & Ildebrandus filio b. m. Gherardi & Rainerius filio Germizi et Theuderico filio Ildebrandi, & Vuido filio Cunimundi, & reliqui plures ibique in eorum, & prædictorum præsentia Petrus Abbas de Ecclesia, & Monasterio Beatissimæ S. Mariæ sita in Civitate Florentia, una cum Wido Advocato suo & eidem Ecclesiæ, & ceperunt dicere, habemus et tenemus, ad proprietatem et partem de supradicta Ecclesia et Monasterio S. Mariæ, integram una sorte, et res, quæ posita in loco, qui vocatur Mannozie, sicut recta est per Joannem Presbyterum, et Azo et Benedicto et Raimberto, et per eorum Consortes, una cum terris, vineis, hortis, et Dominicatis, et Massaritiis, et universis rebus ad ipsam sortem sunt pertinentes, & sunt infra Territoria Plebium S. Mariæ sita Ciliuaccolo, & S. Petri in Mercato; si est ullus homo qui adversum nos ad partem supradictæ Ecclesiæ & Monasterii aliquid exinde agere, aut causare vel intentionare mittere vult, parati sumus cum eo in ratione standum, & per legem finiendum, & quod plus est, quærimus vestri mercede, ut vos faciatis pro Dei timore, & Animæ Domini Regis, & vestræ remedium & mittatis Bannum super nos & super prænominatam sortem, & res, ut supra legitur, ad partem supradictæ Ecclesiæ, & Monasterii; & tunc ipsa Beatrix Ductrix per consolationem supradictorum Judicum per *Fustem*, quem sua detinebat manu, misit bannum Domini Regis supra prædictum Abbatem, & Advocatum ejus, & super jam dictam sortem, & res, qualiter supra leguntur ad partem jam dictæ Ecclesiæ & Monasterii S. Mariæ in Mancusos aureos duo millia, ut nullus quislibet homo, magna parraque persona, jam dictum Abbatem & Advocatum ejus, vel eorum successores ad partem prænominati Monasterii de prænominata sorte, & rebus, sicut superius legitur, audeat eos divestire sine Regali judicio. Qui hoc vero fecerit, prædictos duo millia Mancusos aureos compositurum se cognoscat, medietatem Cameræ Domini Regis & medietatem supra dicto Abbati, & Advocato ejus ad partem supra dicti Monasterii, & de suis Rectoribus, & futura ostensione fieri ammoverunt. Quod quidem & ego Joannes Notarius ex Jussione prædictæ Beatricis Ductricis, --- & Judicium admonitione scripsi An. ab Jncar. Domini LXI. post Mille, Kal. Decembris, Indictione XV.

Rotecherius Judex interfui.
Vgo Judex Domini Imperatoris interfui.
Petrus Judex Sacri Palatii interfui.

VII.

Friderici I. Roman. Imperatoris Litteræ investituræ, quibus Uguccionem Consulem, & Commune Pisanum de Insula Sardiniæ ejusque territoriis & pertinentiis investivit, d. d. 7. Mart. An. 1165.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Fridericus Divina Favente Clementia Romanorum Imperator Augustus.

DIgnitas & Excellentia Romani Imperii tanta bonitate, & pietate usque ad hæc nostra tempora semper exuberavit, quod suorum merita fidelium oculo clementiori respicere; & largitatis suæ beneficia eis potius augere, quam minuere consvevit. Ibi enim merito locantur beneficia & præmia honoris, ubi & devota servitia refulgent, & fidelitas ipsa absque omni signo fallaciæ immobilis & constans perseverat. Hujus rei causa Pisanam Civitatem, quæ inter alias Civitates per Principatum dignitatis caput extulit, quæ etiam ab Imperii fidelitate tempore adversitatis, sicut prosperitatis, nunquam recessit, titulo honoris, & ampliori beneficio largitatis dignam duximus honorandam, sicut in sequentibus evidenter declaratur.

Cognoscant igitur universi fideles Imperii per Italiam constituti præsentes & futuri quod nos ex nostra Imperiali gratia & largitate ex Consilio Principum nostrorum damus & concedimus, atque tradimus in Feudum tibi Vgeccioni Pis. Civit. Consuli pro Comm. Pisanæ Civitatis recipienti totam Insulam Sardiniæ cum suo districtu & pertinentiis, & nominatim Turrim, Callarim, Arboream & Galluriam, & damus & concedimus & confirmamus in feudum tibi pro Comm. Civitatis Pisanæ recipienti plenam omnemque potestatem atque jurisdictionem & districtum, & totum, quod in Sardinia est, & quod futurum est, & quod Regno & Imperio

perio pertinet, aut pertinuit, vel pertinebit. Quæ omnia tibi pro communi Pisanæ Civitatis in feudum damus, concedimus & tradimus per vos, & vestros Successores in perpetuum, & nullum jus alicui vel dationem concedemus, aut faciemus in ipsa Insula, nec de ipsa Insula ullo tempore contra liberam voluntatem Universitatis Pisanæ, & si quam dationem alicui Civitati aut Duci Gvelfoni, vel alii inde fecimus, aut alicui personæ, cui nos dedissemus, eam nunc revocamus, & tibi pro Communi Civitatis Pisanæ in feudum concedimus, & damus tibi Consuli Pisano & cæteris Consulibus Pisanis potestatem ingrediendi in possessionem omnium, quæ supra leguntur, & sic per Sceptrum nostrum & Vexillum te Vgueccionem Consulem Pisanum pro Communi Pisanæ Civitatis investimus; Concedimus quoque tibi pro Communi Pisanæ Civitatis in feudum, & damus hæc omnia prædicta cum omni integritate, cum omni jure, & pertinentiis suis, cum montibus vallibus, planitiis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, mercatis Argentifodinis, piscationibus, paludibus, cimetis, & incimetis, Thelonicis, ripaticis, divisis & indivisis, & cum omnibus, quæ dici vel nominari possunt, & quos firmam tenebimus supradictam dationem, concessionem, sive traditionem, nec rumpemus per nos, nec per alium; Dilectus Princeps noster Uldericus Dux Boemiæ ex nostro mandato in nostra præsentia Sacramentum præstitit. Statuentes igitur jubemus, ut de cætero nullus Archiepiscopus, nulla Civitas, nulla potestas, nullum Commune, nullaque persona, magna vel parva prædictos fideles nostros Pisanos molestare, vel inquietare in hac nostra datione aliquatenus præsumat; si quis autem hanc nostram auctoritatem invadere præsumpserit, mille libras auri optimi pro pœna se compositurum cognoscat, dimidium fisco nostro, & dimidium omnibus fidelibus nostris, Ut autem hoc verius credatur, & ab omnibus inviolabiliter observetur præsentem in paginam scribi, & aureo nostræ Majestatis Sigillo jussimus eam insigniri, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hæc, Thrillinus Treverensis Archi-Episcopus, Villelmus Bambergensis Episcopus, Hermannus Hersfeldensis Abbas, Curradus Palatinus Comes Rheni, Fridericus Dux Svevorum filius Regis Curradi, Uldericus Dux Boëmiæ, Marqvardus de Brombach, Albertus Comes de Dihingen, Gerardus Comes de Neringen, Comes Otto de Ruberch, Ulricus de Hormingon, Vuercherius de Huden, Bertoldus de Scouvenbinch, Henricus Mariscalcus de Poppenheim - - - - - Camerarius de Minnesberch, Curradus Pincerna, Rudolfus Dapifer, Roderigus Camerarius, Wernerus de Bombanch, Everardus de Reumburgh, Bertoldus de Scamperberch, & alii quam plurimi.

Loco † Signi Domini Friderici Rom. Imperatoris Invictissimi.

Ego Christianus Cancellarius vice Dn. Reinaldi Coloniensis electi Italiæ Archi-Cancell. recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXV. Indict. XIII. Regnante Domino Friderico Rom. Imperat. Invictiss. Anno regni ejus XIII. Imperii vero XI. an. feliciter. Dat. in Regali Curte Franchfurti XV. Kalend. Maji.

VIII.

Tabulæ Pacis conclusæ inter Ermengardam, Vice-Comitissam Narbonensem & Pisanos, d. d. 3. Kal. Maji, An. 1165.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ego Ermengarda Narbonensis Vicecomitissa Hominibus nostris facio jurare pacem, & ab hodie in antea omnibus diebus vitæ meæ, firmiter tenere eam faciam Pisanæ Civitati, & omnibus hominibus, qui in dicto Pisano Consulatu sunt, vel in antea erunt in personas eorum, & in omnibus rebus ipsorum in mari & in terra, in stagnis, in fluminibus, in portu, in introitibus, & in exitibus, in eundo, & in redeundo, sanos & naufragos, & in qualecumque modo venerint in Potestatiuo meo, salvare cum bona fide, & sine inganno, in toto districto nostro. Si vero aliquando contingerit quod homines de potestatiuo meo offendant homines de Consulatu Pisano, postquam ego Ermengarda Narbonensis Vicecomitissa monita fuero nuncio certo, vel sigillo Consulatus Pisani infra quadraginta dies secundum plenam Justitiam offensam faciam restituere. Hæc omnia quæ superius scripta sunt de pace ista, ego Ermengarda prædicta tenebo, & attendere faciam bona fide, & sine inganno.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

EGo Vgo Pagani Legatus Pisanæ Civitatis juro per me, et omnes Consules Pisanæ Civitatis, qui hodie ibi sunt, vel in antea erunt, pacem habere, et tenere ab hodie in antea D. Ermengardæ de Narbona Vicecomitissæ omnibus diebus vitæ suæ, et omnibus hominibus de Narbona, et de tota terra sua, præsentibus, et futuris, in personis eorum, et in omnibus rebus ipsorum, in mari et in terra, in stagnis, et in fluminibus, in portu, et introitibus, in exitibus, in eundo, et in redeundo sanos, et naufragos, et in qualicumque modo venerint, in Potestatiuo nostro salvare cum bona fide, et sine inganno, in toto districtu Pisani consulatus. Si vero aliquando contigerit, quod homines de Consulatu Pisano offendant homi-

homines de Poteſtativo Ermengardæ de Narbona, Piſani Conſules, poſtquam moniti fuerint nuncio certo, vel Sigillo Ermengardæ prædictæ infra quadraginta dies ſecundum plenam juſtitiam offenſam facient reſtituere; Hæc omnia, quæ ſuperius ſcripta ſunt de pace iſta, Ego Vgo Pagani tenebo, & attendere faciam; Sic me Deus adjuvet, & Sancta Evangelia, & bona fide, & ſine inganno. Factum eſt hoc anno Dom. Jeſu Chriſti MCLXV. menſe Aprilis, III. Kal. Maji, fer. v. Regante Rege Ludovico in Francia. Hanc pacem juraverunt cum Vgone Pagani iſti, qui ſunt ſubſcripti. Comte Girardi de Marſaia, Bartolomæus quond. Galfridi, Girardus de Leſcudo, Rainerius Gopolinus, Strambo de Ponte, Vgo Granzio. De Narbona juraverunt Arnaldus de Vitrac, Raimundus de Triavilla, Petrus Monetarius, Guillielmus Bernardi, Guillielmus Monetarius, Petrus de Boſco, Guillielmus de Volta.

IX.

Conradi, Marchionis Montisferrati Diploma, quo Piſanis varia Privilegia nonnullasque libertates in ditionibus ſuis conceſſit, d. d. Menſ. Maji, An. 1188.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.

UT omnibus in poſterum clareat, & nulla ambiguitatis quæſtio inde emergat. Manifeſtum facio ego Corradus, Marchionis Montisferrati filius, quod dedi, atque tradidi, & conceſſi Hominibus Piſanis Societatis Vmiliorum, & eorum ſucceſſoribus, qui ſunt modo, vel erunt in Civitate Acconis, omnes domos, & Balneum, & furnum, ſi ibi eſt, & Eccleſiam Sancti Petri, & totam terram vacuam, quæ eſt a funda Regis usque ad Portam Jofredi Torti cum omni earum Jure & pertinentiis a via publica, quæ eſt a funda regis recta linea ad portam Civitatis, prope Cæmeterium, & ex alia parte usque ad mare, & donaui atque conceſſi eis duo millia Bizanciorum ad fundam & catenam Acconis ſingulis annis percipiendorum per terminos ſtatutos de Aſſiſiis, & extra Acconem, & prope Acconem molendinum unum aquæ cum omni ſuo jure, & Jardinum unum bonum, & in partibus Acconis donaui, atque conceſſi, & tradidi eis Caſale Sancti Gregorii cum omni ſuo jure, & pertinentiis, quod fuit Henrici Bufali, & Caſtellum novum Regis, quod habeat Comes Jezolinus cum omni ſuo jure, & pertinentiis. Hæc omnia prædicta donaui, & conceſſi prædictis hominibus præfatæ ſocietatis, & eorum ſucceſſoribus, vel quibuscumque ea eis dare placuerit ad tenendum, & vendendum, & pignorandum, ſeu alienandum, & quicquid eis inde placuerit faciendum, & donaui, & conceſſi eis omnia prædicta libera & abſoluta ab omnia talia, & tributo, ita quod nullum inde ſervitium facere teneantur, neque mihi, neque Regi, vel alicui potenti, eo quod optime, & viriliter mecum permanſerunt in defenſione Chriſtianitatis & Tyri & promiſi me eis defenſurum omnia prædicta ab omni perſona, & loco, & quod nulla arte, vel ingenio faciam, vel fieri permittam, quod in aliquo de prædictis eis fiat diminutio, ſed omnia ea integra & illibata eis & eorum ſucceſſoribus obſervabo per me, & meos ſucceſſores, & obſervare faciam meo poſſe eis omnibus. Et ſi prædictas res prædictis hominibus Piſanis ſocietatis Humiliorum a me præfato Carrado donatas, & conceſſas ipſi diviſerint, eas diviſiones firmas tenebo, donec prædicta ſocietas duraverit, & etiam poſt ſocietatis diviſionem, omni tempore firmas tenebo prænominatas diviſiones, ita quod non permittam, quod aliquis eorum aliquid de prædictis rebus perdat, ſeu amittat, ſed liberam ſuam partem unusquisque habeat, ad tenendum, & vendendum, & alienandum, & quicquid voluerit, inde faciendum, & in Piſanorum Curia vendendi & alienandi, & pignorandi, & quicquid eis inde placuerit faciendi comuniter, vel diviſim, liberam facultatem habeant. Et ut hæc mea donatio, & conceſſio eis firma & immutabilis perſeveret, hoc præſens privilegium plumbeo meo Sigillo coram ſubſcriptis teſtibus muniri feci. Hujus quoque rei vocati ſunt teſtes. Dominus Paganus de Caypha, Ebertus nepos, Lorcellus quond. Tyri Caſtellanus, Bernardus de templo, tunc Tyrenſis Vicecomes, Bellamutus, Obertus Orroſi. Actum eſt hoc Anno Dominicæ Incarnationis, milleſimo centeſimo octuageſimo octavo, Indictione ſexta, in Caſtello Tyri menſe Madio.

Rogatum, & ſubſcriptum per Dom. Benincaſam q. Leonardi Caſcinenſis filium Domini Friderici Romanorum Invictiſſimi Imperatoris Judicem, & Notarium.

Exemplar Authenticum aſſeruatur Florentiæ in Archivio Reformationum.

X.

Boëmundi, Principis Antiochiæ & Comitis Tripolis, Privilegium Commerciorum pro Piſanis, d. d. Prid. Kal. April. An. 1199.

In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.

NOtum ſit omnibus tam præſentibus, quam futuris, quod ego Bœmundus filius Bœmundi Principis Antiochiæ, Dei gratia Tripolis Comes, & homines mei acquietamus omnes Piſanos ab omni foris facto, quod nobis fecerunt, usque ad hunc diem, propter

quod

uod Pisani deducunt mihi quinque millia isant. & Burgensibus meis tria millia bisant. ro sui damni restitutione, & ipsi debent urgensibus solvere quatuor millia Bisant. aper quinquagesimam, quia statuerunt super Pisanos Tripoli venientes, donec prædicta uatuor millia bisant. solvantur. Quod si ontigerit Pisanos extra Tripolim, & hominius meis in aliquo fore factum, nec ego, nec nei possemus manumittere in Pisanos, qui essent Tripoli, nec in res eorum mobiles, usue ad tres menses, exquo eis præcepero, exie de terra mea infra quos menses secure posint exire de terra mea cum omnibus rebus uis. Quod si aliquid eis deberetur, quod on possent recolligere infra dictos tres menes, salvum sit eis, & possint aliquos constituere d illud recipiendum. Pro præscripta autem uantitate pecuniæ, & pro suprascriptis conentionibus reddidi Pisanis domus suas, & uriam, ac libertates, sicuti ante habere conueverant. Vt igitur, quod superius dictum st, ratum, & firmum existat, hoc privilegium neo feci sigillo plumbeo roborari. Hujus ei testes sunt Dom. Laurentius Venerab. Tripolitanus Episcopus, Plebanus Botronis, Raimundus de Biblio, Guido Biblii, Benedictus de Biblio, Raimundus de Scandalione, Bertus de Vicecomes, V. V. Bernardus de Monet, Peregrinus Carbonarius Homodei Vgo de Lambesco, Joannes Georgii, Stephanus Alexandri, Joannes Vigiani Joscelinus Leonardi Pascal. Anno Dom. millesi. centes. nonages. nono. VII. Kal. Septembr. Ego Bonincasa q. Leonardi Cascin. filius Dom. Friderici Invictiss. Imperatoris Romanorum Judex, & Notarius Authenticum hujus vidi, legi, & ausculraui Accon in Ecclesia S. Petri Pisanorum præsentibus Roberto Tornuli de Ponte, Vgulino, Not. q. Bandini, & aliis Testibus ad hæc rogatis Dom. Incarn. An. MCCXLIX. Indict. sexta pridie Kal. Aprilis. Ideoque prout incurri in originali munito Sigillo plumbeo pendenti, in quo ab uno latere erat impressa quædam Civitas circumdata his litteris. † *Et hec sua Civitas Tripolis*, & altero quædam imago ejusdem hominis armati super equo cum vexillo in manu, circumdata his litteris. † *Bœmundi Comitis Tripolis*. Non vitiato, non cancellato, non abolito, nec in aliqua sui parte raso, ita per ordinem de verbo ad verbum nihil addens, neque minuens de mandato Nobilis Viri Dom. Guidonis de Sancto Cassiano q. Galli Consulis Communis Pisanorum. Accon & totius Soriæ transsumpsi, & in publicam formam redegi.

XI.

Mariæ, Imperatricis Constantinopolitanæ Privilegium pro Pisanis, d. d. Id. Februar. An. 1214.

Maria Dei gratia Imperatrix Baiula Imperii Constantini Serenissimi, Domino Ubaldo Potestati, & Communi Pisanorum salutem, & dilectionem.

CUm dignum & justum sit pariter, & honestum, ut quilibet de collatis sibi beneficiis & honoribus, à quo recipit, grates, & gratias conferre debeat. Nos dilectionem vestram prægratiandam duximus modis omnibus, quibus possumus, de servitio, & honore, quod Nobis Vir Nobilis Dom. Jacobus Scartate Vicecomes vester Pisanorum, in Constantinopoli, nec non & fratri nostro, & recordationis inclitæ quond. Imperator Constantinus & ejus prædecessores, tamquam vir providus, & discretus de toto comuni suo impendere non cessavit, impendendo, & procurando modis omnibus, quæ ad nostrum liberum commodum respicerent, & honorem, propter cujus servitium ---- sua videlicet Com. Pisanorum privilegia, quæ tam ab ipso fratre vestro, quam à prædecessoribus suis obtinuerant, duximus confirmanda, volentes & promittentes impendere quicquid potuerimus ipsi boni ------ & honoris. Ideoque devotionem, & nobilitatem vestram rogandam duximus, quatenus dicto D. Jacobo Vicecomiti vestro litteras regratiatorias vobis placeat destinare, ac ipsi, & ejus hæredibus pro tanta fidelitate honorem, & commodum impendatis, in tantum, ut suus erga nos, & Imperium augeat animus, & augen. bon. ---- propositum duplicetur, cum ---- utilior, aut necessarior ------ esse possit, & illas vestras litteras regratiatorias ei vobis placeat citius destinare, & Comuni.

Dat. Constantinop. Id. Februarii.

XII.

Instrumentum de Juramento à Pisanis Alphonso Romanorum Regi præstito, d. d. 15. Kal. April. An. 1256.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

QVia vos Excellentissimum & Invictissimum, & Triumphatorem Dominum Alphonsum, Dei gratia Regem Castellæ, Toleti, Legonis, Galletiæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, & Gieunæ, Commune Pisanorum, & toto Italia, & totus fere Mundus cognovit excelsiorem

rem super omnes Reges, qui sunt, vel fuerunt unquam temporibus recolendis, præsertim gratiam Spiritus Sancti vobis divinitus inspirata vos dote multiplici decorante, & vos etiam sciverit præ aliis pacem, veritatem, misericordiam, & justitiam diligere, & esse præ aliis Christianissimum, & fidelem, & cognoverint etiam nos ad ampliationem honoris Matris Ecclesiæ Romanæ, & bonum ejus statum, nec non etiam Romani Imperii toto animo aspirantem, & Imperium nimis vacasse, & ab æmulis dilaniatum, & nos cognoverint esse natum de progenie domus Ducum Sueviæ, ad quam de privilegio Principum, & de Concessione Romanæ Ecclesiæ Pontificum Imperium juste & digne dignoscitur pertinere, & successione ad vos, qui ex ea domo descenditis, recta linea, & per vos cum succedatis Excellentissimo Manueli olim Rom. Imperatori, Imperia abusive divisa in unum videantur posse colligi, & in vobis diviniter couniri, sicut tempore Cæsaris, & Constantini Christianissimi fuit unum et propter prædicta mot. animorum, & oculi sanctorum, & discretorum hominum, & Principum, & Baronum, & Dominorum, & Communium, & totius populi Italici, & etiam Teutonicorum, & aliorum de Imperio in habendo vos dignum & Romanorum Regem, & Imperatorem sunt directi? Idem ego Bandinus Lancea filius quond. Dom. Guidonis Lanceæ de Casa Lei de Pisis Missaticus, Ambasciator, Sindicus, & Procurator Comm. Pisanorum, Sindicat. nomine proprio Communi & ex Baliis, & Potestatibus, & mandatis mihi concessis per publicum instrumentum ad gloriam Dei, & ad honorem gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris Christi Dei viventis, & omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & ad honorem Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, & ejus Antistitis, suorumque fratrum, & ad honorem, bonum statuum, Principum, Baronum, Comitum, Marchionum, Procerum & aliorum omnium Dominorum, & Civitatum, Terrarum, & omnium Communium, & totius Populi Christiani, & Imperii Romanorum, invocata gratia unius Dei & Individuæ Trinitatis. Vos Dominum Alphonsum prædictum præsentem pro toto Imperio Romanorum, & ejusdem Imperii nomine, & totius populi de Imperio ejus negotium utiliter gerendo, in Romanorum Regem, & Imperatorem Romani Imperii nunc vocantis eligo & assumo, promoveo, atque voco. Quare nos prædictus Alphonsus Rex prædictam assumptionem, promotionem, & vocationem, & omnia prædicta Spiritus Sancti gratia invocata, ad gloriam Dei, & ad honorem Virginis Sanctæ Mariæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum, & ad honorem Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ, & ejus Antistitis, suorumque Fratrum, & ad honorem, & bonum statum Principum, Baronum, Comitum, Marchionum, Procerum, & aliorum omnium Nobilium, & Civitatum, Terrarum, & omnium Communium, & totius populi Christiani, & Imperii Romanorum acceptamus, percipimus, volumus, & firmamus, & in signum, & investituram dicti Imperii Ego jam prædictus Bandinus Sindicus, Sindicorum nomine pro Communi Pisanorum, & pro omnibus suprascriptis ut servus Jesu Christi per vetus & novum Testamentum, & Crucem, & ensem Vos prædictum Dominum Alphonsum investio, & flexis genibus osculum pacis & fidelitatis pedi vestro porrigo, & ex nunc pro Communi Pisanorum, & pro omnibus prædictis pro Rege Romanorum, & Imperatore recipio, & ab hac hora in antea habebo, & tenebo, & ut modo legitimo Imperatori adhæreo, toto tempore adhærebo, etiam vestris filiis, & hæredibus vobis in hoc honore succedentibus, & sic ad Sancta Dei Evangelia juro. Quam investituram & omnia prædicta nos prædictus Alphonsus Rex, sicut dictum est, recipimus, et ad veritatis memoriam de prædictis perpetuo conservandam, & prædictus Dominus Rex me Matthæum Notarium filium quond. Salvii de Civitate Pisarum de prædictis omnibus, ut suprascripta sunt, cartam et cartas publicas, unam, et plures, et semel, et pluries scribere, et firmare, et in publicam scripturam redigere rogaverunt. Acta sunt hæc omnia in Villa de Soria de Hispania Regni Castellæ in Palatio Regali supradicti Domini Regis in præsentia mei Matthei Notarii supradicti, et in præsentia D. D. Fratris Stephani de Ordine Fratrum Prædicatorum Archiepiscopi Turritani (alii dicunt Treccami) Fratris Laurentii de Portugallia de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiarii Dom. Papæ & prosecutoris negocii cujus in tota Hispania, & Sucrii Petri Episcopi de Zamorra, jam d. Dom. Regis Notarii, & Garziæ Petri Archidiaconi Marrocchitani, testium ad hæc specialiter vocatorum, & electorum D. J. Anno MCCLVI. secundum cursum Pisarum Indict. XIII. XV. Kal. Aprilis. Ego Mattheus Saluii qu. filius Serenissimi Romanorum Imperatoris Notarius prædictis omnibus interfui, & hæc omnia rogatu præsenti Dom. Alphonsi in Romanor. Regem, & Imperatorem electi, & præfati Sindici ad veritatis memoriam perpetuo conservandam scripsi, & meo signo firmavi.

XIII.

XIII.

Alphonsi, Roman. Regis Privilegium concessum Pisanis, d. d. 15. Kal. April. An. 1256.

In nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

NOs Alphonsus Dei gratia in Romanorum Regem, & Imperatorem electus, Rex Castellæ, Toleti, Legionis, Galletiæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ & Gienuæ. Cognoscentes deuotionem sinceram, & fidei puritatem, quam commune Pisarum erga Romanum Imperium, & Antecessores nostros Romanorum Imperatores, & Maiestatem nostram semper habuit præ cæteris clariorem, & seruitia, & excelsa, quæ hactenus præstitit, & in antea, dante Domino, habebit, & affectuose præstabit nobis, & nostris filiis, qui honore imperii fuerint decorati, Conuenimus & promittimus tibi Nobili viro Bandino Lanceæ, filio quond. Dom. Guidonis Lanceæ de casa Lei de Pisis Missatico, Ambasciatori, Sindico & Procuratori communis Pisarum, Sindicatus nomine pro ipso communi, & ciuitate Pisanorum recipienti, quod faciemus, & iurabimus pro toto conamine, & posse nostro, quod dante Domino, ejusque favente clementia, imperium Romanum consilio, & auxilio communis Pisarum & aliorum nostrorum fidelium obtinebimus, & manutenebimus universum, & quod tempore nostræ coronationis Romam, vel ad D. P. P. secundum quod alterum magis de consilio nostro, ipsius Communis Pisarum, & aliorum fidelium imperii & Regnorum nostrorum præcesserit utile, veniemus magnifice, ac potenter, ut nostram decet Maiestatem, & quod ad imperium manutenendum & augendum erimus studiosi pro posse nostro, & operam dabimus efficacem. Et quod imperii fideles nostros manutenebimus iustitia, commodo & honore, & infideles subiugabimus nobis juxta diuinam potentiam nobis datam, & præcipue Pisanos, ut fidelissimos honorabiliter tractabimus, & eos ex nunc sub nostra custodia, tutela, protectione, omnimodaque defensione recipimus contra omnem personam, & locum, & omnes suos honores, & iura, dignitates, possessiones, privilegia, bona, consuetudines, comitatum & districtum eis seruabimus & servari faciemus, & mandabimus per officiales nostros, prout nunc habent, & tenent, & eisdem à Divis Romanorum Imperatoribus sunt concessa, & ex nunc ea omnia auctoritate, qua fungimur, confirmamus, & tempore nostræ Imperialis Coronæ per privilegium promittimus confirmare, & ex nunc Comitatum, districtum, Civitates, Castra, Villa, Loca & Insulas prout communi Pisarum à diuis Rom. Imperatoribus sunt concessa, tibi pro communi Pisano, & ipsi communi Pisano in *Feudum*, & nomine *Feudi* damus, concedimus & largimur, & ea auctorizare, & defendere ab omni persona, & loco tibi pro dicto communi, & ipsi communi Pisarum promittimus; Et inde te per *vexillum*, quem in manu tenemus de nostris armis inuestimus, & tempore nostræ coronationis *ensem* & *vexillum* eidem communi concedemus. Quare ergo supradictus Bandinus Sindicatus nomine pro dicto communi Pisarum, & omnibus adhærentibus, de communi conuenio & promitto vobis supradicto D. Alphonso Dei gratia in Romanorum Regem, & Imperatorem electo, quod commune Pisarum Maiestatem vestram, & Personam vestram & filiorum vestrorum, & omnium Nuntiorum, qui pro vobis fuerint, saluabit, & custodiet in terra, & mari, & vbique iuxta suum posse, & scire, omni tempore, bona fide: Et quod commune Pisarum non erit in consilio, consensu, vel facto, quod vestra maiestas, vel filii vestri, vel *Vicarius* vester in Italia, vel Capitaneus vester in Tuscia, siue Nuntii, atque officiales perdant vitam, vel membrum, vel capiantur mala captione, aut perdant imperium, vel honorem, Regnum, vel terram, quam nunc habetis, vel in ante, dante Domino, acquisiveritis, & si sciret, vos, & ipsos recipiet honorabiliter debitis reuerentia & honore, & quod omnia, & singula consilia, quæ vos vel alii pro vobis petieritis à dicto communi fideliter, & recte dabit, prout divina gratia ministrabit, & quod omnes credentias, quod sibi mandaueritis, vel Vicarius vester in Italia sibi mandauerit, siue Capitaneus in Tuscia, seruabit, & tenebit, & ad damnum credentiæ non manifestabit. Et quod operam, & studium, & iuuamen dabit Commune Pisanorum iuxta suum posse, ut antecessoribus Imperatoribus fecit, vel facere consueuit, quod imperium vniversum in tranquillitate, & pace habeatis, & possideatis in perpetuum, vos & vestri filii legitimi, qui vobis in hoc honore successerint, bona fide sicut Romanorum antecessores Imperatores, etiamsi aliqui de Imperio, vel pro Imperio contradixerint. Et quod omnia & singula, quæ alicui Romanorum Imperatorum antecessorum vestrorum dictum commune fecit, vel tenet facere, seu consueuit, faciet vobis & vestris filiis legitimis, qui vobis in hoc honore successerint, tam per mare, quam per terram bona fide, sine fraude, & remota omni malitia. Et quod *Sacramentum Fidelitatis* Imperatoribus consuetum, tam per potestatem, quam per Capitaneum populi & Antianos, & Senatores, & Capitaneos militum, & Consules ordinis maris, & Consules Mercatorum terræ, & Consules artium, & omnes officia-

les, & populum vniuersum, tam de ciuitate, quam de districtu, & Insulis per sacramentum populi Pisis præstare consueuerunt, dictum commune præstabit ad vestram, vestrorumque Nunciorum requisitionem, & ex nunc ego dictus Bandinus Sindicatus nomine pro dicto Communi, inuocata Christi gratia, & auxilio, ad gloriam Dei omnipotentis, & ad honorem gloriosissimæ virginis sanctæ Mariæ, & Archiepiscopi, & Archiepiscopatus Pisani, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris eiusque Capituli & aliarum Ecclesiarum & dictorum potestatis, & Capitanei, Antianorum & aliorum omnium prædictorum in animas dicti comunis, & omnium & singulorum Pisanorum, ex licentia & potestate, mihi data per publicum Instrumentum bullæ cereæ Pisis comunis bullatum Sacramentum fidelitatis facio, sicut Pisani consueti sunt facere Imperatoribus Romanorum vobis Dom. Alphonso prædicto Excellentiss. & Inuictiss. Roman. Imperat. & iuro ex nunc, comitatum districtum, ciuitates, castra, Villas, Loca & Insulas, prout Communi Pisanis à Divis Imperatoribus sunt concessa à M. V. pro Com. Pisar. Sindicatus nomine me in feudum fateor recipisse; Et ad veritatis memoriam de prædictis in perpetuum conservandum præfatus Dominus Imperator, & dictus Sindicus me Matheum Notarium filium quond. Saluii de ciuitate Pisarum de præfatis omnibus, ut superius dicta sunt, cartam, & cartas publicas vnam, & plures, semel, & pluries scribere, & firmare, & in publicum redigere rogauerunt. Acta sunt hæc omnia in villa de Soria de Hispania Regni Castellæ in Palatio Regali suprascripti D. Regis in præsentia Domini Fratris Stephani de ordine Fratrum Prædicatorum Archiepiscopi Toletani & Fratris Laurentii de Portugallia de ordine Fratrum minorum, Pœnitentiarii Dom. Papæ, & prosecutoris negocii crucis in tota Hispania & Suerii Petri Episcopi de Zamorra iam d. Dom. Regis Notarii & Garziæ Petri Archidiaconi Marrochitani testium ad hæc specialiter vocatorum & electorum D. I. Anno MCCLVI. secundum cursum Pisanorum Ind. XIV. XV. Kal. Aprilis.

XIV.

Instrumentum Pacis inter Elmirum Mommini, Regem Tunetanum, & Civitatem Pisanam factæ, d. d. 3. Id. Augusti, A. 1265.

Sancti Spiritus adsit nobis gratia. Ave Maria gratia plena Dominus tecum.

Questa este la Pace facta inter Dominum Elmirum Mommini Regem Tunichi & Dominum Parentem Vesconte Ambasciatore dello Comuno di Pisa.

Prologus Pacis.

IN nomine Domini. Per lo comandamento dello Sig. Califfo grande, & alto per la grazia di Dio Elmire Mommini Buabi delle filio de lo alto, e de lo potente, e gentile, cui Dio mantenga, e diale la sua buona voluntade, e rimanga ali Saracini la sua benedittione. In de la presentia delli testimoni di questo scritto, che questo testimonio di rinouamento di questa pace, la quale este formata, per lo comandamento altissimo, che Dio guardi cum Dom. Parente Vesconte filio quond. Dom. Galgani Frossi Vesconte Imbasciatore mandato da la Potestade de Pisa in de la Indit. subscritta da Dom. Guillielmo da Cornassano Potestade de Pisa e da li Sucha, e de lo Comuno di Pisa, dimandando, e fermando la lor parte. Vnde giungendo lo sopradetto Imbasciadore, e domandando dalla parte di culoro, che l'haueuano mandato carta di pace, de la quale elli haueua imbasciata, alli parti, che elli domandone, e pregone, e piacqueli, e comandolo l'Altissimo, et lo magno, cui Dio mantenga, che li fusse dato lo suo dimandamento, e la sua voluntade.

Terminus Pacis.

E fermossi questa pace con lui per anni XX. la quale pace sempre sia ferma in dello sotto scritto termino a die XIIII. de lo mese de Sciauel anni LXII. & D. C. de secondo lo corso delli Sarracini, & sub annis Dom. MCCLXV. Indict. VII. tertio Idus Augusti, secondo lo corso delli Pisani, secondo che si contiene anco la Indicione di sotto tutti li Capitoli infrascritti.

Quod Pisani sint sani & salui.

Et che tutti li Pisani, che verranno in tutta la terra di Affrichiam, & in tutta quella di Buggea, & in delle altre contrade, & XX, de lo d. D. Elmira, lo quale Dio guardi, e difenda siano, & esser debbano salui sani, e siguri in persona, & hauere, & in fine, che questa pace durerane, chome ditto este di sopra.

De l'Isule de li Pisani.

Lo quale Dominus parente disse, e ricordone le confine de le terre loro, le quale messe sono in questa pace, & le quale sono in terra ferma, & grande, cio este dallo Corbo in fine a Ciuitauecchia, & l'Isule, le quale sono in Mare, ciò este tutta l'Isula de Sardigna, & Castello di Castro, & l'Isula di Corsica, & l'Isula di Pianosa, & l'Isula d'Elba, l'Isula Capraia, & l'Isula di Gorgona, & l'Isula de Gilio, e l'Isula di Monte Christo.

Di non far male.

Et che nullo delli legni de la forza nostra vegna in de le predette Terre per fare alchuno male, in fin che questa pace durerane.

Delli

Delli Fontachi.

Et che dobbiate hauere fondaco in ciascheduna terra delle predette terre di Affrichia, e di Buggia, ciò este in della Cittade, e non debbia in questo stare alcuna altra persona, ne alcuno altro Christiano, set non quelli, che li Pisani vorranno, e debbia a loro esser fatto in ciascheduno fondaco una Ecclesia, & uno Cimiterio, et debbia hauere in ciascheduna terra un bagno, lo quale uno die in ciascheduna septimana hauere debbiano, e che debbiano hauere in ciascheduna terra vn forno.

De lo Decino, e de lo Diritto.

Et che di tutte le merci, le quali venderanno debbiano pagare il decino in de lo loro partimenta, quelli, che partire si vorranno, e quelli, che partiere non si voranno, e vorranno dimorare, debbiano lo detto diritto pagare da inde a treie anni, che elli quine, o vera la giunti fino, & de loro, & de lariento debiano pagare mezzo diritto, quando elli giungeranno, secondo che usato este.

De lo naufragio, vel rompimento.

Et se alcuna naue, et legno loro in alcuna parte de le terre de Affrichia, vel de Buggea, che ditte sono, rompesse, ut andasse ad terra, & impedimento hauesse, quelli, li quali fussero nella Nave, ut in de lo legno, possano andare allo luogo populato, vt vero in de la quale fusseno le gente, e debbiano essere aiutati da loro senza prescio alcuno, in fine a tanto, che ipse dicati fusseno quelli de la stessa Naue, ut legno, et se elli volessero le loro cose tramutare, ut ad altre parte andare, ut ad altra terra quelle por tare fare, la portatura secundo, che vsato este pagare debbiano, e se discordia ne fusse tra lo Christiano, e lo Saracino, debbiano essere a rascione.

De li Pesatori.

Li Pesatori a loro pesare debbiano, secondo vsato este.

Delle Merche.

Et chiungue peruerrane ad alcuna terra di Affrichia, & di Buggea, passa in quella stare, quanto elli vorrane, & possa, & sia lecito a lui di partirsene, & andarne, quando elli vorrane, e possa, & sia licito a loro di comperare quelle cose, che comperare vorranno, e nominatamente aqua, e vidanda, & possino, e sia lecito a loro di portare le mercantie, che elli recheranno, sed elli quelli vendere non volessero.

Della Douana.

Quelli, li quali sono sopra la Douana, e li Turcimanni, e li Garabarii, et li Bastasci, ut vero li portatori non debbiano a loro tollere ne te sigere alcuna cosa, set non secondo, che vsati sono di tollere, e dipiliare.

De lo spedicumento.

E poi che lo Mercante sia spedicato, non habbia esser ditenuto per alchuna causa.

De li strameri.

Et se alcuno buono huomo veraue con li Pisani debbia essere, e pagare come Pisano.

De la Falicha.

E che elli possano, e debbiano hauere Faliche, secondo che vsato este di fare.

De lo Fondaco in Tunichi.

Et che lo Fondaco, il quale este in Tunichi, lo quale Dio mantenga, debbia essere cresciuto, & ampliato, secondo la grandezza del fondaco delli Genouesi, & muro si fac cia tra noi, e li Genouesi, si che noi à loro, e loro a noi andare non possano, & e conuerso.

De la Giuletta.

Tutto, e quanto tulto fusse de alcuna mercanzia, che alla Givletta si reccasse, sia, & esser debbia sopra li guardiani di detto luogo.

Delli Fondachi di Buggea.

Et li fondachi, li quali hauete in Buggea, si debbiano acconciare, & in quelli altro huomo con voi star non debbia, & che si debbia fare in de li fondachi l'Ecclesie.

De la Rascione.

Et che si debbia a loro fare la rascione, quanvngua elli vorranno.

De l' vsanza.

Et che non si debbia a loro tollere alcuna cosa, set non come vsato este.

Del Fondaco di Buona.

Et che a Buona dobbiate hauer fondaco, & non possa in quello stare, ne albergare alcuana altra persona, sed non culoro, che voi vorrete.

Dello vso come in Tunichi.

Et che in Buona si debbia tenere, e fare ad voi quello vso, che este in Tunichi, & in quello medesimo modo, e similiantemente si debba fare ad voi in Affrichia, & in Cappisi, & in Issachixi, & in Tripuli, & in tutte le altre terre, secondo che in Tunichi.

De lo Dritto delle Naue.

Et che non si debbia tollere a voi alcuno diritto

ritto de alcuna Naue, la quale voi vendesse ad huomini, che hauessero con voi pace.

Di portor le Mercie.

Et che possiate, & a voi sia lecito portare le mercie vostre, de le quali fusse pagato il diritto, a qualsiuoglia terra, ut parte delle nostre terre, vti vorrete.

De la Naulo delle Naue.

Et che non debbia ad voi alchuna cosa esser tolta di meso diritto de lo naulo de le naue.

De le naue ad naulo per la Costa.

Et se rbisognasse alle corte nostra, possa la Corte pigliare de le treie naue, l'vna ad naulo, e quella, la quale lo Consulo, che quiene si per li Pisana vorraue, & eligeraue.

De lo raccomandamento delle cose.

Et sia lecito a ciascheduno Pisano, che diritto delle sue cose habbia pagato, lassare, & accomodare le suie cose ad alcuno suo parente, & amico delle sua gente.

De la Falucha, vt de lo Moscenuto.

Et che tutte le cose, le quali si vendessero in Falicha, de le quali lo prescio pagato non fusse, sia, & esser dobbia sopra la Douana, & quelle cose, la quali si vendessero per Turcimanni con testimonia siano, & esser debbiano sopra li Turcimanni.

De la Copia de lo Elmire.

Et che li Consuli delli Pisani vna volta ogni mese possano, e debbiano andare a vedere lo Signore, vt lo Soldano, lo quale Dio mantegna, e similiamente in ciascuna Cittade debbiano entrare li Consuli delli Pisani alli Signori, che quine fussero una volta le mese.

De li Corsali Pisani.

Et se alcuno Corsale Pisano escisse della Cittade di Pisa, e de le predette Jsule per farmale in Affrichia, & in Buggea, li Consuli, e li Potestade de li Pisani, li quali per tempora li fusseno, quinde vendetta fare debbiano sopra loro, & sopra li loro beni.

De le cose de li Corsali.

Et che li Pisani non debbiano comprare alchuna mercia delli Saracini de Affrichia, & di Buggea, le quali a loro per Corsali tolte, ò rapite fussero, nè alcuno Schiauo Saracino, & che quelle cose, ut Jschiaui, li quali delle terre delli Pisani venissero, ut redutte fusseno a le nostre terre, che a colui, che le recasse siano tolte senza alcuno ristauro.

De le brighe, che fussero intra li Pisani.

Et se li Pisani alcuna briga, vt discordia, o vero alcun fatto facessero intra loro, che alcuna altra persona inde intramettere non si debbia, set non li Consuli de li Pisani.

De l' vsanza de la Duana.

In de la Duana non si debbia tollere alli Pisani alcuna altra cosa, set non quello, che vsato este di piliare.

De lo exempio di questa pace.

Et che si debbia fare exemplo di questa pace, e mandare per tutte le terre nostre, in de le quale li Pisani vsano.

Di comprare liberamente.

Et che ad alcuno Mercante Pisano non debbia esser vietato di comperare liberamente lo, che vnqua comperare vorraue.

Di non vietare il comperare.

Et ne per alcuno Genouesse, nè per alcuna altra persona non debbia essere vietato ad alcuno Pisano, che elli non comperi & comperare non possa liberamente.

De lo buono vso.

Et che li Pisani debbiano essere saluati, & guardati a tutti i buoni vsi, li quali hauesse alcuno Christiano, che con voi hebbia pace, ut che nella nostra terra vsi, Et questo ---- ---- Capituli di questa pace.

Lo Testimoniamento, e lo dotale di questa Pace.

Et Testimonio ne Dominus Parente per culoro, che lui mandano in sua buona voluntade, & in sua buona memoria, & in sua buona sanitade, che questa pace a lui piace, e cusi la riceuette, & sermone, & inteseno li Testimoni da lo Scecha grande, & alto, & conosciuto secretario, & faccia di d. Elmira Momini, & facitore di tutti li suoi fatti, lo quale Dio mantegna, & in questo modo, & in quell' altro, e rimanga sopra li Saracini la sua benedicione. Buabidelle filio dello Scecha, a cui Dio faccia misericordia. Buali a sen filio de lo Scecha alto, a cui Dio faccia misericordia. Elbulusaid filii Said lo gentile, cui Dio guardi. Et lo compimento di questa pace scritta, chome ditto este, in questo modo sentito, & fù scritta in die di Sabbato ali die XIV. de lo mese, che si chiame Sciauel Anni LXII. & D. C. secondo lo corso delli Saracini, & sub annis Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto Indict. septima, tertio Jdus Augusti secondo il corso delli Pisani, li nomi delli Testimoni Bulcassomo Elbeccalì, Elbinelbaca & Tenucchi, Maometto Benandì de Gebdat, Maometto Erroansì, Maometto Benalì, & Beneabmì, Abbideramen Beneumar, Elcarsi Varbellaid, Met Bidonie,

donio, Illi Ebrain, & Beni Biaman, Maometto Beneatriam Lorbori. Et per la gratia di Dio cognoscendo, & sapiendo, & testimoniando queste cose predette Maometto Bonmesmetto Benclgamego. Ilo quale este Cadi, & habbia salute chiunque la leggerà. Rainerius Scorcialupi Notarius Scriba publicus Pisanorum, & Comunis, Portus in Tunichi præsens translatum huius pacti scripsit, existente interprete probo viro Bonaiunta de Cascina di lingua Arabica in Latina.

XV.

Breve Clementis IV. Pontif. Romani, quo Carolum I. Andegaviensem, Regem Siciliæ, Paciarium Tusciæ constituit, d. d. 2. Non. Junii, A. 1267.

Clemens &c. charissimo in Christo filio, Carolo, illustri Regi Siciliæ salutem, & cum te in partibus Tusciæ, Romano subjectis imperio nunc vacanti, pacis constituerimus per nostras sub certa forma litteras servatorem, in eisdem tibi paciarii seu pacis servatoris officium committentes; dictum officium, & omnia in eisdem tibi concessa litteris, cæteraque ad hujusmodi solidationem negocii pertinentia, ea te lege volumus tantummodo usque ad triennium obtinere, quod si forsam imperatorem, vel Regem Romanorum à Sede Apostolica approbatum infra prædictum tempus regnare contigerit, aut per Sedem eandem prædictum tibi officium interdici, tu amplius eodem officio ultra mensem post interdictum hujusmodi non utaris; & si contrarium feceris, eo ipso personam tuam excommunicationis, terram vero interdicti sententiis, quas propter hoc ex nunc ferimus, decernimus subjacere. Datum Viterbii II. non. Junii, Pont. nostri anno III.

XVI.

Mandatum Commissionis, quo Rudolphus I. Rom. Imperator, Johannem de Avesnis, Comitem Hannoniæ, Vicarium suum generalem in partibus Tusciæ constituit, d. d. Kal. Maji, An. 1284.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus, universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & aliarum ecclesiarum prælatis, principibus, nobilibus, comitibus, civitatibus, communitatibus, universitatibus, oppidis, castris & villis & personis singularibus quibuscumque in partibus *Tusciæ* constitutis gratiam suam et omne bonum. Commissiones, seu procurationes quascunque honorabili viro *Rudolpho* electo Salzburgensis ecclesiæ imperialis aulæ cancellario in bonis, possessionibus, reditibus, proventibus, civitatibus, castris, munitionibus, jurisdictionibus, nec non in aliis, in quibus mandatum requiritur speciale de terra Tusciæ per nos factis in omnibus suis articulis expressius revocantes, ad notitiam vestram cupimus pervenire, quod nos spectabilem virum *Johannem* de Auesnis, Comitem *Haynnoniæ* fidelem & familiarem nostrum dilectum constituimus, facimus, & ordinamus nostrum & Romani Imperii in partibus Tusciæ vicarium generalem; & insuper Procuratorem & nuntium nostrum ad exigendum, petendum, & recipiendum nostro & ejusdem imperii nomine fidelitatis, homagii, & servitii nobis debiti sacramenta à quibuscumque personis, vel locis nobis in eisdem partibus Tusciæ eadem debeantur, & ad petenda & recipienda bona, possessiones, redditus, proventus, civitates, castra, munitiones, jurisdictiones, & jura quocumque nomine censeantur in eisdem partibus Tusciæ pertinentia ad nos & imperium supradictum, & ad ordinandum & disponendum de ipsis quicquid sibi videbitur expedire; & judices & officiales constituendum in negotiis & caussis quibuscumque, sicut nos ipsi eosdem constituere possemus, si præsentes essemus, & ad statuendum, tractandum, & faciendum in prædictis partibus Tusciæ omnia & singula, quæ verus & legitimus vicarius, procurator, & nuntius, plenum mandatum & liberam administrandi potestatem habens à nobis, facere potest & debet de consuetudine, vel de jure in illis etiam casibus, in quibus mandatum requiritur speciale. Sententias etiam, bona, pœnas & multas tam in caussis criminalibus, quam pecuniariis, & aliis quibuscumque, quas idem vel constituti ab eo judices, officiales, vel executores tulerint, imposuerint, vel exegerint ratas habebimus, & faciemus, Domino concedente, inviolabiliter observari. Damus præterea prædicto comiti plenam & liberam potestatem & speciale mandatum rebelles et indevotos, si quos (quod auertat Altissimus) in partibus Tusciæ repererit, qualiscumque conditionis extiterint, privandi feodis, castris, terris, gratiis, libertatibus, districtibus, privilegiis, juribus & jurisdictionibus quibuscumque, quos, quas, vel quæ iidem tenere ab imperio dinoscuntur. Nos quoque gratum, ratum & acceptum habebimus, quicquid per dictum Vicarium, procuratorem & nuntium nostrum actum & gestum, statutum, judicatum & ordinatum fuerit, in præmissis,

missis, & circa præmissa, vel quibuslibet præmissorum.

In cujus rei testimonium, præsentes litteras fieri & pendenti sigillo nostræ regiæ majestatis in evidens testimonium præcepimus communiri. Datum Friburgi, Kal. Maji, indictione XII. anno Domini MCCLXXXIV. regni vero nostri anno XI.

XVII.

Breve Bonifacii IIX. Pontificis Maximi, quo Episcopo Portuensi, se Carolum II. Andegaviensem, Siciliæ Regem, nomine Imperii Paciarium in Tuscia constituisse, certiorem facit, d. d. 6. Non. Dec. An. 1301.

Venerabili fratri Portuensi Episcopo.

CUm nobilis provincia Tusciæ multis foret confossa doloribus, guerrarum concitata dissidiis, civilibus bellis licentiæ laxatis habenis, ac deformata ruinis, decuit nos ad animarum, corporum, & rerum vitanda pericula, in ipsa prosequi vias pacificas, & ad unitatem reducere dissentientes, ne se mutuo lacerarent, impeterent, ac molestarent injuste; ut tam nobilis tantaque provincia in tabernaculis fiduciæ requiesceret, & in pacis dulcedine habitaret; & per hoc in ea purgaretur hæretica pravitas, cohiberetur prædonum audacia, honoraretur sancta Romana ecclesia, & fidelium devotio nutriretur. Ad nos namque relatio fide digna perduxerat, quod nonnulli de dicta provincia cum malitiæ suæ consciis, atque consortibus habentes de ipsius turbatione pruritum malignitatis suæ, in favorem nostrorum, & Apostolicæ sedis rebellium, suos illicitos conatus moliebantur extendere, ut non cuiquam sua confirmaretur justitia, non cuiquam status suis debitus meritis servaretur. Unde cum fratribus nostris, habita deliberatione matura, attendentes quod Romanum vacat imperium, cujus ad nos, præsertim hoc tempore pacifica conservatio dignoscitur pertinere; dilectum filium, nobilem, virum Carolum, natum claræ memoriæ Philippi Regis Francorum, comitem Andegavensem; de cujus strenuitate, armorum experientia, & bonitate confidimus; conservatorem pacis in ea parte ipsius Tusciæ, quæ prædicto imperio subjacet, de fratrum eorundem consilio duximus deputandum. Qui provinciam ipsam potenter & prudenter ingressus, hujusmodi commissum sibi paciariatus, seu conservandæ pacis officium, divina sibi assistente virtute, cœpit laudabiliter exercere: ita quod devoti & fideles ecclesiæ sæpe dictæ, de ipsa provincia habere poterunt, dante domino, bonum statum, eruntque Prava in directa, & viæ asperæ planabuntur. Verum, ut hæc salubrius & efficacius impleantur cum quiete ac pace, te, de cujus legalitate bonitate, circumspectione, & experientia matura confidimus, ad partes easdem providimus destinare, in eadem provincia nostra tibi auctoritate concessa, per cujus dictus comes favorem protectus, directus consilio, & maturitate adjutus, commissum sibi officium, juxta beneplacitum divinum & nostrum, cum moderatione ac mensurá, tranquillius & utilius possit debitæ executioni mandare.

Quocirca fraternitatem tuam rogamus, monemus & hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus te celeriter accingens, & ad partes illas personaliter festinus accedas, & ad ea, quæ comiti memorato commisimus efficaciter promovenda, & laudabiliter consummanda in provincia sæpe dicta per te & alios, de quibus expedire videris, ipsum solerter inducas, & tam tu, quam ipse vestrá studia convertatis ad seminandum in ea semen charitatis & pacis: ut sedatis guerrarum & dissensionum turbinibus, qui nimis invaluerunt ibidem, provincia ipsa tot impulsibus agitata, quasi post noctis tenebras, floridum diei lumen adspiciat; post glaciei frigus hyemis, aurea sibi tempora, & serena succedant, in quibus afflicti non solum temporalem lætitiam, sed æternam, auctore domino, consequantur, contradictores & rebelles auctoritate nostra per te, vel per alium, seu alios, per spirituales pœnas, appellatione postposita, compescendo &c. Datum Laterani VI. non. Decembris, Anno VII.

XIIX.

Litteræ Henrici VII. Rom. Imperatoris ad Florentinos, quibus eos monet, ut copiis suis tutum ad urbem suam aditum concedant, d. An. 1301.

QUamprimum me in Romanum Imperatorem Germani Principes delegerunt: Clemensque Pontifex id ratum firmumque habuit; nihil mihi potius fuit, quam in Italiam primo quoque tempore Imperatoriam Coronam accepturus, contendere. Sed cum prope omnia profectioni opportuna mihi constituta essent, id a vobis petendum mihi inprimis fuerat, ut copiis nostris ad Urbem vestram tutus accessus aditusque præberetur. Nam ea rerum mearum ratio est, ut Urbis vestræ hospitio juvandus prorsus sim. Illud etiam a vobis pro mutua benevolentia peto, ut Aretinos longiori bello incursionibusque vexari diutius

iutius ne patiamini. Quod autem ad pa-andam Etruriam pertinet, ita operam auxi-umque meum vobis polliceor, ut me Rei-publicæ vestræ amicum fautoremque plane judicetis. Valete.

XIX.

Responsio Florentinorum ad litteras antea insertas, de An. 1301.

FRequenti Senatu recitatæ sunt litteræ tuæ, quæ nobis perquam molestæ fuerunt. Tumquam enim nobis probari potuit Impe-ator, qui in Italiam barbaras copias ducat; uum id potius cavendum, ut hanc nobilissi-ıam Provinciam a Barbarorum manibus vin-icaret. Quod Aretinos foveas, vide, quam ræclare agas; quum meminisse possis, eos ;uelphos cives suos innoxios ejecisse, qui ope tua patriæ inprimis restitui debebant. Ni-hil est, quod nunc de recipiendo exercitu tuo in urbem decernamus: id tum demum cura-bimus, cum copias tuas adventare cognosce-mus. Studium tuas pacandæ Etruriæ tan-tum probamus, quantum id universæ Italiæ maximo usui futurum speramus. Tuæ vero erga nos propensæ voluntati immortales gra-tias agimus. Vale.

XX.

Tabulæ Pacis inter Pisanos & Florentinos, reliquasque in ipsis Tabulis nominatas Communitates conclusæ, de An. 1329.

IL Comune di Pisa, e per detto Lemmo di Bullicino de' Gualandi, Messer Jacopo da accianimico, Ser Jacopo di Vitale da Calci, Ser Bono de' Bianchi Cittadini Pisani Sin-ichi per il detto Comune, fecero Pace, e con-ordia con il Comune di Firenze, e per detto imone della Tosa Cavaliere, Messer Forese abatta Dottore, Donato dell' Antella, Tal-o Valori Ambasciatori Fiorentini, e Messer 'eglio Buongiouanni, e Corrado di Messer inceguerra Ambasciatori di Pistoia, e Messer elforte Belforti, e Mea Buonafidanza Tigno-elli Ambasciatori Volterrani, e Boniface di ino, e Bernardino degl' Auueduti da Massa mbasciatori di Massa, e Mess. Buonaccorso i Landino Landi, e Mess. Pietro di Partolino e' Manassei Ambasciatori di Prato, e Riccio i Riccio Costolini da San Geminiano Am-asciatore di San Geminiano, e Messer Forte i Morouello Dottore Ambasciatore di Col-:, e Ser Arrigo di Ser Bindo Ambasc. di Col-garli, e Ciardino di Lando Ambasc. di S. Iiniato, Ser Vanni di Forte Ambasc. di Fu-echio, Nuccio di Arriguccio Ambasciat. di . Croce, e Gherardo di Ser Giouanni Am-asc. die Castel franco, fecero pace, e remis-one d'ogni ingiuria, e danno seguitto, tanto ella presente guerra, che in altri tempi, ri-ıettendosi qualsiuoglia pena per pace rotta, patti non osseruati, annullando ogn'altra apitolazione, con questi Capitoli, e patti.

Che i Pisani fra quattro mesi deuino man-are Ambasciatori al Somo Pontifice Gio-anni XXII. a domandare assoluzione, pace, misericordia, per la quale siano rimessi nel ıedesimo stato, ch'erano auanti la venuta del auaro in Lombardia, & in Toscana.

Che il Comune di Pisa, per quanto può a apparecchiato di stare in grazià di Roberto .è di Gerusalemme, Napoli, e Sicilia.

Che detti Communi s'intendino per l'au-uenire amici, nè dia vna parte aiuti, o fauori contro l'altra.

Che il Comune di Pisa non s'ingerisca mai più nella Città ò distretto di Lucca, ne me-no nella Prouincia di Valdinieuole, nè dia fa-uore consiglio, o' aiuto, a chi tentasse di oc-cupare, o' inuadere tanto Lucca, che la Val-dinieuole, direttamente, o' indirettamente.

Nè alcun Cittadino possa pretendere in detti luoghi giurisdizione, nè in modo alcu-no si possa intromettere, con dichiarazione di non comprendersi in questo capitolo il Ca-stello della Rota di Monte Caluoli, e Serez-zana, che teneua il Comune di Pisa auanti la venuta del Bauaro.

Che il Comune di Pisa non fara, nè ten-terà alcuna concordia per conto della Città di Lucca con i Teutonici, o' con altri, nè meno direttamente o' indirettamente tratte-rà, che Lucca peruenga in potere del mede-simo Comune di Pisa, nè d'altri, che del Co-mune di Firenze.

Che il Comune di Pisa, se hauerà, o' terrà a suo stipendio alcuni di detti Teutonici, deua preuedere, che detti non offendino al-cuno del Comune di Firenze, di Volterra, & altri sopranominati.

Che il Comune di Firenze: se acquisterà Lucca, deua procurare, che il Comune di Lucca stia in pace col Comune di Pisa, anzi s'intenda incluso nelle medesime capitola-zioni del Comune di Firence, fuor che dell' immunità delle gabelle.

Che il Comune di Firenze, se piglierà Luc-ca, fra quindici giorni doppo, deua far di-struggere la Fortezza fatta da Castruccio, nel Monte Pisano, ancor di presente posseduta, da chi tien Lucca, e restituire il Monte al Co-mune di Pisa.

Che se il Comune di Firenze concorderà

co' Teutonici, che tengono Lucca, o' fara con essi capitolazione alcuna, deua farsi, che i Fiorini tredecimila cinquecento venti d'oro pagati dal Comuno di Pisa a detti Teutonici, gli siano restituiti, almeno dell' entrate del Comune di Lucca, e nella medesima forma detto Comune douerà restituire al Comune di Firenze il denaro, che conuerra pagare à detti Teutonici per liberar Lucca dalle loro mani, & anco douerà operare, che i Pisani ne' medesimi accordi siano liberati da' Teutonici, da tutto quello, che haueuano lor promesso per la ragione di Lucca.

Che se i detti Teutonici, o' altri, che tenghino la Città di Lucca, doppo l'accordo, che si fusse fatto con detti dal Comune di Firenze, offendessero, o' inuadessero il Comune di Pisa, deua il Comune di Firenze defenderlo, & aiutarlo, & offendere detti inuasori, & all' incontro, se doppo l'impresa di Lucca, e doppo l'accordo fatto, detti Teutonici, o' altri offendessero il Comune di Firenze, deua il Comune di Pisa aiutarlo, e defenderlo.

Che occorrendo, che Lucca venga in potestà del Comune di Firenze, deua egli conseruare il Comune di Luca in buono, e pacifico stato, e ciascheduna persona Lucchese deua godere i suoi beni, & andare a stare in Lucca a suo piacimento, senza che si possa esiliare, nè confinare alcuno tanto Guelfo, che Ghibellino, se non col consenso del Comune di Pisa, al quale concordemente, se paresse con il Comune di Firenze, leuare dalla Citta, è Castelli alcuni discolo, si possa fare, e confinarlo a tempo fuori di detta Città o' Castello, con che possa godere le sue entrate.

Che, se non sortirà il trattato d'accordo co' Teutonici, e se si farà la guerra, il Comune di Pisa non possa dar ricetto ad alcuno Teutonico, nè ad alcuno Lucchese, ò distrituale di Lucca, nè possa hauer commercio nel territorio di Lucca, nè vendere ai Lucchesi per mare, o' per terra cosa alcuna, e questo deue fare tra vn mese, da che sarà rotto il trattato, che subito sarà notificato dai Fiorentini al Comune di Pisa, e deue bandire il diuieto per tutto lo Stato Pisano, sotto pene alli contrafacienti, che parrauno al detto Comune, con che a i priuatt sia nella persona, & hauere, a dieci fanti armati non possa esser meno di lire cento, e da dieci in sù non possa esser minore di cinquecento, e se caualli non possa esser misso meno di lire mille, e deua il Comune di Pisa far giurare a' suoi Rettori, che con ogni diligenza faranno eseguire le condannazioni.

Che il Comune di Firenze restituirà fra quattro giorni al Comune di Pisa il Castello di Pretiglione ne' gradi, che di presente si troua.

Che il Comune di Pisa s'intenda essersi ribellato da Lodouico già Duca di Bauiera, nè più lo deua ricettare, nè alcuno suo subdito, nè stipendiato, nè anco altro Rè, ò Imperatore, che con tal titolo venisse contro la Chiesa, o' non obbedisse al Sommo Pontefice, ne deua dargli aiuto, o' fauore alcuno, e se il Bauaro, o' altro Rè, che si dicesse Imperatore contrario a Santa Chiesa, facesse Guerra al Comune di Pisa, deua il Comune di Firenze con tutte le sue forze, & hauere defendere, & aiutare il detto Comune, & all' incontro, se il Bauaro, o' altri attaccasse il Comune di Firenze, o' Lucca, quando venisse in poter dei Fiorentini, Il Comune di Pisa deua far l'istesso verso quello di Firenze.

Che il Comune di Pisa non deua trattare con alcun Tirrano, ne' eleggersi alcun Tirrano, e lo stesso deua essere il Comune di Firenze.

Che se alcuno offendesse qualche Pisano nella Città, o' territorio Fiorentino, Volterrano, o' di altro Comune nominato in detta pace, il malfattore deue esser castigato, come se hauesse offeso vn' altro del medesimo luogo, doue fosse seguita l'offesa e l'istesso s' osserui se alcun Volterrano, o' altro compreso in questa pace fosse offeso nel Pisano, dal Comune di Pisa. Eche tanto gl'ostaggi, che i prigioni fatti in questa guerra, si rilassino da vna parte, e dall' altra.

Che s'annullino, e cassino tutti i bandi, e condannagioni fatte dall' vna parte e dall' altra in occasione della predetta guerra, e si rimettino tutti i Banditi, fuorusciti, e ribelli per queste occasioni, e non per altro, perche ritornino a stanziare nella loro Città o' Terra.

Che i Fiorentini, che habitano, o' siano fatti Cittadini Pisani, siano rimessi o' liberati da ogni debito di Dazii (non obstante, che non tornassero a Firenze) imposti, si dal Comune di Tirenze, che di Pisa e per l'auuenire syno e senti in Pisa da ogni fazione reale, e personale, sicome i Pisani in Firenze. Non si facci nouità alcuna contro la presente pace per conto dei confini fra l'vna parte, e l' altra, mà si mantenghino, come sono di presente.

Che non possino essere ricettati in Pisa, o' suo Territorio Mercanti, che facendo compagnia con altri, si fugissero con le robbe, nè falliti, nè garzioni, nè fattori, nè agenti, che non volessero render conto dell' amministrazione, e se vi arriuassero, a richiesta degl'interessati de uano esser catturati dal Rettore, oue faranno trouati, e consegnati si quell'interessato, che a sue spese lo faccia condurre in poter del suo Comune, & al suo Foro, e così s' asserui dei fuggitiui Pisani, e d' altri Comuni.

Che

Che s'intendino sospese tutte le rappresaglie concesse da detti Comuni a priuato ersone d'essi, & intanto ciascuno possa espementare le sue ragioni auanti il potestà, o ettore del suo luogo, sopra il negozio prinpale, e sia fatta sommaria giustizia, e fra vn ese congreghino l'Ambasciatori di detti Couni à S. Geminiano per decidere, e dichiare sopra dette rapresaglie. le quali non s'inndino sospese contro quel Comune che non anderà il suo Ambasciatore, e quelli, che rineranno, siano obligati rappresentarsi al apitano di detta Terra, e dire d'esser li come deputati del suo Comune, e deuino aspetre almeno otto giorni.

Che il Comune di Pisa non possa procedecriminalmente ne far processo contro qualuoglia Fiorentino, Pistorese, e Volterrano, se ima non hauerà legittimamente notificato Comune, di doue sarà quel tale, l' accusa el Malefizio, con tutte le circonstanze, con mpo conueniente d' andare a difendersi, & conuerso.

Che i Fiorentini, Pistoresi, Volterrani, Mastani, Cossigiani, e Pratesi, possino liberaente condurre a Pisa, e suo territorio tutte mercanzie, e robbe, senza ostacolo alcuno, anco possino estrarne con pagare le solite abelle, quanto a gl' altri, e non li Fiorentini, ie sono esenti, e possono dal Pisano estrarre gni sorte di robbe, fuorcho segale, orzo, spea, vena, scandella, miglio, panico, sagina, eci, faue, cicerchie, mochi, lupini, fichi, noce, ue nostrali, mandole, aranci, cedri, ciuaie, ccelli da mangiare, pesce, carne, oua, cacio, ile, Tonnina, sorra, mele, & olio, senza lienza, dei Governatori di Pisa, e quanto a i iorentini si dichiara non esser tenuti ad altra abella, come se fossero Cittadini, Pisani, e cos' intenda il medesimo e conuerso. Che i iorentini possino tener le lor balle in Dogaa di Pisa per tre mesi con pagare secondo la ariffa in detti capi notata, & accio' che sotto ome dei Fiorentini non sia frodata la gabel-, si faccia giurare quello, che dice esser robe dei Fiorentini alla presenza di due Meranti Fiorentini, che attestino così essere, e ta- Mercanti, che deueno attestare, siano del Negozio, o' de' Pardi, Acciaioli, Pinozzi, Cechi, Buonaccorsi, Alberti, dell' Antella, Albizi, Tellosini, Mazzinghi, Guidaloiri, Bandinelli, tiui, Corsini, Rinuccini, Pucci, Manetti, Rilolfi, Ancadori, Capponi.

Che essendo accusati i Fiorentini per frolatori al Giudice della Gabella di Pisa, deuio dare malleuadori, & esser relassati, e non ossino esser condennati in pene corporali, & l medisimo s'osserui in Firenze dei Pisani: I Fiorentini delle liti in Pissa siano trattati benignamente, e dato malleuadore de in Judicio sisti, si trattino come Pisani, e così i Pisani nelle liti co' Fiorentini in Firenze.

Che sia lecito a i Fiorentini tenere in Pisa, vn Sindico, o' Ambasciatore residente per far osseruare detti patti, & à Pisani in Firenze.

Che sia lecito à Fiorentini vendere in Pisa, e suo distretto, il vino a minuto, & ai Pisani in Firenze.

Che i Pisani deuino restituire a detti Comuni, Città, Luoghi Signori, Conti, e Nobili compresi in questa pace tutti i luoghi, e beni, che teneuano, e possedeuano, alla venuta di Lodouico Duca di Bauiera in Italia fra vn mese dal dì della domanda, che ne fusse fatta, & il Comune di Pisa deua far loro sommaria giustizia contro quelli, che gli possedessero, ai quali non s' intenda giouare il tempo della guerra, presunzione, o' ragione alcuna, & il simile a quelli della parte dei Pisani si deua osseruare da' Fiorentini.

Che si deuino rimettere tutti i popolari, artigiani, e Mercanti Pisani, e non i Magnati, eccetto il Conte Vgolino di Bottaccia da San Miniato, come anche si rimettino tutti gli originarii di Prato, San Miniato Fucecchio, Santa Croce, Castel franco, e Montopoli, e gli siano restituiti i loro beni.

Che se alcun Comune non vorrà osseruare detti patti, deua il Comune di Firenze dichiarare, se il Comune di Pisa deue stare a detta pace, che se alcuna particolar persona litigherà con alcun Comune, non gli possa esser opposto il Decreto di priuatione, fatto dall' Imper. Arrigo.

Che il Comune di Pisa deua liberrare gl' heredi, o' figili del Giudice di Gallura, del Conte Vgolino, del Cont Anselmo, e de' Conti di Biserno, da' detti Bandi, e condannazioni, e restituirgli i loro beni fra vn mese Così che i banditi originarii di Monte Topaci deuino fare il medesimo verso i Pisani, e rinunziare ad ogni rapresaglia. Fatta la pace, detti Ambasciatori Pisani con gl' Ambasciatori dei Fiorettini la fecero con il Caualier Belforti, e Caualiere Buonafidanza Tignoselli Ambasciatori Volterrani, con gl' istessi soprascritti capi, protestandosi però' i Pisani di non intendere per detta pace pregiudicarsi alle ragioni, che hanno sopra Cedri, e protestandosi i Volterrani, che per detta protesta nen s' intenda hauer acconsentito, che il Comune di Pisa habbia in Cedri giurisdizione alcuna, e giurorno l' osseruanza alla pena di dieci mila Marche d' argento.

XXI.

Petri, Arragoniæ Regis, Privilegium Pisanis, de Commerciis in Regno suo libere tractandis, concessum, d. d. 14. Februar. An. 1353.

NOs Petrus Dei gratia Rex Aragon. Valent. Majoric. Sardin. & Corsicæ, Comesque Barchion. Rossilion. & Ceritan. attendes nos dudum concessionem seu prouisionem infrascriptam ad humilis supplicationis instantiam Joannis de Hericiis Decretorum Doctoris Consiliarii nostri, & Francisci Merola Nunciorum Communis Pisanorum, qui ad nostram Majestatem Regiam fuerant destinati, fecisse in hac forma. Nos Petrus Dei gratia Rex Aragoniæ &c. - - - - - - - ad Nostræ Majestatis præsentiam comparuisse Nobilem Joannem de Hericiis Decretorum Professorem, Consiliarium nostrum dilectum, & Franciscum Merola Ciues, & Ambasciatores ad nos destinatos per Commune Pisanum, asserentes, quod cum Mercatores & Negotiatores Communis prædicti dubitarent intrare in Civitates, & loco nostra, causa mercationis, & negotiationis, prætextu aliquarum Marcarum, quæ per nos, & predecessores nostros concessæ dicebantur subditis nostris, contra Commune Pisarum, & singulares ac districtuales ejusdem. Dictum Commune paratum existere subditis nostris condignam satisfactionem facere, si respectu esset, eos de jure teneri in aliquo, & propterea duxerunt nobis humiliter supplicandum, ut omnes illos, si qui erant ex subditis nostris, qui valeant conqueri de Communi prædicto, & de fortia Juris in eo reperta, conuocari facere dignaremur coram nobis ad ostendendum illud, cum ipsi parati existerent eis facere dignam satisfactionem, & de sua innocentia se purgare, & pro conseruandis confœderationibus, ac pactionibus fœderis & aliis conventionibus inter Illustriss. Reges Aragon. & dictum Commune, ac utriusque subditorum vtilitatibus factis, & initis, talis ordo fieret, & in futurum modo debito servetur, & prædicta inviolabiliter observentur, & prædicti subditi subdictæ pacis - - - - - - - - hinc inde tute, & secure valeant negociari, & in terris utriusque utilitates, & commoda procurare. Quorum audita supplicatione, licet per Civitates Valentiæ, & Barchinonæ, citationes fieri fecerimus nostris subditis ante dictis, quod certa die coram nobis comparentur ad ostendendum rationes, siquas habebant, quæ per dictis possent vel deberent in aliquo obsistere, nullus tamen in termino, neque post de gratia expectatus comparuit, seu se ad prædicta opposuit, qui causas, vel rationes justas ostenderet, propter quas ad subscripta debita procedere requiremus. Ideo nos videntes bonas affectionem, & voluntatem, quam dictum Commune ad nos, & ad domum Aragoniam gerit, & volentes, ut convenit, inter nos, & ipsum Commune inita federa observare, & quod de bono in melius amoris vinculum inter nostros, & ejus districtuales prosperetur, & absque violentia aliqua conservetur, cum præsenti carta nostra omnes & singulas marcas, pignorationes, & represalias per nos & predecessores nostros concessas contra dictum Commune, & suos districtuales revocamus, & in totum tollimus, annullamus, ac etiam sublevamus ex rationis debito, eo de gratia speciali, volentes & etiam concedentes, quod universi & singuli Mercatores, & alii districtuales Communis prædicti cum omnibus rebus, mercaturis, & bonis eorum venire valeant per vniversas & singulas Civitates, & loca nostra, tam citra, quam ultra mare, fistentia, salve, pariter, & secure, & non possint per nos vel Officiales, aut subditos nostros ex dicta causa pignorari, marcari, vel propter ea molestari. Mandantes universis & singulis Officialibus, & subditis nostris præsentibus, & futuris, quod hanc nostram prouisionem, & concessionem firmam habeant, teneant & obseruent, & contra ea venire in aliquo non acceptent, quin immo, si tempore hujusmodi concessionis, & reuocationis, in contrarium aliquid fuerit acceptatum, illud reuocent & faciant protinus reuocari, si iram & indignationem nostram cupiunt evitare. In cujus rei testimonium præsentem cartam nostram fieri jussimus, nostro Sigillo pendenti munitam. Datum Valentiæ X. Kal. Februarii, Anno Dom. MCCCXLIX.

Et nunc fuerit nobis per Nobiles & dilectos Joannem Buzzacherini de Sigismundis Militem, & Joannem de Hericis Decretorum Doctorem, Consiliarium nostrum prudentem, nuncios per dictum Commune ad nostram præsentiam nouiter destinatos, humiliter supplicatum, ut prouisionem & concessionem prædictam confirmare, & teneri, & seruari facere, de nostra benignitate solita dignaremur. Idcirco ipsorum Nunciorum supplicatione admissa benigne, nec non dicti Communis contemplatione, & ut amoris & dilectionis vinculum inter subditos nostros, & dicti Communis districtuales, quod antiquiter viguit, perseueret concessionem, & prouisionem prædictam de speciali gratia serie præsentium confirmamus, prout melius superius continet; Mandantes vniuersis & singulis Officialibus, nostris præsentibus, & futuris, vel Locum tenentibus eorumdem, quatenus prouisionem, & confirmationem nostram prædictam hujusmodi teneant firmiter, & observent, & non contraueniant, nec aliquem contrauenire permittant aliqua ratione. In cujus rei testimonium præsens, inde fieri, & Sigillo nostro pendenti jussimus communiri.

Datum Valentiæ XIV. Februarii, Anno à Natiuitaté Domini MCCCLIII.

XXII.

XXII.

Caroli IV. Romanorum Imperatoris, Diploma, quo Communi Pisano Vicariatum Imperii, & jura in Civitate, Comitatu, & territorio Lucano inde pendentia contulit, d. d. 7. Id. Mart. An. 1355.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, feliciter, Amen.

CArolus IV. Divina favente Clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, x Boemiæ Rex, Dilectis nobis Potestati, Capitaneo, Consilio, Antianis, Communi & Poulo Civitatis Pisarum, nostris & Sacri Impeii fidelibus gratiam nostram & omne bonum! Jum ad vestræ probitatis merita, & virtuoam industriam, nec non labores eximios, quius pro honore Sacri Imperii temporibus reolendæ memoriæ divi Henrici quond. Roanorum Imperatoris Augusti aui nostri prælarissimi, & aliorum Romanorum Principum, iligentius insudastis, oculum nostræ consierationis dirigimus, tanto utique majori elo erga vos, & quælibet vestra commoda ostra Serenitatis inflammata affectio, & ad berioris gratiæ lata donaria liberalitas se iffundit, quanto ad ipsum vestræ virtutis onstantia inter cæteros fideles, quos Romani mperii latitudo complectitur ardentioribus evotionum solertiis grata sollicitudine stuuit promoveri. Ea propter Principum, Baonum atque Procerum nostrorum acceente Consilio, de Imperiali Romanorum autoritate motu proprio, & ex certa scientia acimus, constituimus, creamus & ordinamus os Collegium Antianorum Pisani Populi ræsens & futurum, & vos ipsos Antianos Piani populi præsentes & vestros successores n omni tempore vitæ vestræ, & Commune 'isanum, nostros & Sacri Rom. Imperii Vicaios generales irrevocabiliter duraturos per omnia tempora vitæ vestræ in Civitate Luana & ejus Castro, & in dictæ Civitatis Lunanæ Comitatu, districtu & fortia, & in Perasancta & in ejus Vicaria, Massa Lunigiaæ & ejus Vicaria, Sarzana & ejus Castro & n Garfagnana, in illis utriusque terris & lois, quia pro Communi Pisano tenentur, seu ustodiuntur cum omnibus eorum Juribus & pertinentiis universis, concedentes vobis Antianis & vestris successoribus antedictis, ac Communi Pisano pro omni tempore vitæ vetræ irrevocabiliter in dicta Civitate Lucana, x ejus Castro, & in dictæ Civitatis comitatu listrictu & fortia, & aliis prædictis omnibus, x singulis terris, & locis, merum & mixtum mperium & absolutum, & gladii potestatem, x plenam & liberam, & omnimodam jurisditionem, nec non in rebus & personis dictæ Civitatis Lucanæ, & cujuscunque terræ & loci le prædictis, cujuscunque status, dignitatis, ordinis, præeminentiæ, seu conditionis exitant (salva tamen Ecclesiastica libertate) & plenam & omnimodam potestatem exercendi prædicta, & infrascripta, & quælibet eorum per vos, vel alios Officiales, Judices, vel Ministros vestros ad hæc deputatos, vel etiam deputandos, & animadvertendi in facinorosos, ut omnino sitis vos Antiani Pisani populi, & vestri præfati in dicto officio successores & Commune Pisanum usque ad exitum vitæ vestræ, quo ad omnia, & singula, quæ dici possunt de mero, absoluto, & mixto Imperio, & Jurisdictione qualibet generaliter, quo ad omnia, specialiter, quoad singula, quæ in hujusmodi Imperiis & Jurisdictionibus considerantur; Administratores ordinarii Generales, & speciales, auctoritate nostra præmissa, irrevocabiliter constituti, ita quod in Civitate prædicta Lucana & ejus Castro, & aliis terris & locis prædictis omnem, vice nostra superioritatem, & Jurisdictionem latissimam habeatis, volentes & concedentes, quod ad vos Vicarios, & ad Judices per vos ad hæc deputandos pertineant appellationes, in quibuscunque causis criminalibus & civilibus, etiamsi nominatim & expresse ad nos, seu ad nostræ Majestatis audientiam fuerint interpositæ. Concedentes insuper vobis, vestrisque Successoribus antedictis, & Communi Pisano in dicta Civitate Lucana, & ejus Castro & ipsius Civitatis Comitatu, fortia & districtu, & aliis terris & locis prædictis, & quolibet eorum, omnia & singula, quæ ad Imperialem pertinent Majestatem, & omnia, quæ Regalium nomine continentur, etiamsi oporteret de eis specialem mentionem fieri, & Baliam, & potestatem in prædictis Civitate Lucana & ejus Castro, & aliis terris & locis prædictis, & quolibet eorum, officiales ponendi & constituendi, exigendi onera personalia & realia atque mixta, ac vectigalia & Gabellas, & quod omnia & emolumenta redditus, & proventus, qualitercunque obvenientes, sive propter publicationes sive confiscationes bonorum, Impositiones pœnarum, exactiones vectigalium, introituum, vel gabellarum inde, vel pro prædicta Civitate Lucana, & aliis terris & locis, & quolibet eorum, pleno jure, sine aliqua restitutione, vel missione fienda nobis, vel nostro ærario seu fisco, sive nostris officialibus, pertineant ad Communem Pisanum, & in dicti Communis Pisani Cameram, sicut ipsum Commune Pisanum decreverit, convertantur.

Loco † Signi.

Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Caroli IV. Rom. Imperatoris Invictissimi, & Gloriosiss. Boemiæ Regis.

Testes

Testes hujus rei sunt, Venerabiles Arnestus, Pragens. Archi-Episc.
Johannes Olmucens.
Marquardus, Augustiens. } Episcopi.
Gerardus, Spirens. &
Mutus Crobauiens.
Illustres Nicolaus Oppauiens. & } Duces.
Bollco Falchembergens.
Johannes Marchio Montisferrati, & } Principes.
Angelus Marchio Montis Sanctæ Mariæ.
Nec non Spectabiles, Burcardus, Magister Curiæ Imperialis Madeburg.
& Johannes Norimbergens. Burggravii. } Comites.
Ludovicus de Oetingen.
Fridericus de Prato.
Gerardus Dioren: fideles nostri dilecti, & alii quam plures præsentes.

Actum, & datum Pisis, Anno D. MCCCLV. octava Ind. VII. Idus Martii: Regnorum nostrorum anno IX. Imperii vero primo.

Ego Johannes, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Luthomustens. Eccl. Episc. Sac. Imperialis Aulæ Cancellarius Vice Reverendi in Christo Patris, & Dom. Wilhelm. Coloniens. Archiepisc. Sac. Imperii per Italiam Archi-Cancellarii recognovi supradict. D. meo Imperatore Carolo Imperante.

XXIII.

Ejusdem Privilegium Academiæ Florentinæ concessum.

PEtrus Florentinus Episcopus -- civitatis Florentiæ & Ecclesiæ Florentinæ non immemor, devotione congrua Majestati nostræ humiliter supplicavit, quatenus tam ad honorem Ecclesiæ suæ præfatæ, quam civitatis Florentiæ, quam Deus multarum virtutum prærogativa donavit, studium, quod innibi viget, etiam ad Sacri splendorem Imperii, auctoritate Sacri Imperii erigere dignaremur. Hinc est, quod precibus prædicti Florentini Episcopi favorabiliter annuentes, præfatæ Ecclesiæ, suæ, & civitati Florentinæ ac ejus communi, generale, perpetuum, atque generosum studii generalis privilegium auctoritate Imperiali damus & concedimus liberalitate munifica - - - decernentes Edicto Imperiali præsenti valituro perpetuo, & de Imperatoria potestatis plenitudine statuentis, ut in ipsa civitate Florentina studium perpetuum sit, & habeatur in sacra pagina, in Jure Civili, & Canonico, ac Medicina, Philosophia, Logica, & Grammatica, ac quavis alia licita facultate, possintque omnes & singuli Doctores & Magistri pro communi Florentino ordinandi ac deputandi in civitate prædicta Florentina, utpote in studio generali solenniter & publice in memoratis facultatibus legere & docere. Verum, si qui fuerint, qui processu temporis adeo profecerint, quod in aliqua scientiarum, seu facultatum præmissarum ad Magisterii seu Doctoratus dignitatem & titulum desideraverint promoveri, hac nostra Imperiali auctoritate committimus Episcopo Florentino, qui est, & qui erit pro tempore, quem superiorem studii ordinamus, quatenus --- solenniter illos diligenter examinet more generalium studiorum, ac taliter examinatis det licentiam publice in eadem scientia & facultate legendi docendi. --- Quæ omnia sede Episcopali vacante committimus capitulo Ecclesiæ Florentinæ, quod per se vel per alium præmissa similiter exsequatur. Cæterum --- Rectores, Doctores, scholares, seu studentes studii Florentini prædicti, eorumque universos & singulos familiares & ministros, nec non domos & scholas, in Nostrum & Sacri Romani Imperii protectionem, tutelam, & defensionem recipimus specialem, &c.

XXIV.

Gregorii XI. Pontif. Maxim. Bulla adversus Florentinos S. R. E. inobedientes, d. d. 2. Kal. April. An. 1376.

Gregorius &c. ad perpetuam rei memoriam.

IN omnem fere terram fidelium, præsertim in partes Italiæ & regiones quaslibet vicinas eisdem, exivit sonus horribilis furoris immanis, & aliorum operum nefandorum, quæ perditionis filii impii Florentini adversus Deum, creatorem suum & Romanam Ecclesiam, à qua multa beneficia & grata servitia receperant, aliasque Ecclesias & personas ecclesiasticas etiam Cardinalatus & pontificalibus dignitatibus præditas, ipsiusque Romanæ Ecclesiæ, & nostros fideles devotos & subditos diversis temporibus non sunt veriti perpetrare: & quæ sic fuerunt, & sunt notoria & memoriæ cunctorum debent infixa consistere, quod ad vitanda prolixitatis fastidia, & tædiosum auditum hujusmodi scelerum hominum reputamus consultius, non omnia repetere de præsenti. Sed ad memoriam cunctorum reduci-

ucimus, quod iidem Florentini adversus Dei : Apostolicæ Sedis reverentiam, inquisitorum æreticæ pravitatis officium in ipsius libera xecutione impedientes, statuerunt, quod on possit in eorum civitate, territorio & di-rictu contra hæreticos nisi certo modo proce-i; nec dicti inquisitoris familiares, nisi ad ertum numerum & habita licentia eorundem ficialium temporalium arma deferre valeant rdinarunt: quodque priores artium, & vexil-fer dictæ civitatis in principio eorum officii e observandis iniquis eorum legibus, contra ictum inquisitorem & ejus officium editis, neantur præstare corporale juramentum. osius quoque inquisitoris carcerem, in quo æretici ponebantur, concitato tumultu popu-totaliter destruxerunt, & inquisitorem, qui inc erat, expulerunt: & quam plurima alia atuta & ordinationes in præjudicium inqui-tionis hujusmodi hæreticæ pravitatis & hæ-ticorum favorem, ac in ecclesiæ libertatis æjudicium ediderunt, & ea de facto servare on verentur: ac etiam ordinarunt, quod au-toritate litterarum Apostolicæ Sedis posses-onem alicujus beneficii ecclesiastici in præ-ta civitate & ejus territorio & districtu con-ituti nullus recipere audeat, nisi prius litte-e ipsæ prioribus & vexillifero dictæ civitatis æsententur, & licentiam obtineant ab eis-em; & quod quando clericus accusatur co-m judice temporali, vel ab eo aliquid civili-er petitur, & allegat privilegium clericale, uod ex hoc sit extra custodiam dictæ civita-s; ita quod quilibet possit eum impune of-ndere & occidere; omnesque allegantes ujusmodi privilegium clericale in quodam bro seu chartulario describuntur, ut pateat mnibus libera licentia offendendi eos, & et-m occidendi.

Et insuper dudum priores & vexillifer di-æ civitatis Florentinæ, qui tunc erant, ac opulus & commune supradicti spiritu furoris censi quendam Nicolaum monachum in sa-rdotio constitutum quibusdam sceleratis vi-s, cum nullus officialis justitiæ partium ea-ndem de hoc se intromittere vellet, tor-endum dederunt, qui monachum ipsum in æ religionis & ordinis clericalis vituperium l ostendendum eum fore sacerdotem de no-) radi fecerunt, & eum in quodam curru osuerunt, & cum tenaculis igneis ipsius car-es evellentes, eas canibus projecerunt: & eum per civitatem Florentinam prædictam inseundo etiam prope ecclesiam cathedra-m ad majus ordinis clericalis vituperium, que ad locum, ubi fures suspenduntur, de-ixerunt: ipsumque coram populo clamanti-m, quod a sibi impositis innocens erat peni-s & immunis, vivum sepeliri fecerunt, at-e mori. Et insuper in pluribus civitati-is, terris, locis, atque castris nostris & ejus-m Romanæ Ecclesiæ in partibus Italiæ, & ecialiter in provincia patrimonii B. Petri in Tuscia, ducatu Spoletano, provincia Massæ Trabariæ, marchia Anconitana & Romandio-la consistentibus cum eorum perversa astutia ac innata malitia diversas Zizanias seminan-tes, rebelliones contra nos & eandem Roma-nam Ecclesiam fieri procurarunt: & etiam or-dinarunt, quod Franciscuos de Vico, qui præ-fectus Urbis nuncupatur, & Baptista ejus fra-ter Viterbiensem, Antonius de Comitibus & Monteferrato Urbinatem, & Sinnibaldus na-tus damnatæ memoriæ Francisci de Ordelaf-fis Foroliviensem civitates, quæ Romanæ Ec-clesiæ ab antiquo fuerunt & existunt, ac non-nulli alii tyranni terras, castra & alia loca no-stra & ipsius Romanæ Ecclesiæ eorundem Florentinorum adjuti pecuniis, & suffulti gen-tibus & auxiliis (quamvis etiam nonnulli ex tyrannis hujusmodi & eorum progenitores prædictorum Florentinorum reorum & eorum partis inimici semper fuissent, & hostes) ty-rannice occuparunt, detinuerunt, & adhuc de-tinent indebite occupatas.

Gentes quoque armigeras equestres & pe-destres publice in favorem, succursum & de-fensionem hujusmodi nostrorum rebellium transmiserunt, & ipsas gentes tenent in terris hujusmodi rebellatis; ac voluerunt & etiam ordinarunt, quod quicunque rebellis Eccle-siæ Romanæ, ex eo, quia factus rebellis, cen-featur eorundem Florentinorum colligatus. Et cum in publicum hujusmodi rebelliones processerunt, statim iidem Florentini duo ere-xerunt vexilla, videlicet communitatis Flo-rentinorum, ac vexillum aliud cum campo rubro, ubi literis argenteis scriptum erat, Li-bertas, ac nonnullas gentes armigeras cum hujusmodi duobus vexillis in succursum ci-vitatis nostræ Perusinæ, quæ ipsis procuranti-bus jam rebellaverat, & aliorum locorum re-bellium transmiserunt: & ad faciendum guer-ram hujusmodi octo maledictionis & iniqui-tatis alumnos, videlicet Thomam Marcii de Strozzis, Matthæum Frederici Soldi, Joannem dictum Guessium, dictum Guthi, & Joannem Magalotti, Alexandrum de Bardis, & Joan-nem Simonis, ordinarunt. Et quia non vi-dentur posse per se eandem Romanam Eccle-siam invadere, omnes, quos possunt in ad-jutorium suis pecuniis solicitare, ac verbis & litteris fallacibus & mendaciis inducere non cessant. Et a clero civitatis & diœce-sis Florentinæ, & aliarum terrarum, quas te-nent, diversas pecuniarum summas impor-tabiles etiam omni humanitate prorsus ab-jecta, extorserunt: ac octo viros sceleratos, videlicet Paulum Matthæi de Maleficiis, Bec-cum, Guidigauze, Bardum Guich de Altovi-tis, Joannem Gangeli de Caponibus, - - - de Saccetis, Salvum Philippi Salvi, Michaelem Peruzii hospitatorem & Antonium Philippi de Tholosinis, quos publice octo sanctos ap-pellant, ad rapiendum bona ecclesiastica de-putarunt: qui ecclesias, monasteria, & alia

pia loca, eorumque personas bonis suis spoliant, & hujusmodi bona mobilia & immobilia vendunt & distrahunt pro libito voluntatis. Et insuper dilectum filium Lucam de Florentia ordinis fratrum Humiliatorum professorem sacræ Theologiæ magistrum ad revelandum & declarandum quendam hominem, qui eidem peccata sua, & inter cætera quædam furta per eum commissa confessus fuerat, sigillum confessionis frangere coëgerunt: ac deinde præfatum hominem, cujus peccata fuerant revelata, suspendi & mori fecerunt.

Ad hæc priores artium & vexillifer dictæ civitatis qui tunc erant, & nonnulli alii officiales, ac populus & commune civitatis Florentinæ supradicti, venerabilem fratrem nostrum Lucam, episcopum Narniensem, Apostolicæ sedis nuntium, quem specialiter ad partes dicti patrimonii destinabamus, & qui ab eadem Apostolica sede recedebat, injuriosis, violentis, & sacrilegis ausibus capere, & captum aliquandiu crudelissimo carcere detinere miserabiliter præsumpserunt. Rursus priores, vexillifer, confallonerii, & alii officiales dictæ civitatis, qui tunc erant, ac populus & commune civitatis Florentinorum supradicti, ad inauditam patris offensam prosilientes, ac dolum & proditionem per eos præparatos conantes producere in effectum, dilectum filium nostrum Geraldum, S. R. E. presbyterum Cardinalem, in nonnullis terris Italiæ pro nobis & eadem ecclesia in temporalibus vicarium generalem, magnum & honorabile membrum ecclesiæ & in grandium agendorum executione probatum, hostiliter insequentes, procurarunt & de facto fecerunt, gentes armigeras ad civitatem nostram Perusinam prædictam designando, quod dictus Cardinalis ac etiam venerabilis frater noster Bernardus episcopus Bononiensis cum nonnullis aliis personis ecclesiasticis, ejusdem Romanæ Ecclesiæ ac nostris officialibus, obsessi fuerunt, seu populo Perusino nostris & ejusdem Romanæ ecclesiæ rebellibus, ipsos Cardinalem, episcopum, & alios obsidentibus præbuerunt auxilium, exfortium & juvamen in divinæ Majestatis offensam, Apostolicæ sedis ac nostri & Ecclesiæ sanctæ Dei totiusque Christianæ religionis opprobrium, læsionem libertatis ecclesiasticæ, ac eorundem Cardinalis, episcopi & aliorum supradictorum offensam, enormem injuriam, exempli perniciem, & grave nimis scandalum plurimorum; pœnas varias & sententias tam in jure contentas, quam per processus diversos per felicis recordationis Joannem Papam XXII. & nonnullos alios Romanos Pontifices, prædecessores nostros contra tales factos damnabiliter incurrendo, & alia quamplura enormia crimina contra nos & eandem Romanam Ecclesiam ac libertatem ecclesiasticam, quarum etiam aliqua hæresim manifestam sapere dignoscuntur, perpetrarunt. Subdit Gregorius, licet crimen exploratum esset, ... que Florentinos legum severitas exeri ... posset, demandatum tamen Petro tit. S. L... rentii in Lucina presbytero Cardinali pro... vinciam, ut de re inquireret, ac pontificiis li... teris Florentinorum magistratus, qui ab ex... currente anni superioris mense Junio, quo cœptæ in ecclesiam coitiones fuere, publicæ rei præfuerant, monitos tertia Februarii die, ut à præstanda perduellibus ope, diripiendisque ecclesiasticis sibi temperarent, ac ultimam abeuntis Martii diem illis ad causam dicendam apud Apostolica subsellia constitutam: cum verò neque intentato bonorum privationis, ac servitutis aliarumque pœnarum terrore flagitio submoveri possent, præcipuos conjurationis auctores anathemate defixos, ac Florentiam sacrorum usu interdictam; cumque neque his ecclesiasticis censuris illos movendos spes adesset, humanarum pœnarum aculeis urgendos censuisse: vetitum itaque cæteris fidelibus, inire cum Florentinis commercia, aut commeatus, ac vitæ necessaria inferre, aut operam iis ... vare, ac pronuntiatum, deturbandos bonis, quæ jure fiduciario ab ecclesiis obtinerent; tum hanc adjectam pœnam. Et ne ipsorum temeritas transiret præsumptoribus in exemplum, bona ipsorum priorum, confallonariorum, vexilliferorum justitiæ, officialium populi & communis, & etiam quorumcunque Florentinorum, ubicunque consistentium, immobilia de eorundem fratrum nostrorum consilio confiscavimus: & personas ipsorum omnium & singulorum, absque tamen morte, seu membri mutilatione ex ponimus fidelibus, ut capientium fiant servi, & bona eorum mobilia quibuscunque fidelibus occupanda. (Decernit etiam omnibus pœnis edictis Joannis XXII. in perduelles & tyrannos eorumque seqnaces latis irretitos teneri, publico commercio interdici, proscribi, nota infamiæ inuri, testandi, vel è testamento succedendi jure orbari, legumque adversus injuriam inferentes præsidio denudari. Derivat etiam in posteros infamiæ maculam, eosque honoribus, sacerdotiis, ac muneribus publicis sancit depellendos. Tum aliis pœnis, prout demeruerint, affectum iri intentat; additque:) Illud insuper præfatos priores, confallonerios, vexilliferos justitiæ, officiales & commune nolumus ignorare, quod contra eos universorum Imperatorum, Regum & Principum, universitatum & aliorum fidelium quorumcunque proponimus invocare subsidium & per omnem modum & viam, per quos juste poterimus, proponimus ipsorum superbiam, ingratitudinem & proterviam domare, sic, quod illis reatus suos pœnarum acerbitate deflentibus, pœnales eorum fletus cedant perpetuo ipsorum posteris ad terrorem. Dat. & Actum Avin. in palatio Apostolico II. Kal. April. an. VI.

XXIV.

XXIV. *

Formula Juramenti Carolo IV. præstandi, Florentinis An. 1369. præscripta.

JUrabunt, quod ab hac die in antea Populus & Commune Civitatis Florentiæ fideles & obedientes erunt eidem Domino Karolo Imperatori contra omnem Hominem, & quod Consilium vel Auxilium non dabunt, vel consentient adversus statum, Vitam & personam, aut salutem & honorem sui & Sacri Imperii: proditoribus & Rebellibus suis, ac ipsius Imperii, non consentient, imo Majestatem suam, in talibus ubi scient, fideliter præmunient & defendent, & sibi pro viribus assistent, & omnia alia singula erga Sacram Coronam suam generaliter attendent, & efficaciter observabunt, quæ Fideles Sacri Imperii suo Vero Domino Romanorum Imperatori, secundum Sacras Leges & laudabiles constitutiones jurare & præstare tenentur, & quæ per Antecessores eorum Divis Romanis Imperatoribus, Prædecessoribus ipsius Invictissimi Imperatoris jurare sunt soliti & præstare, taliter concludentes: Sic eos Deus adjuvet & Sancta Dei Evangelia.

XXV.

Tabulæ fœderis initi Parisiis inter Carolum VI. Galliæ Regem & Rempublicam Florentinam, quibus ambarum partium Procuratoria sunt adjuncta, d. d. 29. Septembr. An. 1396.

UNniversis præsentes litteras inspecturis nos Masius de Albitzia, miles & Bonacursius de Pictis cives Florentini, Ambassiatores, Syndici, Procuratores & Nuncii speciales communis Florentiæ Salutem. Notum facimus quod nos a nobilibus Viris dominis nostris, dominis prioribus artium, & Vexillifero Justitia populi & dicti communis Florentiæ, & dominis decem officialibus Bailliæ dictæ communis Florentiæ, habentibus ad hæc omnia & singula, & ad alia ardua negotia communis, populi & civitatis Florentiæ, Baillam, Commissionem & Autoritatem a consiliis opportunis populi, Communis & civitatis prædictorum potestatem & mandatum speciale ad infrascripta tractandum, gerendum & faciendum habentes, de quorum mandato plene constat per quoddam publicum instrumentum signo & subscriptione discreti viri Stephani Vannis civis & notarii Florentini Imperiali authoritate judicis ordinarii, publicique Notarii signatum & subscriptum, cujus tenor patebit inferius secundum potestatem & Mandatum nobis data a dominis nostris supra scriptis, & Vigore ipsorum potestatis & mandati, cum quanta potuimus reverentia requisivimus Serenissimum & gloriosissimum Principem & dominum, Dominum Carolum, Dei gratia Francorum Regem, quatenus commune & Populum Florentiæ & Colligatos ipsius Communis qui ista ratificare voluerint ad ligam cum eo sub certis modis & conditionibus recipere dignaretur, cui quidem petitioni, per nos factæ, dictus dominus noster Rex gratanter annuens ad tractandum nobiscum, de & super ista materia, & faciendum omnia super hæc opportuna, nobiles & strenuos Dominos, Dominos Guillelmum de Bordis, & Jacobum de Mommor Gubernatorem Delphinatus Vien. milites Cambellanos, & consiliarios suos procuratores, & Commissarios suos constituit & commisit, de quorum potestate & commissione etiam per quoddam publicum instrumentum signo & Subscriptione discreti viri Magistri Joannis de Sanctis authoritate apostolica & Imperiali publici Notarii signatum & subscriptum plene constat, cujus tenor inferius est insertus. Et postmodum dicti strenui & nobiles Domini nostri Guillelmus de Bordis & Jacobus de Mommor, procuratores & Commissarii dicti Domini nostri Regis, nomine ipsius domini nostri Regis & nos Ambassiatores, Syndici, & procuratores dicti Communis vel populi Florentiæ, nomine dicti Communis, vel Colligatorum ipsius infranominatorum, qui infra scripta ratificabunt infra tempus inferius declaratum invicem convenientes ligas & confœderationes inter Dominum Regem ex una parte, & dictum Commune Florentiæ & ejus Colligatos, qui ipsas ligas & confœderationes ratificare voluerint, & ratificabunt infra tempus inferius declarandum, ut præfertur, ex altera, tractavimus, & hodie fecimus, inivimus, concordavimus, complevimus, & firmavimus in modum & formam descriptos & contentos in capitulis seu articulis tenorem continentibus qui talis est.

Hæ sunt ligæ & confœderationes tractatæ & concordatæ inter aliquos de consilio Serenissimi Principis domini nostri, domini Caroli, Dei gratia Francorum Regis, nomine dicti Domini nostri Regis ex una parte, & nobiles viros, Dominos Masium de Albitzis, militem, & Bonacursum de Pictis, Cives, Ambassiadores, & Syndicos, Procuratores & speciales nuntios Communis Florentiæ, nomine dictæ Communis & colligatorum suorum infrascriptorum, qui sunt isti, videlicet Commune Bononiæ, Dominus Marchio Estensis, Dominus Paduanus, Dominus Mantuanus, & Carolus, & fratres & alii domini de Malatestis, & cujuslibet ipsorum Colligatorum, qui ista ratificabunt infra

infra tres menses a die confectionis litterarum, seu instrumentorum, super complemento præsentis tractatus computandos, & quolibet dictorum nomine ex parte altera duraturæ per quinquenium duntaxat diem datæ confectionis litterarum prædictarum seu instrumentorum super dicto complemento tractatus hujusmodi immediate Secuturum cum conditionibus, et conventionibus infrascriptis:

I. Primo, quod dictæ partes in partibus Italiæ teneantur et debeant amicos pro amicis, et inimicos pro inimicis dictarum partium, vel alterius ipsarum habere et reputare.

II. Item quod in partibus Italiæ dictæ partes teneantur se, et suum statum, et territoria et loca, quæ nunc habent vel tenent, seu durante dicto quinquenio habebunt, vel tenebunt defendere, tueri et manu tenere bona fide et toto posse prout infra scribetur. Et si contingat aliquam guerram vel offensam in partibus Italiæ fieri contra dictas partes, vel aliquam earum, teneantur dictæ partes se ad invicem juvare et defendere, et talem offendentem seu guerram facientem offendere, infra scripto modo videlicet quod si guerra vel injuria quotiescunque fieret in partibus Italiæ contra Commune Florentiæ, vel ejus colligatos, qui ista ratificabunt infra tempus prædictum propter quam moverent se ad offensam contra talem guerram, vel injuriam facientem, dominus Rex debeat mittere celeriter secundum casus exigentiam ad partes dictæ guerræ expedientes, et tenere unum sufficientem Capitaneum de genere suo cum signis, & Capitanei dicti Banderiis, & cum ea comitiva gentium, armorum, quæ Regi placuerit. Et è converso, si guerra vel injuria fieret contra Dominum Regem in partibus Italiæ, Commune Florentiæ & ejus colligati teneantur mittere celeriter secundum casus exigentiam ad partes dictæ guerræ expedientes & tenere 1500. lanceas, intelligendo quamlibet lanceam de tribus equitibus, & si dicti Colligati Communis Florentiæ ista non ratificarent, vel non observarent, eo casu Commune Florentiæ teneatur mittere & tenere & supplere mille lanceas, computando tres equites pro una lancea, ut dictum est.

III. Item si contingat per dictum dominum nostrum Regem, seu per commune Florentiæ & Colligatos prædictos guerram fieri vel moveri in partibus Italiæ, quod dictæ partes teneantur de suis gentibus mittere celeriter ut supra, & tenere eo modo & forma, & in eo numero de quo & prout in proximo præcedenti capitulo continetur, dummodo hæc intelligatur pro aliqua guerra quæ moveretur vel fieret per aliquam dictarum partium absque consensu alterius partis, nisi esset guerra, quæ fieret, vel moveretur contra aliquem Dominum, vel commune ad præsens, vel in futurum confinantem cum Domino nostro Rege, vel aliquo ex regalibus Franciæ, vel cum Communi Florentiæ, vel cum aliquo ex dictis colligatis ejusdem Communis.

IV. Item quod quotiescunque contingeret ipsum Dominum Regem cum potenti Exercitu ire, vel cum sua denominatione mittere Capitaneum val Capitaneos ad movendum, seu faciendum guerram in partibus Italiæ contra aliquem Dominum, vel communitatem, nunc vel in futurum confinantem cum prædicto domino nostro Rege, vel aliquo ex Regalibus Franciæ, vel cum Communi Florentiæ, vel aliquo ex colligatis dicti Communis commune Florentiæ & ejus colligati teneantur mittere celeriter, secundum casus exigentiam, & tenere ad offensam talis domini, vel Communitatis, contra quem dicta guerra fieret per dictum Dominum nostrum Regem, ut dictum est, eam quantitatem gentium armorum cum banderiis & Capitaneis dicti Communis Florentiæ & aliorum colligatorum, qui omnia ratificabunt quantum secundum eorum possibilitatem, & bonam fidem facere poterunt ultra numerum mille quingentarum lancearum prædictarum & in casu, quo dicti Colligati non ratificarent dictum commune Florentiæ teneatur etiam mittere eam quantitatem gentium armorum cum banderiis & Capitaneis dicti Communis, quam secundum suam possibilitatem facere poterit ultra numerum mille lancearum prædictarum.

V. Item si durante guerra, quæ per Regem, vel commune Florentiæ & ejus colligatos moveretur & fieret & in partibus Lombardiæ aliquæ civitates, villæ, Castra, terræ, seu loca acquirantur per dictas partes, vel aliquam ipsarum, totum, quicquid acquiretur, erit & remanebit in dispositione Regis, exceptis locis infra scriptis, videlicet pro domino Paduano Feltrum & civitates Bassanum, Lovelus & Lescale, pro domino Mantuano Monsclarus, Avola, & Hostilia & pro Marchione Estensi Sassola & Sauinsane, quæ si acquirantur remanebunt dominis colligatis supra dictis in casu quo ratificaverint prædicta infra terminum supra dictum, & in præsenti capitulo non comprehendatur civitas Januæ & ejus territorium quæ debent libere remanere domino Regi, nec etiam in præsenti capitulo aliquid comprehendatur de partibus Tusciæ, in quibus partibus dictus dominus Rex non debeat aliquid acquirere.

VI. Item, quod aliqua ex dictis partibus non possit facere pacem, inducias, Treugam, vel sufferentiam vel aliud pactum alicui ex dictis partibus in aliqua ex dictis guerris con-

contrarium sine expresso & præcedente consensu alterius partis.

VII. Item, quod pro parte dicti Communis per dictos Ambassiatores & procuratores fuit dictum in effectu quoad prædicta non intelligantur pro parte ipsius Communis & ejus Colligatorum contra Romanam Ecclesiam, nec contra aliquem quomodocunque electum in Summum Pontificem, hoc est, quod volunt aliquid facere contra aliquem illorum contendentium de Papatu, sed in facto unionis Ecclesiæ sunt dispositi in omnibus eis possibilibus sequi vestigia domini nostri Regis, prout sibi extitit pro parte ipsorum, nec etiam intelligantur contra aliquem descendentium ex Rege Carolo primo, olim Comite Andegaviæ & Provinciæ, hoc est, quod si dictus dominus noster Rex vellet juvare Regem Ludovicum, nolunt ad hoc esse obligati sed contra ipsum non facere promittunt. Etiam & per dictos de dicto consilio dicti Domini nostri Regis, pro parte ipsius fuit dictum, quod prædicta non vult intelligi nec extendi contra dominum nostrum Papam Benedictum decimum tertium, nec contra aliquem Principem, vel Dominum de genere dicti domini Regis.

VIII. Item quod prædicta intelligantur & observentur bona fide & sincero animo.

IX. Item ad Majorem cautelam & securitatem præmissorum infra tres menses a die confectionis litterarum, seu instrumentorum, quæ super Complemento dicti tractatus per dictos Ambassiatores, Syndicos & procuratores ipsius Communis Florentiæ fient immediate sequuturos domini Priores artium & Vexillifer justitiæ populi & Communis Florentiæ, & domini decem officiales Bailliæ dictæ civitatis, ea, quæ super præmissis per ipsos Ambassiatores, Syndicos & procuratores dicti Communis tractabuntur & complebuntur cum dicto domino nostro Rege, vel ejus procuratoribus seu commissariis ratificabunt, et per colligatos ipsius Communis ea ratificare volentes, ratificare facient, et super hoc dicto domino nostro Regi, seu ejus Commissariis mittent litteras, seu instrumenta sigillo consueto dicti Communis, etiam et sigillis quorumlibet ipsorum Colligatorum ratificare volentium sigillatas. Etiam et ad similem securitatem & cautelam prædictorum, dictus dominus Rex statim receptis litteris ratificatoriis dicti Communis et Colligatorum suorum, hoc ratificare volentium, ut præfertur, ea quæ super præmissis et quolibet præmissorum facta fuerunt per procuratores et Commissarios suos ratificabit per suas litteras, suo magno sigillo sigillatas. Hæc tamen, quæ dicuntur de ratificationibus fiendis hinc inde non impediant prædicta capitula, nec eorum effectum, sed remaneant in suis pleno robore et effectu.

Quas quidem ligas et confœderationes et omnia et singula in suprascriptis capitulis, seu articulis declarata et descripta, nos Ambassiatores, Syndici et procuratores dicti Communis Florentiæ, vigore potestatis nobis attributæ, de qua supra et infra fit mentio nomine Communis et Populi Florentiæ, et ipsius Communis Collegiatorum, qui ista ratificabunt infra tempus superius declaratum, promittimus dictis Dominis procuratoribus et Commissariis dicti Domini Regis præsentibus, vobisque Notariis publicis infrascriptis, ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice, nomine et ad opus omnium et singulorum, quorum interest et interesse poterit in futurum, juramus, quod in animas nostras, dictorum Dominorum constituentium et singularum personarum dicti Communis et populi Florentiæ ad sancta Dei Evangelia tenere, adimplere, et inviolabiliter observare, et per dictos Commune et ejus Colligatos, qui ista ratificabunt, ut præfertur, teneri, compleri et inviolabiliter observari facere et nunquam contrafacere, vel venire, vel fieri permittere, aut procurare pro parte ipsius Communis, et dictorum Colligatorum, nec quomodolibet attentari, dum tamen pro colligatis suis dictum Commune Florentiæ, non teneatur facere ultra, vel aliter quam supra in capitulis et tractatu continetur ipsum commune tenere pro eis ad hoc Commune et populum civitatis Florentiæ, dominosque nomine dicti Communis, qui nos Syndicos, et procuratores pro dicto Communi ad ista agenda constituerunt, quorum nomina in subsequenti instrumento descripta sunt, et quemlibet ipsorum et etiam singulares personas dictorum Communis et civitatis Florentiæ et ejus Comitatus et districtus, ac bona et jura populi, Communis et civitatis, et singularum personarum prædictarum, et cujuslibet ipsarum ubique existentia ac etiam bona et jura dictorum Colligatorum, et cujuslibet eorum, qui ratificabunt, et quæcunque sint mobilia et immobilia, præsentia et futura, generaliter, singulariter, et specialiter obligantur, quos et quæ submittimus omnibus jurisdictionibus et curiis Ecclesiasticis, et secularibus ubique sint, et fuerint constituti, et cuilibet ipsarum ad quæ propter hoc dictus Dominus Rex, seu ejus procuratores et Commissarii in casu deffectus complementi prædictorum vel alicujus ipsorum voluerit habere recursum, et sub omni juris et facti renuntiatione pariter et cautela.

Tenor instrumenti procuratorii & potestatis nostræ, de quo superius fit mentio, sequitur in his verbis:

In

IN Dei Nomine, Amen. Anno Domini ab ejus salutifera incarnatione 1396. indictione 4. die ultimo mensis Junii. Pateat hoc publico Instrumento, quod magnifici et potentes Domini Leonardus Leonardi de Figlauichis, Matthæus Stielti Tingfi, Cambius Orlandi de Orlandis, Jannobius Jannobii de Chafferellis, Schiatta Cipriani de Mangionibus, Bonacursius Gerardi Setivolus, Antonius Buttii et Paulus Jacobi Priores artium, et Pierus Joannis Firensis vexillifer Justitiæ populi Communis, et Civitatis Florentiæ et prudentes viri, ac nobiles Dominus Renaldus de Gransiglaliis, miles, Andræas Nerii de Victoriis, Joannosius Francisci de Billiotis, Pierus Ebacciatini de Gerardinis, Pierus Jacobi de Baroncellis, Nicolaus Joannes Delbellatio, Franciscus Lapi, Federigsi, Ludovicus Guttii della Badesca, Jacobus domini Blasii de Guasconibus, et Bartholomæus Nicolaus Taldi cives honorabiles Florentini, et Domini decem officiales Bailliæ civitatis Florentiæ, habentes ad infrascripta omnia & singula, & alia ardua negotia Communis, populi & civitates Florentiæ Bailliam, Commissionem et authoritatem a consiliis opportunis populi & Communis dictæ civitatis Florentiæ omnes prædicti domini & officia supra dicta insimul legitime congregati in Palatio populi Florentini in solita audientia Dominorum dictæ civitatis & Communis Florentiæ, & quodlibet, & quilibet dictorum regiminum & dominationum, & officiorum superius nominatorum concorditer & unanimiter, collegialiter simul, & separatim, & quolibet modo & jure in solidum fecerunt, constituerunt & ordinaverunt eorum & cujuslibet ipsorum, & dictarum dominationum & officiorum & civitatis & populi, & Communis justitiæ Florentiæ Syndicos, procuratores, actores, factores, Commissarios & certos nuntios speciales, & quicquid melius dici potest, egregium & insignem militem, Dominum Masium de Albizis, & nobilem virum Bonacursum de Pictis, cives Florentinos, specialiter & nominatim ad petendum cum omni debita reverentia ab illustrissimo & gloriosissimo Domino nostro, Domino Carolo, Dei gratia Francorum Rege, Ligam & confœderationem, & quod sua Majestas dignetur Commune & populum civitatis Florentiæ ad ligam recipere, & insuper ad faciendum & contrahendum cum eodem Domino Rege, sive ejus Commissariis ligam & confœderationem; pacta et conventiones quaslibet de & super quibuscunque guerris, exercitibus, & gentibus armorum, & imprimis quibuscunque habendis, tenendis, mittendis & faciendis, & cum quibuscunque capitulis, de quibus cum dicto Domino Rege, dicti Syndici, Procuratores & mandatarii convenerint, & ipsam ligam, confœderationem, et pacta et conventiones nomine dicti Communis et dominorum et officiorum de Florentia, ac cujuslibet Colligatorum dicti Communis seu dicti communis, et dominorum et officiorum de Florentia tantum, ut dictis Domino Masio, & Bonacursio videbitur faciendum in prædictis in quolibet prædictorum, omnes et singulas promissiones, stipulationes etiam pœnales, et obligationes et declarationes, et juramenta et cauteias quaslibet, de quibus et prout dictis Domino Masio et Bonacursio videbitur, et generaliter omnia et singula faciendum in prædictis et circa prædicta, quod ipsi constituentes facere possunt, etiamsi mandatum exigant speciale, dantes et concedentes dicti constituentes dictis Syndicis, procuratoribus et mandatariis supranominatis in prædictis et quolibet prædictorum, et circa dependentia et connexa, plenum, liberum et speciale, generaleque mandatum, cum plena libera et generali administratione, promittentes insuper et convenientes dicti constituentes dictis modis et nominibus mihi Vanni, Notario infrascripto, ut publicæ personæ recipienti & stipulanti, vice & nomine dicti Domini nostri Regis Francorum, & omnium et singulorum aliorum, quorum posset quomodolibet interesse ipsos Constituentes et dominationes, et officia de Florentia perpetuo firma et rata habituros quicquid in prædictis, et circa prædicta gestum fuerit per dictos Syndicos, procuratores, et mandatarios supra nominatos sub hypotheca et obligatione Communis, et populi et civitatis Florentiæ, & dictorum Constituentium & dominationum, et cujuslibet ipsorum et singularium personarum dictæ civitatis Florentiæ, et ejus comitatus districtus et bonorum et jurium dicti populi, Communis et Civitatis, et singularium personarum et cujuslibet eorum, hoc tamen modificato, quod dictum mandatum duret et vigeat hinc ad per totum mensem Novembris proxime futurum, et non ultra, mandantes per me Vannem Notarium infra scriptum de prædictis fieri publicum instrumentum. Acta fuerunt omnia et singula supra dicta in civitate Florentiæ, in Palatio populi Florentini, in audientia prædicta, præsentibus prudentibus viris Viviano Nerii de Florentia, scriba reformationum et ordinamentorum populi et Communis Florentiæ, Sancto Benedicto, Sancto Laurentio Fortini, cive et Notario Florentino, et fratre Georgio Miti, Camerario armorum dicti Palatii testibus ad hæc vocatis et rogatis.

Et ego Vannes Stephani Vannis, civis et Notarius Florentinus, Imperiali autoritate Judex ordinarius publicusque Notarius ad hæc omnia adhibitus per prædictos Dominos et constituentes prædictos, eorumque mandato scripsi et publicavi, ideoque me subscripsi & signum meum solitum apposui.

Item

Item sequitur tenor Instrumenti procuratorii & Commissionis dictorum procuratorum dicti Domini Regis.

IN Nomine Domini, Amen. Noverint universis & singuli quod anno ab incarnatione ejusdem Domini, 1396. indictione 5 die vigesimo quinto mensis Septembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Benedicti divina providentia Papæ decimi tertii, anno Secundo, Serenissimus dominus Princeps, Dominus Carolus, Dei gratia Francorum Rex, in mei Notarii infrascripti publici propter hoc specialiter in præsentia sua accersiti & vocati cum testibus infra scriptis suos fecit, constituit, nominavit & elegit procuratores, Commissarios & certos nuntios speciales nobiles & strenuos milites, Dominos Guillelmum de Bordis & Jacobum leMommor,GubernatoremDelphinatus Viennensis, Cambellarios & Consiliarios ipsius Domini nostri Regis, & pro ipso cum insigni milite Domino Masio de Albizis, & nobili viro Bonacursio de dictis civibus Florentiæ, Ambassiatoribus, Syndicis, procuratoribus & specialibus nuntiis nobilium virorum, Priorum artium & Vexilliferi justitiæ populi & communis Florentiæ ad hæc omnia & singula, & ad alia ardua negotia Communis populi & civitatis Florentiæ, bailliam, commissionem & autoritatem a consiliis opportunis dictorum populi & communis habentium, prout per quoddam publicum instrumentum sub anno præsenti, & die ultimo mensis Julii ultime præteriti confectum, ac signo & subscriptione discreti viri Vannis, civis & Notarii Florentini, authoritate Imperiali Judicis ordinarii publicique Notarii signatum, potestatem dictorum Ambassiatorum & procuratorum continens mihi Notario publico constitit ligas & confœderationes inter ipsum Dominum nostrum Regem ex una parte, & dictum commune Florentiæ & colligatos ipsius communis, vel solum cum dicto Communi ex altera, prout eis videbitur de & super ligis & confœderationibus prædictis, & de modis pactis, & conventionibus ad hoc opportunis & necessariis conveniendum, ipsas quoque ligas & confœderationes cum illis pactis, promissionibus, modis, conventionibus & obligationibus, de quibus dicti procuratores Ambassiatores partium invicem convenerint firmandum, & concludendum, dans & concedens dictus Dominus noster Rex eisdem procuratoribus suis, plenam, generalem, liberam & absolutam potestatem & mandatum speciale, præmissa & generaliter omnia alia & singula faciendi & gerendi, quæ ad hoc & circa prædicta, & eorum dependentia & connexa necessaria viderint, & quomodolibet opportuna & quæ ipse facere posset, si præsens interesset, etiamsi mandatum exigerent speciale, ad hoc dictos procuratores suos committens specialiter & expresse, promittens ipse dominus noster Rex bona fide mihi Notario publico infrascripto, & publicæ personæ recipienti & stipulanti vice & nomine, & ad opus dicti Communis Florentiæ et Colligatorum suorum, & omnium & singulorum aliorum, quorum interesse poterit in futurum, se ratum, gratum & firmum habere, quicquid per dictos procuratores suos in præmissis, & circa præmissa gestum fuerit, & conclusum. Acta fuerunt hæc in domo Regia dicti domini nostri Regis prope Ecclesiam parrochialem sancti Pauli Parisiis situatam in quadam Camera Parlamenti, præsentibus Illustrissimis & potentibus Principibus & dominis, dominis Joanne Bituricensi, Philippo Burgundiæ, & Ludovico Borbonii Ducibus, & magnifico viro domino Ernaudo de Corbeja, milite, Cancellario Franciæ testibus ad præmissa vocatis.

Ego Joannes de Sanctis. Belvacensis diœcesis, publicus apostolica & Imperiali authoritate Notarius, quia dictorum Procuratorum constitutioni & Commissioni, omnibusque & singulis supradictis, dum, ut præ mittitur, agerentur & fierent una cum prænominatis dominis testibus præsens fui, eaque sic fieri vidi & audivi præsens publicum instrumentum per me in notam receptum, & inde confectum, quod per alium cæteris occupatus, negotiis, scribi & grossari feci, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, hicque me subscripsi in testimonium.

Nos Ambassiatores, Syndici & Procuratores prædicti præsentes litteras fieri & subscribi per Notarios infrascriptos concessimus, & sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Datum & actum Parisiis in domo habitationis magnifici viri, Domini Ernaudi de Corbeya, Cancellarii Franciæ superius nominati, in sua præsentia, Anno ab incarnatione Domini 1396. indictione quinta, die XXIX. mensis Septembris, præsentibus reverendis in Christo patribus Dominis Simone, Patriarcha Alexandrino, Nicolao Bajocensi, Philippo Noviomensi, & Iterio Pictauensi Episcopis, magnificis & potentibus dominis Amenco Delbreto, & Joanne Comite de Sacro Cæsare, ac strenuis militibus, Dominis Gaulchero de Passato, Guillelmo Baticulano, & Amalrico de Ordeomonte, nec non sapientibus & providis viris, Magistris Joanne de Vicinis, Roberto Cordelerio, & Petro Blancheti, Magistris Requestarum hospitii dicti Domini Regis, Consiliariis suis, pluribusque aliis testibus ad præmissa vocatis.

Ego Vannis Stephani Vannis civis & Notarius Florentinus Imperiali autoritate Judex ordinarius publicusque Notarius prædicta omnia recepta per me, & discretum virum Magistrum Joannem de Sanctis, Notarium infra-

infrasubscriptum una cum dictis testibus, & Magistro Joanne, audivi & præsens fui dum per partes prædictas agerentur, & fierent, de eorum mandato & consensu, & huic publico instrumento quod per alium, aliis occupatus negotiis scribi & grossari feci, ipsum publicando me subscripsi, & signum meum apposui requisitus.

Et ego Joannes de Sanctis Beluacensis Diœcesis publicus apostolica & imperiali auctoritate Notarius quia præmissis omnibus & singulis, dum, ut præmittitur, per partes prædictas agerentur, una cum dictis testibus & Notario supra scripto præsens fui, eaque fieri vidi & audivi, præsentibus litteris, seu huic publico instrumento per alium scripto propter ipsius Notarii, & mei occupationem, me subscripsi, & signum meum opposui per ambas partes prædictas requisitus.

Sellé de deux Seaux pendants en parchemin.

XXVI.

Tabulæ ejusdem Fœderis per Carolum VI. Galliæ Regem, ejusque Plenipotentiarios confirmati, d. d. 23. Novembr. An. 1396.

IN Nomine Domini, Amen. Noverint universi præsens publicum Instrumentum inspecturi, quod hoc est transscriptum, seu transumptum cujusdam publici Instrumenti signo & inscriptione Magistri Viviani, quondam Nerii Viviani & Travisis, civis Florentini, Imperiali authoritate judicis ordinarii, publicique Notarii, ac scribæ reformationum consiliorum magnificæ Communitatis Florentiæ signati & subscripti ac etiam sigillo Communis Florentiæ in cera viridi, cera alba circumdata cum filis de serico rubei coloris sigillati, sani & integri, ac omni prorsus vitio & suspitione carentis, ut prima facie apparebat, nobis Notariis publicis subscriptis, ad hanc scribendum ex parte Illustrissimi Principis & domini Caroli, Francorum Regis traditi, cujus instrumenti tenor de verbo sequitur in hunc modum:

In Nomine Domini, Amen. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi 1396. indictione quarta, secundum cursum & morem Florentiæ die 23. mensis Novembris, Magnifici & potentes Domini, videlicet Kofrius Pallede Strossis, Vexillifer justitiæ magnifici Communis Florentiæ, Bonisegus Philippi de Machiavellis, Bartolus Milliani Salvini, Franciscus Nicolai de Ricci albanis, Antonius Locenisi donati, Antonius Alexandri, P. Lamberti, Cauerius Pieri Cambii Vualdinus Vuidi de Guasconibus, & Nicolaus Maneti de Solacaria, Priores artium dicti Communis, nec non Nobiles ac honorabiles viri decem officiales bailliæ Communis ejusdem videlicet Jeanozzus Francisci de Biliotis, Andreas Nerii de Victoriis, Pierus Cacciativi de Jerardinis, Pierus Jacobi de Baroncellis, Nicolaus Joannis de Bellacio, Dominus Renaldus de Grantfigliatiis, miles, Franciscus Lagi Feldrighi, Ludovicus Tucei de la Bathesca, Jacobus domini Blaxii de Guasconibus & Bartholomæus Nicolai Talci valoris, simul congregati in Pallatio populi Florentini Civitatis Florentiæ informati qualiter de mense septembri proximo præterito videlicet die vicesima nona ipsius mensis septembris inter nobiles & strenuos dominos Guillelmum de Bordis & Jacobum de Mommor, Gubernatores Delphinatus, Cambellanos & Consiliarios, ac procuratores, Commissarios & nuntios speciales Serenissimi Principis & domini Domini Caroli, Dei gratia Francorum Regis vigore mandati eis concessi per dictum Dominum Regem, & ejus nomine ex parte una, & Egregium ac insignem militem Masium de Albizis, & nobilem virum Bonacursium de Pictis, cives Florentinos, Syndicos & procuratores ac nuncios speciales dicti Communis Florentiæ, constitutos à magnificis Dominis Prioribus artium & vexillifero Justitiæ dicti Communis, & a Dominis decem officialibus Bailliæ Communis Florentiæ, ac etiam nomine Colligatorum ejusdem communis, qui ratificare vellent & ratificarent infra tempus ad hoc in multis capitulis declaratum ex parte altera ad supplicationem officiorum prædictorum Vexilliferi, Priorum decem officialium, & dicti Communis, factam domino domino Regi factæ sint, et seu fuerint contractæ et concordatæ et etiam confirmatæ liga et confœderatio, et seu ligæ et confœderationes, sub capitulis et effectibus in instrumentis quorum obmissis proëmio, principio et fine, contractum tenor sequitur in hæc verba:

Hæ sunt ligæ & confœderationes tractatæ & concordatæ inter aliquos de consilio Serenissimi Principis, Domini nostri, Domini Caroli Dei gratia Francorum Regis, nomine dicti Domini nostri Regis ex una parte, & nobiles viros, Dominum Masium de Albizis, militem, & Bonacursium de Pictis, cives, Ambassiatores, Syndicos, Procuratores & speciales nuntios Communis Florentiæ nomine dicti Communis & colligatorum suorum infra scriptorum, qui sunt isti videlicet, Commune Bononiæ, Dominus Marchio Estensis, Dominus Paduanus, Dominus Mantuanus, & Carolus & fratres & alii Domini de Malatestis, & cujuslibet ipsorum colligatorum, qui ista ratificabunt infra tres menses, a die confectionis litterarum seu instrumentorum super complemento præsentis tractatus computandos,

dos, & quolibet dictorum nominum ex altera parte duraturæ per quinquennium duntaxat dictam diem dictæ confectionis litterarum prædictarum, seu instrumentorum super dicto complemento tractatus hujusmodi immediate secuturum cum conditionibus & conventionibus infra scriptis:

I. *Primo*, quod dictæ partes in partibus Italiæ teneantur & debeant amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis dictarum partium, vel alterius ipsarum habere & reputare.

II. Item quod in dictis partibus statum & territoria & loca, quæ nunc habent, vel tenent, seu durante dicto quinquennio habebunt & tenebunt defendere, tueri & manutenere bona fide & toto posse prout infra scribetur. Et si contingat aliquam gverram, vel offensam in partibus Italiæ fieri contra dictas partes, vel aliquam earum, teneantur dictæ partes se invicem juvare & defendere, & talem offendentem, seu gverram facientem offendere in isto modo, videlicet, quod si guerra vel injuria fieret quotiescunque in partibus Italiæ contra Commune Florentiæ, vel ejus colligatos, qui ista ratificabunt infra tempus prædictum, propter quam moverent se ad defensam, vel offensam contra talem guerram, vel injuriam facientem, dominus Rex debeat mittere celeriter, secundum casus exigentiam ad partes dictæ guerræ expedientes & tenentes unum sufficientem Capitaneum de genere suo cum signis & Capitanei dicti banderiis, & cum ea comitiva gentium armorum, quæ Regi placuerit, & è converso si guerra, vel injuria fieret contra Dominum Regem in partibus Italiæ, commune Florentiæ & ejus colligati teneantur mittere celeriter secundum casus exigentiam ad partes dictæ guerræ expedientes, & tenere 1500. lanceas, intelligendo quamlibet lanceam de tribus equitibus, & si dicti colligati communis Florentiæ ista non ratificarent, vel non observarent, eo casu Commune Florentiæ teneatur mittere & tenere & supplere mille lanceas, computando tres equites pro una lancea, ut dictum est.

III. Item, si contingat per dictum Dominum nostrum Regem seu super Commune Florentiæ, & colligatos prædictos guerram fieri vel moveri in partibus Italiæ, quod dictæ partes teneantur de suis gentibus mittere celeriter, ut supra, & tenere eo modo & forma, & in eo numero, de quo & prout in proximo præcedenti capitulo continetur, dummodo hæc intelligatur pro aliqua guerra quæ moveretur, vel fieret per aliquam dictarum partium absque consensu alterius partis, nisi esset guerra, quæ fieret, vel moveretur contra aliquem Dominum, vel Commune ad præsens, vel in futurum confinantem cum Domino nostro Rege, vel aliquo ex Regalibus Franciæ, vel cum Communi Florentiæ, vel cum aliquo ex dictis colligatis ejusdem Communis.

IV. Item, quod quotiescunque contingeret ipsum Dominum Regem cum potenti Exercitu ire, vel cum sua denominatione mittere Capitaneum, vel Capitaneos ad movendum, seu faciendum guerram in partibus Italiæ contra aliquem Dominum, vel communitatem, nunc vel in futurum confinantem cum prædicto Domino nostro Rege, vel aliquo ex Regalibus Franciæ, vel cum communi Florentiæ, vel aliquo ex Colligatis dicti communis, Commune Florentiæ, & ejus colligati teneantur mittere celeriter secundum casus exigentiam, & tenere ad offensam talis Domini, vel communitatis contra quem dicta guerra fieret per dictum Dominum nostrum Regem, ut dictum est, eam quantitatem gentium armorum cum banderiis, & Capitaneis dicti Communis Florentiæ & aliorum Colligatorum, qui omnia ratificabunt, quantum secundum eorum possibilitatem & bonam fidem facere poterunt, ultra numerum mille quingentarum lancearum prædictarum, & in casu, quo dicti Colligati non ratificarent, dictum Commune Florentiæ teneatur etiam mittere eam quantitatem gentium armorum cum banderiis & Capitaneis dicti Communis, quam secundum suam possibilitatem facere poterit, ultra numerum mille lancearum prædictarum.

V. Item, si durante guerra, quæ per Regem, vel Commune Florentiæ & ejus Colligatos moveretur, & fieret in partibus Lombardiæ, aliquæ civitates, villæ, castra, terræ, seu loca acquirantur per dictas partes vel aliquam ipsarum, totum, quicquid acquiretur, erit et manebit in dispositione Regis, exceptis locis infra scriptis, videlicet pro Domino Paduano Feltrum & civitates Bassanum, alias Bastale, Lovelus & Lescale, pro Domino Mantuano Monsclarus, Azola & Hostilia & pro Marchione Estensi Sassola, alias Mola, & Savinsaue, alias Sassolo, Savinsane, quæ si acquirantur, remanebunt dominis Colligatis supradictis in casu quo ratificaverint prædicta infra terminum supradictum. Et in præsenti Capitulo non comprehendatur Civitas Januæ & ejus territorium, quæ debent libere remanere Domino Regi, nec etiam in præsenti capitulo aliquid comprehendatur de partibus Tusciæ, in quibus partibus Tusciæ dictus Dominus Rex non debeat aliquid acquirere.

VI. Item quod aliqua ex dictis partibus non possit facere pacem, inducias, treugam, vel sufferentiam, vel aliud pactum alicui ex dictis partibus in aliqua ex dictis guerris contrarium, sine expresso & præcedente consensu alterius partis.

VII. Item pro parte dicti Communis per dictos Ambassiatores & procuratores fuit dictum

ctum in effectu, quod prædicta non intelligantur pro parte ipsius Communis, et ejus Colligatorum contra Romanam Ecclesiam, nec contra aliquem quomodocunque electum in summum Pontificem, hoc est quod volunt aliquid facere contra aliquem eorum contendentium de Papatu, sed in facto unionis Ecclesiæ sunt dispositi in omnibus eis possibilibus sequi vestigia Domini nostri Regis, prout sibi extitit pro parte ipsorum. Nec etiam intelligantur contra aliqnem descendentem ex Rege Carolo primo olim Comite Andegaviæ & Provinciæ, hoc est, quod si dictus dominus noster Rex vellet juvare Regem Ludovicum, volunt ad hoc esse obligati, sed contra ipsum non facere promittunt, etiam & per dictos de dicto consilio dicti domini nostri Regis pro parte ipsius fuit dictum, quod prædicta non vult intelligi, nec extendi contra dominum nostrum Papam Benedictum decimum tertium nec contra aliquem Principem vel Dominum de genere dicti Domini Regis nostri.

IIX. Item quod prædicta intelligantur & observentur bona fide & sincero animo.

IX. Item, ad majorem cautelam & securitatem præmissorum infra tres menses à die confectionis litterarum, seu instrumentorum, quæ super complemento dicti tractatus per dictos Ambassiatores, Syndicos et procuratores ipsius Communis Florentiæ fient, immediate secuturos, Domini Priores artium, & vexillifer justitiæ populi & communis Florentiæ, & domini decem officiales Bailliæ dictæ civitatis, eaque super præmissis, per ipsos Ambassiatores Syndicos & procuratores dictæ communitatis tractabuntur et complebuntur cum dicto Domino Rege, vel ejus procuratoribus, seu commissariis ratificabunt, & per Colligatos ipsius communis ea ratificare volentes, ratificare facient, & super hoc dicto domino nostro, Regi, seu ejus commissariis mittent litteras, seu instrumenta sigillo consveto dicti communis, etiam & sigillis quorumlibet ipsorum colligatorum ratificare volentium sigillatas. Etiam et ad similem securitatem & cautelam prædictorum dictus dominus Rex, statim, receptis litteris ratificatoriis dicti Communis & colligatorum suorum hoc ratificare volentium, ut præfertur, ea, quæ super præmissis & quolibet præmissorum facta fuerunt per procuratores & Commissarios suos, ratificabit per suas litteras suo magno sigillo sigillatas, hæc tamen, quæ dicuntur de ratificationibus fiendis, hinc inde non impediant prædicta capitula, nec eorum effectum, sed remaneant in suis pleno robore & effectu.

Quas quidem ligas & confœderationes, prout in suprascriptis litteris & capitulis declaratæ sunt & descriptæ, nos procuratores & Commissarii prædicti vigore Communis & mandati dicti Domini nostri Regis nobis factorum, de quibus supra & infra fit mentio, promittimus in fide & verbo dicti Domini nostri Regis, & nomine ipsius, & pro ipso prædictos Ambassiatores, Syndicos & Procuratores dicti Communis Florentiæ præsentibus, nobisque Notariis infrascriptis & publicis personis scriptis & rescriptis vice & nomine & ad opus ejusdem communis, & omnium & singulorum, quorum interesse poterit in futurum, etiam juramus ad Sancta Dei Evangelia in anima Domini Regis, & nomine ipsius tenere complere & inviolabiliter observari facere, fraude & malo ingenio cessantibus quibuscunque, quodque contra eas nil fiet, nec attentabitur pro parte Domini nostri Regis supradicti, prout de prædictis & proëmio, principio, & fine contractus, & aliis suis partibus constare assertum fuit per instrumentum solemniter celebratum & rogatum per discretos Viros Joannem de Sanctis, diœcesis Beluacensis Apostolica & Imperiali autoritate notarium publicum & Vannem Stephani Vannis civem & Notarium Florentinum, & auditis per suprascriptos Dominos priores & Vexilliferum Justitiæ & decem officiales Bailliæ dicti Communis Florentini superius nominatos capitulis suprascriptis, & eorum tenore & asserentes ipsi priores, & Vexilliferi Justitiæ, & decem officiales Bailliæ superius nominati, se de prædictis omnibus plenam habuisse & habere notitiam, & volentes secundum exigentiam prædictarum ratificationum facere opportunam sponte & expresse ratificaverunt & ratificant omnia & singula supra dicta consecuta & concordata, firmata & jurata per supra dictos Dominum Masium & Bonacursium procuratores, & nuncios speciales dicti communis Florentiæ, ut præfertur, & omnia & singula per ipsos procuratorio nomine dicti Communis Florentiæ facta, & gesta, concordata firmata & jurata cum suprascriptis Dominis Guillelmo & Jacobo Procuratoribus & nuntiis specialibus supra dicti Serenissimi Principis & Domini, Domini Regis Francorum, & in omnibus & per omnia ratificaverunt & ratificant, fecerunt & faciunt, prout & sicut per supradicta requiretur & debetur. Mandantes & volentes supra dicti Domini Priores & Vexilliferi Justitiæ & decem officiales Bailliæ de prædicta ratificatione per me Vivianum, Notarium infra scriptum debere confici publicum instrumentum unum vel plura dicto Domino Regi, & etiam sigillari sigillo dicti Communis Florentiæ destinato, jubentes etiam ipsum instrumentum, seu instrumenta posse & debere consveto sigillo ipsius Communis solemniter communiri. Facta fuit ratificatio supra dicta cum suis partibus supra dictis in civitate Florentiæ, in Palatio supra dicto, Residentia ipsorum Dominorum Priorum & Vexilliferorum Justitiæ præsentibus spectabilibus viris, Comite Roberto de Battifole, Comite Piero de Baluco, & nobili-

nobilibus & egregiis militibus, Domino Forese & Salviatis, Domino Thomaso de Sauhetis, Domino Guttio de Nobilibus, Domino Vanne de Castellanis, & Domino Philippo de Magalottis civibus Florentinis, & pluribus aliis ad prædicta vocatis, adhibitis & rogatis.

Item anno & indictione prædictis die decimo tertio mensis Decembris supranominati magistri, Domini, Domini Priores artium & Vexilliferi Justitiæ populi & communis Florentiæ, & Domini decem officiales Bailliæ etiam ad majus robur omnium prædictorum, petente & præsente pro Domino, Domino Rege, viro utique venerando atque egregio Magistro Guntero Colli, secretario & Ambassiatore & Commissario Domini Serenissimi Regis Francorum, asserente idem fore facturum Dominum Serenissimum, Dominum Regem Francorum juraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia nomine ipsorum & dicti communis Florentiæ, ac etiam promiserunt supra dicta adimplere & inviolabiliter observare, ut in capitulis prædictis continetur, prædictum quidem Juramentum præstitum fuit in civitate Florentina in Palatio supradicto residentiæ Dominorum, Dominorum Priorum & Vexilliferorum in eorum audientia præsentibus egregiis militibus Domino Masio de Albizis, Domino Christophoro de Spiniis & Domino Thomaso de Sauhettis & aliis quampluribus testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis anno, indictione, die, et mense immediate supra scriptis.

Ego Vivianus, quondam Nerii Viviani de Franchis, civis Florentinus, Imperiali auctoritate Judex ordinarius, publicusque Notarius ac scriba reformationum consiliorum magnificæ communitatis Florentinæ prædictæ, tali ratificatione facta, et juramento præstito per supradictos Dominos priores Vexilliferum justitiæ, & Dominos decem Bailliæ communis Florentiæ & aliis, ut supra patet, dictis diebus vigesimo tertio Novembris & tricesima Decembris factis et gestis dum agerentur et fierent interfui, et inde rogatus instrumentum confeci, aliisque Reipublicæ negotiis occupatus, prædicta per alium scribi feci, meque subscripsi cum solito meo signo signavi & præsens Instrumentum & aliud simile, ejusdem tenoris de mandato Dominorum, Dominorum tradidi Venerando Viro, Domino Magistro Guntero Colli, Secretario, Ambassiatori, et Commissario Supradicti Serenissimi Principis et Domini, Domini Regis Francorum, et pro ipso Domino nostro Rege recipienti ad ipsi præsentandum. De quo quidem instrumento originali suprascripto facta fuit per nos Notarios publicos infrascriptos legitima collatio ad præsens transscriptum seu transumptum ex eodem instrumento originaliter sumptum anno Domini millesimo trecentesimo, nonagesimo septimo, secundum morem Gallicanum, indictione sexta, mensis Februarii die ultima, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Benedicti divina providentia Papæ decimi tertii, anno quarto videlicet in domo Venerabilis et circumspecti viri Magistri Guillelmi Pereti Thesaurarii Franciæ sita Parisiis prope portam Barlette præsentibus et adstantibus discretis viris magistris Michaele Barz, Nicolao de Molendino, Magistris in artibus, Joanne Rode alterius auditorum Curiæ Parisiensis scriba, et Joanne Lesfecti, clericis Trecorensis, Leonensis, Cameracensis et Venetensis diocesum testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Joannes de Novavilla alterius Ployardi Clericus Laudunensis diœcesis, magister in artibus, publicus apostolica et Imperiali auctoritate Notarius, quia de prædicto Instrumento originali ad præsens transscriptum, seu transumptum ex eodem Instrumento originaliter sumptum cum Notario publico subscripto diligentem collationem feci, et ipsum insimul concordare reperi, nil addito vel amoto quod ipsius substantiam mutet, seu intellectum variet, idcirco huic præsenti transcripto seu transumpto alia manu scripto hic me manu mea propria subscribens una cum signo et subscriptione Notarii publici subscripti, ac sigillo Curiæ Parisiensis signum meum apposui consuetum in testimonium præmissorum requisitus.

Et ego Rolandus Regis, Clericus Trecorensis diœcesis, publicus apostolica et Imperiali auctoritate Notarius et tunc Episcopalis Parisiensis juratus, quia de præscriptis litteris ad præsens transumptum ex eis originaliter sumptum diligentem collationem feci per quam ipsi invicem concordare inveni nil addito. Iccirco signum meum solitum huic præsenti instrumento alia manu scripto, me aliis occupato negotiis, hic me manu mea subscribens una cum signo et subscriptione Notarii publici suprascripti, apposui requisitus et rogatus.

Et nos officiales Parisienses ad majorem certitudinem præmissorum Sigillum Curiæ Parisiensis ad relationem dictorum Notariorum quibus in his et majoribus fidem indubiam adhibemus huic præsenti publico instrumento duximus apponendum. Datum et actum ut supra.

XXVII.

Literæ à Republica Florentina ad Carolum VI. Galliæ Regem, exaratæ, quibus, se eidem esse addictissimam, & antea insertas fœderis Tabulas solemniter approbasse, significavit, d. d. 1. Decembr. An. 1396.

LUx ingens Splendorque suavissimus, Serenissime atque Gloriosissime Principum, toti nostro populo, quem non minus Regum, quam Florentinum universa semper agnovit & reputavit Italia, nuper exortus est Legatorum nostrorum scripto percepto, qualiter devotionis nostræ supplicationes & vota tam faciliter, tamque gratiose vestra sublimitas exaudivit. Nam quamvis tali semper devotione fuerimus ad illustrissimum vestrum culmen affecti, quod eidem nihil ulterius accedere posse sine dubio sentiremus, scimusque benevolentiam vestræ clementiæ nunquam nobis, sicuti nos nunquam Favor inclytæ memoriæ progenitorum vestrorum deseruit, aliquo tempore defuturam, maximum tamen & gloriosissimum reputamus, quod devotio, quæ solum erat in affectione, conjuncta sit fœdere, Regalisque benevolentia, quæ solum erat in habitu, ligæ conventionibus declarata sit actu. Fuimus semper reverentia, devotioneque totis affectibus regiis, nunc autem sub vestræ protectionis umbraculo sinceris sumus fœderibus aggregati, ut pudere debeat illos, qui in mendaciis ac adinventionibus consvetis conati sunt, hoc naturale fidei, dilectionisque vinculum lacerare, nec pudori solum esse debet, quod factum est his veteratoribus, sed terrori; quoniam, cum cogitaverint naturalia & occulta ista dissolvere, nunc videant ea cives conventionibus ligæ supra vinculum annodasse, cujusque putaverint odio nostro Majestatem vestram fraudare, civitatique deludere Januensi per Dei Gratiam adeo decepti sunt, quod nos de devotis, fœderatos habebunt, de civitate prædicta nominis & honoris Regii vigiles & custodes, sed hæc hactenus. Nunc autem cum reversio nostrorum oratorum, plus quam oporteat, differatur, ipsis ulterius non expectatis, ligæ contractum solemniter, licet superabundans fuerit, duximus approbandum, & hujus & aliarum ratificationum, quas facient colligati, publica documenta quantocius fieri poterit, transmittemus, in quo si parumper temporis forsan effluxerit, non curet vestra sublimitas, quoniam viarum discrimina & itineris longitudo dum securitati consulitur, dumque hyemis intemperie proficiscendi celeritas impeditur, plus dilationis, quam velint, etiam qui properant, adhibetur. Quædam autem in partibus occurrentia scribent Majestatis vestræ fastigio decem Baillii nostri Communis & ob id visum nobis non est ea per nostras litteras explicare. Datum Florentiæ die prima Decembris, quinta indictione, anno millesimo trecentesimo nonagesimo sexto.

Serenissimæ Vestræ Majestatis

Servitores,

Priores Artium & Vexillifer justitiæ populi & Communis Florentiæ.

XXVIII.

Literæ ab eadem ad eundem scriptæ, in quibus pro beneficiis hactenus sibi indultis non solum gratias agit, verum etiam status Italiæ, qui fœdus inter Regem & se initum approbarunt, nominatim commemorat, nec minus, quam iniquo Dux Mediolanensis fœdus illud animo ferat, pro certo confirmat, eamque ob causam Regis opem atque auxilium adversus illum implorat, d. d. 30. Dec. An. 1396.

REdeuntes à sublimatis Vestræ conspectu, (Serenissime atque gloriosissime Principum, metuendissime Domine, nostrique populi Columen, Guelphorumque, hoc est Regiæ Majestatis vestræ, sequacium, spes et præsidium singulare) nostri procuratores atque Legati nobis incredibili lætitia nostrarum mentium retulerunt, quanta cum benevolentia, Serenitate et benignitatis affectu per Vestram supereminentiam visi fuerint, quam gratanter auditi, quam gratiose et humaniter exauditi, quibusque ipsos prosecuta fuerit honoribus Regalis munificentia, nostræ devotionis intuitu, ac quantum et qualem dilectionis et benevolentiæ illum erga nos, et nostrum populum, et in verborum dulcedine et in petitorum ex audi-

uditione et in effectibus operum ostendistis. Pro quibus quidem gloriosissime Principum, non humanis non transitoriis beneficiorum muneribus, sed divinis potius et æternis, quid Regali clementiæ debeamus, licet sentiat nostra devotio, nec intelligere possumus nec proferre tanta siquidem cum mensura, sed immensitate, non solum omnia simul, sed etiam singula statum humanarum mentium antecellunt, quod veluti sublime quoddam inaccessibile, immensum et infinitum, nec comprehendi valeat, nec finiri, mortalisque intellectus viribus adæquari. Ecce quidem clementissime Regum, cum nostra fuisset devotionis integritas, tot figmentis, totque mendaciis, quot scivit et potuit, qui vestris obviare noliebatur inceptis uberius sicut abundat astucia, cogitare tot modis et veresimilibus concinnata, quod facillime potuisset id alteri persuadere divina illa serenitatis vestræ prudentia, nostræ puritatis innocentiam, primo litteris deinde vivæ vocis oraculo non solum excusatam habuit, sed humanissime recognorit, credimus equidem adeo præter solitum, imo contra naturam vestræ clementiæ visum esse, quod populus Florentinus, imo Regius Majorum quidem vestrorum officium et conservatio sumus, quicquid contra vestram celsitudinem cogitaret quod sicuti dictum vobis fuit, criminationi cedere, sic facillimum atque gratum, nostram innocentiam comperire, maxima quidem rebus fides adhibetur ex qualitate & convenientia personarum, de quibus, quicquid malitiose fingitur, rebus etiam non discussis, veritas quædam quasimodo sentitur, nec satis fuit veritati nostrarum excusationum cedere, sed etiam, quod loco maximi muneris nobis fuit, quod de regno vestro pro defensione nostræ libertatis gentes, et gentium ducem potentissimum concessistis, adjiciendo quod plus quam maximum est, quod Regale vexillum quo semper ab inclytæ memoriæ Carolo Magno progenitore Vestræ Majestatis & sanguinis usi fuimus beneficio & concessione vestra possemus erigere, et puri vestri Servitores & filii, pura lilia contra duplicis cordis & linguæ virum qui viperis venenosis lilia sacra permiscunt objectare, nec satis hæc fuerunt benevolentiæ vestræ Zelo, sed veluti res vestri culminis ageretur pro conservatione nostræ libertatis & status more majorum vestrorum, qui nunquam nos ab aliquo pessundari passi sunt, omnem vestram potentiam obtulistis. Nihil plane tot beneficiis adjici posse benignitatis vestræ magnitudinem ignorantibus videretur, sed ecce quod supremum, & omnium maximorum maximum est, quod offerendo protulit Vestra Serenitas fœderibus & colligatione firmavit, ut quod prius erat libera de voluntate, spontanea nunc ex obligationis nexu fit in debiti naturam & formulam commutatum, qui que prius eramus devotione Servitores & filii fœdere sumus, quod cum humilitate dictum sit in societatem. Sic enim voluit Vestra benignitas tantæ Majestatis adsciri. Quis ergo tantæ clementiæ & humanitati gratias factis referat, vel etiam verbis agat. De ficimus plane, gloriosissime Princeps, cum ad ista respicimus, nosque in tantarum rerum retributione defice revidemus. Habebimus tamen perpetuas gratias, nec ulla die unquam tot beneficiorum immemores arguet, vel ingratos præstabimus, quod in nobis est, devotionem et fidem, et si non poterimus usui fore, conabimur saltem inutiles nunquam esse. Quid autem post hujus ligæ famam, publicationemque successerit brevissime referemus, ut cognito statu rerum, possit amplitudo vestra tam honori suo consulere, quam ne perdatur benegerendæ rei facultas & occasio, providere: Principio quidem opera nostra factum est, ut Domini

Marchiones { Estensis | Paduanus | Modenanus | Et Mantuanus }

hanc ligam et fœdera comprobarint, nec non et Magnifici nostri fratres Bononienses nostrum, qui more id fecimus et aliorum Exemplum ratificatione legitima sequerentur. Quanto vero furiarum æstu Mediolanensis Dux exarserit, non posset litteris explicari, & ob id, hoc referendum vivæ vocis officio per oratores, quos jam elegimus, reservamus, verum hoc tantisper & sub compendio conjungemus quod tam ipso corruptæ mentis sibi conscius, et de sua salute desperans, et Papam & Imperatoriam Celsitudinem, & quicquid potest, humanum divinumque, nititur commovere, quin etiam ad civitatem Pisanam, quæ nobis est contermina, sibique summæ dilectionis vinculis nexu omnem suam potentiam congregavit. Illic quidem Comes Albericus suarum gentium Capitaneus Generalis Illic Comes

Joannes de Guino

Paulusque Sabellus

Illic Thesaurarius ejus, Dominus Nicoletus de diversis.

Illic supremus ejus Consiliarius Octolinus de Mandello.

Illic etiam Dominus Broliæ, Paulus Ursinus, Dominus Octobonus tertius, Circholinus de Nuchilotis maximi societatum Duces adsciti de partibus patrimonii Sancti Petri in Tuscia congregantur, & tantus est gentium apparatus quod sicuti verissima relatione sentimus, tentaturi sint fines nostros bello, minenturque sese usque ad nostræ civitatis mœnia progressuros, expectaturi, quod vestræ Serenitatis auxilia de Franciæ partibus evocemus, quibus noster populus debeat etiam tueri. Nos

Nos autem econtra similiter potentiam præparamus, non solum viriliter restitui gentibus præfatis in Tuscia, sed ipsum, ne quietus nobis bellum inferat, aggressuri taliter, quod nos sentiat in Lombardia. Verum, invictissime Princeps, tametsi spem geramus in Domino qui justitiam nostram novit, nec non & de bonis tantum assumamus fiducia, quod alias cum experti suos conatus oppositis nostris viribus elidemus, summa tamen tam nostræ spei quam rei est, post Deum, in potentia fortissima vestræ gloriosissimæ Majestatis, quæ sibi tam potentes de tot partibus invenietis. Dignetur igitur vestra sublimitas in cujus injuriam hæc nobis, sicuti cernitis, inferuntur, considerare statum rerum, nec novi temporis indulgentiam expectare, sed in isto Principio taliter ipsum qui solum in tarditate Vestra sperat, tamque celeriter deterrere, quod antequam cogitet, invadatur. Quod si fiet tota belli moles in fines suos & in ejus oculis reducetur, & sine cunctatione dabitur in ruinam. Tota vis hujus rei est in celeritate & fide, ut sine temporis intercapedine res agantur, talesque transmittendis gentibus præponantur, quorum ingentem habebitis copiam, qui nec aures blanditiis porrigant, & honorem Vestræ Serenitatis etiam vitæ propriæ non postponant, sciuntque pessimas artes suas quibus impedire vestra cæpta tentabit, virtute atque prudentia præcavere, necessarium autem est quod Serenitas vestra scribat Gubernatoribus Vestræ civitatis Januæ, quod tam Pisanis, quam dicto Comiti mare reddant infestum, & in favorem nostrum, sicut expedit, operentur. Hæc tamen & alia decem officiales Bailliæ nostræ Communis, qui rebus bellicis præfecti sunt, & multas rerum copias intimabunt. Cæterum prudentissimus vir, Dominus Gunterius de Collis, Vestræ Majestatis Secretarius & orator, omnia plene vidit, cunctaque fidelissime referret viva voce.

Datum Florentiæ die trigesima Decembris, quinta indictione, anno millesimo trecentesimo nonagesimo sexto.

Serenissimæ Majestatis Vestræ

devotissimi Servitores,

Priores artium & Vexillifer Justitiæ populi & Communis Florentiæ.

Inscriptio ambarum litterarum prædictarum talis est:

Serenissimo atque Gloriosissimo Principum, & metuentissimo, Domino Carolo, Dei Gratia inclyto Francorum Regi, singularissimo, & benignissimo Domino nostro.

XXIX.

Caroli VI. Galliæ Regis, Literæ Salvi Conductus pro copiis suis, Florentinis adversus Comitem Mediolanensem mittendis, d. d. 3. Maji, An. 1398.

CHARLES par la Grace de Dieu Roy de France & Daufin de Vienne, à nos amez & feaulx les connestable & mareschaux & à tous les seneschaux, baillis, prevosts, garde de villes, chasteaux, forteresses, ponts, passages & destroits de notre royaume & dudit Dauphiné, ou à leurs Lieutenans, salut. Comme n'agueres nous ayons ordonné nostre amé & feal cousin le Comte d'Armagnac pour aller au secours des communs de Florence, nos alliez, a l'encontre d'aucuns lers adversaires, sçavoir faisons que de present nous enjoignons à nostredit cousin au lieu du Pont S. Esprit trois cens arcs & six cens trousses de fleches dedans trente & huit cosfres ou environ. Si vous mandons & estroitement enjoignons à chascun de vous, comme à lui appartiendra, que ladite artillerie & les conduisans icelles avec leurs varles, males, harnois, vaisselle, or, argent, charetiers, chevaux, charettes, & autres biens quelsconques vous laissiez passer, repasser, demourer & sejourner de nuits & de jour, par les lieux, villes, chasteaux, forteresses, pons, ports, passages & destroits de vos jurisdictions, tant par eaüe que par terre sans destourbier, ou empeschement, & franchement, & quittement sans en prendre aucun peages, travers, ou autres redevances. Car ainsi le voulons estre fait, non obstant quelquonques ordonnances, mandemens, ou defenses, & lettres subreptices à ce contraires. Donné à Paris le III. jours de May l'an de grace MCCCLXXXXIIX. & de nostre regne le XVIII.

Par le Roy DAUPHIN à la relation du conseil: *Chaligant.*

XXXI.

XXX.

roli VI. Galliæ Regis Litteræ patentes, in quibus subditis suis, copias à Comite Armoniaco, ut Florentinis contra Mediolanenses essent subsidio, conscriptas nunc demum, ob pacem inter partes dissidentes factam, esse dimittendas nunciat, d. d. 25. Junii, An. 1398.

HARLES par la grace de Dieu Roy de France au Seneschal de Roüergues, ou à n Lieutenant, salut. Comme nostre treser & feal cousin & conseiller le comte d' magnac, pour faire certains voïagers pars de Lombardie par nostre ordonnance & ulante en l'aide & secours de Floretins contre Le Comte de Milan, ait fait, assemer tant en ladite seneschaussée, comme ailur en nôtre païs de Languedoc, certains grand quantité & nombre de gens d' ares, lesquels ont fait & font de jour en jour, comme entendus avons en nosdits pays & ios subgiez demeurans en iceulx plusieurs ands & irreparables dommaiges, & il soit nsi que lesdits Florentins & les autres de ur ligue ayent depuis peu de temps en ça it paix, ou prinses treves pour certain mps avec ledit duc de Milan, pour laquelchose n' est aucunement necessaire ne ex:dient que nostre dit cousin d' Armagnac ce ledit Voyages ou dit pays de Lombardie. ous, roulans nosdits pays & subjets estre levez des dommaiges & oppressions, que sdites gens d'armes leur pourroient encore ire, si sur ce n' estoit remedié, vous manons, que in continent ces Lettres vües, vous iites, ou faites faire exprès commandement e par nous à voix de trompe, ou aultrement par la meilleure maniere que faire se pourra, à nostredit cousin & conseiller, que tanttost & sans deffay les dites gens d' armes facent partir de nosdits pays, & icelles retourner en leurs maisons & habitation sans dommagier aucunement nosdits pays & subgiez, & en oultre se besoing est, faites ou faites faire commandement aux capitaines & autres gens d'armes, que in continent se deportent & s'en retournent en leurs dites maisons & habitations, comme dit est, & ce sur peine de quant que ils se pourront meffaire envers nous. Et à ce faire les contraignez ou faites contraindre par toutes les meilleures voyes & manieres que faire se pourra, & tellement que la force en a soit nous. De ce faire vous donnons pouvoir & mandement special mandons & commandons à tous nos justiciers, officiers, & subgiez, que a vous & a vos commis & deputes es choses dessusdites, circonstances & dependances d' icelles, obeissent, & entendent diligemment, & donnent conseil, confort, aide si besoing est, & par vous en sont requis. Donne à Paris le XXV. jours de Juing l' an de grace MCCCXCVIII. de nostre regne le XVIII.

Par le Roy en la relation du grand conseil, ou messires les Ducs de Berri, de Bourgoigne, d' Orleans & de Bourbon, & plusieurs autres estoient. *Barrau.*

XXXI.

Pacta inter Muley Busserium, Regem Tunetanum, & Commune Pisanum, de Commercio inter utriusque subditos libere, ac sine ullo impedimento, tractando sancita, d. d. 14. Decembr. An. 1398.

In Dei nomine Amen.

VIr Nobilis, et D. Muley Jsachi Bebiulel nunc locum tenens Sereniss. Principis et D. Muley Busserii Regis Tunisi, Sarchi, Garbi, t totius Barbariæ, auctoritatem ad ista ab eo btinens, ut ex dicti Regis scriptura apparet, ecundum relationem omnium scribarum Dohanæ ipsius ex una parte, et discretus vir Andreas Michaelis de Campo Ciuis Pisanus, anquam Arbitrator, Syndicus, et Procurator Magnificorum D. D. Anzianorum Comunis, et Populi Pisani, et D. Jacobi de Appiano Militis Capitanei custodiæ Civitatis Pisarum, eiusque omitatus, fortiæ, districtus et Populi Pisani lefensoris, ut de eius procura constet pub. nstrum. manu Jacobi q. Nocchi de Cascina Ciuis Pisani pub. Not. scriptum D. J. Anno 397. Ind. v. die prim. Jun. secundum cursum, & consuetudinem Pisanorum dd. no. et quolioet dd. nominum, ad infrascr. pacta, conuenionem, pacem, et concordiam peruenerunt renunciantes dd. partes dd. no. exceptioni dictor. pactor. compositionis, pacis, et concordiæ non factorum, et non initorum, Rei sic ut supra, et infra non gestæ, et sic non se habentis, doli mali, metus, conditioni in factum, actioni sine causa, et omni alio jure.

In primis namque videlicet quod omnes Pisani venientes seu applicantes Tunisium, et ad omnes alias Terras subditas Dominationi Regiæ Maiestatis supradictæ sint salui, et securi in personis, et hauere eorum ab omnibus subditis suis cum omnibus mercibus eorum, tam veniendo, morando, negotiando, stando, quam recedendo ab omnibus terris, et locis subditis dicto Regi, quas nunc habet, vel pro tempore acquiret, si fuerint sani, vel naufragi, sint sani, salvi, et securi in personis, rebus, et hauere eorum.

Item si aliquis Pisanus, vel qui pro Pisano appellatur, recipere debuerit, vel petierit aliquod debitum vel conqueri voluerit de aliquo debito, jurib. damno vel emenda ab aliquo Saraceno, vel ab aliquo Christiano, qui sit sub pane d. Regis, teneatur Dohana eidem facere rationem, &

et expedire ipsum Pisanum a credito suo, tam de creditis, quam de iniuriis.

Item, quod Pisani habeant in Tunisio, & aliquis terris subditis d. Regi fundacos cum apothecis, & iurisdictionibus suis, & non possit in fundacis eorum aliqua alia persona extranea habitare, vel stare, nisi cum eorum voluntate. Et teneatur Dohana in reædificationem ipsorum fundacorum laborari, & aptari facere, & soluere, & expendere de pecunia d. Dohanæ, prout consuetum est, & quod nullus in ipsos fundacos intrare valeat sine expressa licentia Consulis Pisanorum, & quorum Posterii sint tales, qui possint & valeant prohibere quibuslibet Saracenis, & quibuscunque aliis personis, ne ingrediantur in fundacos sine voluntate Consulis, & Mercatorum Pisanorum.

Item, quod habeant Pisani in omnibus terris d. Regis Consulem, vel Consules, qui faciat, vel faciant rationem inter eos, & si aliquis Saracenus conquestus fuerit de aliquo Pisano, teneatur eum requirere coram Consule Pisanorum, & Consul debeat eum expedire, & rationem facere, & si hoc non facient, tunc Saracenus possit se lamentari in Dohana, etsi aliquis Pisanorum, vel qui pro Pisano distinguitur, petere debuerit, vel voluerit ab aliquo Saraceno, vel ab aliqua alia persona, quæ sit sub pace dicti Regis, tunc Pisanus debeat petere rationem in Dohana, & Dohana teneatur facere rationem, & eam expedire ab eo.

Item, quod omnes Pisani, & qui pro Pisanis appellantur, de rebus & mercibus eorum, quas vendiderint in Tunisio, & aliis terris & locis d. Regis non soluant pro ipsis rebus, & mercibus, nisi decimam tantum, prout consuetum est.

Item, quod Pisani non soluant de auro, vel argento, pelis, lapidibus preciosis, & jocalibus, nisi medium decimum tamen, necnon, & de quibuscumque victualibus, qui per dictos Pisanos portarentur in dictas terras.

Item, quod Mercationes, res, & merces, quæ portabuntur in Dohana Tunisi, vel quocumque alio loco dicti Regis per dd. Pisanos, non debeant appretiare, nisi ullo pretio, quod dd. res, & merces communiter valeant secundum cursum Terræ, & secundum hoc non fiat eis molestia, vel fortia, & illud dirictum, quod soluere debeat pro dd. rebus, & mercibus non soluant, nec teneatur soluere, nisi à die venditionis per eos factæ de dictis rebus usque ad sex menses proxime venturos, & si de mercibus, quas vendiderint, solutionem consecuti non fuerint, teneatur Dohana eis fieri facere per emptorem, & tunc soluere debeat dirictum suum, & si solutionem consecutus non fuerit, non teneatur solvere aliquod dirictum pro prædictis.

Item, si aliquis Pisanus, vel qui pro Pisano appellatur, appretiauerit aliquas merces, vel mercationes, lapides pretiosas, perlas, vel smeraldos, aurum vel argentum ad aliquas terras dicti Regis, & ipsas res, vel merces vendere noluerit, non compellatur ad ipsas vendendas, sed licite possit ipsas res, vel merces reducere ad quæcumque loca voluerit, sine eo quod præstet, vel soluat aliquod dirictum pro ipsis rebus, & mercibus.

Item, si aliquis Pisanus, vel qui pro Pisano appellatur, vendiderit alicui Christiano Nauem, Galeam, vel aliquod aliud lignum existenti in pace cum dicto Rege, non teneatur soluere aliquod dirictum, nec etiam si emant à dicto Christiano, teneatur soluere aliquod dirictum.

Item, si aliquis Pisanus, vel qui pro Pisano appellatur, vendiderit aliquas res, vel merces in terris subditis dicto Regi, & voluerit transitum facere ad alias terras subditas Domini Regi, possit licite ire, & emere res, quas voluerit, & de eo, quod vendiderit, teneatur Dohana facere d. venditori Instrum. testimoniatum, quod possit emere, & portare res, & merces, quas voluerit, sine eo quod soluat aliquod dirictum, & etiam possit ipse venditor facere procuratorem, qui emat pro eo non soluendo ipse, vel procurator suus aliquod dirictum, vel aliquod aliud.

Item, quod omnes merces, & totum illud, quod Pisani vendiderint per manus Torcimannorum, vel in collega cum testimoniis, quod ipsa venditio sit, & esse debeat, sub fidejussione Dohanæ, & similiter in omnibus terris, & locis subditis d. Regi, & omne illud, quod vendiderint sine Collega, testibus, & Dohana, non - - - - - - - - teneatur dicta Dohana.

Item, quod si aliquis Pisanus vendiderit aliquas merces per manus Torcimannorum, & habuerit auham, seu caparram, & ille, qui ipsas merces emere voluerit, viderit, forum non possit frangi aliquo modo, sed Dohana teneatur accipi facere dict. merces, & solvi facere dicto Pisano per dict. emptorem, qui ipsas emerit.

Item, si aliquis Pisanus emerit mercimonia, vel alias res ab aliquo offitiali, vel Musiriffo d. Regis, vel de aliqua terra, quæ sit subdita dicto Regi, & habuerit de emptione Instrum. testimoniatum in manu sua, quod non possit frangi dict. venditio per dict. offitialem, nec etiam per aliquem alium successorem suum, sed sit ipsa venditio firma, & firma permanere debeat.

Item, quod omnes Torcimanni sint, & esse debeant æquales in Torcimannia, & in eis non sit aliqua prioratas, nec differentia, & soluatur dictis Torcimannis pro eorum Torcimannia milliarenses quinque de auro de omni centenario bizantiorum tantum, & sine aliqua iuncta.

Item,

Item quod Pisani habeant, vel habere debeant in Dohana Tunisii, & in omnibus terris subditis d. Regi scribam, qui faciat ipsis Pisanis rationes quandocumque voluerint, & possint dicti Pisani, facta ratione, & habita albara expeditionis suæ, ire, quo voluerint, sine aliquo impedimento, tam per mare, quam per terram, & si forte dd. Pisani redierint ad illa loca, non possint, & debeant iterato molestari, vel generari de dicta ratione facta ad aliquam rationem faciendam aliqua occasione.

Item quod permittat ire, & redire omnes Pisanos, qui ire voluerint horis consuetis, in navibus, galeis, & lignis eorum, pro eorum necessitatibus, prout consuetum est, nec etiam possint prohiberi, quod emant granum, farinam, & alia victualia pro patronis, & marinaris navium, galearum, & aliorum lignorum ipsorum, & non petatur de prædictis eis aliquod dirictum. Et quod si aliquis Pisanus, vel qui pro Pisano appellatur, dixerit aliquod malum, seu dammum dederit Saracenis, vel Christianis, vel cuicumque personæ, non propterea aliquis Pisanus, vel qui pro Pisano appellatur, melestatur, sed impediatur, nec detineatur in persona, vel rebus, ita quod Pater non teneatur pro filio, nec alter pro altero d. causa molestari, vel gravari possit in aliquo.

Item quod ille Consul, vel officialis, qui erit deputatus, & remanere debuerit in Tunisio, & in aliis locis subditis d. Regi, pro Communi Pisano possit, & debeat intrare ad Majestatem Regiam Inclitam bis in mense, qui possit notificare d. Regi esse, & conditionem Mercatorum Pisanorum.

Item si acciderit, quod Curia Regiæ Majestatis concederet alicui Christiano aliquo modo, quod Barcæ, vel ligna ejus venirent ad Lagolettam Tunisii, seu usque ad Dohanam, teneatur ipsa Regia Majestas similiter concedere ipsis Pisanis.

Item si acciderit, quod aliquod lignum, cujuscumque conditionis existat, galea, vel navis Pisanorum, vel aliquod aliud lignum venisset, aut passa, vel passum fuerit naufragium ad aliquas terras subditas dicto Regi pro aliquibus necessitatibus, possint Pisani licite discaricare sine contradictione alicujus personæ, res, & merces, quas voluerint, & ibi stare, & morari salvi, & securi in personis, & havere sub spe dicti Regis in omnibus terris suis, & si de mercibus, quas discaricaverunt, vel projecerunt per mare, & terra, de ipsis rebus caricare voluerint in ipsis lignis, galeis, vel Navibus, quibus illud acciderit; vel etiam in quibuscumque aliis lignis, libere possint, & de ipsis rebus facere de eorum libitum voluntatis, sine eo, quod solvant aliquod dirictum.

Item quod si aliquis Christianus esset, vel navigaret in aliqua navi, galea, vel ligno alicujus Pisani, & ille Christianus haberet, vel non haberet pacem cum d. Rege, quod ipse Christianus teneatur, & recipiatur a d. Rege, tanquam Pisanus, exceptis illis personis, quæ fecissent particulariter damnum alicui Saraceno subdito dicto Regi. Similiter, & adhuc quicumque Pisanus navigans quocumque modo in navi, galea, vel ligno cujuscumque personæ, honoretur, salvetur, & custodiatur in persona, & havere a quibuscunque Saracenis subditis d. Regi.

Item si aliquod lignum, galea, vel navis alicujus Pisani esset in mari, vel in portibus, & aliquod lignum, galea, vel navis saracenorum subditorum dicti Regis similiter esset, quod ipsi Pisani salventur, & custodiantur ab ipsis Saracenis in personis, rebus, & havere.

Item quod tam Curia, quam Dohana quam etiam aliæ singulares personæ facere debeant solutionem de eo, quod dare debuerint procuratoribus quorumcumque Pisanorum debentium recipere ab ipsis, ostendendo eorum procuras legittime scriptas in latino, non obstante, quod non sint scriptæ in saracinesco, & quod d. procura translatetur de latino in arabicum, & quod passare debeat contra Saracenos ad posse petere.

Item quod Mercatores Pisani non teneantur nec debeant solvere pro eorum roba, seu mercibus, bastaxiis, rochaxiis, caramariis, & aliis similibus, nisi sicut ab antiquo solvere consueverunt, & tam pro sensariis, quam pro quibuscumque aliis avaritiis.

Item quod possint dicti Pisani concedere cartas suas ejus, quod recipere deberent a d. curia, seu a dd. officialibus, unus alteri, & ex altero in alterum, & de uno in alium Pisanum tantum.

Item si aliqua persona, quæ non esset Pisana, navigaret ad d. terras d. Regis cum dd. Pisanis, tractetur, & tractari debeat, & honorari a subditis d. Regis, prout, & sicut Pisani tractantur & honorantur, salvo tamen, quod d. talis persona, quæ non esset Pisana, ut supra, solvat, & solvere debeat dirictum suum, prout debet, & non sicut Pisana.

Item quod dicta pax passare debeat in omnibus terris subditis d. Regi, quas nunc habet, vel pro tempore acquiret, & aliqua persona, seu officialis d. Regis non possit, nec debeat diminuere, nec destruere aliquid de dictis capitulis, nec per consuetudinem, nec per aliquem modum. Et quod d. pax scribatur, & mittatur ad omnes terras, & loca, & dohanas subditas d. Regi, & quod teneantur, & attendantur d. capitula, prout in d. carta pacis continentur, & observentur cum effectu.

Item quod nullus Pisanus audeat, nec præsumat navigare in aliquibus lignis cursalium, qui faciant cursum contra prædict. Regiam Majestatem, sed omnes Saraceni subditi d. Regis esse debeant, & intelligantur salvi & securi in havere, & in personis in Civitate Pisana, & in omnibus terris subditis dictæ Civitati Pisanæ.

Item quod si aliquis Pisanus, vel qui pro Pisano

fano appellatur, armasset lignum suum, sive galeam, pro eundo in cursum contra saracenos subditos d. Regis, teneatur d. Civitas Pisana suum posse facere in capiendo ipsos cursales in personis, & havere, & si eos ceperint vindictam facere, que de cursalibus fieri debet, & res eorum dare, & consignare in Dohana Tunisii, quod si eos personaliter habere non potuerint, publicentur tantum eorum cursalium bona, si reperientur, dictæ Dohanæ, Et si forsitam d. Saraceni, vellent amare ligna, vel galeas, pro eundo, vel mittendo ad capiendum dd. cursales, tunc teneatur d. Civitas Pisana eis dare, & præstare auxilium, consilium, & favorem, & si oportuerit, etiam cum eis ire ad capiendum ipsos cursales, vel malefactores.

Item quod nullus Pisanus in portubus terrarum dicti regis audeat, vel præsumat alicui damnum inferre, quoniam tunc pro omnibus Consul, sive Consules Pisanorum puniretur, sive punirentur.

Item quod si aliquis Pisanus armasset aliquam galeam, vel lignum pro eumdo in cursum, & aliquis Saracenus exiret de Tunisio, vel de terris subditis d. Regi, tunc ipsi Pisani teneantur, & debeant ipsos Saracenos custodire, & guardare, si ad ejus manus pervenerint, tam in havere, quam in personis, & similiter si Saraceni essent in cursu contra aliquas gentes, & Pisani issent, vel recederent de Tunisio, vel de terris subditis dicto Regi, teneatur, & debeat ipsa Regia Majestas, & Dohana ipsum Pisanum vel Pisanos, si ad ipsorum Civitates pervenerit, vel pervenerint, sanos, & salvos facere tam in havere, quam in personis, sane semper videlicet, quod omnes & singuli Pisani sint salvi & securi a dict. cursalibus in havere & personis in quibuscumque locis, tam in mari, quam in terra, & si forte Pisani egerent auxilio dictæ Regiæ Majestatis, ipsum illud tradere teneatur.

Prædicta autem pax, conventio, & pacta facta sunt inter dictas partes, dd. nominibus, & inde intelligatur esse inter omnes terras, homines, & quoscumque subditos dictæ Regiæ Majestatis, quas nunc habet, & pro tempore acquiret, & non frangatur per aliquod magistratum, tam dohanarum, quam per magistratum dictæ Regiæ Majestatis, suprascripta pax, conventio, & pacta infringi, seu revocari non possit, nec omnia & singula superius denotata modo aliquo vel consuetudine per aliquem frangi possit. Et scribatur dicta pax, conventio, & pacta per omnes terras subditas dicto Regi, ut dicta pax, conventio, & pacta attendantur, & observentur per omnes terras, & subditos dicti Regis. Et promiserunt inter se dictæ partes vicissim nominibus, quibus supra, attendere, & observare, & attendi & observari facere. V. suprascriptus Nobilis Vir Mulay Isachi Ben Biulel, & discretus Vir Andreas Michaelis, ille pro dicta Regia Majestate, ejus Curia, & Dohana Tunisii, & aliorum locorum dicti Regis, hic pro Civitate, & Commune Pisanum, modis, & forma superius denotatis. Et quod dicta Pax, conventio, & pacta durent & observari debeant per dictas partes, prout supra, in perpetuum, & supradicta omnia interpretata, & translata per Torcimanos fuerunt de lingua Arabica, & Saracena in Latinam, & de Latina in linguam Arabicam, sive Saracenam per Pierum Paganucci Pisanum Civem habitantem in Tunisio in fundaco dd. Pisanorum Torcimannum.

Celebrata autem fuit hæc pax die XIIII. mensis Decembris Domin. Incarnationis, Anno MCCCLXXXXVIII. secundum cursum Civitatis Pisarum.

XXXII.

Privilegium Ruperti, Romanorum Imperatoris populo Communique Florentiæ concessum, quo ei omnia, quæ olim ad fiscum, mensam, vel Cameram Imperialem pertinuerunt, nec minus alia Privilegia plenissimo jure indulsit, d. d. 4. Julii, An. 1401.

RUpertus &c. ad perpetuam rei memoriam. Decet Regiam Majestatem qualitatem respicere subditorum, & illos propensiori gratiæ munere prosequi, quos devotionis & fidei constantia & toleratione laborum viderit plus mereri. Considerantes igitur dilectos filios, populum & communionem Florentiæ, super omnes Italiæ populos erga SS. Romanum Imperium, ad cujus apicem Deo dante, sicut ordinati sumus, sic intendimus pervenire, semper se fideliter habuisse, Regibusque Romanis & Imperatoribus legitime constitutis, justeque prosequentibus cœptæ devotionis officium & obedientiæ debitum præstitisse nec non & Imperii jura singulariter conservando, suæ libertatis thesaurum inæstimabilem, non animi magnitudine solum, sed multo omnium expensarum onere, profusioneque sanguinis defendisse, non videmus, cui justius omnis favor, cuique convenientius omnis gratia debeatur. Quamobrem attendentes omnes illius populi vires & potentiam robur Imperii & fortitudinem nostram esse, terras omnes atque civitates, propugnacula, villas, provincias, & castra, quæ per dictum populum & commune tenentur, reguntur, & gubernantur, quævε possidentur, aut cum eis aliquo subjectionis fœdere inclusæ sunt, aut quæ ex contractu, vel quasi contractu quopiam, testamento, codicillis, donatione tam mortis causa, vel inter vivos, aut aliqua alia ultima voluntate, vel inter vivos titulo, quæ omnia tenore præsentium, ex certa scientia confirmamus, & approbamus, ad dictum populum & commune

mune quomodolibet pertinerent, aut pervenissent, sive in quibus populus, & commune præfatum jus, custodiam vel jurisdictionem, aut præeminentiam habet, & ad præsens dignoscitur obtinere, maximeque civitates, provincias, castra, terras & loca, quæ nominatim inferius describentur, eidem populo communique Florentiæ Regiæ Majestatis auctoritate, animo deliberato, & sano Principum, Procerum & Baronum nostrorum accedente consilio, & consensu, & ex certa scientia, libere donamus, concedimus, & largimur, cum omnibus eorum juribus, & pertinentiis, curiis, territoriis, & comitatibus, atque districtibus, hac edictali nostræ benignitatis epistola, perpetuoque rescripto jubentes, declarantes, & decernentes, ea omnia ad eundem populum, & commune jure plenissimo pertinere, etiamsi feudalia forent, vel aliquo tempore fuisse feudalia dicerentur, aut dici possent; non obstante, quod ad nos vel prædecessores nostros, vel ad divas Augustas, vel in fiscum, aut imperialem, vel augustalem mensam, vel cameram essent, vel dici possent quomodolibet devoluta, vel etiam specialiter assignata, ea omnia de plenitudine potestatis, & omni via, ratione vel jure, quo melius & validius possumus, prælibato populo, & communi, jure plenissimo concedentes, volumusque cuncta Regalia, tributa, pedagia, gabellas, obventiones & reditus, flumina, sylvas, & nemora, piscationes, pascua, & aucupia, quæ de jure solent ad fiscum, mensam, vel cameram regiam, imperialem, vel augustam quomodolibet pertinere, nec non omnes condemnationes factas, aut faciendas, & quæcunque devoluta forent ad regiam, augustalem, vel imperatoriam majestatem, etiamsi dicerentur, vel essent, alicui, vel aliquibus, vel divis etiam augustalibus specialiter assignata, nec non auri fodinas, sive cujuscunque metalli mineras, & thesauros omnes, & universaliter omnia jura fiscalia, sive regalia in dicta cavitate, & terris supra concessis, vel harum serie nominandis, esse pleno jure, populi, communisque prædicti, & ad ipsum pleno jure legitime pertinere, cum omni censu, præstatione, vel jure, quæ per prædictam civitatem, & populum, atque terras, supra concessas, & inferius nominandas, Sac. Rom. Imperio deberentur, & cum omnibus angariis & perangariis, quæ dicto populo, vel communi, quocunque jure possunt indici, vel futuris temporibus indicerentur, quæ omnia, sicut dictum est, ad populum & commune dictæ civitatis nostræ Florentiæ plenissime pertinere volumus & jubemus, in subsidium expensarum, quas pro defensione suæ libertatis & status, quotidie facere cogitur & subire. Confirmamus etiam omnia fœdera, submissiones, deditiones, & pacta, quæ dictæ terræ fecissent eidem, vel cum eodem populo, & communi, quorum tenores hic haberi volumus pro nominatis & sufficienter expressis, ita quod in populi Florentini favorem perpetuo valeant, & plenam obtineant roboris firmitatem; Et quum, ut Ulpianus scripsit, magni faciant provinciales suas sibi consuetudines observatas, præsentium auctoritate decernimus & jubemus, dictam civitatem Florentiæ, suumque civitatis territorium & districtum, & dictas suprascriptas, & infrascriptas civitates, terras, & loca, per officiales, & rectores, tam cives quam forenses, per eundem populum & commune, & non per alios, quacunque fungerentur auctoritate, deputatos & electos, vel quomodolibet deputandos, regi & gubernari debere, secundum formam statutorum & ordinamentorum dicti populi, & communis nunc vigentium, vel quæ imposterum ederentur, quæ statuta & ordinamenta, & omnes alias quascunque leges municipales, dicti populi & communis Florentiæ, tam editas, quam edendas, cum mutationibus, & correctionibus, quas faceret, vel fecisset dictus populus & commune, confirmamus & approbamus, jubentes eas habere plenissimam roboris firmitatem. Cæterum cum rerum experientia doceat, nobiles viros, priores artium & vexilliferos justitiæ, populi & communis Florentiæ, qui nunc sunt, vel in posterum in officio præsidebunt, toto tempore, quo talis eorum duraverit magistratus, tam in civitate Florentiæ, quam in civitatibus, provinciis, & locis supra concessis, ac etiam proxime nominandis, regios & imperiales vicarios nostros, & Imperii Sacr. irrevocabiliter & generales constituimus, facimus & ordinamus, cum administratione plenissima, committentes eisdem plenissime vices nostras toto tempore vitæ nostræ, nec non & in perpetuum, donec forent expresse per successores nostros, legitime tamen intrantes, nominatim & specialiter revocati, statuentes & ordinantes, quod dicti priores, & vexilliferi, vicarii nostri, vel aliqui alii rectores, & officiales ad regimen dictæ civitatis, & locorum eidem tenore præsentium concessorum, cogi non possint, aut debeant, alibi reddere de suæ administrationis officio rationem, quam in civitate Florentiæ, & coram judicibus, Magistratu, vel Syndicis, per eundem populum, & commune deputatis ad hoc, vel imposterum deputandis, & non alibi, vel per alios quoquo modo. In quorum omnium signum, firmitatem & robur nobilem virum Bonacursum, quondam Neri de Pictis, Syndicum dicti populi & communis, ut publice constat manu Petri Serperi de St. Miniate Florent. Notarii publici, pro ipso communi Florentiæ recipientes, & ipsum populum & commune in persona dicti Bonacursi per annuli traditionem, de prædictis omnibus investimus, auctoritate regia, supra dicta & de plenitudine potestatis, ex certa scientia, & proprio nostro motu, & omni via, jure nostro, & modo, quibus magis & melius possumus & valemus, nomina vero dictarum civitatum, terrarum & provinciarum, & ipsarum designationes sunt hæc: videlicet civitas Aretii, cum omni suo solito & antiquo comitatu atque districtu, civitas Pistorii & civitas Vulterra

terra &c. cum omnibus eorum solitis & antiquis comitatibus atque districtibus, provincia vallis Nebulæ, provincia vallis Arianæ, provincia vallis Arni, inferiore, terra Bargliæ & summæ Coloniæ, cum pertinentiis ipsarum, terra S. Miniati Florent. cum omni antiquo suo comitatu atque districtu, & specialiter cum communi & castro Collis longæ terræ, provinciæ Florent. in partibus Romandiolæ, & omnia, quæ in dicta provincia Romandiolæ, vel Massæ Trebariæ fuissent dicto communi Florentiæ relicta vel concessa, seu in quibus eis esset jus aliquod constitutum aut quomodolibet pertineret, omnes terræ quæ tenebantur, vel essent alieni juris, vel aliquorum de Waldinis - - - - - - aut aliquo vel aliquibus de progenieque de Petra mala, quæ terræ forent in alpibus montibus, aut vallibus sive planis provinciæ Tusciæ, quarum omnium nomina habeantur pro expressis, & declaratis: terræ quoque collis Vallis Elsæ St. Cemniani, Martiani, Planiciei Aretii, Coretii, Castellionis Florentini, Montis Politiani, Valiani, Sillani, Tapolis, Montamine, Anglaris, Fogani, & Fucignani addicitur Eucignano, Darezo & omnes terræ & loca, quæ fuissent dicto populo vel communi relictæ, submissæ vel aliquomodo concessæ, vel alteri pro ipso populo vel communi recipienti & seu dicto populo & communi tam in partibus Cisentini, quam in provincia Romandiolæ, Massæque Trebariæ, vel alibi in partibus circumstantibus, vel quæ ad ipsum populum & commune forent jure quopiam devolutæ, & generaliter omnia alia & singula, quæ per dictum populum seu commune tenentur seu possidentur, reguntur & gubernantur, & in quibus habent jus aliquod, custodiam, jurisdictionem, vel præeminentiam, quoquo modo, mandantes atque jubentes eis & cuilibet ipsorum & ipsarum, & hominibus, personis & incolis eorundem, & ipsarum prædictis nostris vicariis, populoque & communi Florentiæ tanquam nobis in omnibus pareant & intendant sub pœnis & conditionibus ordinandis seu ordinatis per ipsum populum & commune Florentiæ. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ donationis, concessionis, largitionis, ordinationis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire, sub pœna indignationis nostræ gravissimæ, quam qui secus attentare præsumserit, se cognoscat illico incursurum, & sub pœna mille marcarum auri purissimi, in quas illos qui quavis temeritate contrafecerint, sive venerint, irremissibiliter incurrere decernimus & jubemus, & eandem ab eis totiens, quotiens contrafactum vel contraventum extiterit, exigi volumus & committi, & medietatem dictarum marcarum nostri Regalis, seu Imperialis ærarii sive fisci, & partem residuam injuriam passorum usibus applicari, decernentes ex nunc de plenitudine Regiæ atque Cæsareæ potestatis irritum & inane, quodcunque in contrarium a quocunque fuerit attentatum, Præsentes quoque litteras nostras sive præsens privilegium durare volumus toto tempore vitæ nostræ, & ad beneplacitum Imperii, & donec per successores nostros legitime intrantes expresse & specialiter fuerit revocatum. Decernimus quoque, committimus & mandamus, quod mox, ut fuerimus Imperiales infulas assecuti, Imperiales nostræ fieri debeant confirmatoriæ prædictorum. Et ex nunc intelligantur data & concessa prædicta, vel in minimo non mutata, etiam absque alia aliqua requisitiune, vel - - - nobis vel nostro Cancellario facienda. Testes hujus rei sunt venerabilis Fridericus, Archiepiscopus Coloniensis, Imperii per Italiam Archi-Cancellarius. Illustres Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Bavariæ Dux. Carolus Dux Lotringiæ. Nobiles Philippus de Nassau & Suraponte: Emilius de Leiningen, Regalis nostræ curiæ Magister. Gerhardus de Kirberg. Fridericus de Mörse. Jo. Frid. de Leiningen, Comites spectabiles, Sigehardus de Winsperg. Eberhardus Pincerna de Erpaden Senior, Barones. Honorabiles Conradus de Hirtzhorn, St. Stephan. Moguntinensis, Wilhelmus Beatorum Apostolorum Coloniensium ecclesiarum præpositi, Magister Nicolaus Pervvin, Sac. paginæ Professor. Strenui Wipertus de Helmstad Senior, Johann. de Hirtzhorn, Johannes Camerarius de Talburg, Schilling de Fillig. Henricus de Dadenberg, Sifridus de Lapide, milites, nec non quam plures alii nostri & Imperii nobiles & fideles, Harum sub Regiæ nostræ Majestatis sigilli appensione testimonio literarum, datum Moguntiæ die quarta mensis Julii, Anno Domini M.CCCC. primo, regni vero nostri anno primo. Ego Rabanus Episcopus Spirensis, regalis Aulæ Cancellarius, vice Reverendissimi in Christo Patris Domini Joannis Archiepiscopi Moguntini per Germaniam Archicancellarii recognovi.

XXXIII.

Tabulæ fœderis inter Rupertum, Romanorum Regem, & Populum Communeque Florentiæ icti, de An. 1401.

PUncta Tractatus inter Serenissimum Principem, Dominum nostrum Regem Rupertum, & ambassiatores Florentinos. Inprimis Serenissimus Princeps, Dominus noster Rex, pro expeditione celeriori Principum, Procerum, Baronum, & militum secum ducendorum in Italiam, vult dono a Florentinis servitoribus suis fidelissimis ducenta millia ducatorum, cum quibus possit intrare Italiam, in exterminium comitis virtutum, & pro honore Imperii & favore suæ fidelissimæ civitatis Florentinæ, de quibus quidem ducentis millibus ducatorum, vult in Abinania f. Allemania valorem centum decem millium ducatorum, quos ipse Dominus Rex reperiat a mercatoribus Alamannis, vel ab aliis, quibus

bus mercatoribus dicti Florentini servitores qui teneantur facere promissionem de solvendo in civitate Venetiarum, dicta centum decem millia ducatorum, sub conditione, ut infra dicetur.

Item, quod dicti Florentini reliquam summam dictorum ducentorum millium ducatorum dare debeant dicto Domino Regi, videlicet ducatos nonaginta millia in dicta civitate Venetiarum, vel alibi, ubi commodius & habilius fuerit Domino Regi & Florentinis, pro satisfactione stipendiariorum ad duos menses proxime futuros, incipiendos a die primæ solutionis, vel promissionis faciendæ dictis mercatoribus, videlicet cum dictus Dominus noster rex fuerit in Italia cum felici exercitu suo, ad invadendum Territorium comitis Virtutum hostiliter & potenter, exclusis dolo & fraude.

Item, quod dicti Florentini in casu necessitatis pro tribus mensibus teneantur mutuare dicto Domino Regi, usque in summam ducentorum millium ducatorum, mutuandorum de mense in mensem, prout pro rata contingit, de quibus quidem ducentis millibus ducatorum dictus Dominus Rex teneatur & debeat facere & præstare idoneam cautionem de restituendo ad terminum, de quo concordes fuerint, dictis Florentinis.

Item, quod dictus Dominus Rex concedat in forma petita, & de quo majestati suæ - - - coperiam, privilegium dictis Florentinis, videlicet toto tempore vitæ suæ duntaxat, ita tamen, quod dictus Dominus noster habeat censum annuum - - - - - juxta quantitatem & qualitatem, prout Florentini secum concordabunt.

Item, quod promissio facienda, ut supra dicitur, per Florentinos, fiat sub ista conditione, si & quantum dictus Dominus Noster Rex transeat in Italiam, anno præsenti, & habeat terminum ad transeundum in Italiam a die, qua pecuniam receperit, seu promissio facta fuerit mercatoribus, ad unum mensem cum dimidio, tunc proxime futurum, salvo, quod si mors, quam Deus avertat, invaserit eum, ut esset in itinere præparatus cum dicto exercitu, quod tunc in eo casu promissio libera sit & firma, videlicet quod Florentini amittant pecuniam, & Dominus Rex, quod similiter Deus avertat, personam.

Item, quod Dominus Noster Rex teneatur & debeat, pro posse delere statum, & dominium dicti comitis Virtutum, & eum totis viribus suis persequi, & ipsam civitatem Florentinam, commune, & populum Florentinum manu tenere in libertate sua, statu & dominatione conservare.

XXXIV.

Instrumentum conscriptum de actu solenni, quo Florentini Joanni le Meingre, dicto Boucicault, Marescallo Franciæ, Locumtenenti Regio & Januensium Gubernatori, unum pulchrum equum cursorium pro Rege Francorum, in recognitionem devotionis & fidei ipsi pro Civitate Pisarum & ejus territorio debitæ, præsentarunt, d. d. 6. Octobr. An. 1407.

In Nomine Domini Amen.

Cum vigore cujusdam promissionis factæ per egregios & nobiles viros, Dominos Bartholomæum de Populeschis, Legum Doctorem Ginum Nerii de Caponibus, & certos alios eorum Collegas, cives Florentinos, Syndicos, & Syndicario nomine magnifici Communis Florentiæ illustri & magnifico Domino Johanni le Meingre dicto Boucicault Marescallo Franciæ Locumtenenti Regio & Jannuensium Gubernatori pro Serenissimo Rege Francorum, dictum Commune Florentiæ teneatur dare dicto Serenissimo Domino Regi Francorum, sive ejus locumtenenti aut mandatario Januæ existenti unum pulchrum equum cursorium, sive dextrarium quolibet anno, pro civitate Pisarum & ejus territorio, duntaxat in recognitionem devotionis & fidei dicto Serenissimo Regi, sicut in instrumento super hoc & aliis facto & confecto 1405. die 28. mensis Augusti per Serpetrum Angelicionis, Notarium Florentinum, & Lazarum de Manescarchis, Notarium Januensem, seriosius continetur. Vir nobilis Scander Ligii de Quaratensibus, civis Florentinus, Syndicus, ut asserit ad hæc specialiter constitutus, & Syndicario nomine dicti magnifici Communis Florentiæ & ejus vice & nomine de cujus mandato & syndicatu apparere asserit publico instrumento scripto manu Pauli Ulcebenis, Notarii Florentini hoc præsenti anno die vigesimo quarto Septembris, traditis primus per eum dicto illustri Domino locumtenenti, litteris clausis & sigillatis eidem Domino locumtenenti directis per magnificos Dominos Priores artium & vexilliferum Justitiæ populi, & Communis Florentiæ quarum tenor talis est.

Illustri & Magnifico Domino, Domino Joanni le Meingre, dicto Boucicaut Marescallo Franciæ, locumtenenti Regio, & Januæ Gubernatori, Fratri amico Nostro charissimo.

Illustris & Magnifice Domine Frater & amice charissime, quoniam ab his qui nostræ Reipublicæ gubernacula tenuerunt, diligentissime semper observatum fuit, ut fidem omniaque, quæ publica authoritate promissa essent, integerrime observarent, Nos, qui singulari cura hanc servandæ fidei virtutem a majoribus nostris acceptam sequi studemus, cum recordemur, quod inter fœdera, quæ in concessione civitatis Pisanæ nobis facta nobiscum percussimus, illud inest, ut quotannis gloriosissimo Regi Francorum aut cuicunque ejus vicem gerenti Januæ, vel alibi equum insignem præstaremus, statuimus illud exequi, ad quod faciendum nos adstrin-

ſtrinximus, quapropter per Noſtrum Reipublicæ Syndicum equum præſentantem forma, ad magnitudinem veſtram, ut a Regium Locumtenentem, mittimus, ut hoc devotionis & fidei, quam, pro conceſſione Piſarum, adverſus invictisſimum Francorum Regem gerere debemus, ſemperque dum nobis permittetur habebimus, teſtimonium ſic manifeſtisſimum. Datum Florentiæ die vigeſimo ſexto Septembris 1406. indictione prima. *Priores artium & Vexillifer juſtitiæ, Populi & communis Florentiæ.*

Dedit pro primo præſenti anno dicto illuſtri Domino, Domino Joanni, tanquam locumtenenti Regio, in executione dictæ promisſionis, unum pulchrum equum Curſorium pili leardi rotati ſicut per dictos magnificos Dominos priores artium & vexilliferum juſtitiæ mandatum eidem Andreæ fuiſſe aſſerit, per litteras dicto illuſtri Domino Locumtenenti exhibitas & oſtenſas per ipſum Andream continentiæ ſubſequentis.

Nobilibus viris Sandro Ligii de Quaratenſibus, in civitate Januæ civibus noſtris, Charisſimi Priores artium & Vexillifer juſtitiæ populi & communis Florentiæ, dilectisſimi Noſtri Perche per la conceſſione ano i fatta della citta di Piſa dal Re di Franza noi ſiamo obligati a dar ogni anno àl ditto Re, o a Suo Commiſſario o vero Luoghotenente uno Corſiere o vero doſtriero, per tanto habbiamo eletti noſtri Syndichi a repreſentare il detto Cavallo tutti viſienſe, & ognuno di noi in tutto, & per tanto vogliamo, & commandiami che noi repreſentiati il ditto cavallo Coſei in vice & nome del comune in quello modo, & in quella forma che vedera pagolo del volta & quale mandiamo coſta proprio per queſta facenda. Datum Florentiæ die vigeſimo ſexto Septembris 1407. indictione prima.

Dictus vero illuſtris Dominus Regius Locumtenens, dicens, quod de recipiendo aut refutando, & non recipiendo equum ipſum, nullam commiſſionem habeat a dicto Sereniſſimo Rege Francorum, dictum equum nomine Regio recepit, ſub proteſtatione tamen, quod ſi dictus Sereniſſimus Rex Francorum declarabit, dictam equi receptionem non eſſe ſibi gratam vel acceptam, aut ipſam refutabit, tunc ex eo caſu dicta equi receptio per Dominum Dominum Locumtenentem, nomine Regio, ut præmittitur, facta pro non facta & nulla habeatur, & dicto caſu adveniente promiſit Dominus Dominus Locumtenens dicto Sandro præſenti & Syndicario nomine recipienti dictum equum reſtituere dicto Communi Florentiæ, dicens, quod dictum equum bene gubernari & nutriri faciet, donec ſuper dicto facto voluntatem ſciverit ejusdem Sereniſſimi Domini Regis, cui facturus eſt notitiam de prædictis, de quibus omnibus dictus illuſtris Dominus Locumtenens, & Sander rogaverunt & mandaverunt per nos Julianum Panicarium, Notarium, & Communis Januæ Cancellarium, & Paulum Voltebonis, Notarium Florentinum & utrumque noſtrum in ſolidum fieri præſens publicum inſtrumentum in teſtimonium veritatis. Actum Januæ in platea Palatii communis Januæ reſidentiæ Domini Domini Locumtenentis Regii anno Dominicæ nativitatis 1407. indictione 15. ſecundum curſum Januæ & anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1407. indictione prima, ſecundum morem Florentinorum, die ſexto Octobris, hora tertiarum, præſentibus teſtibus Reverendis in Chriſto Patribus Dominis Petro Meldenſi, Patro Cameracenſi, Guillelmo Embroicenſi Epiſcopis, Legatis & Conſiliariis dicti Sereniſſimi Domini Regis, Dominis Roberto de Milli, & Hugone Choletti militibus Francigenis, Domino Antonio Juſtiniano, milite Januenſi, Domino Hugone de Grimaldis, Legum Doctore, Joanne Centurione quondam Roſſi & Coſma Tarigo civibus Januæ ad hæc vocatis & rogatis.

Julianus Panicarius Imperiali autoritate Notarius & communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus interſui, & rogatus una cum dicto Paulo Notario de eis præſens publicum inſtrumentum compoſui, quod per alium feci extrahi aliis occupatus.

XXXV.

Breve Pauli II. Pontificis Maximi ad Florentinos, ut Friderico III. Rom. Imperatori Romam profecturo per territorium Florentinum ſalvum liberumque conductum concedant, d. d. 20. Jan. An. 1466.

Dilecti Filii, &c. Scripſit ad nos cariſſimus in Chriſto Filius Noſter Federicus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus: quemadmodum ex voto Romam propediem accedere cupit. Ut autem tutius iter ſuum exiſtat, petit ſalvum conductum per veſtras terras & liberum concedi, cum præſertim ejus adventus cum paucis futurus ſit. Is nos rogavit, ut apud vos pro eo & ejus ſocietate, quæ non tranſcendet numerum tercentorum equorum, procuraremus. Igitur hortamur in Dominum devotionem veſtram (ſperat enim ille, hanc noſtram exhortationem maximi momenti fore in rem ſuam) in hujusmodi ſuo deſiderio ſatisfacere liberaliter velitis. In hoc nedum Majeſtati Suæ, verum & nobis gratisſimam rem feceritis. Dat. Romæ die XX Januarii 1466.

XXXVI.

Litera Friderici III. Rom. Imperatoris ad Florentinos, de itinere ſuo Romam ſuſcipiendo, agentes, d. d. 6. Octobr. An. 1467.

Redditæ ſunt nobis literæ veſtræ ſalvi conductus, quas amantiſſimo Domino noſtro D. Paulo, Summo Pontifici, pro tranſitu noſtro ad Sedem Apoſtolicam tranſmiſiſtis, quæ nobis per-

ergratæ sunt: agimusque vobis, pro singulari in nos observantia vestra, gratias & memores esse volumus. Verum licet proposuissemus omnino hoc autumno Romam proficisci; cum tamen quondam recolendæ memoriæ D. Leonora, Diva Augusta contoralis nostra, his diebus vita functa sit, & Boemius Ducatui nostro Austriæ gravi bello immineat, aliaque ardua nobis incumbant negotia, transitum nostrum differre cogimur. Cum iter tamen post hæc arripere instituerimus, præmature vos certiores reddere curabimus. Datum in Nova Civitate VI. die mensis Octobris, anno Dni MCDLXVII. Imperii nostri XVI. Regnorum nostrorum Romani XXVIII. Hungariæ &c. vero IX.

XXXVII.

Tabulæ fœderis inter Ludovicum XII. Galliæ Regem, & Rempublicam Florentinam, contra eorum hostes in Italia, conclusi, d. d. 15. Octobr. An. 1499.

IN Dei nomine Amen. Anno Domini nostri Jesu Christi ab ipsius salutifera incarnatione 1499. indictione tertia, & decimo quinto mensis Octobris, actum in publico Palatio populi Florentini, præsentibus testibus ad infrascripta singula & omnia vocatis habitis & rogatis. Videlicet Domino Marcello Virgilio, primo Secretario, & Joanne Baptista Æbisi, Lucæ Seralbisi Notario sive scriba infrascriptorum magnificorum Dominorum civitatis Florentiæ; Pateat omnibus evidenter magnifici & excelsi Domini, Domini Priores libertatis & Vexillifer justitiæ populi Florentini, quorum omnia sunt ista videlicet:

Nicolaus Alexandri,
Philippus de Machiavellis,
Joannes Francisci Bernardi de Ugnitionibus,
Joannes Jacobi ductivi de Mancinis,
Antonius Joannes,
Antonius Percorelli de Spinis,
Franciscus Simonis,
Francisci de Guidactis,
Jacobus Antonii,
Michaelis de Contadino,
Et Pierus Francisci,
Betini de Bettinis,
Gionachinus Masius,
Jacobi de Guasconibus Vexillifer justitiæ populi Florentini, in palatio prædicto, & in loco eorum prædictæ solitæ residentiæ collegialiter & more solito congregati, absente tamen Antonio Averardi Antonii de Serristoris, eorum Collega infirmo, visis, auditis & intellectis quibusdam capitulis, conventionibus & pactis, sub die duodecima præsentis mensis Octobris, seu alio veriori die inter excellentissimum, potentissimum & invictissimum Principem Ludovicum duodecimum hujus nominis Christianissimum Regem Francorum, sive agentes pro eo parte ex una, & reverendum in Christo Patrem Dominum Cosmum de Pactiis, Episcopum Aretinum, & spectabilem Virum Petrum de Goderinis Ambassiatores Syndici & Procuratores dicto nomine dominationis Florentiæ, de consensu etiam & voluntate clarissimi Jurisconsulti Domini Francisci de Gualteroris, & spectabilium Virorum Laurentii de Lensis & Alamanniede Salviatis etiam Ambassiatorum dictæ dominationis Florentiæ ad Christianissimum Regem Francorum ex parte altera initis, firmatis, & factis, quorum quidem capitulorum, conventionum & pactionum lingua tamen Gallica ad præfatos magnificos & excelsos Dominos & Vexilliferum justitiæ transmissorum, & in vulgarem sermonem translatorum & transcriptorum tenor, sive totus effectus sequitur & est talis:

Quello che e stado per parlato era Monsignori Cardinali & Marescalchi & Ambassiatori di Fiorence prima e detti Fiorentini si dichiarano amici del Re, & de suoi amici & collegati, cio e nostro sancto Padre Papa, Venetiani, & altri che el detto Signore nominera loro fra uno mese, & inimici de suoi inimici & de loro collegati.

Item che il Re pigliera in amicitia, confederatione & colligatione e detti Fiorentini & tutti loro amici & colligati terre Soldati & stati liquali saranno tenuti nominare fra uno mese.

Item per il mantenimento & difesa della detta Signoria il Re sacro tenuto aiutarli di secento huomini d' armes & quatro millia huomini di pié.

Item non dara il detto Signore nessuno ajuto ne favore ad alcuno rebelle della detta Signoria di Firenze ma gli defendera, persevera & guardera nel loro stato dove di presente sono.

Item confermera & manterra alla detta Signoria tutti li privilegii alloro concessi per le Re di Francia suoi predecessori.

Item lidetti Fiorentini saranno tenuti ajuttare & defendere il Ducato & Stato di Milano & qualumque altro stato, & Signoria che il Re habbe in Italia o possa havere, con quattro cento huomini d' armes & tre mila huomini di pie contro a tutti quelli che li volessino offendere o molestare, o qui qualumque volta che besogno sara.

Item quando piacerra a il Re fare la impresa di Napoli, li detti Fiorentini saranno tenuti & obligar dare & servire il detto Signore di cinquecento huomini d'arme fine allo acquisito profecto del Reame.

Item saranno tenutti e detti Fiorentini al detto tempo pagar al detto Signore la somma di cinquanta mila Scudi doro in tra mesi ciascuno mese, la terza parte per spenderli al pagamento di cinque mila Suizzeri, se tanto dura la detta conquista & impressa.

Item per sicurta del capitolo soprascripto saranno tenuti e detti Fiorentini dare sicurta di blan-

biancho aliove a Milano, a Roma, ou altrove dove piacera al Re.

Item gliè inteso che se durante la detta impressa del Reamo de Napoli egle avenisse, che Dio non voglia, che il Re havesse qualche sturbo, nel suo Ducato di Milano & eglino huvessino mandato aquella e detti cinque cento huomini d'arme, & pagatti, & detti cinquanta mila Scudi o parte degli per il pagamento de detti cinque mila Suizzeri, come qui di sopra se detto il tal caso, non saranno tenuti adjutare il detto Signore de detto qualtro cento huomini d'arme, & tre milla huomini di pie, per la difesa, & amantenimento del Domino Ducato, el Stato di Milano, o altra Signoria che il Re habbia o passe havere in Italia ma facendo l'uno de detti adjutti l'altro cessera. Et per che il Re passato, acui Dio pardoni in sua vita haveva promesse far rendere & restituire ad Fiorentini la Villa di Pisa nisieme con tutte le sue appartenenze, il detto Signore desiderando & volendo discari carne & quietarne la conscientia del detto Re passato sara tenuto fra uno mese mittere pena & tutta diligentia per littere, rescriptioni, mandamenti di messaggi, & altri mesi di mettere, & far rendere per dolcezza, amicitia a detti Fiorentini la detta Villa & citta di Pisa nisieme con tutte le sue appartenenza nella forma & manera che la era per inanci la passata del detto Re passado. Et similmente tutte le altre terre & castelli che glihanno perduti dal tempo del detto passaggio fino al presente excetto quelle che tiene la Signoria & Genua, & incuso che per la vie sopra detta fra il detto tempo egli non possa dare & mettere nelle mani loro la detta Villa di Pisa il detto Signore faro loro adjuto & favore per recuperarla per forza & promettera loro & adjuttera rimetterla nelle loro mani & obedientia come ella era, & similmente tutte le dette terre & Castelli perdute di poi la passata del detto Re passato, come detto è, & reputera in questo caso il detto signore suoi inimici quelli che erranno adjuto & favare a detti Pisani allin contro de detti Florentini elle dette terre & detentori di quelle.

Item prometeranno li detti Fiorentini subito che la detta citta di Pisa sara nelle loro mani perdonnare, rimettere, quittare & abolire a detti Pisani la rebellione & di subidentia per lorro fatta senza che di presente ne perit tempo auvenire per ragione di quella alcuna cosa per quistitia ne altrimenti loro sia o passa essere fatta contro alloro in generale, ne in particulare, in qualumque maniera che si siama saranno tenuti le detti Fiorentini & riputarli da hora innanzi come se la detta rebellione & disubidientia, non fussi per loro statta fatta, & trattarli in tutto amore & dilettione & bonivolenza, senza fare loro a causa di questo alcuna extortione i forza o violenza al qual caso le detti Pisani vengono a pianto o a doglienza al reper le cose sopra detto il detto Signore oi potra provedere prompromente, come gli appar terra per la cagione & seranno li detti Fiorentini tenuti fare & esseguire, quelle che egli ne ordinera senza venire, al contrario senza questo tutta volta che il detto Signore nitenda ne voglia pretendere alcuna jurisdictione o dominatione sopra la detta Signoria di Fiorenze ne di Pisa a cagione della detta disubidentia.

Item si la detta cita & villa di Pisa, & le dette terre perdutte di poi il detto passaggio del detto Re Carlo non fussino nelle mani di detti Fiorentini, il detto Re sara tenuto facendo la detta Impressa del Reame di Napoli fas passare l'armata sua o parte di quella in bona forza per la detta Pisa per rimetterla nelle loro mani con egli & contenuto nel articolo di soprascripta facente mentione della restitutione della detta Pisa.

Item che li danari che furono prestati a detti Fiorentini dal Signore Ludovico saranno restituiti al Re come appartenenti, & de danari del suo Ducato & per questo fare saranno visti & visitari per il Signore bian Jacopo e Conti del detto Signore Lodovico & similmente quelle che e detti Fiorentini ditono haver pagato & spese per luo per lui, per il tutto ordina ove del pagamento di detti denari tanto della somma quanto del tempo & quello che per luy ne sera ordinato, seranno tenuti mantenere & observare di punto in punto senza venire al contrario.

Item & per tutta via havere & prehendere con è detti Signori di Fiorenze sicurta & g[illegible] intelligentia non obstante che il Re non habbi maj visto il Signore prefetto niente diniente per li beni & virtu che sono nella sua persona & di cui il detto Signore ha souente ediro par lar edelli Fiorentini pigleranno & riteranno alloro Capitano generale, il detto Signor prefecto il Signore personaggio per bene & securamente servir gli, & nel quale e debbono piglare sicurta & tutta fedanza.

Item è accordato che se fra otto di questi presenti articoli non sono ratificati per la detta Signoria di Fiorenze interamente & secundo la loro forma & tenore senza alcuna restrissione farsi il tutto sara & restera nullo & di nullo effecto, & valore.

Fatto al Castel di Milano di 12. d'Octob. 1499.

Et visis & mature consideratis omnibus & singulis in prædictis capitulis, conventionibus & pactis contentis, promissis, factis & gestis deliberate, & ex certa scientia eorum, vel misso, celebrato & facto inter ipsos magnificos & excelsos Dominos, & vexilliferum justitiæ secundum ordinamenta civitatis Florentiæ secreta scrutinio ad fabas nigras & albas illoque obtento per omnes fabas nigras pro se, ac etiam viva voce, & nemine ipsorum discrepante, dicta scriptura capitula conventiones & pacta ut supra inita, firmata, & facta, & omnia & singula ibidem contenta, promissa, facta & gesta, ut & tanquam Domini & Vexillifer prædicti dictorum nominum pro, & vice & nomine Populi Florentini pro ipso Populo Florentino ratificaverunt approbaverunt & emologaverunt in omnibus & per omnia & quod omnes omnia & singu-

singula, & prout & sicut in eis continetur & scriptum est, rogantes me Franciscum, Notarium publicum & Cancellarium infrascriptum, ut de prædictis publicum conficerem documentum, unum, seu plura.

Ego Franciscus Contani Octaviani Antonii de Aretio publicus Imperiali autoritate Notarius & Judex ordinarius Notariusque publicus Florentinus, nec non Cancellarius Reformationum Consiliariorum populi & communis Florentiæ, prædictis omnibus & singulis supra in præsenti, & una alia præcedenti carta membrana scriptis, dum sic, ut præmittitur, agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus interfui, eaque rogatus scribere, scripsi, in hanc publicam formam redegi, aliis tamen arduis occupatus negotiis per alium in fidem transcribi feci, & per prædictorum fidem me subscripsi & signum, nomenque meum consuetum apposui.

XXXVIII.

Articuli fœderis conclusi inter Ludovicum XII. Galliæ Regem, & Rempublicam Florentinam, d. d. 19. Novembr. An. 1501.

Christianissima Majestas Regis Francorum Ludovicus &c. per præsentia capitula contrahit fœdus & amicitiam cum excelsa Republica Florentina in perpetuum duratura, quæ quidem Respublica ex nunc rejicit quæcunque fœdera in contrarium inita cum quovis Principe aut Republica, dicta autem Majestas de novo recipit Civitatem & Dominium Florentinorum, præsentem statum & ejus libertatem, subditos, loca, terras, & bona solum intra confinia, quæ hodie possident existentia in suam bonam gratiam, & in fide Regis promittit illa cum omnibus statu, Dominio ac juribus suis, quæ ad præsens possidet, conservare, protegere & defendere contra volentes illa, ejus statum & bona molestare, vel inquietare, directe & indirecte, promittens etiam venire ad arma, & omnia opportuna remedia pro tali defensione. Ad quam tamen defensionem cum armis & suis impensis non intelligatur obligari dicta regia Majestas ultra tres annos proxime secuturos incipiendos a die initi præsentis fœderis, & finiendos respective, ut supra &c. & etiam elapso præfato triennio amicitiæ fœdera, & benevolentiæ præfatæ erunt mutuæ & reciprocæ.

Item voluerunt dictæ partes, quod amici & inimici tam dictæ Majestatis, quam dicti Dominii solum quantum pertinet ad defensionem pro tempore supradicto intelligantur amici & inimici communes, & pro talibus & nunc declarantur & appellantur, tanquam si omnes nominatim exprimerentur.

Item quod pro omnibus in quibus alias dictum Dominium teneretur dictæ Majestati ratione quorumcunque capitulorum & pactorum etiam præsentium, & ex alia quacunque causa, quam supra dicta, in primo articulo expressa, à quibus omnibus ex nunc absolvantur, & liberantur, præfatum Dominium promittit solvere dictæ Majestati, sex viginti millia scutorum coronæ sive solæ in termino trium annorum proxime incipiendorum a die præsenti hoc modo & tempore videlicet in quolibet anno quadraginta millia scutorum, ita quod prima solutio quartæ partis dictorum quadraginta millia scutorum, quæ erunt decem millia dictorum scutorum fiat Lugduni in nundinis Augusti proxime sequentis, secunda quarta pars in nundinis omnium sanctorum, tertia quarta pars in nundinis apparitionis, & quarta pars in nundinis resurrectionis Dominicæ, & sic successive sequentibus annis, pro rata & tempore prædictis, per dictum triennium usque ad integram solutionem, quæ solutio fieri debeat in villa Lugduni.

Item casu, quo dicta Majestas super hoc requisita, non protegerit, neque defenderet, durante prædicto tempore, ut supra, & aliquis exercitus hostiliter dictos Florentinos invaderet, aut molestaret, eo casu, ipso jure dictum Dominium sit liberum ab omni promissione, & obligatione præfatis in eo, quod restaret, omni dolo & fraude cessantibus.

Item quod per præsentia capitula intelligatur esse recessum ab omnibus capitulis & tractatibus initis inter præfatam Majestatem, aut ejus oratores & dictum dominium & civitatem, vel pro ea agentes, quatenus non concordarent cum præsentibus capitulis exceptis tamen privilegiis concessis dictæ civitati, & ejus civibus, tam per prædecessores præfati Regis, quam alios &c. Ita quod utraque pars sit ipso jure libera & absoluta.

Item oratores præfati Domini hic præsentes, virtute eorum mandati, præsentibus infixi & in fine eorum inserti, super his a præfato Domino, ad observantiam omnium & singulorum capitulorum omnia bona universitatis Florentinorum, nec non particulares cives Florentiæ, & eorum subditos obligant, & consentiunt, quod in defectum præmissorum possint constringi, & legitimis terminis elapsis (ut præfertur) cujuslibet solutionis ubicunque compelli.

Item promittit dicta Regia Majestas nunquam convenire, vel pacisci cum aliquo hoste, vel inimico dictæ civitatis aut definente bona, vel jura, terras, vel castra ad illam de præsenti pertinentia in præjudicium præsentium capitulorum, vel jurium dictæ civitatis, cui semper liberum sit illa prosequi armis, vel prout sibi commodum fuerit.

Sequitur tenor mandati & est talis:

In Dei nomine, amen. Anno Domini nostri Jesu Christi ab ipsius salutifera incarnatione millesimo quingentesimo primo, indictione quinta, & die decimo septimo mensis Novembris, Actum in publico Palatio Florentino, præsenti-

ſentibus teſtibus ad infra omnia & ſingula ſcripta vocatis, habitis & rogatis videlicet,

Antonio Veſpurcio, Cancellario extractionum officiorum Civitatis Florentiæ &

Nicolao Machiavello, Secretario magnificorum virorum Dominorum Civitatis prædictæ, ac etiam

S. Bonaventura Leonardi eorum ſcriba & Cancellarius;

Pateat evidenter omnibus, qualiter magnifici & excelſi Domini, Domini Priores libertatis, & Vexillifer juſtitiæ populi Florentini, quorum nomina ſunt iſta, videlicet

Simon Antonii Simonis de Benoris,

Pierus Joannes Pieri de Pieris,

Joannes Chriſtophori Bartolomei de Pinellis,

Ludovicus Bernardi Nicolai de Peris,

Dominicus Joannes Dominici de Bartholis,

Pierus Dominaſa Dominici de Fagiolis,

Sigiſmundus Franciſci Bartholomei de Martellis, &

Julianus Hieronymi Sylveſtri de Lapis,

Laufredinus Jacobi Orſinii de Lauferdinis.

Priores libertatis & Vexillifer juſtitiæ populi Florentini in palatio prædicto, & in loco eorum ſolitæ reſidentiæ collegialiter & more ſolito congregati facientes omnia & ſingula infraſcripta, ut & tanquam Domini, & Vexillifer juſtitiæ populi Florentini prædicti & pro & vice & nomine totius dicti populi Florentini, miſſo prius & facto, & ſolemniter inter eos celebrato ſecundum ordinamenta ſecreto ſcrutinio ad fabas nigras & albas, illoque obtento per omnes fabas nigras pro ſe, ac etiam viva voce, & nomine ipſorum diſcrepante & omni meliori modo, quo potuerunt, fecerunt, conſtituerunt, creaverunt, & ſolenniter ordinaverunt eorum dicto nomine, & totius dicti populi Florentini veros legitimos & indubitatos Syndicos & Procuratores, actores, factores, & certos nuntios ſpeciales & generales, ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec e contra: Reverendum in Chriſto Patrem Dominum Franciſcum de Soderinis, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopum Vulterianum & Magnificum virum Luccam, Antonii de Albicis, cives Florentinos abſentes, ſed tanquam præſentes & in præſentiarum penes excellentisſimum, potentisſimum & invictisſimum Principem Ludovicum duodecimum hujus nominis Chriſtianisſimum Regem Francorum, prædicto populo Florentino, oratores ambos in concordia ſpecialiter & nominatim ad faciendum, contrahendum & firmandum de novo cum dicto potentisſimo & Chriſtianisſimo Rege Francorum, vel alio quocunque pro eo agente & interveniente omnem & quamcunque & alias hactenus factam & firmatam renovandam pro illo tempore, & termino, ſeu temporibus & terminis, & cum illis pactis, conditionibus, additionibus, correctionibus, limitationibus, cautelis, obligationibus, modis, & formis, de qua & quibus, & prout & ſicut dictis Syndicis & procuratoribus ambobus in concordia libere videbitur, & placebit, & propterea etiam, & pro conſervatione veræ & antiquæ amicitiæ & benevolentiæ ineundum, faciendum, & firmandum de novo quaſcunque conventiones, & quæcunque fœdera & pacta etiam quantumcunque pœnales & pœnalia, & ſeu conventiones, & fœdera & pacta alias hactenus factas & facta, renovandum cum illis conditionibus, additionibus, correctionibus, limitationibus, cautelis, obligationibus, modis & formis de qua & quibus, & prout & ſicut eiſdem Syndicis & procuratoribus ambabus in concordia, ut ſupra videbitur & placebit, & de eorum mera & abſoluta proceſſerit voluntate, & pro obſervantia omnium, & ſingulorum quæ per ipſos ambos in concordia, ut ſupra in prædictis & circa prædicta, & quolibet, vel aliquo prædictorum fient, promittentur, renovabuntur & firmabuntur, obligandum dictum populum & Commune Florentiæ, & quaſcunque ſingulares perſonas & bona quæcunque populi & communis Florentiæ prædicti & de & ſuper prædictis, & quolibet, vel altero prædictorum conficiendum & confici & rogari petendum & faciendum quodcunque & quæcunque inſtrumentum & inſtrumenta & quaſcunque ſcripturas, tam publicas, quam privatas, vallanda & roboranda, vallandas & roborandas cum quibuſcunque pactis, clauſulis, obligationibus, renuntiationibus, pœnis juramento & aliis quibuſcunque pactis, clauſulis, obligationibus in ſimilibus conſuetis, & propterea quomodolibet opportunis, & de quibus, & prout & ſicut eiſdem Syndicis ambobus in concordia, ut ſupra, libere videbitur & placebit & generaliter ad omnia & ſingula alia ducendum, faciendum, procurandum & exercendum in prædictis, & circa prædicta, & quolibet vel altero prædictorum neceſſaria, conſueta, requiſita, & quomodolibet opportuna, & quæ negotii & facti qualitas poſtulabit, & quæ ipſimet conſtituentes dicto nomine facere poſſent ſi præſentes eſſent, hiſque ſuperius ſunt expreſſa, & etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale & particulare, dantes & concedentes dictis eorum Syndicis & Procuratoribus ambobus in concordia, ut ſupra in prædictis & circa prædicta & quolibet prædictorum plenum, liberum, & generale mandatum, cum plena libera, & generali adminiſtratione, promittenſque mihi Franciſco Notario publico infraſcripto præſenti, & ut publicæ perſonæ, pro & vice & nomine præfati potentisſimi & Chriſtianisſimi Regis Francorum, & omnium & ſingulorum quorum intereſt & intererit, vel poterit in futurum quomodolibet intereſſe, ſtipulanti, recipienti, & acceptanti ſeſe dicto nomine & dictum populum Florentinum perpetuo firmum, ratum & gratum habituros, & habiturum quicquid in prædictis & circa prædicta & quolibet vel altero prædictorum per dictos Syndicos & Procuratores ambos in concordia ut ſupra, actum, factum, renovatum, promiſſum, geſtum ſeu procuratum fuerit, ſeu obligatione totius dicti populi & communis Florentiæ & perſonarum, & bonorum quarumcunque & quo-

t quorumcunque presentium, & futurorum e-usdem, rogantes præfati magnifici & excelsi Domini & Vexillifer Justitiæ, constituentes præ-icti me Franciscum jam dictum, & infra scri-tum Notarium, ut de prædictis publicum con-cerem documentum, unum, & seu plura. Ego rancifcus, quondam Octaviani de Aretio, pu-licus Imperiali autoritate Notarius & Judex rdinarius Notariusque publicus Florentinus t Cancellarius reformationum consiliorum po-uli & civitatis Florentiæ, de prædictis omnibus : singulis supra in præsenti & uno alio præce-enti pretio chartæ membranæ scriptis, dum sic, t præmittitur, agerentur & fierent, una cum ænominatis testibus interfui, & de eis rogatus ii, & in hanc publicam formam redegi, aliis amen arduis negotiis occupatus alteri mihi re-ribenda commisi, & verba illa videlicet de So-erinis supra in margine prima faciei primæ car-æ remissa, & quæ cadunt inter verbum Franci-um, & verbum Dei manu propria dicti trans-ribentis remissa fuerunt, qui elapsu calami ob-iiserat, & ideo in prædictorum omnium & sin-ulorum fidem & testimonium me subscripsi, & gnum nomenque meum consuetum apposui.

Laus Deo.

Sequitur tenor litterarum testimonialium:

Quoniam de fide & legalitate Notariorum aterdum dubitatur, hinc est quod nos Priores ibertatis & Vexillifer justitiæ populi Florenti-i singulis & universis, in quos hæ nostræ in-iderint, fidem facimus, atque attestamur, qua-liter Franciscus, quondam Octaviani Antonii de Aretio, civis Florentinus, qui de quodam Instrumento mandati facti per nos Priores & Vexilliferum prædictum, sub die decimo septimo Novembris 1501. ad Reverendum in Christo Patrem, & Dominum Franciscum, quondam Domini Thomasii de Sederinis, Episcopum Wulterianum, & Magnificum virum Lucam Antonii de Albicis ad præsens Oratores apud Christianissimum & Invictissimum Regem Francorum, Legatus fuit tempore per eum scripti legatis mandati, & satis antea fuit, & erat legalis, autenticus, & fide dignus Notarius matriculatus in arte Judicum & Notariorum civitatis nostræ, illiusque scripturis publicis & privatis semper adhibita fuit, prout hodie habetur, plena, integra atque indubitata fides. In quorum omnium fidem & testimonium has fieri imperavimus, nostrorumque sigillorum, tam majoris quam minoris, impressionibus muniri mandavimus. Datum in Pallatio nostræ solitæ residentiæ, Anno Domini ab ejus incarnatione 1501. Indictione quinta, die vero decima octava Novembris anni prædicti, *Marcellus.*

Actum in Castro Blesis die decimo sexto Aprilis 1501. ainsy signé.

Louis.

Et plus bas F. de Soderinis Episcopus Vulterianus, Civis Florentin. Lucas Antonii de Alluzis Oratores Florentini.

Et plus bas ainsy signé *Robbert Helisem.*

XXXIX.

Capitulatio, conventio & concordia conclusa inter Ludovicum XII. Galliæ Regem, & Rempublicam Florentinam, per tres annos duratura, d. d. 20. Mart. An. 1508.

IN Dei Nomine, Amen. Anno Domini nostri Jesu Christi, ab ejus salutifera incarnatione millesimo, quingentesimo octavo, Indictione duodecima, & die vigesima mensis Martii, secundum morem & cursum Florentinorum, tempore Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini, Domini Julii, Divina providentia Papæ secundi, anno sexto sui Pontificatus, actum in palatio Dominationis Florentiæ, & in sala hiemali dicti palatii, præsentibus testibus ad infra scripta omnia & singula vocatis, habitis & rogatis, videlicet Domino Marcello Virgilio, primo Secretario & Cancellario magnificæ & excelsæ Dominationis Florentinæ, Francisco Octaviani de Aretio, Cancellario reformationum populi & communis Florentiæ, et Antonio Joannis della Valle, Notario & cive Florentino. Pateat omnibus evidenter, & sit notum, qualiter magnifici & excelsi Domini, Domini Priores libertatis, & Vexillifer justitiæ perpetuus populi Florentini, una cum eorum venerabilibus collegis, & spectabilibus Decemviris libertatis & pacis & Consiliariis consilii octuaginta virorum civitatis Florentiæ, simul in sufficienti numero in sala prædicta more solito congregatis, in quibus, & penes quos residet, & est ex lege auctoritas a populo Florentino infra scripta faciendi, visa, audita & intellecta infra scripta capitulatione, conventione & concordia, cum infra scriptis subscriptionibus infra scripti tenoris & continentiæ, videlicet: Capitula & conventiones inter Christianissimum Regem Franciæ, Ludovicum, & excelsam Rempublicam Florentinam inita, per magnificos viros, Joannem Thomæ de Rodulphis, & Alexandrum Francisci de Nasis, cives & oratores dictæ Reipublicæ.

Cum sit quod inter Christianissimam Majestatem Regiam Francorum, Ludovicum &c. & Catholicam Majestatem Regiam Arragoniæ Ferdinandum &c. & excelsam Rempublicam Florentinam fuerit facta quædam conventio & confœderatio; & cum postea inter præfatam Christianissimam Majestatem & dictam Rempublicam sic actum fuerit, ut dictæ Majestati dederit intentionem, ut patefecit dictis Oratoribus, benefaciendi dictæ Reipublicæ, hinc est quod dicta Respublica venit cum dicta Majestate ad infra scriptam capitulationem, conventionem & concordiam:

I. Imprimis præfata Christianissima Majestas Regia Francorum Ludovicus &c. ex nunc de novo recipit civitatem & Dominium Florentiarum, præsentem statum, ejus libertatem, sub-

subditos, loca, terras & bona præsentia & futura, in suam bonam gratiam, & in fide regia promittit illa cum omnibus statu, Dominio ac juribus conservare, protegere, ac defendere, contra quoscumque, sine aliqua exceptione, volentes quocunque jure & caussa illam, ejus statum, Dominium, libertatem & bona molestare, vel inquietare, directe, vel indirecte, promittens etiam venire ad arma & omnia opportuna remedia suis impensis pro tali defensione; Ad quam tamen defensionem cum armis, & suis impensis, non intelligatur obligari dicta Majestas Christianissima ultra tres annos proxime secuturos, incipiendos hac præsenti die, &, ut sequitur, faciendam.

II. Idem præfata Christianissima Majestas promittit, quod dicta Respublica Florentina non impedietur, in recuperatione civitatis Pisarum, neque ei prohibebitur, per nominationem factam, vel fiendam de Pisanis in pace nuper inita & firmata per dictam Christianissimam Majestatem cum Rege Romanorum, vel per aliam aliquam caussam, quin possit recuperare dictam civitatem Pisarum, etiam prosequi eam cum armis, & prout sibi commodum fuerit.

III. Item e converso præfata Respublica Florentina promittit solvere præfatæ Christianissimæ Majestati quinquaginta millia scutorum de auro in aurum de sole hoc modo, in villa Lugduni in prioribus nundinis resurrectionis, secundam quartam partem in nundinis Augusti, tertiam quartam partem in nundinis omnium sanctorum, & ultimam quartam partem in nundinis apparitionis, ad quarum solutionum observantiam, oratores præfatæ Reipublicæ hic præsentes, virtute eorum mandati dictam Rempublicam, & totum dictum populum & commune Florentiæ, & omnia ejus bona præsentia & futura obligant, & consentiunt, ut in defectu dictarum solutionum possint constringi & legitime terminis elapsis, ut præfertur, cujuslibet solutionis ubicunque compelli, cum hac tamen conditione expresse declarata, quod præfata Christianissima Majestas teneatur, cum fiet solutio dictarum summarum, dare & præstare dictæ Reip. vel solventibus pro ea cautiones sufficientes reddendi semper prædictam quantitatem & summas, casu, quo dicta Respublica non recuperaret civitatem Pisarum intra ipsum terminum unius anni, ab hac presente die proxime futuri.

IV. Item quod casu, quo dicta Christianissima Majestas requisita super præmissis, ea, quæ continentur in præsenti Capitulo, ut supra, non observaret, eo casu, quod dicta Respublica sit libera ab omni promissione & obligatione supra scriptis in eo, quod restaret, omni dolo & fraude cessantibus.

V. Item prædicti Oratores dictæ Reipublicæ promittunt approbari, ratificari & confirmari facere per supra dictam Rempublicam omnia & singula infra unum mensem proxime futurum.

Actum in Curia Bituricensi, decima tertia mensis Martii, anno millesimo quingentesimo octavo.

Loys.

Joannes Rodolphus Orator Florentinus.
Alexander Nasius, Orator Florentinus.

Robertet.

Et omnibus & singulis capitulis & pactis, promissis, factis & gestis & in dicto instrumento contentis, affirmantes se de prædictis & quolibet eorum plenam habere notitiam & informationem, ex eorum certa scientia & non per errorem, misso, facto, & solemniter & legitime celebrato solemni & secreto scrutinio inter eos, ut supra, collegialiter congregatos, ad fabas nigras & albas, ut moris est, illoque obtento, solemniter, & legitime, & secundum ordinem communis Florentiæ, & omni meliori modo, via, jure & forma, quibus magis, melius & efficacius potuerunt & possunt, dictam supra scriptam conventionem, confœderationem, capitula & pacta, & ejus Instrumentum prædictum, & omnia & singula in ea, eo & eis contenta, & vice & nomine excelsæ Reipublicæ Florentinæ promissa, recepta, facta & gesta in prædictis & circa prædicta ratificaverunt, approbaverunt, confirmaverunt, omologaverunt, rataque & grata atque accepta habuerunt, in omnibus & per omnia, pro omnibus & singulis, & quoad omnes, & omnia & singula, & prout & sicut ibidem continetur, convenerunt, ut scriptum est, rogantes me Antonium Vespucium Cancellarium & Notarium de prædictis publicum conficerem instrumentum, unum seu plura.

Ego Antonius olim S. Anastasii S. Amerigi de Vespucciis Imperiali auctoritate Judex ordinarius Notariusque publicus & civis Florentinus, nec non Cancellarius extractorum officiorum populi & communis Florentiæ, prædictis omnibus & singulis, dum sic agebantur, interfui, eaque rogatus scribere, scripsi, rogavi & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, & in fidem præmissorum me subscripsi & solito meo signo signavi, nec non sigilli magni & parvi dominationis Florentinæ impressione muniri feci.

Scellé de deux seaux appliqués sur le parchemin.

XL.

Tabula fœderis inter Ludovicum XII. Galliæ, & Ferdinandum, Arragoniæ Reges, nec non Rempublicam Florentinam, initi, d. d. 20. Mart. An. 1508.

IN Nomine Domini, Amen. Anno Domini nostri Jesu Christi ab ejus Salutifera Incarnatione 1508. indictione duodecima & die vigesimo mensis Martii, secundum morem et cursum Florentinorum, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini, Domini Julii, divina providentia Papæ, scilicet anno sexto sui Pontificatus, actum in Pallatio Dominatio-

nationis Florentiæ, & in sala hiemali dicti Pallatii præsentibus testibus ad infra scripta omnia & singula vocatis, habitis & rogatis. Videlicet Domino Marcello Virgilio primo Cancellario & Secretario magnificæ & excelsæ dominationis Florentiæ, & S° Francisco Octaviani de Orretio, Cancellario Reformationum Populi & Communis Florentiæ, & S. Antonio Joannis della Visle, Notario & cive Florentino.

Pateat omnibus evidenter, & sit notum, qualiter magnifici & excelsi Domini, Domini Priores libertatis, & vexillifer Justitiæ perpetuus populi Florentini, una cum eorum venerabilibus collegis & spectabilibus decemviris libertatis & pacis & consiliariis consilii octuaginta virorum civitatis Florentiæ simul in sufficientem numerum in sala prædicta more solito congregati, in quibus & penes quos residet, & est ex lege auctoritas a populo Florentino infrascripta faciendi, visa, audita & intellecta infrascripta confœderatione, capitulatione, & conventione cum infrascriptis subscriptionibus infra scripti tenoris & continentiæ:

Videlicet

Fœdera, capitula & conventiones inter Christianissimum Regem Franciæ Ludovicum, & Catholicum Regem Aragoniæ Ferdinandum, & excelsam Rempublicam Florentinam inita per magnificum Dominum Jacobum D'Albion, Oratorem præfati Catholici Regis, & per magnificos viros Joannem Fomme de Radulphis & Alexandrum Francisci de Nasis cives & oratores prædictæ Reipublicæ. Desiderans excelsa Respublica Florentina recuperare suam civitatem Pisarum cum bona gratia Christianissimæ Majestatis Regiæ Francorum Ludovici &c. & Catholicæ Majestatis Regiæ Aragoniæ Ferdinandi &c. & sperans brevi consequi talem effectum quando præfatæ Regiæ Majestates auferent & removeant Pisanis favores & auxilia, quos & quæ habent a subditis, amicis, & confœderatis dictarum Majestatum, hinc est quod dicta Respublica venit cum suprascriptis Majestatibus ad infrascriptam capitulationem, conventionem & concordiam.

Imprimis quod præfatæ Regiæ Majestates & quælibet earum teneantur prohibere, & effectualiter operari, quod ab aliquo eorum loco, vel ab aliquo eorum subdito vel confœderato, vel qui sit sub eadem protectione ad dictam civitatem Pisarum non vadat neque portentur commeatus, & victualia alicujus sortis, vel aliquod aliud subsidium, aut auxilium hominum, armorum, pecuniarum, munitionum, seu artilleriarum, aut aliarum rerum, & habebunt præfatæ Regiæ Majestates pro inimicis omnes, qui dictæ prohibitioni aliquo modo contrafacient, quos etiam liceat dictæ Reipublicæ hostiliter tractare & offendere sine aliquo respectu. Et e converso præfata Respublica est contenta & promittit dictis Majestatibus casu quo intra tempus & terminum unius anni ab hac præsente die proxime secuturi recuperet dictam civitatem Pisarum, quocunque modo id fiat, dummodo per recuperationem ejus redeat in veram & effectualem possessionem, tam civitatis, quam fortalitiorum in eo statu, quo sunt de præsenti dicta fortalitia, & cum Jurisdictione, auctoritate, & præeminentia, prout & sicut erat ante ejus rebellionem, solvere prædictis Majestatibus summam & quantitatem Scutorum centum millium de auro, & aurum de sole, hoc est quinquaginta millia scutorum de auro, in aurum de sole pro dimidia dictæ summæ cuilibet dictarum Majestatum, & dictam quantitatem promittit Respublica Florentina solvere sub conditione & casu, quo intra dictum terminum unius anni, ut supra, recuperaverit dictam civitatem Pisarum, & non aliter vel alio modo, sed casu quo dicta recuperatio ut supra intra dictum tempus facta non fuerit, declaratur expresse quod dicta Respublica non teneatur ad solutionem dictæ summæ, vel alicujus partis ipsius, sed si prout & sicut præsens promissio facta non esset aliquo non obstante, quod in contrarium allegari posset etiam si diceretur quod dicta recuperatio non esset facta, culpa, defectu, aut negligentia præfatæ Reipublicæ & non obstante quod per præfatas Majestates fuissent factæ diligentiæ, prohibitiones & opera suprascripta, sed dicto casu in eundem eventum qui dici, aut cogitari posset intelligatur dicta recuperatio sequatur intra dictum tempus, ut supra, & per consequens fieri debeat solutio dictæ summæ teneatur dicta Respublica eam solvere infrascriptis locis & temporibus, videlicet in villa Lugduni, & in secundis nundinis, quæ sequentur post talem recuperationem Pisarum viginti quinque millia scutorum videlicet duodecim millia & quingenta pro qualibet dictarum Majestatum, & residuum hoc est septuaginta quinque millia scutorum postea in tribus annis in eadem Villa Lugduni, & in duodecim nundinis pro rata, & pro dimidia cuilibet dictarum Majestatum.

Item sunt contentæ dictæ partes quod quando intra dictum tempus unius anni, ut supra, præfata Respublica causa consequendi dictam recuperationem Pisarum requireret & peteret a præfatis Majestatibus favorem equitum, seu lancearum, vel galearum, teneantur dictæ Majestates mittere ad dictam Rempublicam in auxilium & ad effectum dictæ recuperationis, usque ad summam trecentarum lancearum, & quatuor galearum, hoc est centum & quinquaginta lanceas, & duas galeas pro qualibet earum, pro quibus tamen tam lanceis, quam galeis non teneatur dicta Respublica ad aliquam solutionem, sed solum teneatur dare illis receptum & victualia pretiis convenientibus secundum consuetudinem regionis.

Item sunt contentæ dictæ partes, quod facta & secuta tali recuperatione Pisarum, & non aliter intelligatur immediate inter dictas Majestates, & dictam Rempublicam facta liga, & confœderatio per tres annos tunc proxime consecuturos ad defensionem suorum Statuum

Italiæ, habendo ad dictum effectum defensionis amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis, & casu, quo Status Italiæ dictarum Majestatum, aut cujuslibet ipsarum essent insultati, vel molestati, teneatur dicta Respublica pro eorum defensione auxiliari dictis Majestatibus cum suis equitibus non excedente numerum trecentorum equitum, ut vulgariter dicitur, hommes d'armes, & similiter teneantur dictæ Majestates & quilibet earum auxiliari dictæ Reipublicæ cum eo numero, qui eis videbitur conveniens ultra numerum dictorum trecentorum equitum, habito respectu potentiæ & qualitatis ipsarum, non intelligantur tamen in dicta confœderatione pro parte dictarum Majestatum inclusi aliqui, qui tenerent aut occuparent aliqua loca, vel terras dictæ Reipublicæ perditas, vel amissas a transitu Regis Caroli in Italiam citra, sed quantum ad terras & loca prædicta sint prout & sicut dicta confœderatio facta non esset, exceptis tamen Januensibus & Lucensibus, & quia accedere posset, quod in eodem tempore status ambarum dictarum Majestatum in Italia essent insultati, vel molestati & ita dicta Respublica non posset mittere ambabus integram summam dictorum auxiliorum, & in diversa loca, declaratur quod dicto casu dicta Respublica teneatur mittere cuilibet super scriptarum dimidiam dictorum trecentorum equitum pro defensione dictorum statuum.

Item Oratores præfatæ Reipublicæ Florentinæ præsentes virtute eorum mandati præsentibus infixi, & in fine eorum inserti super hoc a præfata Republica ad observantiam singulorum capitulorum dictam Rempublicam, & dictum totum populum & commune Florentiæ, & omnia ejus bona præsentia & futura obligeant & consentiunt in defectu promissorum, possint constringi & legitime terminis elapsis, ut præfertur, cujuslibet solutionis ubicunque compelli.

Item magnificus Dominus Jacobus D'Albion, Orator & procurator præfati Regis Catholici hic præsens virtute ejus mandati præsentibus infixi & in fine eorum inserti super hoc a præfato Rege ad observantiam præmissorum præfatum Regem, & ejus bona præsentia & futura obligat & promittit approbari & ratificari, & confirmari facere per supradictum Regem Catholicum contenta supra duos menses proxime futuros & prædicti oratores & procuratores Reipublicæ Florentinæ, etiam promittunt ratificari facere cum effectu per supra dictam Rempublicam omnia & singula suprascripta infra unum mensem proxime futurum.

Sequitur tenor mandati Catholici Regis & est talis.

Ferdinandus, Dei gratia Rex Aragonum &c. & in fine sic signatum *Jo el Re.*

Dominus Rex mandavit mihi Michaeli Perez Dalmacanj.

Sequitur tenor mandati excelsæ Reipublicæ Florentinæ & est talis.

In Dei nomine Amen. Anno Domini &c. & in fine sequitur actum in civitate Bituricensi decimo tertio mensis Martii 1508. Louis, Jaques D'Albion Ambaxador del Rey Catholico, Joannes Rodulphus Orator Florentinus, Alexander Nasius, Orator Florentinus. *Robertet.*

Et omnibus & singulis capitulis & pactis promissis factis & gestis, & in dicto Instrumento contentis, affirmantes se de prædictis, & quolibet eorum plenam habere notitiam & informationem, ex eorum certa scientia & non per errorem misso, facto & solemniter & legitime celebrato solenni & secreto scrutinio inter eos, ut supra, collegialiter congregatos ad fabas nigras & albas, ut moris est, illaque obtenta solemniter & legitime, secundum ordinem Communis Florentiæ, & omni meliori modo, via, jure, & forma, quibus magis, melius & efficacius poterunt & possunt, dicta supra scripta fœdera, capitula, & conventiones, & ejus instrumentum prædictum & omnia & singula in ea, eo, & eis contenta, & vice & nomine excelsæ Reipublicæ Florentinæ promissa, recepta, facta & gesta in prædictis, & circa prædicta ratificaverunt, approbaverunt, confirmaverunt, & emologaverunt, rataque & grata atque accepta habuerunt in omnibus & per omnia & pro omnibus & singulis & quoad omnes & omnia & singula, & prout & sicut ibidem continetur, convenerunt, ut scriptum est, rogantes me Antonium Wespicuum Cancellarium infra scriptum quatenus de prædictis publicum conficerem Instrumentum unum & seu plura.

Ego Antonius olim S. Anastasii S. Amerigi de Wespuciis, Imperiali autoritate Judex ordinarius, Notarius publicus & civis Florentinus, nec non Cancellarius extractionum officiorum Populi & Communis Florentiæ, pro dictis omnibus & singulis, dum sic agebantur, interfui, eaque rogatus scribere scripsi, rogavi & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, & illa verba, videlicet tenor & contenta, sicut supra, proxime scripta, remissa, & interlineata mea propria manu scripta, remissa & interlineata, quia per errorem obmissum, & in fidem præmissorum me subscripsi, & solito meo signo signavi, nec non sigilli magni & parvi. Seelé de deux sceaux applicqués sur le parchemin &c.

XLI.

Conventio inter Maximilianum I. Rom. Imperatorem, & Oratores Florentinos, Venetiis stabilita, d.d. 24. Octobr. An. 1509.

IN Dei nomine Amen. Anno Domini Nostri Jesu Christi ab ejus salutifera Incarnatione, millesimo quingentesimo nono, Indictione decima tertia, & die vigesima quarta mensis Octo-

Octobris, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini Julii divina Providentia Papæ II.

Actum in Civitate Veronæ, & in Palatio Serenissimi Principis, divina favente clementia, electi Romanorum Imperatoris, in camera suæ habitationis, præsentibus testibus, ad infrascripta omnia & singula vocatis, habitis, & rogatis, &c.

Reverendissimis Dominis Matthæo Lango de Augusta, Episcopo Gurgensi & Serenissimi Cæsaris Magno Consiliario, Domino Petro Bonomio de Triesti, Episcopo Trigestino & Cæsareo Consiliario, Baldasarre Volfo de Norimbergo, Cæsareæ Majestatis Camerario, & Pigello de Porinariis, Cive Florentino, & præfatæ Majestatis Cæsareæ Secretario.

Pateat omnibus, quod cum sit, quod Serenissimus Princeps & DD. Maximilianus divina favente clementia, electus Romanorum Imperator, ingressus nuper in Italiam eo animo, ut quamprimum Suæ Majestati videretur, Coronam Augustalem acciperet, & contra Infideles, pro Christiana Religione amplianda, bellum gereret, certam summam pecuniarum expetiverit, pro his commodius faciendis, a Magnifica Communitate Florentiæ &c. ad infrascriptam compositionem, concordiam & conventionem deventum fuit.

Nam dicta Sua Majestas, primo & ante omnia, omni meliori modo, proprio motu & de plenitudine suæ potestatis, ad omnem cautelam & quemlibet juris effectum, confirmavit & confirmat Rempublicam Florentinam in præsenti sua libertate, & Dominio, & possessione quarumcumque Civitatum, Castrorum, Villarum, & locorum, & in omnibus & singulis, & quibuscumque præeminentiis, jurisdictionibus, juribus, honoribus, & titulis suis, quibus ipsa Respublica Florentina quomodolibet utitur de præsenti, vel quæ ad ipsam quomodolibet pertinent, & expectant: promittens etiam in hujusmodi suo absensu, stantia, & reditu, eam ullo unquam tempore per se, vel ejus Principes, Barones, Capitaneos, Stipendiarios, Teutonicos vel Italicos, aut alterius cujuscumque nationis, modo aliquo, directe vel indirecte, aut sub aliquo quæsito colore, ex quacumque causa, quæ dici, vel excogitari posset, non molestare, perturbare, vel inquietare de jure vel de facto, nec modo aliquo directe vel indirecte, aut sub aliquo quæsito colore perturbari, molestari, vel inquietari facere, vel permittere præsentem libertatem, regimen, & statum dictæ Reipublicæ Florentinæ, vel ejus Magistratus, Jurisdictiones, Terras, Castra, Villas, Loca, per dictam Rempublicam Florentinam quomodolibet tenta, vel possessa, gabellas, pedagia, redditus, introitus, proventus, vel alia quæcumque jura, ad dictam Rempublicam Florentinam de præsenti quomodolibet pertinentes vel expectantes, pertinentia vel expectantia, vel per ipsam quomodolibet de præsenti tenta & possessa. Sed prædicta omnia & singula permittere, dimittere, & relaxare in eo esse, statu & gradu, in quo & prout prædicta invenerit, & repererit, & tenentur & possidentur per dictam Rempublicam Florentinam.

XLII.

Bulla Leonis X. Pontificis Maximi, qua Privilegium Caroli IV. Romanorum Imperatoris, Episcopo Florentino de causis civilibus, criminalibus & Appellationum concessum confirmavit, de Anno 1515.

Accepimus - - quod - - - Carolus IV. - - - - Petrum Episcopum Florentinum ac ipsius successores Episcopos Florentinos pro tempore existentes Romani Imperii Principes esse declaravit & de novo constituit ac fecit, - - - ac eisdem Petro & ejus successoribus concessit, quod in tota Tuscia omnes criminales & civiles, quæ inter quoscunque vertentur, nec non Appellationum quarumlibet, quæ ad dicti Caroli Curiam deferendæ essent, causas recipere, audire & examinare possent, ac fine debito terminare - - - de quibus omnibus & singulis dictum Petrum Florentinum Episcopum nomine Ecclesiæ Florentinæ de novo investivit &c. &c. - - - Singulas Caroli Imperatoris literas prædictas - - - auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, præsentis scripti patrocinio communimus, &c. - - - - Datum Florentiæ anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo quinto.

XLIII.

Tabulæ fœderis inter Franciscum I. Galliæ Regem, Leonem X. Pontificem Maximum, Rempublicam Florentinam, Ducem Urbini, & universam Mediceorum Familiam sanciti, d. d. 13. Octobris, An. 1515.

Imprimis, quod nos & prædictus Christianissimus Rex, & uterque nostrum reciproce obligati simus, quantum quemque nostrum continet, ad tuitionem & defensionem personarum, status, & dignitatis utriusque ad invicem, adversus quoscumque hostes, inimicos & adversarios, nullius cujuscumque ratione & exceptione habita.

Item. Quod prædictus Christianissimus Rex tutari & defendere teneatur & debeat personam nostram, & statum omnem Ecclesiasticum terrasque omnes & dominationes, quas Ecclesia Romana de præsenti possidet & tenet, simulque juvare nos & auxilium nobis præstare ad recuperandum a quibuscumque pro tempore occupatoribus, seu detentoribus, quæcumque bona ad Ecclesiam juste spectantia, nec non etiam tutari atque defendere quæcumque imposterum

rum Ecclesia debite & juste quæsierit & possederit; de justitia autem libere stari debeat declarationi nostræ. Per præsens autem capitulum non intelligatur in aliquo derogari, aut prajudicari Dominis Venetis, quoad quæ de præsenti possident, ita quod idem Christianissimus Rex non possit in suam protectionem, tuitionem, aut defensionem recipere terras Ecclesiæ, quas nos immediate tenemus & possidemus; & si quas ipse Rex hactenus in suam protectionem receperit, illis specialiter & expresse renuntiare teneatur; ita quod si de cætero aliquis vasallus, feudatarius, seu Vicarius dictæ Romanæ Ecclesiæ, in protectione & defensione dicti Regis esse voluerit, illos aut aliquem ex eis non recipiat, sine scitu nostro, & absque his clausulis, scilicet dummodo id fiat sine præjudicio jurium Ecclesiæ, & ipsa Ecclesia excepta, de quo tamen præjudicio ante omnia stare debeat declarationi nostræ, ac receptionibus hactenus per ipsum Regem factis renunciari debeat, ita quod prædictus Christianissimus Rex teneatur sal omne necessarium Ducatui Mediolanensi facere capi de terris Ecclesiæ pro convenienti pretio, super quo convenient officiarii nostri & officiarii Christianissimi Regis, aut alias, prout asseritur alias conventum fuisse inter felicis recordationis Julium Papam Secundum, prædecessorem nostrum, & claræ memoriæ Ludovicum Francorum Regem, & hoc ad nostram & primi successoris nostri capitula hujusmodi servare volentis vitam dumtaxat; ita quod prædictus Christianissimus Rex civitatem & Rempublicam Florentinam, patriam nostram dulcissimam, quam paterna dilectione in visceribus gerimus caritatis, non secus ac statum ac propriam personam nostram tueri & defendere teneatur. Ita quod idem Christianissimus Rex teneatur suscipere in suam peculiarem tuitionem & sincerum patrocinium totam domum & familiam nostram de Medicis, quæ ex beneficio prædecessorum ejusdem Regis liliis in suprema ipsius familiæ insignii pila honestata & decorata fuit, præsertim dilectos filios nobiles viros Julianum, fratrem germanum, ejusdem Regis ex matrimonio cum ejus matertera contracto affinem, & Laurentium nepotem, nostros secundum carnem, & eorum descendentes in infinitum, ac eos in dicta civitate Florentina in eo statu, in quo ad præsens existunt, manutenere, & in quibuscumque eorum bonis, tam in Dominio Florentino, quam alibi ubicumque locorum existentibus, nec non in civitatibus, castris, terris, & locis omnibus, quas & quæ de præsenti possident, & in futurum possidebunt, etiam nobis vita functis, perpetuo conservare. Nos vero vice versa eidem Francisco Christianissimo Regi, in fide & verbo veri Rom. Pontificis, promittimus & per præsentes sibi teneri volumus ad tuendum & defendendum sibi Ducatum Mediolani, nec non terras, & potentatus, quos ipse Christianissimus Rex in dicto Ducatu de præsenti tenet & possidet ac tenebit & possidebit in futurum; nec non ex nunc eidem Christianissimo Regi Parmam & Placentiam civitates relaxamus ac dimittimus. Adjicientes quod per præsentem confœderationem inter nos & prædictum Christianissimum Regem initam non sint, nec esse intelligantur dissolutæ confœderationes & ligæ, quas quilibet nostrum habet cum Principibus Christianis, etiam dilectis filiis nobilibus Helvetiis, in quantum supra dictis capitulis in aliquo non præjudicent, & sine illorum præjudicio servari possint, quæ supra dictis capitulis salvis semper remanentibus salvæ maneant & servari debeant, cum per nos ad effectum duntaxat universalis pacis, & in Turcas sanctæ expeditionis, initæ & firmatæ fuerint. Ita ad hoc, ut dicta sancta expeditio, quæ nobis semper animo insedit, & summo desiderio à nobis affectata fuit, omni sublato impedimento ad finem optatum celerius perduci possit, & effusioni humani sanguinis inter Christianos tandem finis imponatur: Promittimus una cum prædicto Christianissimo Rege dare operam, ut fiat pax universalis inter eosdem Principes Christianos, ut arma & magnus exercitus adversus immanissimum Turcam hostemque fidei Christianæ facilius moveri & congregari possint.

In quorum fidem, præsentem scripturam fieri & annuli piscatoris sigilli jussimus impressione muniri.

Datum Viterbii, die 13. mensis Octobris, anno incarnationis Dominicæ 1515. Pontificatus nostri anno tertio. Ita est: *Petrus Bembus.*

XLIV.

Diploma Caroli V. Rom. Imperatoris, super omnimoda libertate Civitatis & Dominii Florentini, concessum, d. d. 22. Martii, An. 1523.

CArolus divina favente Clementia, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ &c. Recognoscimus ac notum facimus universis, quod cum magnifici Raphael Francisci de Hieronymis, & Joannes Bardi de Corsis, Oratores Excelsi Dominii Florentini, nobis exhibuerint quamdam cedulam illustris Don Joannis Emanuel, tunc Oratoris & Consiliarii nostri, datam in oppido Marini, die 23. mensis Septembris, anni nuper fluxi 1522. in qua inseritur tenor cujusdam cedulæ nostræ, datæ in Villa nostra Bruxellarum, die 3. mensis Septembris, Anni 1520. una etiam cum insertione cujusdam capituli, comprehensi in eo fœdere, quod cum beatissimo felic. record. Leone X. Pontifice Maximo percusseramus, ad opus ipsius Dominii Florentini facientis: in qua quidem cedula ipse illustris Don Joannes Emanuel, Nostro nomine, & in vim mandati eidem concessi, fatendo & recognoscendo omnia, ibidem inserta, vera fuisse, & esse, ea omnia approbavit, & ratificavit, simulque promisit, quod nos hujusmodi cedulam & capi-

capitulum, ac omnia in eis contenta, per nostras patentes literas, debitis subscriptione & sigillo munitas, cum præmissorum insertione, infra sex menses inde sequentes, ratificabimus & approbabimus, &, quatenus opus sit, de novo concedemus, ipsamque ratificationem, & approbationem, ac novam concessionem, absque alia penitus impensa, ad manus Illustrisimi ac Reverendissimi Cardinalis de Medicis, seu Oratoris ad id commissi, realiter consignaret, & prout latius in dicta cedula ipsius illustris Don Joannis Emanuel continetur, cujus tenor sequitur in hæc verba:

Don Joannes Emanuel, Orator Sacratissimæ Cæsareæ & Catholicæ Majestatis &c. Notum sit omnibus & singulis præsentes literas inspecturis, quod cum nobis per magnificum Galeottum de Medicis, Oratorem excelsi Dominii Florentini, expositum fuerit, quod olim eadem Cæsarea Majestas confecit cedulam, cujus tenor talis esse asseritur:

Carolus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Hispaniarum, utriusque Siciliæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Comes Tirolis &c. Notum sit universis, quod cum Beatitudo Pontificis pro accumulatis in nos beneficiis a nobis petierit, ut privilegia omnia per Imperatores & Imperium Reipublicæ Florentinæ concessa, confirmaremus, simulque Civitatem, Terras, Castra, Oppida, & Loca quæcunque, quæ eadem Respublica de præsenti possidet, & in quibus Imperium, seu Imperator jus aliquod forsan haberet, aut habere prætenderet, gratis in forma valida, infra quatuor menses ab electione nostra liberaremus. Nosque Beatitudini Suæ & in hac, & in quacunque re libenti animo morem gerere cupiamus, & nihil negare eorum, quæ concedere possumus: cumque in præsenti plurimis justissimisque de causis Beatitudini Suæ cognitis, pro fide, dignitateque nostra impediti, satisfacere sibi non possimus; nihilominus meliori modo, quo possumus, Beatitudinem suam lautam facere velimus; harum nostrarum tenore, in fide & verbo regio pollicemur, cum coronati fuerimus, & quamprimum poterimus, dummodo non ultra sex menses a fine primæ dietæ post dictam coronationem, nos antedictæ Beatitudinis suæ petitioni gratis, pro summa nostra in eam observantia, plene satisfacturos: in cujus rei testimonium has manu nostra propria subscripsimus, consuetumque sigillum nostrum apponi jussimus. Datum in Villa Bruxellarum die 3. mensis Septembris JO EL REY. Mandato Cæsaris Della Mota.

Quod postea inter præfatam Sanctitatem, & eamdem Cæsaream Majestatem inter alia capitula & conventa, factum fuit unum capitulum, quod formaliter habet: Item promittit idem Cæsar, in eadem se protectione habiturum omnes Confœderatos & Colligatos cum Sanctissimo Domino nostro, & specialiter Florentinos, cum omni Statu & rebus, quas in præsens possident. Et quia, &c. fuimus per eumdem Oratorem, pro parte ejusdem Dominii Florentini, requisiti & rogati, ut cum præfata asserta Cæsaris Cedula nos conformes redderemus, contentaque in jam dicto capitulo, quia per manus nostras, & interventum nostrum factum fuit, confiteri & recognoscere vellemus: Nostramque ad hæc plenam & sufficientem facultatem habentes, & habere asserentes, prout constat per patentes literas, sub data Bruxellis die 15. Mensis Junii 1520. quas præfatus Orator inspexit: prædicta omnia & singula in dicta asserta cedula & præscripto capitulo, prout supra contenta, vera fuisse & esse fatemur, & recognoscimus per præsentes, reddentes nos cum jam dicta cedula conformes: & nihilominus probe considerantes, quod Illustrissimus Dominus Julius Romanus Cardinalis de Medicis nuncupatus, jam dictæ felicis recordationis Leonis X. secundum carnem frater patruelis, idemque Dominium Florentinum, eorumdem Leonis & Reverendissimi Cardinalis potissimum contemplatione, in omnimoda devotione cum ipsa eadem Cæsarea Majestate, etiam post dicti Leonis obitum, permanserunt, nec non pro eadem Cæsarea Majestate majora etiam, quam antea eodem Leone vivente, fecerunt, sicque convenire ac justum esse arbitrantes: ex autoritate dictæ nostræ facultatis præmissa & singula in eisdem suprascriptis cedula & capitulo contenta, per easdem præsentes approbamus & ratificamus: & ulterius etiam pariter pro majori prædictorum omnium securitate, etiam sub fide equitis ac nobilis viri, eisdem Reverendissimi Cardinali, & excelso Dominio Florentino, ejusque Dominii Oratori prædicto, præsenti, & pro eodem excelso Dominio acceptanti, promittimus, quod supradicta Cæsarea Majestas præfatam assertam cedulam & capitulum jam dictum, ac omnia singula, ut præfertur, in eis & præsentibus nostris contenta, tamquam si cum ipsis Reverendissimo Cardinali, & excelso Dominio præcise confecta fuissent & essent, per suas speciales literas, suis subscriptione & sigillo, ac aliis in his necessariis, solitis, & consvetis munitas, absque aliquo quovis onere, seu penitus solutione per idem Dominium, seu alios pro eo facienda, cum totali ac de verbo ad verbum earumdem præsentium insertione, infra sex menses ab hodie inchoandos, ratificabit & approbabit, eaque omnia, quatenus opus sit, de novo concedet: ac ejusmodi ratificationem & approbationem, ac novam concessionem ad manus ejusdem Reverendissimi Cardinalis, seu dicti Oratoris, absque aliqua penitus impensa, ut præfertur, realiter consignabimus. Sicque nos obligamus: pollicentes etiam ab amorem, quem erga universam illam Rempublicam gerimus, utpote Majestati Cæsaris hactenus fidelissimam, nos eidem excelso Dominio apud Sanctissimum Dominum nostrum omnem favorem, omneque auxilium in omnibus suis necessitatibus, quæ non illicitæ videbuntur, pro viribus præstituros, ab eademque Sanctitate, qua decet humilitate procuraturos, ut Sanctitas Sua eidem excelso

Dominio unam decimam benigne concedat, ut pecunia a felic. Recordat. jam dicto Leone X. eidem excelso Dominio debita exsolvi possit. In quorum fidem & testimonium præsentes fieri jussimus, nostræ propriæ manus subscriptione, nostrique sigilli impressione munitas. Datum in oppido Marini die 23. mensis Septembris, 1522. Signatum Johan Emanuel, & scripsit.

Urbanus.

Nos igitur Imperator prædict. recolentes, quantum debeamus ipsi Sanctissimo felic. Record. Leoni X. Pontifici Maximo, quantumque debeamus ipsi Florentinæ Civitati, atque Illustrissimo ac Reverendissimo Cardinali de Medicis, ejusdem secundum carnem patrueli, quorum contemplatione dictum Dominium Florentinum in nostra devotione permansit & permanet: scientes etiam omne promissum debitum: ac cupientes ipsum illustrem Don Joannem Emanuel ab omni onere dictæ obligationis per eum factæ, ut decet, relevare, prædicta omnia superius inserta laudamus, ratificamus, & approbamus, & quatenus expediat, de novo, prout jacent, de verbo ad verbum concedimus & elargimur: eaque omnia in singulis suis punctis & articulis nos observaturos promittimus, harum testimonio literarum manu nostra signatarum, nostrique sigilli munitione roboratarum. Datum in oppido nostro Vallisoleti die 22. mensis Martii Anno Domini 1523. Regnorum nostrorum, Romani quarto, aliorum vero omnium octavo.

CAROLUS.

Ad pedes. Confirmatio cujusdam cedulæ & capituli Fœderis cum Leone Pontifice initi in favorem Dominii Florentini.

A tergo. Ad Mandatum Sereniss. Domini Imperat. proprium.

Ph. Nicola.

XLV.

Instrumentum Capitulationis conclusæ inter Exercitum Cæsareum & Rempublicam Florentinam d. d. 12. Augusti, An. 1530.

IN Dei nomine Amen. Anno Domini nostri Jesu Christi ab ejus salutifera Incarnatione 1530. Indictione tertia, die vero decima secunda mensis Augusti, actum in felicissimis castris Cæsareis apud inclitam Civitatem Florentiæ, & in Populo S. Margharitæ de Montici, & in Domo Residentiæ infrascripti Magnifici Domini Bartholomæi de Valoribus, Generalis Commissarii Sanctissimi Domini nostri, Clementis PP. VII. præsentibus Illustrissimis Dominis, Comite Petro Maria de Rubeis, Alexandro de Vitellis, Pyrrho de .... Joanne Baptista Sabello, Martio de Columna, Joanne Andrea de Castaldis, omnibus Coronellis, nec non Magnifico Domino Federico de Uries, Magistro Castrorum exercitus Cæsarei, testibus.

Cum inclita Civitas Florentina fere XI. mensium obsidione a Cæsareo exercitu attrita, & multis jacturis & calamitatibus afflicta, eo redacta esset, ut non procul ab ultimo excidio abesse videretur: quod ab omni homine Christiano, nedum Italo, deplorari debuisset, nisi illi fuisset opportune subventum, id procurante in primis Sanctissimo Domino nostro Clemente VII. Pontifice Maximo ipsius Civitatis Patre amantissimo, & gloriosissima Majestate Cæsaris, quæ suis Ducibus Civitatis salutem summa cum pietate semper commendavit & mandavit: adnitentibus etiam ad id bonis civibus, præsertim Magnificis Dominis Bardo Joannis de Altovitis, Jacobo Hieronymi de Morellis, Laurentio Philippi de Strozzis, & Petro Francisco Folchi de Portinaris, Oratoribus, a dicta Civitate destinatis ad Illustrissimum Dominum Don Ferrandum de Gonzaga, Capitaneum Generalem velitum, & Gubernatorem felicissimi exercitus Cæsarei, ac Magnificum Bartholomæum de Valoribus, Sanctissimi Domini nostri in dicto exercitu Commissarium Generalem: & propterea cum pro salute & conservatione dictæ Civitatis inter præfatos Illustrissimum Dominum Don Ferrandum, ac Bartholomæum de Valoribus Magnificum, & præfatos Magnificos Dominos Oratores, proximis diebus facta, & seu tractata fuerit quædam concordia & capitulatio, cujus copia transmissa fuit ad Magnificos Dominos Florentinos, & per dictos Magnificos Dominos, & eorum Collegia, & Consilium octuaginta virorum benigne acceptata & ratificata sub die XI. præsentis mensis, prout apparet per Rogatum manu Domini Silvestri de Aldobrandinis, & Ser Nicolai de Nellis, Notariorum & Cancellariorum dictorum Magnificorum Dominorum: & cum pro perfectione tanti ac tam sanctissimi & saluberrimi & optati operis, per eosdem Magnificos Dominos & Collegia & Consilium octuaginta virorum dicta eadem die factum & datum fuerit plenissimum mandatum prælibatis & infrascriptis Magnificis Dominis Oratoribus, prout apparet per Instrumentum, rogatum manu præfatorum Cancellariorum sub dicta die, inferius in fine præsentis instrumenti insertum & registratum de verbo ad verbum: & propterea pro prædictorum explicatione præfatus Illustrissimus Dom. Don Ferrandus Gonzaga, Capitaneus & Gubernator, ut supra, ac Illustris Dom. Joachinus de Ria, Dominus de Balanson, Nobilis & Camerarius secretus Cæsar. Majestatis, & quilibet eorum insimul in solidum, & de per se, vigore cujusvis eorum, & cujuslibet eorum, & respective autoritatis ac potestatis, ac etiam vice & nomine ipsius Majestatis Cæsareæ ut infra: nec non præfatus Magnificus Bartholomæus de

de Valoribus, Commissarius Generalis Sanctissimi Domini nostri Clementis, ad infra scripta omnia peragenda facultatem & potestatem habens, ut constat per literas in forma Brevis suæ Sanctitatis, in fine præsentis Instrumenti insertas: ac etiam vice & nomine præfati Sanctissimi Domini Nostri Papæ & præfati omnes respective, singula singulis congrue ac rite referendo, pro prædictis præcise & cum effectu de rato ratihabitione promiserunt, ut infra alias &c. ex parte una: ac etiam præfati Magnifici Dominus Bardus Joannis de Altovitis, Jacobus olim Hieronymi de Morellis, Laurentius olim Philippi de Strozzis, & Petrus Franciscus Folchi de Portinaris, cives Florentini & Oratores Civitatis, Populi, & Reipublicæ Florentinæ, vigore autoritatis, in dicto & infra scripto Mandato eisdem attributæ ex parte altera, solemniter, benigne, & concorditer, solemnibus stipulationibus & promissionibus hinc inde intervenientibus, devenerunt ad infrascriptas capitulationem, conventionem, concordiam, promissiones, obligationes, & alia, ut infra videlicet.

I. Inprimis: Che la forma del Governo abbia da ordinarsi e stabilirsi dalla Maestà Cesarea, fra quattro mesi prossimi auvenire, intendendosi sempre, che sia conservata la libertà.

II. Item: Che si abbiano a liberare subito gli sostenuti dentro Firenze, per causa di sospizione, o d'amicizia e servitù con nostro Signore o sua Magnifica Casa de Medici: e così tutti i fuorusciti e banditi per tal causa sieno subito, ipso facto, restituiti alla Patria e beni loro: e gli altri sostenuti per le medesime cause dentro Pisa, Volterra, o altri Luoghi del Dominio, abbiano da esser liberati, dopo che sarà levato l'esercito, ed uscito del Dominio.

III. Item: Perchè la Città si trova molto povera e affaticata per la presente guerra, e anco è necessario pagare detto esercito, la Citta sia obbligata pagare fino alla somma di ottantamila Ducati: da quaranta in cinquantamila contanti di presente: e il resto, fino alla detta somma d'ottantamila, in tante promesse buone e valide, sì nella Città, come di fuora, da pagare detto restante fra sei mesi prossimi auvenire, acciò sopra dette promesse si possa trovare il contante da pagare, e levare l'esercito.

IV. Item: Che la prefata Città sia obbligata dare e consegnare in potere dell'Illustrissimo Signore Don Ferrando, fra due giorni, dopo fatto il presente concordato, quelle persone di qualsivoglia condizione e stato, cittadine della Citta, che saranno nominate dal prefato Signore, per sicurtà dell'osservazione del presente accordo, fino al numero di cinquanta, e di quel manco, che piacesse alla Santità di Nostro Signore: quali persone abbiano da restare in potere di esso Signore, finchè sieno adempite da essa Città tutte le presenti convenzioni e promissioni. E che le Città di Pisa, e Volterra, con le Rocche e Fortezze loro, e così la Fortezza di Livorno, e altre Terre, e Fortalizze, che sono all'obedienza del presente Governo, saranno ridotte in potere del Governo, che sarà stabilito da Sua Maesta.

V. Item: Oltre questo, il Signor Malatesta Baglione, e il Signore Stefano Colonna, abbiano da renunziare in mano delli Magistrati di Firenze il giuramento per loro in qualsivoglia modo e tempo prestato di servire esse Città: e promettere, e dare le fede, e giurare in mano di Mons. Balanson Gentiluomo della Camera della Maesta Cesarea, di restare con quelle Genti, che a loro Signorie parranno convenienti, nella città, fino, che sieno adempite, e osservate tutte le presenti convenzioni e promissioni, fino nel termine de quattro mesi soprascritti: e ogni volta che sara loro comandato in nome di sua Maestà di uscire con le genti della città che abbino a uscire, fatto però prima la dichiarazione, della qual si contiene nel primo Capitolo; volendo però esso Sig. Stefano, esser libero d'andarsi di detta Città, qual volta fosse necessitato per alcuna sua occorrenza, resterà il Signor Malatesta in obbligo fino all'ultima determinazione.

VI. Item: Che qualcunque Cittadino Fiorentino, di che grado o condizione si sia volendo possa andare ad abitare a Roma, o in qualsivoglia luogo, liberamente, e senza esser molestato in conto alcuno, ne in roba, ne in persona.

VII. Item: Che tuto il Dominio e Terre, acquiestate dal felicissimo esercito, abbiano a ritornare in potere della Città di Firenze.

VIII. Item: Che l'esercito, pagato che sia, subito abbia da levarsi, e marciar fuori del Dominio: e dal canto di nostro Signore e di Sua Maestà si farà ogni provisione possibile di pagare detto esercito: e quando detto esercito non si possa levare fra otto dì, si promette dare vettovaglia alla Città, dopo datigli gli ostaggi, e seguito il detto giuramento.

IX. Item: Che dal canto di nostro Signore, e suoi amici, parenti, e servitori, si scorderanno, e perdoneranno, e rimetteranno tutte le ingiurie, ricevute da qualsivoglia cittadino: e useranno con loro, come buoni cittadini e fratelli, e Sua Santità mostrerà, come sempre ha fatto, ogni affezione, pietà, e clemenza verso la patria sua, e cittadini di quella: e per sicurtà dell'una e dell'altra parte prometterà Sua Santità e Sua Maestà l'osservanza de soprascritto: e obbligasi il Sig. Illustrissimo Don Ferrando Gonzaga, Generale Capitano de i Cavalli leggieri, e Governatore al presente dell'esercito felicissimo sopra Firenze, in suo proprio e privato nome, di fare e curare non effetto, che Sua Maesta ratificherà nel tempo di due mesi prossimi il presente Capitolato: e il Magnifico Bartolommeo Valori, Commissario Generale di nostro Signore, altresì in suo nome proprio e privato, promette fare e curare non effetto, che Sua Santità, fra il tempo di due mesi, ratificherà quanto detto Commissario ha promesso in nome di Sua Santità.

X. Item: Promettono l'Illustrissimo Sig. Don Ferrando, a nome di Sua Maestà, e il Magnifico Bartolommeo Valori, a nome di Sua Santita, che a tutti i Sudditi di essa Maestà e Santità si farà general remissione di tutte le pene, che fossero incorsi per causa di disobbedienza del' essere stati al servizio della Città di Firenze, nella presente guerra: e cosi si fara la restituzione de i beni, e della patria loro, quando però essi sudditi e vassalli non abbiano persa la patria e beni per altro delitto, che di detta disobbedienza.

Quæ omnia, ut supra, capitulata, promissa, & conventa præfatæ partes dictis modis & nominibus, solemnibus stipulationibus & promissionibus, hinc inde intervenientibus, promiserunt observantiam: & propterea dictis modis & nominibus respective obligaverunt se ipsos, dictis modis & nominibus, & eorum & cujuslibet eorum dictis modis & nominibus, respective hæredes & bona omnia, præsentia & futura: & dicti Magnifici Oratores dictam Civitatem Florentiæ & homines, & personas ejusdem, quas obligare possunt, vel eis licet, & etiam pro majori robore, & efficacia, & perpetua firmitate præfatorum omnium, & observatione omnium prædictorum, scripturis corporaliter manu tactis, solemniter juraverunt observationem omnium prædictorum in plenissima forma rogantes &c.

Ego Martinus quondam Dominici Francisci Agrippa, Clericus & Civis Mediolanensis, publicus, Apostolica & Imperiali ac Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis, autoritatibus, Not. de præmisso instrumento, ut supra in præsenti Carta, & tribus aliis præcedentibus scripto & notato manu mea propria, rogatus fui simul cum Domino Bernardo de Gamberellis, Notario, ut ipse asseruit, Florentino: & in fidem præmissorum me subscripsi, quorum omnium aliam & similem fidem habeo penes me manu dicti Notarii.

XLVI.

Clementis PP. VII. Literæ credentiales pro Bernardino Coccio ad Malatestam Ballonium, Exercitus Florentini Capitaneum Generalem, d. d. 13. Augusti, An. 1530.

Clemens PP. VII.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ex dilecto Filio Dominico Centuriono, Camerario nostro, & antea ex plurimis intelleximus quo amore & studio, Fili, processeris, & assidue procedas ad servationem istius Civitatis Patriæ nostræ charissimæ, simulque ad nostrarum rerum beneficium. Quod est nobis ita gratum, atque in corde & in desiderio fixum, ut hujus beneficii, quod in nos, & in nostram Patriam confers, nunquam oblivisci possumus: siquidem cum omni solicitudine incolumitatem ejusdem Civitatis exoptemus, merito fit, ut tibi, cum in hoc adjutorem præcipuum habemus, simus maxime debituri; sed hæc & alia plenius tibi referet dilectus filius Bernardinus Coccius, quem ad te mittimus, cui fidem in omnibus indubiam habebis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XIII. Augusti MDXXX. Pontificatus nostri anno septimo.

Blosius.

A tergo.

Dilecto Filio Malatesta Ballonio, Exercitus Florentiæ Capitaneo Generali.

XLVII.

Ejusdem Credentiales ad Eundem, pro Martino Agrippa, familiari suo, de dato 24. Augusti, An. 1530.

Clemens PP. VII.

Dilecte Fili, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ex tuis literis tuum amorem & fidem erga nos magis, & certius perspeximus. Nos, Fili, te hortamur, ut cœpta amantissima concludas, quo enim plures erunt difficultates à te superatæ, major erit tuorum ratio apud nos, qui sane hoc tuum in nostram Patriam beneficium, nunquam oblivisci poterimus; sed hæc, tametsi Galeatius tuus plenius ad te scripserit, ut credimus, explicabit etiam copiose dilectus Filius Martinus Agrippa, Familiaris noster præsentium exhibitor, cui in omnibus, quæ tibi retulerit, fidem habebis indubiam. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII. Augusti, MDXXX. Pontificatus Nostri Anno septimo.

Blosius.

A tergo.

Dilecto filio Malatesta Ballonio.

XLIIX.

Sententia Caroli V. Romanorum Imperatoris in causa Ducis Florentini & Exulum ejusdem civitatis pronuntiata, de An. 1530.

Che tutto l'odio, e'l rancore, e sdegno, che il Duca avesse conceputo contro a' Fuorusciti Fiorentini, per quello che insino ad oggi eglino avesser detto, o fatto, tentato, o procurato in qualunche maniera contra la persona, stato, o governo suo, dentro, o fuori dello Stato di Firenze, si posino, e siano del tutto spenti; onde il predetto Duca non possa giammai

nai perciò dirittamente, ne indirittamente per giustizia, ne altrimenti ordinariamente, ne straordinariamente pretenderne cosa alcuna contro a Fuorusciti di sopra detti, o in maniera alcuna querelarsene, ma tutto si sdimentichi per sempre. E che i medesimi Fuorusciti possano da qui innanzi conversare con tutti gli altri Cittadini Fiorentini, e stare, e abitare in Firenze, e quindi anche partirsi liberamente a lor piacere, e godere senza impedimento alcuno tutti i lor beni mobili, che non fossero di già stati venduti ad altri, e gl' immobili ancorchè fossero stati venduti, o in alcun altro modo alienati, pagando nondimeno a quegli, che li avessero comperati tutto quel, ch' eglino avessero speso in miglioramenti accetabili di que' beni, o in render doti, alle quali i predetti beni fossero stati obbligati, o in pagare altri debiti giusti, che i Fuorusciti di sopra detti avessero auti, o in liberargli ultimamente da qualche altro carico, che que' beni avessero avuti, quando coloro, che gli hanno al presente, cominciarono a possedergli, e se circa a questi così fatti pagamenti nascerà differenza alcuna, che l'una, el l'altra parte se ne debba rapportare a quel giudizio, che ne darà l'Ambasciadore della Cesarea Maestà, il quale sarà appresso al detto Duca, o in qualunque altra persona a cui l'Imperadore commettesse la cognizione di queste cause, e che tutto quel che si dice in questa sentenza s'intenda doversi osservare con queste condizioni di sotto scritte. Primieramente, che i Fuorusciti da qui innanzi non faranno, ne tenteranno, ne procaccieranno dirittamente, o indirittamente cosa alcuna contra la persona, governo, e Stato del Duca Alessandro, e facendo, tendando, o macchinando in maniera alcuna contra al Duca di sopra detto, s'intendano aver perduti tutti que benefizzi, che sono conceduti loro per la presente capitolazione, i quali benefici non possano godere ancóra se non que' Fuorusciti, che per pubblico contratto si dichiareranno di voler esser compresi in questo accordo, assegnando a fare la predetta dichiarazione due mesi di tempo a que' Fuorusciti, che sono in Italia, e quattro mesi a quei, che ne son fuori, il qual contratto si debbe fare innanzi al Conte di Sifonte Ambasciadore della Cesarea Maestà in Roma, o dinanzi a quell'Ambasciadore, che sarà per la Maestà di sopra detta appresso il Duca Alessandro. Ma che i Fuorusciti non possano perciò ritornare in Firenze, se prima la Signora Duchessa figlivola dell'Imperadore, e sposa del Duca Alessandro di sopra detto, non sarà giunta, e ferma in Firenze, ancorachè dal giorno della dichiarazione, ch' eglino avranno fatta legittimamente nel modo predetto di voler essere compresi in questa capitolazione, ei comincino a godere i lor beni. Proibiscesi oltracciò al Duca Alessandro il poter per l'avvenire procedere contro a detti Fuorusciti per qualcunque cagione ei potesse pretendere contra coloro per gli errori, che commettessero da qui innanzi, in altro modo, che per via di Giustizia, e occorrendo pigliargli, o confiscare loro beni, ciò non si possa fare, senza il parere dell' Ambasciadore, che sarà allóra per sua Maestà appresso il predetto Duca, o d'alcun altra persona, che dall' Ambasciadore di sopra detto fosse nominata, e questo modo di vivere che noi diciamo, debba durare quattr' anni continui avvenire. Ed al presente, acciocchè i Fuorusciti possan viver sicuri, che tutto quel ch' é lor promesso in questa capitolazione, sarà osservato loro inviolabilmente, il Duca Alessandro prometterà liberamente sopra alla fede, e sopra all' onor suo alla Cesarea Maestà di non contraffare in maniera alcuna dirittamente, o indirittamente a quel ch' è stato deliberato, e promesso a i Fuorusciti per la presente sentenza, e Cesare prometterà per il predetto Duca, ed in nome di esso a tutti i Fuorusciti, che tutto quello, che si promette loro in questa capitolazione sarà loro, siccome s' e detto di sopra, inviolabilmente osservato. Sia ancóra obbligato il Duca a promettere di ratificare a tutto quello, che lo Imperadore ordinerà che si debbia fare in Firenze circa il governo di quella Città, e d'osservarlo ancóra senza mutarne, o alternare cosa alcuna da qui avanti, tardi, o per tempo senza la licenza, o' l comandemento di Sua Maestà, la quale possa dar quell' ordine, ch'ella vorrà, che si tenga in Firenze, in una volta, o più secondoche le parrà necessario di fare, ma tutto quello, ch' ella vorrà ordinare, lo debba ordinare, al più lungo nel termine d' un anno, il quale ordinamento si possa fare dalla Cesarea Maestà propria, o veramente da chi ella arà commesso per un suo mandato, che ordini tutto quel, che appartiene al viver civile, alla giustizia, e alle facoltà del predetto Stato di Firenze, così universalmente, come particolarmente. Il che facendo Sua Maestà s'ingegnerà a suo potere di far tutto quel che converrà, per indirizzare ogni cosa a buon fine, così in quanto a quel che s' appartiene al titolo, e all' autorità del predetto Duca, come quello che appartiene alla conservazione delle leggi, privilegi, esenzioni, e benefizzi della prædetta Città di Firenze, a i quale Sua Maestà promette di non pregiudicare in maniera alcuna. Conceda ancóra il Duca Alessandro a Cesare autorità di levar del tutto, o moderare alquanto le gravezze, e gabelle, le quali fossero state poste a i Cittadini Fiorentini, ed a i sudditi della Città di Firenze, contra le leggi, ed antichi ordini suoi, di poi che il Duca Alessandro governa, e di promettere ancóra, che da qui innanzi non se ne porra alcuna altra alla predetta Città, ne alle Terre, Castella, o Ville, che le son suddite, o raccomandate, se non conforme alle leggi, ed antichi ordini Fiorentini; oltracciò si debba il Duca di sopra detto sottomettere a tutte quelle pene, non osservando tutte quelle cose, che si contengono nella presente sentenza, le quali gli sono ordinate du Sua Maestà nel privilegio datogli da quella dell' autorità,

torità, e grado, che debba avere nella Repubblica Fiorentina. Ed i Fuorusciti altresì si sottomettano alla pena di perdere tutti que' benefizzi, che concede loro la presente capitolazione, e tutti que gli ancóra, che potessero giammai pretendere nella Città di Firenze o nello Stato suo. Dieno ancóra tutte le predette parti piena autorità all' Imperadore di dichiarare, e sentenziare, s'alcuna di loro avesse contraffatto al presente accordo, o no, ed imporre a chi avesse contraffatto tutte quelle pene, che a lui piacerà, e in quella maniera che gli parrà, e a suo libero arbitrio.

XLIX.

Caroli V. Roman. Imperatoris Diploma, quo Rempublicam Florentinam a Banno Imperiali absolvit, ac, Privilegia ejusdem confirmando, Alexandrum de Medicis, Ducem Civitatis Pennæ, ejusque legitime descendentes, Republicæ Florentinæ Gubernii, Status atque Regiminis Capita constituit, d. d. 27. Octobr. An. 1530.

CArolus Quintus Augustus, divina favente clementia Rom. Imperator, ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hyerusalem, Insularum Balearium, fortunatarumque, & magni orbis Indiarum &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ & Galliæ Belgicæ Dominus &c. Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis; Postquam summa Dei opt. max. benignitate & clementia, Romani Imperii cura nobis commissa est, summum semper nostrum studium fuit, ne quid damni, aut incommodi, nobis imperantibus, res publica pateretur. Hinc, relicta Hispania, ea potissimum ratione in Italiam venimus, ut ab his, quibus assidue vexabatur, malis, eam liberaremus, pacemque illi atque otium, pro bellis & seditionibus concederemus, nostroque animo, ac voluntate illa perspectis, cum depositis armis, ad nostram & Romani Imperii devotionem, atque amicitiam facile advenerint, una tantum Florentia excepta, quæ nonnullorum perditorum hominum consiliis, atque artibus, prætterquam quod nobis absentibus arma in nos & Romanum Imperium ceperat, regnum nostrum Neapolitanum, & Sanctæ Romanæ ecclesiæ, cujus nos advocati sumus, ditionem, armis infestaverat, nobis quoque præsentibus, animo nostro non satis perspecto, legionibus nostris portas hostiliter occludere, urbem munire, seque intra mœnia continere, atque nostram & Romani Imperii auctoritatem contemnere præsumpsit, ac nos, qui non ad perdendam, sed ad servandam eam urbem veneramus, quique a pristino nostro de pacanda Italia instituto non recesseramus, tantum militibus nostris imperavimus, ut tamdiu eam obsidione premerent, quousque facti pœniteret, ad nostramque, & Romani Imperii devotionem veniret, cumque post longam obsidionem sese nobis ea lege dederit, ut nos ejus regimen, gubernium, & statum, arbitrio nostro disponeremus, atque ordinaremus: Nos eam civitatem in deditionem acceptam, tametsi ex causis supernarratis, & quam multis aliis legitimis rationibus omnibus privilegiis, quæ a majoribus nostris Romanis Imperatoribus ac Regibus & Sacro Romano Imperio majores sui obtinuerunt, de universoque ejus dominio, atque statu, tanquam ad nos & Romanum Imperium devoluto, arbitrio nostro disponere jure nobis licuisset: Cupientes tamen, ut ipsa quoque civitas clementiam nostram experiatur, favore etiam atque intuitu beatiss. Patris nostri, Clementis VII. Pontificis maximi, qui tanquam ejusdem Reipublicæ salutis, quietis & libertatis studiosissimus, pro ea intercedere dignatus est, motu proprio, & ex certa nostra scientia, firmo & deliberato animo, non per errorem, aut improvide, sed sano Principum, Baronum, Comitum, Procerum, atque aliorum Nostrorum & Romani Imperii fidelium dilectorum ad hoc accedente consilio, & de Nostra Imperialis potestatis plenitudine, eidem Reipublicæ Florentiæ, quidquid in his omnibus supradictis, & alias quomodocunque contra nos, & Romanum Imperium commisit, tenore præsentium remittimus, eamque in nostram & Romani Imperii gratiam recipimus, reponimus, restituimus, & reintegramus, ac si ea nunquam per ipsam commissa forent; Decernentes ac volentes, ut dicta civitas Florentina, ejusque cives, incolæ, & subditi, hujus gratiæ, & indulti nostri vigore, ejusque beneficio, omnibus privilegiis, gratiis, exemptionibus, & libertatibus per totum Romanorum Imperium, & ubique locorum, & terrarum utantur, fruantur, & gaudeant, quibus, antequam a devotione nostra recederent, utebantur, fruebantur & gaudebant, absque ullo impedimento, vel contradictione. Præterea cum summi pontificis tantum valeat apud nos authoritas, ut nihil illi negare velimus, ejus favore atque intuitu, utque Florentini suæ Sanctitatis & nostram benignitatem & gratiam magis ac magis agnoscant & amplectantur, eisdem motu, scientia, animo, authoritate, & potestate prædictis, omnia & singula privilegia, jura, concessiones, exemptiones, libertates, gratias & indulta Reipublicæ Florentinæ, a majoribus nostris Romanis Imperatoribus & Regibus concessa, & concessas, quibus, antequam a nostra & Romani Imperii fide ac devotione recederent, utebantur, in omnibus suis articulis, punctis & clausulis, ac si his nostris de verbo ad verbum essent inserta, confirmavimus, ratificavimus, approbavimus, ac tenore præsentium confirmamus, ratificamus, approbamus, hisque univer-

versis robur & authoritatem nostram impertimur, ipsamque rempublicam Florentinam cum Regimine a nobis inferius disponendo, in nostram & Romani Imperii gratiam, tuitionem, protectionem, & salvam guardiam suscipimus & assumimus, susceptamque, & assumptam esse dicimus, decernimus & declaramus. Cum autem ad perpetuam hujus Reipublicæ Florentinæ libertatem, pacem, quietem & tranquillitatem, atque in nostra & Romani Imperii devotione perpetuo maneat, supersit, tum ratione Imperialis nostræ dignitatis & authoritatis, ad quem spectat rerum publicarum salutem & pacem curare tum vigore conventionis inter Illustr. Ferdinandum Gonzagam pro nobis intervenientem, & ipsam Rempublicam Florentinam, cum deditionem faceret, firmatæ ejusdem Reipubl. regimen, gubernium, & statum disponamus & instituamus, & pro solito instituto nostro nihil aliud quam ejus & universæ Italiæ salutem, pacem, quietem, & libertatem quæramus, animadvertentes Rempublicam ipsam, veluti & alias complures, ejus esse naturæ atque ingenii, ut sub hujusmodi regimine & magistratu, in quo esset unus, cui ejus præcipua cura incumbat, longe melius ac felicius rogatur & gubernetur, quam ubi res ad populares magistratus deferatur, quodque quamdiu illustr. Mediceorum familia, quæ diu suo merito in ea Republ. floruit, tanquam caput regiminis supremum, illius curam habuit, tum vere & publ. & privatis opibus floruisse multumque & rei & dignitatis illi accessisse; contra vero ubi æmulorum malitia atque invidia ab ea authoritate illa dejecta extitit resque ad popularem factionem delata est, tunc omnia, quod novissima hæc calamitas & illius Dominii devastatio facile testantur, publica atque privata corruisse, & ad eam usque miseriam redacta esse, ut nisi beatissimus Pontifex ac nostra Clementia illi succurrisset, de ejus Dominio ac libertate actum esset.

Cupientes ejusdem Reipubl. saluti, libertati, quieti, & tranquillitati optime consultum esse, atque universali Italiæ pacem stabilire, nostramque & Romani Imperii dignitatem & authoritatem, ut tenemus, conservare, ne res iterum ad popularem factionem devenire, & propterea Dominium atque libertas dictæ Reipubl. periclitari & opprimi valeat, eisdem motu, scientia, animo, consilio, & auctoritate prædictis, tenore præsentium, statuimus, decernimus, & declaramus, volumus & jubemus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus magistratus dictæ reipubl. eisdem modis & formis eligantur, disponantur, & instituantur, quibus ante ejectam ipsam Mediceorum ill. familiam eligebantur atque instituebantur, utque eadem ill. ipsa Mediceorum familia, & imprimis illustr. Alexander de Medicis Dux civitatis Pennæ, cui nuper illustr. Margaritham filiam nostram naturalem despondimus, quamdiu vixerit, atque eo e vivis sublato, ejus filii, hæredes, & successores ex suo corpore descendentes masculi, ordine primogenituræ semper servato, & illis deficientibus, qui proximior masculus ex ipsa Mediceorum familia erit, & sic successive usque in infinitum, jure primogenituræ servato, sit atque esse debeat dictæ Reipublicæ Florentinæ gubernii status, atque regiminis caput, & sub ejus præcipua cura, & protectione ipsa civitas, & Respublica, cum universo ejus statu, & dominio regatur, manuteneatur, & conservetur, & tam ipse illustr. Alexander, quam sui prædicti possint & valeant, ac debeant in omnibus supradictis magistratibus, qui in præsentia sunt, & pro tempore modo, quo supra, ut aliis quomodocunque disponentur, interesse, hisque præesse, ac si is qui pro tempore juxta ordinem, ut supra dispositum, præesse debebit, ad singulos ipsos magistratus publicis suffragiis tanquam caput electus & designatus foret. Decernentes ac volentes, & hoc nostro Imperiali edicto, perpetuo valituro statuentes, ut si quando dicta Respubl. Florentina hoc regimen, modo quo supra a nobis institutum, violare, aut invertere, aut ei quovis temerario ausu contraire audebit, tanquam nobis ac Rom. Imperio ingrata, rebellis, & inobediens, suæque saluti, libertati, quieti, pacis, & tranquillitati contraria, suprascriptis nostris, remissione, indulto, confirmatione, approbatione, ratificatione & gratiis, aliisque omnibus, & singulis privilegiis, concessionibus, exemptionibus, libertatibus, & gratiis, eidem a prædecessoribus nostris Rom. Imperatoribus, & Regibus, & Sacro Romano Imperio quomodolibet, & ex quacunque causa, concessis, privata, atque universum ejus dominium, ad nos, & ipsum Rom. Imperium devolutum censeatur, quemadmodum eam nos ex nunc, prout ex tunc, & e contra, privamus, eaque omnia & singula supra scripta revocamus, cassamus, annullamus, & cassa, nulla, atque irrita, & universum dictæ Reipublicæ dominium ad nos, & Rom. Imp. ipso facto devolutum esse volumus, decernimus, declaramus, & pronuntiamus, quibuscunque in contrarium facientibus non obstantibus, etsi talia forent de quibus specialis, expressa, ac de verbo ad verbum in his mentio fieri oporteret, quibus omnibus & singulis, eisdem motu, scientia, animo, authoritate & potestate prædictis derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes, supplentes omnes defectus, tam juris, quam facti, & solennitatum omissiones signis, aut quæ forsan in his intervenissent, aut allegari quovis modo possent, quæ omnia & singula, ut in favorem dictæ Mediceorum illustr. familiæ interpretentur, volumus & jubemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ remissionis, indulti, confirmationis, approbationis, ratificationis, statuti, decreti, voluntatis, declarationis, & institutionis paginam infringere, aut ei quovis temerario ausu, directe, aut indirecte contraire: si quis autem id attentare præsumpserit, nostram & Imperii sacri indignationem gravissimam, & pœnam centum marcharum auri puri, se noverit irremissibiliter, quotiens contra fecerit, incursurum, quarum medietatem fisco nostro Imperiali,

periali, reliquam vero partem injuriam passi, aut passorum usibus decernimus applicandam, harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæs. appensione munitarum. Datum in civitate nostra Imperiali Augusta die XXVIII. mensis Octobris, Anno Domini MDXXX. Imperii nostri XI. Regnorumque nostrorum omnium XV. Ad mandatum S. Cæsareæ & Catnol. Majestatis.

L.

Instrumentum, quo Dominum Antonium Muscetolam, Oratorem & Nuncium Cæsareum, contenta præinserti Diplomatis Florentiæ solenni actu executioni mandasse docetur, d. d. 6. April. An. 1531.

IN nomine individuæ Trinitatis. Per hoc præsens publicum Instrumentum cunctis pateat evidenter, quemadmodum convocatis, ac personaliter constitutis in sala magna inferiori, palatii magnificorum Dominorum Florentinorum excellent. Dominis Dominis Prioribus libertatis, & Vexilifero justitiæ populi Florentini, una cum venerabilibus collegis, cæterisque magistratibus civitatis. Quorum nomina sunt &c.

Hinc est quod in præsentia magnificorum Dominorum magistratuum prædictorum, nec non plurimorum aliorum civium Florentinorum, in prædicta sala magna existentium, ubi ad infra scripta audienda & peragenda, januis apertis, & in maxima multitudine, veluti in actu publico convenerant, personaliter existentes, & in medium assurgens magnificus vir, & U. J. D. præclarissimus Dn. Jo. Antonius Muscetola, de Neapoli, Orator, Nuncius, & commissarius a sacratissimo Domino Domino Carolo V. Rom. Imper. semper Augusto ad infra scripta, & alia peragenda, ut dictum, specialiter deputatus, & legitima facultate suffultus, cum ea, qua decuit circumspectione, non minus ornate, quam copiose, in latino sermone ut melius ab omnibus intelligi possit, ita eloquutus dixit. Cum idem Serenissimus Dominus Imperator, ut rebus Italiæ, diuturno bello non mediocriter afflictis, occurreret & pacem inter dissidentes componeret, ad effectum ut rebus pacatis, arma Christianorum in Turchas, Christiani nominis hostes, felicius converti possent, ex Hispania in Italiam applicuisset, & cum Venetis, & aliis civitatibus & Dominiis ab eo dissidentibus capitula pacis & concordiæ, modum in pace vivendi concernentia iniisset: Cum Illustri Florentinorum Dominio, quod semper ipse, & sui prædecessores, Romani Imperatores, peculiari quodam amore prosequuti fuerunt, qui tum ab eo discordabat, & contra eum arma sumpserat, & ab obedientia, & reverentia Sedis Apostolicæ discesserat, & sanctissimum Dominum nostrum, cum quo dudum fœdus percusserat, & ejus Illustrissimam Familiam, de hac excelsa Republica amantissimam, sine causa expulerat, seu recedere coëgerat, in eum statum, a quo expulsus, una cum ejus Familia Illustrissima erat, admittere & restituere negabat, per diversa media, honestatis, & concordiæ conditiones proponeret; sed particularium civium pertinacia, qui tunc Rempublicam potius arbitrio, quam ratione regebant, & ad privatum commodum magis, quam ad publicam utilitatem, non sano consilio ducti, respiciebant, id assequi non posset; ut improborum malitiam expugnaret, & injuste oppressis subveniret, coactus fuit, licet contra ejus mentem, exercitum comparare ac vestrum territorium armis invadere, & obsidione civitatem vestram cingere, armis infestare, ac fame premere, quo respicientes, & sua errata cognoscentes, more pii patris, qui filios errantes sæpe corripit, & reductos paterna charitate avidius complectitur, benignius exciperet, licuit eidem Serenissimo Imperatori, si voluisset, civium vestrorum pertinacia exigente, vestram civitatem longa obsidione oppressam, fame supra modum laborantem, omnium humanarum fere rerum auxilio destitutam, facile superare, diripere, & expugnare; sed Suæ Imperialis Celsitudinis bonitate, ac ejusdem sanctissimi Domini nostri intercessionibus delinitus, potius divino auxilio, quam humano consilio, sui exercitus milites repressit atque continuit, quodque tandem ad cor reversi, vos errasse fatentes, saniori consilio ducti, ad capitula pacis, & concordiæ, cum Sua Cæsarea Majestate ac Serenissimo Domino nostro devenistis, illaque observare, & adimplere promisistis, & ad ea vos, & civitatem vestram obligastis. Et quia & in dictis capitulis inter alia cautum fuit, quod idem Serenissimus Dominus Imperator, certum tempus, modum & formam, quibus civitas ipsa in posterum regi, & gubernari deberet, declararet & ordinaret, idem Serenissimus Dominus Imperator ad civitatis vestræ, suæ curæ commissæ pacificum ac tranquillum attendens, sanctissimi Domini nostri contemplatione & intuitu, qui suam hanc patriam paterna charitate prosequitur, & illius status, ac honoris, & gloriæ incrementa summis desiderat affectibus, pro indulgentia & remissione a Cæsarea Majestate, eidem Reipublicæ Florentinæ facienda & sæpius præstita, per Imperiale edictum, sive decretum sigillo ejus aureo, ut videtis, munitum de Suæ Imperialis Celsitudinis suprema autoritate, & potestate declaravit, statuit & ordinavit; Illustrissimam Familiam de Medicis, & consequenter Illustrissimum Dominum Alexandrum Medicem, Ducem civitatis Pennæ, ex qua familia Dux ipse descendit, ipsius Serenissimi Domini Imperatoris generum dilectissimum, ad gradum, statum, honores, privilegia, immunitates, & jurisdictiones, in privilegio contentas, etiam uti ante eorum ultimum discessum erant, recipiendos & acceptandos, ac restitui, reintegrari, & plenarie reponi ac admitti debere, juxta tenorem ipsius privilegii & indulti.

Item.

Itemque idem Illustrisimus Dn. Alexander Dux, sit, & esse debeat primus, caput, & præpositus in regimine dictæ civitatis, & in quolibet officio, & magistratu ejusdem, ad illa regenda, & gubernanda, & alias, prout, & sicut alias per legem municipalem dictæ civitatis sancitum & ordinatum fuit.

Item quum idem Serenissimus Dn. Imperator, omnia & singula privilegia, indulta, gratias & concessiones, per suos prædecessores, divos Imperatores, Florentinæ civitati, & ejus Illustri Dominio concessa & facta, ac concessas & factas, ex sua mera liberalitate confirmavit, atque de novo concessit, mandavit, jussit, & voluit, præmissa, sic per eum declarata, & ordinata, inconcussa servari, & adimpleri, atque nulli liceat illa infringere, vel eis ausu temerario contravenire, sub eorundem privilegiorum revocatione, & aliis pœnis tunc expressis ipso facto incurrendis, prout latius hoc, & alia in publico documento, dicti edicti, sive decreti, quod idem Magnificus Dominus Orator in suis manibus tenebat, & eisdem Magnificis Dominis Prioribus, & Vexillifero justitiæ, cæterisque magistratibus ibidem congregatis ostendit, ac in manibus egregii Viri Domini Francisci Campani, primi cancellariæ dictæ comitis tradidit, ac publice legi ac intimari, illius formam fieri, & debitæ exequutioni mandari petiit, latius contineri dixit.

Vide Diploma Caroli V. Roman. Imper. de Anno 1530. die 28. Octobris.

Quibus sic peractis, & dicto Instrumento Imperialis edicti, sive decreti, per Dominum Dn. Cancellarium publice lecto, & omnibus in eo contentis diligenter discussis, & consideratis, præsentes Domini Excellentissimi Priores, & Vexillifer justitiæ, communicato inter se consilio, matura deliberatione præcedente, de eorum voluntate Dn. Benedictus Buondelmontes, Vexillifer justitiæ, nec non ipsius Reipublicæ Florentinæ nomine, in hæc, vel similia verba respondit: Primum omnipotenti Deo gratias egit, asserens civitatem, & populum Florentinum, qui semper Cæsareæ Majestatis magnopere tribuit, ejusque nomen syncera fide, devotione, affectu, & religionis veneratione semper voluit & colere intendit, ob servatam Rempublicam, civitatem & ejus cives e faucibus militum liberatos, pupillos, & viduas defensas, libertatem denique restitutam: & demum, ob regiminis gubernii caput ejusdem, Illustrissimum Alexandrum Medicem, qui possit eorum infirmitatibus mederi, datum, quicquid ingenio, labore, opibus, industria, & potentia præstare possit, eidem Cæsareæ Majestati perpetuum debere: dictumque decretum, ordinationem & declarationem & Cæsar. edictum, gratanter, nomine totius civitatis recipiendo, eundem Illustr. Dn. Alexandrum ibidem præsentem, ac Illust. Medicorum familiam in particulari, ac universali, ad gradum, statum, honores, & privilegia, immunitates, & jurisdictiones, in privilegio contentas, & in quibus ante eorum ultimum discessum erant, accepit, restituit, & reintegravit, & plenarie reposuit: ipsumque illustr. Dn. Alexandrum Ducem, & ejusdem Serenissimi Dn. Imperatoris generum in primarium dictæ civitatis, ejusdemque regiminis, & gubernii, ac omnium ac singulorum officiorum, & magistratuum dictæ civitatis Caput, Præpositum, & Directorem acceptavit, & illum nomine totius civitatis, & populi Florentini pro tali, & ut talem perpetuo tenere, habere, colere, & observare velle asseruit, & ita ab omnibus teneri & reputari mandavit, juxta continentiam, & tenorem dicti privilegii; permittentes præfato Illustr. Dn. Alexandro præsenti, pro se ipso, ac ejus hæredibus, & successoribus, & eidem Magnifico Dn. Johanni Antonio Oratori præsenti & pro dicta Cæs. Maj. recipienti, prædicta omnia & singula, ac omnia in privilegio prædicto contenta, perpetuo attendere, & observare, & contra non facere, dicere, vel venire, per se, vel per alias submissas personas, sub quovis quæsito colore, & sub pœnis & aliis censuris in dicto præinserto privilegio contentis, & sub omni juris & facti renunciatione, ad hoc necessaria pariter cautela: Et dicti Dn. Vexilliferi sermone completo, Magn. XVI. Gonfalonerii societatum populi Florentini .... eorum respective locis assurgentes, & coram præfatis Dominis, Magnifico Domino Oratore Cæsareo & Illustrissimo Duce Alexandro personaliter existentibus, in unam, & eandem animi sententiam convenientes prædicta omnia, & singula per dictum Magnificum Dn. Benedictum de Buondelmontibus, Vexilliferi, prefate dicta, exposita, narrata & promissa, nomine dictorum respective laudaverunt & approbaverunt, ac rata, & grata perpetuo habere, & tenere voluerunt, & velle dixerunt, & prædictum Imperatorium edictum, ut præmittitur, publicatum, & præinsertum, & omnia contenta in illo, nemine dissentiente approbaverunt, & illud gratum & ratum, & firmum, se perpetuo habituros, nomine dictorum respective magistratuum, & dictæ reipublicæ Florentinæ promiserunt & convenerunt: ac prædictum Illustrissimum Ducem Alexandrum Medicem, ibidem præsentem, & omnia super & infrascripta pro se, & posteris suis juxta formam, & dispositionem producti Imperialis edicti recipientem, ut perpetuum caput primarium regiminis, & gubernii civitatis, & illius pacifici & quieti status, & propositum omnium & singulorum magistratuum ejusdem, in omnibus, & per omnia, juxta tenorem præinserti privilegii receperunt, admiserunt, & acceptaverunt, promittentes, & solemni stipulatione convenientes, tam prædicto Magnifico Dn. Oratori Cæsareo, quam Domino Illustrissimo Dn. Alexandro de Medicis, & nobis notariis infrascriptis, ut præfertur, & pro omnibus quorum interesse poterit, quomodolibet stipulantibus & acceptantibus se perpetuo observaturos prædictum Imperatorium edictum, & non venire contra illud quovis modo, sub pœnis, & aliis in prædicto Imp. edicto contentis, & non obstantibus his, quæ prædictus Serenissimus Imperator in prædicto suo Cæsar. edicto

edicto voluit non obstare, de & super quibus omnibus & singulis, tam prædictus illustris. Dn. Alexander Medices, nec non prædictus Vexillifer, mandaverunt, & petierunt præsens fieri documentum, & instrumentum unum, seu plura.

Acta & celebrata fuerunt omnia, & singula scripta, in prædicto palatio, prædictorum magnificorum Dn. Florentinorum, & in sala magna inferiori dicti palatii, anno incarnationis dominicæ 1531. Indictione V. & die 6. mensis Aprilis, P. Serenissimi in Christo Patris & Domini nostri, Clementis divina providentia P.P. VII. anno VIII. & præsente & assistente magna parte populi, nec non venerabilibus viris, Domino Albizo ..... de Nobilibus, Clerico Floren.

Ego Johannes Juliani de Durazinis, Imperiali Apostolicaque autoritate notarius, & scriba prædictorum Excellentissimorum Dominorum libertatis civitatis Florentinæ, præmissis omnibus & singulis, quæ in præsenti, & in novem aliis semper procedentibus cartis in hoc libello, simul lectis, & meo signo interlineatis descripta sunt, dum sic agebantur interfui, & agitari, ut scripsi, vidi, & auscultavi, in superscripto loco, & demum de mandato Magnifici Dn. Vexilliferi justitiæ, & Excellentissimorum Dominorum, requisitus una cum infrascriptis aliis Cancellariis palatii, in præmissorum fidem, & robur, & testimonium, me subscripsi, & signum meum consuetum apposui.

LI.

Senatus-Consultum XLVIII. Virorum in Civitate Florentina, quo, vigore Privilegii Imperialis, Cosmus de Medicis, loco Alexandri Ducis, Reipublicæ Florentinæ caput declaratur, d.d. 9. Jan. An. 1538.

Die 9. mensis Januarii 1538. per cons. octo virorum Florentiæ.

IL Sign. Luoghotenente, & suoi Magf^{ci}, Consiglieri, insieme ragunati, con li magn. Capit. de consiglio di XLVIII. inteso la subita & inopinata morte, del Quondam Illmo. Sigr. Duca Alexandro di Medici, & considerato per questo la città restar senza il capo del suo governo, e pero volendo, quanto piu presto si puo, provedere a quel inconveniente, acchioche la citta, e suo Dominio per questo ne patisca; è considerato lo indulto, è privileggio della Maestà Cesarea, altra volta concesso a sua Ex^{za}, insino l'anno 1530. di esser capo del governo della citta successivo, e doppo la vita sua, concesso similmente a piu alteri della Illma Famiglia de Medici in detto indulto compresi, e vedendo, che in tal governo, manchando il prefato Sigr. Duca senza figlioli legitimi, e non ci essendo indicio alcuno, che la Sig^{ra} Duchezza sia restata gravida, doveva in suo luogho succedere secondo il tenore di detto indulto, e privileggio, Lorenzo di Pier Francesco di Medici, come quello ch'e de piu proximi, & di maggior èta. Ma per haver si luy tolto tal luogo, per esser intervenuto personalmente, alla morte del detto Illmo Sigr. Duca; pero i prefati magnif. Capit. del consiglio di XLIIX. commedi sopra, insieme ragunati, per loro solenne partiti vinto secondo li ordini, & per ogni meglior modo, che sepino e poterono, elegono, e deputorono, in lougho del Quondam prefato Sigr. Duca, Alessandro, il Illmo Sigr. Cosimo, figliolo del magnf. Signor Giovanni de Medici, come piu prossimo, per capo, & primario del governo della citta di Fiorenza, e suoi Dominii, dichiarando ch'el habbia la medesima autorità, preeminentia, & podesta concessa li per detto indulto, e privileggio de la Maesta Cesarea, in tutto & per tutto, con espressa riservatione, che si quondam Signora Duchessa fosse gravida, e parturissi figlio maschio, che in tal caso habbia a seguitare l'ordine del indulto predetto di Sua Maesta, è similmente quella encora, che per alteri provisione fatte qui, della citta piu volte, al prefato Sigr. Duca Alessandro de Medici fù concessa, conquelle non di manco limitationi e dichiaratione, che per tutto il giorno di domani, che saranno a di Dieci del presente mese di Genaro, saranno ordinati, e fatti, e vinte per partito, delli magnif. infra scritti otto capitanei, coiè, ... Equali, il prefato consiglio di 48. elegono, e deputorono, con autorita pienissima a fare, & ordinare le dette dichiarationi, e tutto quello che intorno accio paressi loro necessario, per salute della citta, e suo governo, bastando l'approbatione colla meta delle fave nere.

LII.

Caroli V. Rom. Imperat. Diploma, quo Cosmum de Medicis Primarium & Reipublicæ Florentinæ caput constituit, d.d. ultim. Septembr. An. 1537.

CArolus Quintus, Divina favente Gratia Roman. Imperator Augustus, ac Germaniæ, Hispaniæ, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Insularum Balearium, Sardiniæ, Fortunatarum, ac Indiarum, & terræ firmæ Maris Oceani &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgii, Lucemburgiæ, Geldriæ, Virtembergiæ &c. Comes Hapsburgi, Flandriæ, Tyrolis, Artesiæ, & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgi, & Zutphaniæ, Landigravius Alsatiæ, Marchio Burgoviæ, & Sacri Rom. Imp. Princeps Sveviæ, Dom. Phrisiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ, &c. ad perpetuam rei memoriam recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium Universis &c. Ad alias rationes Imperialis Dignitatis & muneris nostri, quo Dei optimi Maximi voluntate fungimur, hoc vel inprimis pertinere arbitramur, ut fidelium rebus ad otium & tranquillitatem redigendis, & confirmandis assidua cura & perenni studio incumbamus, eorum præcipue, qui pro summa sua erga nos devotione & observantia à nobis omnia expectare, suæque dignitatis nedum asserendæ, verum etiam augendæ, & stabiliendæ, in nobis spem omnem

omnem ponere & posse, & velle, dignoscuntur; Qua de re, cum Excelsæ Reipublicæ Florentinæ status aliquandiu, & præsertim post fata Illustris quondam Alexandri de Medicis, Ducis Pennæ, affinis nostri, non nihil fluctuari, atque periculo expositus, & ob id presenti ope juvandus, videretur, Nos, qui nihil antiquius, aut carius unquam habuimus, quam ejus status, cujus patrocinium jam olim susceperamus, ad augmentum & existimationem promovere & rerum ipsius firmitati consulere, etsi aliis maximis Christianæ Reipublicæ negotiis eramus impediti, noluimus tamen deesse, quin ad depellendum motus & pericula ipsi statui & Reipublicæ Florentinæ impendentia, & ad providendum ea, quæ optime illius administrationi congruere viderentur, omnem curam, operam & diligentiam nostram converteremus. Itaque inter cæteros nostros in Italia & Pacis & Belli ministros, Illustri Johanni Ferdinando Manrique, Marchioni ab Aquilar, consanguineo nostro, & magnifico fideli nobis dilecto, Ferdinando a Silva, Comiti a Cifuentes, Consiliariis & apud Beatitudinem Pont. Maximi Oratoribus nostris, dedimus in mandatis, ut uterque, aut alter ipsorum nostro nomine hanc Provinciam susciperet, atque ea omnia ageret, tractaret, faceret, & exequeretur, quæ huic rei convenire, expedireque viderentur, quemadmodum ex ipsius mandati & facultatis nostræ serie, inferius inferenda, quam hoc loco pro recitata haberi volumus, perspicere est. Cumque alter ipsorum Mandatariorum, videlicet præfatus Comes a Cifuentes, inhærendo eisdem mandatis & decreto per nos alias pro Illustri quondam Duce Alexandro, & familia Medicea facto, virtute facultatis & auctoritatis sibi a nobis traditæ, communis tranquillitatis & quietis præfatæ Reipublicæ Florentinæ causa declaraverit, magnificum nostrum & Imperii Sacri fidelem dilectum Cosmum de Medicis, ut proximiorem ex ipsa familia Medicea, majoremque natu, & jam vigore memorati edicti seu Privilegii nostri, & in ejus executione, quam ex decreto publico, vocatum ad ipsum Primatum & Caput gubernii & status Reipublicæ Florentinæ, adsciscendum fuisse, eundemque primatum ipsi Cosmo deberi hac lege, ut excluso Laurentio nuncupato a Medicis, qui ob parricidium in persona præfati quondam Illustris Alexandri Ducis, affinis sui, perpetratum, læsæ Majestatis reus factus, condemnatus, atque ipso Jure expers omnis gratiæ declaratus fuerat, & ejusdem Laurentii posteris, uti inhabilibus & legitime privatis, ipse Cosmus de Medicis, durante sua vita, sit, & esse debeat prædictæ Reipublicæ Florentinæ gubernii, status, Dominii & Regiminis Caput & Primarius, ac sub ejus præcipua cura & protectione ipsa Civitas & Respublica cum universo ejus statu & Dominio regatur, manuteneatur & conservetur, quamdiu ipse Cosmus superstes fuerit, eo autem vita functo, ipsius filii hæredes & successores ex ejus corpore legitime descendentes masculi, ita ut tam ipse Cosmus quam ejus successores jam dicti possint, valeant, ac debeant omnibus magistratibus interesse ac præesse, ut Primarii & Caput omnium prædictorum Magistratuum, possitque ex gratia nostra uti, frui ea omni auctoritate, qua præfatus quondam Dux Alexander tempore sui obitus uti poterat, & utebatur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, & quemadmodum hæc omnia in ipsa declaratione supradicti Comitis Mandatarii nostri, in qua prædictum Mandatum & edictum nostrum inserta sunt, diffusius continentur, quorumque omnium tenor sequitur in hæc verba:

Nos Ferdinandus de Silva, Comes de Cifuentes, magnus Vexillifer Castellæ, Consiliarius Cæsareus, & in hac causa per Sacram Cæsaream Catholicam & Regiam Majestatem specialiter delegatus, pro ut constat Cæsareo Privilegio, cujus tenor talis est:

Carolus Quintus & quæ sequuntur &c.

Nos cupientes virtute facultatis & auctoritatis Nobis a Cæsarea Majestate concessæ, quieti & tranquillitati hujus Excelsæ Civitatis & Dominii Florentini prospicere, ac consulere, quæ ob infra scriptum obitum Ducis Alexandri quasi fluctuari videtur: Declaramus mentem Cæsareæ Majestatis fuisse & esse, hanc Excelsam Rempublicam & protegere & fovere & quotidianis beneficiis & gratiis semper afficere, & ab imminentibus procellis & periculis illæsam servare, Illustremque Mediceorum familiam, prout semper fecit, paterna caritate amplecti, & sub sua protectione fovere & conservare. Cumque ex Privilegio concesso Illustri Duci Alexandro & Mediceorum familiæ clare constet, quod post obitum Ducis Alexandri absque filiis decedentis, proximior ex familia de Medicis ad primatum & caput gubernii & magistratuum omnium Civitatis Florentinæ vocetur, ad quod iniquitatis filius, Laurentius de Medicis, parricida, si hujusmodi crimen læsæ Majestatis non commisisset, aspirare potuisset, sed ob dictum crimen, & parricidium Jure læsæ Majestatis reus judicatus, & condemnatus, ac ipso Jure privatus ab omni gratia, declaratus existit, ob quam causam primatus prædictus ad Illustrem Cosmum de Mediceis ut proximiorem ex familia de Mediceis & majorem natu devolutus est, ac decreto publico & municipali edicto in executionem dicti Privilegii & juxta intentionem Sacræ Cæsareæ Majest. contentam in dicto Privilegio, ad primatum & Caput Reipublicæ, status & gubernii Florentini ascitus fuit, cujus Privilegii tenor dicitur esse talis: Carolus Quintus & quæ sequuntur. Inhærentes Nos dicto Privilegio, Cæsarea, qua fungimur, auctoritate, dicimus & declaramus, Primatum Reipublicæ status & Gubernii Civitatis & Dominii Florentini deberi Illustri Cosmo de Medicis, filio Magnifici Joannis de Medicis, exclusis penitus dicto Laurentio & ejus posteris, ut inhabilibus & incapacibus & legitime privatis, quodque Illustrissimus Cosmus de Medicis sit atque esse debeat

debeat Reipublicæ Florentinæ, Gubernii, status atque Dominii, & regiminis caput & Primarius, & sub ejus præcipua cura & protectione ipsa Civitas & Respublica, cum universo ejus statu & Dominio, regatur, manuteneatur, & conservetur quamdiu præfatus Cosmus vixerit, eoque e vivis sublato ejus filii hæredes & successores, ex suo corpore legitime descendentes masculi, ita ut tam præfatus Cosmus, quam sui successores prædicti possint & valeant in omnibus Magistratibus interesse, ut Primarius & caput omnium prædictorum Magistratuum, possitque ex Cæsaris gratia uti & frui ea omni auctoritate, qua Illustris quondam Alexander tempore ejus obitus uti poterat, & utebatur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, in quorum omnium fidem & testimonium præmissorum, Nos præfatus Ferdinandus de Silva, Comes de Cifuentes, nomine quo supra has patentes literas fieri jussimus, manu nostra firmatas, sigilloque nostro munitas, & ex nostro Secretario roboratas. Datum in Civitate Florentina in Domo & Palatio Illustris familiæ de Medicis in parte inferiori in Camera nostræ solitæ residentiæ, die 12. mensis Junii Anno a nativitate Domini 1537.

Conde Alferetz.

Nos igitur omnia & singula per prædictum Comitem à Cifuentes, Mandatarium nostrum, ut præmittitur, nostro nomine & auctoritate in vim mandati, ac executionem decreti, seu Privilegii nostri, in beneficium publicæ quietis prædictæ excelsæ Reipublicæ Florentinæ, & pro ornamento familiæ Mediceæ facta & declarata plenum effectum sortiri cupientes; atque eo quidem magis, quod id ipsum non solum præfatus Cosmus, verum etiam ipsa Respublica Florentina se gratum habere declarantes, per suos ad nos Oratores magnificos, nostros & Imperii Sacri fideles dilectos, Averardum Serristorum & Joannem Bandinum, a nobis suppliciter & cum omni studio petierunt, ut præmissa confirmare & ratificare dignaremur. Idcirco attentis præmissis, & tam ipsius Reipublicæ status Florentini quam supradicti Cosmi & familiæ Mediceæ causa, quam una cum ipsa Republica, & statu, paterno amore & benevolentia prosequimur, ac non modo fovere & protegere, sed etiam beneficiis augere & ornare semper cupimus; harum præsentium tenore, ex certa scientia, non ducti errore, aut improvidentia, sed de omnibus prædictis bene edocti, animoque deliberato, ac sano & maturo procerum nostrorum & Imperii Sacri fidelium, dilectorum accedente consilio, prænarratam declarationem, atque alia omnia & singula per sæpe nominatum Comitem a Cifuentes Mandatarium nostrum, ut præfertur, acta, gesta, & superius enarrata, & inserta, in omnibus suis punctis, clausulis, ac articulis, partibus & sententiis, rata & grata habentes, approbamus, ratificamus, confirmamus, & autorizamus de Imperialis nostræ potestatis plenitudine, &, quatenus opus est, ea omnia de novo decernimus, declaramus & constituimus, ac Imperialis auctoritatis & decreti nostri robore & firmitate munimus; decernentes ea omnia & singula valida & firma & perpetua esse & censeri, & intra extrave judicium, plenum sortiri effectum ac inviolabiliter observari debere: Promittentes in verbo nostro Cæsareo & Regio, nos quoque ea omnia & singula inviolabiliter observaturos & non contraventuros ullo ingenio, colore, seu prætextu, omni dolo & fraude semotis; supplentes etiam ex præfata nostra vera scientia & potestatis plenitudine omnes, & quoscumque defectus tam Juris quam facti, & solemnitatis cujuscumque omissiones, qui quæve in præmissis quovis modo intervenissent, seu dici & allegari possent, non obstantibus quibuscumque legibus, statutis, decretis, ordinationibus, consuetudinibus, privilegiis, concessionibus, aut aliis in contrarium facientibus quibuscumque, etiam si talia forent, de quibus in præsentibus specialis mentio fieri deberet, nos enim eis omnibus & singulis, ac si specifice & de verbo ad verbum hic inserta & expressa essent, derogamus, & derogatum esse volumus, & decernimus & jubemus scientia, auctoritate, & potestate supra dictis, nostra tamen & Imperii superioritate & juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat has nostras violare, aut eis quovis ausu temerario contraire aut contra præmissa, aut præmissorum aliquid, sive intra, sive extra judicium, facere, aut venire; si quis autem secus attentare præsumpserit, nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam, ac pœnam mille marcarum auri puri Imperiali fisco seu ærario nostro irremissibiliter applicandam se noverit incurrisse, harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & Bullæ nostræ aureæ appensione munitarum. Datum in oppido nostro Montisoni, die ultima mensis Septembris, Anno Domini millesimo, quingentesimo, trigesimo septimo, Imperii nostri decimo septimo, & Regnorum nostrorum vigesimo secundo.

Carolus.

V. Perenotus.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium.

Jo. Obernburger.

Ego Laurentius Musius Bibenas, Camilli filius, Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, judexque ordinarius Notariusque publicus Florentinus, supra scriptum privilegium transsumpsi, & exemplavi a suo originali scripto in charta hoedina, cum subscriptionibus supra scriptis, in quo privilegio pendet sigillum magnum aureum cum chordula aurea & argentea, in quo quidem sigillo est sculpta Imperialis Majestas, sedens cum habitu & corona Imperiali, cum ense evaginato manu dextra, & pomo cum cruce & sceptro in manu sinistra, e duobus scutis, uno a dextris, & altero a sinistris, super columnis cum inscriptione ejus Cæsareæ Majestatis solita: *Plus ultra.* In uno dictorum

ctorum scutorum, videlicet a dextris, est sculpta aquila biceps, & super dicto scuto est corona Imperialis, & alio a sinistris, in quo sculpta sunt insignia ejus regnorum, & superest corona regia cum litteris circumcirca dictum sigillum sculptis: *Carolus Quintus divina favente clementia Rom. Imper. semper Augustus, & Rex Germania, Hispaniarum, utriusque Sicil. Hierus. Hungaria; ab alia vero parte est sculpta aquila similiter biceps, cum corona Imperiali, & in pectore dicta aquila sculptum est scutum parvum cum insigniis regnorum cum corona regia supra, & ab utroque latere columna, cum dicta inscriptione: Plus ultra;* & litteris circumcirca dictum sigillum sculptis, videlicet: Dalm. Croa. Archi-D. Austriæ, Dux Burgundiæ, Brab. Comes Habsbur. Tirolis, Ferreti. Et quod quidem privilegium non est cancellatum, abrasum, nec in aliqua sui parte suspectum, sed omni prorsus suspicione carens. Quod quidem sumptum & exemplum propria manu fuit exemplatum coram illustri & reverendo Domino, Bernardino Brisegnio, Protonotario Apostolico, & Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Sedis Apostolicæ apud Serenissimum Cosmum de Medicis, magnum Hetruriæ Ducem, cum potestate Legati de latere Nuntio, nec non Reverendissimo Domino, Gvidone Servidio, præposito & vicario generali Florentino, ad mandata Domini Serenissimi magni Ducis. Et quia collatione facta cum Sr. Jacobo de Vantuciis, & Sr. Prospero de Bianchinis, Notariis infrascriptis concordare inveni de verbo ad verbum, ideo in fidem & testimonium veritatis subscripsi, solitoque meo notariatus signo signavi, hac die tricesima mensis Martii anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo in civitate Florentina.

Ego Prosperus Ambrosii de Bianchinis Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius publicus, prædicta una cum supra & infrascriptis Notariis contuli cum originalibus suis, & quia concordare inveni, ideo in fidem subscripsi dicta die trigesima Martii anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo.

Ego Jacobus quondam Bartholomæi de Vantuciis, Apostolica Imperialique auctoritatibus Notarius publicus & judex ordinarius, Notariusque publicus & civis Florentinus, prædicta omnia cum suprascriptis Notariis contuli cum originalibus suis, & concordare inveni; Ideo in fidem subscripsi dicta die, & meum signum apposui consuetum.

Ego Brisegnus, Protonotarius & Nuntius Apostolicus fidem facio ita esse, quia privilegium originale vidi, habui, diligenter inspexi, & collationi interfui, ideo manu mea subscripsi, & solito sigillo obsignavi, & in omnibus concordare inveni die XXX. Martii, a. 1571.

Ego Gvidus Cervidus, Præpositus ac Vicarius generalis Florentinus fidem facio ita esse, quia privilegium originale vidi, habui, diligenter inspexi & collationi interfui, ideo manu mea subscripsi, & solito sigillo obsignavi, & in omnibus concordare inveni d. XXX. Martii 1571.

Nos Carolus de Rosellis, Proconsul artis judicûm & Notariorum civitatis Florentiæ, totiusque provinciæ Florentinæ universis attestamur, qualiter supra scriptos Laurentius, qui supra scriptum privilegium transsumpsit, & dictus Sr. Prosperus, & Sr. Jacobus, qui ipsum contulerunt, tempore dicti facti sumptus & collationis respective fuerunt & hodie sunt publici, authentici, & fide digni Notarii descripti in nostra arte & matricula, eorumque scripturis publicis, sumptis & instrumentis publice ab omnibus plena fides adhibita semper fuit & adhibetur. Has autem litteras in fidem præmissorum fieri fecimus, nostrique & dictæ artis sigilli soliti impressione muniri jussimus. Datum Florentiæ in palatio nostræ solitæ residentiæ die XXX. Martii 1571. Indictione XIma.

Ego Joannes de Barberino Cancellarius de mandato.

LIII.

Tabulæ clientelares, quibus Philippus II., Hispaniarum Rex, Cosmo I. Florentiæ Duci Civitatem Senensem, cum universo Senensi Dominio, in feudum ligium concessit, de An. 1557.

Philippus, Dei gratia Hispaniarum, Angliæ, Franciæ, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hiberniæ &c. (Rex) Comes Habsburgi, Flandriæ, Tirolis &c. Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis.

Cum Cæsarea Majestas Patris Mei Clementissimi longa obsidione, magnis sumtibus, vario ancipitique armorum conflictu, Civitatem Senensem, quæ nonnullorum perditorum hominum impulsu, ab ipsius obedientia desciverat, e Gallica potestate in Suam redegisset, atque in eo bello Senensis ager vastatus, pleraque direpta ac depopulata, ipsa adeo Civitas miserrime tractata atque adflicta fuisset, *posteaque in Nostram potestatem devenit*; (Tenenda videlicet, ut reliqua omnia per Italiam, a patre tradita, feudi lege a S.R. Imperio. Vid. *Vindiciæ Imperial. pro Parma & Placent. Ducat. Cap. VII.*) nihil Nobis majori curæ fuit, quam ut, quoad ejus fieri posset, mala illa omnia resarciremus, ad explendumque istud Nostrum desiderium attestandumque amorem, quo eam Rempublicam semper sumus prosecuti, viam aliquam inveniremus. Temporum tamen gravitas, annorum sterilitas, bellorum sumtus & incommoda, in quæ sub ipsa Regni Nostri initia incidimus, in eam exstitere, ut id, quod tantopere optabamus, ad hunc diem effici non potuerit, ut eam utique ex his angustiis, in quas fuerat illapsa, erigeremus. Verum cum hæc cogitatio nullo Nos tempore destitueret, sed animo semper, sæpe *ad* (forsf. *ac*) multum volverimus, qua id tan-

tandem ratione possemus consequi; nulla promtior aut certior occurrit, quam si eam cum ejus Castro atque universo Dominio in feudum honorificum & *ligium* perquam Illustri Principi, Cosmo Medici, Secundo Florentiæ Duci, sub aliquibus conditionibus donaremus, qui, *propterquam* (forś. *præterquam*) quod in ejus Urbis & Dominii expugnatione magnos labores sustinuit & sumtus fecerit, ob raras, quibus præditus est, virtutes, agrique vicinitatem & fertilitatem, juste eam regere, annona alere, ab hostibus defendere, omnibus modis juvare, cum summa denique Senensium utilitate ac tranquillitate bonorumque perceptione ac fruitione, in pace & libertate tenere poterit. Cupientes igitur hoc negotium, ipsi Senensi Reipublicæ tam necessarium, ad exitum perducere, *neque* (forś. *ne qua*) longior mora hujus rei interjiceretur; confisi plurimum de fide & de veritate Magnifici, Nobis Dilecti, D. Joannis de Figueroa, Consiliarii Nostri Nostrorumque, Arcis Mediolani Castellani, eidem hanc provinciam demandare duximus, ac tenore præsentium demandamus, dantes ei plenam facultatem, auctoritatem & potestatem, ut Nostro Nomine ac pro Nobis possit & valeat cum præfato perquam Illustri Cosmo Medici, Florentiæ Duce, conventiones super hanc rem, pacta & capitula quæcumque, inire, tractare, concludere & firmare, nec non quascumque cautiones, securitates & provisiones ad hanc rem necessarias, cujuscumque qualitatis & exsistentiæ sint, prout ipsi bene visum fuerit, promittere, acceptare & Nostro Nomine obsignare, etsi mandatum magis exigant speciale, quam præsentibus est expressum, omniaque alia & singula facere, tractare, firmare, disponere & ordinare, quæ circa prima necessaria fuerint, & quolibet opportuna, & quæ Nos ipsi facere, disponere & ordinare possemus, si coram præsentes essemus, & illa, si opus fuerit, juramento firmare. *Tandem* (leg. *Tantam*) præterea potestatem & auctoritatem eidem Domino Joanni de Figueroa damus & concedimus, ut, post conclusa pacta & capitula præfata, Ligii & homagii ac fidelitatis juramentum Nostro Nomine ab ipso perquam Illustri Cosmo Medici, Duce Florentiæ, pro Civitate & Dominio Senensi recipere possit & valeat, in hunc, qui sequitur, modum:

Ego Cosmus Medices, Florentiæ Dux Secundus, promitto & juro ex nunc pro me, & meis descendentibus *masculis* & de legitimo natis matrimonio, esse & fore fidelem Vasallum & feudatarium immediatum & *ligum* (leg. *Ligium*) Serenissimi Regis Philippi, ejusque successorum, Hispaniarum Regum, in perpetuam & puram & veram fidelitatem, & homagium præstiturum, prout nunc præsto, & me Ligam & homagium constituo, quod eorum res, jura, homines & salutem, usque ad ultimum vitæ spiritum, omni cura & sollicitudine & quod *juribus meis niti potero* (forś. *quoad viribus meis niti potero*) fideliter custodiam & servabo, & ablata vel injuste *anima* (forś. *aversa*) recuperabo, & recuperata tuebor, omneque periculum ab eis avertam, si potero, aut saltem, si non potero, ne id fiat, impedire summopere curabo, & ne eorum personæ damnum in corpore, vel in aliqua ejus parte detrimentum patiantur, neve alia aliaqua contumelia, injuriave aut læsione adficiantur, pro meis viribus impediam, &, si hostium & inimicorum conatibus resistere non potero, saltem illico Dominis meis patefaciam, quod ab aliis tentari in eorum bonorum, famæ & vitæ præjudicium cognovero, aut præsensero, ipseque contra eorum salutem, bona & honorem nunquam conspirabo, aut machinabor, per me vel per alios ad id peragendum adjuvabo; secreta commissa fideliter retinebo, & nunquam propalabo sine licentia domini, neque aliquid faciam & permittam scienter, per quod præfata secreta pandantur, & requisitus, sive bellum movere sive defendere dominus voluerit, omne, sicut potero, & debeo, auxilium præstabo, & consultus bonum dabo consilium, prout mihi magis expedire videbitur, & demum omnia & singula faciam & observabo in omnibus, & per omnia, ad quæ ipse, ratione præfati feudi, juxta utramque formam antiquæ & novæ fidelitatis, teneor. Ita me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia!

habitaque pro Nobis reali & vera possessione contentorum in tractatu super eis firmando, & aliis omnibus, quæ præcedere debent, adimpletis, &, quæ subsequi debent, cautelis necessariis observatis, & non alias, nec aliter, nec alio modo, posit & valeat præfatum perquam Illustrem Cosmum Medicem, Florentiæ Ducem, in possessionem Civitatis Senensis ejusque Castri & Dominii inducere, ponere ac integrare eo modo, quo dictum est, promittentes sub Nostra fide & verbo Regio, Nos ratum & gratum habituros, &, omni dolo & fraude semotis, observaturos, quidquid per eundem Dom. Ioannem de Figueroa, mandatarium nostrum, actum, gestum, ordinatum, conventum, concordatum, promissum & conclusum fuerit circa præmissa vel quodlibet præmissorum, & nullo unquam tempore revocaturos, neque ullos ponere contraventuros, sub bonorum omnium nostrorum præsentium & futurorum obligatione, harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri secreti impressione munitarum. Datum Caleti, die XVII. mensis Martii, anno Domini MDLVII. Regnorum autem Nostrorum videlicet Hispaniarum & ulterioris Siciliæ anno secundo; Angliæ vero, Franciæ, citerioris Siciliæ, Hierusalem & Hiberniæ quarto.

Yo el Rey.

(*Locus Sigilli*)

Gonzales Peresinus.

Qui dictus Illustris Dux Cosmus, Suique, ut supra, descendentes, teneantur & obligati sint ad

ad omnia & singula supradicta recognoscere & tenere in feudum ligium, nobile & honorificum, secundum leges feudorum ac solitas & approbatas feudorum consuetudines, a dicta Regia & Catholica Majestate Serenissimi & Potentissimi Philippi, Hispaniarum Regis, (*ejusque successorum*) & illis jurare fidelitatem, ligam & homagium, juxta traditam a dicta Majestate juramenti formam, in dictis ejus prainsertis patentibus regiis mandatis omnimodis ac alias in forma solita & consueta declarandam, ut infra, & ab eis, seu unoquoque ipsorum in casibus, a jure expressis, *petere investituram* seu investituras opportunas, & omnia alia facere & adimplere, ad quæ, ex natura dicti feudi, Vasalli feudatarii suis veris, directis & supernis Dominis tenentur, & sunt obnoxii. Et si contingat, quod Deus avertat, dictum Illustrissimum Ducem, seu ejus, ut supra, descendentes masculos, successores in dicto feudo, decedere sine filiis masculis & de legitimo matrimonio natis, tunc & eo casu dicta Civitas Senensis cum omni suo integro dominio & statu, ejusque universo agro, prout supra, concesso, cum omnibus singulisque superius descriptis & concessis, ad dictam Catholicam Majestatem ejusque in dicto Regno Hispaniarum successores redeat & omnino devolvatur & devoluta sit & esse censeatur.

In hac tamen feudi concessione supradicta Catholica Majestas & dictus Illustris Don Joannes de Figueroa, mandatarius præfatus, non intendit comprehendi, nec ullo modo comprehendantur, nec comprehensa videantur, sed omnino exclusa, & expresse excludantur Oppida, Castra, Portus, Loca & Terræ dicti agri Senensis, *Portus Herculis, Orbetellum, Telamonium, Mons argentarius*, & *Portus Sancti Stephani*, quæ oppida & castra supradicta, portus, loca, terras, montem, ac omnia & singula jura præfata & bona, ad ea & eorum quælibet quoquo modo spectantia, dictæ Regiæ Majestati & successoribus suis, Hispaniarum Regibus, plenum jus plenasque potestates reservat & pro reservatis habet & haberi vult & intendit, prout sibi ante concessionem feudi hujus pertinebant & spectabant, ac si concessio dicti feudi facta minime fuisset, & quoad ejus singula pro non facta censeatur: hoc tamen expresse declarato, quod prædia, pascua & bona, quæ *Marsiliana* dicuntur, & quæ sub dicto nomine continentur, plenissimo jure proprietatis & possessionis ad Illustrissimum Ducem pertineant, & reservata Regiæ Majestati & Successoribus suis jurisdictione, prout super aliis bonis particularium personarum, exsistentibus in territorio suprascriptorum bonorum ut & aliorum locorum reservatorum pertinet, Suæ Majestati ejusque Successoribus, quatenus dicta Marsiliana seu aliqua pars ipsius intra prædictorum locorum aut alicujus eorum sita exsistant.

Restituet seu relaxabit dictæ Regiæ Majestati vel ejus procuratori Illustrissimum Dux Oppidum & statum *Plumbini, Iluamque ceterasque Insulas* cum suis annexis, pertinentiis, metallis, ferri fodinis & aluminibus, quæ sub una exsistentia ejusque præsidiis tenentur, excepto tamen oppido, arcibus & *Portu Ferrario cum duobus millibus passuum territorii circumcirca adjacentium*; præter metalla & cujuscumque qualitatis fodinas & alumina, si qua ibidem sunt, vel quocumque reperiantur, sicut cetera dicti Status bona; quod oppidum, arces & Portus Ferrarius una cum dicto territorio eodem jure feudi, sicut Civitas & Dominium Senense, Illustrissimo Duci conceduntur. Hoc etiam addito, quod tormenta, pulvis, sal nitrum, pila, munitiones, ceteraque bellica instrumenta, quæ in civitate & arce Senarum & in oppido & arce Plumbini reperientur, Suæ Majestati & Illustrissimo Duci æquis existimationibus invicem concedantur vel compensentur. Hoc insuper & expresse declarato, & in unaquaque parte hujus concessionis & capitulationis repetito, quod sub nomine præfati feudi contineantur duntaxat bona & jura Civitatis Senensis & oppidi Portusque Ferrarii Illustrissimo Duci elargita; super aliis vero statibus & bonis dicti Illustrissimi Ducis ejusque successorum nulla jurisdictio, nullumque jus, modo aliquo, Regiæ aut Catholicæ Majestati quæratur, quæsitumve esse intelligatur, rationæ dictæ Infeudationis.

Remittit Illustrissimus Dux ex ejus certa scientia & omni meliori modo, quo de jure & alias potest & debet, *quascumque summas & pecuniarum quantitates*, sibi tam ratione belli Senensis, quam caussa mutui, vel aliis quibuscumque caussis & rationibus cogitabilibus, vel incogitabilibus, tam per Suam Regiam Majestatem præfatam, quam Cæsaream Majestatem invictissimi Imperatoris Caroli V. vel eorum cuilibet debitas, calculatas, vel non calculatas, de quibus realiter & cum effectu sibi satisfactum aut solutum non est, quas hic pro expressis & specificatis habet. Quas quidem omnes summas prædictas, quantæcumque vel qualescumque sint, cum omni & quocumque & qualicumque interesse illarum, ratione quomodolibet forsan subsecuta, vel subsequenda, cedit, & transfert in easdem Majestates, prout unicuique ea res spectat, eisque condonat, remittit, & relaxat, ac ab earum, & cujuslibet illarum, solutione eos, eorumque & cujuslibet eorum successores omnino liberat, ita quod ad solutionem earum seu alicujus earum sincere & realiter, omnibus fraude & dolo cessantibus, solutum & satisfactum putet, exceptioni non habitæ & non numeratæ pecuniæ, erroris calculi, & aliis quibuscumque exceptionibus, quæ sibi de jure & alias quovis modo juvare possent, expresse & de simili certa scientia renunciando, & cassando penitus & exstinguendo ac annullando omnes & quascumque scripturas, chirographa, & obligationes tam publicas quam privatas super dictis debitis per quoscumque factas, ubicumque & quomodocumque reperiantur, quæ pro non factis omnino habentur. Et eodem modo & cum simili renunciatione cedit & transfert in dictam Regiam Majestatem omnes illas quantitates & pecuniarum

rum summas, quas, facto computo datorum & acceptorum, constiterit Suæ Excellentiæ Illustrissimæ deberi per Plumbini dominium tam ratione ferri, quam alia caussa & ratione quacumque in præsentem diem; ad quarum solutionem seu partis alicujus earum, minime teneatur dictus Plumbini dominus nec ejus successores.

Quodque dictus Illustrissimus Dux ejusque descendentes, ut supra, dabunt toties, quoties opus fuerit, pro justo & moderato pretio *commeatum seu annonam atque operarios necessarios ad munitionem prænarratorum Portuum & oppidorum maritimorum Senensium & Plumbini*, dictæ Regiæ Majestati ac successoribus suis & dicto Plumbini domino desuper reservatorum, quoties opus fuerit, atque etiam, si majoribus præsidiis ea loca & quodlibet eorum indiguerint, ea concedit, sumtibus tamen & impensis Serenissimi Regis prædicti & Successorum suorum: & casu, quo oppida & Portus Orbitelli, Telamonis & Portus Herculis atque alia, quæ dictæ Regiæ Majestati & Successoribus suis præsenti concessione reservantur, terra marique oppugnarentur aut obsiderentur, dictus Illustr. Dux, ejusque successores prædicti, toties, quoties requisiti fuerint per Suam Majestatem, aut suos prædictos successores, aut ejus Ministros, teneatur subsidium & auxilium ferre & præstare dictis locis, ut supra, oppugnatis, obsessis vel invasis; sumtus autem in dictis auxiliis impendendi pertineant pro tertia parte dicto Illustrissimo Duci & successoribus suis, & pro aliis duabus partibus tertiis dictæ Regiæ Majestati & Successoribus prædictis: dummodo illa tertia pars sit juxta formam & obligationem ligæ & confœderationis hic contentæ & illam non excedat.

Concedit dictus Serenissimus *Rex* & successores prædicti, & ad id dictus Illustris D. Joannes pro Sua Majestate, & ejus nomine expresse se obligat, dare dicto illustrissimo Duci pro recuperandis oppidis & locis ditionis Senarum, ab hostibus occupatis, *quatuor mille partim Hispanorum & partim Germanorum peditum & quadringentos equites*, Suæ Majestatis sumtibus, stipendio & mercede pro sex mensibus conductos, si tanto tempore bellum pro hostibus, ut supra, expellendis duraverit. Sin autem infra dictum tempus bellum ab auxiliaribus una cum copiis Illustrissimi Ducis confectum non fuerit, rursus Regia Majestas & Illustrissimus Dux Cosmus communi consensu de ratione & tempore belli prosequendi conveniet; modus autem prosequendi belli ejusmodi dispositioni dicti Illustrissimi Ducis relinquatur, dum tamen copiarum ductores & officiales, a Regia Majestate mittendi, cum iis, cum quibus missi fuerint, copiis & officiis, remaneant, cum quibus in recensendis militibus & stipendiis persolvendis Ministri a Sua Excellentia deputandi, ut omnino recte & diligenter omnia agantur, interesse debeant.

Promittit idem Illustrissimus *Dux*, quod tam ipse quam descendentes sui prædicti dabunt & commodabunt *Triremes*, quas habebunt, Regiæ Majestati prædictæ & successoribus suis toties, quoties ab eis seu eorum Ministris requisiti fuerint; *absque tamen aliquo sumtu aut impensa Suæ Majestatis & Successorum ejusmodi*. Eadem Regia Majestas & dictus illustris Don Joannes pro ea, & ejus Successores, ut supra, promittit laturam opem auxiliaturamque prædicto Duci & ejus successori, casu, quo *Status Florentiæ aut Senarum* exercitu petatur, *cum decem millibus peditum Hispanorum, Germanorum & Helvetiorum*, quotquot tunc mercede dicta Majestas conducere poterit, reliquis usque in eum numerum *Italis*; atque insuper *cum quadringentis equitibus cataphractis & sexcentis levis armaturæ*; sumtibus & stipendiis ejusdem Majestatis, quousque prædictæ ditiones & status ab illatis bellis & imminentibus periculis liberi fuerint. Quodsi Regnum *Neapolitanum* armis terrestrique exercitu petitum fuerit, præstabit Illustrissimus *Dux*, præstiturumque promittit, & descendentes prædicti præstabunt pro ejus defensione *quatuor mille Hispanorum, Germanorum ac Helvetiorum peditum, quotquot* haberi potuerint; reliquos vero usque in eam quantitatem ex *Hetruscis* peditibus supplendo; & *quadringentos equites*, vel minorem numerum peditum ad libitum Regiæ Majestatis, ejusdem Illustrissimi Ducis & descendentium prædictorum sumtibus, stipendio & mercede. *Eademque auxilia* eisdemque sumtibus, stipendio & mercede dabunt Illustrissimus Dux & descendentes prædicti, *quandocumque bellum* Suæ Regiæ Majestati & successoribus prædictis *in Lombardia illatum fuerit, a Summo Pontifice, Duce Ferrariæ aut aliis fœdere junctis*, ita tamen, ut uno eodemque tempore dictus Illustrissimus Dux & descendentes prædicti non teneantur auxilia prædicta præstare, nisi in altera tantum prædictarum, ad Sac. Majestatis & suorum successorum electionem. Eritque in perpetuum foedus, quod ex nunc, præsenti capitulatione, expresso & inviolabili vinculo firmatur, offensivum & defensivum Illustrissimo Duci & ejus successoribus cum Sac. Catholica Majestate & Successoribus suis eorumque Regnis & Statibus, conditionibus suprascriptis & infra scriptis, adeo ut Ill. Dux & descendentes sui prædicti eosdem hostes & amicos habeant, quos Serenissimus Rex prædictus & ejus Successores habebunt, idemque per Regiam Majestatem ejusque successores erga dictum Illustrissimum Ducem & successores prædictos per omnia observabitur. Propterea si bellum alicui vel aliquibus inferendum censebitur, communi consensu Serenissimus Rex & Illustrissimus Dux & eorum, ut supra, successores convenient tam de ratione belli, quam de copiarum & impensarum numero, contributionibusque, ac etiam acquirendorum participatione, supradictis in suo robore permanentibus.

Nullum insuper fœdus ligamve tractabit Illustrissimus Dux, neque ejus in dictis ditionibus Successores, cum aliquibus Principibus, Potentatibus, aut Dominiis, tam Italis, quam exteris, in

præju-

præjudicium præsentis ligæ & confœderationis: idemque e converso Serenissimus Rex & ejus Successores erga Illustrissimum Ducem successoresque illius observabunt.

LIV.

Pii IV. Summi Pontificis Concessio pro Cosmo I. Florentiæ & Senarum Duce, ut, sub approbatæ alicujus ordinis regula, pro lubitu militarem aliquem ordinem possit instituere, d. d. 1. Octobr. An. 1561.

Dilecto Filio Nobili Viro, Cosmo Medices, Florentiæ & Senarum Duci.

PIus Papa quartus. Dilecte fili, salutem & Apostol. benedictionem. Eximiæ devotionis sinceritas, & integra fides, quibus in nostro, & Apostolicæ sedis conspectu clarere dignosceris, merito nos inducunt, ut te, quem speciali dilectione prosequimur, tuosque posteros condignis attollamus honoribus, & gratiosis favoribus prosequamur. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecisti, tu ad Dei laudem, & gloriam, ac fidei Catholicæ defensionem, Marisque Mediterranei ab infidelibus custodiam & tuitionem, nec non posterorum tuorum decus & honorem, cupias unam Militiam, sub certo approbato ordine per te eligendo, cum convenienti dote per te ex tuis propriis bonis assignanda, pro uno Magistro, ac certo numero Militum, ad instar aliarum militiarum in Regnis Hispaniarum, vel alias rite institutarum, in Dominio tuo erigere, & instituere, si ad id nostra, & sedis præfatæ tibi desuper licentia suffragetur. Nos huic tam pio, & laudabili proposito favorabiliter annuentes, teque, ut devotio tua, & posterorum prædictorum erga nos & sedem præfatam, eo magis invalescat, quo te, & illos ejusdem sedis majori munificentia noveritis amplexos, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, Nobilitati tuæ, ut ad Dei honorem & gloriam, & alios effectus præmissos in tuo Dominio, ac loco & æde sacra tibi bene visis unam militiam, sub regula sancti Augustini, aut sancti Benedicti, vel Cistertiens. aut alterius approbati ordinis per te eligendi, ac sub invocatione, & cum insigniis tibi bene visis, decentibus postea privilegiis, facultatibus & indultis à nobis, & sede præfata decorandam, cum dote convenienti, arbitrio tuo, per te, ut præfertur, assignanda, pro uno Magistro, qui tu primus, quoad vixeris, & pro tempore existens Florentiæ Dux esse debeat, ac certo Militum nobilium, & alias juxta dispositionem tuam qualificatorum numero, sub tua, ac pro tempore existentis Magistri hujusmodi obedientia, ac per te tam a primæva erectione, quam alias occurrente vacatione, ac per successores tuos Florentiæ Duces ipsius militiæ Magistros perpetuo instituendorum, cum emissione professionis ordinis hujusmodi, ac habitus susceptione, & capitulis, pactis, conditionibus, & stabilimentis per te statuendis, alias tamen licitis, & honestis, ac sacris canonibus non contrariis, per nos & sedem præfatam postmodum approbandis & confirmandis, ad instar aliarum Militiarum in dictis Regnis Hispaniarum, vel alias rite institutarum, sine tamen alicujus præjudicio, erigere & instituere, nec non pro militiæ ac militum eorundem salubri directione, & felici regimine, quæcunque statuta & ordinationes similiter licita & honesta, ac contra libertatem ecclesiasticam non tendentia, etiam per nos, & sedem eandem approbanda, condere & edere, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria & opportuna facere libere, & licitè valeas, plenam & liberam auctoritate Apostolica, tenore præsentium, licentiam & facultatem concedimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusvis quorumcumque Regnorum & Dominiorum, militiis, illarumque Administratoribus & Magistris, ac personis aliis, etiam ad Regum, Reginarum & aliorum Principum instantiam, aut etiam motu proprio, & Consistorialiter, vel alias quomodolibet concessis, approbatis & innovatis; Quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die prima Octobris M D LXI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

LV.

Cosmi I. Florentiæ & Senarum Ducis Statuta pro ordine militar. sancti Stephani à se, sub regula sancti Benedicti, instituto, cum confirmatione & approbatione Pii IV. Summi Pontificis d. d. 1. Kalend. Febr. An. 1562. nec non eorundem Statutorum declarationibus An. 1562. 1564. 1565. 1566. & 1567. à supradicto Duce publicatis.

PIus Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. His quæ pro Religionis propagatione & fidei Catholicæ defensione, ac animarum salute provide facta esse noscuntur, ut firma perpetuo & illibata persistant libenter Apostolici muniminis robur adjicimus, ac

ac illa de novo concedimus & desuper disponimus, prout Catholicorum Principum nobis & Apostolicæ Sedi devotorum pia vota exposcunt, & id in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem pro parte dilecti filii, Nobilis Viri, Cosmi Med. Florentiæ & Senarum Ducis nobis expositum quod ipse, ad Dei laudem & gloriam ac fidei Catholicæ defensionem Marisque Mediterranei ab infidelibus tuitionem, ac posteritatis suæ decus & honorem, cupiebat unam Militiam sub certo approbato ordine per eum eligendo, cum dote competenti, ex suis propriis bonis assignanda, pro uno Magistro certoque Militum numero, ad aliarum in Hispaniis, vel alibi rite institutarum Militiarum instar, in ejus Dominio erigere & instituere, si sibi ad id nostra & sedis prædictæ licentia suffragaretur. Nos præfato Cosmo Duci, ut, ad Dei honorem & gloriam aliosque effectus præmissos, in dicto Dominio & loco ac æde sacra sibi benevisis, unam Militiam, sub Regula sancti Benedicti vel alterius approbati ordinis, ac sub Invocatione, & cum insigniis, de quibus sibi videretur, decentibus, postea privilegiis, facultatibus & indultis à nobis & dicta sede decorandam, cum dote convenienti per eundem Cosmum Ducem, arbitrio suo, ut præfertur, assignanda pro uno Magistro, qui videlicet ipse Cosmus quoad viveret, & deinde pro tempore existens Florentiæ Dux esse deberet, & certo Militum per ipsum Magistrum pro tempore existentem, tam à primæva erectione hujusmodi, quam ex tunc deinceps perpetuo instituendorum ac habitu regulari donandorum & ad regularem ordinis hujusmodi professionem admittendorum numero, sub ejusdem Magistri obedientia, ac cum pactis, capitulis, conditionibus & stabilimentis per dictum Cosmum Ducem edendis, & nos & dictam sedem postmodum approbandis, ad aliarum Militiarum prædictarum instar, sine tamen alicujus præjudicio erigere, & instituere ac pro Militiæ Militumque præfatorum salubri directione quæcumque ordinationes & statuta per nos, ut præfertur, confirmandā condere posset, licentiam & facultatem per alias nostras in forma Brevis litteras concessimus. Cum autem, sicut accepimus, idem Cosmus Dux, omnipotentem Deum, ut Christianum decet Principem, honorare, proximo prodesse, vitamque beatam promereri desiderans, in immensæ Majestatis divinæ ac gloriosissimæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ totiusque cœlestis Curiæ gloriam & honorem, earundem litterarum vigore, unam sub Invocatione & Protectione Beati Stephani Militiam Militum Sancti Stephani nuncupandorum sub Regula ejusdem sancti Benedicti, erexerit & instituerit, illique nonnullos fructus, redditus & proventus, ac bona pro ejus dote assignaverit, volueritque, quod ejus Milites præfati in sua receptione charitatem, castitatem conjugalem & obedientiam expresse profiterentur: Charitatem nempe, cui, tanquam solidæ basi, Militia ipsa inniteretur, honorem Dei rebus universis proponendo, sacræ scripturæ præceptis parendo, sedis prædictæ mandata servando, pro fide Catholica pugnando, Justitiam colendo, pauperibus subveniendo, captivos ab infidelibus vinculis recuperando & finaliter sese ultroneos cuicunque periculo pro Christianæ Religionis defensione & pro ejus augmento non solum facultates, sed & propriam vitam exponendo: Castitatem vero, sive pudicitiam, nullam aliam fœminam, præter propriam uxorem, carnaliter cognoscendo: Obedientiam autem in omnibus sibi per Magistrum, vel ejus Locumtenentem, aliosve militiæ superiores, juxta illius ordinationes & statuta, injunctis, bono & hilari animo diligenter exequendis; ac pro salubri Militiæ Militumque prædictorum regimine, & perpetuitate quam plura Canones & Statuta ac ordinationes super ipsorum Militum regula, super Militiæ statutis & constitutionibus, super Militum regula, super Militiæ Statutis & constitutionibus, super Militum officio ac professione, super Pœna transgressoribus Regulæ Statutorumque infligenda, super modo Milites ad professionem recipiendi, illorum habitu, Ecclesia & cultu divino, Hospitalitate, communi Thesauro, Capitulo Generali, Magno Magistro, officiis & dignitatibus Militiæ, Militum officio, exercitio, & commendis, contractibus, alienationibus & locationibus, nec non prohibitionibus & pœnis, ac super aliis provisionibus rebusque, ad divini numinis cultum, Militiæ decus, Religionis augumentum, & animarum salutem facientibus, ediderit atque sanciverit, prout in illis variisque capitulis desuper Italico sermone in uno Quinterno distinctè conscriptis ac de nostro mandato per dilectum filium nostrum, Joannem Baptistam t t. Sancti Clementis Presbyterum Cardinalem, Cicada nuncupatum, diligenter examinatis ac perlectis & emendatis, ac per nos manu propia subscriptis, plenius continentur. Nos præfati Cosmi Ducis pium & laudabile institutum, utpote fidei Catholicæ exaltationem, & alia pia opera concernens, plurimum in Domino collaudantes, nec non erectionis, institutionis, statutorum, canonum, ordinationum, & capitulorum, ac super illis confecti Quinterni prædictorum, & inde secutorum veriores tenores, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, ac ipsum Cosmum Ducem, quem speciali dilectione prosequimur, in hoc suo laudabili Militiæ Christianæ promovendæ proposito, confovere ac specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, motu proprio, non ad ipsius Cosmi Ducis vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, erectionem, institutionem, assignationem, aliaque omnia & singula, canones, statuta, ordinationes & Capitula prædicta, ac prout illa concernunt, cætera in prædicto Quinterno contenta, & inde secuta quæcunque, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, ex certa scientia

entia confirmamus & approbamus ac illis perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, nec non omnes & singulos juris & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplemus; & nihilominus, potiori pro cautela, militiam prædictam eisdem modo & forma, quibus per ipsum Cosmum Ducem erecta & instituta est de novo, ex simili scientia eadem auctoritate perpetuo erigimus & instituimus illique sic erectæ omnia & singula fructus & alia mobilia & immobilia res & bona illi per eundem Cosmum Ducem hactenus concessa & deinceps tam per eum, quam alios quoscunque licite concedenda etiam perpetuo applicamus & appropriamus, nec non canones, statuta, ordinationes & capitula prædicta de novo statuimus & ordinamus, ac eundem Cosmum, & pro tempore existentem Florentiæ Ducem in magnum Magistrum ejusdem militiæ, cum honoribus, oneribus, prærogativis & facultatibus, quibus alii aliarum militiarum dicta auctoritate confirmatarum Magistri inter suos milites quomodolibet utuntur fruuntur & gaudent, similiter perpetuo constituimus, & deputamus, illique prædicta immutandi & reformandi, ac alia quæcunque ordinationes & statuta, ad ejusdem militiæ directionem facientia, licita & honesta & sacris canonibus minime contraria, quotiens sibi videbitur, condendi facultatem concedimus, ac præmissa omnia & singula valida & efficacia fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & per milites, fratres & alias ejusdem militiæ personas aliosque quomodolibet inviolabiliter observari debere; ac eosdem milites & religiosos ab illis nullatenus resilire posse, sed ad illorum observationem teneri & efficaciter obligatos fore censurisque & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis ad id compelli posse; et sic per quoscunque Judices, quavis auctoritate fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; judicari & difiniri debere, ac si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & innane decernimus. Quocirca venerabili fratri nostro, Episcopo Amenin. & dilectis filiis Vicariis venerabilium fratrum nostrorum Floren. & Pisan. Archiepiscoporum in spiritualibus generalibus, motu simili per Apostolica scripta mandamus: Quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque ubi & quando opus fuerit, & quotiens pro parte dicti Cosmi, & pro tempore existentis Florentiæ Ducis fuerint requisiti, solenniter publicantes eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra presentes literas & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac Cosmum & pro tempore existentem Florentiæ Ducem, nec non milites præfatos, ac singulos alios, quos ipsæ litteræ concernunt, & concernent, in futurum illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari; contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas ac alia opportuna juris remedia, appellatione postposita, compescendo; nec non legitimis super his habendis servatis processibus censuras & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii PP. VIII. prædecessoris nostri constitutione qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem vel Dioc. nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Dioc. ad judicium evocetur, seu ne Judices a sede prædicta deputati extra civitatem, vel Dioc. in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere, præsumant, & de duabus non tribus dietis in Concilio generali edita, & quibusvis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quarumcunque aliarum, etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitan. Militiarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis & consuetudinibus, Privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis illis ac dilectis filiis illarum Magistris, conventibus & fratribus, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus & aliis decretis, etiam motu & scientia similibus ac consistorialiter, etiam per viam contractus ac universæ legis, & ad Imperatorum, Regum, aut aliorum Principum instantiam, ac aliis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua & expressa ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum confirmationis, approbationis, adjectionis, suppletionis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, statuti, ordinationis, constitutionis, deputationis, concessionis, decreti, mandati & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo

mo secundo, prima Calend. Februarii, Pontificatus nostri Anno III.

Cæ. Glorierius.

Statuti, Capitoli & Constitutioni del ordine di Cavalieri di Santo Stephano, fondato & dotato dal Illustriss. & Eccellentiss. S. Cosmo Med. Duca di Fiorenza, & di Siena.

Prohemio.

Devono tutti li huomini nelle loro attioni havere qualche fine honorato, e quelli maggiormente che piu possono, & sono alla Maestà Divina piu obligati. Onde noi Cosimo Medici per Divina gratia Duca II. di Fiorenza & di Siena, Signore di Porto Ferraio nel Isola del Elba, di Castiglione della Pescaia, & del Isola del Giglio, desiderando principalmente honorare l'omnipotenti Iddio, giovare al prossimo, & acquistare la vita æterna: Da queste tre cagioni mossi haviamo fondato, ordinato, dotato à honore, & gloria di sua immensa Maestà, & della Santissima Madre Maria Vergine, & di tutta la celeste Corte sotto il nome, & protettione di Santo Stephano, Papa, un nuovo ordine, & militia de Cavalieri, si come nelli infrascritti Capitoli, & constitutioni si dirà, havuta però prima sopra cio licenza dal Beatiss. Padre Papa Pio IV. come appare nel preinserto Breve.

Regola de Cavalieri di Santo Stephano.

Titolo Primo.

Della Regola de Cavalieri di Santo Stephano.

Cap. I.

Al nome del Altissimo Dio, Amen. Noi Cosimo Medici per la divina gratia Duca II. di Fiorenza, & di Siena &c. Fondatore, & primo Gran Maestro della Militia de Cavalieri di Santo Stephano vogliamo, & ordiniamo, che la Regola di questa Militia sia sotto l'ordine di Santo Benedetto, & che tutti li Cavalieri ricevuti alla professione, devino osservare Carità, Castità, & Obedientia.

Delli Statuti, & Constitutioni della Religione de Cavalieri.

Cap. II.

Quello che è Naviganti la Tramontana, sono alli huomini le leggi, & come non si puo navigare felicemente senza essa stella, cosi non si puo beatamente vivere senza esse leggi, & pero vogliamo, che come i saggi Nocchieri per condursi securamente in porto, risguardarono sempre verso il Polo, cosi i Cavalieri della nostra Religione per conseguirla lor' felicità, habbiano sempre gl'occhi rivolti à le leggi, alle quali cominciando noi (invocando un altra volta il nome divino) à dar buon principio con speranza di miglior mezzo, & d'ottimo fine: Diciamo che tre sono quelle cose le quali si deono principalmente osservare da tutti i Cavalieri dell'ordine della nostra Militia, & cio sono Carità, Castità, & Obedientia; la Carità è souvenire al prossimo, la Castità, ò veramente Pudicitia è non cognoscere carnalmente altra Donna che la propia moglie, la quale prender' possa il Cavaliere, secondo l'ordine della Santa Chiesa Catholica, l'Ubidienza vuole ciascuno di questa Religione con buono animo diligentemente, & volentieri exequisca tutte quelle cose che dal Gran Maestro, o suo Luogotenente, & altri superiori secondo li statuti, & capitoli, li saranno comandate.

Dell' Uffitio, & professione de Cavalieri.

Cap. III.

La Basa sopra la quale è fondato l'ordine di questa Militia de Cavalieri di Santo Stephano è la Carità. Et perche chi ha Carità sta in Dio, & Dio come afferma egli stesso sta in lui: Chiunche fa professione d'esser Soldato di questa nostra Militia, sappia che egli fa professione della Militia di Jesu Christo, & il primo ufficio del Soldato di Jesu Christo è preporre l'honore di Dio, a tutte le cose, ubidir à comandamenti della divina scrittura, servare i precetti della Santa Sieda Apostolica, combattere per la fede Catholica, osservare la Justizia, soccorrere i poveri, ricuperare i prigioni di mano delli Infedeli, & finalmente sotto entrare di buona volonta a qualunche pericolo per difesa della Christiana Religione, & per augumento di essa, esporre non che la robba, ma la vita propria. Et sia certo che come i premii saranno eguali à meriti, anzi infinatamente maggiori, cosi le pene saranno pari a demeriti: Percioche quelli che per bontà d'animo, & generosità di cuore eleggeranno di far l'opre di valoroso Cavaliere, haranno in questa mortal vita immortal gloria, & honore, & nel altra æterna felicità & beatitudine, & al opposto. Quelli che per viltà di cuore, o malignità d'animo faranno il contrario saranno in questo oltra le dovute pene meritamente infami, & nel altro Mondo æternalmente infelici.

Della pena di chi transgredisce la Regola, & li statuti.

Cap. IV.

Come l'osservanza della Regola ricerca l'anima, & il corpo per le orationi, digiuni, & altre cose contenute in essa, cosi anco la transgressione, & inosservanza obliga l'anima & parimente il corpo, ma chiunche trasgredirà li statuti, & consuetudini dell' ordine obliga solamente, & sottomette il corpo alla pene dove non sia cosa per la cui transgressione, o ommissione, secondo li comandamenti di Dio, & li sacri Canoni l'anima venisse obligata, & sottoposta al peccato. E perche e conviene che la Regola distintamente venga à notitia d'ogni Cavaliere, perciò vogliamo, che li Capitoli che trattano della Regola, & similmente l'infrascritti statuti una volta l'anno almeno si legghino con alta voce nel Convento in presentia di tutti li Cavalieri che vi si troveranno.

Li Statuti da leggersi son questi cioe.

Della Regola.

1 Della Regola de Cavalieri di San Stephano

2 Delli statuti & constitutioni della religione de Cavalieri

3. Dell'

Dell modo di ricevere i Cavalieri.

Titolo II.

In che modo i Cavalieri dell' Ordine di Santo Stephano deveno esser ricevuti alla professione.

Cap. I.

Ordiniamo che quando alcun Cavaliere piglierà, ò sottentrarà alla pena in che fusse condannato, sia tenuto dar nota al Consiglio del di che cominciò à sottentrare, e pigliare detta pena, e del di, che l'harà finita, producendone fede di quelle persone, à chi attiene, e che lo sappiano, d' haverla osservata; ilqual Consiglio sia tenuto delle dette note darne conto à S. E. Illustrissima, ò suo supremo Auditore, à cio, che si sappia quando quel tale cominciò, e finì d' osservare la pena impostali; e li Carcerati non possano essere relassati dal Priore del Convento, se bene habbiano finito il tempo della condannagione loro, se non se ne faccia partito dal Consiglio.

Il Duca di Fiorenza Gran-Maestro.

Domenico Bonsi.

Lelio Bonsi Gran-Cancelliere.

Al nome dell' Onnipotente Dio, e del Beato Santo Stefano Papa, Protettore della Nostra Santissima Religione.

Adì II. di Maggio MDLXVII.

Dichiarazioni sopra alcuni Capitoli fatte da Sua Ecc. Illustr. per vigore di Sua Autorità riservata.

Sopra il Capitolo terzo del Titolo de Tesoro comune: si dichiara, che ogni volta, che alcuna Commenda vacherà per morte, debba essere tenuta

nuta al Tesoro, per la Annata, cioè per i frutti di un' Anno di essa Commenda, e per il Mortuario ancora, intendendosi per Mortuario, quella rata di frutti d'essa, che si perviene dal di della vacanza della Commenda insino, che ricomincia l' Anno della Religione; ilqual capo d' Anno si deve pigliare dal di, che secondo li ordini si principiano i Libri delle Entrate, & Uscite di esse: Laqual cosa s' intenda ancora per quei Cavalieri Commendatarii, che non haranno ancora goduti i frutti della loro Commenda. Ma ogni volta che le Commende vacheranno per cambiamento, che di esse faranno i Cavalieri, in tal caso debbano essere obligate al Tesoro solo per quelle Commende, che saranno di maggior entrata, che quelle, che si lasciassino, lequali debbano solo pagare al detto Tesoro quelli frutti, che esse renderanno di piu delle Commende lasciate: E se le Commende vacheranno per qualsivoglia privazione, in tal caso, non vi cadendo il termine del Mortuario, sieno tenute à pagare solo l'Annata: E ne cambiamenti, che per tali vacanze succedessino, si paghi solo il miglioramento come è detto.

Sopra il Capitolo XIII. del Titolo del Tesoro comune: Si dichiara, che dell' Armadure, che si trovassino de' Cavalieri, che moranno, ò in Convento, ò in Galera, ò in qualsivoglia altro luogo, s' aspetti solo al Tesoro, e sue ragioni, un Fornimento della persona propria del Cavaliere morto: Intendendosi per fornimento una Celata, un Corsaletto, una Corazza, una Piccha, ò Alabarda, uno Archibuso, & una Rotela: E che quell'Armi, che si lascieranno da' Cavalieri defunti nel Convento, sia obligato il Priore d'esso, ò suo Luogotenente, havere cura di riceverle per il Tesoro, e quelle che si lascieranno da' Cavalieri mentre saranno su le Galere, si debbano ricevere per il Tesoro dallo Ammiraglio, ò altri superiori d'esse: E quelle, che in qualsivoglia altri luoghi fuora di Convento, ò Galere, si lasciassino, quel Cavaliere, che sarà di maggior grado in quel luogo del Cavaliere morto, habbi cura, & obligo di riceverle per il detto Tesoro.

Sopra il Capitolo terzo del Titolo del Gran-Maestro: Si dichiara, che il Gran-Maestro habbia ancora autorita di fare lettere conservatoriali; elezzioni di Judici per qualsivoglia causa: Dispensare i Cavalieri del comparire al Generale Capitolo, ancor che fussino intimati: Rimettere, e commutare tutte quelle pene, ò in tutte, o in parte, secondo, che à giudizio suo parrà meritarsi, e convenirsi: E commettere ancora, che si dia l'habito dell' ordine fuori del Convento à chi gli parrà, che meriti d'haverne grazia, intervenendovi sempre la deliberazione del Consiglio: E similmente habilitare i Cavalieri à fare la Professione tanto fuori del Convento quanto in esso, com'à quella piacerà dispensare: E generalmente habbia, e sia sempre riservata al Gran-Maestro dell'ordine nostro piena, ampla, e libera autorita di fare spedire queste, e tutte le altre grazie, che S. Eccell. Illust. giudicherà, che postino in qualsivoglia modo arrecare honore, commodo, e benefizio alla Religione e suoi Cavalieri.

Sopra il Capitolo quarto del Titolo de Priori, dove dice, che di tutte le scritture, che si conservano nell' Archivio della Religione, si ne debba fare copia autentica ancora per l'Archivio del Gran-Maestro: Si dichiara che di tutte le scritture basti solo fare copia doppia di tutti gli Instrumenti, che concerneranno Erezzioni di Commende, Unioni, e Disunioni, Donativi, Concessioni di Patronati, & altri simili aqquisti di Beni, Ragioni, e Privilegii della Religione, perche questi, com' attinenti alla conservazione, ben' essere, e stato della Religione, importa principalmente, che in detti Archivii à perpetua memoria sieno conservati.

Sopra il Capitolo XXV. del Titolo delle Prohibizioni, e pene: Si dichiara, che quei Cavalieri, che entrerranno nell'altrui Possessione, ò beni, armata mano, & guastando i termini, mutando fosse, ò disfacendo Muraglie, facendo ciò da per loro stessi, ò di loro ajuto, ò comandamento, sien puniti ad arbitrio del Consiglio, secondo che da esso sarà giudicata la causa più ò men grave, il che s' intenda oltre alle pene, dove per i Capitoli fussi dichiarato.

Al nome dell' Onnipotente Dio, e del Beato S. Stefano Papa protettore della Nostra Santissima Religione.

Adi II. di Maggio MDLXVII.

Statuti, Reformazioni, & Addizioni deliberate dal Generale Capitolo dell' Anno MDLXVII. e confermate dell' Eccellenza Illust. del Gran-Maestro.

Vogliamo, per piu facilità, e satisfazione del Consulte, che s'adunano ad effetto di fare le provanze di Nobiltà, che i capi d'esse posśino a loro beneplacito servirsi, e non servirsi di Notaio, che le roghi, purche in ogni caso, si dia da loro il giuramento, e si faccia dare à tutti i Cavalieri che si troveranno adunati in essa Consulta, di non revelare cosa alcuna consultata, sotto pena dalli statuti ordinata.

Essendosi considerato, che molti Cavalieri, per fuggire l'obligo del navigare, si potrebbon servire della scusa di qualche pendenza di cause criminali che havessino davanti al Consiglio, ancorche leggièra contra di loro, e cosi senza altrimenti osservare l'obligo, verrebbono à restare al Convento con godere le spese, e stanze, in danno, & incommodo di quelli, che conforme all'

all' obligo loro vengono al Convento pronti per navigare: Però ordiniamo che non ostante altro ordine in contrario, i Cavalieri, quali haranno pendenza di cause criminali, non steno scusati dal navigare in servizio della Religione, ogni volta che la causa non sarà grave, intendendo per cause gravi, quelle che per li statuti dell'ordine concerneranno la privazione dell' habito, ne quali casi ancora vogliamo che sieno tenuti chiederne licenzia non ostante tal causa al Gran-Maestro per osservare quanto da S. Eccellenza Illust. sarà loro ordinato.

Dichiariamo, che dove nelle Deliberazioni & Aggiunte fatte dal Capitolo generale dell' Anno 1566. si dice, che li conti dell' anno si debbino cominciare al primo di Marzo, si debbe intendere, e sia sempre il primo di Febrajo, affine, che per tutto il Mese di Febrajo, e Marzo il Riveditore generale de conti, e li cinque Riveditori posfino acconciare il tutto commodamente à libri loro, per dare tutto spedito, e saldo al primo Consiglio avanti all' apertura del nuovo Capitolo conforme alli altri ordini.

Ordiniamo, instituiamo, e di nuovo creiamo nel governo della nostra Religione un nuovo offizio, e dignità, quale si chiami, e s'intitoli Bali della Romagna Ecclesiastica, il qual debbe portare sempre la Croce grande nel mezzo del petto, & nel suo Manto, e vogliamo sia capo superiore di tutti i Cavalieri di detta Provincia, e tenga sempre il primo luogo immediate doppo il Bali dello stato di Firenze, e quando navighera in sulle Galere della Religione sia capo, e guida di tutti i Cavalieri della juridizione sua tanto in Mare, quanto ancora sempre che occorresfi smontare in terra, salva sempre l' autorita suprema del Gran-Connestabile, & Ammiraglio, ciascuno de quali quando si troverà in persona debbe essere superiore generalmente à tutti. Il qual Bali habbia sempre luogo, e voto in Consiglio, e possa, e debba in quel modo, e forma, e fin dove per li statuti è disposto, & ordinato alli otto Graduati, procedere, e fare procedere ne casi criminali contra tutti i Cavalieri, che si troveranno nella juridizione sua, eccetto dove fussi la Residenzia del Consiglio ò dove si trovassi il Gran-Commendatore, Contestabile, Ammiraglio, & il Priore del Convento, in ciascuno de quali casi debbe procedere egli per tutta detta juridizione dove si troverrà: E quei Cavalieri, che non obbediranno in detti casi criminali quanto sarà loro comandato secondo la forma, & ordine detti, incorrino in quelle pene che sono statuite per quelli, che disobbediscono à comandamenti dello stesso Consiglio. Deliberiamo ancora, e comandiamo, che tutti i Cavalieri della detta Provincia di Romagna Ecclesiastica reverischino, e riconoscino per loro capo, guida, e Superiore il predetto Bali, davanti alquale, chiunche sia della detta Provincia di Romagna Ecclesiastica, che habbi à fare le provanze di nobiltà per essere ammesso al grado di Cavaliere Milite, debba dare le quattro casate, affine sieno cognosciute dalla Consulta si come son tenuti fare tutti quelli della juridizione del Bali di Firenze: e le provanze di tali altrimenti fatte non si debbino ammettere, ne attendere dal Consiglio: E quando auverrà che egli si trovi assente, possa sostituire un suo luogotenente, & tutto secondo, che nella erezione di detto offizio di Bali, e concesfione di piu Privilegii dati, e confirmati dal Gran-Maestro amplamente si contiene sotto data in Firenze il di XXX. di Dicembre 1566. iquali habbia, e goda liberamente con tutte quelle essenzioni, prerogative, e grazie, che di mano in mano da noi, e da futuri Capitoli generali concedute saranno.

Perche l'ordine nostro è fondato nella Carità, che è uno delli principali Voti, che da Cavalieri nostri si fanno, conveniente cosa non è, che alcuno d'essi, si se tiene gravato da alcuno particolare offiziale, sparga contra di lui, tanto ne Capitoli, ò Consigli, quanto altrove ne Circoli, e Piazze, e ne luoghi publici voce alcuna, che possa arrecarli dishonore, ò alcuna sorte d' infamia: Però vogliamo che con la Carità debba ricercare da quello la causa, perche egli contra di lui cosi proceda, il che non facendo con l'esemblo, che ne insegna il Salvatore nostro di nuovo ricerchi dall'offiziale la causa perche cosi habbi proceduto presenti due, ò tre testimonii, il che fatto, se quel tale non vien giustificato da quell' offiziale, ò altri come sopra allhora gli sia lecito publicarlo in Consiglio, ò nelli Capitoli generali affine che con la Carità sia somministrato quella Justizia che conviene a ciascuno. Ma quanto alle cause del Consiglio, e nelle quali judizialmente si procede, vogliamo s' osservi gli stabilimenti dell'ordine, e contrafacendosi per alcuno s'incorra nelle pene della inobedienza, e di quelle ancora, che paressi convenirsi, à chi l' harà à giudicare.

Vogliamo per levare ogn' occasione di rissa, & altri scandoli fra nostri Cavalieri, che se alcun Cavaliere ardirà componendo lettere, Sonetti, Polize, ò Pasquinata, tassare alcun Cavaliere, ò commesso, ò prestato il luogo che quelle si leghino, recitino, ò scrivino, ò quelli lette scritte, ò recitate, sia punito ad arbitrio del Consiglio, e secondo che giudicherà in qual si sia d'essi la causa più, ò meno grave, e questo s'intenda oltre alle pene dove i Capitoli sopra tali casi disponessino.

El Duca di Fiorenza Gran-Maestro.

Domenico Bonsi.

Lelio Bonsi Gran-Cancelliere.

LVI.

LVI.

Privilegia, Facultates & Indulta à Pio IV. Pontif. Max. Florentino Ordini & Conventui Militum Sancti Stephani data, d. d. Non. Jul. An. 1562.

PIus Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Altitudo Divinæ providentiæ nullis præscripta limitibus, nullisque terminis comprehensa, cœlestia pariter, & terrestria inscrutabili ratione disponit, & mortalium mentes ad ea, per quæ benevolentia, & ferventi devotione Catholicorum Principum ad id tendentium, & quam in nos, & Romanam gerere comprobantur Ecclesiam, mediante personarum quarumlibet sub regulari observantia degentium optata salus undique proveniat animarum, divinusque cultus suscipiat incrementa, incitat. Unde nos, quibus, meritis licet imparibus, universalis ecclesiæ regimen eadem est providentia creditum, juxta sedis Apostolicæ officium, pro eorum meritis, dexteram in eos liberalitatis nostræ extendere censemus, quo ipsi in perseverantia laudabilium operum ferventius animentur, quorum exemplo provocati, ad similia facilius inducantur. Hinc est, quod nos dilectos filios, nobilem virum, Cosmum Medices, Florentiæ & Senarum Ducem, Magnum Magistrum Militiæ Sancti Stephani sub regula S. Benedicti, & Conventum ejusdem Militiæ in Ducatu Florentiæ per eundem Cosmum Ducem de licentia nostra institutæ specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, eosdem & eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, motu proprio, non ad eorum, vel alicujus pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, omnes & singulos ipsius Militiæ milites Priorem, cæterosque ministros ecclesiæ dicti conventus & alias personas etiam in sacris, & presbyteratus ordinibus constitutas, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque cum cura, & sine cura beneficia ecclesiastica obtinentes, eorumque beneficia, commendas, res & bona quæcunque ab omni jurisdictione, superioritate, visitatione, dominio, & potestate quorumvis Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque locorum ordinariorum, Apostolica auctoritate, tenore præsentium ex certa nostra scientia perpetuo eximimus, & totaliter liberamus, illosque dicto Cosmo Duci, & Magno Magistro in spiritualibus, & temporalibus eis modo & forma, quibus in ipsius Militiæ statutis, & ordinationibus continetur, immediate subjicimus, & supponimus, itaque ipsi locorum ordinarii nullam in eos jurisdictionem, superioritatem, dominium, vel potestatem, etiam ratione cujuscunque contractus, delicti, vel alterius rei, ubicunque iniatur contractus, committatur delictum, & res ipsa consistat, exercere valeant, sed Milites, Prior & aliæ personæ hujusmodi de justitia coram solo M. Magistro prædicto, vel ejus deputato, respondere debeant. Decernentes quoscunque processus contra illos, vel eorum aliquem, tam per ipsos locorum ordinarios, vel eorum Vicarios, seu quosvis alios, quam Magistrum, vel ejus deputatum prædictos pro tempore factos, & quaslibet etiam excommunicationis, vel suspensionis, aliasque sententias promulgatas, nullas & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore. Ac singulis militibus conjugatis, etiam bigamis, aliisque presbyteris, ut singulas pensiones annuas usque ad summam ducentorum ducatorum auri de Camera super quorumvis Cathedralium, etiam Metropolitan. & aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, Canon. & Præbendarum, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium & quorumvis ordinum regularium, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, alias sibi canonice reservandas accumulative, cum quibusvis aliis pensionibus annuis, quas illos ex quovis alio privilegio Apostolico pro tempore percipere contigerit, & continget, ad vitam percipere, exigere, & levare, ac in suos usus, & utilitatem convertere, illasque ad aliquam expeditionem contra infideles accedendo, aut in ea existendo in toto, vel parte, simul vel successive, quando sibi videbitur, etiam in mortis articulo in cujusvis personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Canonici, Cathedralis Ecclesiæ, & in dictæ Militiæ militum manibus, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentium, & expectantium favorem absque aliquo possessorum beneficiorum hujusmodi habendo consensu transferre in omnibus, & per omnia perinde, prout militibus Sancti Pauli, & Piis nuncupatis, per sedem Apostolicam indultum extitit, etiam citra Cruciatæ obligationem, nec non tam illis, quam cæteris omnibus Militibus, ac Priori, & Ministris, etiam presbyteris & beneficiatis ejusdem Militiæ, ut de quibuscunque tam stabilibus, quam mobilibus bonis, pecuniarum summis, gemmis, & lapidibus preciosis, aliisque rebus cujuscunque qualitatis, & quatitatis, ac valoris existant per eos etiam ratione beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet per eos obtentorum, ac alias undecunque, & quomodolibet acquisitis, & ad

illos quovis modo ſpectantibus, dummodo quintam illorum partem Conventui prædicto relinquant, inter quoscunque conſanguineos, filios etiam ſpurios, & alios illegitimos, aliasque quantumvis incapaces perſonas teſtari, ac alias etiam per codicillos, donatione inter vivos, cauſa mortis & alia quacunque via, prout ſibi videbitur, diſponere ac illa in pias, & non pias alias tamen licitas cauſas erogare. Ac Priori Eccleſiæ dicti Conventus pro tempore exiſtenti, ut quoties ſibi placuerit miſſam, ac alia divina officia in prædicta, aliisque dictæ Militiæ Eccleſiis in habitu Pontificali cum mitra, & baculo paſtorali celebrare, ac poſt miſſam, dummodo ibi non ſit præſens aliquis Catholicus Antiſtes, vel de illius conſenſu ibidem benedictionem Chriſti populo impartiri. Et tam ille, quam ſinguli presbyteri milites ejusdem Militiæ unum curatum beneficium eccleſiaſticum a dicta militia dependens, ſeu illi unitum, aut incorporatum, etiam ſi parocchialis Eccleſia, vel ejus perpetua vicaria fuerit, ſi ad hoc ſufficientes, & idonei fuerint, & beneficium hujusmodi alias ſibi canonice conferatur, recipere & retinere libere, & licite valeant auctoritate & tenore prædictis de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus, ſibique pariter indulgemus. Et inſuper quod nullus ex Magiſtro, & militibus pro tempore exiſtentibus aliisque perſonis dictæ Militiæ propter ejus regulam, ſtatuta, & capitula, nunc & pro tempore edita non obſervata, vel minus rite adimpleta, in peccatum mortale incidat, præterquam inobedientiam, & contumaciam pluries commiſſam, & continuatam, & ab ipſa religione rebellionem, & alios caſus, peccatum hujusmodi ex divinis præceptis, ſacrisque Canonibus generantes. Quodque religionis & militiæ hujusmodi bona, poſſeſſiones & fructus, redditus, & proventus quæcunque tam per Magnum Magiſtrum commendis aliisque beneficiis, & officiis dictæ Militiæ in illorum inſtitutione, quam deinceps illis, dictoque Conventui, & ejus perſonis quomodolibet aſſignanda, concedenda, & applicanda ſub quibusvis decimis, ſubſidiis, aliisque ordinariis, & extraordinariis oneribus per nos, & Roman. Pontifices, pro tempore exiſten. ac ſedem Apoſtolicam, ex quavis cauſa, quantumvis neceſſaria, etiam pro Cruciata Sacta, & defenſione contra infideles nullatenus comprehendantur, neque ad illorum, annatarumque, ſeu illorum dimidiam fructuum, reddituum & proventuum beneficiorum, & in illorum proviſionibus faciendam ſolutionem teneantur, ſed ab illis excepta ſint, & eſſe cenſeantur, niſi ea, quæ hactenus oneribus hujusmodi fuerunt, & de præſenti ſunt obnoxia, & quod nulla penſio annua ſuper alicujus commendæ, vel alterius beneficii Militiæ hujusmodi fructibus, etiam ex reſignatione, in manibus Romani Pontificis, aut alia quavis probabili cauſa, niſi in perſona perſonæ dictæ Militiæ, etiam per ipſum Pontificem reſervari, neque commendæ, & alia beneficia dictæ militiæ penſionibus hujusmodi aliter, quam ut præfertur, onerari poſſint. Et ſi penſiones deſuper aliter aſſignari contingat, aſſignationes ipſæ nullius ſint roboris, vel momenti, nec titulares beneficiorum hujusmodi ad illarum ſolutiones teneantur, neque ad id cenſuris eccleſiaſticis aliisve pœnis compelli poſſint, etiam perpetuo ſtatuimus & ordinamus. Propterea ut ipſi milites Eccleſiæ Catholicæ fideliumque defenſionem contra infideles animo ferventiori, minorique perdendæ Lucis humanæ, ſi ad æternam inde nanciſcendam proſpectant, metu ſuſcipiant, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi: Univerſis & ſingulis Militibus, & aliis ejusdem militiæ perſonis, qui in expeditione tam maritima, quam terreſtri, contra infideles, vel hæreticos, nedum hoſtilibus armis, ſed etiam aliquo quovis mortis genere, de peccatis ſuis corde contriti, & ore confeſſi, vel ſaltem ſtatutis a jure temporibus confitendi propoſitum habentibus, in virtute fidei Catholicæ deceſſerint, ac tam militibus, & perſonis præfatis, quam quibusvis aliis, utriusque ſexus etiam vere pœnitentibus, & confeſſis ſeu confitendi propoſitum habentibus, ut præfertur, qui Eccleſiam, conventus hujusmodi, quæ ſub invocatione ſancti Stephani Papæ, & martiris eſt conſecranda, in ſingulo die feſtivitatis ejusdem S. Stephani Papæ, & martyris, ſecunda Auguſti, a primis veſperis uſque ad occaſum ſolis feſtivitatis hujusmodi, annuatim devote viſitaverint, ac pro pace inter Principes Chriſtianos confovenda, ter orationem Dominicam, & totidem ſalutationem angelicam, recitarint, plenariam omnium & ſingulorum peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem; Qui vero de bonis ſibi a Deo collatis unam ejusdem Militiæ commendam fundaverint, vel dotaverint, aut conventui, & Militiæ prædictis ad ejus ſubventionem, & onerum illi incumbentium ſupportandorum, faciliori ſupportatione aliquid, juxta facultatum ſuarum modum, piamque intentionem donaverint, vel legaverint, eas omnes indulgentias, quas Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolimitan. benefactores conſequuntur ſine illorum præjudicio miſericorditer in Domino ſimiliter perpetuo concedimus & elargimur, ac indulgentias, privilegia, exemptiones, ſtatuta, & alia præmiſſa nullo unquam tempore de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari poſſe, neque ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium indulgentiarum, privileg. exemptionum, ſtatutorum, & aliarum gratiarum, ſuſpenſionibus, revocationibus, limitationibus, aliisque contrariis diſpoſitionibus a nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ac ſede prædicta, quavis de cauſa, quantumlibet juſtiſſima, pro tempore emanandis comprehendi, ſed ſemper ab illis exce-

excepta, & quotiens illa emanabunt, totiens in pristinum statum restituta, & de novo concessa esse, & censeri, & sic in præmissis per quoscunque judices sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & diffiniri debere, ac quicquid secus super his a quocunque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attemptari, irritum & inane decernimus. Quocirca venerabilibus nostris Muran. & Aretin. ac Pistorien. Episcopis, per Apostolica scripta, motu simili, mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios præsentes nostras literas, & in eis contenta solenniter publicantes, dictisque Cosmo Duci, & Magno Magistro, ac conventui in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac quos literæ ipsæ concernunt, & concernent in futurum, & eorum singulos illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque, contra earundem literarum tenorem quomodolibet indebite molestari: Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas autoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, nec non legitimis super his habendis servatis processibus, censuras & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis; Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii VIII. prædecessoris nostri (Constitutione,) qua cavetur, nequis extra suam civitatem vel diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diætam a fine suæ diocesis ad judicium evocetur seu ne judices a sede præfata deputati extra civitatem vel diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere præsumant, & de duabus diætis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres diætas aliquis, autoritate præsentium ad judicium non trahatur; & aliis Apostolicis ac in provincialibus, & Synodalibus consiliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus: nec non dictæ Militiæ etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinis stabilimentis, usibus, & naturis contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, si alias visitantibus dictam Ecclesiam erigendam modo præmisso aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum aliud tempus nondum elapsum durata per nos concessa fuerit, præsentes literæ quoad indulgentiam in eis contentam nullius sint roboris vel momenti, quodque beneficia eisdem militibus conferenda hujusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis, si qua illis immineat, nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ absolutionis, exemptionis, liberationis, subjectionis, subpositionis, dispensationis, indulti, statuti, ordinationis, concessionis, elargitionis, decretorum, mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, quingentesimo sexagesimo secundo, Non. Julii, Pont. Nostri Anno tertio.

Ca. Glorierius.

In extremitate paginæ

L. Anastasius.

A tergo Reg. apud *Cæsarem* secretarium.

LVII.

Privilegia & Facultates a Cosmo I. de Medicis, Florentiæ & Senarum Duce, Religioni & Militibus S. Stephani concessa, d. d. 24. Martii, An. 1565.

Cosmus Medices, Dei gratia Florentiæ & Senarum Dux II. Portus Ferrarii in Ilva Insula, Castilionis Piscariæ, & Igilii Insulæ Dominus &c. Recognoscimus harum serie literarum, & universis notum facimus, quod sacri nostri ordinis Militiæ, quam superioribus annis in Christianam Rempublicam tuendam, propagandamve (annuente Deo) fundavimus, Conventu, Ecclesia, Aedibus à fundamento erectis, ærario adaucto, armis, triremibus, commeatu, atque aliis nauticis rebus comparatis, operæ precium fore duximus quæ ad politiam, ac ipsius militiæ firmitatem, & ornamentum pertinent, nostris decretalibus literis constituere. Nos igitur prædictis, atque aliis justis causis moti, ex certa scientia, consulto, & potestatis nostræ plenitudine Religionem Sancti Stephani, ejusque sacrum militarem Ordinem intrascriptis immunitatibus, gratiis, & privilegiis decoramus, atque exornamus.

In primis namque civilium causarum criminalium pariter & mixtarum, quæ ad ipsam Religio-

ligionem, atque ordinem quoquo modo pertinebunt in hac nostra civitate Florentina, ejusque Dominio supremum Magistratum nostrorum Clarissimorum Consiliariorum; Senensis vero Magnificum generalem Gubernatorem nostrum, aut Locumtenentem cum potestate delegandi notionem habere volumus, & decernimus præter eos neminem. Qui quidem Magistratus, & Gubernator, & qui ab eis delegati fuerint, procedendo summarie, & de plano sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta hujusmodi causas decidere, & terminare debeant, omni prorsus appellatione remota; & pro dictarum causarum decisionibus Religio ipsa privilegiis municipalibus, & statutis uratur, ac potiatur, quibus cives originarii Florentini, ac etiam Senenses Cives respective utuntur, & potiuntur. Hoc etiam addito, & expresse declarato, quod adversus Procuratores, Quæstores, Actores, Colonos, atque id genus Ministros, qui prædiorum Rusticorum fructus, vel quorumvis bonorum vel Commendarum redditus, ad sacram tamen Religionem pertinentes aut sacri Ærarii pecuniam exegerint, & retinuerint, eadem Religio via executiva tam realiter, quam personaliter coram quibuscunque Rectoribus, aliisque ordinarie Jus dicentibus agere possit, eisdem civium Florentinorum, & Senensium, ut causa postulabit, privilegiis suffulta, ut administrationis ratio, & reliquorum restitutio pro suo jure facilius obtineatur: Nullus tamen contra præfatam Religionem ejusque ærarium agere, aut de juribus suis quibuscumque experiri valeat præterquam coram præfatis Consiliariis & Gubernatore. Ipsis vero militibus, eorumque famulis, ac ipsius sacræ Religionis officialibus, & Ministris arma defensibilia, & offensibilia cuiuscunque generis, exceptis æneis instrumentis, vulgo nuncupatis, Archibusetti a ruota, aliisque per Edicta nostra prohibitis, eandem facultatem gerendi Florentiæ, Senis, & ubique locorum nostræ Dictionis, & sub eisdem conditionibus, quam adhuc nostræ Aulæ, & nobis vel Principi Illustrissimo filio nostro stipendio inservientes habent, ac potiuntur. Militum quoque eorundem, & Religionis officialium, & ministrorum arma, vestes, & supellectilia dumtaxat ad eorum usum vel ipsorum familiæ destinata Florentiæ, Senis, cæterisque nostræ dictionis locis omnibus datiis, pedagiis ac vectigalibus tam immissionis, quam extractionis gratia, libera, & exempta penitus esse decernimus, atque præcipimus, dummodo per revisores, aut alios Doanæ ministros prædictæ res, & utensilia sive immittenda, sive extraenda inspiciantur, atque obsignentur. Memoratos insuper Milites, ac Religionis officiales, & Ministros quoad prædia urbana domus, & habitationes, quas Pisis mercede, aut pensione conducent, eadem immunitate, ac privilegio gaudeant, & in omnibus, & per omnia fruantur, quo Pisani Gymnasii Doctores, & Scolares Pisis commorantes potiuntur, absque tamen ipsorum scolarium & doctorum præjudicio. Quæ quidem privilegia, & immunitates ut supra concessas, sine dolo, sine fraude, & sine ulla machinatione (ut virum bonum decet) observari districte jubemus. Non obstantibus quibuscunque in contrarium quomodolibet facientibus. Quibus omnibus & singulis, etiam si talia forent quod de ipsis de verbo ad verbum mentio fieri debeat, specialiter & expresse motu proprio, & eadem certa scientia derogamus. Hæc est voluntas nostra hujus diplomatis manu nostra firmati, & plumbei nostri Ducalis Sigilli appensione muniti testimonio roborata. Dat. Florentiæ in nostro Ducali Palatio die vigesima quarta Martii Anno Dominicæ incarnationis Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Ducatus nostri Florentini anno XXIX. Senensis vero.

Cos. Med. Floren. & Senensium
Dux

V[t]. Lælius Taurellus.

Franciscus Vintha.

LVIII.

LIIX.

Cosmi I. de Medicis, Ducis Florentiæ & Senarum Diploma, quo Francum & Polum de Medicis de Athene, consanguineos suos omnium jurium & Privilegiorum compotes atque participes declarat, quibus Patricii Florentini fruuntur, eisque annuas pensiones assignat, d. d. Kal. Octobr. An. 1567.

COsmus Medices, Dei Gratia Florentiæ, & Senarum Dux II. Portus Ferrarii in Ilua Insula Castilionis Piscaria, & Igilii Insulæ Dominus, Multum Magnificis & Nobilibus Viris, Franco, & Polo de Medicis, de Athene, consanguineis nostris dilectissimis, gratiam nostram & omne bonum. Etsi memoriæ proditum fuerat, Mediceam familiam nostram antiquissimis temporibus, quibus Balduinus, natione Gallus, & ejus successores Græcorum Imperio, & Regno Hierosolymitano, potiti, adversus Turcas, Arabes, atque alios Mahumetanos, frequenter bella gesserunt, ob præclara ejusdem familiæ in ipsos Imperatores & Reges, officia, impensaque, servitia, Athenarum Ducatum, aliaque feuda in Peloponneso, ac dignitates, adeptam fuisse, atque illic longa propagine Illustres Equites edidisse, quemadmodum Leonis X. fel. rec. qui Ferdinandum de Medicis de Athenis Cubicularium suum, Cephaleniæ, & Zacynthi, Episcopum instituit; Clementis quoque VII. litteras ac diplomata, ac etiam Serenissimi Venetiarum Ducis, & Senatus, decreta testantur: Quod tamen in hanc rem vetustissima publica monumenta et privilegia tam Græco quam Latino, alioque idiomate descripta, & testimoniis, sigillisque authentica, ab Athenis & Nauplia, quæ Neapolis Romaniæ nuncupatur, adlata nobis exhibuistis, & documentorum seriem coram explicastis, (id quod maximi beneficii loco habuimus) consentaneum fore duximus, ut petitioni vestræ annuentes, vosque aliquo munere ornantes, gratiam referamus. Nos igitur, prædictis atque aliis justis causis animum nostrum moventibus, ex certa scientia, consulto, & de nostræ Ducalis potestatis plenitudine, utrumque vestrum nostra Florentina Civitate, veluti germana patria, vobis quasi jure postliminii debita, donamus, & quorumcumque magistratuum, honorum, munerum, ac dignitatum, quibus cives, & patricii, Florentini Originarii potiuntur, capaces, & participes, omnino fore decernimus. Atque etiam annuam pensionem, seu præstationem, scutorum ducentorum auri monetæ Florentinæ, cuique vestrum, quoad vixerit, & singulo quoque semestri ratam, per Quæstorem, seu generalem in Civitate Senarum Depositarium nostrum, persolvendam, concedimus, constituimus, & donationis titulo inter vivos liberaliter elargimur, hac tamen lege, & condicione, ut filii vestri, de legitimo matrimonio nati, & nascituri, qui vobis decedentibus superstites fuerint, in prædicta annua pensione ac donatione, ipsorum filiorum duntaxat vita durante, respective succedant. Quam quidem donationem ab omnibus, ad quos pertinet, aut in posterum pertinebit, exsequi, & inviolabiliter observari, mandamus: pœna arbitrio nostro, successorumve nostrorum, (si secus fiat) quandocunque infligenda, contrariis quibuscumque non obstantibus. Quibus omnibus & singulis, etiamsi de eis specialiter expressa mentio, vel ad verbum fieri oporteret, motu proprio, eadem scientia, ac potestate specialiter & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, atque præcipimus. Reliquum est, ut ampliora in dies nobis de benignitate nostra pollicentes, munus hoc (utcumque est) hilari fronte accipiatis. Harum litterarum, manu nostra, & plumbeo Ducali sigillo firmatarum, testimonio roboratum. Datum Florentiæ, in nostris Pictanis Aedibus, Kalendis Octobris, Anno Dominicæ Incarnationis cIↄIↄLXVII. Ducatus nostri Florentini, XXXI. Senensis vero, XI.

Cos. Med. Flor. & Sen. Dux.

Lælius T.

Franciscus Vintha.

LIX.

Bulla Pii V. Pontificis Maxim. qua Cosmum. I. de Medicis, Florentiæ & Senarum Ducem, Dignitate, honoribus & Privilegiis Magni Ducis Etruriæ condecoravit, d. d. 6. Kal. Sept. An. 1596.

PIus Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam Roman. Pontifex in excelso militantis Ecclesiæ throno, disponente Domino, super gentes & regna constitutus, post perlustratas suæ indefessæ mentis acie Orbis Christiani provincias circumspecta sua providentia præclaros ac principes, viros, qui de sancta sede Apostolica fideque Catholica bene mereri videntur, singulari suæ benignitatis clementia, quantum sibi ex alto conceditur, augere eosque insignibus ornamentis ac speciosis honorum titulis decorare, atque illustrare consuevit, nec non alias disponit, prout temporum, locorum & personarum qualitate pensata, conspicit in Domino salubriter expedire. Sane cum nos his nostris luctuosissimæ tempestatis diebus, animo nostro diu multumque gravissimo cum dolore versaremus, quot & quantæ pestiferarum hæresium sectæ quotidie undique erumperent, diraque & exitiosa perditorum hominum a fide Catholica aberrantium semina passim serperent, & usque quaque propagarentur, omnia Italiæ loco circumspicientes, Ethruria provincia nobili-

bilitatis decore & antiquitatis nomine a majoribus celebrata, cujus maxima pars, quæ nobis & ipsi Apostolicæ sedi subjecta non est, ab omnibus fere lateribus ditioni nostræ Ecclesiasticæ contermina atque conjuncta existit, nobis præcipue occurrit, quam divinæ primum bonitatis gratia, solicitudineque ac vigilantia nostra, deinde præstantissimi ac religiosissimi ejus Principis virtute, consilio, diligentia præ cæteris intactam & incorruptam ab hujusmodi perniciosa labe & contagione sartam tectam conservatam esse conspicimus. Huc accedit, quod profecto magnopere nos movet, sedem Apostolicam cum ob Regionis vicinitatem, tum propter loci opportunitatem gratissima plerumque obsequia, atque etiam commoda, subministratis ab Ethruscis auxiliis, a multis jam ante seculis recepisse; idque complures Romanos Pontifices prædecessores nostros & præsertim feliciter recordat. Innocentium Quartum, Clementem etiam Quartum, Gregorium Decimum, Benedictum Undecimum, Martinum & Leonem Decimum luculenter testatos fuisse, adeo ut tam eandem provinciam, quam ejus Rectores & Magistratus ob peculiarem eorum erga Romanam Ecclesiam devotionem & observantiam, propenso paternoque affectu, variis gratiis, honoribus ac privilegiis jure cohonestandos, atque ornandos esse duxerint. Quibus rebus debita meditatione mature consideratis, attendentes quoque inprimis quod dilectus filius, nobilis vir, Cosmus Medices, Reipublicæ Florentinæ Dux, majorem in dies suæ eximiæ virtutis splendorem, ferventioremque Catholicæ Religionis cultum, & in administranda Justitia præcellens studium ex eo tempore quo imperare cœpit, nusquam prætermissum, laudabiliter præ se ferre non cessat; Quod omnibus in occasionibus nobis ac prædecessoribus nostris & Apostolicæ sedi, promto ac libenti animo obsequi semper studuerit; Quod nos & eandem sedem ab ipso nostri Pontificatus initio continuato debitæ reverentiæ honore coluerit; mandatis nostris filiali obedientia paruerit: honestis nostris petitionibus obsequentissime morem gesserit; Quod a nobis requisitus, capta nostra pecuniis, peditatu, equitatuque alacriter juverit, præsertim pro ferendo auxilio charissimo in Christo filio nostro, Carolo Francorum Regi Christianissimo adversus ejus rebelles & hæreticos, centum etiam aureorum millia, ultra alia illi mutuando, hortatu nostro id fecerit; Quod majora, si usus venerit, ad Catholicæ fidei defensionem & incrementum se præstaturum ultro pollicetur; Quod in inclyta ejus in Deum pietate, superioribus annis, militiam Sancti Stephani ad sanctæ fidei exaltationem & propagationem instituerit, bonis ditaverit & ampliaverit; Quod universæ prope provinciæ Ethruscæ imperscrutabili Dei judicio ad summæ dignitatis potestatem civium Florentinorum assensu vocatus felicissime præsit ac dominetur; Quod delatum sibi admirabiliter Principatum admirabilius regat & moderetur, illumque incomparabili prudentia ac sapientia in pacis ac Justitiæ amœnitate, ab ineunte ejus ætate diligentissime contineat & conservet; Quod terra marique præpotens existat; Quod Piratis, facinorosis sicariis, quietis & otii turbatoribus, nec non nostris & hujus sanctæ sedis rebellibus & adversariis hostis acerrimus, scelerumque & delictorum severus vindex sit; Quod numerosa ac frequenti populorum & subditorum Deo benedicente multitudine, copiosis grandibusque reditibus & amplissimis proventibus gaudeat & fruatur; Quod validus peditum & equitum numerus in omnes usus ei præsto semper esse possit; Quod quam plures florentissimas urbes, tam Cathedralium, quam earum nonnullas Metropolitanarum Ecclesiarum dignitate insignes, ac studiorum generalium universitatibus ornatas, munitissimos portus, validissimas arces, loca tutissima, triremiam classem paratam & instructam tam ad Tyrrheni sui maris, quam etiam ad nostræ oræ maritimæ tutelam habeat; Quod rerum omnium copia, ditionis amplitudine, locorum ubertate, continua vitæ fœlicitate, demumque gentis celebris admodum & opulentæ viribus firmissime subnixus vigeat; Quod cuncta hæc ipsa bona per immensam Dei Omnipotentis benignitatem sibi elargita ad divinum honorem & gloriam paratissima semper fore profiteatur; Quod absoluta potestate ratione liberi & directi dominii Florentini nemini sit subjectus, ita ut juxta distinctionem piæ memoriæ Pelagii, similiter Romani Pontificis, Prædecessoris nostri, uti Rex & Magnus Dux ac Princeps merito existat, & inter cæteros magnos Duces ac Principes re ipsa esse, censeri & connumerari possit & debeat. Nos igitur tot ac tantis rationabilibus dignisque de causis, clarissimis quoque ipsius Cosmi Ducis erga nos & sedem eandem meritorum & officiorum monumentis inducti, firmaque spe freti, quod is & ejus successores collati nostri in eos beneficii memores debitam nobis futurisque Romanis Pontificibus, grato animo fidei ac devotionis sinceritatem perpetuo exhibere conservareque studebunt. Attendentes etiam, quod sane plurimi facimus, dictum Cosmum, Ducem ac dilectum filium nobilem, virum Franciscum ejus filium primogenitum, arctis admodum affinitatis, sanguinis, & necessitudinis vinculis cum charissimo in Christo filio nostro Maximiliano in Imperatorem electo, & maximis Christiani nominis Regibus conjunctos esse, eosque a nobilissima stirpe Medicea multis honoribus & titulis decorata, & ex qua tot Illustres Proceres, ac tres Romani Pontifices prodierunt, ortum habere; Propterea eundem Cosmum Ducem specialibus favoribus & gratiis paterne benigneque prosequi volentes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis a Jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodo-

dolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, motu proprio non ad ipsius Cosmi Ducis seu alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, maturaque deliberatione & mera liberalitate nostris, ac de supremæ nostræ Apostolicæ potestatis plenitudine, tam dictorum prædecessorum, quam etiam Alexandri III. & Innocentii pariter III. ac Pauli IV. similiter prædecessorum nostrorum, qui Portugalliæ, Bulgarorum ac Blanchorum, nec non Hiberniæ Reges, & ut tunc Dux, Bohemiæ Rex in suis litteris nominari possit, respective crearunt, constituerunt & concesserunt, aliorumque Romanorum Pontificum erga diversos Principes exempla sequentes, vestigiisque inhærentes, ut potissimum cæteri principes hoc exemplo invitati ad bene de sancta hac sede promerendum incitentur, eundem Cosmum Ducem ejusque successores pro tempore existentes Duces perpetuis futuris temporibus IN MAGNOS DVCES & Principes Provinciæ Ethruriæ sibi pro maxima illius parte subjectæ, & in ipsa Provincia respective autoritate Apostolica tenore præsentium creamus, constituimus, pronunciamus & declaramus, *Magnorumque Ducum Ethruriæ* Provinciæ, ut præfertur, ejus subjectæ nomine, titulo & denominatione extollimus & amplificamus, nec non eos dictæ Ethruriæ provinciæ eis subjectæ *Magnos Duces* & Principes ab omnibus nominari, appellari, inscribi, dici, haberi, censeri & tractari debere volumus, præcipimus ac mandamus, atque *Cosmum Magnum Ducem* ejusque successores præfatos omnibus & singulis exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, præeminentiis, prærogativis, indultis, privilegiis, aliisque quibuslibet gratiis & honoribus, quibus alii vere liberi & directi Domini ac *Magni Duces* & Principes etiam Ducali, aut alia quavis etiam majori dignitate præfulgentes, ac quacumque libera & absoluta potestate fungentes, in genere vel specie, in quibuscunque locis, pompis, sessionibus, celebritatibus, ceremoniis & actibus publicis vel privatis, tam de jure quam de consuetudine, etiam in Aula nostra Vaticana & ubicunque terrarum, etiamsi aliqui alii magni & & similes Duces & Principes præsentes fuerint, quoquo modo utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, sed uti, frui, potiri & gaudere in futurum quomodolibet poterunt & soliti sunt: non quidem ad illorum instar sed pari formiter, & absque nulla prorsus differentia uti, frui, potiri & gaudere posse ac debere. Et insuper in evidens clarumque propensæ nostræ voluntatis erga dictum *Cosmum Magnum Ducem* testimonium, certamque dilectionis significationem, eum amplioris quoque gratiæ & favoris prærogativa maxime dignum censentes, ut juxta sententiam Clementis Quarti prædecessoris nostri prædicti ex majori decore ornatum, majoris appareat dignitatis, ipsum *Cosmum Magnum Ducem* & ejus Successores, hujusmodi Regali Corona, ut inferius depingi mandavimus; qua super eorum gentilibus insignibus ad illustrius nobiliusque ipsorum decus & ornamentum uti, eamque portare, ferre & gestare, depingique & insculpi facere libere & licite possint & valeant, motu, scientia ac potestatis plenitudine similibus decoramus, exornamus & insignimus, decoratosque, exornatos & insignitos fore & esse. Præsentesque literas de subreptionis vitio aut intentionis nostræ seu quocunque alio defectu ex quavis etiam quantumlibet justissima & urgentissima rationabilique causa nullo unquam tempore a quoquam notari vel impugnari posse, sed illas validas & efficaces perpetuo fore & esse, suosque plenarios, totales & omnimodos effectus sortiri posse ac debere in omnibus & per omnia, ac si consistorialiter & de fratrum nostrorum consilio factæ & ipso Consistorio nostro secreto lectæ fuissent. Sicque per quoscunque Judices etiam Imperiali, Regia, Ducali vel quavis alia excellentia ac dignitate præditos, & alios Commissarios qualibet auctoritate fungentes, etiam causarum Sacri Palatii nostri Auditores & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, sententionandi, definiendi & interpretandi facultate & autoritate, judicari, definiri & interpretari debere; ac quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decrevimus & declaramus. Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Provinciarum, civitatum & locorum quorumlibet statutis & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis, illis & quibusvis aliis personis etiam Ducibus, quibus forsan per sedem Apostolicam concessum sit, quod privilegiis, præeminentiis, favoribus, indultis & gratiis ad instar Magnorum Ducum perinde ac si ipsi magni Duces realiter & cum effectu essent, uti & gaudere possint, in genere vel in specie sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & quantumcunque efficacissimis clausulis & decretis quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis, (quibus omnibus etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa & individua, ac de verbo ad verbum mentio seu quævis alia expressa habenda, aut aliqua exquisita forma ad hæc servanda esset, eorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat ad effectum præsentium specialiter & expresse derogamus, totaliterque & latissime derogatum esse volumus, & decernimus) cæterisque contrariis quibuscunque salva nihilo-

hilominus in nostris dictæ Provinciæ civitatibus & locis, nostra & Romanæ Ecclesiæ autoritate, jurisdictione ac quibusvis juribus respective in locis mediate vel immediate eis subjectis, ac citra aliquod præjudicium civitatum, terrarum & locorum in eadem Ethruriæ Provincia consistentium, quæ non sunt ditiones Cosmi Ducis, nec ei quomodolibet subjecta sunt, neque alio modo obediunt.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum absolutionis, creationis, constitutionis, pronunciationis, declarationis, amplificationis, voluntatis, præcepti, mandati, decorationis, exornationis, insignationis & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo, quingentesimo sexagesimo nono, VI. Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

LX.

Rescriptum Maximiliani II. Rom. Imperat. ad Cosimum I. de Medicis, Florentiæ & Senarum Ducem, quo suam, & Sacri Romani Imperii Superioritatem, Jurisdictionem & Autoritatem in Rempublicam Florentinam prægnantibus argumentis asserit, ac Ducem, propter dignitatem Magni Ducis ipsi à Summo Pontifice oblatam, & in præjudicium Cæsareæ Majestatis, Sacrique Romani Imperii acceptam, reprehendit, d. d. 26. Decembr. An. 1570.

ILlustrissime Dux, affinis & Princeps charissime, cum nobis aliquoties per Dilectionis tuæ oratorem in curiâ nostrâ residentem expositum fuerit, Dilectionem tuam scire cupere, quid illam de prætensa magni ducatus Hetruriæ inauguratione facere velimus, nos, etsi accepto præteritis mensibus sanctissimi Dn. pontificis responso, ad factam longo ante tempore coram Sanctitate Sua, & Reverendorum in Christo patrum S. R. E. Cardinalium collegio insinuationem protestationis nostræ, contra ejusmodi inaugurationem præteritis mensibus in arce nostra Regia Praga solemni modo interpositæ, ad Sanctitatem Suam ea scripto referri curavimus, quæ nostra ac Imperii sacri necessitas, hoc loco exposcere, visa est, adeoque cum ista, cum Sanctitate Sua, utpote a qua afferta illa inauguratio proficiscitur, agere statuerimus; nihilominus tamen ad prædicti Dilectionis Tuæ oratoris instantiam prætermittere noluimus, quin Dilectioni quoque Tuæ animi nostri voluntatem benignè, ac eo candore, quo in hujusmodi, & quibuscunque aliis negotiis, versari consuevimus aperiremus. Inprimis igitur Dilectioni Tuæ illud in mentem vocandum occurrit, quod sicut Sanctitati ejus nullo jure licuit tale quid de Hetruria statuere, atque disponere, sic certe Dilectionem Tuam, tanquam nostrum & Imperii sacri vasallum, longe minus decuit, oblatam Dilectioni Tuæ novam illam dignitatem (si tamen dignitas dici debet, quæ indigno modo ac nulliter fit) insciis nobis, utpote Romanorum Imperatore, cui in Hetruriam superioritatis jus competere, efficacissimis rationibus, & quidem magna ex parte veteribus, & recentibus investituris probari posset, acceptare, ne dum quoad Florentiæ statum, nostram illam ac sacri Imperii superioritatem, jurisdictionem, & authoritatem non solum in dubium vocare, verum etiam inani quodam libertatis prætextu prorsus negare.

Nam cum fieri nequeat, quin Dilectio Tua memor sit, quo pacto, & quas ob causas, divus quondam Imperator Carolus quintus &c. Dominus, patruus, & socer noster charissimus, augustæ memoriæ, postquam Florentiæ civitatem, quæ à Majestatis Suæ, & sacri Imperii devotione desciverat, longa obsidione cinctam ad deditionem adegisset, ac Imperatoriæ potestatis plenitudine, & inter alia eam quoque ob rationem, quo deinceps in Majestatis suæ, & sacri Imperii fide, & devotione, perpetuo maneat, &c. quondam Ducem Alexandrum Reipublicæ illius Florentinæ gubernio præfecerit; eadem civitate in gratiam recepta, ac in specialem Majestatis suæ, & sacri Imperii protectionem, & salvaguardiam assumpta, nec non confirmatis illius privilegiis, juribus, & exemtionibus, quæ a Majestatis suæ antecessoribus, Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac Sacro Romano Imperio, antequam à devotione ista recederet, obtinuerat; ac denique eadem superioritate sibi, ac sacro Imperio ita reservata, ut si forsan Respublica, ei institutæ à Majestate Sua regiminis formæ contraveniret, tanquam à Majestate Sua & sacro Imperio rebellis, ingrata & inobediens, concessa ipsi remissione, indulto, confirmatione & privilegiis &c. privata, atque universum ejus dominium ad sacrum Romanum Imperium devolutum censeri, & esse debeat, &c. quæ quidem omnia ejusdem remissionis, institutionis, & creationis literis, expressis verbis continentur. Cum Dilectio autem Tua, præfato Duci Alexandro, eodem plane pacto, successerit, sane Dilectionem Tuam, vel eorum omnium parum memorem fuisse credendum, vel certe absurdum est, id a Dilectione Tua negari, sine quo nec prædecessoris sui, Ducis Alexandri, erectio, nedum Dilectionis Tuæ vigore ejusdem institutionis, ad se delata successio, valida esset, atque subsisteret.

Quæ cum sic se habeant, ac proinde nos Di-

Dilectionis Tuæ nulliter factam in magnum Hetruriæ Ducem creationem, ac subsecutam paulo post coronationem, absque gravissima Nostræ Cæsareæ, ac successorum nostrorum, sacrique Romani Imperii authoritatis, jurium, & præeminentiæ diminutione nulla omnino ratione ferre queamus, prædicto sanctissimo Domino Pontifici hanc nostram mentem, sacrique adeo Imperii necessitatem memorato scripto fusius declaravimus: eundem obnixe rogantes atque monentes, ut hac in re talia convenientia, opportuna & efficacia remedia providere velit, quo sublato gravi isto, ac intolerabili præjudicio, nobis ac sacro Imperio, nostra authoritas, præeminentia, Dignitas & jurisdictio, salva, integra, & illæsa maneat; retractando scilicet ea, quæ sic a Sanctitate Sua illegitimo modo instituta sint. Et quia Dilectio Tua ex iis omnibus satis intelligit, id quod Dilectionem Tuam scire cupere ejusdem orator aliquoties nobis retulit, de Dilectione Tua sic nobis plane pollicemur, Dilectionem Tuam se huic animi nostri declarationi, ut quæ ipsa æquitate nititur, accommodaturam, ac non solum Sanctitatis Suæ retractationi se facile submissuram, verum etiam ubi forte Sanctitas sua in eo se difficiliorem exhibere velit, eidem Sanctitati Suæ, ut nostris monitis locum faciat, suasorem fore: vel saltem ipsam & Dilectionem Tuam novo illo, prætensi magni Ducatus titulo, & nomine, quæque præterea eidem adhærent, se ultro prorsus abdicaturam esse, quo sic negotio isto, in pristinum statum restituto, diversarum dissensionum scandalorum, & turbarum, quæ hac ex re facile oriri possent, præscindatur occasio, quod uti Dilectionem Tuam facturam esse omnino confidimus, sic Dilectioni Tuæ certo persuasum cupimus, nos in aliis omnibus, quæ, citra nostræ ac sacri Imperii jurium, & authoritatis præjudicium & diminutionem fieri possunt, Dilectionis Tuæ, ac ejusdem filii illustr. Florentiæ Principis, sororii & principis nostri charissimi, dignitati & commodis promovendis, pro singulari & benevolentiæ & propensionis studio, quo utramque complectimur, nusquam esse defuturos. Quod superest Dilectionem Tuam diu recte feliciterque valere, optamus. Datum in oppido nostro Imperiali, Dunckelspühl. 26. Dec. 1570.

LXI.

Instrumentum, quo Franciscus, Magnus Etruriæ Dux, Privilegium sibi ab Imperatore Maximiliano I. de titulo Magni Ducatus ac honoribus & juribus inde pendentibus concessum, Pontificiæ concessioni in præjuditium neutiquam esse cessurum, protestatus est, d. d. 13. Februarii, An. 1575.

IN Dei Nomine Amen. Anno Dominicæ Incarnationis 1575. Indictione quarta, & die tertia decima mensis Februarii, Gregorio XIII. Summo Pontifice, & Serenissimo Francisco Medici Magno Etruriæ Duce Dominante. Actum Florentiæ in Palatio præfati Serenissimi Magni Ducis, sito in Populo S. Romuli: præsentibus ibidem, Illustrissimo Domino Bartholomæo, olim D. Joannis Baptistæ de Concinis, de Comitibus Pennæ, & Magnifico D. Antonio, D. Laurentio de Servidis Equite, S. Stephani, Testibus, ad infrascripta omnia & singula vocatis, habitis, & rogatis.

Cunctis pateat evidenter, qualiter in mei & Testium præmissorum præsentia, personaliter constitutus Serenissimus Dominus noster, Dominus Franciscus Medices, Magnus Dux Etruriæ II. & animadvertens, alias Felicis Recordationis Serenissimum Cosmum Medicem Progenitorem suum, tunc Florentiæ Senarumque Ducem, ex causis tunc plene cognitis, per Sanctissimæ Memoriæ Pium V. Pontificem declaratum & creatum fuisse Magnum Etruriæ Ducem, decretis & adscriptis ejus dignitatis insignibus, & ut ex Bulla Romæ data sub sexto Kal. Septemb. 1569. latius videre est: In cujus executionem idem Magnus Dux, quamdiu vixit, talem se nuncupavit, verboque & scriptis ac re ipsa gessit, & a quamplurimis Principibus in Italia & extra, pro Etruriæ Magno Duce tractatus & nuncupatus fuit. Cumque eo e vivis sublato, innumeris meritis præfati Serenissimi Magni Etruriæ Ducis Francisci suadentibus, ejusque præstantia, & multiplicatis obsequiis inducta Cæsarea Majestas Maximiliani II. Romanorum Imperatoris electi, præfatum Serenissimum Franciscum Magnum Ducem II. prædictum tamquam de novo dicto titulo decoraverit, & donaverit, ut publico Diplomate, manu Cæsarea obsignato, & aureo sigillo munito, constat. Tenore cujus inspecto, præfatus Serenissimus Franciscus I. Magnus Dux Etruriæ censendus videretur: quod quidem ab eis - - - - - - aliquatenus discrepat cum autoritate Apostolica, Secundus habendus sit: & ita demum ex dicta Cæsarea concessione titulum prædictum adipisci constituerit, ut nec in minimo priori concessioni officiat, ut deroget, ejusque effectum lædat, sed in ejus augmentum cedat; ideo omni meliori modo, quo id fieri potuerit & debuerit, & possit & debeat, Cæsaream concessionem acceptaverit, & acceptare intendat, eaque uti & potiri decreverit & decernat; ad majorem tamen mentis suæ declarationem, & voluntatis animique sui testimonium, vobis DD. Testibus, & uti probis viris & honestis personis, & mihi Notario rogato, ad perpetuam rei gestæ & gerendæ memoriam, ad prædictum & omnem alium ei magis proficuum finem & effe-

effectum, dixit & declaravit, & protestatus est, se dictum Cæsareum privilegium, omniaque & singula in eo contenta, in augmentum & corroborationem confirmationemque Apostolicæ concessionis, & in ea expressorum, acceptasse & acceptare, & vanæ potius dubitationis tollendæ causa; quam quod Pontificiæ gratiæ autoritas possessioque actus & tractatus, quibus idem Felicis Recordationis ejus Genitor, eoque defuncto ipse Magnus Dux II. usus est, & in futurum utetur, in aliquo irritentur, verum nec in minimo lædantur: volens & intendens a nullo jure & possessione, sibi quomodolibet quæsita, recedere, vel ei præjudicium inferre, sed eorum effectum augere, & jura juribus suis addere, & quia aliter & alias, nisi animo & mente præmissis, ad prædictam acceptationem per eum deventum nullatenus foret. De & super quibus omnibus mandavit, per me Notarium infrascriptum hoc publicum confici instrumentum, unum vel plura.

Ego Angelus Favilla, olim Laurentii Angeli filius, Civis & Notarius publicus Florentinus de prædictis rogatus.

LXII.

Consilium Collegii Electoralis Sacri Rom. Imperii Maximiliano II. Roman. Imp. in causa Florentina subministratum, d. d. 29. Octobr. An. 1575.

SAcræ Cæsareæ Majestatis, Domini Nostri Clementissimi, scriptis comprehensam relationem, ubi, quid circa Negotium novæ inaugurationis Florentinæ fuerit actum, itemque quid S. Cæsarea Majestas pro supprimenda seditione & discordia Januensi, ac componendis belli Belgici turbis summa diligentia ac paterna cura susceperit ac perfecerit, ac quid insimul hic sit considerandum, clementissime recenset, præsentes Electores, ac Palatini Ablegati ex Cæs. Majestatis libello propositionis, publice lecto, abunde ac prorsus cognoverunt.

Quemadmodum vero nequaquam est dubitandum, quin Florentia de universa Hetruria jamdudum & ab antiquo ad Sacrum Imperium pertineat, atque Duces Florentiæ Principalem suam dignitatem, titulum, statum, & jurisdictionem a nullo alio quam Romanorum Imperatore, scilicet Carolo V. Cæsare novissime adhuc fuerint consecuti, ita præsenti Duci pariter ac priori & defuncto jus haud competiit, hujusmodi dignitatem, titulum, aut statum, multo minus vero axioma Magni Ducis Hetruriæ, sive Tusciæ, Romæ a Papa, Pio Quinto, efflagitandi, imprimis quum hæc res tam Sacræ Vestræ Cæsareæ Majestati, quam Sacro Imperio, unde omnes seculares & eminentes dignitates, conditiones & potestates, tamquam ex unico in Sacro Imperio fonte dimanant, non parum damni ac detrimenti adferat. Ob has igitur & alias causas, a Sacra Vestra Cæsarea Majestate prudentissime allegatas, præsentes Electores & Ablegati Palatini remedia a Sacra Vestra Cæsarea Majestate proposita, humillime comprobant, eo collineantia, ut scilicet Dux Florentiæ titulum ac nomen Magni Ducis Florentiæ, neutiquam vero Hetruriæ sive Tusciæ a Sacra Vestra Cæsarea Majestate, prouti par est, expetat ac impetret; ita tamen, ut hæc concessio Coronam, Sceptrum, atque titulum Serenissimi minus complectatur, itemque talis erectio & extensio axiomatis S. Vestræ Cæsareæ Maj. S. Imperio, ac cuilibet alteri nihil præjudicii conciliet; prouti in S. Vestræ Cæsareæ Maj. clementissima declaratione hoc amplius memoratur.

Quod porro S. Vestra Cæsarea Maj. domesticam sive civilem discordiam & seditionem veterem inter ac novam Nobilitatem Januæ exortam, medio ac modo compromissi sic composuerit, ut huic potenti Communitati & Civitati, quæ etiam Sacro Imperio paret, pax pristina & tranquillitas fuerit restituta itemque suos maxime spectabiles ac illustres Cæsareos Oratores ad Regiam Majestatem Hispaniarum cum speciali instructione & mandato pro pacandis Belgii Provinciis hereditariis, clementissime ablegarit, ac clementissimam Cæsaream voluntatem ejusque explicationem adjunxerit; S. Vestræ Cæs. Maj. præsentes Electores & Ablegati Palatini humillimas agunt gratias, in Deo omnipotente prorsus sperantes, fore, ut Iste, secundum Divinam benignitatem suam, tandem idonea & accepta Media largiatur, quibus effici possit, ut tales diuturnæ turbæ ubique ac ex omni parte e medio tollantur, publica quies redeat, adeoque ulterior calamitas & pernicies in terris Christianis evitetur. Quandoquidem his perfidiae plenis & pericula minantibus ac praesagientibus temporibus Sacro Romano Imperio id admodum est necessarium, & perquam utile ac salutare.

Haec Electores humillimae declarationis loco S. Vestrae Caes. Maj. exhibere voluerunt.

Cancellaria Moguntina.

LXIII.

Decretum Maximiliani II. Rom. Imperatoris, quo Oratori Florentino, quibus conditionibus Francisco de Medicis, Florentiæ & Senarum Duci titulo & honores Magni Ducis in Etruria collatos velit, significat, d. d. 11. Novembr. An. 1575.

SAcra Cæsarea Majestas benigne scit, quod cum Cæsarea Majestate sua jam ab aliquot annis per illustrissimos & excellentissimos Principes Dominum Cosmum de Medicis, eoque defun-

defuncto filium & successorem suum, D. Franciscum de Medicis, Duces Florentiæ, ac eorundem nomine de magno Hetruriæ Ducatu actum sit, atque insuper animo repetit tum fidelia & utilia obsequia hactenus Majestati suæ ejusque antecessoribus alacri semper promptissimoque studio præstita, tum arctissimam affinitatis necessitudinem, quæ Majestati suæ cum iisdem intercedit, ac proinde re hac cum sacri imperii principibus Electoribus in maturam deliberationem adducta, decrevit ipsi Illustrissimo Duci Florentiæ conferre titulum magni Ducis in Hetruriæ eorum locorum, quæ immediate ibidem possidet, neque alteri cuipiam subjecta sunt, in eadem forma, & sub iisdem clausulis, quæ Illustrissimi Alexandri de Medicis à divo olim Imperatore Carolo V. Augustæ memoriæ in Ducem creati erectione continentur. Ita tamen quod hujusmodi concessio, Cæsareæ Majestatis suæ, sacrique Imperii, ac cujuscunque alterius juribus præjudicare minime debeat, id quod Cæsarea Majestas sua præfati illustrissimi Ducis Florentiæ oratori significari vehementer jussit, eidem quod reliquum est, Cæsaream suam gratiam benigne deferens. Decretum Ratisbonæ die XI. mensis Novembris anno MDLXXV.

LXIV.

Diploma Maximiliani II. Roman. Imperatoris, quo Francisco de Medicis, Florentiæ & Senarum Duci, titulum dignitatemque Magni Ducis Etruriæ cum omnibus eidem dignitati annexis privilegiis tribuit, d. d. 26. Januar. An. 1576.

MAximilianus secundus, &c. Ad perpetuam rei memoriam, recognoscimus harum serie litterarum, ac universis & singulis notum facimus, quemadmodum unicus ille parens rerum, ac mundi opifex, cum mortale hominum genus, cælesti civitate donat, id ipsum non promiscue quidem, neque citra delectum facit, sed ut vel virtus, vel officia uniuscujusque exposcunt & merentur, in felicissimas divorum classes, & ordines digerit, atque collocat, alterumque alteri præfert; sic nostrarum quoque partium esse plane cognoscimus, terrestre hoc nobis concreditum Imperium ad cœleste illud quam simillime referre, nostraque & sacri Romani Imperii beneficia, insignia & honores, pro uniuscujusque dignitate & meritis, distribuere, ac impertiri. Quo sane diligenter respexerunt divi olim prædecessores nostri, Romanorum Imperatores & Reges, omni cura adhibita, ne suum a benemeritis officium desiderari paterentur, quod intelligerent illud ad sustinendam, amplificandamque gloriam, & existimationem suam maxime pertinere. Hinc est, quod præclarissimo more ab iisdem divis Imperatoribus, majoribus nostris accepto, nihil antiquius, nihil charius unquam habuerimus, quam Principes, de Cæsarea Majestate nostra, sacro Imperio, inclytaque domo nostra Austriaca, ac tota denique republica Christiana optime meritos, maximorum honorum præmiis prosequi, & ornare, ut intelligant virtutes, egregia facta, excellentiaque merita nobis esse charissima, ac tum ipsi, eorumque descendentes & posteri, ad virtutem, ac de nobis sacro Imperio, inclytaque domo nostra Austriaca, benemerendum magis etiam excitentur, tum alii etiam ad eadem studia sectanda, alliciantur & inflammentur. Ejus vero benignæ ac piæ mentis nostræ declarandæ, amplam & idoneam nacti sumus occasionem, in exornando illust. Francisco Medices, Reipubl. Florentiæ, & Senarum Duce tertio. Quem quidem, tum propter animi sui egregias excellentissimasque virtutes, generisque ac familiæ Medicæ, ex qua in utraque Republ. tam Ecclesiastica, quam politica, multi insignes, præstantissimique heroes prodiere, nobilitatem, tum luculenta & utilia obsequia, tam nobis quam antecessoribus nostris, Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac præmemoratæ inclytæ domui nostræ Austriacæ hactenus præstita, nec non maxima in universam Rempublicam Christianam merita, plurimi semper fecimus, ac singulari benevolentiæ affectione prosecuti sumus, adeo quod in singularis, ac vere sinceri amoris, clementiæ, & benignitatis nostræ testimonium, affinitatem secum inivimus, & utramque familiam eo vinculi genere, quod idem est omnium arctissimum atque sanctissimum, adstrinximus, ipsumque in sororium nostrum cooptavimus. Cum igitur eundem Ducem Franciscum, cujus in nos sacrumque Romanum Imperium, præclaræ, propensæque voluntatis studium, nec non in administranda, moderandaque justitia, ac subditis suis recte, feliciterque regendis singularis religio, virtus atque prudentia, nobis jam diu perspecta, cognitaq; est, dignum omnino censeamus, quem una cum successoribus suis, illustriori quodam dignitatis & honoris loco collocemus, sicque insigne aliquod nostræ in Dilectionem Suam propensissimæ voluntatis documentum posteris relinquamus, atque insuper, præter memorata, ipsius Ducis Francisci obsequia, virtutes, atque merita, generis item nobilitatem, atque splendorem, ac arctissimæ affinitatis necessitudinem animo clementissimo repetamus, quæ nobiscum ab aliquot annis per Illust. Cosmum Medicem, (cujus etiam in divos quondam Imperatores, Carolum quintum, & Ferdinandum, Dominos, patruum, socerum & genitorem nostros charissimos, augustissimæ memoriæ, ac nos ipsos, insignium meritorum grata apud nos extat memoria, eoque postea defuncto, per ipsum filium & successorem suum præfa-

præfatum Franciſcum Medicem, Duces, de magno Hetruriæ Ducatu acta ſunt; omnibusque tum ſacri Romani Imperii principibus Electoribus in maturam deliberationem deductis, tam ſupra memoratis, quam aliis juſtis & rationabilibus cauſis impulſi, motu proprio ex certa ſcientia noſtra, animo bene deliberato ac ſano, noſtrorum & ſacri Imperii fidelium accedente conſilio, ea, qua fungimur Cæſarea authoritate, ac de noſtræ Imperialis poteſtatis plenitudine, in nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, à quo omnis Principatus, & honor promanat, eundem Illuſt. Franciſcum Medicem, Ducem, ejusque deſcendentes in infinitum, maſculos, legitimos & naturales, ac illis deficientibus, vel non extantibus, proximiores maſculos ex Medicea familia, in perpetuum, ut ſupra, omnes tamen ſucceſſuros ordine ac jure primogenii, in magnos Duces Hetruriæ, eorum locorum, quæ ibidem ipſe Dux Franciſcus poſſidet, ſeu ad eum pertinent, & ipſam Provinciam reſpective, ad propriam dignitatem, nomen & titulum magni ducatus re ipſa, & cum effectu eveximus, exaltavimus, ſublimavimus, & amplificavimus: ipſumque Ducem Franciſcum, ac dictos ſucceſſores ſuos, ejuſdem provinciæ Hetruriæ, magnos Duces vere creavimus, fecimus, conſtituimus, extulimus, & declaravimus, aliorumque, cujuſvis provinciæ magnorum ducum numero, cætui, & conſortio realiter aggregavimus, in eorumque ordinem, ac gradum pleno jure cooptavimus. Atque inſuper omnia & ſingula privilegia, jura, indulta, dignitates, libertates, honores, immunitates, titulos, gradus, honorantias, facultates, authoritates, præeminentias, ac omnes & quaſcunque gratias, quibus alii, vere & proprie provinciarum magni Duces, & Principes, quavis dignitate præfulgentes, ac quacunque poteſtate fulgentes, de jure vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & debent & in futurum quomodolibet poterunt, vel ſoliti fuerint, illis perfecte tribuimus, dedimus, tradidimus, atque conceſſimus, prout per præſentes eadem ſcientia & authoritate erigimus, exaltamus, ſublimamus, amplificamus, creamus, facimus, aggregamus, cooptamus, damus, concedimus, tradimus, & cum effectu ampliſſime tribuimus, decernentes, & hoc noſtro Cæſ. edicto firmiſſime ſtatuentes, ut poſthac perpetuis futuris temporibus dicta provincia Hetruriæ, una cum ſuis civitatibus, terris, caſtris, oppidis, arcibus, fortalitiis, villis, locis, & juribus, ac univerſis & ſingulis pertinentiis ab eodem illuſtriſſimo Duce Franciſco poſſeſſis, ſeu ad eum quomodolibet pertinentibus, pro vero magno ducatu habeatur, teneatur, reputetur, tractetur, & ſic idemque magnus Dux Franciſcus, ejuſque præfati deſcendentes & poſteri, in magno iſto Ducatu ſucceſſuri, ordine & modo, qui dictus eſt, ab hac hora in perpetuum ſint, inſcribantur, dicantur, appellentur & nominentur, magni Duces Hetruriæ, ac ut alii cujuſcunque provinciæ magni Duces honorentur, tractentur, & reputentur, ab omnibus & ſingulis, cujuſcunque gradus, ſtatus, ordinis, conditionis, & dignitatis extiterint, tam in ſcriptis, quam viva voce, aut alias quotieſcunque, & quomodolibet illorum mentio erit facienda, aut eorum ratio habenda fuerit, omnibus & ſingulis prænarratis privilegiis, titulis, honoribus, libertatibus, gratiis, & affectibus tam de jure, quam ex conſuetudine, in genere, vel in ſpecie, ipſis magnis Ducibus competentibus in ſeſſionibus, celebritatibus, pompis, ceremoniis, & actibus, publicis vel privatis, in quibuſcunque locis ubique terrarum, etiamſi aliqui alii magni Duces, ſimileſque Principes, ut ſupra præſentes fuerint, uti, frui, & gaudere poſſint & debeant, non quidem ad illorum inſtar, & ſimilitudinem, ſed pariformiter, vere, proprie, & absque ulla prorſus differentia, non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus, legibus, ordinationibus Imperialibus, ac provinciarum, civitatum, & locorum quorumlibet ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Imperiali, vel quavis firmitate alia roboratis: privilegiis quoque, indultis, & diplomatibus Imperialibus, quibuſvis perſonis, etiam Ducibus, quibus forſan Imperiali, aut quavis alia authoritate conceſſum ſit, quod privilegiis, favoribus, præeminentiis, & gratiis, ad inſtar magnorum Ducum, perinde ac ſi ipſi magni Duces realiter, & cum effectu eſſent, uti & gaudere poſſint in genere vel in ſpecie, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ut cum quibusvis etiam derogatoriis, & quantumcunque efficaciſſimis clauſulis, & decretis, quomodolibet conceſſis, confirmatis, vel innovatis, Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, eorum omnium tenores præſentibus proſufficienter expreſſis habentes, (illis alias in ſuo robore permanſuris) hac vice duntaxat, ad effectum præſentium, ſpecialiter & expreſſe derogamus, totaliterque & latiſſime derogatum eſſe volumus, & decernimus: cæteris contrariis quibuſcunque non obſtantibus, ſupplentes ex eadem poteſtatis plenitudine, & certa ſcientia omnes, & ſingulos defectus, tam juris, quam facti, ſi qui forſan in præmiſſis comperti fuerint;

Volumus tamen, quod hæc conceſſio minime debeat præjudicare, juribus cujuſcunque prætendentis Dominium, ſuper dictis locis, & ut porro ſalva ſit ſuperioritas noſtra, Sacri Imperii, ac cujuslibet alterius, utque omnia & ſingula interpretentur in favorem dictæ familiæ Medicæ. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ erectionis, exaltationis, ſublimationis, amplificationis, creationis, diſpoſitionis, declarationis, conceſſionis, decreti, volun-

voluntatis, derogationis, suppletionis, & gratiæ paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire; si quis autem id attentare præsumpserit, præter nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam, pœnam mille marcharum auri puri, pro dimidia fisco, seu ærario nostro Imperiali, reliqua vero parte injuriam passis irremissibiliter applicandam, se noverit ipso facto incurrisse, harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum, & bullæ nostræ aureæ appensione munitarum.

Datum in civitate nostra Viennæ, die vigesima sexta Januarii, anno Domini millesimo, quingentesimo septuagesimo sexto, regnorum nostrorum Romani decimo quarto, Hungarici decimo tertio, Bohemici vigesimo septimo.

LXV.

Decretum Maximiliani II. Rom. Imperatoris, Legatis Magni Etruriæ Ducis locum in Capella Cæsarea immediate post Venetos concedentis, d. d. 18. Augusti, An. 1576.

SAcra Cæsarea Majestas, Dominus noster clementissimus, benigne cognovit ea, quæ Majestati Suæ Magni Etruriæ Ducis Celsitudo, per Oratorem suum ratione loci ejus Celsitudini in Capella Cæsarea dandi, exponi voluit, adeoque idem Orator instanter petiit. Cum igitur Cæsarea Majestas meminerit privilegii, Celsitudini suæ nuper concessi, & suam erga Celsitudinem ejus propensissimam voluntatem quavis occasione comprobare cupiat, nec huic honesto ipsius desiderio deesse voluit. Ideoque Celsitudini locum in Capella Sua Cæsarea immediate post Venetos dare & concedere statuit: prout vigore præsentis Cæsarei Decreti realiter dat & concedit. Salvis tamen Sacri Romani Imperii Principum Electorum, & inclitæ Domus Austriacæ prærogativis & juribus: Id quod Sua Cæsarea Majestas præfati Magni Ducis Oratori clementer significari jussit. Actum sub impressione Majestatis Suæ sigilli Cæsarei Ratisponæ, die decima octava Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto.

V[t.] JO. BAP. Weber, D.

(*Locus Signi.*)

P. Obernburger.

LXVI.

Decretum Rudolphi II. Roman. Imperatoris, quo Duci Sabaudiæ locum priorem in Cæsarea Capella, & in omnibus aliis locis, præ Magno Duce Etruriæ competere declarat, d. d. 23. Aug. An. 1582.

ROmanæ Cæsareæ Majestati, Domino suo clementissimo, Principes Electores, qui præsentes sunt, atque aliorum consiliarii legati, exhibent humillime exemplum hujus supplicationis, quam oratores Principis Sabaudiæ ad hæc comitia ablegati, dictis Electoribus & consiliariis supplicando tradiderunt, juxtaque eandem petiverunt. Itaque Suam Cæsaream Majestatem celare non possunt, quod in consultatione hujus supplicationis in memoriam revocarunt: cum Cæsar Maximilianus secundus, piæ memoriæ, communi consensu Sacri Imperii Principum Electorum, Domino Cosmo, petitum nomen & titulum Magni Ducis Florentiæ clementer concederet & daret, in ea concessione expresse reservatum & cautum esse, quod scilicet talis con-concessio Sacri Imperii Principibus Electoribus, & aliis Principibus, sine detrimento erit: cum ergo de eo nullum existat dubium, sicuti dictis Electoribus, & consiliariis notum est, deque eo se declarant: Quod Dux Sabaudiæ sit Princeps Sacri Imperii ex sanguine Germano Ducum Saxoniæ oriundus, quodque sit Vicarius Imperii per Italiam, ideo sentiunt justum & æquum esse, quod idem Dux, etiam in dicta Cæsarea reservatione sit comprehensus, atque ideo præcedentia ante Magnum Ducem Florentiæ in Cæsarea capella, & omnibus aliis locis, eidem Duci Sabaudiæ competat, & ad eam admitti debeat; Quapropter ipsi præsentes Principes Electores, & aliorum consiliarii, Cæsaream Majestatem humillime rogant, ut dicto Duci Sabaudiæ, tanquam Sacri Imperii Principi, præcedentiam vigore præfatæ reservationis, ante Magnum Ducem Florentiæ in Sua Cæsarea capella clementissime permittat, sicuti quoque ille, tanquam à Germano Principum sanguine natus Princeps, & Vicarius Sacri Imperii per Italiam, praecedentiam ante omnes Italiae Principes in Caesarea Majestatis aula & capella, perinde in Italia, atque in Germania semper habuit, & adhuc, vigore dictae reservationis, habere & retinere debet. Conclusum in Senatu Electorum, XXIII. Augusti, anno octuagesimo secundo.

M. Petrus Kraych, Consiliarius & Secretarius Moguntin. in fidem subscripsit.

LXVII.

Contractus Matrimonii inter Henricum IV. Galliæ Regem, & Mariam de Medicis, Magnam Etruriæ Ducem stabilitus, d. d. 26. April. An. 1600.

AU nom de Dieu le Createur. Soit notoire à tous, comme ainsi soit, qu' il ait cidevant été traité du Mariage d' entre Tres-Haut, Tres-Puissant & Tres-Excellent Prince, Henri IV. Roi de France & de Navarre, & la Serenissime Princesse Marie de Medicis, fille de Serenissime Prince François, Grand Duc de Toscane, & Serenissime Princesse Jeanne Archi-Duchesse d' Autriche, & née Reine d' Hongrie & de Bohéme, & Niece de Serenissime Prince Ferdinand, à present Grand Duc de Toscane; & que les intentions s' étans trouvées conformes pour effectuer ledit Mariage en l' honneur de Dieu & Intention de servir a sa gloire, il soit besoin de convenir d' aucunes conditions, comme il est accoûtumé en telles affaires: Pour ce est-il que l' an de la Nativité de Nôtre Seigneur Jesus-Christ mil six cent, le 26. jour d' Avril en la Ville de Florence au Palais de Pity, pardevant moi Belizary Unita, Chevalier de Saint Estienne, & Premier Secretaire d' Estat de mondit Seigneur le Grand Duc, en presence de Trés-illustre & Trés-Reverend Charle de Putheo, Archevéque de Pise, & Tres-Illustre & Tres-Excellent Seigneur Dom Virginio Ursinino, Duc de Bracciano, témoins pour ce appellez. Furent presents en leurs personnes, c' est à sçavoir pour & au nom de Sadite Majesté Tres-Chrêtienne, Messire Nicolas Brulart, Chevalier Seigneur de Sillery, Conseiller de Sadite Majesté en ses Conseils d' Estat, & son Ambassadeur à Rome, suivant le pouvoir à lui donné par Lettres Patentes de Sa Majesté données à Paris le sixiéme jour de Janvier mil six cent. Signées par le Roi & plus bas, de *Neufville*, & scellées du grand Sceau de Sa dite Majesté. Lesquelles Lettres contenant ledit pouvoir, ont été exhibées, & sera la Copie transcrite en fin de Presentes. Et ledit Serenissime Prince Ferdinand, Grand Duc de Toscane, stipulant, promettant & acceptant, tant pour luy, que pour ladite Serenissime Princesse sa niepce, lesquels d' un commun consentement ledit Seigneur de Sillery usant du pouvoir à Luy donné, ont traité, conclud & arrêté les articles & conventions qui ensuivent: Prémierement ledit Seigneur Grand Duc a promis & promet bailler en nom & Loy de Mariage ladite Serenissime Princesse de son bon gré, vouloir & consentement, comme elle a déclaré audit Seigneur Roy Tres-Chrétien: Lequel semblablement a promis & promet par ledit Seigneur de Sillery de prendre à femme & Loyale épouse ladite Serenissime Princesse selon les Loix & Coûtumes de l' Eglise, le plûtôt que faire se pourra: Et dés à present promet d' ordonner personnage de sa qualité requise avec pouvoir suffisant pour en son nom & comme Procureur de Sa Majesté épouser par paroles de present la dite Serenissime Princesse, & attendant qu' avec la presence des Parties le Mariage puisse etre confirmé & solemnisé en la face de nôtre Mere Sainte Eglise, pour en recevoir ses Saintes Benedictions.

En Faveur & contemplation duquel Mariage ledit Seigneur Grand Duc, tant pour la singuliere affection, qu' il porte à la dite Serenissime Princesse sa niepce, que pour la Dignité & Maison ou elle est issuë, a promis & promet bailler en dot à ladite Serenissime Princesse la somme de six cent mil écus d' or de sept livres & demie chacune monnoye Florentine, desquels ledit Seigneur Roy a deja receu deux cent cinquante mil écus payez & nombrez entre les mains du Trésorier de son Espargne, & quatre autres trois cent cinquante mil écus restans seront aussi payez en deniers comptans en la Ville de Marseille, ou Lyon, lorsque le Mariage sera confirmé & solemnisé, comme il a été dit cy-dessus.

Ledit Seigneur Grand Duc a aussi promis & promet de faire conduire ladite Serenissime Princesse sa niepce, comme il convient à Prince de telle qualité jusques en la ville de Marseille: Et outre ce luy donnera bagues, joyaux & autres meubles precieux de valeur convenable à la Dignité de Sa Majesté, & à la Maison dont la dite Princesse est issuë.

Et moyennant ce que dessus a été accordé que ladite Serenissime Princesse renoncera aux Successions de ses pere & mere en la meilleure forme, que faire se pourra, pour la Satisfaction & contentement dudit Seigneur Grand Duc son oncle; & à cette fin sera autorisée ladite Princesse, & ladite renonciation confirmée par ledit Seigneur Roy quand requis en sera; & dés à present ladite Dame Princesse reconnoissant de bonne foy que moyennant ledit dot, bagues & meubles precieux qui Luy seroient donnez, elle est liberalement & abondamment satisfaite de tout ce qui luy pourroit appartenir pour sa part & portion de ses pere & mere, de son bon gré, pure & simple volonté a renoncé & renonce au profit dudit Serenissime Duc & de ses descendans mâles, ou de ceux qui auront droit & cause dudit Seigneur Grand Duc en quelque dégré & qualité qu' ils puissent être, à tous drois, noms, raisons & actions, qu' elle pouvoit pretendre en quelque sorte & maniere que ce puisse être au cause desdites successions paternelles & maternelles, desquelles entant que besoin seroit, ladite Serenissime Princesse a fait cession & transport audit Serenissime Grand Duc & à ses descendans comme dessus.

Et pour asseurer ladite somme de six cent mil écus baillée en dot, soit en cas de restitution

tion si elle y échet ou autrement a été convenu, que certaines Terres & Domaines seront baillées & assignées, pour être specialement obligées & hypothequées à la seureté & restitution de ladite somme, sans que par l' obligation speciale il se dérogé a la generale, ny au contre, en sorte que par ce moyen lesdits deniers puissent être asseurez au contentement dudit Serenissime Grand Duc, ou de ceux qui auront charge de Son Altesse, pour être restituez à ladite Serenissime Princesse ou à ses heritiers, comme il sera dit cy-aprés, avec l' interest de cinq pour cent, qui commencera à avoir cours du jour que ladite Somme aura deu être payée & restituée.

Ledit Seigneur Roy Tres-Chretien assignera ou constituera à ladite Serenissime Princesse, sa future Epouse pour son Doüaire vingt mil écus d'or de rente par chacun an, qui seront assignez sur Terres & Domaines avec Jurisdiction, dont le principal lieu aura titre de Duché & les autres de proche en proche jusques à la somme de vingt mil écus d' or par chacun an, desquels lieux ainsi baillez & assignez ladite Serenissime Princesse future Epouse joüira par ses mains & authorité, ou par ses Commis & Officiers avec la Jurisdiction comme dessus; & si aura la permission de tous offices vaquans, comme ont accoûtumé d' avoir les Reines de France bien entendu que lesdits Offices seront baillez à naturels François, ensemble la charge & administration desdites Terres, suivant les us & coûtumes du Royaume de France: Duquel Doüaire ladite Serenissime Princesse commencera d' entrer en joüissance, si-tôt que Doüaire aura lieu, pour en joüir sa vie durant, soit qu' elle veüille demeurer au Royaume de France, ou ailleurs.

Donnera aussi ledit Seigneur Roy Tres-Chrêtien à ladite Serenissime Princesse bagues & joyaux, selon qu' il convient à la Dignité d'une Reine de France, qui luy demeureront propres, pour en pouvoir disposer par ladite Serenissime Princesse, comme de chose à elle appartenant en cas qu' elle survive, & non autrement, comme il sera dit cy-aprés.

Et pour l' entretenement ladite Serenissime Princesse future Epouse Reine de France pendant son Mariage avec ledit Seigneur Roy Tres-Chretien, Sa Majesté fera dresser état des Officiers & Serviteurs pour Sa Maison: & pour le service le dati Serenissime Princesse & à la grandeur d' une Reine de France, & pour fournir aux frais dudit entretenement, sera ordonné telle somme qu' il appartiendra, laquelle sera assignée sur l' Espargne, pour être payée de trois mois en trois mois, suivant l' ordre, qui a été observé pour les Reines de France.

Et en cas de dissolution du Mariage par la mort de ladite Serenissime Princesse sans aucuns enfans; Ledit Seigneur Roy fera rendre & restituër audit Seigneur Grand Duc, ou à qui il sera par luy ordonné les bagues & joyaux à elle donnez selon l' inventaire, qui en sera fait, en cas toutesfois qu' elle n' en ait disposé, ensemble la somme de quatre cent mil écus, qui sont les deux tiers de six cent mil écus payés pour ledit dot; si non que S. M. aime mieux joüir de la somme entiére sa vie durant, au quel cas ladite somme de six cent mil écus sera entiérement restituée aprés la mort de Sadite Majesté.

Et si ladite Serenissime Princesse délaissoit enfans procreés dudit Mariage, lesdits enfans succederont à tous les biens, tant meubles, qu' immeubles à elle délaissés, & qui luy pourroient appartenir, & seront divisez entr-eux selon les us & coûtumes de France.

Mais en cas que la dissolution dudit Mariage fut advenuë par la mort précedée dudit Seigneur Roy Tres-Chretien, survivant à luy ladite future Epouse, soit qu' il y ait enfans, ou non dudit Mariage, ladite Serenissime Princesse, future Epouse, reprendra entiérement tout sondit dot, bagues & joyaux par elle portez & outre celles, qui luy auroient été données par ledit Seigneur Roy, hormis toutesfois les bagues de la Couronne, qui se baillent comme en garde & dépost aux Reines de Frances; & en cedit cas joüira semblablement ladite future Reine de son Doüaire, comme il est dit, & de tout ce que dessus, soit qu' elle demeure en France, ou qu' elle se retire ailleurs, ce qui demeurera en sa Liberté.

Toutes lesquelles choses, articles & conditions cydessus ont été traitez, conclus & arrestez pour & au nom dudit Seigneur Roy Tres-Chrêtien par le sieur de Sillery; & par ledit Serenissime Grand Duc de Toscane, tant en son propre & privé nom, que pour ladite Serenissime Princesse future Reine. Promettent lesdites Parties de garder & accomplir le tout de point en point & de bonne foy, sans y contrevenir directement ou indirectement en aucune maniére, & ont promis faire fournir toutes les procurations & expeditions nécessaires pour l' accomplissement de ces presentes.

Ainsi signé, MARIA DE MEDICIS, prometo come sopra. FERD. GRANDUCA DI TOSCANA, Brulard.

LXVIII.

Instrumentum Cessionis territorii, Villarum & Curiarum Filatteriæ, Cosmo II. Magno Etruriæ Duci, per Marchionem Bernabonem Malaspinam ejusque filium Manfredum factæ, d. d. 26. Dec. An. 1614.

IN Dei nomine Amen. Anno Domini millmo. sexcmo. 14mo. Indictione 12ma. die uero uigma. sexta mensis Xbris, Paulo Vto. Summo Pontifice, & Serno. Cosmo IIo. Hetruriæ Magno

gno Duce IVo. nome. Actum Florentiæ in Domo solitæ habitationis infrascripti Clarissmi. D. Nicolai præsentibus D. Philippo qm. Francisci de Valentinis, Ciue ac Noto. pubco. Florentino, & Petro Francisco D. Laurentii de Palmizianis Ciue Florno. testibus &c.

Cum sit, quod ab Illmo. D. Marchione Bernabo qm. Illmi. D. Marchionis Manfredi Malaspina, & ab Illmo. D. Marchione Manfredo Juniore ipsius filio preces porrectæ sint Serenmo. Magno Duci Cosmo D. N. à Suaque Celsitudne. Serenma. in calce ipsarum fuerit rescriptum die 17. hujus mensis, tenoris & continentiæ punctualiter, prout infra:

Serenmo. Grand Duca.

IL Marchese Bernabo Malaspina, ed il Marchese Manfredi suo figlo deuotmi. Sernmi. li V. A. S. confermando quel che piu uolte hanno offera, e detto a Madama Serma. di nuovo, per la presente, confermono, & offeriscono di cedere il dominio, & ogni ragione, che haueßoro, & in qualunque modo à loro, e loro descendenti, posteri, e successori poteßero competere, sopra la Terra, huomini, e Territorio di Filatiera, e sue ville di qualunque sorte, offerendo di farne libera cessione, per instrumto. publico, nella più ampla forma, ed essendosi ella compiaciuta, che di tutti i beni, & entrate non feudali, che fin quì hanno goduto, e godono dti. supplicanti, in quel luogo, con aggiugnerui ancora le ragioni, che hanno sopra di godiaßo sen' eregga un Priorato nella Sua Illma. e Sa. Religne. di S. Stefano, e degnatasi d'incorporare, in detto Priorato, una Commenda di gratia di Scuti 100. d'entrata, che gode il predo. Marche. Bernabo supplicante, & altri Scudi 200. d'entrata de denari della sudetta Religione, che tutto serua per fondo, e dote di detto Priorato con quelli riserui di Padronato a fauore de supplicanti, ed altri chiamati, e di tutta la lor' Casa Malaspina, come piu largamte. appare per la gratiosa concessne. di esso. Supplicono in oltre, che V. A. S. si contenti di assegnare altri scudi 300. di stipendio e prouisione l' anno à ragne. di scudi 25. il mese alla Marchesa Cassandra Seta, moglie del Marchese Manfredi, durante la uita di lei, e poi peruenghino i scudi 25. il mese in Manfredi, Bernabò suo Padre, e Dianora sua madre, secondo quest' ordine, che finita la uita di tutti, e quattro sopra nominati, la prouisione di detti scudi 25. cessi, e non passi in altri, e preciò ne apparisca patente, irreuocabile, sicome nella sopradetta cessione s'offeriono dichiarare, che morendo il soprado. Marchese Manfredi, senza figluoli, e descendenti maschi, ò si uen finita la linea sua masculina, ricaschino all' A. V. S. & à suoi Serenmi. successori la Rocca, entrate di Mulini, Terra, li fondi d'acque, honoranza, habella, e Carbonii, con facultà di deputare il Capellano amouibile della Capella di S. Antonio di detta Terra, allaqualo sono state assegnate annue entrate di scudi 60. inc. in tanti beni stabili, che non sono compresi in quelli, che si assegnono per fondo del Priorato, & tutto quello, che sotto nome d'entrate feudali di dta. Terra di Filaticra e sue ville *hanno goduto, & al presente godono dti. supplicanti*, con tutte quelle dichiaratni., che all' Alta. V. S., & à suoi Ministri, à quali ne sia data la Carica porrà, che conuenghino, e quanto dalla benignità di V. A. riceueranno, lo riceueranno per gratia dalla sua infinita bontà, e da tutta la Serenma. Casa.

S. A. Senza pregiudo. del Dominio, e possesso, che se li competono sopra il dto. luogo di Filatiera, sue Ville, e certe Jurisdne. e vassalli in qualunque modo, e tempo, e Sotto qualsiuoglia titolo peruenute ne Soi Predecessori, e continuate in lei medma., accetta la sudta. offerta di Renuntia, e Cessne., uolendo, che se ne stipuli publico Instrumto., nel quale in pmo. luogho si ratifichi qualunque acquisto, & trasporto, che sotto qualsiuoglia titolo, e causa fusse seguito, tanto in tempo delli sudi. Marchesi Bernabò, e Manfredi, quanto di qualsiuoglia lori Antenati, & etiam dell' istessi Vassalli di dto. luogo à fauore dell' A. S. e di qualunque de Soi Predecessori, chiamandosi ben contenti, e satisfatti senza poter pretendere satisfatione di cosa alcuna, & a maggr. cautela di nuovo, in nome loro, e di Figliuoli, e descendenti, heredi, e successori di qualsiuoglia sorte de predti., in quanto faccia di bisogno, renunzino, cedino, e trasportino ogni loro ragne. amplamte. nel modo, e con l'augumto., che si propone dell' entrate Jurisditionali, per quando mancherà la linea Masculina, legittima, e naturale, & S. A. si contenta per mera gratitudne., e per i meriti, e buona seruitù de predi. Marchesi, assegnare loro scudi venti cinque il mese di portione, come donatne. irrevocabile durante le uite delle persone, che si propongono, da pagarsi dalla nostra depositeria generale, fin che uiueranno, e di mano in mano, secondo l'ordine che do mandono, comandando al Depositario, quale che ne accomodi la scrittura à i libbri della depositeria, e di tempo in tempo paghi, obligando ancora per detto tempo i nostri successori nel Gran Ducato di Toscana, e mancate, che saranno dette uite de quattro nominati dta. prouisione cessi, e più non duri, coll Audre. Antella, in nome dell' A. S. interuenga al contratto facendolo stipulare con tutte le clausule, e dichiaratni. opportune per l'intera stabilità, e fermezza, e che a medmi. s'intendino inseruate le facultà di potere in di. luoghi tenere le medme. armi offensiue, e defensiue & usare le bandite di pesche, & uccellagioni, come di presente e tutto in ogni meglio modo &c.

Il Gran Duca di Toscana.

Curcio Picchena, 17. Decembre 1614.

Et

Et ficuti habetur & continetur in originalibus precibus, & originale benigno rescripto S. C. S. in calce ipsarum emanato, quæ preces cum dicto benigno rescripto, ad omnem bonum finem, & Juris effectum simul, cum hoc Instrumento reponuntur in publico Archiuio Florentino, & ad quas preces & benignum rescriptum originale, pro veritate omnimoda fit relatio.

Et quod prædictus Illustrissimus D. Marchio Bernabo habens de prædictis plenam notitiam & scientiam, ut omnia & singula in præinsertis precibus ipsius, ac filii nomine prædicto Serenissimo Magno Duci porrectis, debitæ demandarentur executioni solenniter suum constituerit specialem ac legitimum Procuratorem dictum Illustriss. D. Marchionem Manfredum ejus filium Oratorem penes eundem Magnum Ducem Serenissimi Ducis Mutinæ, cum authoritate amplissima ex publico Instrumento rogato, ut vidi manu D. Simonis Gabrielis de Sermodostis Notarii publici Florentini die 22. ejusdem mensis archiuiato, in forma, in fine hujus Instrumenti punctualiter registrando, & ad quod pariter pro veritate fit relatio.

Hinc igitur fuit & est, quod constitutus personaliter coram me infrascripto ac testibus prædictis, prædictus Illustrissimus D. Marchio Manfredus Junior filius dicti Illustrissimi D. Marchionis Bernabo Malaspina ejus proprio nomine, ac etiam uti Procurator ejusdem Illustrissimi D. Genitoris vigore dicti publici mandati Instrumento rogato manu dicti D. Simonis die prædicto sponte, ac ex certa scientia, per se, ac dicto nomine, & eorum, & cujuslibet eorum filios, descendentes, hæredes & successores quoscunque, quia ita sibi dicto nomine facere placuit, & placet, & ex aliis causis juste animum suum & paternum moventibus, & omni meliori modo, in primis, & ante omnia ratificauit, emologauit, approbauit, & confirmauit, ratificat, emologat, approbat, & seu confirmat omni modo favore Sereniss. Cosmi II. Hetruriæ Magni Ducis 4ti D. N. licet absentis, sed perillustre & Clarissimo J. C. D. Nicolao Antellense Senatore Florentino, & S. C. S. Aud. nec non in dicta Sacra, & Illustrissima Religione S. Stephani Præsidente ipsius à Serenissimi Magni Ducis in hac parte speciali Mandatario electo, ac nominato in dicto benigno, & gratioso Rescripto, & me quoque præsente, ac pro S. C. S. ipsiusque successoribus in Magno Ducatu, ac Domino Florentino recipientibus, ac stipulantibus, quodcunque Jus dominii & possessionis super dicta Terra, seu Castro Filatteriæ sita in Provincia Lunisiana Dioecesis Lunensis, & ejusdem terræ Villarum, Curiarum, Vasallorum, Jurisdictionum quomodocunque, & qualitercunque, & sub quavis causa, ac titulo obventarum in Serenissimos Prædecessores S. C. S. nec non in eandem Celsitudinem perventarum, & continuatarum non solum tempore prædictorum D. D. Marchionum Bernabo & Manfredi in præsens viventium, sed etiam tempore Marchionis Manfredi senioris prioris, & avito um de respective, ac aliorum ascendentium, antecessorum, & antenatorum quorumcunque ipsorum, & etiam per viam recognitionis, seu recognitionum factæ, seu factarum per Vasallos, & habitatores dictæ Terræ Filatteriæ Villarum, & Curiarum, & cujuslibet alterius Juris, quomodolibet, ac in quovis tempore, & quavis de causa, seu alias proventi, in prædictam S. C. S. ac in ejus Serenissimos Prædecessores, & quatenus opus sit, ad majorem cautelam, iterum ac denuo idem D. Marchio Manfredus dicto nomine libere cessit, renuntiavit, ac transtulit, cedit, renuntiat, ac transfert eidem Serenissimo Magno Duci ac suis in Magno Ducatu & Dominio Florentino successoribus omnia, & quæcunque Jura sibi quomodolibet competentia, spectantia, & pertinentia, & quæ in futurum competere, spectare ac pertinere quomodolibet possent in & super Terra, seu Castro, Villis, locis, Jurisdictione, ac Vasallis Filatteriæ prædictæ nihilo excepto, nec ei dicto nomine desuper reservato nisi quod prædictus D. Marchio Manfredus, dicto nomine sibi reservavit atque reservat, durante ipsius vita all' Illustrissimi sui Genitoris, & ipsorum, & cujuslibet ipsorum filiorum, ac descendentium masculorum legitimorum, & naturalium nascendorum à principio ex legitimo Matrimonio, per lineam rectam masculinam in infinitum, Arcem, seu fortilitium Jura, Gabellæ, ac ut vulgo dicitur, frodi introitusque Jurisdictionales, & feudales, & alia specificata in dictis registratis precibus, quam tamen Arcem, Jura, Gabellæ, ac introitus Jurisdictionales & feudales, & prædicta omnia, & singula sibi dicto Marchioni Manfredo, dicto nomine, reservata, ipse D. Marchio defecta, & finita dicta linea masculina legitima, & naturali, ex nunc vult atque intelligit fuisse, ac esse comprehensa, cessa, & donata S. C. S. sicuti nunc, pro tunc comprehendit, & cedit, donat, libereque renuntiat omnes & singulos proventus Jurisdictionales & quæcunque alia Jura sibi dicto nomine reservata, de quibus supra, eidem Serenissimo Magno Duci, & suis in magno Ducatu, & Dominio Florentino successoribus, licet absentibus, prædicto Excellentissimo D. Auditore Antellensi, & mihi infrascripto, & pro eis recipientibus, ac stipulantibus, *hoc tamen expresse declarato, quod eisdem Illustrissimis DD. Marchionibus sit & intelligantur eædem facultates reservata utendi et retinendi arma, in dictis locis offensibilia & defensibilia cujusvis generis, & utendi banditiis, piscationum, & aucupiorum, prout dictum in dicto gratioso rescripto, & in præsentiarum habent prædicti DD. Marchiones Manfredus, & Bernabo, & quemadmodum consueverunt facere omnes alii Domini Marchiones recommendati S. C. S. omni meliori modo &c.* & ex causa prædictorum omnium, & singulorum prædictus D. Marchio Man-

Manfredus, dicto nomine, expromisit S.C.S. ac dicto perillustri & Eximio D. Auditori & mihi ullo unquam tempore non venire per se, vel per alium in judicio, vel extra, nec sub aliquo prætextu, seu Ingenio contra hujusmodi Instrumentum, sed rata, grata & firma perpetuis futuris temporibus habere omnia, & singula in eo contenta, & conventa, vocans propterea dicto nomine se bene contentum tacitum, & satis factum plenissimè de omni ac toto eo, quod à præfato Serenissimo Magno Duce, & seu à Serenissimis ejus Prædecessoribus ex quavis causa & quocunque titulo etiam pretii ipsius Terræ, & castri, Filatteriæ, ipsiusque Villarum & locorum, tam tempore dicti D. Marchionis Manfredi senioris, & aliorum eorundem antenatorum, & prædecessorum, quam tempore ipsorum & DD. Marchionum Bernabo, & Manfredi consequi, habere, seu prætendere quomodolibet posset occasione prædictorum omnium, & singulorum, & ita confessus fuit, & confitetur habuisse realiter, & cum effectu plenissimam satisfactionem suæque C. Serenissimæ ac dicto Excellentissimo D. Auditori, & mihi quatenus opus sit, & ad omnem abundantiorem cautelam fecit finem, & quietationem generalem & generalissimam, cum pacto perpetuo de ulterius quidquam non petendi, seu prætendendi, occasione prædictorum omnium, & singulorum etiam non expressorum, & incogitatorum in forma plenissima, ac etiam pro eorundem omnium, & singulorum robore ac firmitate ipse Illustrissimus D. Marchio Manfredus dictus nomine cum Juramento ei à me delato, & ab ipso præstito, in forma, tactis scripturis corporaliter, omni Juri sibi in omnibus competenti, seu competituro occasione prædicta, omnibusque privilegiis, remediis, exceptionibus juris & facti, ac juribus quibuscunque expressis, & non expressis quantumvis incognitis, & de quibus ex forma juris statutorum, & quarumvis consuetudinum specialis, & individua fieri deberet mentio, renuntiavit, & renuntiat omni modo in genere, ac in specie, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contrario, & ita vult, ac intelligit fuisse ac esse renuntiatum, & non solum modis ac formis prædictis, sed omni alio meliori favorabili, & seu validiori modo &c. S. C. S. ac suorum serenissimorum successorum, & versa vice prædictus perillustris, & Excellentissimus D. Auditor inhærens menti expresse Serenissimo Magni Ducis, & uti volens, ac intendens facultate, & authoritate sibi tributa vigore dicti benigni rescripti omni meliori modo, quo potuit, & potest nomine S. C. S. tanquam ejus specialissimus Mandatarius ex mera gratitudine additis præcipue meritis, ac bono servitio eorundem DD. Marchionum expromisit dicto Illustrissimo D. Marchioni Manfredo præsenti, & pro Illustrissima Domina Marchionissa Cassana ipsius uxore, quam loco, & deinde pro se ipso, ac successive pro dicto Illustrissimo, Marchione Patre, ac Illustrissima D. Marchionissa Dianora Matre recipienti, ac stipulanti, titulo stipendii, honorarii, seu provisionis habentis vim donationis irrevocabilis, inter vivos, prout in dicto Rescripto; quod perillustris D. Depositarius generalis S. C. S. pro tempore existens solvet realiter, & cum effectu Scuta viginti quinque monetæ de libris septem pro Scuto, prædictæ D. Cassanæ, singulis mensibus ipsius vita naturali durante, ipsaque mortuâ, & non existente, eidem D. Marchioni Manfredo pariter ejus vita naturali durante, eoque mortuo dicto D. Bernabo Marchioni, ac D. Dianoræ, respectivè eorundem vitis naturalibus durantibus, & non ultra, ita quod sequatur effectus, ut præfatæ quatuor personæ defunctæ hujusmodi solutio protinus cessare intelligatur, & amplius durare non debeat obligans prædictus Excellentissimus D. Auditor ad has solutiones dictorum Scudorum 25. ordine prædicto faciendas prænominatis eorum respective vitis naturalibus durantibus ut superius dictum, & non ultra non solum prædictum Serenissimum Magnum Ducem Cosmum, ejusque bona universa, verum etiam ipsius hæredes, & successores quoscunque in Magno Hetruriæ Ducatu, ac Dominio Florentino, juxta præinsertum benignum Rescriptum, pro cujus executione in libris depositariæ Generalis adnotari, ac fieri recordium mandabit, ut scuda prædicta viginti quinque solvi debeant, singulis mensibus, ac de tempore in tempus, prænominatis existentibus in humanis, ordine servato, in precibus ac Rescripto prædicto omni meliori modo. Quæ omnia dictæ partes singula singulis congruè & apte referendo expromiserunt dicto nomine, ac nomine sibi invicem, & vicissim attendere, ac inviolabiliter observare sub pœna dupli &c. quæ &c. qua &c. pro quibus oblig. &c. & dictus Illustrissimus D. Marchio Manfredus juravit &c. expromittens absolutionem, à juramentis non petere, ipsaque obtenta, etiam motu proprio, non uti, & quoties fuerit obtemperata toties repetita sint & intelligantur juramenta, atque ideo iterum juravit omni meliori modo &c. quibus omnibus &c. per quarantigiam &c. Rogantes &c.

Ego *Franciscus Antonii de Murellis J. U. D.* & in hac parte Notarius & Scriba specialis prædicti Serenissimi Magni Ducis D. N. Deputatus rogatus in fidem subscripsi ad laudem Dei omnipotentis Salvatoris &c.

LXIX.

LXIX.

Testamentum Mariæ de Medicis, Galliæ Reginæ, d.d. 2. Julii, An. 1642.

Au Nom de la Sainte & Individuë Trinité. Ainsi soit-il.

Soit notoire à tous ceux à qui il apartiendra, qu' en l' an de nôtre Salut 1642. Indiction Dixiéme, Regnant l' Empereur Ferdinand III. de ce nom, la sixiéme année de son Empire, le Mecredi 2. jour de Juillet, dans la Ville Libre & Imperiale de Cologne sur le Rhin, Tres-Haute & Tres-Puissante Dame Marie de Medicis, par la Grace de Dieu Reine de France, & de Navarre, Mere du Roi Tres-Chrêtien Louis XIII. de ce nom, étant malade dans son lit, mais ayant le jugement sain & la parole libre, a declaré & declare en vertu de la presente par devant moi Notaire Imperial Immatriculé.

Qu' ayant pensé à l' heure de la Mort, & à l' incertitude d' icelle, Sa Majesté a resolu de disposer son Testament en la forme & maniere qui suit: Elle recommande son ame à Dieu son Createur, à la bien-heureuse Vierge Marie, & à tous les Saints, & lors que Dieu aura disposé de son ame, elle veut & entend que son Corps soit mis dans l' Eglise de S. Denis en France, pour y être enterré avec tous les autres Rois & Reines de France auprés de celui de feu Henri IV. d' heureuse memoire à qui Dieu fasse misericorde. Sa Majesté supplie le Roi avec une affection maternelle d' avoir égard aux choses ci-aprés exprimées, mais encore de prendre un soin particulier comme une chose qui lui est expressément enjointe & recommandée par la Reine sa Mere, à la derniere heure de sa vie: laquelle à déclaré & déclare, que non obstant tout ce qui lui est arrivé avant sa sortie hors de France, & depuis son entrée dans la Flandre jusqu' à present, elle à toûjours conservé, & conserve encore maintenant dans son coeur toute l' affection & les sentimens d' une Reine envers son Roi, & la tendresse d' une Mere envers son Fils, en poussant des soûpirs, & souhaitant au Roi toute sorte de felicité, de santé, & de prosperité avec une longue vie. Pour ce qui regarde les oeuvres pieses, Elle en laisse le soin au Roi son Fils, & elle se promet de son affection qu'il s' en acquitera d' une maniere digne d' une Reine de France. La Chapelle de Sa Majesté sera partagée par le Vicomte Fabroni entre les Religieux Carmes de ce lieu, & ceux d' Anvers. Et pour ce qui regarde les Officiers & les Domestiques de la Reine, qui sont presentement à son service, & auprés de sa Personne, Sa Majesté a voulu, que leurs Noms fussent inserez dans ce Testament, pour être d' autant plus recommandez au Roi son Fils; & elle legue à chacun d' eux pour récompense de leurs services, & pour le don qu' elle leur fait les sommes suivantes, outre ce, qui leur est dû de leurs gages, & des pensions, dont quelques-uns n' ont reçu aucune promesse de Sa Majesté, & à l' egard des autres qui ne l' ont pas euë, leurs comptes sont arretez & liquidez.

Au Seigneur Vicomte Fabroni son premier Ministre, & à Madame sa femme six chevaux de Carosse, un Carosse & quatre Mulets à son choix.

A Monsieur Bagli Jean Batiste de Martelli, qui sert d' Ecuyer, & à M. Jean Batiste dell' Asmi faisant la même fonction dix mille livres pour chaque année de leurs services.

A M. de Margonne pour les services qu' il a rendus à Sa Majesté pendant cinq ans, mille livres par an dont il n' a rien reçû d' elle; Sa Majesté déclarant encore qu' elle à emprunté dudit Sr. de Margonne la somme de deux mille livres qu' elle veut qui lui soient payées & remboursées de l' argent qui proviendra de la vente de ses Meubles, préferablement à toute autre dette.

A Mademoiselle de Brazeus, fille d' Honneur douze mille livres.

A Jacqueline des Hayes, femme des filles d'honneur, onze mille livres.

A Mademoiselle de S. Martin Gouvernante des filles, dix mille livres.

A Mademoiselle Servage, la premiere & la plus ancienne des femmes de Chambre, douze mille livres.

A Madame Cedoni, Mergey, & Nicole, femmes de Chambre, a chacune dix mille livres.

A ladite Nicole en récompense de la Charge de Valet de la Garderobe qu' avoit achetée le feu nommé Nicole son Mari, quatre mille livres.

A M. Riolan premier Medecin de la Reine vingt mille livres.

A M. d' Agary autre Medecin pareille somme de vingt mille livres.

A M. de la Roche premier Chirurgien, quinze mille livres.

A M. Folouchy Apoticaire du Corps dix mille livres, & à son Compagnon mille livres.

A M. Havart Secretaire Ordinaire de Sa Majesté quinze mille livres.

A M. de Monceux, Confesseur de Sa Majesté six mille livres.

A M. Sauvage Chapelain de Sa Majesté six mille livres.

A M. de Maroy Enseigne des Gardes du Corps, 6000. livres.

A M. Garnier Computiste, dix-huit mille livres.

A Louis Nilindre, Pierre Roussel, & Louis l'Ami, Valets de Chambre, chacun dix mille livres.

A Claude Huissier du Cabinet & Garçon de la Chambre, 10000. Livres.

A Philippe Clement, Huissier de la Chambre, douze mille livres.

A Philippe Pierre Huissier de l' Anti-chambre, six mille livres.

A Mar-

A Martin Guyot Garçon de la Chambre, dix mille livres.

A Henri Guiller Tapiſſier, douze mille livres.

A Jean Coquet, ſix mille livres.

A Charles Guiller 10000. livres.

A Jacques Guyot Portefaix de la Chambre, 3000. livres.

A Jean Breton, 6000 livres.

A Pierre Bertrand ſix mille livres.

A Roger 3000. livres.

A Michel Pila 6000. livres.

A Henry Breton 6000. livres.

A Dominique Parquin & Pierre Gerer chacun 6000. livres.

A René des-Hayes Pâticier, huit mille livres.

A Robert des Hayes mille livres.

A Jacques Olivier Huiſſier de la Salle, 3000. livres.

A Mathieu Auſſier Garçon de la Garderobe 3000. livres.

A Claude Garo neuf mille livres.

A Gabriel de Pais de la Cuiſine du Commun 2000 livres.

A Jean Caſſeau Gardien des Perroquets, 3000. livres.

A Jean de Forcan, 8000. Livres. A Iſabelle Guillin Blanchiſſeuſe du Corps, 6000. livres. A Anne Blanchaunier, 6000. livres.

A Jeanne Guille Pierre Lavandiere de Cuiſine 2000. livres.

A Gabriel le Noble, Laurent Lury, Etienne Seguier, chacun 2000. livres.

A Nicolas Loche, Maréchal des Filles, 3000. livres.

A Roger Barthelemi, Huiſſier de la Salle, 3000. livres.

A Jean nommé le Grand Valet de Pied, & Porte-Manteau, 6000. livres.

A Jean Prevol, Jean Prouilles, Fâquier le Huy, & Jean des Nots, chacun 4000. livres.

A Roch Saulo Portier 1000. livres; à Jean Genty Cocher du Corps 5000. livres; à Antoine Poſtillon, 2000. livres.

A René Guiller Cocher des Filles, 4000. livres; à Renaut Poſtillon, 1000. livres; à Claude Braband Cocher & Porteur de Chaiſe de la Reine, 4000. livres; à François Gaye, 1000. livres; à Pierre Mombrun, 1000. livres.

A Charles François, 1000. livres; à François Ganeau, 1000. livres.

A Gilles Grocel 3000. livres; à Antoine Cardinal, & Jean Hervé Garçon de Cuiſine, chacun 1000. livres; à Antoine Mathieu Marin, Muletier du Corps, 1000 livres; à Pierre Puteo autre Muletier, 800. livres.

Aux femmes des Demoiſelles Sauvage, Claude, & Mergo, & à Mademoiſelle de S. Martin, chacune 1000. livres, à Iſabelle le Roi, 1000. livres.

La Reine ſe reſſouvenant encore de ſes autres Officiers, Domeſtiques, tant ceux qui l'ont ſuivie hors de France, que des autres, qui ſont demeurez auprés de ſa Majeſté, juſqu' à ce qu'elle les ait congediez, & encore des autres, qui ſont reſtez en France, elle les recommande particulierement au Roi ſon fils, afin qu'ils ſoient payez de leurs gages, & des penſions qui leur ſont dûës, & que les promeſſes qu'elle a faites à quelques uns d'eux, ſoient executées.

De plus, la Reine a donné & legue à ceux qui ſont nommez ci-aprés les ſommes qui ſont ici énoncées, en récompenſe des bons & agreables ſervices, qu'ils lui ont rendu; & elle recommande au Roi de donner ordre que l'on y ſatisfaſſe.

A Madame de Mornay douze mille livres.

A Madame de Dieu femme des filles, 6000. livres.

A. M. d'Ermiers Ecuyer, 15000. livres; à M. de la Larme Ecuyer Ordinaire, 15000. livres; à M. Biſſonet Maître d' Hôtel, 12000. livres; à M. Gaudron, Treſorier General de ſa Maiſon, 10000. livres; à M. le Noir Calculateur General, 12000. livres; aux Demoiſelles Launay, la Mazure, Babriſon, & Filletier, femmes de Chambre de ſa Majeſté, chacune 10000. livres; à Françoiſe Jacquin fille du Medecin, 3000. livres.

Aux Seigneurs Jaquetot, Mattery, & la Borde Gentils hommes ſervants, 10000. livres; à M. la Lormiere 15000. livres.

A Charles Mauleon Huiſſier du Cabinet 6000. livres.

Au Pere Breon Clerc de la Chapelle, 4000. livres; à la Demoiſelle Marion femme des filles, pour elle & pour ſes enfans, 10000. livres.

A. M. de Lodan, Maître de la Garderobe, pour le recompenſer de ſa Charge, 12000. livres; à Sebaſtien Guillore 3000. livres.

A Philippe le Moine 6000. livres; à Charles Valet de Pied, 3000. livres.

A la Chapelle Aide de la Paneterie du Commun 4000. livres.

A Philippe Porteur du Commun, 1500. livres; à Jean Cochar, 4000. livres.

A Pierre le Fevre 4000. livres; à Nicolas Favre, 4000. livres.

A Guillaume Guery Galopin 2000. livres; à Martin de Coffré 2000. livres; à Gaſpard Graſſeau Gardien de Oſieaux de la Chambre, 5000. livres; à René Cardoüin, 2000. livres; à Georges Orton 2000. livres; à Conuvelles, 4000. livres; à Julien du Bois, trois mille livres; à M. des Champs Colonel d' Infanterie en Hollande, 15000. livres; au Page d' Or, Baron de Lunel, Reſident pour ſa Majeſté Catholique à Bruxelle, par promeſſe, 15000. livres; à M. de S. Germain, Premier Aumônier de la Reine, - - - - - - - - - - - en Argent, outre ce qu' elle à commandé à M. Sauvage de lui donner.

La Reine recommande encore au Roi ſon fils de donner Ordre que ſa Majeſté donne pour les ſommes qui lui ont eté prêtées, ou pour des avances faites à ſon ſervice, comme auſſi pour gratifications & récompenſes; ſçavoir:

A Ma-

A Mademoiselle de S. Martin, Gouvernante de ses filles, mille livres, payées à Lion suivant l'ordre de la Reine en 1630. A Madame la Comtesse de Maureau 30000. livres; tant en principal qu'en interêts, pour les sommes qu'elle a prêtées a Sa Majesté, aux Sieurs du Morgé, Maurice, & Vadeville Gardes de Sa Majesté, chacun 3000. livres, outre six mille livres qui leur ont été promis.

A M. d'Hennereur Gentilhomme qui a suivi & servi Sa Majesté, 8000. livres.

A quelques Marchands de la Ville de Bruxelles, pour des avances faites pour son service, au Seigneur Jean Loüis Malo 20000. livres, laquelle somme doit être payée préférablement aux autres, d'autant, qu'elle a été employée à la subsistance de la Maison de Sa Majesté. A Mademoiselle Sauvage, tant pour elle, que pour son fils à qui Sa Majesté doit la somme de 18000. livres.

Sa Majesté recommande pareillement au Roi son fils, d'avoir égard à l'embarras où se trouvent les Heritiers du feu Sr. d'Argouges son Tresorier pour le service de la Reine, & aux promesses qu'elle a faites aux Srs. Guyot, & Dubié, & Boulanger Robert, & à d'autres Marchands de Paris, & de les faire payer des avances qu'ils ont faites pour sa Majesté, laquelle recommande encore au Roi son fils de donner ordre que l'on acheve le Procés de la Beatification de la Mere Anne de S. Barthelemi, en faisant les dépenses necessaires, pour achever cette œuvre pieuse, commencée par la Reine. Sa Majesté demande au Roi son fils pour la derniere grace, qu'elle lui demandera jamais, de mettre en liberté tous ceux qui sont en prison à son sujet, & de faire casser toutes les Procedures qui ont été faites contre ses autres Serviteurs, qui sont hors du Royaume, en leur accordant la liberté de retourner en leur Patrie, & de les rétablir dans leurs Biens, Honneurs & Dignitez, afin qu'ils puissent s'appliquer tranquillement au service de Sa Majesté. Sa Majesté doit encore à M. Vautier ci-devant son premier Medecin, six mille livres, & à Joachim Maréchal 2000. livres.

Comme Sa Majesté a eu pour agréables par dessus toutes choses, les services du Vicomte Fabroni son premier Ministre, qu'il lui a continuez pendant un si long-tems, & dont elle se tient trés-satisfaite; & qu'elle se voit avec un déplaisir sensible hors d'état de le pouvoir récompenser comme elle le desire; ledit Seigneur Fabroni ayant formé dessein de s'en retourner à Florence, elle recommande instamment au Grand Duc de Toscana, son Neveu, de le gratifier d'une Charge & d'une Dignité dans son Etat; & pour la derniere grace, & le souvenir de la priere, qu'elle lui fait en sa faveur, de le vouloir bien recevoir au nombre de ses Serviteurs.

Comme sa Majesté à cette affaire plus a cœur que toute autre, elle en à Charge Messieurs les Nonces Ordinaires & Extraordinaires, en les priant d'en vouloir écrire à son dit Neveu le Grand Duc de Toscane, au nom, & par l'ordre exprés de Sa Majesté, pour lui faire connoitre les sentimens dans lesquels ils l'ont vûë envers ledit Seigneur Fabroni, & la joye extrême, qu'elle auroit d'apprendre combien son dit Neveu fait cas de sa recommandation.

Pour ce qui regarde Madame Fabroni sa femme, laquelle a servi Sa Majesté d'une maniere si digne de loüange & avec tant d'assiduité qu'elle a tous les sujets imaginables d'en être contente, Sa Majesté supplie instamment le Roi son fils de donner ordre, que ladite Dame Fabroni soit remise en possession de tous les Biens qui lui appartiennent en France, & qu'elle en reçoive les revenus, sans aucune perte, dommage, ni empêchement, à l'egard du Seigneur Don Jules de Medicis lequel a servi la Reine depuis quelque temps en çà, & qui est actuellement auprés d'elle, Sa Majesté le recommande au Roi son fils avec toute l'affection possible, & le prie de l'honorer de son estime autant que le merite une personne de son rang. La Reine recommande à son Neveu le Grand Duc de Toscane le Seigneur Don Jules, & les Seigneurs ses freres, & le prie de les considerer & de les favoriser comme les premieres & les principales personnes de son Etat. Sa Majesté entend, que ses Serviteurs qui ne pourront aller en France soient payez des legs qu'elle leur fait sur les meubles, qu'elle a presentement en sa Maison. Elle veut qu'aprés son décés, on fasse dire dans cette Ville de Cologne six mille Messes pour le repos de son ame; & que la somme qui sera necessaire pour cela soit prise sur les deniers provenans de la vente des meubles qu'elle a ici.

Elle ordonne & declaré pour ses Heritiers, le Roi & le Seigneur Duc d'Orleans ses fils & elle les établit Executeurs de son Testament, & de sa derniere volonté en ce, qui regarde les choses qui dépendent de la France, employant pour cet effet les meubles de la Reine, qui se trouveront dans le Palais de Luxembourg, & les autres meubles & immeubles, qui lui appartiennent dans le Royaume.

A l'égard des choses que Sa Majesté veut être executées dans cette Ville de Cologne, elle nomme pour Executeur de son Testament le Prince Electeur de Cologne, son Parent, qui employera pour ce sujet les meubles qui s'y trouveront à elle appartenans.

La Reine donne quelque chose à Sa Sainteté, comme aussi au Cardinal Barberin, son Neveu, & aux Seigneurs Nonces Ordinaires & Extraordinaires, qui sont ici presens; le tout à la discretion du Vicomte Fabroni.

Elle legue à la Reine de France le Diamant qui a servi à ses épousailles.

A la Reine d'Espagne un Diamant dans lequel il y a du Sang precieux de Nôtre Seigneur, enchassé.

A la Reine d'Angleterre, sa vraye Croix environnée de Diamans, & de Rubis.

A Madame la Duchesse d'Orleans un Diamant taillé en cœur & enchassé dans une Bague.

A la Duchesse de Savoye son Diamant, dans lequel plusieurs Reliques sont enchassées.

On rendra à Mademoiselle les Perles, qui lui appartiennent.

Au Prince & Electeur, pour observer la Loi, & l'usage de la Patrie un Tournois, & un pour la fabrique de l'Eglise Metropolitaine.

De plus à sadite Altesse le Prince Electeur, l'Image de l'Annnonciation, que la Reine portoit sur ses épaules.

Au Grand Duc de Toscane quelque chose à la discretion, & au choix du Vicomte Fabroni.

A Madame la Grande Duchesse un - - - - - - - de Chrysolyte garni de Diamans & de Rubis; le Vicomte Fabroni sera le Porteur des Presens, que sa Majesté fait au Grand Duc, & à la Grande Duchesse, & ce sera Mademoiselle Fabroni, qui portera les presens faits à la Reine regnante, & à la Duchesse de Savoye.

Sa Majesté legue pareillement au Seigneur Don Jules un Brasselet avec quelque chose de la valeur de dix mille écus.

Au President le Coigneux quelques Joyaux, & quelque chose de particulier a la discretion du Vicomte Fabroni.

A M. Monsigot quelque chose au choix du même Vicomte.

A la Mere du Cardinal Barberin quelque chose au meme choix.

Au Magistrat de Cologne, quelque chose au même choix.

A la Paroisse de S. Pierre semblablement.

A Labat & à l'Aîné, Valets de Chambre, chacun dix mille livres.

A Valot deux mille livres. A Leynant six mille livres. Aux Augustins, aux Capucins, aux Carmes déchaux, & pour le Mariage des pauvres Demoiselles de la Ville de Cologne, à la même discretion.

Le present Testament a été fait & passé à Cologne les jour & Indiction ci-dessus exprimez; & s'il est necessaire d'y ajoûter quelques Clauses, Sa Majesté veut que cela soit fait ainsi en vertu des presentes. Fait en presence des Seigneurs Nonces Ordinaire, & Extraordinaire de Sa Sainteté, & des autres témoins soussignez, en presence de moi Notaire requis & appellé pour cet effet, & de plus Sa Majesté a signé la presente, & elle a requis les Seigneurs Nonces de signer avec elle cet acte de sa derniere de volonté.

MARIE &c.

LXX.

Articuli, quibus Ferdinandus II. Magnus Etruriæ Dux, Ludovico XIV. Galliæ Regi, se neutri belligerantium parti adhæsurum, promisit, de Anno 1646.

Conformement à la Neutralité accordée entre le Roy Tres-Chrestien, & le Serenissime Grand Duc, Sa Majesté promet que quand son Armée aura Ordre, & prendra la Resolution d'attaquer les Ports des Campagnes fertiles de Sienne, ses Troupes ne feront aucun tort aux Estats ny aux biens de son Altesse, par leurs courses, ou en quelque autre maniere que ce soit: De mesme que son Altesse Serenissime l'asseure qu'on n'apportera aucune sorte d'empeschement, ny directement ny indirectement, à tout ce que l'Armée de Sa Majesté pourra entreprendre contre les Ennemis de la Couronne, & qu'elle permettra à ses Sujets d'apporter à l'Armée des Vivres, & toutes les autres choses qui luy pourront estre necessaires, pourveu qu'on paye exactement tout ce qu'on y apportera, & qu'on traite civilement & comme amis, ceux qui y viendront.

Son Altesse accorde outre cela à l'Armée du Roy l'usage ou l'entrée de tous ses Ports, dont elle se pourra servir, en avertissant les Gouverneurs des Places en la maniere accoûtumée, & en ne laissant mettre pied à terre à personne sans leur permission, & en n'abordant point aux Moles, ou aux lieux où il y a des Fortifications, avec une quantité de Vaisseaux qui puissent donner de l'ombrage: Et Son Altesse accordant à Sa Majesté la liberté de faire passer des Gens de Guerre par ses Estats, Sa Majesté entend que ce soit par petites Troupes, & de maniere que cela ne puisse causer ny incommodité ny jalousie; Son Altesse promettant en revanche de ne point donner passage aux Ennemis de la Couronne, que de la maniere susdite. E en tout ce qui pourra arriver de plus Sa Majésté & Son Altesse entendent que cela se passe avec une entiere & reciproque intelligence.

L'Abbé Bentivoglio de la part de la France a ainsi soufscrit.

Je Jean Baptiste Bentivoglio, Abbé de Saint Valery, Envoyé de Sa Majesté Tres-Chrétienne auprés du Serenissime Grand-Duc, promets que les Articles susdits seront ratifiez par Sa Majesté, par le Serenissime Prince Thomas de Savoyé, Lieutenant General

ral des Armées de Sa Majesté, & par qui besoin sera. En foy de quoy j' ay signé, ce jourd' huy onziéme May 1646. à Florence. Signé, Jean Baptiste Bentivoglio, Abbé de S. Valery.

Ratification du Prince Thomas.

NOus François Thomas, Prince de Savoyé, General des Armées de sa Majesté en Italie, en vertu du Pouvoir & de l'autorité que nous tenons de Sa Majesté, approuvons & ratifions le Traité cy-dessus fait par l' Abbé Bentivoglio, en datte du onziéme May 1646. & nous promettons de le faire ratifier par Sa Majesté, & d'en fournir la Ratification dans le terme de deux mois. Fait au Camp d'Orbitel, le vingtiéme May 1646.

Signé, FRANC. THOMAS.

Nicolis.

Not. Ce Traité ratifié comme cy-dessus, fut remis par l' Abbé Bentivoglio de la part de la France & du Serenissime Prince Thomas, entre les mains de Monsieur le Grand Duc. Le Roy ratifia peu aprés par une Lettre, en datte du 7. Juin. 1646.

LXXI.

Diploma Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Regios honores & Prærogativas Magnis Etruriæ Ducibus eorumque Ministris concedentis, d. d. 5. Februar. An. 1691.

LEopoldus, divina favente clementia, Electus Romanorum Imperator.

Ad futuram rei memoriam. Agnoscimus & notum facimus, tenore præsentium, universis. Quemadmodum ab Imperatoriæ Majestatis culmine, quo nullum inter mortales sublimius, velut a prima origine omnes honores & dignitates solide sortiuntur principia & incrementa; ita Imperialem decet solicitudinem & circumspectam benignitatem in iis distribuendis eorum præprimis justam rationem habere, quorum inter cæteros generis antiquitas & claritudo nec non præcipua in Rempublicam Christianam & Sacrum Romanum Imperium merita emicant: illosque non tantum in antiquis eorum juribus & prærogativis fovere; sed novis etiam juris & gratiæ muneribus propensius honorare, ipsos condignis magnificando favoribus, & gratis beneficiis extollendo.

Hinc est, quod attendentes ad antiquissimam Illustrissimamque inclitæ Domus Etruriæ originem, & non interruptam tot clarissimorum ex ea Progenitorum Magnorum Ducum, tam bello, quam pace de Republica Christiana, Sacro Romano Imperio, & Augusta Domo Nostra gloriose promeritorum, seriem, quorum hic gesta toti orbi cognita enarrare, prolixum nimis & supervacaneum foret. Considerantes præterea prædictæ Domus Etruriæ frequentissimas cum Austriaca Nostra & aliis præcipuis familiis Regiis affinitates, conspicuas opes, potentiam, & Provinciarum avitarum amplitudinem justo denique pretio æstimantes sinceræ devotionis affectum, ac multiplicia amicitiæ obsequia, quibus Modernus Serenissimus Magnus Dux Etruriæ, Cosmus III. erga Nos & Sacrum Romanum Imperium laudabiliter inclaruit, benigne adducti sumus, ut præstantissimam hanc familiam peculiari aliqua demonstratione, & Cæsareæ nostræ propensionis symbolo, quod eidem perpetuo honori & ornamento sit, concordandum susceperimus. Motu quippe proprio, ex certa scientia, animo deliberato, sano & maturo accedente consilio, & de Cæsareæ potestatis plenitudine, prædicto Serenissimo Cosmo III. Magno Etruriæ Duci, non solum quidquid a divis prædecessoribus nostris Maximiliano II. & Rudolpho II. circa tractamentum Legatorum per Decreta, sub diebus decima octava Aug. an. 1576. qui hic habeantur pro insertis & expressis, Serenissimæ Domui Etruriæ in Aula Cæsarea concessum, & usu introductum est, plenissime confirmavimus; verum etiam prædictum Serenissimum Cosmum III. Magnum Ducem Etruriæ hoc singulari favore & prærogativa auximus, ornavimus, & munerari sumus, prout per præsentes plenissime confirmamus, augemus, ornamus, & muneramur, & quandoquidem capitibus Regiis eorundemque Ministris, tam in Nostra, quam in alienis aulis, præcipuos quosdam honores exhiberi faciamus, eosdem ipsos honores suæ Dilectioni, ejusdemque in regimine successoribus legitimis, & eorumdem Ministris in Aula nostra, & alibi per nostros Ministros, tribui in posterum velimus. Decernentes, ac hoc Cæsareo edicto firmiter statuentes, ut supradictus Serenissimus Magnus Dux, quo primum tempore id suæ dilectioni incipere opportunum visum fuerit, & ejus in regimine legitimi successores, nec non eorum Ministri, non tantum in Aula nostra, sed ubique etiam locorum apud Ministros nostros respective, iisdem honoribus, prærogativis, aut præeminentiis potiri, frui, gaudere debeant, quibus Regia Capita, & eorum Ministri ipsis in locis potiri, frui & gaudere solent: aut in futurum possent, salvo tamen semper cujuscumque præcedentiæ jure, uti par est. Harum Testimonio literarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsaræi appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ die 5. mens. Febr. an. 1691. Regnorum nostrorum, Romani trigesimo tertio, Hungar. trigesimo sexto, Boemiæ vero trigesimo quinto.

LEOPOLDUS.

(*Locus Sigilli.*)

Vt. Leopoldus Guglielmus,
Comes in Kinigsegg.

Ad Mand. S. Cæs. Majestatis proprium,
Luzo Dolberg, m. propria.

LXXII.

Memoriale Domini Comitis Rinuccini, Magni Etruriæ Ducis Legati, ad Collegium Electorale, quo de tot tantisque tributis à Milite Cæsareo Principi suo imperatis, tantaque pecuniæ vi ab ipso, sub hoc prætextu, extorta conqueritur, ut merito de condigna ipsi compensatione præstanda sit cogitandum, de Anno 1711.

Reverendissimi, Eminentissimi, Serenissimi Sacri Romani Imperii Electores & absentium cum summa potestate Legati Illustrissimi & Excellentissimi.

Serenissimus Magnus Hetruriæ Dux, Dominus meus Clementissimus jussit, ut majori quaque obsequii significatione, Celsitudinibus Vestris Electoralibus Vobisque Electorum summa cum potestate Legatis Illustrissimis atque Excellentissimis præsenti hoc in congressu conjunctis, repræsentarem, inter alios Status, quos ipse possidet, frui etiam dominio quorundam feudorum Imperialium, pro quibus Prædecessores sui investituras ab Imperatoribus acceperunt, & sua Regia Celsitudo nunc feliciter regnans ab Augustissimis Imperatoribus D. D. Leopoldo & Josepho gloriosæ recordationis accepit, ea semper præstando fidelitatis & obsequii officia, quæ pro his Cæsareæ Majestati & Sacro Romano Imperio deberentur. Nulla extat hominum memoria antiquos horum feudorum possessores à quibus, Cæsareo accedente consensu, in Hetruscum domum derivarunt, usquam contributionibus pro bello Italico Imperii fuisse obnoxios, nec a Majoribus suæ Regiæ Celsitudinis, post adeptam illorum possessionem, tanto temporis intervallo quicquam petitum est. Investituræ quas pro his feudis habet, cum alia ipsorum onera exprimant, nullum de hujusmodi servitiis verbum habent: Imo cum Serenissimi Magni Duces Hetruriæ, qui observantia erga Austriacam Domum, Sacrumque Romanum Imperium omnibus anteire studuerunt, Imperatoribus Maximiliano II. Ferdinando II. & Ferdinando III. pessimis illis Augustissimæ Domus, & Sac. Rom. Imp. temporibus, & præsertim Turcico bello copiis, armis, commeatibus, & argento opitulati sunt, mutui titulo omnia hæc legitimis instrumentis, quæ adhuc extant, ostendique possunt, laudati Cæsares se accepisse confessi sunt, paratosque ad, quanti Magnorum Hetruriæ Ducum intererat, restituendum declararunt.

Præterito bello Italico Imperii, eo fere tempore, quo magno rei suæ detrimento optime de Augustissima domo sacroque Romano Imperio merebatur, & per plures annos contra Turcas ejus hostes, triremes, navesque cum copiis exponendis in subsidium sacri fœderis contulerat, suæ Regiæ Celsitudini primum contributiones pro feudis indictæ sunt, & quamvis undecim illa feuda pro quibus investituram accipit, exigua sint, & pene nullius momenti, tamen incredibiles summæ exactæ fuerunt, quemadmodum ex apochis, quas vocant, de recepto facile potest demonstrari. Augustissimus Imperator Leopoldus justitia & æquitate motus, quibus suos actus omnes dirigere consueverat, & Serenissimi Magni Ducis obtestationibus, quibus novum addebant robur officia aliquorum principalium Sacri Rom. Imp. Electorum & Principum, sæpius aperte declaravit, se modum ordinemque contributionibus impositurum, & perpessa in hisce exactionibus damna resarturum. Verum vix extincto præterito bello, novum hoc cruentissimum exarsit, antequam ad bonum jus optimamque Magni Ducis causam sua Cæsarea Majestas oculos posset convertere, certamque feudorum illorum, si quid debuissent, servitiis regulam stabilire. Quapropter sua Regia Celsitudo cum spe levaminis toties promissi, & quod jure etiam suo poterat postulare, frustrata est, tum crescente forsan hujus belli necessitate indictæ, auctæque sunt ad arbitrium contributiones, tantaque vis argenti (ut ex authenticis Commissariatus in Italia literis constat) militaris executionis comminatione exacta est, ut proprio ære consumpto intolerabilibus usuris usque adhuc durantibus, Mediolani pecuniam a mercatoribus accipere coacta sit. Contra hujusœmodi gravaminum indictionem, exactionemque, nomine suæ Regiæ Celsitudinis sæpius Mediolani protestatum est, causaque isthæc Augustissimo Imperatori Josepho repræsentata, eique plures ex Imperii Electoribus, & Principibus, Majoresque Austriacæ Domui fœdere conjunctæ Potestates officia sua addiderunt. Verum non ita diuturnum regnum suæ Cæsareæ Majestatis, & innumeræ gravioresque occupationes, quibus Augustissimi Cæsaris animus distrahebatur, effecerunt, quominus hocce jus Magni Ducis respicere posset, solita justitiæ & æquitatis specimina præbere, atque in Principem Cæsareæ Majestatis observantissimum propensissimam mentem exercere. In hoc rerum statu agnoscens sua Regia Celsitudo frustratam spem omnem, quam per tot annos laudatis in protestationibus, precibus, officiisque amicorum Imperii Principum posuerat, videns expilatum, gravatumque ære alieno ærarium, distracta omnia deficiente argento commercia, subditos pauperes oppressosque, & gravibus hisce exactionibus impares pene ob ultimam desperationem tumultuantes: consultissimum sibi judicavit, Serenissimo huic Collegio Electorali aperire, ejusque judicio causam submittere ad ferenda prompta remedia & auxilia. Et quamvis veteri attenta consvetudine nullum contribuendi onus hisce feudis impositum videatur, tamen tanta est Serenissimi Magni Ducis erga Sac. Romanum Imperium obser-

observantia, ut si publicæ constitutiones, Leges Imperiales, & Prudentissimæ justæque Serenissimi hujus Collegii Electoralis jussiones decernant, a sua Regia Celsitudine ratione feudorum, pro quibus accipit investituras, quotam Contributionum reditibus ipsorum convenientem tempore belli Italici Imperii persolvendam esse: parata est præstare quæ sunt præstanda, cœcaque obedientia Celsitudinum vestrarum Electoralium decreta venerari; sperans feudis, de quibus investitur, non imparem fore, & super omnia certam, stabilemque, nulloque eventu variabilem. Et si (quatenus id justum esse videatur) in stabiliendis servitiis pro hujusmodi feudis præstandis appareat, Dominum meum Serenissimum plus justo gravatum fuisse, vestræ erit justitiæ sancire, ut quod contra jus & æquum duobus hisce bellis exactum est, digna compensatione exæquetur. Et hæc duo sunt, videlicet damni illati reparatio & securitas, ne ultra summam feudis convenientem inposterum gravetur, quæ sua Regia Celsitudo ad Electorale judicium confugiens a justitia & æquitate vestra instantissime petit, rogatque, ut quæ a Celsitudinibus vestris Electoralibus hac in causa prodibit sententia in Capitulatione Imperiali in electione stabilienda inseratur.

Accepti beneficii redditæque justitiæ recordatio apud Serenissimum Magnum Hetruriæ Ducem perpetuo manebit, perpetuumque ipsi obsequii argumentum erit erga Augustissimum Cæsarem, Sacrum Romanum Imperium & præcipue Serenissimum Collegium vestrum Electorale, a quo se nullatenus desertum iri, sed feudorum suorum imperialium causam, justitia, & patrocinio vestro fovendam esse confidit; ne unquam causa Imperii ad supremum hoc tribunal delata, derelicta, injudicataque a conspectu vestro prodire videatur,

Serenitatum Vestrarum Electoralium
& Excellentiarum

Humillimus & addictissimus
servus

Rinuccini.

LXXIII.

Intercessionales Collegii Electoralis S. R. Imperii pro Cosmo III., Magno Etruriæ Duce, ad Carolum VI. Rom. Imperatorem, ratione tributorum in ditionibus Florentinis à milite Cæsareo hactenus exactorum, d. d. 23. Decembr. An. 1711.

Allerdurchlauchtigster &c.

Eu. Käyserl. Maj. können Wir gehorsamst ohnverhalten, ergiebt es auch der Anschluss des mehreren, was des Herrn Gross-Hertzogs von Toscana Lbd. auch Durchl. durch dessen Abgeordneten bey dahier versammletem Churfürstl. Collegio wegen des von denen Reichs-Lehen (womit Se. Lbd. und Durchl. von Kayserl. Maj. Maj. Dero Hohen Vorfahren Christmildester Gedächtniss belehnet worden) zu dem Reichs-Krieg in Italien erhobenen Beytrags beschwerlich für- und anbringen, mithin derenthalben ersuchen und erbitten lassen. Nachdeme nun Eu. Käyserl. Maj. durch Göttl. sonderbahre Providenz bey diesen beschwerlichen Zeiten, zu des bedrängten Röm. Reichs allerhöchsten Ober-Haupt höchst consolirlich erkieset worden, und das Churfürstl. Collegium, vermög des Heil. Röm. Reichs Grund-Gesetzen, auch Königl. Wahl-Capitulation, die Gnad eines zeitlichen Römischen Königs und Käysers innersten Rath abzugeben, mithin Ihro zu Erleichterung Dero Regierung, mit einer ohnmassgeblichen unterthänigsten Beyrathung gehorsambst an Hand zu gehen, und dann Ew. Kayserl. Maj. (in welche Ihr einiges Vertrauen zu setzen Ihre Lbd. und Durchl. zu erkennen gegeben) Selbst allerhöchst erleucht erkennen werden, dass dieser Lehn proportionirten Concurrenz wegen, der Sachen auf den Grund zu sehen und darmit gehörig zu remediren, eine zulängliche Untersuchung nöthig seyn werde: So ist und gelanget an Eu. Kays. Maj. unser unterthänigstes Bitten, Sie gnädigst geruhen wollen, gleich bey dero Ankunfft in dem Reich, innerhalb einem Jahr, diese des Herrn Gross-Hertzogen zu Toscana Lbd. auch Durchl. Beschvverde mit deren untergelauffenen Umständen gründlich untersuchen zu lassen, das Churfürstl. Collegium darüber zu vernehmen, und mit dessen Beyrathung auch Einvvilligung das Werck auf einen solchen billigen Fuss zu setzen, damit sich niemand künfftighin derentvvegen zu beschvveren befugte Ursach haben möchte, auch indessen die allzugrosse aufgebürdete Summa aufzuheben, und selbige hergegen auf eine billige Proportion einzurichten.

Eu. Kays. Maj. ervverben damit bey allen Dero getreuen Ständen und Lehn-Leuten eine solche Lieb und Gehegniss, dass Sie in Dero Regierung einen erfreulichen Effect empfinden vverden, vvelches die Göttliche Güte zu einer vollkommenen Harmonie zvvischen Haupt und Gliedern gnädiglich verleihen vvolle, in deren mächtigen Schutz Eu. Kayserl. Maj. vvir aber Uns und respective unsere gnädigste Herren Principalen zu Dero Kayserl. Hulden und Gnaden gehorsambst empfehlen und verharren

Eu. Käyserl. Majestät

Franckfurth, den 23. Decembr. 1711.

allerunterthänigste und gehorsamste

Lotharius Franz, Churfürst. *Carl Churfürst.* *Joh. Wilhelm, Pfaltz-Graf und Churfürst.*
Frantz Ferdinand, Graf Khinsky. *Otto Heinrich Freyherr von Friesen.* *Christoph de Dohna.* *Friedrich Wilhelm Freyherr von Görtz.*

LXXIV.

Reditus Feudorum, quæ Magnus Etruriæ Dux in agro Lunensi, vulgo Lunigiana, *possidet, & de quibus ab Imperatore investiri solet.*

APUA, vulgo *Pontremoli*, cum tota jurisdictione, familias, seu focolares, continet 2250, fuit venditus ab Hispan. Rege Philippo IV. Ferdinando II. Magno Duci.

Solvit singulis annis Cameræ Magni Ducis monetæ Florentinæ ducatos argenteos, 880 2 - -

Thesaurus, ut dicunt, criminalis cum Referenderia fiscali 100 - - -

Sal, quod accipit pro usu, æstimatur 1237 3 10 -

Sal quod accipit, ut extra statum S. R. Celsitud. divendat, æstimatur, 1600 - - -

PHILATERRA familias continet 183. cum omnibus suis pertinentiis & subfeudis, divendita fuit Magno Duci à Marchione *M*anfredi *M*alaspina an. 1574.

Pro retentione, ut dicunt, trium assium, vulgo *crazie*, pro quolibet ducatu argenteo, solvit Depositariæ Generali 1 3 12 8

Pro retentione unius assis, vulgo crazie, pro quolibet Sd. arg. sol. *M*onti Pietatis - 2 17 6

Distributio Salis importat Lucrum 25 1 6 1

ROCCA SIGILLINA, alias *VALSUSOLINA*, cum omnibus suis pertinentiis, familias continet 98. quæ anno 1546. divendita fuit à Comite Noceti Cosmo I. salvis Reip. Florent. juribus.

Pro retentione, ut supra - 2 15 8

Pro retentione, ut supra - - 18 8

Distributio salis lucrum importat 21 3 9 3

TERRA RUBRA, famil. continet 53. emit eam Cosmus II. à *M*archione Fabritio *M*alaspina an. 1617.

Pro retentione, ut supra - 5 - -

Pro retentione, ut supra - 1 13 8

Distributio Salis lucrum importat 9 4 5 -

LUSOLUM, cum omnibus suis pertinentiis, familias continet 55. cessum fuit Francisco *M*. Duci à *M*archione Hercule *M*alaspina, simul cum Feudo Ricci, & possessio ei data dicitur ad instantiam Sacri Imper. an. 1574.

Pro retentione, ut supra - 1 3 -

Pro retentione, ut supra - - 7 8

Distributio Salis lucrum importat 12 4 11 1

RICOUM famil. continet 65. vide supra.

Pro retentione, ut supra - 1 13 -

Pro retentione, ut supra - - 11

Distributio Salis importat lucrum 16 2 7 11

LAUSANA, cum suis pertinentiis, familia continet 25. cessit Cosmo I. M. D. transactione inter ipsum & March. Cosmum Malaspinam an. 1566.

Pro retentione, ut supra - - 12 8

Pro retentione, ut supra - - 4 2

Distributio Salis lucrum importat 4 2 13 8

CAROLAGUM familias continet 32. datum fuit Cosmo I. à Marchionibus Morello & Hippolyto Malaspinis an. 1551.

Pro retentione, ut supra - 1 14 -

Pro retentione, ut supra - - 11 4

Distributio Salis lucrum importat 7 2 3 10

GROPPOLIUM, familias continet 130. venditum fuit Magno Duci Francisco à March. Antonio Malaspina an. 1577.

Nil contribuit - - - -

Summa solvo 3918. 6 1 10

Expensæ

APUA, nunc *Pontremoli*,

Sal usui Pontremuli destinatum, ut è contra constat Sd. 363. - - -

Sed extra statum extrahendum, ut è contra, constat 1190 - - -

Commissario & Cancellario pro honorario 174 - - -

Ministris pro Salario 20 - -

Viatori pro Salario 26 - - -

Expensæ Præsidis arcis important 618 - - -

Summa, Salvo, 2391 - - -

Redditus 39 8 6 1 10

Expensæ 2391 - - -

Lucrum rest. 1527 6 1 10

Redditus Comitatus PETILIANI & SORANI.

PETILIANUM & SORANUM acquisitum fuit per M. D. Ferdinandum I. à Jo. Ursino, Familias continet 894.

Redditus.

Distributio Salis lucrum importat Sd. 450 - - -

PETILIANUM.

Expensæ.

Gubernatori pro honorario Sd. 216 - - -

Prætori 100 - - -

Fiscali Comitatus 25 - - -

Tabellario pro Salario 18 - - -

Magistro Postarum Aquæpendentis, ut accipiat mittatque epistolas 24 - - -

Duobus Viatoribus pro Salario 86 - - -

Præsidium arcis Petiliani 1014 - - -

SORANUM.

Expensæ.

Præsidium Sorani importat 1344 - - -

Prætori Sorani pro honor. 75 - - -

Cancellario 25 - - -

Summa, salvo, 2927 - - -

Redditus 450 - - -

Rem. deb. 2477 - - -

CAPUT

Caput IV.
De Mantuæ & Montisferrati Ducatibus.

I.

Ottonis I. Roman. Imperat. Diploma, quo Waltherum de Gonzaga, Vicarium Imperialem, & primum Marchionem Mantuæ creavit, d. d. Id. Novembr. An. 962.

In Nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

OTho, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Justitia, æquitas, Regni auctoritas, circumspecta fides, & sincera dilectio nos admonent, omnium utilitati prospicere, maxime vero consangvineorum nostrorum: Et eos propter eorum bene merita, modis omnibus promovere, & adjuvare. Ea propter meritis consangvinei nostri Valterii de Gonzach annuimus. Et considerantes sinceram fidem, & grata obsequia, quæ Imperio, & Majestati nostræ exhibuit, & imposterum exhibiturus sit locupletare ac decorare ipsum & omnes ejus successores, constituimus. Et ut præsenti, & futuræ posteritati notum sit, liberalitate Augusta, creamus dictum Valterium Vicarium Imperialem, & primum Marchionem Mantuæ. Quam dignitatem in omnibus ejus primariis successoribus, in perpetuum concedimus, & statuimus. Donando eis omnia tenimenta, castra, rura, villas, & districtus, cum omnibus eorum pertinentiis, justitiis, & omnibus honoribus, tam intra, quam extra, Imperio attinentibus. Statuentes, ac firmiter præcipientes; ut nulla unquam persona, cujusvis status, eminentiæ, conditionis & dignitatis, audeat memoratum Valterium, & ipsius successores, & hæredes in hac nostra concessione, creatione, & donatione, impedire; vel ipsis aliquod gravamen irrogare. Quod si quis ausu temerario facere præsumserit, pro pœna in vindictam sui reatus, auri puri centum libras, dimidium Fisco nostro, & reliquum passis injuriam persolvenda componat. Et ut robor nostræ concessionis, ac donationis perpetuum ac firmum sit, hoc privilegium in hac pagina inscribi, & sigillo nostro aureo muniri jussimus. Hujus rei testes sunt: Hildelbertus Magontinus Archiepiscopus, Corradus Francorum Rex, Erminius Suevorum Princeps, Joannes almæ urbis præfectus, Gulielmus, Misniæ Palatinus, Comes Encherius, Vicellus Camerinus, & alii quamplures. Acta sunt hæc, anno Dom. Incar. DCCCCLXII. Indict. V. regnante D. Othone I. Romanorum Imperatore glorioso, Regni, & Imperii sui An. XXVI. Datum apud Viterbium, Idibus Novembris.

Signum D. Othonis M. Rom. Imp. Invictiss.

II.

Literæ Wilhelmi, Marchionis Montisferrati ad Honorium III. Pontif. Maxim. quibus non solum ei filialem pollicetur obedientiam, sed etiam, cum se, tum sua, ipsi commendat, de An. 1221.

SAnctissimo patri Domino suo carissimo, metuendo, *Honorio* sacro-sanctæ Romanæ ecclesiæ summo pontifici. *Willelmus*, marchio Montisferrati, tam debitum quam devotionis obsequium.

Litteras quidem paternitatis vestræ læta facie & alacri vultu vidimus & recepimus diligenter, & de hoc quod mihi placuit vestra Sanctitas intimare, vobis ut Domino referimus innumeras grates: Significantes, vobis, quod pro posse nostro in omnibus & per omnia vestris obediam mandatis, & nullatenus deviabo à præcepto vestro. Cum autem totam meam spem habeam in vobis, paternitatem vestram, de qua, non modicum confido, vobis humiliter & devote flexis genibus exoramus, quatenus intuitu Dei amoris supra negotiis nostris memor estote, & cum legato nostro antequam ad partes nostras veniat, taliter ordinare dignemini, ut negotia & facta nostra promovere debeat, & prout Deus dederit ei gratiam effectui mancipare intendat, ita ut per vos valeam obtinere: quia vero speramus & credimus per vos ad bonam pacem cum inimicis nostris pervenire: & si quid est quod vultis ut faciam, mihi vestro fideli intimate: quia paratus & intentus sum vestris obedire mandatis.

III.

Nicolai, Episcopi Tridentini Literæ, quibus Loysium, sive Ludovicum I. de Gonzaga, Mantuæ & Regii Capitaneum, de Dominio Castellarii investivit, d. d. 20. Augusti An. 1338.

IN Christi nomine Amen. Constitutus coram Reverendissimo in Christo Patre Domino Nicolao Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Tridentino, Marchione, Duce atque Comite, honorabilis vir Dominus Fredericus Præpositus & Canonicus Mantuanus, & Ecclesiæ Tridentinæ Canonicus, Procurator & procuratorio nomine Magnifici Domini, Domini Loysii de

sii de Gonzaga, Civitatum Mantuæ & Regii Domino &c. filii quondam Domini Conradi de Gonzaga nobilis civis Mantuani, prout de hujusmodi Procuratore patet infrascripto publico documento, ibidem coram suprascripto Domino Episcopo & testibus infra scriptis per ipsum producto & per me Albertum, Notarium infrascriptum de verbo ad verbum lecto, hujusmodi continentiæ & tenoris:

In Christi nomine Amen. Die Sabathi 18. Julii præsentibus discretis & sapientibus viris Dominis Marco de Verdellis, Legum Doctore, Petrozano de Cremaschis, Sacraceno de Vescontis & Scapino de tabulis, testibus rogatis, Mantuæ in Palatio habitationis Magnifici Domini Loysii infrascripti Magnificus Dominus, Dominus Loysius de Gonzaga, Civitatum Mantuæ & Regii Dominus &c. quondam Domini Conradi de Gonzaga nobilis, Civis Mantuanus, fecit, constituit & ordinavit discretum virum Dominum Fredericum Præpositum & Canonicum Mantuanum ac etiam Tridentinæ Ecclesiæ Canonicum absentem, tanquam præsentem suum Procuratorem & nuncium specialem specialiter ad comparendum & se præsentandum coram Venerabili in Christo Patre & Domino, Domino Nicolao Dei & Apostolicæ Sedis gratia Tridentino Episcopo, Duce, Comite & Marchione & ad petendum & recipiendum Investituram flexis genibus reverenter a Reverendissimo Domino Episcopo memorato pro ipso Domino Loysio & suis hæredibus ex se legitime descendentibus per feudum honorificum de Castro, terra, fortalitio, loco, & tota Curia Castellarii, siti juxta territorium Mantuanum & Veronense, in cujus & de cujus Castellarii, Curia, territorio & districtu, jurisdictione & pertinentiis comprehenduntur & cinguntur, & sunt villæ subscriptæ, videlicet villa Susanni, villa Cavallerii, villa grota, & villa Pampuri, & de omnibus aliis villis, si quæ forent, & juribus, honoribus & jurisdictionibus & aliis & singulis spectantibus ibidem & pertinentiis quoquomodo ad ipsum Dominum Episcopum & Ecclesiam Tridentinam, & de quibus omnibus & singulis dictus Dominus Loysius pro se & suis heredibus ex se legitime descendentibus alias fuit investitus per felicis recordationis Dominum Henricum olim Episcopum Tridentinum Prædecessorem prædicti Domini Episcopi, & ad faciendum debitum Sacramentum fidelitatis & etiam plenam & meram fidelitatem exhibendum & reddendum jure & nomine dicti Domini Loysii & suorum heredum ex se legitime descendentium, prout vasallus tenetur Domino ex forma debiti juramenti cum omnibus clausulis opportunis Reverendissimo Domino Episcopo memorato, & Ecclesiæ Tridentinæ &c. gratialiter ad omnia alia & singula quomodolibet faciendum & exercendum, quæ in prædictis & circa ea necessaria fuerint, & ipse constituens facere posset, si præsens esset, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent speciale. Dans & concedens ipse Dominus Loysius Reverendo suo Procuratori & nuncio speciali plenum, liberum & generale mandatum, cum plena, libera & gratiali administratione in omnibus & singulis, quæ ipse Procurator pro suis & ad hæc exercuerit & mandaverit in effectum, promittens etiam per solennem stipulationem mihi Notario infrascripto recipienti & stipulanti, vice & nomine Reverendissimi Domini Episcopi & Ecclesiæ Tridentinæ ac omnium & singulorum, quorum intererit, vel interesse posset, firma, rata, grata & incommutabilia se habere & tenere perpetuo, quæcunque ipse Procurator in suis & pro his quomodolibet fecerit, exercuerit & mandaverit ad effectum sub obligatione bonorum omnium ipsius Domini præsentium & futurorum pro observantia perpetua omnium prædictorum. Actum 1338. indictione 6. Ego Johannes, quondam filius Domini Guidonis della Turre Imperiali autoritate Notarius omnibus interfui & rogatus scripsi. Constitutus itaque ut præfertur idem Dominus Fredericus coram Domino Episcopo memorato, a supradicto Domino Episcopo flexis genibus, humiliter & cum instantia debita postulavit, quatenus idem Dominus Episcopus pro se & successoribus suis & pro veneranda Ecclesia Tridentina eundem Dominum Fredericum procuratorio nomine dicti Domini Loysii & per ipsum Procuratorem dictum Dominum Loysium de Castro, terra, fortalitio, loco et tota Curia Castellarii, siti juxta territorium Mantuanum et Veronense, cum suis jurisdictionibus, attinentiis & pertinentiis universis, in qua quidem Curia Castellarii comprehenduntur, & sunt villæ subscriptæ, scilicet villa Susani, villa Cavallerii, villa Grossa & villa Pampuri, & omnibus aliis juribus, Jurisdictionibus & aliis villis quibuscunque si quæ forent quoquo modo ad dictam Curiam Castellarii de Jure spectantibus & pertinentibus, prout idem Dominus Fredericus vice & nomine dicti Domini Loysii & pro eo per felicis recordationis Dominum fratrem Henricum olim Episcopum Tridentinum Prædecessorem suum fuerat de dictis Castro, terra, fortalitio & Curia Castellarii per feudum honorificum nomine Tridentinæ Ecclesiæ investitus, investire, quantum ad eum pertinet, dignaretur, offerens se promptum & paratum procuratorio nomine antedicto præfato Domino Episcopo & Ecclesiæ Tridentinæ præstare fidelitatis & obsequii, prout Vasallus tenetur Domino, debitum Juramentum; Cujus vero investituræ per quondam dictum Dominum Henricum olim Tridentinum Episcopum eidem Domino Loysio de dicta Curia Castellarii factæ tenor, & per omnia talis est:

In Christi nomine Amen.

Nos frater Henricus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Tridentinus Episcopus, Dux, Marchio atque Comes attendentes & volentes semper quæ Dei sunt & spectant ad Ecclesiam Tridentinam conservare, manutenere, & vias & modos quærere opportunos, per quos dictam Ecclesiam

clesiam possimus in statu debito conservare & pacifice gubernare ac intendentes pro posse, quod ea, quæ per nos fieri debent, ita juste & rite fiant, sive in Investituris & aliis, quæ per nos fieri requiruntur, quod Ecclesia Tridentina suis juribus aliqualiter non fraudetur, nec in ipsis aliquam sustineat læsionem, nunc & semper apicem mentis nostræ in eum projicimus & projicere semper intendimus, qui omnia disponit suaviter, regit salubriter, rectique censuræ Judicii, judicat sapienter cum ipsius ineffabilis providentiæ altitudo nullis sit inclusa limitibus, nullisque terminis comprehensa. Ideoque cum nuper intellexerimus, quod dolentes referimus, quod Dominus Bassarinus de Bonacollis de Mantua, qui a nobis & Ecclesia Tridentina in feudum tenebat terram sive castrum seu fortalitium Castellarii, siti juxta territorium Mantuanum & territorium Veronense, cum suis attinentiis, dum viveret & de ejusdem per nos juste & rite fuerit investitus, universæ carnis viam sit ingressus, prohibemus & nolumus, quod dicta Curia Castellarii cum suis territorio & pertinentiis ab aliquibus possideatur, nisi per nos investiantur, prout est justum & opportunum, nolentes tamen Jus nostrum & præfatæ Ecclesiæ Tridentinæ, qui alios in quantum possumus in sua Justitia confovemus, oculos nostros ad nobilem virum Dominum Loysium de Gonzaga de Mantua direximus, & de dicta Curia Castellarii cum territorio & pertinentiis ac honoribus, prout rite & juste alii a nobis & Prædecessoribus nostris fuerunt investiti, simili modo per biretum nostrum eo jure & modo meliori, quibus melius debemus & possumus, sapientem & discretum virum Dn. Fredericum Præpositum Mantuanum & Canonicum Tridentinum Procuratorem & procuratorio nomine præfati Domini Loysii, flexis genibus coram nobis humiliter & devote petentem præsentialiter investimus, salvo jure præfatæ Ecclesiæ Tridentinæ & cujuslibet personæ, dans & concedens eidem Procuratori, & per eum dicto Domino Loysio verbum, atque scientiam de dictis Curia & attinentiis, de quibus eum investimus, accipiendi possessionem corporalem, quas nos pro eodem Domino Loysio possidere constituimus & decernimus, donec sit eandem possessionem ingressus, qui quidem Dominus Fredericus ibidem & in præsenti procuratore & procuratorio nomine antedicto corporaliter supra Sacro Sanctis Scripturis in animam prædicti Domini Loysii ad Sancta Dei Evangelia juravit, quod ipse Dominus Loysius & legitimi ejus hæredes nobis & nominatæ Ecclesiæ fideles erunt Vasalli, nosque & honores nostros & jura nostra & Ecclesiæ prælibatæ pro posse juvabunt, nec aliquid per se vel alios facto vel verbo sive aliqualitercunque tractabunt, machinabuntur, aut facient, quod vergat seu cedat aut vergere possit in damnum seu dedecus, contumeliam vel offensam nostram, Successorum nostrorum aut Episcopatus seu Ecclesiæ Tridentinæ, quinimo si quos horum vel eorum aliquid facere vel tractare cognoverint, nobis quanto citius revelabunt & generaliter plenam & meram fidelitatem, nobis & Ecclesiæ Tridentinæ per omnia impartientur & reddent, in quorum fidem præsentes fieri fecimus & pendentis sigilli nostri munimine roborari, quod sigillum si contingat frangi vel quomodolibet amoveri, nihilominus hoc instrumentum de mandato nostro scriptum obtinere volumus roboris firmitatem. Datum & actum Tridenti, in boni Consilii Castro nostro die ultimo mensis Octobris nativitatis Dominicæ anno 1328. Indict. II. præsentibus venerab. discretis viris Dominis fratre Conrado Veierstal ordinis Cisterci, supradicti Domini Episcopi in spiritualibus & temporalibus vicario generali, Juliano de Cadubrio Canonici Juris perito in spiritualibus, Adelperio de Tridento in temporalibus Vicariis, Henrico dicto Agnolo, Canonico Tridentino, Aldrigehto Archipresbytere plebis de bono ac honorabilibus viris Dominis Bonaventura & Matheo Judice fratribus de Gardellis de Tridento, atque Bonaventura de Rippa Notario habitatore Tridenti testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis.

Ego Faciolus natus Odorici de Romalo Tridentinæ Diœcesis Imperiali auctoritate Notarius suprascriptis omnibus præmissis, dum per præfatum Episcopum agerentur, interfui, & ea de ipsius mandato ac requisitus & rogatus per suprascriptum Dominum Fridericum Procuratorem nomine supradicto publice scripsi, meisque signo & nomine roboravi, quibus quidem petitionibus & oblationibus per dictum Dominum Fredericum, procuratorio nomine suprascripto propositis idem Dominus Episcopus, super his solemni & matura deliberatione præhabita, non intendens tamen, neque volens aliquos in suo jure deprimere, sed potius confovere petitiones ipsas, sic per dictum Dominum Fredericum nomine prælibato propositas, utpote ratione fulcitas in quantum de jure melius potuit, admisit, & benigne recepit, sperans indubie, quod Tridentina Ecclesia per ipsius Domini Loysii potentiam a pressuris & injuriis defensari poterit, unde volens prædicti prædecessoris hic in hac parte inhærere vestigiis, præfatum Dominum Fredericum Procuratorio nomine dicti Dn. Loysii, quin verius dictum Dominum Loysium coram ipso Domino Episcopo flexis genibus postulantem de dicto Castro, terra, fortalitio & tota Curia Castellarii, cum totis villis & pertinentibus, Juribus, Jurisdictionibus & honoribus universis ac mero & mixto imperio, prout idem Dominus Loysius ab ipsius Domini Episcopi Prædecessore nomine dictæ Tridentinæ Ecclesiæ fuerat investitus, modo & forma, quibus melius & validius potuit cum baculo, quem in suis tenebat manibus, præsentialiter investivit, salvo jure præfatæ Ecclesiæ Tridentinæ, & cujuslibet alterius personæ, dans & concedens dicto Procuratori, & per eum Domino Loysio supradicto ver-

verbum, licentiam, atque auctoritatem plenariam, intrandi, tenendi & accipiendi tenutam & corporalem possessionem de dicto Castro, terra, Loco, Territorio, & tota Curia Castellarii, de quibus investitus erat per prædecessorem præfatum ac ipsum Dominum Episcopum quandocunque voluerit, & ipsum Dominum Loysium se possidere constituit, vel quasi donec de ipsis per se vel alium possessionem acceperit corporalem, quibus omnibus sic peractis, idem Dominus Fredericus procuratorio nomine prælibato ibidem & in continenti tactis corporaliter Sacro Sanctis Scripturis juravit ad Sancta DEI Evangelia in animam ipsius Domini Loysii, quod ipse Dominus Loysius & sui hæredes legitimi ipsi Domino Episcopo, Successoribus suis & Ecclesiæ Tridentinæ fideles erunt Vasalli, ipsorumque jura & honores toto suo posse juvabunt, manutenebunt & conservabunt, nec tempore aliquo per se vel alios, facto vel verbo, seu quacunque de causa facient, tractabunt vel machinabuntur, quod cedat vel vergat in damnum seu detrimentum, contumeliam vel offensam ipsius Domini Episcopi, Successorum suorum Episcopatus & Ecclesiæ Tridentinæ, quin imo si quis hæc facere vel tractare sciverint vel cognoverint ipsi Domino Episcopo & Successoribus suis quam citius poterunt, revelabunt & generaliter omnia alia, quæ Vasallus tenetur Domino per fidelitatis debitum juramentum. Mandans idem Dominus Episcopus per me Albertum Notarium infra scriptum unum & plura ejusdem tenoris confici documenta, & sui Sigilli pensione muniri, nec non Henrici Notarii infrascripti & Facioli nati Odorici de Romalo Tridentinæ diœcesis Imperiali auctoritate etiam Notarii publici decenti tempore stipulationis hujus Contractus subscriptionibus roborari, & quia post authenticationem præsentis privilegii dati, & assignati Domino præfato Loysio cum subscriptionibus mei Alberti ac Henrici & Facioli Notariorum prædictorum & ejusdem Domini Episcopi appensione Sigilli muniti, præfatus Faciolus Notarius viam universæ carnis est ingressus, tantummodo cum mei Alberti & ejusdem Henrici subscriptionibus in præsenti quaterno præfatum privilegium authenticavi, sine dicti Episcopi appensione Sigilli, ipsumque nostris tantummodo nominibus & signis tabellionatus roboravimus. Actum & datum Tridenti in Episcopali Castro boni Consilii nativitatis dominicæ anno 1338. indict. 6. die 20. Mensis Augusti, præsentibus Venerabilibus Viris Dominis Henrico de Ballo Decano, Gerardo de Surburg, Archi-Diacono, Michaele de Castro novo in spiritualibus ipsius Domini Episcopi Vicario Generali, Ottone de Episcopiano, Ottobello de Campo Tridentino, Falcerio de Luneglliano Domino de Bononia, Bartheo de Vallesella, Francisco de Placentia, Antonio de Mediolano, Henrico de Landesperg & Rollandino de Parma, omnibus Canonicis Tridentinis Religiosis Viris fratribus, Uberto de Mantua Guardiano & Francisco de Venetiis Ordinis minorum, fratribus Joanne de Vincentia priore & Paulo lectore Ordin. Prædicatorum, conventualibus in Tridento, Presbyteris Simone Plebano Plebis de Castrofundo Vallis Annaniæ diœcesis Tridentin. Joannino Bontempi & Ectore Palamidasii, Capellanis in dicta Tridentina Ecclesia, ac nobili milite Domino Contrado de Sannano & Francisco Palanchi Cive Tridentino & aliis multis ad præmissa vocatis testibus & rogatis.

(L. S.) Ego Henricus de Landesperg Imperiali autoritate Notarius publicus & præfati Domini Episcopi scriba prædictis omnibus & singulis, dum per præfatum Dominum Episcopum agerentur, una cum memorato Faciolo Notario suprascripto & Alberto Notario infrascripto præsens fui, meque de jussu dicti Domini Episcopi & rogatu una cum dicto Faciolo & Alberto Notariis ad majoris roboris firmitatem in hujusmodi privilegio authenticato dato & assignato dicto Domino Loysio & Sigillo dicti Domini Episcopi roborato subscripsi, & quia post authenticationem dicti privilegii sic dicto Domino Loysio dati & assignati dictus Faciolus est viam universæ carnis ingressus, in præsenti quaterno me tantummodo una cum infrascripto Alberto Notario subscripsi & roboravi, sine dicti domini Episcopi appensione Sigilli.

(L. S.) Ego Albertus quondam Domini Martini de Floriis Civis Mantuani publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus & singulis, dum per præfatum Dominum Episcopum agerentur, una cum suprascripto Henrico Notario & Faciolo nato Odorici de Romalo Tridentin. diœcesis, Imperiali auctoritate Notario publico, tunc vivente præsens fui, & ea omnia de mandato dicti Domini Episcopi publice scripsi, & in hanc publicam formam redegi, & quia post authenticationem præsentis privilegii dati & assignati dicto Domino Loysio cum subscriptionibus mei Alberti, Henrici & Facioli Notariorum supradictorum & ejusdem Domini Episcopi muniti appensione Sigilli, præfatus Faciolus Notarius viam universæ carnis est ingressus, tantummodo cum mea & ejusdem Henrici Subscriptionibus in præsenti quaterno præfatum Privilegium seu instrumentum feudi authenticavi, sine dicti Domini Episcopi appensione Sigilli, ipsumque una cum ipso Henrico Notario & mei suique tabellionatus signo & nomine tantummodo roboravi.

IV.

Caroli IV. Romanorum Imperat. literæ, quibus Joanni II. Marchioni Montisferrati loca in ipsis literis nominata, cum omnibus inde pendentibus, in rectum & nobile S. R. Imp. feudum dedit atque concessit, d. d. 6. Id. Maji, An. 1355.

In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis fæliciter Amen.

CArolus Quartus Divina favente clementia Romanorum semper Augustus & Bohemiæ Rex. Ad perpetuam rei memoriam, inter insignes Majestatis Cæsareæ actiones, quæ pro subditorum profectibus vigilanti solicitudinis studio quotidie disponuntur, hæc sibi præcipuum locum vendicant in agendis. Hæc conantur talibus laudum insignis venerari, ut quorum gradum sublimiorem, quorumve amorem Sanguinis proximiorem ac utilitatem notabilem, ex ipsorum fidei & devotionis constantia venientem, conspiciunt, ad illorum exaltationem magnificam & statum honorabilem ex intimis prosequendum intendunt. Nam quanto magis hi fuerint bonorum & gratiarum fascibus honorati tanto Imperialis magnificentia inter eorum agmina resplendebit potentior & honorum quorumlibet fœlicia suscipiet incrementa. Sane licet tam Illustr. Joannes, Marchio Montisferrati Princeps & Consangvineus noster Dilectus ac pro Sacra nostra Imperiali Majestate Papiæ &c. Vicarius, nonnullas gratias, privilegia, libertates, immunitates, concessiones, Donationes, honores, jurisdictiones & jura, tam super Marchionatu, sive terra Marchionali Montisferrati quam certis universis & singulis terris, Castris Civitatibus juribus, a pluribus recolendæ memoriæ divis quond. Imperatoribus & Regibus Romanis magnificis Prædecessoribus nostris quam similiter Ill. quon. Aledramus primus, Marchio Montisferrati, & alii Antecessores ipsius Joannis, Marchionis, habuerunt & habuisse noscuntur, ut tamen idem Joannes Marchio, tanquam bene meritus & Consangvineus noster Dilectus, quem nedum in his, sed aliis gratiarum largitionibus manu munifica attenta suæ probitatis & fidei immota constantia in qua nobis & Sacro Imperio se exhibuit notabiliter fructuosum, gratiose tenemur attollere, per Imperialis Culminis gratiam se videat ulterius consolatum, propter quod ad impendendum in ante nobis & ipsi Sacro Imperio continuata obsequia fortius inflammetur: Nos de innata Clementia, quæ præsto est omnibus affluenter & præsertim illis, quos amor sangvinis & alia opera virtuosa ac probata magnanimitatis constituunt cariores, dicto Joanni Marchioni & suis hæredibus & successoribus masculis & fœminis ultra prædicta donamus, concedimus & conferimus, motu proprio, gratiose de Imperatoriæ plenitudine potestatis, ex certa scientia, omnia & singula Castra Civitates loca oppida, Burgos, Vicos, Castramenta, Villas, poderia, Terras & jura inferius denotata & denotatas cum omnibus & singulis honoribus mero & mixto Imperio gladiique potestate ac jurisdictionibus omnimodis, Vasallis, Vasallibus, Servitutibus, fictibus, obedientiis, censibus recognitionibus, pedagiis, gabellis & teloneis, portubus, pontibus, possessionibus, montibus, vallibus, planitiebus, fluminibus & aquis ibidem existentibus & decurrentibus tam origine, quam decursu, ripis rippaticis, milis, glareis, auri & argenti foditionibus, silvis boshis, piscationibus, venationibus bestiarum & volucrum, molendinis, furnis, pascuis mercatis, gabellis, collectis, quibuscunque impositis & imponendis personis & hominibus rebus & juribus quibuscunque & quocunque nomine censeantur cum omnibus honoribus pertinentiis & utilitatibus, quomodocunque ad ipsa loca, castra, res & bona ad Sacrum Romanum Imperium spectantibus, quovis modo, quorum locorum, oppidorum, Castrorum Civitatum, Villarum nomina sunt hæc: Serravalle, Stanzamum Arquate, Nove, Posolium, Nazarum, Retortum, Casalegium, Castellettum de Valle Vrbe, Castrum ferri, Salvanum, Lerma, Montaudellus, Gua, Pedagium Roxilionum, Carpaneta, Montaldus, Rocha, Rondanaria, Tallans, Cohille, Sezadium, Castrum novum, Ferrum, Gamundium, Marenghum, Frialorum, Alexandria cum pertinentiis, Caxine prope Burmidam, Septembrium, Ripalta, Visaria, Vixonum, Civitas Aquis cum pertinentiis, Alex, Ricaldonum, Marunzana, Monsbarutus, Brunum, Incisa cum pertinentiis, Castrum novum Cerretis, Bergamascum, Carentinum, Rocheta, Juseta Tanagrum, Montaldus, Vine Cogteselle, Nicia, Rochetta, Pellescia, Callamantrana, Casinaseum, Montabonus, Tertium, Bestagnum, Ronchenarium, Castelletum, Cavatorium, Panzonum, Meladium, Monserescentus, Bubium, Sancta Julia, Sexanum, Sanctus Stefanus, Coxanum, Cesole, Vencofrana, Manganum, Lovazolium, Curtismilia, Monsfortis, Novellum, Camerana, Monsbarcherius, Bosolaschum, Primetum, Gombenziaschum, Valangium, Salcetum, Locexi, Marsalia, Grualia, Archasinum, Monsdonisi Nocetum Altamezanti, Mulazanum, Fareglianum, Doglianum, Caraus, Vinoglium, Rochaguidonis, Rocha Sparaveria, Vinati, Tota Vallis, Sturana. Item omnes illas Cohortes desertis locis consistentes à flumine Tanari, usque ad flumen Burmidæ & ad Litus Maris, Felizanum, Quatorde, Rocha Spuerium, Nonum, Rivus Francolius, Porta Comarium, Castagnole, Viarixium, Altavilla, Fabine, Cucharum, Quargventum, La Santus Salvator, Genzanum, Monscatelcus, Pezetum,

Pezetum, Valentia, Monspomarium, Gerole, Lazaronum, Baldeseum, Mirabellum, Castrum Gratiæ, Occimganum, Burgus Sancti Martini, Ticinetum, Bremide, Fraxinetum cum pertinentiis, Casale Sancte Evasii, Paxilianum, Salmatia, Sanctus Georgius, Ozanum, Teringia, Roxignanum, Cellæ, Conzanum, Camagnia, Vignale, Fraxinellum, Casurtium, Mons magnus, Sancta Maria in Grana, Grazanum, Tilium, Olivella, Graphagnum, Sala, Serezetum, Trivilla, Turcellum, Cuniolium, Pons Cuniolii, Pons Turiæ, Caminum, Sellumgellum, Braschettum, Castrum Sancti Petri, Rocca, Gabianum, Mirolium, Monscestinus, Ombo, Odalenga, Malvengum, Rosingum, Cerretum, Monsbellus, Castelletum, Ponzonum, Creda, Cordalona, Monscalvus, Calianum, Motta illorum de Paliis, Fringum, Alfianum, Durbecum, Lauretum, Villa Musonengum, Montilium, Scandalucia, Ringum, Castrumleonis, Curcavagnum, Cunigum, Coconatum, Broxolum, Robella, Marcorengum Verruca, Tonenghum, Cochinitum, Aramengum, Prumellum, Scaranum, Marmoritum, Passaranum, Cerretum Plebata, Castramuetus, Caprilium, Bagnaschum, Maxnile, Montafia, Mondonicum, Pinum, Castrum novum, Butiglieria, Marcharolium, Ritortum, Podiverinum, Ripa, Monsrotundus, Lovencitum, Monscuchus, Tuglianum, Albugnanum, Brezanum, Tinzanum, Monsbellus, de la Frascha, Marentinum, Vernonum, Rivalba, Solze, Tundonitum, Pavarolium, Baudiserium, Montexolium, Sanctus Maurus, Castiglionum, Cordua, Osterum Polmonzelum, Gazenum, Bozolinum, Sanctus Raphael, Castignetum, Tribia, Monsmajor, Sanctus Sebastianus, Reate, Castrumbergonum, Labrianum, Monsacutus, Plasium, Cavagnolium Vistarinum, Brusaschum, Qvaradoglia, Crescentinum, Fontanetum, Palazolium, Tridinum, Moranum, Planchetta, Trecerri, Blanzate, Liburnum, Salugia, Ciglianum, Monscapretus, Burgarum, Azelium, Albianum, Clavaranum, Andrate, Montaldus, Monsastrutus, Septimum, Castrum Uzonium, Civitas Yporregiæ cum pertinentiis, Borolium, Pavorum Romanum, Stranbinum Marcenaschum, Candea, Castiglionum, Vische Mezadium, Rondozanum, Caluxium, Baronum, Orium, Montalenghe Sanctus Georgius cum curte, Foglitijum, Casilium, Auzegna, Parella, Castrum novum, Agladium, Castrum Aymont cum pertinentiis, Riparchicum, Fabrica Ripaira, Rocha Coirum, Barbania, Front, Riparubea Lombardorium, Vulpianum, Branditium, Sanctus Benignus Montinarum, Verrolengum, Clarosium, Septimum, Lagnicum, Caselle, Sanctus Mauritius, Ciriacum, Lancium cum pertinentiis, Bellongerium, Altezanum, Druentum, Lovelletum, Baratonia, Pranitiæ Fianum, Colegnum Broinum, Burgarum juxta Taurinum, Scalengtæ, Piosaschum, Bainaxum, Secuxia, Avigliana, Rippole, Civitas Thaurini, Vigonum, Caburrum, Miradolium, & Bagnolium. Item tota Terra citra montes versus Lombardiam, a passo Rovensono usque ad Barges. Item donamus, concedimus, & conferimus prout supra eisdem Marchioni, & suis hæredibus & successoribus ut supra omnia & singula loca, Castra, terras & Burgos existentes & existentia in confinibus, & circuitibus, ac pertinentiis Montisferrati, & cum hoc omnia & singula loca Castra, Terras & homines, quos, quas & quæ habent, tenent, & possident, aut de jure habere, tenere, & possidere deberent & possent, omnes & singuli nati & descendentes ex progenie dicti quond. Aledrami, primi Marchionis, ut præmittitur: Nec non fidelitates & fidelitatis Vasalutus ac Superioritates & superioritatis Dominia omnium & singulorum prædictorum & eorum, qui de eadem progenie sunt, in quibuscunque locis sint, & consistant & potissime Marchionum de Correto, de Ceva, de Cravexana, & de Bosco, de Ponzono, de Busca, de Garezio, Incisa, omnium de progenie prædicta, & aliorum omnium, si qui forent. Præterea damus & concedimus, ac conferimus D. Marchioni & suis hæredibus & successoribus, ut supra, omnia & singula loca, Castra, terras & homines, quos, quas & quæ habent, tenent & possident, aut de jure tenere, habere & possidere deberent & possunt Comites de Maxino, de Cavagliata, de Valperga & de Sancto Martino, nec non fidelitates & fidelitatis Vasallitia & superioritates ac superioritatis Dominia omnium & singulorum prædictorum, ita ut supra, quod omnia & singula Castra, bona, terræ, res & jura & Dominia ex prædictis & quolibet eorundem, quæ sunt de proprietate & Dominio nostro immediato, & Sacri Romani Imperii, ipsi Marchioni, hæredibus & successoribus suis, ut supra, in proprietatem, quidquid vero in feudum est, vel esse debet, aut etiam in retrofeudum in præmissis, hoc in rectum et nobile feudum de novo, ut supra, damus, concedimus & largimur; Et nihilominus fidelitatis jura, Vasallatus & Superioritatis Dominia, nec non merum & mixtum Imperium & Gladii potestatem & omnimodam jurisdictionem & jus imponendi collectas et exactiones quascunque ac omnia jura et godimenta quæcunque nobis & ipsi Romano Imperio competentes et competentia in dictis rebus et locis Castris, Terris, Civitatibus, oppidis et Circuitibus eorundem et quolibet eorum et in bonis ac personis et hominibus et in feudis fidelitatibus et superioritatibus supradictis et quolibet eorum, ex certa scientia de Imperialis plenitudine potestatis & de speciali gratia irrevocabiliter damus & transferimus in Marchionem præfatum ejusque hæredes & successores præfatos & in præ-

dictis

dictis & in quolibet prædictorum, ipsum & ejus hæredes & successores, ut supra, esse & haberi volumus loco nostri: Dantes & concedentes, de speciali gratia potestatis nostræ plenitudine, dicto Marchioni & suis hæredibus & successoribus, ut supra, licentiam, bayliam & autoritatem intrandi & apprehendendi, quomodocunque & quandocunque tenutam & corporalem possessionem vel quasi omnium & singulorum concessorum, donatorum & translatorum, ut supra, sine requisitione & auctoritate alicujus superioris Præsidis, Rectoris, Judicis vel cujuslibet Magistratus, ad omnem dicti Marchionis & hæredum & successorum liberam voluntatem, non obstantibus in prædictis & quolibet prædictorum aliquibus juribus & consvetudinibus, gratiis, privilegiis, investituris, concessionibus, confirmationibus, litteris seu Rescriptis, generalibus vel specialibus, in contrarium factis vel fiendis, concessis, vel concedendis alicui civitati, vel communi, vel singulari personæ, collegio vel universitati, etiam si oporteat de eis, vel aliquo ipsorum de jure specialem fieri mentionem, quibus omnibus, in quantum obviarent præsenti nostræ concessioni, donationi & translationi in toto vel in parte de dictæ plenitudine potestatis ex certa scientia tenore præsentium derogamus, nisi expresse de verbo ad verbum de toto tenore præsentis concessionis in dictis privilegiis, rescriptis, gratiis, vel litteris, seu investituris, confirmationibus, vel concessionibus specialis mentio facta foret, vel fieret. omnem etiam defectum in solemnitate vel aliter, si quis in translatione, donatione & concessione hujusmodi intervenisset, forsitan quovismodo supplentes, tenore præsentium, motu proprio & de Imperialis Potestatis plenitudine, salvo superioritatis Dominio, quod nobis & sacro Imperio in prædict. Marchionem, Hæredes & Successores suos competit, tanquam in Principes Imperii & fideles. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum donationis, collationis, concessionis & translationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram Imperialem & pœnam mille marcharum auri optimi componendarum se noverit graviter incursurum, quarum medietas fisco nostro Imperiali, reliqua vero medietas dicti Marchionis, vel Heredum & Successorum suorum usibus veniat applicanda. Decernentes nihilominus irritum & inane, si quid contra præmissa à quoquam quavis autoritate contingerit attentari. Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Caroli quarti, Romanorum Imperatoris invictissimi & gloriosissimi Bohemiæ Regis; Testes hujus rei sunt Venerabiles Arnestus, Pragens. & Joannes Pisan. Archiepiscopi, Joannes Olomucensis, Girardus, Spirensis, Marchardus Augustensis, Benignus Gomaclensis & Joannes Emonensis Ecclesiarum Episcopi; Nec non Illust. Nicolaus Oppaviæ, Otto Brunsuicens. & Bolco Falcenbergens. Duces; ac spectabiles Joannes Nurembergens. Burkardus Magdeburgens. Imperialis Curiæ Magister & Henricus de Silberkhrugh comites, & alii quamplures fide digni præsentium sub nostræ Majestatis Imperialis Sigillo testimonio litterarum. Dat. Pisis, Anno Domini millesimo tricentesimo, quinquagesimo quinto, indictione octava, sexto Idus Maji, Regnorum nostrorum anno nono, Imperii vero primo.

V.

Caroli IV. Romanorum Imperatoris, Privilegiorum, Libertatum & Jurium à se ac Prædecessoribus, Montisferrati Marchionibus, & imprimis Marchioni Johanni II. concessorum, Confirmatio, d.d. 8. Id. Mart. An. 1369.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Carolus Quartus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, Illust. Joanni, Marchioni Montisferrati, Principi & Consangvineo & fideli suo Dilecto, gratiam suam & omne bonum. Carissime Consangvinee, Imperialis nostra serenitas, grata deliberatione, suorum fidelium ita gratias ac Celsitudinis grata beneficia erogare consvevit Subjectis sibi fidelibus & quotidianis beneficiis large tribuere, ut quod uni erogatum fuerit, vel pluribus ab Imperiali largitate donatum, nulla ratione præjudicet privilegiis aut impetratis gratiis aliorum. Sane prout ex tuæ Supplicationis tenore Celsitudo Nostra recolligit, tu metum habeas, aut, aliqua tibi suggerente ratione, formides, quod adversum te jura, privilegia, libertates, immunitates & gratias, quibus Principatus tuus à Divina Majestate clarissimorum Cæsarum ab antiquo insignitus existit, & quibus claræ memoriæ Progenitores tui freti sunt hactenus & authore Domino in antea felicius perfrueris aliqua forsitan per quoscunque ex importunitate petentium errore, oblivione, vel ignorantia impetrata sint hactenus aut in futurum, non absque tuo hæredum & successorum tuorum, Marchionum Montisferrati, & ejusdem Principatus & Marchionatus præjudicio impetrari valerent, sicut hæc oblata per te supplicatio plenius & sufficientius differebat. Nos, intentione tua inspecta, diligentius & in examen providæ discussionis adducta rite perpendentes, petitiones hujusmodi de fonte rationis & justis titulis emanasse,

nasse, animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum ac Procerum Sacri Imperii & nostrorum fidelium accedente Consilio, de certa nostra scientia, & de Imperialis Potestatis plenitudine, tibi, hæredibus & successoribus tuis Marchionibus Montisferrati & eidem Marchionatui & Principatui in perpetuum omnia hujusmodi jura, privilegia, litteras, immunitates & gratias in omnibus suis sententiis, punctis, clausulis & tenoribus, de verbo ad verbum, prout ab Imperiali Majestate, & Sacro Romano Imperio obtenta & obtentæ sunt, & sicut in talium possessione legitima tempore transacto fuisti, & adhuc fore dignosceris, & prout usu sunt utentium approbata, nunc de novo concedimus, approbamus, ratificamus & Imperialis largitatis munificentia confirmamus; Decernentes & hoc Imperiali perpetuo statuentes edicto, quod omnia & singula privilegia & litteræ, quæ cujuscunque præeminentiæ, status, gradus, seu conditionis existerent, a Celsitudine Nostra adversum jura, privilegia, libertates, immunitates, gratias tibi, hæredibus & successoribus tuis, concessa vel concessas, impetrata, seu impetratæ fuissent, seu in futurum impetrari contingeret sub quacunque forma verborum, irrita, inania & invalida, irritæ, inanes & invalidæ sint & esse debeant, & nullius penitus roboris, vel momenti. Nam eisdem privilegiis & litteris in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis & clausulis de verbo ad verbum, prout scripta sunt, ac si præsentibus ad plenum inserta & insertæ existerent, etiam si de eis in præsentibus jure vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, si & in quantum antedictis tuis Marchionatus & Principatus tui Montisferrati juribus, privilegiis, litteris, immunitatibus, libertatibus, gratiis & observantiis, usu approbatis utentium, in toto vel in aliqua sui parte nocere adversari censeantur, de Imperialis Potestatis plenitudine, ac de certa nostra scientia derogamus. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc nostræ concessionis, approbationis, ratificationis, confirmationis, statuti, decreti, derogationis, & pœnarum addictionis paginam infringere, vel ei ausu temerario quomodolibet contraire, si quis autem contrarium attemptare præsumpserit, indignationem nostram gravissimam ac pœnam quinquaginta librarum auri purissimi toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Imperiali nostro Fisco, seu ærario, reliquam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicari. Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Caroli Quarti, Romanorum Imperatoris gloriosissimi & invictissimi, & gloriosissimi Bohemiæ Regis. Testes hujus rei sunt Reverendissimus Pater, Dominus N. N. Portuensis Episcopus, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Venerabiles Joannes Olomucens. Imperialis Aulæ Cancellarius; Robertus Cameracensis; Lambertus Spirensis, Agapitus Esculen; Evordo Aquen. & Joannes Spoletan. Ecclesiarum Episcopi; Ill. Robertus Lignienf. Henricus, Stinaviæ Duces, & Joannes, dictus Sobieslaus, Marchio Moroviæ, Spectabiles Joannes de Absberg, Franciscus de Prato, Comites; Nobiles Bernardus & Joroslaus, Advocati de Donyn. Petrus de Wartemburg, Imperialis Curiæ Magister, Boskoi de Vorlardum, Imperialis Curiæ Marescallus, Andreas de Tubia, Imperialis Cameræ Magister, Beneschius & Joannes de Wartemburg, Gaspardus de Ubaldinis, Franciscus de Casalibus, & Massius de Petra mala, nec non quamplures alii nostri & Imperii Sacri Nobiles & fideles, præsentium sub Imperialis nostræ Majestatis sigillo, testimonio litterarum. Dat. Lucæ, Anno Domini millesimo, trecentesimo, sexagesimo nono, Indictione septima, octavo Idus Martii, Regnorum nostrorum anno vigesimo tertio, Imperii vero quarto decimo.

VI.

Carolis IV. Roman. Imperatoris, Charta absolutionis super excessibus quibusdam à Ludovico Marchione Montisferrati commissis, de Anno 1369.

KArolus Quartus &c. Consanguinee Karissime. Novit Imperialis nostra Serenitas, & clarissimis Documentis manifeste considerat, Principatum & Marchionatum tuum Montisferrati in medio Nationis pravæ consistere, & undique tibi per Vicinos æmulos Bella intentari in Tui & Tuorum nota Scandala, nisi dispendiis hujusmodi, & incumbentibus Ruinis tua decrevisset prudentia opportunis & sapientibus remediis obviare, & quod ob hoc, non tua sponte, sed necessitate premente, inevitabili quadam indigentia, quam plurimas gabellas, pedagia, tallias, impositiones, exactiones & collectas imposueris, & aliquas extorsiones, oppressiones, vexationes, violentias & coërciones reales, vel personales feceris tam in Marchionatu, quam Principatu tuo Montisferrati, in Civitate Astensi, Comitatu & districtu ipsius, & alia quædam insuetata adversus forte justitiam, consuetudines laudabiles, ac bonos mores institueris, pro quibus, quantumcumque urgente necessitate processerint, Tu, tanquam fidelis Princeps ac Subditus, ab Imperiali metuis Celsitudine reprehendi.

Nos attendentes Tuæ Circumspectionis industriam, quæ ad Executionem talium nullo modo deliberasset procedere, nisi illud, sicut præmit-

præmittitur, inevitabilis exegisset necessitas, tuis compatientes incommodis, & volentes profectibus in Domino felicibus providere, animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum ac Procerum Sacri Romani Imperii Fidelium nostrorum accedente consilio, de certa nostra scientia, & Imperialis plenitudine potestatis, Tibi, hæredibus et successoribus tuis Marchionibus Montisferrati, nec non Officiatis, Vice-Officiatis, Fautoribus et adjutoribus tuis, qui dictis rebus omnibus petendis, exigentis, et recolligendis, et ad usus tuos applicandis censuerunt hactenus, et quorum adjutorio, promotione, aut præsidio usus es qualibet ratione toto jam transacto tempore, omnes pœnas, quas abinde et omnia acta, perpetrata seu commissa in prædictis omnibus seu quolibet præmissorum, jure, facto, seu consuetudine realiter seu personaliter poteratis seu potuissent incurrere, etiamsi hæc nomine et specifice deberent exprimi, pro Nobis, Romanis Imperatoribus seu Regibus Successoribus nostris, et pro Sacro Rom. Imperio relaxamus, remittimus, et de Imperialis Benignitatis Gratia, virtute præsentium indulgemus: Nulli ergo &c.

VII.

Wenceslai Romanorum Regis Privilegiorum à Carolo IV. Rom. Imp. An. 1355. & 1369. Johanni II. Marchioni Montisferrati concessorum, confirmatio, ad instantiam Theodori, Montisferrati Marchionis, expedita, d. d. 16. April. An. 1384.

WEnceslaus, DEI Gratia Romanorum Rex semper Augustus etc. ac Boemiæ Rex. Notum facimus tenore præsentium universis, quod pro parte Illust. Theodori, Marchionis Montisferrati, Principis et Consanguinei nostri dilecti, oblata Serenitati nostræ petitio continebat, quatenus ipsum hæredes et successores suos, Terras, Dominia et bona sua singula in nostrum et Sacri Romani Imperii protectionem, tuitionem et defensionem, gratiose assumere sibique et eisdem hæredibus et Successoribus suis omnes gratias, honores, libertates, donationes, translationes, privilegia et Beneficia per Prædecessores nostros Divos Rom. Imperatores, et specialiter per Serenissimum quondam Principem, Dominum Carolum, Romanorum Imperatorem semper Augustum et Bohemiæ Regem, Dominum et Genitorem nostrum carissimum, et maxime duo privilegia ejusdem Domini et Genitoris nostri Prædecessoribus ejusdem Marchionis Montisferrati concessas et concessa, factas et facta, confirmare, ratificare, approbare, renovare, auctorisare et de novo concedere, de benignitate et specialis munificentiæ gratia dignaremur, quorum quidem Privilegiorum tenor sequitur in hæc verba:

Inserantur hic Privilegia de dat. 6. Id. Maji A. 1355. & 8. Id. Mart. A. 1369.

Nos itaque, qui Vota nostrorum Imperii Sacri fidelium, illorum tamen præcipue, qui Serenitati Nostræ non solum fidei & subjectionis debito, verum etiam innatæ propinquitatis sanguine sunt astricti, gratuito specialique, prout decet, benigno favore complectimur, animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed matura deliberatione prævia, sanoque Principum, Baronum & Procerum nostrorum & Imperii Sacri fidelium accedente Consilio, supplicationibus justis & rationalibus ejusdem nostri Principis & Consanguinei favorabiliter inclinati ipsum, Hæredes & Successores suos, terras, Dominia, fortalitia & bona sua singula in nostram & Imperii Sacri protectionem, tuitionem, & defensionem, gratanter & singulariter assumentes, ut eadem nostra & Imperii sacri protectione, tuitione & defensione gaudeant, prout alii Sacri Romani Imperii Principes gaudent & quotidie potiuntur, prædicta privilegia omnia & singula in eis contenta, in omnibus suis sententiis punctis, clausulis & articulis prout de verbo ad verbum expressa sunt superius, nec non omnes gratias, honores libertates, Donationes, translationes & omnia privilegia & beneficia per Prædecessores nostros, divos Romanorum Imperatores & specialiter per præfatum Dominum Carolum, Dominum ac Genitorem nostrum Carissimum, Prædecessoribus ejusdem Principis & Consangvinei nostri concessas & concessa, factas & facta, confirmatas & confirmata confirmavimus, ratificavimus, approbavimus, innovavimus, & de novo concessimus, & tenore præsentium ratificamus, approbamus, innovamus & de novo concedimus, de innata nobis benignitatis clementia, nec non Romanæ Regiæ potestatis plenitudine & ex certa scientia liberaliter confirmamus; Decernentes expresse & edicto Romano-Regio statuentes in casu, quo aliqua per quemcunque tutorem Curatorem, vel Procuratorem, seu negotiorum Administratorem, aut officialem ipsius Marchionis Principis & Consangvinei nostri Dilecti, seu secundi Ottonis & Joannis quondam Fratrum & Prædecessorum ipsius Theodori Marchionis & Principis prælibati, sive per alias quascunque personas attentata, gesta, procurata, acta, vel facta forent, quæ privilegiis suprascriptis & in eisdem contentis & descriptis, in toto, vel in parte generasse, ac generare potuissent & possent aliquod præjudicium,

um, quod ista omnia, & iis similia, irrita, cassa & nulla per omnia reputari debeant & invalida, nullumque, quoad prædictorum privilegiorum jacturam præjudicium & dispendium, habere roboris firmitatem; Quæ omnia & singula acta, attentata procurata & facta contra prædicta privilegia & contenta in eis auctoritate Regia prædicta, & ex certa scientia, tenore præsentium irritamus, annullamus, cassamus, & nullius esse volumus per omnia roboris, efficaciæ, vel momenti. Non obstantibus in prædictis & quolibet prædictorum aliquibus Juribus, consvetudinibus, gratiis, privilegiis, investituris, concessionibus, confirmationibus, litteris seu Rescriptis, generalibus vel specialibus, in contrarium factis vel fiendis, concessis, vel concedendis alicui civitati, vel communi, vel singulari personæ, Collegio vel universitati, etiamsi oporteret de eis, vel aliquo ipsorum de jure specialem fieri mentionem, quibus omnibus, in quantum obviarent præsenti nostræ concessioni, donationi & translationi & Confirmationi, in toto vel in parte de dictæ plenitudine Potestatis, ex certa nostra scientia, tenore præsentium annullamus, tollimus, cassamus, irritamus, derogamus, nisi expresse de verbo ad verbum de toto tenore præsentis concessionis, in dictis privilegiis, rescriptis, gratiis, vel litteris, seu investituris, confirmationibus, vel concessionibus specialis mentio facta foret, vel fieret, omnem, & etiam defectum in solemnitate vel aliter, si quis in translatione, donatione, concessione & confirmatione hujusmodi intervenisset forsitan, quovis modo supplentes, tenore præsentium, motu proprio & de Regiæ Romanæ plenitudine Potestatis, salvo superioritatis Dominio, quod nobis & Sacro Imperio in præfatum Marchionem, Hæredes & Successores suos competit, tanquam in Principes Imperii & fideles. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis, approbationis, ratificationis, innovationis & de novo concessionis ac decreti & statuti paginam infringere, seu ei ausu quovis modo temerario contraire: Si quis autem in contrarium aliquid attemptare præsumpserit, pœnas in suprascriptis privilegiis contentas & nihilominus indignationem nostram gravissimam se noverit incursurum, præsentium sub Regiæ nostræ Majestatis Sigillo testimonio litterarum. Dat. Pragæ anno Domini millesimo tricentesimo, octuagesimo quarto, indictione Septima, sexto decimo Kalendis Aprilis, Regnorum nostrorum Anno, Bohemiæ vigesimo primo, Romanorum vere Octavo; Per Dominum Jodocum, Marchionem Moroviæ, P. Lanurens.

VIII.

Tabulæ fœderis inter Carolum VI. Galliæ Regem & Franciscum, Comitem de Gonzaga & Mantua, Vicarium Generalem S. R. Imperii sanciti, ac per quinque annos duraturi, d. d. 22. Decembr. 1396.

IN Nomine Domini, Amen. Noverint universi præsens publicum Instrumentum inspecturi, quod hoc est transcriptum quarundam litterarum Domini Francisci, Comitis Gonzagæ, Mantuæ &c. Imperialis Vicarii generalis, ejus Sigillo in cera Viridi cera alba circumdata cum filis de serico viridi coloris sigillatarum, sanarum & integrarum, ac omni prorsus vitio & suspicione carentium, ut prima facie nobis apparebat Notariis publicis subscriptis, ex parte Illustrissimi Principis & Domini nostri, Domini Caroli, Francorum Regis, ad scribendum traditarum, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum.

Ego Franciscus comes Gonzagua, Mantuæ &c. Imperialis Vicarius generalis; Notum facio universis præsentes meas litteras inspecturis, quod cum hoc sit quod de mense Septembri proxime præterito, videlicet die vigesima nona ipsius mensis Septempris inter nobiles & strenuos milites, Dominum Guillelmum de Bordis & Jacobum de Montmor, Gubernatorem Delphinatus Viennens. Cambellanum & consiliarium & procuratorem, Commissarios et Nuntios speciales Serenissimi Principis et Domini, Domini Caroli Dei gratia Francorum Regis vigore Mandati, eis concessi per dictum Dominum Regem, et ejus nomine ex una parte, et egregium et insignem militem Dominum Mazium de Albizis, et nobilem Virum, Bonacursium de Pictis, Cives Florentinos, Sindicos et Procuratores ac nuncios speciales magnifici Communis Florentiæ constitutos, et magnificis Dominis Prioribus artium, et Vexillifero justitiæ dicti Communis Florentiæ, et a Dominis decem officialibus communis Florentiæ, ac etiam nominis colligatorum, ejusdem Communis qui ratificare vellent & ratificarent intra tempus ad hoc infra scriptis capitulis declaratum ex parte altera ad supplicationem officiorum prædictorum Vexilliferi, priorum decem officialium & dicti communis factam dicto Domino Regi fuit, & seu fuerint contractæ, concordatæ ac etiam confirmatæ liga & confederatio, & seu ligæ & confederationes sub capitulis & effectibus infrascriptis, quorum omissis procemio, principio, & fine contractus, tenor sequitur in hæc verba videlicet:

Hæc sunt ligæ & confœderationes tractatæ & concordatæ inter aliquos de consilio Serenissimi Principis, Domini nostri, Domini Caroli, Dei gratia Francorum Regis, nominis dicti Christianissimi ex una parte, & nobiles Viros, Dominum Masium de Albizis militem & Bona-

Bonacursium de Pictis, cives, Ambassiatores, Syndicos, Procuratores & speciales nuntios communis Florentiæ nomine, dicti Communis & Colligatorum suorum infra scriptorum, qui sunt isti videlicet:

Commune Bononiens.
Dominus Marchio Estensis.
Dominus Paduanus.
Dominus Mantuanus,

Et Carolus & fratres, & alii Domini de Malatestis, & cujuslibet ipsorum colligatorum, qui ista ratificabunt intra tres menses a die confectionis litterarum, seu instrumentorum super complemento præsentis tractatus computandos, & quolibet dictorum nomine ex altera parte duratura per quinquennium duntaxat dictam diem die confectionis litterarum prædictarum seu instrumentorum super dicto complemento tractatus hujusmodi immediate secuturum, cum conditionibus & inventionibus infrascriptis.

Primò, quod dictæ partes in partibus Italiæ teneantur & debeant amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis dictarum partium, vel alterius ipsarum habere & reputare.

Item, quod in partibus Italiæ dictæ partes teneantur se, & suum statum, & territoria & loca, quæ nunc habent, vel tenent, seu durante dicto quinquennio habebunt vel tenebunt deffendere, tueri & manutenere, bona fide & toto posse, prout infra scribetur, & si contingat aliquam guerram, vel offensam in partibus Italiæ fieri, contra dictas partes, vel aliquam earum, teneantur dictæ partes se ad invicem juvare, & deffendere, & talem offendentem, seu guerram facientem offendere infrascripto modo, videlicet quod si guerra, vel injuria fieret quotiescunque in partibus Italiæ contra commune Florentiæ, vel ejus colligatos, qui ista ratificabunt infra tempus prædictum, propter quam moverent se ad offensam, vel ad defensam contra talem guerram vel injuriam facientem, Dominus Rex debeat mittere celeriter, secundum casus exigentiam ad partes dictæ guerræ expediendæ & tenere unum sufficientem Capitaneum de genere suo cum signis & banderiis dicti Capitanei, & cum ea comitiva gentium armorum, quæ Regi placuerit & e converso, si guerra vel injuria fieret contra Dominum Regem in partibus Italiæ, Commune Florentiæ & ejus colligati teneantur invicem secundum casus exigentiam mittere celeriter ad partes dictæ guerræ expediendæ & tenere mille quingentas lanceas, intelligendo quamlibet lanceam de tribus equitibus, & si dicti colligati Communis Florentiæ ista non ratificarent, vel non observarent eo casu commune Florentiæ teneatur mittere, tenere, & supplere mille lanceas, computando tres equites pro una lancea, ut dictum est.

Item, si contingat per dictum Dominum nostrum Regem, seu per commune Florentiæ & colligatos prædictos guerram esse, fieri, vel moveri in partibus Italiæ, quod dictæ partes teneantur de suis gentibus mittere celeriter, ut supra & tenere eo modo & forma, & in eo mandato, de quo & prout supra in proximo præcedenti capitulo tenetur, dummodo hoc non intelligatur pro aliqua guerra, quæ moveretur, vel fieret per aliquem dictarum partium absque consensu alterius partis nisi esset guerra, quæ fieret, vel moveretur contra aliquem Dominum, vel commune ad præsens, vel in futurum confinantem cum Domino nostro Rege, vel aliquo ex regalibus Franciæ, vel cum communi Florentiæ, vel cum aliquo ex dictis colligatis ejusdem Communis.

Item quod quotiescunq; contingeret ipsum Dominum Regem cum potenti exercitu ire, vel cum sua denominatione mittere capitaneum, vel Capitaneos ad movendum seu faciendum guerram in partibus Italiæ contra aliquem Dominum, vel Communitatem, nunc vel in futurum confinantem cum dicto Domino Rege, vel aliquo ex regalibus Franciæ, vel cum communi Florentiæ, vel aliquo ex colligatis dicti communis, Commune Florentiæ & ejus colligati teneantur mittere celeriter secundum casus exigentiam, & tenere ad offensam talis Domini vel communitatis, contra quem dicta guerra fieret per dictum Dominum Regem nostrum, ut dictum est, eam quantitatem gentium armorum, cum banderiis & capitaneo dicti Communis Florentiæ & aliorum colligatorum, qui ista ratificabunt, quem secundum eorum possibilitatem, & bonam fidem facere poterunt ultra numerum mille quingentarum & prædictarum, & in casu, quod colligati non ratificaverint, dictum Commune Florentiæ teneatur etiam mittere eam quantitatem gentium armorum banderiis & Capitaneo dicti Communis juxta suam possibilitatem - - poterit ultra numerum mille lancearum prædictarum.

Item si durante bello, quod per Regem, seu Commune Florentiæ & ejus colligatos moveretur, vel fieret in partibus Lombardiæ, aliquæ civitates, castra, villæ, terræ seu loca acquirantur per dictas partes, vel aliquam ipsarum, totum, quidquid acquiretur erit & remanebit in dispositione Regis, exceptis locis infrascriptis, videlicet pro Domino Paduano Feltrum & civitas Bassamum, Conolus & Batalla pro Domino Mantuano, Monsclarus Azala & hostilia. Et pro Marchione Estensi Sassolum & Samuam, quod si acquirantur remanebunt Dominis colligatis supradictis in casu, quo ratificaverint prædicta infra terminum supradictum, & in præsenti capitulo non comprehendatur civitas Januæ & ejus territorium, quod debet liberum remanere Domino Regi, nec etiam in præsenti capitulo aliquid comprehendatur de partibus Tusciæ, in quibus partibus Tusciæ dictus Dominus Rex non debeat aliquid acquirere.

Item quod aliqua ex dictis partibus non possit facere pacem, inducias, treugam, vel sufferentiam, vel aliud pactum alicui ex dictis partibus in aliqua ex dictis guerris contrarium sine expresso & præcedenti consensu alterius partis.

Item pro parte dicti communis per dictos Ambassiatores & procuratores fuit dictum in effectu, quod prædicta non intelligantur pro parte ipsius Communis, & ejus Colligatorum contra Romanam Ecclesiam, nec contra aliquem illorum contendentium de Papatu, sed in facto unionis Ecclesiæ sint dispositi in omnibus eis possibilibus sequi vestigia Domini nostri Regis, prout sibi extitit pro parte ipsorum oblatum, nec etiam intelligantur contra aliquem descendentem ex Rege Carolo primo olim Comite Andegaviæ & Provinciæ, hoc est quod si dictus Dominus noster Rex vellet juvare Regem Ludovicum, nolunt ad hoc esse obligati, sed contra ipsum non facere promittunt etiam & per dictos de dicto consilio dicti Domini nostri Regis, pro parte ipsius, fuit dictum, quod prædicta non vult intelligi nec extendi contra Dominum nostrum Papam Benedictum decimum tertium, nec contra aliquem Principem, vel Dominum de genere dicti Domini nostri Regis.

Item quod prædicta intelligantur & observentur bona fide & sincero animo.

Item quod ad majorem cautelam & securitatem præmissorum infra tres menses a die confectionis litterarum seu instrumentorum, quæ super complemento dicti tractatus per dictos Ambassiatores, Sindicos, & procuratores ipsius communis Florentiæ, fient, immediate secuturos Domini priores artium & vexillifer justitiæ populi & Communis Florentiæ, & Domini decem officiales Baliæ dictæ communitatis ea, quæ supra præmissa per dictos Ambassiatores, Sindicos & procuratores dicti communis tractabuntur & complebuntur cum dicto Domino nostro Rege, vel ejus procuratores, seu commissarii ratificabunt, & per colligatos ipsius communis ea ratificare volentes ratificari facient & super hoc dicto Domino Regi, seu ejus Commissariis mittent litteras seu instrumenta sigillo consueto dicti communis etiam & sigillis quorumlibet colligatorum ipsorum hoc ratificare volentium sigillatas etiam & ad similem securitatem & cautelam prædictorum dictus Dominus Rex statim receptis litteris ratificatoriis dicti communis, & colligatorum suorum, hoc ratificare volentium, ut præfertur, eaque super præmissis & quolibet præmissorum acta fuerunt per procuratores & Commissarios suos ratificabit, per suas litteras cum magno sigillo sigillatas, hæc tamen quæ dicuntur de ratificationibus fiendis hinc inde non impendiant prædicta capitula, nec eorum effectum, sed remaneant in suis pleno robore & effectu, quas quidem ligas et confœderationes prout in supra scriptis litteris, capitulis, declaratæ sunt, & descriptæ, nos Procuratores & Commissarii, vigore commissionis & mandati dicti Domini, nostri Regis nobis factorum, de quibus supra & infra fit mentio, promittimus in fide & verbo dicti Domini nostri Regis & nomine ipsius, & pro ipso prædictis Ambassiatoribus, Sindicis & procuratoribus dicti Communis Florentiæ præsentibus, vobisque notariis infra scriptis, ut publicis personis stipulantibus & recipientibus vice & nomine, & ad opus ejusdem Communis & omnium & singulorum, quorum interesse poterit in futurum etiam juravimus ad sancta Dei Evangelia in animam dicti Regis Domini nostri, tenere, complere, & inviolabiliter observari facere, fraude & malo ingenio cessantibus quibuscunque, quodque contra eas nil fiet, nec attentabitur pro parte dicti Domini nostri Regis supradicti, prout prædicta in contractu & instrumento prædictæ ligæ seu ligarum inde rogatarum & publicatarum per Joannem Deschens. Belluacensis Diœcesis apostolica & Imperiali Autoritate Notarium publicum, et Vannem Stephani Vannis, civem et Notarium Florentinum plenius continetur.

Franciscus supradictus. Per me tamen hac protestatione præmissa & pro repetita habita, quod per supra scripta, & infrascripta dicenda vel scribenda, seu eorum aliquod seu per aliquod, quod ex eis, vel eorum aliquo dici posset & jure vel intelligi non intelligatur, aliquod fieri vel factum esse, nec quoquo modo intelligi debeant contra Romanum ecclesiam, nec contra sanctissimum Dominum, Dominum Bonifacium divina providentia Papam nonum nec contra ejus Successores in Papatu canonice intrantes, nec etiam contra Serenissimum Principem & Dominum, Dominum Vinceslaum, Romanorum Regem, nec contra ejus post ipsum legitimos Regni Romanorum & Imperii Successores canonice intrantes cum eorum sim Vassallus, & etiam prælibati Serenissimi Romanorum Regis & Imperii Vicarius, a quorum debitis mandatorum per hoc, vel per aliqua, quæ in dicta liga, vel ratificatione dici possint de jure vel intelligi nullatenus recedere intendo, sed in eorum fidelitate, & obedientia & devotione persistere ut teneor, nec etiam intelligatur quod per infra scriptam ratificationem quomodolibet tenear ad aliquid contra illustre ducale Dominium civitatis, nec contra commune dictæ civitatis omni modo, jure via & forma, quibus melius & validius possum atque scio, sponte & ex certa scientia, nulloque ductus errore supra scriptam ligam seu ligas et confœderationes, & omnia & singula in eisdem contenta, ut supra dictum est, cum præfato Serenissimo Domino, Domino Francorum Rege, factam, contractam, & firmatam, seu factas, contractas & firmatas, & omnia et singula contracta, firmata, facta et jurata per supra scriptos Dominum Mazium & Bonacursium procuratores & nuncios speciales, ut superius

superius continentur, cum supra scriptis Dominis Guillelmo & Jacobo, & procuratoribus & nuntiis sæpe facti Serenissimi Principis & Domini, Domini Regis Francorum et etiam in omnibus, et per omnia ratifico, facio & approbo prout et sicut per supra scripta capitula requiritur, ac etiam solemniter promitto & juro ad sancta Dei Evangelia, sacrosanctis tactis scripturis in manibus venerandi et egregii viri, Magistri Gonterecelli, Secretarii Ambassiatoris & Commissarii supradicti Serenissimi Domini, Domini Regis Francorum, pro ipso Domino Rege recipientis, supra dicta omnia & singula bona fide, dicta protestatione repetita, tenere et effectualiter observare et adimplere. In quorum testimonium, amplorisque roboris firmitatem præsentes literas fieri, meique sigilli majoris munimine roborari mandavi. Datum Bononiæ vigesimo secundo Decembris, anno à nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo, trecentesimo nonagesimo sexto, indictione quarta ut inferius est scriptum. Collatum siccum originali.

Franciscus de Bosco

De quibus quidem literis originalibus supra scriptis ad præsens transcriptum, seu transumptum ex eisdem originalibus sumptum, facta fuit collatio legitima per nos Notarios publicos subscriptos in domo venerabilis, et circumspecti viri, Magistri Guillelmi Perdriolli, Thesaurarii Franciæ sita Parisiis prope portam barbette, anno Domini millesimo, trecentesimo nonagesimo septimo, secundum morem gallicanum, indictione sexta, mensis Martii die undecima, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Benedicti, divina providentia Papæ decimi tertii, anno quarto, præsentibus & auscultantibus discretis viris, Petro Lande & Stephano Busse, Judicibus Parisiensis, & Meldensis diœcef. testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Joannes Inuenis de Villarvaden, alias Clericus Leonensis diœcesis, publicus apostolica & Imperiali autoritate Notarius, quia facta per me cum Notario publico subscripto diligenti collatione de præscriptis originalibus litteris ad præsens transcriptum ex eis originaliter sumptum ipsi ad invicem concordare inveni, nil addito, vel remoto, ideo huic publico transcripto alia manu scripto signum meum solitum, una cum signo & subscriptione dicti Notarii, & sigillo Curiæ Parisiensis, hic me manu propria subscribens apposui requisitus in testimonium veritatis interlinearis superius ubi scribitur, in quibus partibus Tusciæ supra dictus, ac verba cruce signata supino in fine hujus transcripti, ante signum meum manuale, apposita & scripta hic fideliter approbo.

Et ego Joannes de Novavilla, alias Cloardi Clericus Laudunensis diœcesis magister in artibus publicus apostolica & Imperiali auctoritate notarius, quia de prædictis literis originalibus supra scriptis ad præsens transumptum ex eisdem originaliter sumptum cum Notario publico suprascripto diligentem collationem feci & ipsa insimul concordari inveni, nil addito vel remoto, quod ipsarum substantiam mutet, aut intellectum variet ideo huic presenti transumpto aliena manu scripto hic me manu propria subscribens signum meum solitum una cum signo & subscriptione Notarii publici supra scripti ac sigillo Curiæ Parisiensis apposui requisitus.

Et nos officialis Parisiensis ad majorem certitudinem præmissorum, ad relationem prædictorum Notariorum quibus in his & majoribus fidem indubiam adhibemus sigillum Curiæ Parisiensis fecimus apponi præsentibus literis. Datum & actum ut supra, & scellê, d' un seel de cire verde.

IX.

Sigismundi Roman. Regis Diploma, quo Theodorum, Montisferrati Marchionem, Cæsareum & Sacri Romani Imperii in partibus Lombardiæ Vicarium constituit, d. d. 20. Septembr. An. 1414.

Sigismundus, Dei Gratia Romanorum Rex, semper Augustus, ac Hungariæ & Croatiæ &c. Rex. Notum facimus tenore præsentium universis, quod incumbentibus nobis negotiorum varietatibus innumeris, pro fœlici Statu Reipublicæ, animus noster hinc inde distrahitur, dignum existimamus existere, ac necessarium arbitramur, ut, qui tot Regionibus nobis commissis provide gubernare ad præsens commode non possumus adesse, viros fide, constantia & circumspectione probatos in partem nostræ sollicitudinis statuamus. Sane dum pridie inter alias occupationum curas, quibus, fluctuantis pelagi more, pro salubri Reipublicæ statu noster spiritus fatigaretur, occurrit cogitationibus nobis potissimum & cogitatione sedula revolventes, quod terræ Longobardiæ utique nobiles & partes Sacri Romani Imperii pretiosæ provisione justitiæ diu caruerunt propter quod tam filios & Incolas earundem terrarum, quam advenas in eam venientes, in personis injurias & in rebus damna non modica novimus fuisse perpessos, & ibidem jura Imperii multipliciter diminuta; Ne igitur talentum nobis creditum negligentia abscondere videamur, utpote qui villicationis nostræ rationem sumus in examine districti judicii reddituri, ad hoc dirigimus aciem mentis nostræ, ut ad procurandum statum pacificum terrarum incolarumque prædictarum regiæ provisionis instantia salubriter intendamus, & ne hujusmodi terræ & incolæ fructu nostræ providentiæ tantisper careant. Ecce, quod

quod de Ill. Principis Theodori, Marchionis Montisferrati, Principis & Consanguinei nostri carissimi, quem plurimarum fides virtutum, approbata merita, experientiaque rerum magistra, constantem & fidelem ac nobis, Imperio & publicæ rei utilem, nedum ad talia, sed ad majora edocuerunt, plenitudine confisi; Ipsum in partem nostræ sollicitudinis evocantes, animo deliberato, sano quoque Principum, Baronum, Comitum, Procerum ac Nobilium & aliorum fidelium nostrorum accedente Consilio, ex certa nostra scientia & de Romanæ Regiæ potestatis plenitudine, in prædictis Lombardiæ Terris ac omnibus & singulis earundem Terrarum Dominiis, Civitatibus, Castris, Castellis, oppidis, Villis, locis & districtibus, ordinavimus, creavimus, fecimus & constituimus nostrum & Imperii Sacri Vicarium Generalem. Dantes ex nunc, virtute præsentium & auctoritate Romana Regia, ac de certa nostra scientia eidem Theodoro plenam, liberam, & omnimodam licentiam, auctoritatem, potestatem, meram, mixtam, liberam, & absolutam, ac etiam administrationem & jurisdictionem omnimodas, contentiosas & voluntarias vice & auctoritate, atque nomine nostris ac Sacri Romani Imperii in prædictis Longobardiæ terris, earumque Dominiis, Civitatibus, Castris, Castellis, Oppidis, Villis, Locis & districtibus per se, vel per alium, seu alios, quibus hoc commiserit, exercendi, fidelitatis, & alterius cujuscumque generis juramenta solita & consueta, nostro & Imperii Sacri nomine, a quibuscumque Principibus, Ecclesiasticis & Secularibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Officialibus, Civitatum, Castrorum, Oppidorum & Villarum Communitatibus & Rectoribus eorundem & singulis personis, & aliis quibuscumque quacumque occasione Causa vel jure debeant, aut proveniant, recipiendi quoscumque locum tenentes, Gubernatores, Potestates, Rectores, Judices & Officiales & alterius cujuscumque Officii Homines, quacumque dignitate perfulgeant, in prædictis Terris, Dominiis, Civitatibus, Castris, Castellis, Oppidis, Villis, Locis & districtibus instituendi & deponendi, toties, quoties & sicut eidem Theodoro consonum fore videbitur & placebit, Principes & Marchiones, Comites, Vice-Comites, Communitates, Vicarios, Gubernatores, Rectores, Locumtenentes, Vasallos, Milites, Clientes, Rusticos, Plebejos, & ad plebem astrictos, seu quovis nomine nuncupantur in eisdem Terris, Dominiis Civitatibus, Castris, Castellis, Oppidis, Villis, Locis, & districtibus per nos & prædecessores nostros ordinatos & constitutos, ac de jure, vel de facto ad nos & Sacrum Imperium devolutos, devolvendos, ratione suadente & ut sibi videbitur renovandi, ordinandi, & instituendi, ac se de ipsis intromittendi, nec non per se, vel alium, seu alios nostro & Imperii Sacri vice, & nomine tenendi, prout eidem Theodoro nostro Vicario, & prout etiam merita, vel demerita ipsorum vel alicujus eorum svadebunt, universos & singulos occupatores, possessores Comitatuum, Dominiorum, Vicariatuum, Districtuum, Civitatum, Castrorum, Castellorum, Oppidorum, Villarum, & Communitatum, & etiam quorumcumq; bonorum, rerum & locorum, ad nos & Sacrum Imperium spectantium quomodolibet & pertinentium, ut relaxent, dimittant & restituant, amovendi, convocandi, constringendi & compellendi, ac contra eos & quoslibet resistentes, aut aliàs delinquentes, quandocumque, quotiescumque & ubicumque & quomodocunque saltem sit Communitas, collegium, universitas, seu specialis aut singularis persona, cum dignitate vel sine, & ipsorum quemlibet summarie vel de facto, per dictum Vicarium nostrum, alium, seu alios per eum suo nomine ordinatos & ordinandos, procedendi, cognoscendi, sententiandi, decidendi, exequendi puniendi, bannum Imperiale pronunciandi & ac in inobedientes animadvertendi, ac ipsos personaliter & realiter mulctandi & puniendi, vexilla seu banderia Imperialia exigendi, & contra quoslibet differendi, bellum, seu bella movendi, exercitus, cavalcatas, destructiones, vastationes, & confiscationes bonorum indicendi, faciendi, disponendi, ordinandi, & prosequendi, universos & singulos prædicto Theodoro, & per eum constituto, seu constitutis, rebelles puniendi, relegandi, & ultimo supplicio adficiendi, ratione vel justitia mediante, & prout sibi videbitur & sicut criminis qualitas, seu delicti exigit, seu requirit, culpas quoque delinquentium & excessus, crimina etiam in judicium deducta & pœnas inflictas tam ipsis Patribus adhuc viventibus quam ipsis mortuis, ipsorum liberis, si eorum interfit, obtinere indulgentiam, aut etiam illa, quæ non sunt in judicium deducta, seu non punita emittendi per indulgentiam, aut restitutionem ad patriam seu larem, bona, dignitates, bonam famam & honores restituendi, sive sint generales personæ, sive speciales, etiamsi per eumdem Vicarium nostrum essent de quocumque crimine condemnati, sic ut per ipsum suum, vel suos, ut præmittitur, Commissarium, seu Commissarios, officialem, seu officiales, merum & mixtum Imperium, administratio, auctoritas & potestas contentiosa, vel voluntaria in universos & singulos homines, cujuscumque præheminentiæ vel conditionis existant per prædictas Terras, Dominia, Civitates, Castra, Castella, Oppida, Villas, loca, districtusque consistentes, habitantes, vel moram trahentes exerceant & exercere possint, secundum quod Vicario nostro prædicto jus & ratio persvadebunt quacumque temporis præscriptione, vel usurpatione non obstante. Concedentes

dentes nihilominus ex certa nostra scientia, tenore præsentium eidem nostro Vicario & illi, vel illis, cui vel quibus hoc, vel aliquid aliud, commiserint, & in ipsum, vel ipsos, jure plenario transeuntes, auctoritatem & licentiam generalem, ac plenam, expressam, liberam, & omnimodam, omnemque nostram, & Sacri Imperii potestatem, & quæ meri, mixti, liberi & absoluti Imperii & jurisdictionis sunt ad omnia & singula supra & infra scripta, colectas quoque, Dacias & quælibet alia onera realia & personalia, et mixta, nec non omnes census, redditus, jura, proventus, emolumenta, subventiones, conductus, telonea et pedagia prædictarum terrarum, Dominiorum, Civitatum, Castrorum, Castellorum, Oppidorum, Villarum, Locorum et Districtuum et pertinentiarum eorundem ad nos, et Sacrum Romanum Imperium pertinentium exigendi, et recipiendi pœnas et mulctas, ratione prævia imponendi, levandi et ex causis rationalibus augumentandi, minuendi, remittendi in judicio, & extra indeque Cameræ nostræ Servos accipiendi, defendendi & tuendi jura Cæsarea, collectas, subventiones & steuras ab ipsis, sicut hoc honor Imperii & necessitas postulaverint, exigendi in judicio & extra, in causis, quæstionibus, arbitriis, arbitramentis, & litibus quibuscumque tam cum causarum cognitione, quam sine; Deum habendo præ oculis, ac de plano & summarie, sine strepitu & figura judicii sola veritate inspecta procedendi, determinandi, sententias exequendi, fugitivos inquirendi & puniendi, maleficos, fures, asassinos & robatores stratarum laqueandi, judicandi, & piratas maris submergendi, juxta Sacrarum Legum Canonum & jurium communium sacratissimas sanctiones, & prout, secundum ritum, & terræ consuetudinem, municipalia jura & statuta persuaserint, ac proditores decapitandi, suspendendi & eos, ac eorum quemlibet, dum & quoties se casus obtulerit, condemnandi, puniendi, membra truncandi, fustibus cedendi, de patria ad tempus, vel perpetuo relegandi, coercendi & igne cremandi, mutilandi, et debilitandi, bona talium publicandi et infiscandi, ac de omnibus criminibus ordinariis et extraordinariis, enormibus, levibus publicis et privatis cognoscendi, puniendi et executiones faciendi, ac, tam secundum jura communia, quam municipalia decidendi, cognitionem et decisionem hujusmodi committendi, in integrum restituendi, absolutionem quamlibet in judicio vel extra impendendi et exercendi, infamiam tam juris quam facti irrogandi, abolendi et disponendi de causis principalibus et appellationibus quibuslibet, tamquam Judex super his a nobis specialiter delegatus, cognoscendi, examinandi, et diffiniendi, decreta primum, secundum et cum solemnitate legali tertium interponendi, jura declarandi, ac omnia, quæ causarum merita requirunt, exercendi et exequendi; Ita tamen, quod ab ejus, aut per eum constituti, seu constitutorum sententia, sive sententiis ad audientiam nostri culminis possit libere toties, quoties opportunum fuerit, provocari. Monetas sub vero pondere et caractere aureas et argenteas cudendi et instituendi, ferias imponendi et tollendi, jam factas semel et pluries, ac toties, quoties opportunum fuerit, et ordo dictaverit rationis, dotes et dotalitia ac donationes propter nuptias admittendi, approbandi et confirmandi, mente captis Curatores, ac Orphanis, pupillis et viduis Tutores præficiendi, devolutiones fiscales quarumcumque hæreditatum seu etiam rerum mobilium et immobilium dum jus et ratio illud exegerint, nostro Regio nomine exigendi, tenutam et possessionem pro nobis et Imperio capiendi et generaliter omnia alia et singula, quæ ad verum et legitimum Sacri Romani Imperii in supradictis Terris, Dominiis, et Civitatibus, Castris, Castellis, Oppidis, Villis, Locis et Districtibus, generalem Vicarium pertinent, ut præmittitur libere, et absque impedimento quolibet faciendi, etiamsi aliqua ex eis jure, vel consuetudine exigerent mandatum magis speciale sacro sancta ecclesiastica libertate et feudis quorumlibet Episcoporum, Prælatorum, Principum, Marchionum & Comitum in prædictis Terris, Dominiis & Civitatibus, locis & districtibus consistentium, quæ a nobis & Imperio Sacro immediate descendent, ac aliorum quorumcumque juribus semper salvis, Marchia Trevisana & signanter Verona, Vincentia & Padua cum eorum districtibus & tenutis specialiter & expresse exceptis, non obstantibus etiam aliquibus legibus constitutionibus, statutis, usibus, consvetudinibus, observantiis & aliis in contrarium datis observatis, vel aliter formam tradentibus per quas, vel quæ præmissa, vel eorum aliquod, seu aliqua dici possent invalida, vel esse annullanda. Quibus omnibus de certa nostra scientia, ac si de eis, & quolibet eorum facta esset expressa mentio & specialis quoad supra dicta omnia, aut aliquod prædictorum, de nostræ Romanæ Regiæ Potestatis plenitudine derogamus, expresse ratum & gratum habituri, ex nunc prout ex tunc, quidquid per dictum Theodorum, aut suum, vel suos Commissarios, juxta præsentem modum ordinem & formam rite ac recte actum & gestum fuerit in præmissis & quolibet præmissorum, ac si per nos, nostræque Majestatis Officium de certa nostra scientia agerentur; Mandantes igitur universis & singulis Principibus, Ecclesiasticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus & Vice-Comitibus, Baronibus, Proceribus, Nobilibus, Vicariis, Militibus Clientibus, Rectoribus, Officialibus, Castellanis, Judicibus, Advocatis, Civibus, Communitatibus & universitatibus, Civitatum, Castrorum

 rum

rum Castellorum, Oppidorum, Villarum Locorum & districtuum præfatarum Terrarum Lombardiæ, cujuscumque dignitatis, status, gradus eminentiæ, seu conditionis existant, qui sunt & pro tempore fuerunt devotis & fidelibus nostris, quatenus prædicto Theodoro ac illi, vel illis, cui seu quibus vices suas commiserit, in omnibus & singulis supradictis, ac etiam aliis pro Sacri Romani Imperii ac Reipublicæ incremento fœlici attempare, prosequi & consummare decreverit fideliter obedienter & humiliter, tanquam nobis, sine contradictione et impedimento quibuslibet, obediant, pareant effectualiter, et intendant, sicut gravem nostræ Majestatis offensam voluerint arctius evitare, præsentibus usque ad nostram aut Successorum nostrorum Romanorum Imperatorum, vel Regum revocationem, aut beneplacitum tantummodo duraturis; Harum sub nostræ Regiæ Majestatis sigillo testimonio litterarum. Dat. Heidelbergæ anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quartodecimo, vigesima die Septembris, Regnorum nostrorum Hungariæ &c. anno vigesimo octavo, Romanorum vero quinto.

X.

Sigismundi, Romanorum Imperatoris Diploma, quo Johannem Franciscum de Gonzaga Principis Marchionisque Mantuani dignitate ac titulo condecoravit, ac non solum de ditionibus ejus in Marchionatum evectis investivit, verum etiam Jus primogenituræ in familiam ejus introductum confirmavit, d. d. 6. Maii, An. 1432.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Fæliciter, Amen.

Sigismundus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex: Ad perpetuam rei memoriam, Ill. Jo. Francisco de Gonzaga, Mantuæ, ejusque Territorii, Diœcesis, & districtus, nec non, & infrascriptorum Locorum, terrarum, castrorum & pertinentiarum, Marchioni nostro, Sacrique Romani Imperii fideli Principi, gratiam Regiam, & omne bonum. Sicut summus ille Monarcha, & Imperator æternus, Dominus Jesus Christus, de Beatorum suorum magnitudine, & electorum pluralitate lætatur, ita Romani Imperatores, & Reges, Monarchæ Terrestres ab eo digna quidem æstimatione trahentes exemplum, non aliunde Cæsareum culmen augere decorum facere usi sunt, quam ceu ex cœlorum summo micantissima sidera trahentes, in terris ipsum Imperiale fastigium densis undequaque procerum stipare catervis, coruscantibusque semper magnorum heroum agminibus illustrare, Tunc Romanam Rempublicam supra universum orbem fœlicioribus auspiciis extollentes, si quod sibi concessum est capiti benevolentia, idemque sapientia membra conjungeret. Quid enim Regna, quid Barbaras nationes, quid diversa mundi climata subegisse proficeret, si deficerent vel quibus semel subdita fidentissime subderentur, vel quorum providentia sumpta frena debitum fortiter moderarentur in girum. Hi sunt enim, quibus omnis Imperialis rutilat decor, floret victoria, gloria sublimatur, hi Cæsareas laudes efferunt, sustinent arma, & quam suis texunt quotidie manibus, quam proprio rubrant roseo sanguine victoriosos divos crines premunt laurea triumphali. Sane attendentes multiplicia merita probitatis, ac præclara devotionis insignia, quibus tu, ac laudabilis mem. Progenitores tui Ingenuæ Domus de Gonzaga, prædecessores nostros divæ record. Romanorum Imperatores, & Reges, ac ipsum Sacrum Romanum Imperium dignis quidem studuistis honoribus venerari, illum etiam fervidum tuæ mentis ardorem, quo nostros, & ejusdem Imperii procurandos honores inclinaris attentius, Regiæ considerationis intuitu limpidius intuentes, Animo deliberato, sano etiam Principum, Comitum, Baronum, Procerum, & Nobilium nostrorum fidelium dilectorum, accedente consilio, Te præfatum Jo. Franciscum, cùm hæc tuæ nobilitatis origo, latitudoque tui dominii, ac ampla subjecta tuæ ditioni spatia, nec non intemerata fides tua, ac progenitorum tuorum, quo vetusto jam tempore, cum maxima fidelitatis exhibitione, Sacrum Romanum honorastis Imperium, non immerito requirebant, & requirant, hodie, in nomine Domini Salvatoris nostri, à quo omnis Principatus & honor provenire dignoscitur, illustravimus & insignivimus, in verum Principem atque Marchionem Mantuæ sublimavimus, ereximus & decoravimus, ac illustramus, insignimus, sublimamus, erigimus de Romanæ Regiæ potestatis plenitudine, ac de certa nostra scientia motuque proprio decoramus; Decernentes, & volentes expressè, quod tu, ac hæredes, & successores tui legitimi, Marchiones Mantuæ, perpetuis in antea temporibus omni dignitate, præeminentia, nobilitate, jure, potestate, libertate, honore & consuetudine gaudere, ac frui continuò debeatis, quibus alii nostri, & Sacri Romani Imperii Principes, ac nominatim Marchiones illustres freti sunt hactenus, & quotidie potiuntur. Civitatem quoque Mantuæ, ejusque territorium, diœcesim, & districtum, cum omnibus suis juribus, honoribus, jurisdictionibus, ac pertinentiis quibuscunque in inferiori Longobardia constitutam, prout hactenus per Commune Mantuæ, sive Prædecessores nostros, sive Te tentum, & possessum est, ac tenetur, & possidetur ad præsens cum infrascriptis Castris, locis, & Terris, Villis, juribus, regalibus, honoribus, juris-

jurisdictionibus, & pertinentiis quibuscunque, videlicet Castrum Sermidi cum tota curia sua, atque cum omnibus & quibuscunque suis Villis, Locis, Terris, Vallibus, pascuis, nemoribus, piscariis, Cannalibus, aquis, aquæductibus, aquarum decursibus, cum omnibus suis ultra citraque ripis, riparumque juribus, & cum toto mero & mixto Imperio, superius, & inferius usque in Buranam vivam, Item, & cum Castro Reveri, & cum sua Insula, & curia, Item, & cum castro Quistelli totaque ejus curia, & cum flumine Situlæ ab utraque ripa prout labitur, & se extendit superius & inferius per totum Territorium, Diœcesim, & Districtum Mantuæ, & per omnia alia loca tibi, tuisque prædecessoribus à nostris Prædecessoribus in Vicariatum, sive titulo alio concesso; Item, & cum Castro Suzzariæ cum tota sua curia, Item, & cum Castro Marcharegiæ cum tota sua curia, & territorio citra ultraque flumen Olii, & cum ipso flumine Olii ab utraque ipsius ripa prout labitur, & decurrit à superiori parte per totum territorium Mantuanense usque in Padum, Item, & cum toto libero flumine Padi cum omnibus suis ultra citraque ripis, Castris, Fortalitiis, atque locis, prout labitur, & decurrit à Fluminibus sive Cannalibus, sive aquis Taliatæ, Zariæ, & Olii, usque in Buranam vivam, & usque, Vesanum cum omnibus & singulis Vallibus, Paludibus, pascuis, piscinis, & piscariis ultra citraque dictum flumen Padi quantumcunque dilatentur, prout hactenus per Commune Mantuæ, sive te, sive prædecessores tuos tentæ fuerint, & possessæ, vel tenentur, & possidentur ritè ad præsens. Et generaliter cum omnibus & singulis Castris, Rochis, Fortalitiis, fluminibus, Vallibus, Villis, & Terris, juribus, regalibus, jurisdictionibus, & pertinentiis dictæ Civitatis, diœcesis, & territorii Mantuæ, dictorumque Castrorum, nominatim cum toto flumine Mincii, & suis adjacentiis ab utraque ipsius ripa, prout se extendit, & labitur à Vallegio, usque in Padum, ex certa nostra scientia, & Imperialis plenitudine potestatis in novam Marchiam, & Marchionatum erigimus, facimus, & creamus. Decernentes, & hoc nostro Imperiali, seu Romano Regio statuentes Edicto, ut de cætero dicta Civitas Mantuæ cum toto ejus territorio, diœcesi, & districtu, cum prædictis Castris, locis & Terris, eorumque omnium, & singulorum juribus, regalibus & jurisdictionibus quibuscunque, Marchia, & Marchionatus, & pro Marchia, & Marchionatu nuncupetur, vocetur, habeatur, ac ab omnibus teneatur; Tibi Illustr. Joanni Francisco, tuisque filiis, & hæredibus legitimis masculis, ac successoribus infrascripto ordine successuris, prædictam Civitatem Mantuæ, ejusque territorium, diœcesim, & districtum cum suprascriptis Terris, locis & Castris cum omnibus, & singulis dictæ Civitatis, Terrarum, Locorum, & Castrorum juribus, honoribus, jurisdictionibus, mero & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione, & coërcitione, aquis, stagnis, torrentibus, lacubus, fluminibus, & piscariis, molendinis, & juribus navigandi, silvis, nemoribus, pascuis, pratis, piscinis, theloneis, conductibus, & potestatem fabricandi monetam auream, argenteam, vel æneam, & quamcunque aliam, legalem tamen & dativam, vallibus, venationibus, & feudis, feudatariis, vassallis, vassalagiis, Baronibus, militibus, Judicibus, plebeis rusticis, agricolis, Judæis, & omnibus quæ tam de jure, quam alia quacumque speciali consuetudine, vel lege dictæ Civitatis, ac prædictorum locorum Terrarum & Castrorum latitudo concernit, in Marchionatum, & feudum honorabile, atque perpetuum Imperiali auctoritate, & de benignitate Cæsarea, animo deliberato, & ex certa scientia concedentes, & gratiosius conferentes. Decernentesque, & hoc ædictali constitutione sancientes, quod tu, ac filii & hæredes, & successores tui legitimi perpetuo Marchiones Mantuæ nominari, & appellari debeatis in antea, & tamquam cæteri Imperii Sacri Marchiones, & Principes teneri, & honorari, ac ubique locorum ab omnibus reputari, omnibusque jure, privilegio, honore, & gratia ac dignitate, & immunitate absque omni impedimento perfrui, quibus alii Sacrosancti Romani Imperii Marchiones, & Principes, in dandis, & recipiendis juribus; in conferendis, seu suscipiendis feudis, & in omnibus, & singulis aliis Illustrem Statum, & conditionem Marchionum, seu Principum concernentibus freti sunt hactenus, seu quomodolibet potiuntur. Adstringentes Te Jo. Franciscum, hæredesque legitimos, & modo infrascripto successores tuos, ut in Marchionatu vestro prædicto pacem, et justitiam omnibus, et singulis æque pauperibus, et divitibus efficaciter, et fideliter juxta posse vestrum procurare debeatis. Quodque Marchionatum Mantuæ cum omnibus suis pertinentiis, sicut superius expressatur, à Nobis, nec non Sereniss. Imperatoribus, sive Regibus, Successoribus nostris, et ab Imperio ipso Romano quoties debitum fuerit solemnitatis honore debito cum Vexillis, et Banneriis, ut moris est, solita quoque reverentia suscipere debeatis, ac Nobis, ac eisdem Nostris Successoribus in casibus præmissis sicut alii Imperiales Marchiones, et Principes præstare, et facere fidelitatis, homagii, obedientiæ, et subjectionis debitæ corporalia juramenta. Cæterum ad declarationem sæpe nominatarum supra successionum, utque de earum ordine à posteris omnis ambiguitas auferatur, & tollatur omnis materia quæstionis, confusionisque omnis possibilis dubietas extirpetur, detur autem potius clarus, & determinatus succedendi in prædicta Marchionali dignitate, ac omnibus supra concessis stylus, et ordo, hoc præsenti nostro Imperiali, sive Romano Regio Edicto supra-

in perpetuum valituro jubemus, statuimus, dicimus & sancimus, quod primo-genitus tuus, Illust. Marchio Jo. Francisce, masculus, ex legitimo & vero matrimonio natus in Marchionatu, & Marchionali dignitate, et feudo præfatis, ac cæteris omnibus, et singulis supra concessis & indultis, tibi succedat, aliisque fratribus suis, & tuis filiis legitimis præferatur. Et quod dicto primogenito tuo decedente, etiam Te vivente, filius primogenitus masculus ex legitimo matrimonio ortus dicti primogeniti præferatur patruis, & aliis quibuscunque, in successione Marchionatus præscripti feudi, & aliorum superius concessorum; quod quoad prædictam successionem in singulis primogenitis masculis, ex legitimo susceptis matrimonio, descendentium à progenitis legitimis ut supra descendentibus volumus observari. Deficientibus autem primogenitis primogenitorum descendentium ut supra à primogenitis, tunc secundo-genitus masculus ex te ex legitimo matrimonio ortus, sive ipse primogenitus ab ipso ordinate, et secundum rectam lineam masculinam descendens ut supra in dicto Marchionatu, feudo, & cæteris supra concessis successor existat: quod in cœteris ab ipso descendentibus per rectam lineam masculinam, prout de successione supra primogeniti dictum est, in omnibus observetur, illud idem intelligendo de tuis tertiò, & quarto-genitis, & sic deinceps; intelligendo tamen, quod illi primogeniti succedentes ad regimen Marchionatus præfati sunt habiles, & idonei, sani mente & ratione, alioquin repertis illis primogenitis, & his, qui ordine suprascripto successuri sunt in defectu rationis & mentis, aut aliis defectibus legitimis, & justis, successio in proximiorem post eos sanum mente, & indefectuosum, ut præmittitur ordine supradicto transferatur; Volentes, ut ejus rei, videlicet de mentis & aliis legitimis defectibus declaratio ad ipsum Marchionem, cui succedi habet, spectare debeat, ac pertinere. Ad perpetuam autem conservationem caritatis & zeli tuæ præfatæ Domus ingenuæ de Gonzaga, concedimus tibi, & impartimur, quod tu, Jo. Francisce Marchio, prælibatus valeas relinquere cuilibet ex duobus aliis tuis filiis legitimis usque ad numerum Castrorum, quatuor de Castris dicti Marchionatus, cum hoc tamen, quod prælibati duo teneantur illa recognoscere per investituram à primogenito. Et sic quilibet futurus Marchio cœteris ejus filiis de certis Castris ipsius Marchionatus, secundum videre suum, providere valeat; ita tamen, quod semper à primogenito recognoscantur ut supra: quibus quidem sic relictis, decernimus ipsos omnes, & singulos suprascriptos, & venientes ab eis esse tacitos, & contentos, ipsis super cæteris quæ hæreditatem illam contingerent perpetuum silentium imponentes. Et ne aliquibus in anteà super præmissa illustratione, erectione & sublimatione [illegible] rum, valeat aliquod dubium suboriri, Nos de abundantiori plenitudine gratiæ specialis, ad majorem tui gloriam, & honorem, & pro confirmatione hujus illustrationis tuæ, hæredum & posterorum tuorum, signum Armaturæ tibi, filiis, & filiabus, & posteris tuis legitimis ad usum armorum perpetuè tali colorum differentia distinctum, quod videlicet in ipsius Clypei campo albo crucem rubeam ab una superficie ad aliam, & in quolibet quatuor angulorum Clypei unam Aquilam nigram alis extensis, & flammeis pennis, prout hæc omnia gratiosius pictoris artificio fiunt distinctius depingenda concedimus, & largimur taliter videlicet, quod eadem insignia, ut præscribitur, gestare possitis more aliorum Sacri Imperii Principum, & ipsis uti in præliis, torneamentis, hastiludiis, & generaliter in omni exercitio militari. Gaudeas igitur favore Regio, & de tanto pietatis munere etiam tua proles exultet, & tanto fideliori studio ad honorem Sacri Imperii tua intentio solidetur, quanto ampliori de præventum conspicis munere gratiarum. Omnem verò defectum, si quis in præmissis ratione solemnitatis omissæ, dubia interpretatione sententiarum, aut verborum, seu alio quovis modo compertus fuerit. Supplentes de certa nostra scientia, & de plenitudine Romanæ Regiæ potestatis. Nostris tamen, & Imperii Sacri, ac omnium Prælatorum, & quarumcunque Ecclesiarum, aliorumque quorumlibet hominum juribus in præmissis omnibus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Illustrationis, Erectionis, insignitionis, decorationis, collationis & supplementionis paginam infringere, aut ei ausu quovis temerario contraire sub nostra & Imperii Sacri indignatione gravissima, & sub pœna mille marcarum auri puri, quas ab eo, qui contravenire præsumpserit, irremissibiliter exigi volumus, & earum medietatem nostro Regalis Cameræ Fisco, residuam verò partem injuriam passorum usibus applicari. Testes sunt Reverendissimus in Christo Pater, Do. Cardinalis Placen. nuncupatus, amicus noster carissimus, Jacobus Archiep. Ebredunens. Princeps & Consiliarius noster, & Zanonus Episcopus Baucen. ac Magnifici Brunorius de Lastala pro Nobis, & Imperio Vero[illegible]. & Vicen. Vicarius Generalis, & Comes Sancti Montis, Stephanus, Comes Seginæ & Modrussiæ, Wilelmus Comes de Montfort, ac Mattillo de Tollomitz, Comes Revin. ac alii quamplures notabiles viri, & fide digni. Præsentium sub Bulla aurea Typario Majestatis nostræ impressa testimonia literarum. Datum Parmæ, Anno Domini millesimo, quadringentesimo tricesimo secundo, die sexta mensis Maji, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ, &c. Quadragesimo sexto, Romanorum, vicesimo secundo, Bohemiæ vero duodecimo.

Ad Mandatum D. Regis

Caspar Sligk, Vice-Cancellarius, &c.

XI. *Fri-*

XI.

Friderici III. Romanorum Regis literæ, quibus Guilielmum, Montisferrati Marchionem, de regalibus ipsius feudis nexu feudali sibi, & Sacr. Rom. Imperio obstrictis, investivit, d. d. 14. Maji, An. 1464.

FRidericus, Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, ac Austriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, ac Portus Naonis, Comes in Habspurg, Tyrolis, Ferreti & in Kiburg, Marchio Burgoviæ & Lantgravius Alsatiæ &c. ad perpetuam rei memoriam: Notum facimus tenore præsentium universis. Etsi Imperialis dignitatis clementia universorum fidelium, quos Sacri Imperii latitudo complectitur, felicibus profectibus, gratiis, commodis & speratis augmentis favorabiliter dignatur intendere; ad illorum tamen profectus & commoda diligentiori studio clementius inclinari consuevit, quorum fides, bona merita, promptæque devotionis integritas, continuatis studiis, cæteros antecedunt; Sane pro parte Ill. Gulielmi, Marchionis Montisferrati, Principis & Consanguinei nostri fidelis dilecti in audientia Majestatis nostræ nobis per ejus ad hoc transmissos Oratores humiliter extitit supplicatum, quatenus cum præsens nostri culminis præsentiam, propter viarum discrimina, locorumque distantiam, prout mallet, absque sui & terrarum ejus detrimento & jactura non modica, pro suis a nobis suscipiendis regalibus et feudis adire non valeat, sibi universa et singula sua regalia, feuda et feudalia, in quibuscunque consistant locis, conferre eumque de illis gratiosius dignaremur investire; Nos igitur qui quorumlibet honesta petentium vota libenter complectimur ad causas prænarratas respectum habentes, præfato Gulielmo, Marchioni Montisferrati, Principi et Consanguineo nostro animo deliberato sano quoque nostrorum et Imperii Sacri Principum aliorumque fidelium ad id accedente Consilio, auctoritate Romana Cæsarea, et ex certa nostra scientia omnia et singula sua regalia, feuda, feudalia et temporalia a nobis et Sacro Romano Imperio quovis modo dependentia cum universis et singulis attinentiis, ac mero et mixto Imperio, etiam Jurisdictionis exercitio temporalis, nec non universis et singulis suis juribus, honoribus, consuetudinibus, observantiis et pertinentiis, quemadmodum sui Progenitores et Prædecessores Marchiones Montisferrati hactenus illa possederunt et exercuerunt contulimus atque conferimus eidemque in feudum assignavimus et assignamus, ac ipsum de præmissis etiam expresse jam dicta auctoritate et scientia signanter de terris et locis Sancti Damiani, Diani, Insule, Allræ, Rodelli, Verduni Publitiarum Guarenæ, Monticelli, Corsioni & Villæ Sancti Secundi cum suis territoriis, membris & limitibus aliisque supradictis investivimus per præsentes recepto tamen prius a Gulielmo, Marchione, Principe, Consanguineo nostro, prædicto debito atque in hujusmodi præstari solito homagii juramento, prout ipsius juramenti præstatione ejus patentibus litteris suo sigillo & manus propriæ subscriptione roboratis, nec non aliis legitimis documentis plenaria nobis & sufficiens extitit facta fides ut supra. Quod ipse Gulielmus nobis Federico, Romanorum Imperatori & Successoribus nostris, Romanorum Imperatoribus & Regibus, legitime intrantibus, fidelis & obediens erit, damnum & periculum nostrum avertet, ac bonum & honorem nostrum promovebit toto suo posse & omnia erga nos faciet, quæ fidelis Princeps & Vasallus erga Dominum suum Romanorum Imperatorem facere debitus est, & solet, consuetudine vel de jure, & omnia ea, quæ in corpore Sacrarum Legum comperiuntur, quomodolibet expressa, dolo & fraude quibuslibet semotis alienatione, sive distractione regalium feudorum & temporalium prædictorum, aut pertinentiarum ad eandem per vim forsan, dolum, metum, sive aliam sinistram machinationem aut alias quovis modo indebite exactas, aut extortas per quoscunque & præsertim per Illustrem Ludovicum, Sabaudiæ Ducem etc. nostrum et Imperii Sacri Principem fidelem dilectum, ipsius Progenitores & Prædecessores quosvis, ut accepimus, obtentas & factas eas omnes, & singulas, non ad alicujus pro hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed motu proprio dictisque auctoritate, scientia & plenitudine potestatis cassamus, irritamus & annullamus, nullasque & inanes ac nullius existere roboris, vel momenti decernimus, cæterisque in contrarium factis habitis, & obtentis, commissis & omissis non obstantibus quibuscunque, nostris tamen & Imperii Sacri juribus in præmissis & circa ea penitus & omnino salvis. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc nostræ collationis assignationis investituræ cassationis, irritationis & decreti paginam infringere seu ei ausu quovis modo contraire; Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem nostram & Imperii Sacri gravissimam nec non pœnam amissionis centum marcarum auri puri, pro una nostro fisco, seu ærario, pro alia vero medietatibus prædicto Gulielmo Marchioni, Principi & Consanguineo nostro toties, quoties præmissis contrafactum fuerit, irremissibiliter applicari se noverit incursurum. Præsentium sub nostræ Imperialis Majestatis Sigilli appensione, testimonio litterarum.

Datum in Norica Civitate, decima quarta die mensis Maji, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Regnorum nostrorum Romanorum vicesimo quinto, Imperii tertio decimo, Ungariæ vero sexto. Ad mandatum Domini Imperatoris in Consilio.

XII.

Friderici III. Romanorum Regis omnium & singulorum Privilegiorum à Rom. Imperatoribus, Montisferrati Marchionibus indultorum, ad instantiam Guilielmi, Marchionis Montisferrati concessa Confirmatio, d. d. 14. Maji An. 1464.

FRidericus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ etc. Rex, ac Austriæ, Styriæ, Carintiæ et Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Schlavoniæ ac Portus Naonis, Comes in Habspurg, Tyrolis, Ferreti et Kiburg, Marchio Burgoviæ, Lantgravius Alsatiæ. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus tenore præsentium universis. Etsi Augustalis præheminentia dignitatis, ad omnes Sacri Imperii subjectos brachium suæ defensionis teneatur extendere, & veluti tutamen Jurium & libertatum Imperialium, illi sua favere decet gratia singulari; Nihilominus tamen eis uberioris suæ gratiæ favores porrigere consvevit, qui gratis obsequiis ac inconcussa constantia ipsum Imperium frequentius studuere venerari; sane nuper pro parte Illust. Gulielmi, Marchionis Montisferrati, nostri & dicti Imperii Principis & Consangvinei fidelis Dilecti Majestati nostræ expositum extitit, quod ipse Princeps, atque Consangvineus noster & sui Prædecessores variis juribus, privilegiis gratiis indultis litteris, dignitatibus libertatibus, immunitatibus, officiisque per divos Romanorum Reges & Imperatores, & signanter Carolum quartum Imperatorem, Venceslaum & Sigismundum Romanorum Reges, in præfato Imperio Prædecessores muniti essent atque insuper humiliter supplicatum, quatenus jura, privilegia, gratias, indulta, litteras dignitates, libertates, immunitates officiaque ipsis, ut præfertur, concessa & concessas, factaque & factas pro illorum, sive illarum substantia, firmiori auctoritate nostra Cæsarea confirmare, approbare, illisque Imperialis nostri muniminis robur adjicere dignaremur gratiose. Nos igitur petitioni hujusmodi ex innata nobis clementia favorabiliter annuentes omnia & singula privilegia, jura indulta & officia, per divos Romanorum Imperatores & Reges, & signanter Carolum quartum Imperatorem, Wenceslaum & Sigismundum, Reges Romanorum, in dicto Imperio Prædecessores prædictos, universasque gratias, libertates & immunitates a prædictis ac aliis quibusvis Romanorum Imperatoribus ac Regibus, Prædecessoribus nostris, & nobis præfato Gulielmo Principi & Consangvineo nostro ejusque Progenitoribus & Prædecessoribus in Marchionatu Montisferrati facta & factas concessaque & concessas, prout rite obtenta sunt & concessæ, in omnibus & singulis suis punctis, claususlis & articulis, veluti scripta ac scriptæ sunt, ac si tenores omnium præsentibus specifice forent inserti, etiamsi de eis jure vel consvetudine mentio fieri deberet specialis, de procerum nostrorum Consilio & assensu, matura deliberatione præhabita, auctoritate Romana Cæsarea & ex certa scientia atque Imperialis Potestatis nostræ plenitudine approbamus, ratificamus, innovamus, confirmamus, atque, prout opus fuerit, de novo concedimus, omnem defectum, si quis forsan ob non servatam debitam, in hujusmodi solennitatem, aut verborum obscuritate intervenerit, de jam dictis auctoritate, scientia & potestate supplentes, decernentes insuper & hoc Cæsareo nostro statuentes edicto jura, privilegia, indulta, officia, litteras, dignitates, libertates, immunitates prædicta & prædictas, perpetuis futuris temporibus inviolabilis roboris tenere, & observare debere firmitatem; Mandamus igitur auctoritate & potestate prædictis universis & singulis personis cujuscunque status, gradus, ordinis, aut conditionis existant, sub centum librarum auri puri mulcta pro una Imperialis Fisci nostri ærario, pro alia vero medietatibus prædicto Gulielmo Principi & Consangvineo nostro, aut ejus hæredibus applicanda, ne eundem Gulielmum Marchionem ejusque Hæredes de et super prædictis juribus, privilegiis, gratiis, indultis, litteris, Dignitatibus, Libertatibus, immunitatibus, sive officiis, sicut præmittitur, per nos confirmatis, ullo unquam tempore in judicio aut extra inquietare, aut alias quomodolibet perturbare præsumant, seu inquietantibus aut perturbantibus inquietare quoque et perturbare volentibus per se, vel alium, directe vel indirecte, quovis quæsito ingenio, vel colore auxilium, vel favorem impendant. Nos enim ex nunc dictæ Imperialis potestatis plenitudine omne illud, quod hactenus contra præmissa per quempiam cujuscunque status, gradus, seu conditionis, etiam Ducalis eminentiæ forsan factum existit, aut in futurum fieri contigerit, ex nunc prout ex tunc, irritum decernimus, cassum et inane, nulliusque esse roboris, vel momenti, præsentium sub nostræ Majestatis Sigilli Imperialis testimonio litterarum. Dat. in Nova Civitate, die decima quarta mensis Maji, anno Domini millesimo, quadringentesimo Sexagesimo quarto. Regnorum nostrorum Romani vigesimo quinto, Imperii decimo tertio, Ungariæ vero decimo sexto. Ad mandatum Domini Imperatoris in Consilio.

XIII.

Friderici III. Roman. Imperator. literæ, quibus Ludovicum II. de Gonzaga, Mantuæ Marchionem, de feudis suis à Sacro Rom. Imperio dependentibus, inque Episcopatu Brixiensi sitis, investivit, d.d. 8. Octobr. An. 1466.

FRedericus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, ac Austriæ, Styriæ, Carinthiæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavonicæ ac Portus Naonis, Comes in Habspurg, Tirolis, Ferretis & in Kyburg, Marchio Burgoviæ, Landgravius Alsatiæ &c. Illustri Ludovico de Gonzaga, Marchioni Mantuæ, Principi consanguineo nostro Charissimo, filio quondam Illustris Joannis Francisci Marchionis Mantuæ, nostro & Imperii Sacri fideli dilecto gratiam Nostram Cæsaream & omne bonum.

Illustris Princeps, consanguinee, fidelis dilecte, ingens devotionis affectus & syncere fidelitatis Zelus, quem tu ac progenitores tui ad Nos & Sacrum Romanum Imperium semper habuistis, nos inducunt, ut tibi in his, quæ tui honoris, ac status incrementum respiciunt, propensiores simus, & ad ea tibi concedenda gratiosius invitemus, sane pro parte tua nobis per spectabilem nostrum & Imperii Sacri fidelem dilectum Anselmum de Folenghis, Legum Doctorem & Comitem, Nuntium & Procuratorem tuum supplex exhibita petitio continebat, quatenus te & heredes tuos de infra scriptis Terris, Castris, Oppidis, Rochis, Fortaliciis & Locis, videlicet Castro Canedi cum Rocha & cum ponte super flumen olei: Nec non Revelino, seu Fortalitio ultra dictum flumen olei, versus Territorium Cremonense, cum omnibus villis & subjectis, videlicet Bozulano, Aqua nigra, Baveraria, Alosio Casalromano, Fontanella, Volungo cum fortalitio & Caregetta: Item Castro Sostiani, item Castro Giuffredi, item Castro Moducæ, cum Villis subjectis, videlicet Berbesi, Borehariæ, & Tuidervoli, item Castro Castioni à Stiveriis cum Rocha & cum Villa Sulpherini, Item Castro Rodoldeshi cum Montecuculo, Sancto Firmo & Sancto Salvatore, Item Castro Marianæ, Item Castro Asulæ cum Rocha, Casaloldo, & suo Fortalitio Romedello superiore et inferiore et Mariana versus aquam nigram. Item Castro Jonati cum sua Rocha et universaliter cum omnibus Rochis et Fortaliciis, Villis, Territorii Brixiensis, cum suis curtis, pertinentiis et jurisdictionibus, quæ quondam tui antecessores tenuerunt, et possederunt, et tu modo tenes et possides, de Romanæ Imperialis potestatis authoritate nostra investire, et ea tibi prædictisque heredibus tuis in beneficium et feudum de novo concedere gratiose dignaremur. Cum ea per mortem quondam Alexandri de Gonzaga, Marchionis Mantuæ, fratris tui germani, qui sine legitimis hæredibus et intestatus decessit, ad te hereditario jure essent devoluta. Nos itaque ad præmissa tua, ac tuorum progenitorum merita, & præsertim ad synceram atque illibatam fidelitatem, quam erga nos, & Imperium Sacrum hucusque constanter & inviolabiliter observastis, dignam considerationem habentes, sano ad hoc venerabilium & illustrium Principum, Prælatorum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum & aliorum Procerum, & nobilium Sacri Romani Imperii fidelium dilectorum nostrorum, accedente consilio, tibi & hæredibus tuis masculis, ex te legitime descendentibus, prædictas terras, Castra, oppida, Rochas & fortalitia sicut præmittitur, per quondam Prædecessores tuos, & præcipue per Alexandrum memoratum fratrem tuum germanum in Territorio Brixiensi habita & possessa una cum universis & singulis eorum & cujuslibet eorum, Villis, curtis, Colonis & pertinentiis, nec non cum omnibus honoribus, Jurisdictionibus, redditibus & introitibus ibidem tempore prædictorum patris & & fratris tuorum, per te quomodolibet repertis, videlicet Datiis, Teloniis, Vectigalibus, Guidagiis, Salinariis, transversiis, Imbotatibus, limitationibus, condemnationibus, omnibus etiam confiscationibus bonorum & aliis quibuscunque pontibus, portubus, passibus, aquis & Fluminibus publicis vel privatis, rivis, rugeriis, Avastariis, poleriis, molendinis, piscariis, albergariis, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, venationibus, territoriis, & confinibus, nec non mero & mixto Imperio & omnimoda Jurisdictione, Dominio & gladii potestate, & quibusvis aliis regalibus, ad nos & Sacrum Romanum Imperium spectantibus, authoritate Cæsarea de certa scientia, atque plenitudine potestatis, damus & concedimus ea tibi & prædictis hæredibus tuis in feudum & beneficium Nobile, liberum, francum & antiquum conferendo in prædictum Anselmum, Nuncium & Procuratorem tuum ad hoc legitimo & sufficienti mandato suffultum parte ac tuo nomine humilibus petentem & acceptantem præfata authoritate solenniter investientes, accepto & præstito nobis ab eo in animam tuam fidelitatis, homagii & subjectionis Juramento. Volentes, & hoc Imperiali edicto statuentes, quod tu, & prædicti hæredes tui memoratas terras, castra, oppida, Rochas, fortalitia & loca, ex nunc in antea à Nobis & Successoribus Nostris Romanorum Regibus & Imperatoribus, ac ipso Romano Imperio immediate tenere & recognoscere debeatis, quemadmodum alii nobiles feudatarii & Vasallii Imperii in partibus Lombardiæ sua feuda à Nobis & Sacro Imperio tenent atque recognoscunt quodque in iisdem terris, Ca-

ftris, Villis & eorum Territoriis plenam, liberam & omnimodam poteftatem & jurisdictionem gerere, facere & exercere, omniaque & fingula onera, tam realia quam perfonalia, & mixta ibi imponere, exigere, levare poffitis, quam & quæ alii Sacrii Imperii Feudatarii & Vafalli in iftis partibus in terris & feudis fibi fubjectis gerere, facere & exercere, imponereque exigere, levareque confueverunt, & fecundum quod noftra & veftra, nec non Sacri Imperii, dictarumque Terrarum & Locorum, commoda utilitate ac confervatione videritis expedire. Adjicientes expreffe, quod fi forfan aliqua præfatorum Jurium, utpote datiorum, Vectigalium, pedagiorum, Imbobatuum, molendinorum, portuum & aliorum hactenus per te, vel Prædeceffores tuos præfatum Alexandrum fratrem tuum neglecta vel etiam alia præterquam Imperiali authoritate vel confenfu indebite & irrationabiliter remiffa, feu condonata forent, quod tu & præfati hæredes tui illa noftra & Sacri Imperii auctoritate revocare & recuperare, & ad eum ftatum reducere poffitis, quem major pars Territorii Brixienfis facit & obfervat, quacunque remiffione, pacto, conventione, aut temporis curfu non obftante, quocirca univerfis & fingulis dictarum Terrarum, Caftrorum, Villarum & Locorum fubditis, civibus, incolis, inhabitatoribus, penfionariis, cenfuariis, colonis, rufticis, agricolis & aliis quibufcunque diftricte præcipiendo mandamus, quatenus tibi & prædictis hæredibus tuis, ut præmittitur, à nobis inveftitis, ex nunc in antea tanquam eorum legitimis & naturalibus Dominis in omnibus & fingulis præmiffis pareant & obediant, reverenter exhibeantque in cunctis debitam fidelitatis reverentiam, obedientiam pariter & honorem. Noftra tamen & Imperii Sacri Superioritate, authoritate, Jure, proprietate, ac debita recognitione & quibuscunque Juribus femper falvis. Infuper univerfis & fingulis Principibus Ecclefiafticis, fecularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Vicariis, Poteftatibus, Capitaneis, Commiffariis & locumtenentibus, nec non terrarum, Civitatum, & locorum Communitatibus, Gubernatoribus & Rectoribus earum, tenore præfentium committimus & mandamus, quatenus te & hæredes tuos præfatos, memoratis terris, Caftris, Oppidis, Rochis, Fortalitiis, Villis, Juribus, & Jurisdictionibus, Datiis, teloniis, Vectigalibus, & cæteris omnibus fupradictis tanquam à Nobis inveftitum, & inveftitis, uti, frui, & gaudere patiantur, nec in aliquo moleftent, aut perturbent, aut aliis quibufcumque finant, & permittant, quovis modo moleftari. Volumus etiam ac tenore præfentium de prædicta Imperiali poteftate declaramus, quod fi de Civitate Brixienfi contigerit aliquam perfonam, five communitatem per Nos, aut Succeffores noftros, Romanorum Reges aut Imperatores inveftiri, aut eifdem in Vicariatu dari, feu & aliis datum fuiffet, cui in hac parte derogamus, & ex nunc etiam volumus derogatum, quod in hujufmodi Inveftitura, aut Vicariatu non intendimus, neque volumus, prædictas Terras, Caftra, Oppida, Rochos, & fortalitia aliqualiter comprehendi. Præfentium fub noftræ Imperialis Majeftatis Sigilli appenfione literarum munitarum. Datum in nova Civitate octava die menfis Octobris Anno Domini millefimo fexagefimo fexto. Regnorum noftrorum Romani vigefimo octavo, Imperii decimo fexto, Hungariæ vero nono. Ad Mandatum Domini Imperatoris in Confilio.

XIV.

Friderici III. Rom. Imperatoris Literæ, quibus Guilielmum, Montisferrati Marchionem, de locis in ipfis literis nominatis infeudavit, eique privilegia, à Romanorum Imperatoribus conceffa, confirmavit, d. d. Kal. Februar. An. 1469.

FRidericus, Divina favente clementia Romanorum Imperator femper Auguftus, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ Rex, ac Auftriæ, Stiriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavoniæ ac portus Naonis Comes in Abfpurg Tirolis, Ferreti & in Kiburg, Marchio Burgoviæ & Lantgravius Alfatiæ, ad perpetuam rei memoriam, Imperatoriæ Majeftatis gloria ejusque virtutis munificentia tanto amplioribus laudibus decoratur, tantoque latioribus honorum titulis adornatur, quanto gratiofius benigniora munera fuderit in fubjectos & licet innata nobis clementia generaliter erga quoslibet noftros & Sacri Imperii fideles & bene meritos liberalis exiftat, ad illos tamen munificentiæ dextram liberalius dignatur extendere, quos pro ejusdem Imperii honoribus, commodis & profectibus fama celebris diutius illuftravit & ferventibus ftudiis teftatur infudaffe. Sane pro parte Ill. Principis Gulielmi, Marchionis Montisferrati fidelis & Confangvinei noftri dilecti in audientia Majeftatis noftræ, per ejus ad hoc tranfmiffos Oratores, humiliter extitit fupplicatum, quatenus cum ad præfens, prout oportet, noftri culminis præfentiam propter Viarum difcrimina, locorum diftantiam abfque ftatus detrimento & jactura non modica pro quibufdam fuis à nobis fufcipiendis & recognofcendis feudis adire non valeat fibi univerfa illa & fingula feuda & feudalia, in quibuscunque confiftant locis, quæ ad ejus Marchionatum & Dominium jufte & debite fpectarunt & pertinuerunt & de præfenti fpectant & pertinent & per ipfum Ill. Mar-

Marchionem rite tenentur & possidentur, dignaremur gratiosius investire & in feudum nobile antiquum, paternum & avitum conferre. Nos igitur qui quorumlibet honesta petentium vota libenter complectimur, ad causas prænarratas respectum habentes, prædicto Ill. Gulielmo, Montisferrati Principi & Consangvineo nostro dilecto, animo deliberato, sano quoque nostrorum & Imperii Sacri Principum aliorumque fidelium ad id accedente Consilio, auctoritate Romana Cæsarea & ex certa nostra scientia omnia & singula illa, supradicta feuda & feudalia à nobis & Sacro Romano Imperio quovis modo dependentia, cum universis & singulis attinentiis a mero & mixto Imperio etiam jurisdictionis exercitio temporalis nec non universis suis juribus, honoribus, consuetudinibus, observantiis & pertinentiis, quemadmodum sui Illust. Prædecessores Montisferrati hactenus illa possederunt & exercuerunt, ac ipse Ill. Marchio nunc possidet & exercet contulimus & conferimus, eidemque in feudum nobile, antiquum, paternum & avitum assignavimus & assignamus, ac ipsum de præmissis expresse jam dictis auctoritate & scientia investivimus, ac signanter & specifice locis & terris infrascriptis Cremolino, Marbello, Cassinellis, Mollaris, Miolia, Spigno, Cigliano, cum Rocca Balzola, Villa nova, Valmarcha, Carpanetto prope Blanzate, Azelio, cum suis omnibus territoriis atque limitibus. Item & signanter de locis & castris comprehensis in privilegio & investitura Divi quondam Romani Imperatoris Caroli quarti, sub quadam generali clausula, qua dicitur: Item omnes illas Cohortes in desertis locis consistentes a Flumine Tunagri usque ad flumen Burmidæ, & ad litus Maris, quas Cohortes, loca & Castra designamus & declaramus esse infrascripta: videlicet Altare, Millesimum, Degum, Charchare Crucessera, Calizanum, Marsasesium, Perasschum, Grognardum, & generaliter de omnibus aliis & singulis, quæ mediate vel immediate tenuerunt, possederunt Illust. Marchiones Montisferrati, ac ipse Illust. Gulielmus Marchio modernus, Consangvineus noster dilectus, tenet & possidet cum suis territoriis, membris limitibus aliisque supradictis utpote jure debito ad ipsum Marchionatum spectantibus & pertinentibus tam in langhis, quam in partibus circumstantibus recepto tamen prius a præfato Ill. Gulielmo Marchione, Principe & Consangvineo nostro dilecto, debito atque in hujusmodi præstari solito homagii juramento a prædictis suis Oratoribus & Nuntiis, habentibus ad id speciale & specificum mandatum patentibus legitimis documentis de quibus plenaria & sufficiens extitit nobis facta fides, videlicet, quod ipse Ill. Marchio nobis Friderico, Romanorum Imperatori & successoribus nostris, Romanorum Imperatoribus & Regibus, legitime intrantibus, fidelis & obbediens erit, damnum & periculum nostrum avertet, ac bonum & honorem nostrum promovebit toto suo posse ac omnia erga nos faciet, quæ fidelis Princeps & Vasallus erga Dominum suum Romanorum Imperatorem facere tenetur & solet, de consvetudine vel de jure, & omnia ea, quæ in corpore sacrarum legum comperiuntur quomodolibet expressa, dolo & fraude quibuslibet semotis, nostri tamen & Sacri Imperii juribus & quorumcunque aliorum, in præmissis & circa ea, penitus & omnibus salvis. Præterea cum Imperiali munificentia ita fidelibus suis gratias erogare consveverit, ut quod uni, vel pluribus Imperiali largitate donatum fuerit, nulla ratione juribus privilegiis aut impetratis gratiis aliorum præjudicet tibi prædicti Illustri Gulielmo, Marchioni Montisferrati, Consangvineo nostro dilecto, qui aliquibus tibi rationibus suggerentibus timere, aut dubitare debes, ne adversum te jura, privilegia, libertates & gratias quibus principatus tuus a Divina Majestate Sacratissimorum Cæsarum ab antiquo insignitus extitit & quibus caræ memoriæ Ill. Progenitores tui freti sunt hactenus, & tu, auctore Domino, in antea felicius perfrueris, aliqua forsan per quoscumque, aut importunitate petentium, aut errore vel ignorantia impetrata sunt hactenus, aut in futurum, non absque tuo hæredum & successorum tuorum, Marchionum Montisferrati & ejusdem Marchionatus & Principatus præjudicio impetrari valerent. Nos intentione tua inspecta diligentius & in examen providæ discussionis adjecta, animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum & Procerum Sacri Imp. & nostrorum fidelium accedente Consilio, ex certa nostra scientia & de Imperialis Potestatis plenitudine, per te Hæredibus & Successoribus tuis, Marchioninibus Montisferrati & eidem Marchionatui & Principatui in perpetuum omnia jura, privilegia, litteras, immunitates & gratias in omnibus suis sententiis, punctis, clausulis & tenoribus, de verbo ad verbum, prout ab Imperiali Majestate & Sacro Romano Imperio obtenta & obtentæ sunt, & sicut in talium possessione legitima tempore transacto fuisti & adhuc fore dignosceris & prout usu sunt utentium approbata, nunc de novo concedimus, approbamus, ratificamus & Imperialis largitatis munificentia confirmamus; Decernentes & hoc perpetuo Imperiali statuentes edicto, quod omnia & singula privilegia & literæ, quæ quibuscunque, cujuscunque præeminentiæ, status, gradus, seu conditionis existerent, à Celsitudine nostra adversum jura, privilegia, libertates, immunitates & gratias tibi, Hæredibus ac Successoribus tuis concessa, vel concessæ, impetrata seu impetratæ fuissent, seu in futurum impetrari contingeret, sub quacunque forma verborum, irrita & inania, seu invalida, irritæ, inanes & invalidæ sint & esse debeant, & nullius penitus roboris, vel momenti. Nam eisdem privilegiis & litteris in omni-

omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis & clausulis de verbo ad verbum, prout scriptæ videri, aut inveniri possint, ac si præsentibus ad plenum inserta & insertæ existerent, etiamsi de eis in præsentibus jure vel consvetudine deberet fieri mentio specialis si & in quantum antedictis suis Marchionatus & Principatus Montisferrati juribus, privilegiis, litteris, immunitatibus, libertatibus, gratiis & observantiis usu approbatis utentium, in toto, vel in aliqua sui parte nocere & adversari, aut in aliquo præjudicium afferre censerentur; De Imperialis Potestatis plenitudine, ac ex certa nostra scientia, derogamus & derogatum esse volumus præsentium per tenorem: Te ipsum Illust. Gulielmum, Marchionem, Consangvineum nostrum, hæredes & successores tuos in dicto Marchionatu, terras, Dominia, Fortalitia & bona tua singula in nostram & Imperii sacri protectionem, tuitionem & defensionem gratanter & singulariter assumentes, ut eisdem nostris & Imperii sacri protectione, tuitione & defensione potiaris & gaudeas, quibus alii Sacri Romani Imperii Principes gaudent & quotidie potiuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ collationis, assignationis, investituræ, derogationis, tuitionis, protectionis & decreti paginam infringere, seu ei temerario ausu, quovis modo contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem nostram & Imperii Sacri gravissimam, nec non pœnam amissionis centum marcharum auri puri, pro una nostri Fisci ærario, pro alia vero medietatibus prædicto Ill. Gulielmo Marchioni, Principi Consangvineo nostro toties, quoties præmissis contrafactum fuerit, irremissibiliter applicandam se noverit incursurum, præsentium sub nostræ Imperialis Majestatis Sigillo appensione testimonio literarum. Datum Ferrariæ Kal. Febr. anno Domini millesimo quatringentesimo, Sexagesimo nono, Regnorum nostrorum Romani vigesimo nono, Imperii decimo septimo, Hungariæ vero decimo, ad mandatum Domini Imperatoris, Joannes Episcopus Laventinus.

XV.

Transactio inter Marchionem Fridericum de Gonzaga, primogenitum, ejusque fratres Franciscum, Joannem Franciscum, Rudolphum & Ludovicum postgenitos, Marchiones de Gonzaga, de parentis eorum hæreditate, mutuaque successione facta, d. d. 3. Februar. An. 1479.

1. IN Christi Nomine Amen. Anno à Nativitate Ejusdem millesimo, quadringentesimo Septuagesimo nono, Pontificatus Sanctissimi D. D. Papæ Sixti quarti & Imperii divi Federici, Sacratiss. Augusti & Imperatoris temporis, indictione duodecimâ, die Mercurii, tertio Mensis Februarii, in Camera cubiculari Illustrissimæ D. D. Barbaræ, Marchionissæ Mantuæ in Contratâ Aquilæ, præsentibus Reverendissimo & Excellentissimo Jur. utr. Doct. D. Benedicto, filio quondam Excellentissimi Jur. utr. Doct. D. Mastini de Mastinis de Calio, Ecclesiæ Cathedralis Mantuæ Archidiacono, ac Mᵒ. & Clarissimo Jur. utr. Doct. D. Domino filio Excellentissimi & Cl. Doct. D. Jacobi de Puellis de Parma, ambobus Consiliariis, & de Consilio prædicti Illustrissimi Domini Marchionis, Magnifico ac Clarissimo Jur. utr. Doct. Domino Beltramino, filio Domini Pantaleonis de Cusatris de Crema ejusdem Illustrissimi Domini Marchionis Auditore, Magnif. Viro Eusebio filio - - - - - - de Malatestis ejusdem Domini Consocio ac Sp. Viris Marsilio, filio Domini Jacobi de Andreasiis ejusdem Domini Secretario, ac Aloysio, filio Domini Joannis Donati de Pretis, prædictæ Illustrissimæ Dominæ Barbaræ Secretario, omnibus Civibus & habitatoribus Mantuæ, testibusque notis & idoneis ad infrascripta omnia vocatis & specialiter rogatis, ex quibus quidem testibus idem Reverend. D. Benedictus ad delationem mei Notarii infrascripti corporaliter manu propriâ tactis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia juravit se bene cognoscere suprascriptos omnes secum testes & infrascriptos contrahentes, & de ipsis omnibus & singulis plenam habere notitiam & cognitionem.

2. Cum post mortem divæ memoriæ Illustrissimi Principis & Sereniss. D. D. Ludovici de Gonzaga, Marchionis Mantuæ, Illustriss. ejus primogenitus Dominus Federicus nunc Marchio Mantuæ, qui in Dominio & Marchionatu Mantuæ ratione primogenituræ ex commissione & investiturâ de dicta Civitate & ejus Marchionatu à Serenissimo Domino Imperatore facta, legitime successit, nec non Reverendissimus Dominus Franciscus Sanctæ Mariæ novæ pro Sacrosancta Romana Ecclesia divina miseratione, Diaconus Cardinalis, Illustrissimus Dominus Joannes Franciscus, Illustrissimus Dominus Rudolphus & Illustrissimus Dominus Ludovicus, Sedis Apostolicæ prothonotarius, dicti Illustrissimi Domini Ludovici filii & hæredes legitimi, unà cum ipso Illustriss. Domino Federico, fratre suo, in aliis bonis & hæreditate dicti eorum patris præter quam in dicto Marchionatu, ut supra dictum est, ad quasdam super certis pronunciationibus, cessionibus, transactionibus, Renunciis, remissionibus & refectionibus, compositiones, conventiones & concordias per sese & eorum Procuratores & Mandatarios ad id specialiter deputatos devenerunt, ut latius constat Instrumentis publicis superinde confectis, & rogatis me Notarium infrascriptum Mantuæ, Annis, Mensibus et diebus in eis contentis et inferius

ferius annotatis, & ut in futurum dictæ Compositiones, Conventiones & Concordiæ firmius & validius cum efficaci & perpetua ipsorum omnium pace & unione perseveret, & ne ullo unquam tempore aliqua super ipsis dubitatio exoriri possit inter ipsas partes, attendentes nihil dignius atque laudabilius comperiri posse, quam eorum optimam voluntatem & omnimodam puram, meram, liberam & sinceram concordiam conservare.

3. Primo, & ante omnia, motu eorum proprio & animo deliberato, prædictas Compositiones & Concordiam confirmantes, ratificantes, approbantes & emologantes ad infrascriptas Conventiones & Concordiam cum infrascriptis declarationibus, limitationibus, reservationibus et repetitionibus et dictarum repetitionum replicationibus, præmissa semper protestatione, et tam in principio, quam in medio, et fine hujus Contractus repetita, quod per ea, quæ in præsenti Instrumento continentur, non intelligatur ad aliquam dationem et traditionem infrascriptorum Castrorum locorum, jurium et possessionum, quomodocunque deventum esse, nec eorum traditionem factam fuisse, nisi authoritas imperialis et aliorum, ad quos spectat in omnibus subannotatis, in quibus intervenire debet, interveniat, in præsentia prædictæ Illustrissimæ Dominæ Barbaræ, eorum Matris devenerunt videlicet; Cum prædicti Reverendissimus D. Franciscus Cardinalis & Ill. D. Joannes Franciscus per sese & hæredes & Successores suos uti tanquam filii & hæredes prædicti Illustrissimi quondam Domini Ludovici, ut supra, habeant, teneant & possideant, vigore dictarum Conventionum, Compositionum & Concordiarum, infrascripta Castra, & bona cum mero & mixto Imperio ac omnimoda jurisdictione, & cum omnibus suis juribus & pertinentiis & cum reservationibus superinde factis, videlicet Castrorum, terrarum Sti. Martini ab Aggere & in territorio Cremonensi, terras & loca Gozoli, Tirari & Belfortis in dicto territorio, cum introitu portus, per quem fit transitus ad dictam terram Gazoli, terras & loca Comessadi in eodem territorio cum ejus Canali, sive flumine; item Castrum & terram Rotingii in territorio Mantuano cum possessione veteri, ibi posita & cum jure irrigandi dictam possessionem ex aqua Serriolæ inde discurrentis, & cum ista additione, dictis Conventionibus nunc facta, quod præfatus Illustrissimus Federicus & ejus hæredes & Successores ob juris & proprietatis dictæ aquæ Serriolæ reservationem, non possint, nec debeant construere, nec construi facere nec consentire aliquod Molendinum, nec aliquid aliud in dicta Serriola in- & super territorio Rotingi, nec quantum ipsa Serriola per dictum territorium Rotingi discurrit, nec aliter ipsam Serriolam ejusque aquam impedire nec impediri permittere, nec etiam in dicto territorio aliis concedere usum dictæ aquæ.

4. Item et possessionem Villimpentæ in territorio Veronensi cum hac additione dictis Conventionibus nunc facta videlicet, quod si quo casu dicta possessio, aut aliquæ ejus terræ devolverint ob investituras debitis temporibus non petitas, aut proprium Canonem non solutum, sine alia ratione, vel causâ, culpâ, vel defectu prædicti Illustrissimi Domini Federici Marchionis, sive Hæredum & Successorum ejus, aut alias prædicti Reverendissimus Dominus Franciscus Cardinalis, & Illustrissimus Dominus Joannes Franciscus, sive eorum Hæredes & Successores culpa & defectu, quibus supra dicta possessione, vel aliquibus illius terris uti & frui non possint, idem Illustrissimus Dominus Federicus, sive ejus Hæredes & Successores prædictis, Reverendissimo Domino Francisco Cardinali & Illustrissimo Domino Joanni Francisco, sive eorum Hæredibus, aut Successoribus, & obligati sint dare & assignare alias possessiones, seu terras, tam in pretio quam in redditu æquivalentes in toto, vel pro ea parte, quæ devolveretur, ut præmittitur.

5. Item & cum additione etiam dictis Conventionibus facta, quod Causa de damnis datis in dicta possessione tantum sint & esse debeant præfatorum Reverendissimi Domini Francisci Cardinalis & Illustrissimi Domini Joannis Francisci & Hæredum & Successorum suorum, prædictaque omnia & singula habeant, teneant & possideant, cum eisdem, modo & forma, cum additionibus præmissis, prout in Instrumentis superinde confectis & per me Notarium infrascriptum die ultima mensis Julii Anni proxime præteriti rogatis continetur.

6. Item & ultra prædicta habeant, teneant, & possideant omnia Castra, fortalitia, loca & jura, cum mero & mixto imperio & omnimoda jurisdictione, & aliis eorum jurisdictionibus & pertinentiis, quæ prædictus Illustr. quondam Genitor eorum, tempore ejus vitæ habebat, tenebat & possidebat, & usque ad ejus mortem habuit, tenuit & possedit in territorio Cremonensi, excepto Castro & terra Vitellianæ, quod & quam præfatus Illustriss. Dominus Federicus Marchio habet, tenet et possidet unà cum Domo Antonelli del Ceruto et aliis sibi Illustr. Domino Federico per eundem Antonellum donatis, exceptis tamen possessione Villianæ & possessione Caballariæ, cum pactis Casenlengoli, sive Belleguardiæ, pro prædictis Reverendissimo Domino Francisco & Illustrissimo Domino Francisco reservatis, & prout in dictis Instrumentis per me rogatis continetur.

7. Item præfatus Illustriss. Dominus Joannes Franciscus habeat, teneat & possideat palatium, quod aliàs fuit bonæ memoriæ Illustrissimi quondam Domini Alexandri de Gonzaga constitutum in Civitate Mantuæ, in Contrata Aquilæ juxta suos Confines, quod præfatus Illustrissimus Dominus Federicus Marchio, eidem Domino Joanni Francisco donavit,

navit, & pleno jure assignavit, & de præsenti donat & pleno jure assignat & dimittit, eo, quia idem Illustriss. Dominus Joannes Franciscus libere renunciavit, dedit & relaxavit, ac de præsenti renunciat, dat, & relaxat prædicto Illustrissimo Domino Federico domum, quam ipse Illustriss. Dominus Joannes Franciscus habebat, tenebat & possidebat in dicta Civitate Mantuæ in Contrata Serpe juxta suos confines.

8. Item quod prænominatus Illustriss. Dominus Rudolphus & Reverendissimus Dominus Ludovicus, Prothonotarius per sese & hæredes & Successores suos uti & tanquam filii & hæredes prædicti Illustrissimi Domini Ludovici eorum patris, ut supra, vigore dictarum Conventionum, Compositionum & Concordiarum habeant, teneant & possideant, Castrum Luzzariæ & possessionem cum mero & & mixto imperio, ac omnimoda jurisdictione & cum aliis suis eorumque juribus & pertinentiis Marmiroli, in territorio Mantuano, cum reservationibus superinde factis, & una cum palatio in dicta terra Marmiroli constructo, quantum sit pro juribus, quæ in illo prædictus Illustr. Dominus Federicus habebat & habet, & hæc omnia habeant, teneant & possideant eisdem modo & forma, prout in Instrumento superinde confecto, & per Joannem Franciscum de Licurcho Notarium Mantuæ die 28. Mensis Junii, anni proxime decursi rogato continetur, & cum ista additione, dictis Conventionibus nunc facta videlicet: quod si quo casu dicta possessio Marmiroli vel aliqua ejus pars devolveretur, seu, ob investituras debito tempore non petitas, aut canonem non solutum, sive alia ratione, vel causa, culpa, vel defectu prædicti Illustr. Domini Federici, sive Hæredum & Successorum ejus, & ut prædicti Illustrissimus D. D. Rudolphus & Reverendissimus Dominus Prothonotarius, sive eorum hæredes dicta possessione vel aliqua ejus parte uti, frui non possint, quamvis alia ratione, vel causa, culpa & defectu prædicti Illustriss. Domini Federici, aut Hæredum & Successorum ejus, idem Illustrissimus Dominus Federicus, sive ejus Hæredes & Successores teneant & obligati sint prædictis Illustrissimis D. D. & Reverendissimo Domino Prothonotario, aut suis Hæredibus & Successoribus dare & assignare alias possessiones, seu terras, tam in pretio, quam in redditu æquivalentes in toto vel pro parte, quæ devolveretur culpa & defectu, de quibus supra aut aliis ex causis præmissis.

9. Item & ultra prædicta habeant & possideant omnia Castra, jura & loca cum mero & mixto imperio & omnimoda jurisdictione ac aliis omnibus eorum juribus & pertinentiis, quæ prælibatus Illustrissimus quondam eorum Genitor, tempore ejus vitæ habebat, tenebat & possidebat, & usque ad ejus mortem habuit, tenuit & possedit in territorio Brixiensi, excepto Castro Caneti cum suis Squadris & Volungo, ac cum Revelino suo ac Castris Mariana, Redoldeschi & Medularo, quæ idem Illustrissimus Dominus Federicus tenet & possidet.

10. Item & prædictus Illustr. Dominus Rodulphus habeat, teneat & possideat possessionem Surrariæ in territorio Mantuano cum juribus & pertinentiis suis, quam præfatus Illustr. Dominus Genitor tempore ejus vitæ tenebat & usque ad ejus mortem tenuit.

11. Item præfatus Illustriss. Dominus Prothonotarius habeat, teneat & possideat domum, quæ erat ante dicti Illustriss. Domini Joannis Francisci positam in Civitate Mantuæ in contrata Serpe, quam præfatus Illustriss. Dominus Federicus eidem Illustrissimo Domino Prothonotario libere donavit & donat sibique pleno jure dimisit & dimittit.

12. Item prædictus Illustriss. Dominus Federicus Marchio vigore dictarum Conventionum, Compositionum, & concordiarum per se, hæredes & successores suos, & ut, & tanquam filius & hæres habeat, teneat, & possideat Castrum Vitellianæ in territorio Cremonensi cum domo & aliis donatis sibi per Antonellum del Ceruso, ut præfertur, & prout constat Instrumento dictæ donationis rogato per me Notarium infrascriptum, die 22. Mensis Julii, anni proxime præteriti.

13. Item et Castrum Caneti in territorio Brixiensi cum suis Squadris Volungi et Revelino dicti Castri super agro Cremonensi ultra flumen Olei constructo, et ipsa Castra teneat et possideat mero et mixto imperio et cum omnimoda jurisdictione et cum pascuis ac cum omnibus suis juribus et pertinentiis, ac cum reservationibus factis in potestaria Vitellianæ, ut ante et eisdem modo et forma, prout in Instrumentis rogatis per me Notarium infrascriptum et prænominatum Dominum Joannem Franciscum de Licurcho, de quibus supra fit mentio, continetur:

14. Item et ultra prædicta, ut et tanquam legitimus Successor in Civitate et Marchionatu Mantuæ, ex Concessione et investitura de dictis Civitate et Marchionatu Mantuæ à Serenissimo Domino Imperatore facta ob mortem dicti Illustrissimi quondam Domini Genitoris sui legitime habeat, teneat et possideat Civitatem et Dominium Mantuæ cum omni ejus Marchionatu, et districtu, exceptis antedictis Castro Rotingi cum ejus possessione veteri et Castro Luzzariæ cum possessione Marmiroli ac possessione Surroriæ.

15. Item et teneat et possideat infrascripta Castra et loca cum mero et mixto Imperio et cum omnimoda jurisdictione, ac cum omnibus suis juribus et pertinentiis videlicet Terras, Castra et fortalitia in agro Veronensi posita, excepta possessione Villimpentæ, de qua supra.

16. Item et Castra Marianæ, Redoldeschi, et Medularo in territorio Brixiensi, ut supra.

17. Item et habeat et teneat et possideat omnia

omnia et singula alia bona, tam propria et allodialia, quam feudalia, emphytevtica et libellaria ac generis et materiæ cujusque, quæ, qualia et quanta dictus Illustrissimus quondam Genitor, tempore ejus vitæ habebat, tenebat et possidebat, et usque ad ejus mortem habuit, tenuit et possedit, et quæ dicto quondam ejus Genitori, quoquo modo et quavis Causa et ratione spectabant et pertinebant, et his pactis, modis, gravaminibus et Conditionibus, inter ipsos fratres formatis, et tam in principio quam medio et fine hujus contractus repetitis videlicet, quod si aliquando compertum fuerit Castrum Sablonetæ positum in in Territorio Cremonensi, quod nunc dicti Reverendissimus Dominus Franciscus et Illustrissimus Dominus Joannes Franciscus tenent et possident legitime ac justo titulo tenere et possidere credunt, nam teneri et possideri de jure, tunc idem Illustrissimus Dominus Federicus pro rata sua una cum infrascriptis omnibus fratibus suis teneatur et obligatus sit capere compositionem cum illis de Persia, et illis pro rata sua satisfacere, prout fecit Illustrissimus quondam Genitor eorum cum illis de Cavalcabobus et quilibet ipsorum fratrum, pro rata ad illis satisfaciendum teneatur.

18. Item & quod dictus Illustriss. Dominus Federicus una cum dictis suis fratribus, pro rata sua teneatur & obligatus sit ad exequendum & executioni mandandum compositiones alias factas per dictum quondam Illustrissimum Genitorem suum cum illis de Cavalcobobus.

19. Item & teneatur & obligatus sit dare & assignare prædictis Illustriss. D.D. Joanni Francisco, Illustrissimo Domino Rodulpho & Reverendissimo Domino Ludovico Prothonotario lectos viginti fulcitos, cum una tam perraria pro quota ipsorum fratrum.

20. Item & teneatur & obligatus sit dare & & assignare Illustrissimæ & Excellentissimæ D. D. Barbaræ eorum Matri possessionem della Montovana cum omnibus juribus & pertinentiis suis, pro satisfactione Expensarum, quæ occurrunt possessioni & Curiæ Hostiliæ assignatæ, prædictæ Dominæ Matri pro affictu Sancti Leonis de Verona & expensa Presbiterorum Hostilitia, quas expensas ipsa Domina teneatur & obligata est facere omnibus annis quoad vixerit & possederit Curiam ipsam Hostiliæ cum dicta possessione della Mantuana.

21. Item & teneatur & obligatus sit præfatus Illustrissimus Dominus præstare illud honestum subsidium, quod sibi fuerit possibile in reformando domum prædicti Illustrissimi D. Rodulphi, quæ minatur ruinam, adeo quod secure habitare possit.

22. Item quod post mortem prædicti Reverendissimi Domini Cardinalis omnis pars status sui in territorio Cremonensi, & in prænominato Castro Rotingi, cum ejus possessione veteri, & in possessione Villimpentæ, excepta legitima sua, deveniat, & devenire ad prædictum Illustrissimum Dominum Franciscum sive ejus filios legitimos & naturales, decedente vero dicto Domino Francisco sine filiis legitimis & naturalibus, Castrum Dosuli, quod est inter dicta Castra territorii Cremonensis & Castra Sancti Martini ab Aggere & Rotingi cum ejus possessione veteri, de quibus supra, locaque Gazoli, Belfortis & Commessadii ante dicta & prædicta possessione Villimpentæ cum omnibus juribus, jurisdictionibus & pertinentiis ejus, excepta legitima sua deveniant & devenire debeant ad ipsum Illustrissimum Dominum Federicum, sive ad ejus filios legitimos & naturales. Reliqua vero pars status sui, excepta legitima sua deveniat & devenire debeat ad prædictum Reverendissimum Dominum Cardinalem, quo quidem decedente & non exstantibus filiis legitimis & naturalibus ex ipso Domino Joanni Francisco, exceptis Dosulo, Sancto Martino cum ejus possessione veteri, Gazolo, Belforte, Comesadio, & possessione Villimpentæ, de quibus supra, deveniant et devenire debeant ad prædictos Illustrissimos Rodulphum & Reverendissimum Dominum Prothonotarium, fratres ipsius Illustrissimi Domini Federici, sive ad filios legitimos & naturales ejusdem Domini Rodulphi.

23. Item quod post mortem Reverendi Domini Prothonotarii omnis pars status sui in territorio Brixiensi, & in dicto Castro Luzzaria, ac in prædicta possessione Marmiroli, excepta legitima sua deveniat & devenire debeat ad Illustrissimum Dominum Rodulphum prænominatum, sive ejus filios legitimos & naturales, quo quidem decedente sine filiis legitimis & naturalibus prædictum Castrum Luzzariæ, dictaque possessio Marmiroli cum omnibus suis juribus & pertinentiis, excepta legitima sua deveniant & devenire debeant ad prædictum Illustrissimum Dominum Federicum, sive ejus filios legitimos & naturales: Reliquum vero status Brixiensis, assignatum ipso Domino Rodulpho, excepta legitima sua, deveniat ad ipsum Reverendissimum Dominum Prothonotarium post ejus mortem non exstantibus filiis legitimis & naturalibus, excepto Domino Rodulpho status Brixiensis amborum ipsorum fratrum exceptis semper dictis Castris Luzzariæ & possessione Marmiroli cum suis juribus & pertinentiis deveniat ad prædictum Reverendissimum Dominum Cardinalem & Illustrissimum Dominum Joannem Franciscum sive ipsius Illustrissimi Domini Joannis Francisci filios legitimos & naturales.

24. Item & ultra prædicta, quod si prædictus Reverendissimus Dominus Cardinalis, Illustrissimus Dominus Joannes Franciscus, Illustrissimus Dominus Rodulphus & Reverendus Dominus Prothonotarius omnes decesserint sine filiis legitimis & naturalibus, salvis tamen semper & firmis manentibus in omnibus præmissis & quibuscunque Conventis inter ipsos fratres, quæ hic pro repetitis habeantur

tur prædicta omnia Castra, terræ, loca, bona & jura, exceptis eorum legitimis, deveniant & devenire debeant ad prædictum Illustrissimum Dominum Federicum, sive ad ejus filios & hæredes descendentes ab eo, quia sic inter dictos fratres exstitit conventum.

25. Item & ultra prædicta, quod omnes Coloni partiarii dictarum possessionum Rotingii, Villimpentæ, Vitelliana, Caballariæ cum pratis Casalenguli, sive Belleguardiæ ac Marmiroli tam præsentes quam futuri gaudeant & gaudere debeant, omnibus privilegiis, exemptionibus, immunitatibus prærogativis & gratiis, quibus gaudebant tempore bonæ memoriæ Illustrissimi quondam Domini Ludovici, Genitoris sui & eo modo, quo dicti Coloni dictarum possessionum tractentur & tractari debeant, sicut tractabantur tempore prædicti Illustrissimi Domini Ludovici, quia sic inter ipsas partes exstitit & est conventum.

26. Item & quilibet ipsorum fratrum exigere possit, & debeat à debitoribus dicti quondam Illustrissimi Domini Patris sui omnem denariorum & aliarum rerum quantitatem, quæ nunc ab eis exigi restat, de eis, quæ dicto quondam eorum Patri dari debebant quavis ratione & causa, quæ unusquisque ipsorum fratrum à Creditoribus habitantibus in terris & locis ad eos perventis stantes - - - Debita, quæ habent in dictis tamen singula singulis inferendo; prædictus vero Illustriss. Dominus Federicus teneatur & obligatus sit de suo proprio satisfacere omnibus Creditoribus dicti quondam eorum Patris, exceptis debitis pro illis de Persia & de Cavalcobobus solvere, ut supra, quia sic inter ipsas partes exstitit et est conventum.

27. Postmodum volentes omnes ipsi fratres se invicem cautiores reddere, quo magis eorum fraternus amor indies accrescat et perpetuo in pace conserventur, primo et ante omnia ipsi omnes et unusquisque eorum de et per se, Hæredes et Successores suos, etiam unus ad requisitionem alterius, et è converso, ita quod a modo singula singulis congrue referantur, spontè et ex certa eorum scientiâ ac animis bene deliberatis certificati prius, ut dixerunt, ad eorum plenam et claram intelligentiam de Conventionibus, Compositionibus et concordiis antea inter eos, sive inter eorum Mandatarios factis, & de omnibus & singulis præmissis, omnibus meliori modo, viâ, Jure, formâ & Causa, quibus melius & validius potuerunt & possunt, confirmarunt, ratificarunt, approbarunt & emologarunt, ac confirmant, ratificant, approbant & emologant omnes dictas Conventiones, Compositiones & Concordias, ac omnia & singula tam per ipsos, quam per alios eorum nominibus, dicta, facta, gesta, composita, procurata & celebrata pro ipsis conventionibus, Compositionibus & Concordiis, ac contenta, inserta & apposita in Instrumentis superinde confectis & rogatis per me Notarium infrascriptum ac prænominatum Dominum Franciscum de Licurcho.

XVI.

Friderici III. Rom. Imper. Confirmatio Privilegiorum, à Roman. Imperatoribus Montisferrati Marchionibus indultorum, Bonifacio, Marchioni Montisferrati exhibita, d. d. 8. Julii An. 1484.

FRidericus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, ac Austriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavonicæ & Portus Naonis, Comes in Abspurg, Tirolis, Ferreti & in Kiburg, Marchio Burgoviæ & Lantgravius Alsatiæ, ad perpetuam rei memoriam: Notum facimus tenore præsentium universis, Si Augustalis præeminentia dignitatis ad omnes Sacri Romani Imperii subjectos brachium suæ defensionis teneatur extendere, & veluti tutamen jurium & libertatum Imperialium illi sua favere deceat gratia singulari, nihilominus tamen eis uberiores suæ gratiæ favores porrigere consuevit, qui gratis obsequiis ac inconcussa constantia ipsum Imperium frequentius studuerunt venerari. Sane nuper pro parte Illustr. Bonifacii, Marchionis Montisferrati, nostri & dicti Imperii Principis & Consangvinei, fidelis dilecti, Majestati nostræ expositum extitit, quod ipse Princeps, atque Consangvineus noster, & sui Prædecessores & Progenitores variis juribus, privilegiis, gratiis, indultis, litteris, dignitatibus, libertatibus, immunitatibus officiisque & aliis auctoritatibus & facultatibus per divos Romanorum Reges, nostros in præfato Imperio Prædecessores, ac etiam per nos muniti essent, atque insuper humiliter supplicatum quatenus jura, privilegia, gratias, indulta, litteras, dignitates, immunitates, officia, honorantias, facultates, auctoritates & alia quæcumque ipsis ut præfertur, concessa & concessas factaque & factas, pro illorum, sive illarum subsistentia firmiore, auctoritate nostra Cæsarea confirmare, approbare, illisque Imperialis nostri muniminis robur adjicere dignaremur gratiose; Nos igitur petitioni hujusmodi ex innata nobis clementia favorabiliter annuentes omnia & singula jura, privilegia, indulta, & officia, honorantias, facultates & auctoritates quascunque per divos Romanos Imperatores & Reges, & signanter Carolum quartum Imperatorem, Venceslaum, Sigismundum, Reges Romanorum, nostros in dicto Imperio Prædecessores prædictos, universasque gratias, libertates & immunitates & alia quæcunque prout supra concessa & indulta

dulta a prædictis & aliis quibusvis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Prædecessoribus nostris & insuper à nobis prædicto Bonifacio Principi & Consangvineo nostro ejusque Progenitoribus & Prædecessoribus præsertim quoque Illustr. quondam Gulielmo Marchioni Montisferrati facta & factas, concessa & concessas, prout rite obtentæ sunt et concessæ, in omnibus et singulis suis punctis, clausulis et articulis, veluti scripta et scriptæ sunt, ac si tenores omnium præsentibus specifice forent inserti, etiamsi de his jure aut consvetudine mentio fieri deberet specialis. Et nominatim de Procerum nostrorum Consilio et assensu matura deliberatione præhabita, auctoritate Romana Cæsarea, et ex certa scientia atque Imperialis culminis nostri plenitudine approbamus, ratificamus, innovamus, confirmamus, atque, prout opus fuerit, de novo concedimus, omnem defectum, si quis forsan ob non servatam debitam in hujusmodi solemnitatem, aut verborum obscuritate intervenerit, de jam dictis auctoritate et scientia et potestate supplemus de eisdem. Decernentes insuper et hoc Cæsareo nostro statuentes edicto, jura, privilegia, indulta, officia, litteras, dignitates, libertates, immunitates & alia quæcumque prædicta & prædictas, perpetuis futuris temporibus inviolabilis roboris tenere & observare debere firmitatem, etiamsi in eis, vel aliquo prædictorum per non usum, vel contrarium usum de jure foret derogatum etiam per tantum tempus, cujus contrarii memoria non existat; Mandamus igitur auctoritate & potestate prædictis universis & singulis personis cujuscunque status, gradus, ordinis, aut conditionis existant, sub centum librarum auri puri mulcta pro una Imperiali Fisci nostri ærario, pro alia vero medietatibus præfato Bonifacio, Principi & Consangvineo nostro, aut ejus hæredibus applicanda, ne eundem Bonifacium Marchionem ejusque Hæredes de et super prædictis juribus, privilegiis, gratiis, indultis, litteris, dignitatibus, libertatibus, immunitatibus, sive officiis, honorantiis, auctoritatibus, facultatibus, & aliis quibusvis, sicut præmittitur, per nos confirmatis, ac etiam quomodolibet de novo concessis, ullo unquam tempore in judicio aut extra inquietare, aut alias quomodolibet perturbare præsumant, seu inquietantibus & perturbantibus inquietare quoque et perturbare volentibus per se, vel alium, directe vel indirecte, quovis quæsito ingenio, vel colore, nec auxilium, consilium vel favorem impendant. Nos enim ex nunc dictæ Imperialis potestatis plenitudine omne illud, quod hactenus contra præmissa per quempiam, cujuscunque status, gradus seu conditionis, etiam Ducalis eminentiæ forsan factum, aut in futurum fieri contigerit, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, irritum decernimus, cassum et inane, nulliusque esse roboris, vel momenti, nulla præscriptione, vel cursu temporis etiam tanti cujus in contrarium memoria non existat, obstante, cui ex certa scientia, & nostræ plenitudine potestatis derogamus & derogatum esse volumus per præsentes præsentium sub Imperialis Majestatis nostræ Sigilli appensione testimonio litterarum. Datum in oppido Inspruch, Brixinens. Diœcesis, die octavo mensis Julii, anno Domini millesimo, quadringentesimo, octuagesimo quinto, Regnorum nostrorum Romano quadragesimo sexto, Imperii trigesimo quarto, Hungariæ vero vigesimo septimo. Ad mandatum Domini Imperatoris proprium.

XVII.

Ejusd. Literæ, quibus Bonifacium, Montisferrati Marchionem de feudis ipsius regalibus sibi & Sacro Rom. Imperio nexu feudali obstrictis, investivit, d.d. 6. Sept. An. 1487.

FRidericus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ etc. Rex, Austriæ, Styriæ, Carinthiæ et Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavoniæ & Portus Naonis, Comes in Habspurg, Tyrolis, Ferreti et in Kiburg, Marchio Burgoviæ, Lantgravius Alsatiæ &c. Ad perpetuam rei memoriam. Imperatoriæ Majestatis gloria ejusque virtutis munificentia tanto amplioribus Laudibus decoratur, tantoque latioribus honorum titulis adornatur, quanto gratiosius benigniora munera fuderit in subjectos. Et licet nobis innata clementia generaliter erga quoslibet nostros et Sacri Imperii fideles et benemeritos liberals existat, ad illos tamen munificentiæ dextram liberalius dignatur extendere, quos pro ejusdem Imperii honoribus, commodis et profectibus fama celebris diutius illustravit et ferventioribus studiis testatur insudasse, sane pro parte Illustr. Principis, Marchionis Montisferrati, Consangvinei nostri Dilecti, in audientia Majestatis nostræ per ejus ad hoc transmissos Oratores humiliter extitit supplicatum, quod cum nuper Illustr. Princeps Gulielmus, Marchio Montisferrati, ejus Frater legitime investitus, sic disponente Altissimo, in fata concesserit, cui, sine filiis Masculis defuncto, annuente opifice summo, in Marchionatu et Dominio universo ipse successit, cumque ad præsens (prout optaret) nostri culminis præsentiam, propter viarum discrimina, et locorum distantiam, absque status ejus detrimento et jactura non modica, pro universa Marchia & Principatus dignitate & quibuslibet suis à nobis suscipiendis & recognoscendis feudis adire non valeat sibi in patris Marchionis universa ac omnia & singula feuda & feudalia in quibuscumque existant locis, quæ ad ejus Marchionatum & Dominium juste & debite

debite ſpectarunt, & de præſenti ſpectant & pertinent, & per ipſum Marchionem rite tenentur & poſſidentur, quæve ab aliis illicite & indebite occupantur, dignaremur gratioſius inveſtire & in feudum nobile antiquum, paternum & avitum conferre. Nos igitur, qui quorumlibet honeſta petentium vota libenter complectimur, ad prænarratas cauſas reſpectum habentes, præfato Bonifacio, Marchioni Montisferrati, Principi & Conſangvineo noſtro dilecto, animo deliberato, ſano quoque noſtrorum & Imperii ſacri Principum, aliorumque fidelium ad id accedente Conſilio, auctoritate Romano-Cæſarea & ex certa noſtra ſcientia Marchiam prædictam atque Principatum, ac omnia & ſingula prædicta feuda & feudalia a nobis & Sacro Romano Imperio quovis modo dependentia, cum univerſis & ſingulis attinentiis, ac mero & mixto Imperio etiam juriſdictionis exercitio temporalis, nec non univerſis ſuis juribus, honoribus, conſvetudinibus, obſervantiis & pertinentiis, auctoritatibus, facultatibus & officiis quemadmodum ſui Prædeceſſores Montisferrati & præſertim prædictus Gulielmus Marchio defunctus, ut ſupra, hactenus illa poſſederunt & exercuerunt, ac ipſe Marchio nunc poſſidet & exercet, ac de aliis, quæ per alios quoſcunque, quacumque dignitate, etiam ducali fulgentes injuſte & indebite occupantur & detinentur, contulimus atque conferimus eidemque in feudum nobile antiquum paternum avitum aſſignavimus & aſſignamus ac ipſum de præmiſſis expreſſe jam dictis auctoritate & ſcientia inveſtivimus & inveſtimus, & ſignanter de locis & caſtris comprehenſis in privilegio & inveſtitura Divi quondam Romanorum Imperatoris Caroli quarti & maxime comprehenſis ſub quadam generali clauſula, qua dicitur: Item omnes illas Cohortes in deſertis locis conſiſtentes a Flumine Tanari, uſque ad Flumen Burmidæ, & ad litus maris inter quas Cohortes certa loca & caſtra deſignata & declarata fuerant infraſcripta, videlicet Altare, Milleſimum, Degum, Carchare Crucifera, Calizanum, Murſaſchum, Peraſchum, Grognardum, & quibuſcunque aliis terris & locis, quæ ſub dicta clauſula generali comprehenduntur, quæ pro expreſſis habeantur & generaliter de omnibus aliis & ſingulis, quæ mediate vel immediate tenuerunt & poſſederunt Marchiones Montisferrati & ipſe Bonifacius Marchio modernus, Conſangvineus noſter dilectus, tenet & poſſidet cum ſuis territoriis, membris & limitibus aliiſque ſupra dictis utpote jure debito ad ipſum Marchionatum ſpectantibus & pertinentibus tam in Langhis, quam in partibus circumſtantibus & alibi ubicumque, alienationibus ſive diſtractionibus, ſeu recunciationibus & quibuſcumque illicitis occupationibus regalium feudorum, feudalium & temporalium prædictorum aut pertinentiarum ad eadem per vim forſan, dolum, metum, ſive aliam ſiniſtram machinationem, aut alias quovis modo indebite exactas, aut extortas per quoſcumque, etiam Ducali prærogativa fulgentes, & præſertim per Illuſtr. quon. Ludovicum Sabaudiæ Ducem etc. Ipſiusque progenitores et Prædeceſſores quovis modo, ut accepimus, obtentas et factas, quas omnes et ſingulas, non ad alicujus pro hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed motu proprio dictisque auctoritate, ſcientia & plenitudine poteſtatis caſſamus, irritamus & annullamus, nullasque & inanes ac nullius exiſtere roboris vel momenti decernimus cæterisque in contrarium factis, habitis & obtentis commiſſis & omiſſis non obſtantibus quibuſcumque: Nulla quoquoque præſcriptione, vel cauſa temporis præteriti, vel futuri, etiam tanti, cujus in contrarium non exiſtat memoria, obſtante nullo etiam conſenſu tacito vel expreſſo prædictorum Marchionum, quo metus purgatus dolus ſublatus, vis aut quævis ſiniſtra machinatio, quæ in talibus alienationibus, renuntiationibus, ſeu diſtractionibus interveniſſe ad diminutionem prædicti Marchionatus & feudi a nobis, Anteceſſoribus noſtris, Romanorum Imperatoribus & Regibus ſibi & ſuis Prædeceſſoribus conceſſi ſublata dici poſſet & allegari, non obſtante quibus per præſentes derogamus & derogatum eſſe volumus, ex certa noſtra ſcientia & de plenitudine Poteſtatis legibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus aliisque quibuſcumque in contrarium diſponentibus non obſtantibus: Declarantes ea intentione nos id diſponere pro conſervatione jurium Dominii, privilegiorum & gratiarum dictæ Marchiæ ſeu Illuſtr. Marchionibus conceſſorum & eo libentius quod eorum fides & devotio adverſus Sacrum Romanum Imperium in hunc uſque diem extitit inviolata, eritque in futurum, ut nobis ipſis facile perſvademus: Recepto tamen prius a prædicto Bonifacio Marchione & Conſanguineo noſtro dilecto, debito atque in hujuſmodi præſtari ſolito homagii juramento a prædictis ſuis Oratoribus & Nuntiis, habentibus ad id ſpeciale & ſpecificum mandatum, patentibus legitimis documentis, de quibus plenaria & ſufficiens extitit nobis facta fides: videlicet quod ipſe Marchio nobis Friderico, Romanorum Imperatori & ſucceſſoribus noſtris, Romanorum Imperatoribus & Regibus legitime intrantibus, fidelis & obediens erit, damnum & periculum noſtrum avertet, ac bonum & honorem noſtrum promovebit toto ſuo poſſe & omnia erga nos faciet quæ fidelis Princeps & Vaſallus erga Dominum ſuum Romanorum Imperatorem facere tenetur & ſolet conſvetudine, vel de jure & omnia ea, quæ in corpore ſacrarum legum comperiuntur quomodolibet expreſſa, dolo & fraude quibuslibet ſemotis; Noſtris tamen & Sacri Imperii juribus in præmiſſis & circa ea penitus

& omnia

& omnio salvis. Præterea cum Imperialis munificentia ita fidelibus suis gratias erogare consveverit, ut quod uni vel pluribus ab Imperiali Largitate donatum fuerit, nulla ratione juribus, privilegiis, aut impetratis gratiis aliorum præjudicet, prædicto Bonifacio, Marchioni Montisferrati, Principi & Consangvineo nostro dilecto & suæ dignitati Marchionali & Principatui, qui aliquibus rationibus suggerentibus timere, aut dubitare videtur, ne adversus se, & Marchionatum & Principatum dignitatemque suam jura, privilegia, libertates & gratias, quibus Principatus suus a Diva Majestate Sacratissimorum Cæsarum ab antiquo insignitus extitit & quibus claræ memoriæ Ill. Progenitores sui fruiti sunt & ipse fruitur, authore Domino, in antea felicius perfruetur aliqua forsan per quoscunque aut importunitate petentium aut errore, oblivione vel ignorantia impetrata sint, hactenus aut in futurum, non absque suo, hæredum & Successorum suorum, Marchionum Montisferrati, aut ejusdem Marchionatus & Principatus præjudicio impetrari valerent. Nos intentione sua inspecta diligentius, & in examen providæ discussionis adducta, animo deliberato, sano Principum, Comitum Baronum, & Procerum Sacri Imperii & nostrorum fidelium accedente Consilio, ex certa nostra scientia, & de Imperialis Potestatis plenitudine, prædicto Bonifacio, Hæredibus & Successoribus suis, Marchionibus Montisferrati & eidem Marchioni & Marchionatui in perpetuum omnia jura, privilegia, litteras, immunitates & gratias, officia, authoritates & facultates quascumque in omnibus suis sententiis, punctis, clausulis & tenoribus de verbo ad verbum, prout ab Imperiali Majestate & Sacro Romano Imperio etiam præsertim a nobis obtenta & obtentæ sunt & sicut in talium possessione legitima tempore transacto sui Illustres Prædecessores fuerunt & prout usu fuerunt utentium approbata, nunc de novo concedimus, approbamus, ratificamus & Imperialis largitatis munificentia confirmamus; Decernentes & hoc perpetuo Imperiali statuentes edicto, quod omnia & singula privilegia & litteræ quæ quibuscumque, cujuscumque præheminentiæ, status, gradus seu conditionis existant, a Celsitudine nostra adversum jura, privilegia, libertates, immunitates & gratias sibi ac hæredibus & successoribus suis concessa, vel concessas, impetrata, seu impetratæ fuissent, seu in futurum impetrare contingeret sub quacumque forma verborum irrita & innania, sive invalida, irritæ, innanes & invalidæ sint, aut esse debeant, & nullius penitus roboris, vel momenti. Nam eisdem privilegiis & litteris in omnibus suis tenoribus sententiis punctis & clausulis de verbo ad verbum, prout scripta videri aut inveniri possint, ac si præsentibus ad plenum inserta & insertæ existerent, etiamsi de eis in præsentibus jure vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, si & in quantum antedictis suis Marchionatus & Principatus Montisferrati juribus, litteris, immunitatibus, libertatibus & observantiis usu approbatis utentium in toto, vel in aliqua sui parte nocere & adversari, aut in aliquo præjuditium afferre censerentur de Imperialis potestatis plenitudine, & ex nostra certa scientia derogamus & derogatum esse volumus, præsentium per tenorem; dictum Bonifacium Marchionem, Consangvineum nostrum, Hæredes & Successores suos in dicto Marchionatu, Terras, Dominia, Fortalitia, jura & bona sua singula in nostram & Imperii sacri protectionem, tuitionem & defensionem gratanter & singulariter assumentes ut eisdem nostris & Imperii Sacri protectione tuitione & defensione potiatur & gaudeat, quibus alii Sacri Romani Imperii Principes gaudent & quotidie potiuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ collationis, assignationis, investituræ, derogationis, tuitionis, protectionis & decreti paginam infringere, seu ei temerario ausu quovis modo contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem nostram & Imperii Sacri gravissimam, nec non pœnam amissionis centum marcharum auri puri, pro una nostri Fisci ærario, pro alia vero medietatibus prædic. Bonifacio, Marchioni, Consangvineo nostro toties, quoties præmissis contra factum fuerit, irremissibiliter applicandam se noverit incursurum, præsentium sub nostræ Majestatis Sigillo appensione testimonio literarum. Datum in oppido nostro Imperiali Norimberga, die Sexto Septembris, anno millesimo, quadringentesimo, octuagesimo Septimo, Regnorum nostrorum Romani quadragesimo octavo, Imperii trigesimo quinto, Hungariæ vigesimo nono.

XVIII.

Maximiliani I. Roman. Regis literæ, quibus Mariam, Marchionatus Montisferrati Tutricem, Curatricem & Gubernatricem, ejusque filium Guilielmum, de feudis ipsorum Regalibus sibi & Sacro Romano Imperio, nexu clientelari, obstrictis, investivit, ejusque Privilegia à Roman. Imperatoribus & Regibus concessa confirmavit, d. d. 17. Mart. An. 1494.

MAximilianus, Divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ Carniolæ Limburgiæ, Lucemburgiæ & Gheldriæ; Comes Flandriæ, Haspurgi, Tirolis, Ferreti, Kiburgi, Arthesii & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, Namurci, & Zutphaniæ, Marchio Sac. Romani Imperii & Burgoviæ, Landthgravius

Alsatiæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, Salinarum & Mechliniæ &c. Ad perpetuam memoriam. Regalis dignitatis gloria, ejusque virtutis munificentia amplioribus laudibus decoratur, tantoque latioribus honorum titulis adornatur, quanto gratiosius benigniora munera fuderit in subjectos, & licet nobis innata clementia generaliter erga quoslibet nostros & Sacri Romani Imperii fideles & benemeritos liberalis existat, ad illos tamen munificentiæ dextram liberalius dignatur extendere, quos pro Suæ Majestatis, Sacrique Imperii honoribus commodis, & profectibus, fama celebris diutius illustravit, & ferventioribus studiis testatur insudasse, sane cum pro parte Illustr. Bonifacii, Marchionis Montisferrati, Principis & Consanguinei nostri carissimi per spectabiles nostros, & Imperii Sacri fideles dilectos, Benevenutum de Sancto Georgio, Joannem Fortonnensem & Vrbanum de Serralanga, Civem Albens. ejus ad hoc transmissos Oratores foret humiliter supplicatum, quod cum nuper claræ & immortalis memoriæ Fridericus, Romanorum Imperator ac Genitor noster Colendissimus, si disponente altissimo, in fata concesserit, cui, annuente summo opifice, nos successimus in dignitate, cognovit ita Officii sui esse, nobis de universis suis statu, Marchionatu, privilegiis, gratiis, muneribus ac aliis juribus quibuscunq; eidem Marchioni, suisque Antecessoribus & Progenitoribus a nostris Prædecessoribus & Romano Imperio collatis recognoscere, & debitum fidelitatis juramentum præstare, cumque ad præsens prout optaret, nostri culminis præsentiam, cum propter ejus senectutem, tum propter viarum discrimina & locorum distantiam, absque status nostri detrimento, & jactura non modica pro universa Marchia & Principatus dignitate & quibuscunque suis a nobis suscipiendis, & recognoscendis feudis, adire non valeat: Sibi in primis & eo defuncto, ex nunc prout ex tunc, Ill. Guilielmo Joanni, ejus Primogenito, Marchiam universam, Principatum ac omnia & singula feuda & feudalia in quibuscunque consistant locis, quæ ad ejus Marchionatum, Principatum & Dominium juste & debite spectarunt & pertinuerunt & de præsenti spectant & pertinent, ac per ipsum Marchionem tenentur & possidentur, quæ ab aliis illicite & indebite occupantur, dignaremur gratiosius concedere, investire & in feudum Nobile, antiquum & paternum ac avitum conferre. Nos igitur qui quorumlibet honesta petentium vota libenter complectimur, ad prænarratas causas respectum habentes præfato Bonifacio, Marchioni Montisferrati, Principi & Consanguineo nostro Carissimo statueramus annuere: Verum pro humana fragili conditione æterni Dei lex certa effecit, quod is Illustr. Princeps Bonifacius Marchio spiritum, quem precario possidebat, Creatori religiosissime restituit, posteaque Oratores prædicti ad nos applicuerunt, prius tamen, quam debitum fidelitatis juramentum præstiterint & a nobis fuerint investiti, doluimus profecto tam nostri, quam Sacri Romani Imperii causa, cum Principem & Consanguineum amiserimus, qui & sui majores nobis & Antecessoribus nostris stricta necessitudine conjuncti ex totis plenis sinceris affectibus et ex dediussimo corde omnique promptitudine, ulla absque intermissione obsequium, venerationem obedientiam simplicem studiosam ac integram Sacro Romano Imperio præstitere, plurimaque præclara facinora ad amplificandam tuendamque Imperialis nominis dignitatem gessere, & denique nihil unquam privatum eorum commodum duxere, quod Imperiali commodo foret alienum arbitratique sumus nostræ & Sacri Imperii dignitati plurimum convenire præfati Marchionis Conjugi & proli relictis, largiori & liberali manu gratias & beneficia præstare. Igitur rationem habentes tum præfatorum meritorum, tum quod præfato Illust. quond. Bonifacio Marchioni, Divus quond. Genitor noster conjugio junxit stabili propriamque dicavit uxorem Ill. Mariam, Dispotam Serviæ, consangvineam nostram Dilectam cujus laudabiles & ingenuos mores prudentiamque summam & in agendis probatam experientiam & si nota haberemus, cum in ejusdem paternis laribus, vitam mutuam duxerimus, ex eo etiam, quod in gubernando, & administrando, sic jubente præfato Bonifacio, conjuge a Deo probe, & omnium laude, imo admiratione se habuit, quod veluti lucerna super Candelabrum lumen suum longe diffudit, atque patefecit magis comprobatos habemus, quod summæ letitiæ cedit nobis, cum maxime consideramus ex ea ad lucem provenisse secundam prolem, quæ divino quodam nutu & munere ab alto demisso cœlo familiam illam Ill. pene extinctam reviviscere fecit, cujus quidem prolis & status universi ob fidem probatam animi fortitudinem & in agendis gubernandisque Consilium & prudentiam tutricem, Curatricem & gubernatricem testamentariam conjugis dispositione relictam, nec non a Divo quondam genitore nostro & nobis confirmatam exploratum habemus. Quamobrem eosdem Oratores munificentia nostra vacuos proprias repetere lares indecens arbitrantes, animo deliberato, sano quoque nostrorum & Imp. Sacri Principum aliorumque Procerum fidelium ad id accedente Consilio, auctoritate Romana Regia & ex certa nostra scientia, motu proprio, & de plenitudine Potestatis etiam absolutæ, præfatam Marchiam, atque Principatum ac omnia & singula supra dicta Feuda & Feudalia a nobis & Romano Sacro Imperio quovis modo dependentia, cum universis & singulis Attinentiis, ac mero & mixto Imperio, etiam jurisdictionis exercitio temporali, nec non universis suis juribus, honoribus & consuetudinibus, observantiis & per-

pertinentiis, auctoritatibus, facultatibus & officiis quemadmodum sui Prædecessores, Montisferrati Marchiones & præsertim Gulielmus, dicti Bonifacii Prædecessor, hactenus illa possederunt & exercuerunt, ac de illis, quæ per alios quoscunque quacunque dignitate etiam Ducali fulgentes injuste & indebite occupantur & detinentur præfatæ Illustr. Mariæ Tutrici & Gubernatrici, Consanguineæ nostræ Carissimæ, absenti veluti præsenti nomine & vice filii sui Illust. Gulielmi, Primogeniti, Marchionis Montisferrati, pro se suisque hæredibus & successoribus, in feudum antiquum & paternum & avitum conferimus & assignamus, & investimus de præmissis, expresse jam dictis, motu proprio, auctoritate, scientia, potestate & Principum accedente Consilio: Intelligentes tamen, ut is Ill. Gulielmus Primogenitus Marchio, cum ad ætatem perfectam viginti quinque annorum pervenerit, & a nobis fuerit requisitus Sacro Romano Imperio & nobis debitum præstare debeat juramentum fidelitatis & signanter ex prædictis auctoritate & scientia ac potestate prædict. Illustr. Mariam Tutricem, Curatricem & Gubernatricem, Consangvineam nostram Carissimam, nomine dicti Illust. filii sui Gulielmi, suorumque hæredum & successorum investivimus, & investimus de locis & Castris comprehensis & expressis in privilegiis, investituris sequentibus ut supra, duobus privilegiis Caroli quarti, Romanorum Imperatoris, per Wenceslaum Romanorum Regem confirmatis, & in singulis aliis litteris ipsis Marchionibus Montisferrati a præfato Carolo quarto, Wenceslao, Sigismundo & Federico tertio, Romanorum Imperatoribus & Regibus Prædecessoribus nostris datis, concessis & confirmatis quarum tenor per omnia sequitur & est talis:

Inserantur hic prainserta Privilegia & Investiturarum litteræ de Ann. 1355. 1369. 1384. 1414. 1464. 1464. 1464. 1469. 1484. & 1487.

Signanter quoque prædictam Illustrissimam Mariam tutricem, curatricem, gubernatricem ac universalis Dominii & Principatus prædicti administratricem, & consanguineam nostram, nomine dicti Illustrissimi filii sui Gulielmi suorumque hæredum, & successorum investivimus & investimus, de locis infrascriptis videlicet Turri Insule prope Fraxinetum, Ponto, Cortesio Motta apud Castigliolas, Pareto, Montalerio, Trisobio, Vexime, Santo Georgio prope Vexias, Chario, Altari, Dego Lenale, Ticincto, & Casalburgono, & generaliter de omnibus aliis & singulis, quæ mediate, vel immediate tenuerunt, & possederunt Marchiones Montisferrati, ac ipsi Maria, & Gulielmus Marchiones moderni & consanguinei nostri tenent & possident cum territoriis membris, & limitibus & aliis supradictis, utpote jure debito ad ipsum Marchionem spectantibus & pertinentibus, tam in Langhis, quam in partibus circumstantibus, & alibi ubicunque alienationibus, distractionibus, seu renunciationibus, & quibuscunque illicitis occupationibus, seu in feudum recognitionibus per ipsos Ill. Marchiones, vel eorum alterum regalium, feudorum, ac temporalium prædictorum, aut pertinentiarum ad eundem, per vim forsan, dolum, metum, sive aliam sinistram Machinationem, aut alias quovis modo indebite exactis, aut extortis per quoscunque; quacunque prærogativa fulgentes, quas omnes & singulas dictis autoritate, scientia, & plenitudine potestatis cassamus, irritamus, & annullamus, nullasque & inanes, & nullius existere roboris, vel momenti decernimus, & pro non factis haberi volumus, cæterisque in contrarium factis habitis, obtentis, commissis & omissis non obstantibus quibuscunque, quibus per præsentes derogamus, & derogatum esse volumus ex certa nostra scientia, & de plenitudine potestatis, etiam legibus quibuscunque statutis, ac consuetudinibus juramentis, ac aliis quibuscunque in contrarium disponentibus & facientibus non obstantibus, declarantes ea intentione nos id disponere pro conservatione jurium Dominii, privilegiorum & gratiarum dictæ Marchiæ, Principatui seu Ill. Marchionibus concessarum & eo libentius, quod eorum fides & devotio versus Sacrum Romanum Imperium in hunc usque diem ut supra diximus, extitit inviolata, eritque in futurum, ut nobis ipsis facile persuademus recepto tamen prius a præfatis oratoribus ad hoc mandatum, & potestatem habentibus debito, atque in hujusmodi præstari solito homagii juramento, videlicet quod ipsa Maria Marchionissa, Tutrix, Curatrix, & Gubernatrix ut supra nobis Maximiliano Romanorum Regi &c. & Successoribus nostris, Romanorum Imperatoribus & Regibus legitime intrantibus fidelis, & obediens erit ipsa & ejus Illustr. filius Gulielmus Primogenitus, & Marchio Montisferrati fideles et obedientes erunt, damnum et periculum nostrum avertent, ac bonum et honorem nostrum promovebunt toto suo posse, et omnia erga nos facient, quæ fidelis Princeps et Vasallus erga Dominum suum Romanorum Imperatorem, et Regem facere tenetur, et solet de consuetudine, vel de jure, et omnia, quæ in corpore sacrarum legum comperiuntur quomodolibet expressa, dolo et fraude, quibuslibet remotis; Promiseruntque prædicti Oratores ipsam Ill. Marchionissam hæc omnia expresse ratificaturam et grata habituram. Præterea, cum regalis munificentia ita fidelibus suis gratias erogare consveverit, ut quod uni, vel pluribus ab Imperiali largitate donatum fuerit, nulla ratione, juribus, privilegiis, aut impetratis gratiis aliorum præjudicet præfatæ Marchionissæ et Gulielmo Marchioni, ejus primogenito Principi et Consanguineis nostris dilectis, suæ dignitati Marchionali et Principatui, suisque hæredibus et successoribus, qui forsitan aliquibus rationi-

rationibus ſuggerentibus timere, aut dubitare videntur, ne adverſus ſe, aut Marchionatum et Principatum dignitatemque ſuam, jura, privilegia, libertates et gratias, quibus Principatus eorum a Diva Majeſtate ſacratiſſimorum Cæſarum ab antiquo inſignitus extitit, a quibus claræ memoriæ Ill. Progenitores ſui freti ſunt, ſeu frui debuiſſent, et potuiſſent, et ipſi fruuntur, ſeu frui poſſent, et deberent, auctoreque Domino in antea felicius perfruentur, aliqua forſitan per quoſcunque, aut importunitate petentium, aut errore, oblivione, vel ignorantia impetratæ ſint hactenus, aut in futurum non abſque ſuo, et Prædeceſſorum, hæredumq; & ſucceſſorum ſuorum Marchionum Montisferrati, aut ejuſdem Marchionatus, et Principatus præjudicio impetrari valerent; Nos intentione ſua inſpecta diligentius, et in examen providæ diſcuſſionis adducta, animo deliberato, ſano Principum, Comitum, Baronum et Procerum Sacri Imperii & noſtrorum fidelium accedente conſilio, ex certa noſtra ſcientia, & de regalis poteſtatis plenitudine prædictis Mariæ Marchioniſſæ, & filio Marchioni hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Marchionibus Montisferrati & eidem Marchionatui & Principatui in perpetuum omnia jura, privilegia, litteras, immunitates, gratias, officia, authoritates & facultates quaſcunque in omnibus ſuis ſententiis, punctis, clauſulis, & tenoribus, de verbo ad verbum prout ab Imperiali Majeſtate, & Sacro Romano Imperio & præſertim a nobis, obtenta & obtentæ ſunt, & ſicut in talium poſſeſſionem legitimo tempore tranſacta, ſui Ill. Prædeceſſores fuerunt, vel eſſe debuerunt, nunc de novo approbantes, ratificantes, & regalis largitatis munificentia confirmantes & quatenus expediat, de novo concedentes, omnem etiam defectum ſi qui forſan, ob non ſervatam in prædictis omnibus & ſingulis ſolennitatem debitam, & a jure vel conſvetudine requiſitam, aut in verborum obſcuritate, ſeu perſonarum defectu intervenientem, maxime in juramenti præſtatione per jam dictos oratores & quemcunque alium deffectum, ſolennitatis, ſubreptionis & obreptionis, quæ dici & allegari poſſet, quomodocunque, & qualitercunque ex quavis cauſa & occaſione de auctoritate, ſcientia & motu proprio, ac poteſtatis plenitudine ſupplentes, legibus quibuscunque, ſtatutis, conſvetudinibus aliis quibuſcunque in contrarium facientibus, etiamſi talia forent, in quibus eſſet facienda ſpecialis & nominata mentio, non obſtantibus illis omnibus, etiam quæ in contrarium, ut ſupradictum eſt, vel impetrata ſunt, vel impetrari poſſent, ex eiſdem ſcientia, autoritate & poteſtate derogamus & derogatum eſſe volumus, decernentes & hoc perpetuo regali ſtatuentes edicto, quod omnia & ſingula privilegia, litteræ, ſeu conceſſiones, quæ quibuſcunque, cujuſcunque præeminentiæ, ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſterent, a Celſitudine Imperiali & ſeu adverſum noſtra jura, privilegia, libertates, immunitates & gratias dictis Marchionibus hæredibus & ſucceſſoribus ſuis conceſſa & conceſſas impetrata, ſeu impetratæ fuiſſent, ſeu in futurum impetrari contingeret, ſub quacunque verborum forma, irrita & inania, ſeu invalida, irritæ, inanes, ſeu invalidæ ſint & eſſe debeant, & nullius penitus roboris, vel momenti. Nam eiſdem privilegiis litteris, & conceſſionibus in omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, punctis & clauſulis de verbo ad verbum, prout ſcripta ſeu ſcriptæ videri, aut inveniri poſſint, ac ſi præſentibus ad plenum inſerta & inſertæ, exiſterent, etiamſi de eis in præſentibus, jure vel conſuetudine, deberet fieri mentio ſpecialis, ſi & in quantum in totum, vel pro parte antedicti Marchionatus & Principatus Montisferrati juribus, privilegiis, litteris, immunitatibus, libertatibus, gratiis & obſervantiis uſu approbatis utentium, vel quæ approbari potuiſſent vel debuiſſent in totum, vel in aliqua ſui parte nocere, & adverſari, aut in aliquo præjudicium afferre cenſerentur, de regalis poteſtatis plenitudine & ex certa noſtra ſcientia derogamus, & derogatum eſſe volumus præſentium per tenorem, dictos Mariam, & Gulielmum Marchiones, conſangvineos noſtros cariſſimos, hæredes & ſucceſſores ſuos in dicto Marchionatu, terras, Dominia, fortalitia, jura, & bona ſua ſingula in noſtram & Imperii Sacri protectionem, tuitionem & defenſionem læto animo, gratioſo & ſingulari affectu aſſumentes, & eiſdem noſtri, ut Imperii Sacri Protectione, tuitione & defenſione potiantur & gaudeant, quibus alii Sacri Romani Imperii Principes gaudent, & quotidie potiuntur; Et quia nobis etiam pro parte Illuſtr. Mariæ noſtræ cariſſimæ Conſangvineæ, Tutricis, Curatricis & Gubernatricis Gulielmi, Marchionis Montisferrati, noſtri & Imperii Sacri Principis & Conſangvinei fidelis dilecti, expoſitum extitit, quod ipſe Princeps & Conſangvineus noſter, & ſui Prædeceſſores & Progenitores variis juribus, privilegiis, gratiis, indultis, dignitatibus, libertatibus, immunitatibus, officiisque & aliis autoritatibus, facultatibus per dictos Romanorum Reges & Imperatores in Imperio et regno Prædeceſſores noſtros muniti eſſent, atque inſuper humiliter ſupplicatum, quatenus jura, privilegia, litteras, gratias, indulta, dignitates, libertates, immunitates, officia, honorantias, facultates, autoritates, & alia quæcunque ipſis, ſeu eorum cuilibet, ut præfertur conceſſa, et conceſſas, factaque et factas pro illorum ſeu illarum ſubſtantia firmiori autoritate noſtra regia confirmare illiſque regalis noſtri munimis robur adjicere dignaremur gratioſe. Nos igitur petitioni hujuſmodi ex innata nobis clementia favorabiliter, et potiſſime precibus præfatæ Illuſtr. Mariæ, Conſangvineæ noſtræ Cariſſimæ, ob ejus ſingulares virtutes & peculiares animi dotes, annuentes, omnia et ſingula jura, privilegia, indulta et officia honorantias,

rantias, facultates et autoritates quascunque per supradictos Romanos Imperatores et Reges, ut præmittitur, concessa et concessas, ac etiam universas gratias, libertates, immunitates, et alia quæcunque a quibusvis Romanorum Imperatoribus et Regibus, Prædecessoribus nostris, Illust. quondam Bonifacio, Marchioni noviter vita defuncto, ejusque Progenitoribus et Prædecessoribus, præsertim Ill. quondam Theodoro, Joanni et Gulielmo fratri, et Prædecessori ejusdem Bonifacii et Marchionatui Montisferrati concessas et concessa, quia rite obtentæ sunt et concessæ, in omnibus suis punctis, clausulis et articulis, sano Procerum nostrorum consilio et assensu, matura deliberatione præhabita, autoritate Romana Regia, et ex certa nostra scientia, Regalisque plenitudine potestatis approbamus, ratificamus, confirmamus, atque prout opus fuerit, innovamus, et de novo concedimus. Volentes et regio statuentes edicto, quod prædicta privilegia, indulta, officia, honorantias, facultates, omniaque et singula præmissa perpetui obtineant roboris firmitatem, in præmissis tamen et quolibet præmissorum nostris, et Imperii Sacri juribus semper salvis, quibus per præsentem paginam penitus nec præjudicari volumus, nec derogari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ investituræ derogationis, tuitionis et protectionis, confirmationis et decreti paginam infringere, seu ei ausu temerario quovis modo contraire, si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem nostram & Imperii Sacri gravissimam & pœnam mille marcarum auri purissimi toties, quoties contraventum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Regalis fisci, sive ærarii nostri, residuam vero partem injuriam passorum, vel passi usibus decernimus applicari. Testes hujus rei sunt, Ven. Ill. generosi nobiles Consangvinei Principes, Consiliarii Cubicularii & fideles nostri dilecti Henricus Curiens. Melchior Brixinen. Mathias Secoviens. Ecclesiarum Episcopi, Albertus locumtenens terrarum nostrarum hæreditariarum Flandriæ & Brabantiæ, & Henricus filius suus, Duces Saxoniæ, Landgravii Thuringiæ, Marchiones Misniæ, Nicardus, Dux Eboracens. Henricus, Dux Brunsvicens. Rodulphus, Princeps in Anhalt & Comes in Ascania, Leonardus Gorithiæ, Itel Fridericus Zoller. nostræ Cameræ Judex, Philippus in Flasan, Gulielmus in Tiersten, Henricus Fürstemberg, Philippus in Eystemburg Comites. Victor Volckeste, noster supremus Capitaneus Campestris, Bernardus, & Martinus in Polhac, Barones, Reipert de Reihemberg, nostræ Curiæ Marescalcus, Nicolaus de Tirinio, Magister Curiæ Reginalis, Hieronymus Leonus, Zacharias Canterenus, Veneti, Balthasar de Pusterla, Jason de Magno, Mediolanen. Franciscus de Ariostis, Pandolphus Collenutius Ferrarienses Oratores, & alii quamplures fide digni præsentium sub nostri Regalis sigilli appensione testimonio Literarum. Dat. in Oppido nostro in Inspruck die decima septima mensis Martii, Anno Domini Millesimo, quadringentesimo, nonagesimo quarto, Regnorum nostrorum, Romani nono, Hungariæ vero quarto annis. Ad mandatum Domini Regis proprium Corradus Sturdezel de Buchen Doctor, & Miles, Cancellarius subscripsit.

XIX.

Ejusdem Commissoriale ad Gasparem de Cobembergk, ipsius Consiliarium, Camerarium & Capitaneum, ut Mariam, Marchionissam Tutricem, ejusque filium Gvilielmum, Montisferrati Marchionem, in quieta Investiturarum atque Privilegiorum à Carolo IV. alisque Romanorum Imperatoribus & Regibus, Montisferrati Marchionibus indultorum possessione, nomine Cæsaris & Imperii, protegat atque conservet, d. d. 17. Junii, An. 1494.

MAximilianus Divina favente Clementia Romanorum Rex semper Augustus, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucenburgiæ & Gheldriæ, Comes Flandriæ, in Habsburg, Tiroli, Ferretis, in Khiburgh Artesii & Burgundiæ, Palatinus Annoniæ, Holandiæ, Selandiæ, Namurcii & Zutfaniæ, Marchio Sacri Imperii & Burgoviæ, Landgravius Alzatiæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, Salinarum, & Mechliniæ: Fideli nobis dilecto Joanni Gaspari de Cobembergh, Consiliario, Camerario & Capitaneo nostro, Gratiam Regiam, & omne bonum. Cum ex parte Illustris Marchionissæ Montisferrati Principis, fidelis & consangvineæ nobis carissimæ, Tutricis, Curatricis ac Gubernatricis Illust. Gvilielmi, filii sui primogeniti, Marchionis Montisferrati, in audientia Majestatis nostræ, humiliter fuerit supplicatum, quod etsi largitione & munificentia Serenissimorum Imperatorum, & Regum Romanorum, Prædecessorum nostrorum, & potissimum ex privilegio Divi quondam Caroli Quarti, aliorumque successorum in Imperio, & Regno concedentium, & confirmantium in Illustrissimum quondam Joannem, Marchionem Montisferrati, suosque hæredes & successores ex certa scientia, & de plenitudine Cæsareæ potestatis donata, collata, & translata fuerint omnia, & singula loca, castra, & terræ & homines, quos, quas & quæ tenent & possident, ac de jure habere, tenere, & possidere debent,

debent, ac possunt *omnes & singuli nati* ac descendentes ex progenie quondam Aledrami primi, Marchionis Montisferrati, nec non fidelitates, ac fidelitatis Vasallatus & Superioritatis dominia omnium & singulorum prædictorum & eorum, qui de eadem progenie sunt, in quibuscunque locis sint, & constant, & potissimum Marchionum de Carretto de Ceva, & de Cravexana, de Bosco, de Ponzono, de Buxa, de Garexio, de Incisa omnium de progenie prædicta & aliorum omnium, qui forent, Ita omnia & singula loca, castra, terræ & homines, quos, quas, & quae tenent, aut de jure habere, tenere & possidere debent, & possent comites de Maxino de Cavaliate, de Valperga, & de Sancto Martino, nec non fidelitates, & fidelitatis Vasallatus, superioritates & superioritatis dominia, omnium & singulorum praedictorum, ita quod quicquid ex prædictis, & prædictorum sit de proprietate & Dominio Sacri Romani Imperii cedat ipsi Marchioni in proprietatem, suisque haeredibus & successoribus, quidquid vero est, vel esse debet in feudum, vel retrofeudum ex praemissis illud rectum, & nobile feudum Marchioni praedicto, haeredibus & successoribus donaverunt, & concesserunt, concedendo nihilominus fidelitatem Vasallatum & superioritatis Dominia, nec non merum & mixtum Imperium, gladii potestatem, & omnimodam jurisdictionem, & jus imponendi collectas & exactiones quascunque & omnia jura ipsi Romano Imperio competentia in dictis rebus, castris, terris, civitatibus, oppidis & fortibus eorundem, et quolibet eorum, et in bonis personis et hominibus ac in Marchionibus, Comitibus, omnibusque antedictis. Et praedicta concessit Serenissimus quondam Carolus Quartus, ex certa scientia, de plenitudine potestatis de gratia speciali disponens, prædictum Marchionem suosque hæredes, & successores in prædictis haberi loco ipsius ac dans licentiam propria auctoritate prædicta apprehendendi quomodocunque & qualitercunque & quandocunque ad omnem ipsius Marchionum hæredum, & successorum liberam voluntatem non obstantibus in prædictis, & quolibet prædictorum aliquibus juribus, consuetudinibus, gratiis, privilegiis & investituris, concessionibus & confirmationibus litteris, rescriptis, generalibus vel specialibus in contrarium factis vel fiendis, concessis, vel concedendis alicui civitati, communitati, vel singulari personæ, collegio vel universitati, etiamsi oporteret de illis specialem facere mentionem, ut de prædictis omnibus constat publicis, & authenticis scripturis, maxime privilegio dicti Caroli quarti dato Pisis anno 1355. indictione octava, sexto Kalendas Maji, Regni ejus anno nono, Imperii primo. Sunt tamen nonnulli ex prædictis maxime ex Marchionatus Incisæ, qui hujusmodi Imperiali concessioni non verentur non parere, negliguntque, in non licitum dedecus Sacri Romani Imperii & damnum prædicti Marchionis Montisferrati, illi debitam fidelitatem & obedientiam præstare & exhibere, & quod magis est quandoque publice hostes sese ostenderunt. Quamobrem Maria Marchionissa supplicavit, ut opportunam dignaremur facere provisionem. Nos igitur, qui vota quorumlibet honesta petentium libenter exaudimus, petitioni prædictæ Marchionissæ, Consanguineæ nostræ, quam ex corde diligimus, ob ejus præcipuas virtutes & peculiares animi dotes egregias annuere volentes, non immemores, Marchiones Montisferrati continuis temporibus erga Sacrum Romanum Imperium in sinceritate fidei permansisse, obsequia præstitisse, egregia facinora ad decus Imperialis culminis gessisse, certam habentes notitiam & informationem de omnibus & singulis supra narratis, & comprehensis in privilegio dicti Caroli Quarti confirmato per alios quoscunque, qui eidem in Imperio successerunt, maxime per divum quondam Fridericum piæ memoriæ, Dominum & Genitorem nostrum, & per nos, cum nihil sit, quod magis Regiæ Majestati conveniat, quam primum custodire, & observari facere ad perpetuam rei memoriam, & ex certa scientia, motu proprio ac de plenitudine Regiæ potestatis prædicta omnia & singula, in eodem privilegio expressa & dicto Joanni Marchioni hæredibus & successoribus concessa approbantes & confirmantes & quatenus expediat, ex prædictis motu, scientia, authoritate ac potestate, prædictæ Mariæ Marchionissæ, tutrici ut supra, & ejus filio Guilielmo, primogenito Marchioni, suisque hæredibus & successoribus de novo concedimus, non obstantibus privilegiis, gratiis, concessionibus, investituris, fidelitatum receptionibus à nobis & Prædecessoribus nostris receptis, & factis aliquibus Marchionibus & Comitibus, communitatibus, vel aliis singularibus personis, quibus authoritate Regiæ & absolutæ potestatis derogamus, & derogatum esse, & pro non factis habere volumus, & declaramus, supplentes tenore præsentium ex prædictis motu, authoritate, scientia ac potestate Regia & absoluta omnem defectum, si quis forsitan in solennitate, vel in translatione, donatione, confirmatione hujusmodi intervenisset, quovis modo tibi Joanni Gaspari de Cobemberg, Militi, Consiliario, Camerario & Capitaneo nostro fideli dilecto, de cujus fide, prudentia & probitate plene confidimus, committimus, & expresse mandamus, ut ad partes illas, & alias, si tibi expedire visum fuerit, te transferendo, quoscunque comites, Marchiones maxime Incisæ, Barones, Vasallos, Capitaneos, singularesque personas in præallegato privilegio Caroli Quarti expressas & comprehensas compellas, & sine mora, nulla protractione, excusatione, exceptione, vel contradictione admissa, per omnia opportuna remedia sub impositione pœnarum, Rebellionis

nis Sacri Imperii, confiscationis quorumcunque honorum, & amissionis ipso jure ac facto & absque ulla declaratione, sententia ferenda super omnium & singulorum feudorum, bonorum & Jurium possessionem, quam in dictis Marchionatibus, Comitatibus, feudis, Vasallis, hominibus, rebus & bonis habent, & habere possent, ad præstandum, & exhibendum fidelitatem & obedientiam prædictæ Mariæ Marchionissæ, Consanguineæ nostræ, prout filii sui Gulielmi, Marchionis, hæredum & successorum recipienti nomine, jurandum quoque in ipsius manibus, & demum ad ea omnia & singula adimplenda, quæ in dicto privilegio expressa sunt, vel comprehensa. Concedentes tibi tenore præsentium in præmissis omnibus & singulis ac dependentibus & connexis agendis, seu exequendis liberam & amplam potestatem, authoritatem, & Bayliam, ad Te quascunque personas in quocunque loco, & de quocunque loco evocandi, citandi, præcipiendi, cominandi, pœnas imponendi, etiam confiscationis omnium bonorum mulctandi, privandi, & omnia faciendi, quæ nos facere possemus, etiam ex potestate Regia, & absoluta. Tibi denique in præmissis, & circa præmissa cum dependentibus, & connexis omnimodas nostras vices Regias concedendo. Declarantes ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc omnia & singula per te in præmissis, & circa præmissa cum dependentibus & connexis fienda habere rata & grata, & semper habituros. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ approbationis, confirmationis, concessionis, derogationis, voluntatis, declarationis & Commissionis paginam infringere, vel ei ausu temerario quovis modo contravenire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam & pœnam mille marcarum auri purissimi toties, quoties contrafecerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Regalis Fisci, seu ærarii nostri, residuam vero partem injuriam passorum vel passi usibus decernimus applicandum. Præsentium sub nostri Regalis Sigilli appensione testimonio literarum. Dat. in Civitate nostra Imperiali Wormaciensi, decima septima die mensis Junii, Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, Regnorum nostrorum Romani nono, Hungariæ vero quinto annis. Referente Domino Camillo de Tola. Jud. Gam. ad mandatum Domini Regis.

XX.

Caroli V. Roman. Imperat. Literæ, quibus Annam, Marchionissam Tutricem, ejusque filium Bonifacium, Montisferrati Marchionem, de feudis regalibus, sibi Sacroque Romano Imperio nexu feudali subjectis, investivit, eisque Privilegia à Roman. Imperatoribus & Regibus, Montisferrati Marchionibus concessa, confirmavit, d. d. 19. Novembr. An. 1522.

CAROLUS Quintus, Divina favente Clementia electus Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Castellæ, Aragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hyerusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galitiæ, Mayoricarum, Hyspalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris ac Insularum Balearum, Insularum Canariæ & Indiarum ac Terræ firmæ, maris Oceani &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, Wirtenbergæ &c. Flandriæ, Hapspurgi, Tyrolis, Barchinonæ, Arthois, & Burgundiæ, Comes Palatinus Hannoniæ, Holandiæ, Selandiæ, Ferreti, Kiburgi, Namurci, Rossilionis, Cerritaniæ & Zutphaniæ, Lantgravius Alsatiæ, Marchio Burgoviæ, Oristani, Gotiani, & Sacri Romani Imperii Princeps Sveviæ, Cathaloniæ, Asturiæ &c. Dominus Phrisiæ, Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, Biscaiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ &c. Cum pro parte Ill. Annæ de Alenconio, Marchionissæ Montisferrati, Consangvineæ nostræ Carissimæ, Tutricis, & pro tempore Curatricis ac Gubernatricis Ill. Bonifacii, Marchionis Montisferrati, ejus filii, Principis & Consanguinei nostri carissimi, & totius Principatus, Marchionatus & Dominii ejusdem in audientia Majestatis nostræ per spectabilem nostrum & Imperii Sacri fidelem Dilectum Alexandrum de Lignana, Dominum Septimi Oratorem, & legitimum ad hoc Procuratorem constitutum humiliter extiterit supplicatum, ut cum ad nostri Culminis præsentiam propter pupillarem ætatem praef. Ill. Marchionis Bonifacii, & conditionem personæ Illust. Annæ, & onus dictæ Tutelæ, curæ, & gubernii pro recognitione debita facienda, investitura petenda, recipienda, & fidelitate præstanda pro dicto Marchionatu, & Terris Dominii sui, ac pro Terris suis feudis & feudalibus, quæ a nobis, & Sacro Romano dependent Imperio, quibuscunque tam ob decessum ex humanis Illust. quond. Gulielmi, olim Marchionis Montisferrati, ac Genitoris præfati Illust. Marchionis Bonifacii, quam ob felicem nostram in Romanorum Regem, & Imperatorem assumptionem adire non valeant, ipsam Illust. Annam Tutricem, Curatricem & Gubernatricem, ut supra dicto tutorio nomine, media persona dicti ejus Procuratoris de prædicto Marchionatu Montisferrati, & de aliis Civitatibus, Terris & locis Dominii prædicti, Illustris Marchionis, ac

omnibus, & singulis feudis & feudalibus, in quibusvis consistant locis, quæ ad Marchionatum Montisferrati & Dominium prædictum spectarunt & pertinuerunt, ac spectant & pertinent, dignaremur gratiose investire, & in feudum nobile antiquum, paternum, & avitum, præsertim inferius denotata loca conferre dicto tutorio nomine: Nos igitur, qui quorumlibet honesta petentium vota libenter complectimur, ad causas prænarratas, respectum habentes, recepto prius debito, et præstari solito fidelitatis juramento a præfato Alexandro, nomine quo supra, & habente ad hoc speciale mandatum, patentibus legitimis documentis, de quibus plena & sufficienter extitit nobis facta fides, videlicet, quod ipsa Ill. Marchionissa Tutrix, Curatrix & Gubernatrix ut supra, nobis Carolo electo Romanorum Imperatori, & Successoribus nostris, Romanis Imperatoribus legitime intrantibus fidelis, & obediens erit, & toto suo posse damnum & periculum nostrum avertet, bonum & honorem nostrum procurabit, & omnia erga nos faciet dicto nomine, quae fidelis Princeps & Vasallus erga Dominum suum, Romanorum Imperatorem facere tenetur, omni dolo, & fraude semotis praed. Illust. Annae Marchionissae Montisferrati, dicto tutorio nomine, ut supra, ita tamen, quod ipse Illustr. Bonifacius Marchio, cum ad aetatem viginti quinque annorum pervenerit, & a nobis requisitus fuerit, Sacro Romano Imperio, & nobis præstare debeat debitum fidelitatis juramentum, animo deliberato, sano nostrorum quoque & Imperii Principum aliorumque fidelium ad id accedente Consilio, auctoritate Imperiali, & Cæsarea, & ex certa nostra scientia, dictum Marchionatum, & Dominium, & omnia, & singula prædicta feuda, & feudalia, a nobis & Sacro Romano Imperio dependentia cum universis & singulis attinentiis, ac mero & mixto Imperio, etiam jurisdictionis temporalis exercitio, nec non universis suis juribus, honoribus, consvetudinibus, observantiis, & pertinentiis, quemadmodum ipsa Illust. Marchionissa dicto nomine possidet, & exercet, ac sui Prædecessores Marchiones Montisferrati illa possederunt & exercuerunt, contulimus, ac conferimus eidemque in feudum Nobile, antiquum paternum avitum, assignavimus & assignamus ac ipsam dicto nomine de præmissis expresse jam dictis, auctoritate & scientia investivimus & investimus & signanter & specifice de Terris & locis infrascriptis, videlicet Cremolino, Bergamasco, Castro novo, Murbello, Cassinellis, Cesolis, Vallio, Carantino, Cerreto, Cigliareo, cum Balzola, Willanova, Incisa, Valmacha, Ticineto & Carpeneto prope Manzate cum omnibus suis Territoriis atque limitibus; Item & signanter, de locis & Castris comprehensis in privilegiis Investituræ Divi quondam Romanorum Imperatoris Caroli Quarti, præsertim sub quadam generali clausula, qua dicitur: Item omnes illas Cohortes in desertis locis consistentes a flumine Tanari, usque ad flumen Burmidæ, & ad litus maris, quas Cohortes, loca & Castra designamus & declaramus esse infrascripta, videlicet Altare Millesimum, Degum, Carchere, Cruciferia, Calizanum, Marsascum, Periascum, & Gargnardum: Item & de Castris & de locis infra scriptis, ut supra de Montis & totius Vallis Sturanæ, Vignoli, Doliuni, Marsaliæ, Montisbarcherii, Sancti Benedicti, Cameranæ, Burgari, Bonvicini, Belvedere, Cissonii, Rogliti, Legitii, Marcenachi, Castelletti, Somarti, Castillioni, Mulazani, & Farigliani, nec non de quibuscunque aliis Castris & locis ultra Tanarum, & alibi existentibus & generaliter de omnibus aliis & singulis, quæ mediate, vel immediate ipsa Ill. Anna, Marchionissa Montisferrati dicto tutorio nomine tenet & possidet, ac Illust. Prædecessores sui tenuerunt & possederunt cum suis Territoriis, limitibus aliisque supra scriptis ad ipsum Marchionatum & Dominium spectantibus & pertinentibus, tam in Langhis, quam in partibus circumstantibus in Marchia Montisferrati, & dominio prædicto, & alibi ubilibet consistentibus & prout & sicut latius continetur in privilegio Caroli Quarti, & aliis privilegiis hactenus & usque in hodiernum concessis Illust. Marchionibus Montisferrati per Divos Cæsares Prædecessores nostros, & præcipue Maximilianum, Avum nostrum colendissimum, præclarissimæ memoriæ, quorum quidem privilegiorum tenores sequuntur, & sunt tales:

Inserantur hic Literæ investiturarum & Privilegia præinserta de An. 1355. 1369. 1384. 1414. 1464. 1464. 1469. 1484. 1487. & 1494.

Præterea cum Imperialis munificentia ita fidelibus suis gratias erogare consveverit, ut quod uni vel pluribus ab Imperiali largitate donatum, & concessum fuerit, nulla ratione, juribus, privilegiis, aut impetratis gratiis aliorum præjudicet. Illust. Marchioni Bonifacio seu prædictæ Ill. Mariæ, Tutrici & Gubernatrici, quæ, aliquibus suggerentibus rationibus, timere, aut dubitare videtur, ne adversus superius concessa & concessas jura, privilegia, investituras, libertates & gratias, approbationes & confirmationes, quibus ejus Marchionatus Dominium & Principatus à Diva Majestate Sacratissimorum Cæsarum, ab antiquo, & præsertim per nos ac Divæ & Clarissimæ memoriæ præfatum Maximilianum, Avum nostrum Paternum, insignitus existit, & quibus claræ memoriæ Illustr. Progenitores sui fruiti sunt hactenus, & ipsa fruitur, & Deo dante in futurum felicius perfruetur, aliqua forsan per quoscumque quavis dignitate & præheminentia fulgeant, aut importunitate petentium, aut errore, oblivione, vel ignorantia, vel aliter quomodocunque, & ex quavis

vis causa, etiam si talia forent, de quibus hic specialis mentio habenda esset, impetrata sunt hactenus, aut in futurum non absque suo hæredum & successorum suorum Marchionum Montisferrati, aut ejusdem Marchionatus & Principatus præjudicio impetrari possent. Nos intentione sua inspecta diligenter, & in examen providæ discussionis adducta, animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum & Procerum Sacri Imperii & nostrorum fidelium authoritate consilio, motu proprio, ex certa nostra scientia, et de Imperialis potestatis plenitudine pro se, hæredibus, et successoribus suis Marchionatus Montisferrati, et eidem Marchionatui, Dominio et Principatui in perpetuum omnia præinserta & præinsertas, nec non quæcunque alia, & alias, jura, privilegia, investituras, litteras immunitates, & gratias, quæ à Divis Imperatoribus, ac Regibus Romanis, prædecessoribus nostris habent, ac obtinent, in omnibus suis sententiis, punctis, clausulis, & tenoribus, de verbo, ad verbum, & cum clausulis in specie derogatoriis, & sub quovis constructu verborum conceptis, prout ab Imperiali Majestate & Sacro Romano Imperio obtenta, & obtentæ sunt, & sicut in talium possessione ipsa Illust. Marchionissa dicto nomine esse dignoscitur, & tempore transacto Ill. Prædecessores sui, Marchiones Montisferrati extiterunt, confirmavimus, ratificavimus, approbavimus, & de novo concessimus, & per præsentes de novo concedimus, approbamus, ratificamus, & Imperialis largitatis munificentia confirmamus. Decernentes, & hoc perpetuo Imperiali statuentes edicto, quod omnia, & singula privilegia, investituræ, concessiones, & litteræ, quæ quibusvis personis, cujuscumque præeminentiæ, status, gradus, seu conditionis extiterint à Celsitudine nostra adversum jura, privilegia, investituras, libertates, immunitates, & gratias ei, ac Prædecessoribus suis concessa, & concessas, impetrata, seu impetratæ fuissent, seu in futurum impetrari contingerit sub quacumque forma verborum, & cum clausulis derogatoriis, derogatoriarum derogatoriis, irrita, seu inania, & invalida, & irritæ inanes & invalidæ sint, & esse debeant, & nullius penitus roboris, vel momenti, ac eisdem privilegiis, concessionibus, & investituris, ac litteris in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis, & clausulis de verbo ad verbum, prout scripta, seu scriptæ videri, aut inveniri possent, ac si præsentibus ad plenum inserta, & insertæ existerent, etiam si de eis in præsentibus jure, vel consvetudine deberet fieri mentio specialis, si & in quantum dictis sui Marchionatus Montisferrati Dominii, & Principatus juribus, & privilegiis, investituris, concessionibus tam per nos, quam per alios Divos Prædecessores nostros factis, litteris immunitatibus, libertatibus, gratiis, & observantiis in toto, vel in aliqua sui parte nocere, & adversari, aut in aliquo præjudicium afferre censerentur, motu proprio, de Imperialis Potestatis plenitudine, ac ex certa scientia nostra derogamus, & derogatum esse volumus, decernimus & jubemus, tenore præsentium, supplentes ex certa scientia, & potestatis plenitudine quoscumque defectus tam juris, quam facti, si qui intervenissent, in prædicta nostra concessione, confirmatione, ac privilegiis, indultis, gratiis, & investituris, tam in genere, quam in specie, & nominatim factis, ac ipsum Illustrem Bonifacium Marchionem Montisferrati, & dictam Ill. Annam ejus Tutricem, ut supra, & Civitates, Terras, Dominia, & Fortalitia, & bona sua omnia & singula in nostram, & Imperii Sacri protectionem, tuitionem, & defensionem singularem assumentes, ut eisdem nostra, & Imperii Sacri protectione, tuitione & defensione potiantur, & gaudeant, quibus alii Sacri Romani Imperii Principes gaudent, & potiuntur; Nostris tamen & Sacri Romani Imperii juribus semper salvis & illæsis; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Investituræ, derogationis, tuitionis, confirmationis, & decreti paginam infringere, aut ei quovis modo contravenire, sub nostra, & Imperii Sacri indignatione gravissima, & pœna mille marcharum auri puri, quam toties quoties contra facientes se noverint irremissibiliter incursuros, quarum medietatem Imperiali Fisco, seu ærario nostro, reliquam injuriam passo seu passis decernimus applicandam, harum testimonio litterarum manu nostra propria subscriptarum, & sigilli nostri appensione munitarum. Datum in oppido nostro Vallidoleti, die decimo nono mensis Novembris, anno Domini Millesimo quingentesimo, vigesimo secundo, Regnorum nostrorum Rom. quarto, aliorum vero omnium septimo.

CAROLUS. Ad mandatum Cæs. & Cathol. Majestatis proprium, *Hanart.*

XXI.

Ejusdem Literæ, quibus Federicum, Mantuæ Ducem, ejusque Conjugem Margaretham, natam Montisferrati Marchionissam, ex lege atque conditione, si Johannes Georgius, Montisferrati Marchio absque liberis decederet, de feudis Marchionatus Montisferratensis, sibi Sacroque Romano Imperio nexu clientelari obligatis, eventualiter investivit, jusque successionis in eisdem feudis ad fœminas cum execendit, tùm Privilegia à Rom. Imperatoribus & Regibus, Montisferrati Marchionibus, concessa, confirmavit, d.d. ultim. Decembr. An. 1532.

CArolus Quintus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Legionis, Aragonum, utriusque Siciliæ, Hyerusalem, Ungariae Dalmatiae,

matiae, Croatiae, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Galletiae, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniae, Cordubae, Corſicae, Murtiae, Gyennis, Algarbii, Algecirae, Gibraltaris, Inſularum Balearium, Inſularum Canariae et Indiarum ac Terrae firmae, Maris Oceani, Archi-Dux Auſtriae, Dux Burgundiae, Lothoringiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Limburgiae, Geldriae, Calabriae, Athenarum, Neopatriae, Virtembergae etc. Comes Flandriae, Haſpurgi, Tyrolis Barchinonae, Arthois et Burgundiae, Palatinus Hannoniae, Hollandiae, Selandiae, Ferreti, Kiburgi, Namurci, Roſſilionis, Cerritanyae, et Zutphaniae, Marchio Burgundiae, Oriſtani, Gotiani et Sacri Romani Imperii Princeps Suaeviae, Cathaloniae, Auſtriae, Dominus Friſiae, Marchiae, Sclavoniae, Portus Naonis, Biſcaiae, Molinae, Salinarum, Tripolis et Mechliniae. Ad futuram rei memoriam recognoſcimus, & notum facimus tenore præſentium univerſis, quum nobis per Illuſtr. Federicum, Ducem Mantuae, Principem & Conſanguineum noſtrum Cariſſimum, ſuo & Illuſtr. Margaritæ, Duciſſæ Mantuæ conjugis ſuæ, nomine humiliter fuerit ſupplicatum, ex quo Illuſt. quond. Bonifacius Marchio Montisferrati ipſius Margaritæ frater, nullis filiis, ſeu Deſcendentibus relictis, deceſſerit, neque ſpes ſit, Illuſt. Jo. Georgium, Principem & Conſangvineum noſtrum, qui eundem Marchionatum ad præſens tenet, liberos legitimos procreaturum eſſe, ut ipſos Illuſt. Duces Conjuges, & eorum quemlibet in caſu, quo jam nominatus Jo. Georgius ſine liberis maſculis legitimis decederet, ex nunc prout ex tunc, de ipſo Marchionatu, Dominio & Principatu, ac aliis Civitatibus, Terris & locis ejuſdem omnibusque & ſingulis feudis, & feudalibus in quibusvis conſiſtant locis, quæ ad Marchionatum Montisferrati, & Dominium prædictum ſpectarunt & pertinuerunt, ac ſpectant & pertinent & prout per ipſum q. Illuſt. Bonifacium tenta, & poſſeſſa fuerunt, & de præſenti per ipſum Illuſt. Jo. Georgium tenentur, & poſſidentur, gratioſe inveſtire, & in feudum nobile antiquum, paternum & avitum conferre pro ſe & eorum Deſcendentibus legitimis maſulis, & illis quandocunque deſficientibus, pro Feminis, ita tamen, quod feminæ ſemel, vel pluries excluſæ etiam admitti valeant, vellemus. Nos igitur, qui honeſta petentium vota libenter complectimur, juſtis de cauſis animum noſtrum moventibus, predicto Illuſt. Federico, & Margaritæ, Ducibus Mantuæ: Ita tamen quod in eventum prænarratum quo ſupra præf. Illuſt. Jo. Georgius, ut præfertur, ſine hæredibus legitimis maſculis decederet, idem Federicus tam ſuo quam conjunctorio nomine pref. Margaritæ pro ſe, vel eorum Procuratores legitimos, & ſufficienti mandato ſuffultos nobis, & Sacro Romano Imperio de prædictis Marchionatu, Principatu, Civitatibus & feudis præſtare debeat debitum fidelitatis juramentum, animo deliberato, ſano noſtrorum, & Imperii Principum & procerum, aliorumque fidelium ad id accedente Conſilio, auctoritate Imperiali & Cæſarea, ac ex certa noſtra ſcientia, dictum Marchionatum & Principatum, ac omnia & ſingula prædicta Feuda, & feudalia, à nobis, & Sacro Romano Imperio dependentia cum univerſis, & ſingulis attinentiis, ac mero, mixtoque Imperio, nec non univerſis ſuis juribus, honoribus, conſvetudinibus, obſervantiis, & pertinentiis, quemadmodum ipſe Jo. Georgius ea omnia poſſidet & excercet, ac ſui Illuſt. Prædeceſſores, Marchiones Montisferrati illa poſſederunt et exercuere: Contulimus atque conferimus eiſdem Federico, & Margaritæ jugalibus, ut ſupra, in Feudum Nobile, antiquum, paternum & avitum aſſignavimus & aſſignamus, ac ipſos dictis nominibus, & in eventum prænarratum de præmiſſis expreſſe auctoritate & ſcientia antedictis inveſtivimus & inveſtimus pro ſe, & eorum Deſcendentibus legitimis maſculis, &, illis quandocunque deficientibus, pro feminis, ita quod feminæ ſemel vel pluries excluſæ etiam admitti valeant, & ſignanter, ac ſpecifice de terris, & locis infraſcriptis, Cremolino, Bergamaſco, Caſtronovo, Murbello, Caſſinellis, Ceſolis, Vallio, Carantino, Cerretto, Cigliano cum Rotho, Bazola, Villa nova, Inciſa, Valmacha, Incineto & Carpaneto prope Blanzage, cum omnibus ſuis Territoriis atque limitibus, item & ſignanter de locis et Caſtris comprehenſis in privilegio, et Inveſtitura Divi quond. Romanorum Imperatoris Caroli IV. præſertim ſub quadam generali clauſula, qua dicitur: Item omnes illas cohortes in deſertis locis conſiſtentes a Flumine Tanari usque ad Flumen Burmidæ, et ad litus maris, Altare, Mileſimum, Degum, Carchere, Cruciferia, Calizanum, Murſaſcum, Periaſcum, et Gorynardum, item de Caſtris, et locis infraſcriptis, videlicet de montis, et totius Vallis Sturanæ, Vignoli Doliani, Marſaliæ Montis, Barcherus Sancti Benedicti, Cameranæ, Burgari, Bonvicini, Belvedere, Ciſoni, Rodinne, Lequii, Marchevaſchæ, Caſtelletti, Lomavi, Caſtillioni, Mulanzani, & Farigliani, necnon de quibuſcunque aliis Caſtris, & locis ultra Tanarum & alibi exiſtentibus & generaliter de omnibus aliis & ſingulis, quæ mediate, vel immediate ipſe Illuſtr. Jo. Georgius tenet, & poſſidet, & quondam Bonifacius & Prædeceſſores ſui Illuſt. tenuerunt, & poſſederunt cum ſuis Territoriis & limitibus aliisque ſupradictis ad ipſum Marchionatum & Principatum, & Dominium ſpectantibus & pertinentibus tam in Langhis, quam in partibus circumſtantibus, in Marchia Montisferrati ac Principatu, & Dominio prædicto, & alibi ubilibet conſiſtentibus, & prout, & ſicut continetur in dicto Privilegio Caroli IV. & aliis Privilegiis hactenus ac uſque in hodiernum conceſſis Illuſt. Marchionibus Montisferrati per divos Cæſares

res Prædecessores nostros, ac præcipue D. Cæsarem Maximilianum, Avum nostrum pientiss. memor. & per nos quoque confirmatis, quorum quidem tenores sequuntur in hæc verba:

Inserantur Literæ investituræ & Privilegia præinserta de An. 1355. 1369. 1384. 1414. 1464. 1464. 1469. 1484. 1487. 1494. & 1522.

Præterea cum Imperialis munificentia ita fidelibus suis gratias impertiri consveverit, ut quod uni vel pluribus donatum, & concessum fuit, nulla ratione, juribus, privilegiis, aut impetratis gratiis aliorum præjudicet prædictis Illust. Friderico & Margaritæ Ducibus, qui aliquibus rationibus suggerentibus timere, aut dubitare videntur, ne adversus superius concessa & concessas jura, privilegia, investituras, libertates gratias, approbationes & confirmationes, quibus prædictus Marchionatus, Dominium & Principatus à Serenissimo quondam Romanorum Imperatoribus & Regibus ab antiquo, & præsertim per Divæ memoriæ Cæsarem Maximilianum, Avum nostrum & nos insignitus extitit, & quibus Illust. Prædecessores sui fruiti sunt hactenus, & ipse Joannes Georgius ad præsens fruitur, & ipsi Illustr. Duces, eorumque descendentes supradicti frui poterunt, aliqua forsan per quoscunque, quavis dignitate & præheminentia fulgeant, aut importunitate petentium, aut errore, oblivione, vel ignorantia, vel aliter quomodocunque, qualitercunque & ex quavis causa, etiamsi talia forent, de quibus hic specialis mentio habenda esset, impetrata sint hactenus, aut in futurum non absque suo hæredumque suorum, aut prædicti Marchionatus, Principatus Montisferrati præjudicio impetrari possent. Nos intentione eorum diligentius inspecta & provide discussa, animo deliberato, sano Principum, Comitum, Baronum & Procerum nostrorum & Sacri Imperii fidelium accedente consilio, motu proprio, ex nostra certa scientia, et de Imperialis potestatis plenitudine, eisdem Illustr. Friderico & Margaritæ Ducibus in eventum prænarratum pro se, hæredibus, successoribus suis ante dictis, eidemque Marchionatui, Dominio et Principatui in perpetuum omnia præinserta, & præinsertas, nec non quæcunque alia, & alias, jura, privilegia, investituras, litteras, immunitates, & gratias, quæ à Divis Imperatoribus & Regibus Romanis, prædecessoribus nostris habent, & obtinent, in omnibus suis sententiis, punctis, clausulis, & tenoribus, de verbo ad verbum, & cum clausulis in specie & specifice derogatoriis, & sub quovis constructu verborum conceptis, prout ab Imperiali Majestate & Sacro Romano Imperio obtenta, & obtentæ sunt, & sicut in talium possessione, tempore transacto Ill. Prædecessores, Marchiones Montisferrati extiterunt, confirmavimus & ratificavimus, approbavimus, & de novo concedimus, approbamus, ratificamus, & Imperialis largitatis munificentia confirmamus. Decernentes, & hoc Imperiali statuentes edicto, quod omnia, & singula privilegia, investituræ, concessiones & litteræ, quibusvis personis, cujuscunque præeminentiæ, status, gradus, seu conditionis extiterint, quæ à nobis adversum jura, privilegia, investituras, libertates, immunitates & gratias eorum Prædecessoribus, prædicto Marchionatui conncessa & concessæ, impetrata, seu impetratæ fuissent, seu quæ & quas in futurum impetrari contingeret sub quacunque forma verborum, & cum clausulis derogatoriis & derogatoriarum derogatoriis facta, irritæ, inanes, & invalidæ sint, & esse debeant nullius penitus roboris, vel momenti, ac eisdem privilegiis, concessionibus, & investituris ac litteris, in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis & clausulis de verbo ad verbum, prout scripta, seu scriptæ videri, aut inveniri possent, ac si præsentibus ad plenum inserta & insertæ existerent, etiam si de eis in præsentibus jure, vel consvetudine deberet fieri mentio specialis, si & in quantum dictis Marchionatus Montisferrati Dominii, & Principatus juribus, & privilegiis, investituris, concessionibus, tam per nos, quam per alios Divos Prædecessores nostros factis, litteris immunitatibus, libertatibus, gratiis, & observantiis in toto, vel in parte nocere, & adversari, aut in aliquo præjudicium afferre censerentur: Motu proprio & de Imperialis Potestatis plenitudine, ac ex certa scientia nostra derogamus, & derogatum esse decernimus, volumus & jubemus, tenore præsentium, supplentes eisdem motu proprio, certa scientia, & de plenitudine potestatis, quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui intervenissent, in prædicta nostra concessione, & confirmatione, ac privilegiis, indultis, gratiis, & investituris, tam in genere, quam in specie & nominatim factis, nostris tamen, & Imperii Sacri superioritate, & juribus in præmissis semper salvis & illæsis; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Investituræ, confirmationis, approbationis, ratificationis, novæ concessionis, derogationis, voluntatis & decreti & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis modo contravenire, sub nostra & Imperii Sacri indignatione gravissima, & pœna mille marcarum auri puri, quam toties, quoties contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum; quarum medietatem Fisco, seu ærario nostro, reliquam injuriam passi, aut passorum usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra propria subscriptarum, & sigilli nostri appensione munitarum. Datum Bononiæ, die ultimo mensis Decembr. Anno Domini 1532. Imperii nostri tredecimo & Regnorum nostrorum decimo septimo,

CAROLUS.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium,

Joann. Obernburger.

XXII.

XXII.

Ejusdem sententia, in causa controversæ Successionis in Ducatum Montisferrati, qua Federicum & Margaretham, Mantuæ Duces, in possessionem Marchionatus Montisferratensis immittendos esse decrevit, pronunciata, de Anno 1536.

CArolus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Defuncto Illustr. Joanne Georgio, ultimo Marchione Montisferrati, ex linea Palæologa, Marchiam & Statum Montisferrati sub nostram imperialem manum reduximus, tum ut, quod Cæsareæ dignitati & Justitiæ conveniret, præstare possemus, tum ut provideremus, ne quid de facto & vi attentaretur, quod Italicæ paci & tranquillitati obsisteret. Cumque pro nostro desiderio nihil magis cuperemus, quam in hoc negotio de plano procedi, & cum summa æquitate & justitia prospici, ut omnibus volentibus de jure suo experiri, æqua lance, vera & brevi justitia administraretur, causam dictæ Marchiæ quondam Antonio de Leyva, Principi Asculi, Marino Caracciolo Protonotario tunc Apostolico, nunc Cardinali & aliis Condelegatis cognoscendam & usque ad sententiam exclusive instruendam commisimus, ut illam legitime instructam cum eorum consilio & sententiis nobis decidendam remitterent. Coram quibus Delegatis comparuere Procuratores Illustr. Principum, Ducum Sabaudiæ & Mantuæ ac Marchionis Saluciarum, prætendentes jus universale & particulare ad Marchiam prædictam, ac nonnulli alii prætendentes jus particulare super aliquibus locis & castris dictæ Marchiæ, & tam coram dictis Delegatis, quam coram aliis nostris Delegatis in dicta Caussa Neapoli, videlicet Majo Vice-Cancellario, &c. usque ad Conclusionem in caussa exclusive processerunt, & ita caussam instruxerunt, ut merito illius Decisioni incumbere, illique ultimam manum imponere, & id præstare debeamus, quod hujusmodi Caussæ & personarum gravitati & temporibus istis convenire, arbitramur. Idcirco habita prius & audita à dictis nostris Delegatis diligenti Caussæ relatione, & intellectis eorum judiciis & suffragiis, ac visis &c. omnibusque diligenter & mature discussis & examinatis; Accedente etiam Consilio & matura deliberatione aliorum Procerum nostrorum, partibus pro hac die & hora ad audiendum sententiam coram nobis legitime citatis. Ante omnia ex suprema nostra Potestate & Cæsareo Officio, Caussam hanc inter dictas partes tam Jus universale, quam particulare super dicta Marchia Montisferrati & bonis, locis & Castris dictæ Marchiæ prætendentes, tam in possessorio, quam petitorio concludentes, & pro conclusa habere volentes, Christi nomine invocato, in hunc, qui sequitur modum diffinitive pronunciamus & declaramus. Inprimis quoad petitionem universalem Illustr. Francisci, Marchionis Saluciarum petentis sibi Marchiam adjudicari Caussis, de quibus in processu. Pronunciamus & declaramus nullum Jus dicto Marchioni Saluciarum competere in dicta Marchia Montisferrati & statu & bonis per eum petitis. Ad petitionem autem particularem dicti Illustr. Marchionis Saluciarum reintegrationis, possessionis, & adjudicationis Civitatis Albæ, Pronunciamus & declaramus in Judicio possessorio nullum Jus competere dicto Marchioni Saluciarum, in petitorio tam dicto Marchioni Saluciarum, quam Civitati Albæ jus, quod eis competere prætendunt, reservando. Ad petitiones vero universales Illustr. Ducis Sabaudiæ, tam ratione pacti dotalis, quam ratione Successionis ex persona & & jure Violantæ, filiæ Theodori, Primi Marchionis Montisferrati ex linea Palæologa, quam ex persona & jure hæreditario Blancæ, filiæ Marchionis Guilielmi. Pronunciamus & declaramus, nullum Jus Universale ex dictis caussis & petitionibus dicto Illustr. Sabaudiæ Duci in dicta Marchia Montisferrati & bonis supradictis competere. At in petitione particulari dotis octuaginta mille Ducatorum dictæ Blancæ declaramus dictam dotem deberi prædicto Duci Sabaudiæ, ut Hæredi prædictæ Blancæ eamque sibi adjudicandam esse, prout adjudicamus super bonis allodialibus, mobilibus & immobilibus, & super melioramentis factis in Marchia, Castris & locis per tunc Marchionem Guilielmum, dictæ Blancæ patrem possessis, ratione hypothecæ & jurium dotalitium, salvis exceptionibus tam solutionis, quam aliis, si quae competunt, in executione reservatis. In petitione vero Universali Illustris Federici de Gonzaga & Margaritae Palaeologae, Conjugum, Ducum Mantuae, tam circa possessorium, quam petitorium, pronunciamus & declaramus, dictam Marchiam Montisferrati & Castra & loca feudalia, & alia per Marchiones Palaoalogos possessa, fore & esse illis adjudicandam et adjudicanda, prout illa eis adjudicamus; Reservatis locis, bonis et Castris, de quibus in Donatione facta a Joanne Jacobo, Marchione Montisferrati, Illustr. Amedeo, tunc Duci Sabaudiae, ut infra, super quibus pronunciamus & declaramus, quoad dicta bona, de quibus est contentio inter dictas partes, ratione et caussa dictae donationis et infeudationis, per dictum Illustrem Ducem Sabaudiae praetensarum, praedictos Duces Mantuae immittendos esse in possessionem dictorum locorum, bonorum et Castrorum, et totius Marchiæ. Reservata tamen nobis diffinitione petitorii ex iisdem actis super bonis et Castris, prædictis; Ita

Ita tamen, quod prædicti Illustres Duces Mantuæ in prædictam possessionem non immittantur, nec illam quovis modo assequi possint, quin prius præstiterint ad manus nostras idoneam et sufficientem Cautionem pro arbitrio & satisfactione nostra de relaxatione et dimissione reali et effectuali possessionis locorum et Castrorum prædictorum, et se submiserint sub pœna amissionis omnium jurium, quæ prætextu hujus sententiæ, dictis Illustr. Ducibus Mantuæ in dicta Marchia et bonis competere posset, casu, quo repertum fuerit, et pronunciatum prædicta loca et Castra et bona ad Illustrem Ducem Sabaudiæ spectare et pertinere. Quam quidem sententiam intendimus proferre infra annum, et interim quandocunque et ad dictam sententiam audiendam partibus mandamus, ut suos idoneos Procuratores in Curia nostra habeant prolaturi sententiam, eorum contumacia non obstante. Quantum vero attinet ad fructus perceptos tempore sequestri de dicta Marchia locis et bonis Illust. Ducibus Mantuæ adjudicatis, fructus omnes prædictos præfatis Illust. Ducibus Mantuæ adjudicamus. Ita tamen, quod habeatur ratio impensarum, & sumptuum pro gubernatione, conservatione, et manutentione prædicti Marchionatus, tempore dicti Sequestri rationabiliter factorum per Ministros nostros, quas quidem Expensas prædicti Illust. Duces compensare et solvere teneantur. Circa petitionem Dotis et Castrorum, per Illust. Annam de Alenconio factam, quia plene non constat de ejus intentione, reservamus jura, quæ sibi competunt, in alio judicio. In petitione vero Dotis et Donationis propter nuptias quatuordecim mille Scutorum Illustr. Dominæ Juliæ de Aragonia, pronunciamus et declaramus, dictam summam quatuordecim mille scutorum dictæ Illust. Juliæ deberi, et pro illis fore et esse sibi obligata et hypothecata bona omnia feudalia dictæ Marchiæ, et alia Castra omnia, et bona per dictum Joannem Georgium, ejus virum, tempore obitus possessa. Ad petitionem et supplicationem Casalensium dicimus et declaramus, dictos Duces Mantuæ esse immittendos in possessionem dictæ Civitatis Casalis. Ad alias vero petitiones particulares dictæ Civitatis Casalis, de quibus in processu, quia non plene constat de juribus per eos prætensis, dicta jura, si quæ eis competunt, in petitionibus prædictis fore et esse eis reservanda. In petitionibus etiam et supplicationibus Vasallorum dicti status et Marchiæ declaramus illorum supplicata locum non habere. Ad petitiones vero particulares Civitatis Januensis, Vercellensis etc. Quoniam processus Causarum praedictarum non sunt plene instructi, earum deliberationem nobis reservamus, committentes earum cognitionem et diffinitionem admodum reverendo Cardinali *Marino* Carracciolo, et ita in omnibus supra dictis pronunciamus et declaramus, et ad majorem Corroborationem manu propria scripsimus.

XXIII.

Transactio de permutatione Castrigiufredi inter Vincentium I. Mantuæ & Montisferrati Ducem, atque Franciscum Gonzagam, Marchionem Castilionis à Stiveriis inita, d. d. 7. Novembr. An. 1602.

IN Christi nomine Amen. Anno ab Ejusdem Nativitate Millesimo, Sexcentesimo secundo, Indictione quinta decima, die Jovis septima mensis Novembris, tempore Serenissimi Principis, & D. D. Rodulphi, Divina sibi favente Clementia, Romanorum Imperatoris electi & semper Augusti, Mutinæ, & in uno Cubiculo superiori Palatii Ducalis Curiæ veteris, sito in Contignatione Aquilæ, præsentibus multùm Illustri, ac Reverendissimo Domino Tullio Petrozano, Protonotario Apostolico, Sancti Andreæ Mutinæ Primicerio, & præposituræ Sancti Benedicti Præposito, & Villæ S.ti supradicti Comite ac infrascripti Domini Ducis Consiliario, de Con.ne Equi, multùm Illustri Domino Annibale Chieppio, itidem Consiliario Suæ Celsitudinis, de dicta Contignatione Aquilæ, & Perillustri Domino Hercule Achilli à Secretis ejusdem Serenissimi Domini N. Cont.ne Unicornu, ac Illustri Domino Annibale Ghisello, Procuratore Patrimoniali Celsitudinis Suæ de Con.ne Cigni, uberius omnibus notis & idoneis ad infrascripta omnia & singula, vocatis specialiter, & adhibitis, atque rogatis, ex quibus dictus D. Chieppius tactis corporaliter Scripturis ad Sancta Dei Evangelia juravit, se bene cognoscere infrascriptos Serenissimum & Illustrissimum DD.nos contrahentes, & præscriptos DD.nos secum testes, de ipsisque omnibus & singulis plenam & claram habere notitiam, & veram cognitionem: Cum medio & interventu Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi Cremonæ, Commissarii superinde Deputati à Majestate Cæsarea, in Civitate Mediolani, tractatum & conclusum fuerit accordium inter Serenissimum Principem & DD.nos Vincentium Gonzagham, Dei gratia Ducem *Mutinæ*, & *Montisferrati* &c. & Illustrissimum D. D. Sacri Romani Imperii Principem Franciscum Gonzagham, *Marchionem* Castilioni à Stiveriis, super lite, & causa controversâ in Aulâ Cæsarea, seu alibi inter dictos Serenissimum, & Illustrissimum Dominos pro Castro, loco, & melioramentis, & Juribus Castri Gufredi, & desuper fuerint facta, & celebrata Capitula per ipsas partes eorum pro-

propriis manibus subscripta, & eorum sigillis munita, ibi exhibita, & mihi infrascripto Notario tradita, in fine præsentis Instrumenti registranda, tandemque etiam super Reservationibus, de quibus in dictis Capitulis ab Arbitris in eis nominatis terminandis fuerit inter partes ipsas conventum, transactum, & in omnibus terminatum, & concordatum, ut infra: Ibi &c. Ibi igitur prædicti Serenissimus Dominus Dux, & Illustrissimus D. Marchio volentes de prædictis & infrascriptis omnibus, & singulis publicam ad perpetuam rei memoriam apparere Scripturam, nec non, & inhærentes semper pactis, & conventionibus in prædictis capitulis concordatis, & ab eis non recedendo, præsentes constituti coram prædictis DDnis. omnibus, & me Notario infrascripto per se, hæredes & successores suos dictæ liti, causæ, & controversiæ, ac illorum quibuscunque actis, & processibus tam in dicta Aula Cæsarea, quam ubilibet actitatis, quorum omnium plenam informationem habuisse, & habere asseruerunt, instantiæque renuntiaverunt, easque totaliter annullaverunt, & cassaverunt, stante permutatione infrascripta, & in prædictorum executione, titulo transactionis, & permutationis, ac omni alio quocunque meliori modo, salvo semper, & reservato, in principio, medio, & fine hujusce Instrumenti, & in qualibet ejus parte, assensu Cæsareæ Majestatis, & non aliter, nec alio modo, dictus Illustrissimus D. Marchio Franciscus per se, hæredes & successores suos, salvo tamen & reservato jure Feudi, & assensu Cæsareæ Majestatis, ut supra, & uti causam habens etiam in parte ab Illustrissimo Domino Christierno ejus Fratre, juxta conventa in divisione, & aliis conventionibus inter eos initis, dedit, tradidit & permutavit prædicto Serenissimo D. Duci Mutinæ &c. ibidem præsenti, & acceptanti pro se, hæredibus & successoribus suis, Castrum, locum, & terram Castri Gufredi prædicti, cum universo illius territorio, situm intra fines Ducatus Mutinae, territorium Brixiae, nec non, & Castilioni a Stiveriis, cum fortiditio, Castro, mœnibus, villis, introitibus, cum omnibus, & quibuscunque suis Juribus & pertinentiis, & penes quoscunque suos confines, aliisque omnibus, & singulis ad ipsum Castrum, & locum quomodolibetque, & qualitercunque spectantibus, & pertinentibus, & de quibus potissimum in dicta lite, & causa alias controversum fuit, ac in dictis capitulis, adeo, ut aedificia, mœnia, tormenta bellica, & melioramenta, quae dicto castro annexa, & cohaerentia reperiuntur, & ad ipsum sunt quomodolibet destinata, remaneant, & sint, ne dum vigore acquisitionis alterius, de illis facta ab Illustrissima Domina Catharina Gonzaga filia, & hærede Illustrissimi D. Alfonsi Gonzagae, verum etiam jura juribus addendo, permanente etiam novo cessionis, & permutationis titulo quatenus opus sit, & non aliter, ipsius Serenissimi D. Ducis, cui praefatus D. Marchio renuntiavit, & renuntiat omnia, & quaecunque Jura, quae in eisdem aedificiis, mœnibus, tormentis bellicis, & melioramentis, & aliis quomodocunque, & qualitercunque, sive feudalia, seu allodialia dici possint, ei competunt, vel competere possunt, in quorum Castri loci, & terræ, ac jurium prædictorum qualia, & quanta sint, permutationem, ac cambium dictus Serenissimus D. Dux Vincentius per se, hæredes ac successores suos dictis capitulis, ac accordio inhærendo, dicto Illustrissimo Domino Marchioni Francisco acceptanti pro se, & hæredibus ac successoribus suis, eodemque permutationis & transactionis titulo, ac omni alio quocunque meliori modo, dedit, tradidit & permutavit jure proprio, & in perpetuum, salvo semper jure Feudi, & Cæsareo assensu, ut supra, & non aliter, nec alio modo, Castrum, locum & terram Medularum, Ducatus Mutinæ, cum suo territorio, tantum exclusis aliis villis, & locis alias, eidem loco Medularum, & ejus Jurisdictioni subjectis, situm juxta fines dicti Castri Gufredi, Castilioni a Stiveriis, & Guiditioli, nec non penes suos alios confines, & cum Rocha, seu Castro omnibusque & singulis juribus, introitibus & pertinentiis ipsius Castri, & loci, & ad eum, & Celsitudinem Suam quomodolibet spectanti, & pertinenti, juxta tamen declarationem in prædictis capitulis factam tantum, & non aliter, eo excepto &c. territorium Medularum veriori mensura nunc asseritur esse bubulcorum septem mille circiter & in dictis capitulis dicatur bubulcorum sex mille circiter item & prædictus Dominus Serenissimus cessit & permutavit in omnibus, & per omnia, ut supra, turrim & Arcem Sulpherini cum suis pertinentiis, de quibus in dictis capitulis & in omnibus, & per omnia, prout in eisdem Capitulis continetur, quæ ibi fuerunt exhibita, lecta, ac per dictos Serenissimum & Illustrissimum D. D. confirmata, ad quæ habeatur relatio ad dandum, tenendum, & possidendum, vel quasi respective, & quidquid dictis Serenissimo D. Duci, & Illustrissimo D. Marchioni respective, & eorum hæredibus, & Successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum, una cum omnibus, & singulis, quæ prædicta Castra, bona, res, & jura, ut supra, cessa, & renuntiata, ac permutata habent, supra se, infra, seu intra se, in integrum, omnique Jure & actione, usu, seu requisitione ipsis D. D. contrahentibus, & ipsis omnibus permutatis modo aliquo pectantibus & pertinentibus, & cum omnibus, & singulis, quæ intra suos continentur confines, quos hic partes ipsæ pro expressis in individuo haberi voluerunt, accessibus, ingressibus & egressibus suis viis, ustantiis & pertinentiis, usque in vias publicas; Et tenutam dicti Castri Gufredi, quam prædictus Serenissimus Dominus dixit & declara-

claravit habere, dictus Dominus Marchio Celsitudini Suæ plenissime confirmavit, constituens è converso dictus Serenissimus Dominus tenere & possidere, vel quasi respective dictam terram, seu Castrum Medularum, turrim, & Arcem Sulpherini, resque & jura, ut supra, permutata nomine dicti D. Marchionis, donec ipse tenutam, & corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi prædictus Serenissimus D. Dux omnimodam & plenissimam licentiam, Authoritatem, & potestatem prædicto Ill. D. Marchioni concessit & concedit, ad omne beneplacitum dicti Illustrissimi D. ad hoc exequendum & ostendenda confinia, & figendos terminos, ubi opus erit, & expediet, ut controversiæ, quæ oriri possent, omnia tollantur, deputavit Dominum Doctorem Annibalem Ghisellum procuratorem patrimonialem suæ Celsitudinis, dantes, cedentes, & concedentes atque in se ipsas partes, & respective, ut supra, transferentes, & mandantes omnia eorum jura omnesque rationes, & actiones, reales, et personales, utiles, et directas, meras, mixtas, tacitas, expressas, ac hypothecarias omnesque alias, & alia generis, & nominis cujuscunque, quæ, quas, quales, quantas, & quot, ipsæ partes, & quælibet earum respective, ut supra habet, habebat, suisque juris erant, & esse poterant in dictis bonis, rebus, & juribus, ut supra, permutatis ante præsentem permutationem: facientes, & constituentes una alteram, & e contra procuratricem irrevocabilem, uti in rem propriam, itaque à modo juribus, et actionibus prædictis, ut supra cessis, et aliis quibuscunque possit, et valeat agere, petere, excipere, causari, prosequi, vindicare, litemque movere ac se defendere, vel tueri, et generaliter omnia alia, & singula dicere, facere, et exercere in judicio, & extra, prout, et quemadmodum ipsi DDni. Contrahentes, et uterque eorum respective poterant, ac potuissent ante præsentem contractum, deinde dictus Serenissimus D. Dux, per se, et ut supra dictus Illustrissimus D. Marchio per se, et ut supra, promiserunt sibi ipsis ad invicem stipulantibus, et acceptantibus, ut supra in, de, et super dictis bonis, rebus, et juribus, ut supra permutatis, vel eorum parte aliqua, ullo unquam tempore litera, causam, vel quæstionem aliquam non inferre, nec inferrenti consentire, quinimo illa, et illas perpetuo tam in proprietate, quam in possessione legitime defendere, anthorizare, et desbrigare ab omni persona communi, Collegio, et universitate, in judicio et extra ab omni, et quacunque evictione, lite, & molestia, quæ in eis, et super eis quomodocunque, et qualitercunque sequeretur, et moveretur, omnibus ipsarum partium respective sumptibus, et Expensis, sive evicta fuerint in totum, sive in parte aliqua, sive non, sub obligatione bonorum infra ulterius dictus Serenissimus Dominus Dux in executione conventorum, & titulo permutationis, uti per se, & ut supra, *& in supplementum valoris Medularum, & pro omni eo, & toto, quod prædictus Illustrissimus D. Marchio prætendere possit, & valeat, pro adæquatione jurium in præsenti Contractu deductorum, quorum omnium redditumn scilicet, & congruentium æstimationem per calculos diligenter initos habitam fuisse plenam rationem, & exactam informationem partes ipsæ asseruerunt, promisit dicto Illustrissimo D. Marchioni* stipulanti, & acceptanti pro se, & ut supra hinc ad terminum mensium sex proxime futurorum tradere, & assignare tot bona stabilia, allodialia in territorio Medularum, si tamen commodè fieri poterit, sin minus in Ducatu Mutinæ, in loco tamen commodiori prædicto D. Marchioni, & juxta æstimationem per duos expertos ab utraque parte eligendos, & in Casum discordiæ per tertium de confidentibus eligentum faciendam, pro summa, & quantitate aureorum tredecim millia à libris sex pari pro singulo aureo; ex quibus quidem bonis annuus redditus aureorum similium sex centum quinquaginta communiter percipiatur, & interim, donec fuerit facta assignatio, prædicta solvere dicto Illustrissimo Domino Marchioni Livellos annuos ad rationem quinque pro singulo centenario, pro tempore, quo steterit in mora dictæ assignationis faciendæ, ut supra & quos quidem Livellos solvere promisit in singulos menses ad ratam, mandans expresse Perillustri Dominio præsidi & Magistratui, ut dictis temporibus, et terminis Livellos præfatos absque aliqua mora præstari curet. Dictus autem Illustrissimus Dominus Marchio Franciscus spontè et motu proprio, omnique meliori modo, viâ, jure, forma, & causa, quibus magis melius, & validius de jure dici, & fieri potest ad instantiam, et requisitionem prælibati Serenissimi Domini Ducis acceptantis, ut supra dixit, declaravit, ac confessus fuit, se antè hujus Instrumenti stipulationem habuisse, et realiter recepisse à prædicto Serenissimo Domino Duce in supplementum pariter valoris Medularum, ut supra & ex eademmet causa Scutos bis mille auri in ratione librarum sex pari Mantuæ in singulo scuto in tot vasis, & rebus argenteis, et aureis, domus, de quibus in lista in hoc instrumento inferius describenda, quæ bona de communi consensu fuerunt appreciata, et æstimata, ut in dictamet Lista continetur, bonaque ipsa, ut supra assignanda, ac dictas res, et bona, ut supra, habita, & confessa pro totali & integra Satisfactione præfatorum castri, loci, & jurium Castrigufredi per præfatum Illustrissimum D. Marchionem permutatorum dicto Serenissimo D. Duci hac tamen conditione, & reservatione, quod Castrum prædictum Medularum, cum ejus Rocha, Territorio, & juribus, nec non & turris Sulpherini, ac etiam bona stabilia, ut supra assignanda intelligantur, & sint, uti in omnibus, & per omnia subrogata,

gata feudo Castrigufredi subjecta oneri succedendi, ad commodum vocatorum, & comprehensorum in antiquis instrumentis, seu fideicommissis, & aliis substitutionibus, adeo, ut castrum ipsum Medularum, Arx Sulpherini, & prædicta bona stabilia, etiamsi sint allodialia, et non feudalia; nihilominus sint eiusdem naturæ, cujus est feudum Castrigufredi respective successionis prædictæ, quandocunque illius casus evenerit: Declarantes dicti Serenissimus D. Dux, & Illustrissimus D. Marchio ad tollendas rixas, et scandala, qua sæpe numero evenire solent, quod Ecclesia, aut pars monasterii Annunciatæ Venerabilium Fratrum ordinis Sancti Augustini, pro ea parte, quæ fundata est super finibus Castrigufredi, sit, & intelligatur esse in Territorio Medularum, eidemque Territorio annexa, & incorporata, prout ipsam eidem annectunt & incorporant, scilicet quantum capit ambitus murorum dictæ Ecclesiæ et circuitus Monasterii tantum; Itaque extra ambitum murorum prædictæ Ecclesiæ, et Monasterii intelligatur, & sit Territorium, et jurisdictio, prout erat, & est Castrigufredi: Declarantes insuper, quod personæ habitantes in Terra Medularum, et quæ habent aliqua bona stabilia in Villis, quæ erant sub Communitate Medularum, possint & valeant dicta bona alienare in termino annorum duorum proximorum, futurorum. Præterea dicti Serenissimus Dominus Dux et Illustrissimus Dominus Marchio per se, et ut supra stantibus prædictis ex nunc, prout ex tunc secuta assignatione, & aliis, de quibus ut supra sibi ipsis ad invicem stipulantibus, et acceptantibus, pro se, et ut supra, fecerunt finem generalem, generalissimam quietationemque et absolutionem, cum pacto perpetuo, et irrevocabili, de ulterius aliquid non petendo, nec peti faciendo pro his omnibus & singulis, quæ una pars ab altera petere, habere, consequi, ac prætendere posset, tam ex causis prænarratis, quam ex quavis alia causa, et ratione, tam tacita quam expressa, aut quomodocunque, & qualitercunque cassantes, revocantes, & annullantes, quamcunque scripturam tam publicam, quam privatam, in qua appareat, aut quovis modo apparere potest & posset, unam partem esse debitricem alteri, et e converso vel in aliquo teneri, quavis ratione et causa, et præcipue cassaverunt, et annulaverunt dictam litem, et causam in Aula Cæsarea controversam, et omnes processus, et actus in ea, et alibi factos, et quascunque ipsius litis, et Causæ instantias, salvis semper præmissis omnibus, et singulis in præsenti instrumento contentis; Et renunciaverunt partes ipsæ exceptioni, non sic per eos sponte facti, et celebrati præsentis instrumenti, modis et formis, quibus supra, ac infra ac exceptioni doli mali, vis, metusve causa, actioni in factum, Condictioni indebiti, sine causa saltem justa, aut non vera, vel non legitima causa, omnique alii suo juri, legum Beneficio, & statutorum auxilio, quibus unquam possent, aut vellent contra præsens venire Instrumentum, aut in aliquo contra eum se defendere, vel tueri, et prædicta omnia, et singula supra scripta, et in præsenti Instumento contenta, applicata, et inserta, dictus Serenissimus Dominus Dux per se, et ut supra dictusque Illustrissimus Dominus Marchio per se, et ut supra singula singulis congruè referendo promiserunt sibi ipsis ad invicem stipulantibus, et acceptantibus ut supra perpetuo et omni tempore firma, rata, et grata habere, tenere, attendere, observare, et in aliquo non contrafacere, nec contravenire per se, vel alium, seu alios eorum respective nominibus aliqua ratione, vel causa, modo, vel ingenio, de jure vel de facto, cum refectione, et restitutione omnium, & singulorum damnorum, interesse, et expensarum, litis et extra, et sub obligatione omnium et singulorum suorum bonorum, præsentium et futurorum, et sub fide Principum legalium; mandantes mihi notario infrascripto quod de præscriptis omnibus, & singulis publicum conficiam instrumentum ad perpetuam rei sic gestæ memoriam.

Sequitur tenor Capitulorum, de quibus supra:

Accordio stabilito fra il Ser^mo^ Sig^re^ Duca di Man^a^, et Illmo Sig^re^ Fran^co^ Gonzaga Marchese di Castiglione, conforme all' instanza fattane piuvolte da Monsig^r^ Illmo Il Vescovo di Cremona Commissario sopra ciò deputato alla Majestà dell' Imperatore, e con Intervento, et presenza d' esso Monsig^re^ sopra le differenze tra le d^te^ parti de dotte in Corte Cesarea, e come massimamente nelli processi, e prima si contenta il d^to^ Sig^r^ Marchese, che la terra, et castello di Castelgofredo con tutte le sue jurisdizioni, e pertinenze resti intieramente à S. A. et che ella sia investita di quel feudo dalla M^ta^ Ces^a^ Senza che piu restino rag^ni^ alcune sopra il dominio, e possesso d'essi al medesimo Sig^r^ Marchese all' Incontro S. A. si contenta di dare al Sig^r^ Marchese in ricompenza la terra di Medole col suo Castello, cioè il sol corpo d'essa Terra con le Case, e terre adjacenti, che puono ascendere alla somma di che sei milla in circa, tenute, e possedute da diversi privati patroni, e sono intorno alla detta terra, e corpo di Medole, e salve sempre le rag^ni^ d' essi particolari padroni, nella maniera, che quanto alli d^ti^ particulari S. A. riceve Castelgofredo, escludendo per piu chiarezza, le altre ville, e terre del commitato di Medole frà le quali sono quelle di Guidizolo, e Birbes con gl' huomini, terreni, e rag^ni^ d' esse ville, et piu si contenta l' A. S. di dare al Sig^r^. Marchese la terra, ó sia Rocha di Solfarino con le sue pertinenze, con le quali Terra di Medole, e Rocha di Solfarino, intende anco L' A. S. che passino nel Sig^r^.

Sigr. Marchese la giurisdizione, ed ogni preminenze loro, senza che piu le restino ragni alcuna sopra il dominio, possesso d' esse, ma di quelle sia investito il Sigr. Marchese da S. Mau Ces. e che S. Sigria Illma le habbia con li medesimi privileggii, con li quali gode Castiglione, cioè Sagregate dal Mantouano in tutto, e poste Sotto l'Imperio liberamente, si che però il feudo, quanto alla successione resti dell' istessa natura come Castiglione, e Castelgofredo per rispetto di quelli che sono chiamati nel antiche investiture; Non possono il Sigr. Marchese, suoi Eredi, e successori fari innovamente di sorte alcuna, ne permettere che gl' huomini di Medole, ò altri, per quanto dura quella giurisdizione ne facciano in modo alcuno diretta, ò indirettamentè nella seriola Marchionale, e suoi alveo ed aqua, mà solo possono valersene in qvella maniera, che adesso S. A. gode in detto luogo di Medale dentro i termini dichiarati, comè sopra ne anco possono innovare, ne permettere, che sia innovato in pregiudizio di S. A. ò de particulari suoi sudditi di sopra, o' di sotto li termini de Medole dichiarati come sopra restando sempre tutto l' alveo ed aqua d'essa seriola dal principio, fino alfine d' esso libera, et propria dell' A. S. Comè anco la gode nel Marchesato di Castiglione, e pero' per conto della purgatione, e escavatione, ed altre provisioni occorrenti sopra i detti Alveo, ed aqua, habbiate Sigr. Marchese d' esequire, o' di far esequire tutto quello, che è solito farsi, quando vengono fuori, o' Scrivono i Ministri di S. A. depti a questo, e non facendo, sia obligato esso Sigr. Marchese dare li contrafacienti in mano dell' A. S. salve pero' le ragni del Sigr. Marchese puotesse havere per gl' instrumenti Judice essersi, se pur vene sono de quali S. Sigria Illma da habbia far constar dentro il termine, che per altro à basso si prefigera. Che quanto ai Mantuani civili, e non rurali che hanno beni su quello di Medole dentro i confini circonscritti come sopra, volendo ritinere i loro beni, sia con loro osservato, quello, che si è fatto in simili occasioni, e che si fà quanto al Casciare i loro frutti in dto luogo, overo condurli fora a Mantua, o' ad alteri luoghi ove habitaranno, ma se quelli tali, o' alcuni d' essi volessero partirsi da Medole con le loro famiglie, possono farlo, conche vendono il loro havere dentro d' un anno à sudditi del Sigr. Marchese o' ad alteri che pero' venissero ad habitare nel Stato suo, overo che S. A. possa da loro acquistare i suoi stabili, ed il Sigr. Marchese sia tenuto torli in pagamento dall' A. S. in estintione du quello di piu, che potesse essere obligata per l' uguaglianza della stima che a basso si dira, se pur S. A. si trovera debitrice, e per la concordente rata del debito, e quanto all' habitare e sgombrare vendere, ed anco per le estrazione delli frutti il medesimo s'intenda per quelli di Castelgofredo, la qual faculta reciproca s'intenda durare per duc anni solamentè doppo la stipulatione dell' Instrumento. *Non possano il Sigr. Marchese, suoi eredi, & successori innovare causa alcuna alli huomini d' essa terra di Medule, contro i loro statuti, privilegii, & decreti, che hanno fino al di presente, ne parimente S. A. suoi Eredi, e successori possano contro quelli di Castelgofredo, ed in caso, si due lessero d' aggravii non possono li sudditi riccorrere ad alteri che alla Mtà dell' Imperadore*, si habbi da fare la stima di quello che l'una parte, e l'altera da vicendevolmentè, e che per conto di sua S. A. s' habbi da stimare la casa, qual ella tienne nel detto corpodi medule, e s' habbia ancor consideratione al valore delli melioramenti, che ella pretende in Castelgofredo, e parimentè s' habbia consideratione, comè di racione alla casa, fortificatione, munitioni, ed Artiglierie, che v'erano quando S. A. hebbe Castelgofredo, come cose ch' il Sigr. Marchese pretende siano sue, ed anco' s' habbia riguardo ad altre reciproche, pretenzioni delle parti, eccetuata pero' quella per Causa del paricidio la quale si contenta S. A. di rimettere, in virtu del presente accordio, si che d' essa non s'habbia piu Consideratione alcunà, dentro de cinque mesi prossimi, doppo che si sàra celebrato L' Instrumento sopra di questo accordio s'habbino da Cognoscere, e liquidare le dette pretenzioni, e parimente la spese d. S. A. pretese fatte nel presidio di Castelgofredo, s'habbia ancora da fare dentro l' istesso tempo la stima sopra detta, e quando cio non fosse in tutto Essequito dentro il detto termine habbia l' Atezza sua da dare il possesso al Sigr. Marchese delle dette terra di medole, e Rocha di solphorino con le ragioni sopradette, mettendosi allora i termini certi, ed ambe le parti habbiano durante esso termine, e doppo ancora da usare ogni diligenza, per il fine totale d' esse stima e pretenzioni si che s' habbiano da finire frà otto mensi, al qual effetto di conoscere, e liquidare, estimare, e finire, come sopra S. A. ellege jl Sigr. Senatore Ludovico Maggio, et jl Sigr. Marchese ellege jl Sigr. Senatore Girolamo Sansone, alli quali s' habbiano da dare piera, et ampla potestà, ed Authorità bisognevole, li quali s' habbianno da terminarle nel dicto tempo quando anco una delle parti non havesse informato bene, ed elegere loro un Notario non sospetto alle parti i quali due Senatori, se in tutto, o in qualche parte fossero discordi, s' habbia da dar loro un terzo, Sdo. l' arbitrio dell' Eccmo. Sigr. Conte di Fuentes, restando S. E. servita di nominarlo, quando' ne sara il bisogno, dovendo le parti aquiettarsi in tutto à quello, che sara dalli sodto. dichiarato, e laudato, ed all' hora siano tenuti terminarle, et finirle fra due altri mesi remosfraogni appellaone. richiamo o' dittione di nullità se la Stima, e dictia ratione de Confidenti predti risulterà che una

parte

LEopoldus, Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus &c. Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis: Cæsareæ Majestatis innata clementia, & quæ omnibus præsto esse consvevit ipsius munificentia, etsi suos & Sacri Romani Imperii fideles, præsertim eos, quos Antecessorum fides & obsequia commendant, gratiis & favoribus frequenter complectitur, illos tamen magis complecti solet, qui cum a benemeritis Majoribus orti sint, ipsimet etiam obsequiorum in Romanum Imperium promptitudine & fidei constantia se magis conspicuos & Imperiali gratia dignos præstiterunt. Sane inter illos, qui ex Majoribus bene de Romano Imperio promeritis orti, ipsi quoque de eodem optime mereri studuerunt, Illustris quondam Fridericus de Gonzaga, Dux Mantuæ, Princeps & Consangvineus noster charissimus, maximè enituit, qui illustres Progenitores suos ob eximias virtutes, & in Sacrum Romanum Imperium fidem & observantiam, complures dignitates, feuda & privilegia adsecutos, adeo totis viribus superare contendit, eamque operam pro ejusdem Imperii dignitate navavit, ut meritò post omnia Majorum suorum illis concessa, & ipsi a Prædecessoribus Nostris confirmata privilegia & jura, ex Marchione, quam dignitatem ex Majorum successione suorum acceperat, Ducali dignitate, quæ proxime ad Regalem accedit, honestissimo Decreto Divi quondam Imperatoris Caroli V. Augustissimæ memoriæ illustrior, insignior ac sublimior fieri, atque aliis insuper beneficiis augeri meruerit, quibus muneribus, sicut antea se dignum præstiterat, ita postea eorum semper memorem & gratum sese ostendit; Nihil enim, quod pro Imperii dignitate atque commodis efficere potuit, unquam intermisit: Ejus vero vestigia, quemadmodum magna cum laude secutus fuit, illustris quondam ejus Filius Franciscus, Dux Mantuæ, ac Marchio Montisferrati, quem equidem ob præclaras & excellentes ejus ingenii dotes a divo quondam Imperatore Ferdinando I. præclarissimæ recordationis, Domino Prædecessore, Abavo paterno Nostro observandissimo in generum acceptatum singulari amore atque benignitate, dum vixit, prosecutus semper fuit, & immatura morte ereptum vehementer doluit; Ita sane a laudabili Majorum & Antecessorum suorum instituto frater quoque jam dicti Ducis quondam Francisci, Illustrissimus quondam Gvilielmus, Dux Mantuæ & Montisferrati, Consangvineus & Princeps Noster charissimus, nusquam deflexit, sed jam dictum divum Dominum Abavum Nostrum paternum Ferdinandum I. & Maximilianum II. & Rudolphum itidem II. Dominum Magnum Propatruum & Propatruelem Nostrum charissimum, Romanorum Imperatores ac Prædecessores Nostros Sacrumque Imperium non minori fide, constantia ac animi promptitudine, quam Majores atque Antecessores ipsius demereri contendit, sicuti etiam in hoc præclaro studio ad extremum usque vitæ spiritum constanter perseveravit; Quamobrem dignus quoque jam pridem fuit habitus a prælibato Divo Domino Abavo paterno Nostro, Ferdinando I. & Domino Magno Propatruo Nostro Maximiliano II., quem inter cæteros generos & sororios suos ac Affines Nostros cooptaret: Quo etiam vita functo filius unigenitus, Illustrissimus quondam Vincentius primus, Dux Mantuæ & Montisferrati, Consangvineus & Princeps Noster Charissimus, uti mox ab ineunte ætate nihil prius habuit, quam ut præclaris Majorum suorum vestigiis, tanquam strenuus illorum virtutis æmulus, insisteret, ita susceptis quoque post prædicti Genitoris sui Illustrissimi, Ducis Gvilielmi obitum utriusque Ducatus Mantuæ & Montisferrati, successionis jure ad se devolutorum, Gubernaculis suam erga Divum quondam Dominum Magnum Propatruelem Nostrum Colendissimum Rudolphum II. Romanorum Imperatorem, Augustissimæ memoriæ, Sacrumque Romanum Imperium & inclytam Nostram Austriæ domum, ex qua maternum genus duxit, quippe ex Magna Proamita Nostra charissima, Serenissima quondam Principe Eleonora, Ducissa Mantuæ & Montisferrati, nata Regina Hungariæ & Bohemiæ, Archiducissa Austriæ progenitus, eximiam fidem, observantiam & bene merendi promptitudinem nulla non occasione ad extremum usque vitæ spiritum, postpositis quibuscunque periculis, egregie declaravit, ac re ipsa testatum reddidit. Cujus laudatissimo Exemplo primogenitus ipsius filius Illustrissimus quondam Franciscus II. Dux Mantuæ & Montisferrati, Consangvineus & Princeps Noster charissimus, quam primum Imperator olim Matthias præclarissimæ recordationis Divini Numinis auxilio Imperii gubernacula feliciter suscepisset, insigni legatione ad Aulam ejus Cæsaream missa non minus avitæ & paternæ virtutis, fidei optimæque erga Majestatem suam, Sacrumque Romanum Imperium & Augustam Nostram Austriæ Domum devotionis, quam Provinciarum & Ducatuum, quos a Sacro Imperio recognoscebat, hæredem quoque se loco & tempore futurum præstito, per dilectionis suæ Fratrem Germanum sufficienti adhuc mandato instructum, debito & consveto obedientiæ & fidelitatis homagio contestatus est, cujus oblationis luculentos effectus & viva etiam testimonia nequaquam dubitandum fuit, quin re ipsa præstitisset, nisi præmatura fata luci huic subtractum in æternas beatorum sedes transportas-

portassent: Cui sine liberis masculis defuncto, postquam Illustrissimus Dux Ferdinandus tunc temporis Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Consanguineus & Princeps Noster Charissimus, in utroque Ducatu Mantuæ & Montisferrati, aliisque a Sacro Romano Imperio dependentibus, successisset, illud quoque per Consiliarium Status & Oratorem suum Magnificum Nostrum & Sacri Imperii fidelem dilectum, Claudium Gonzagam, Marchionem Palazoli & Dominum Podii, pleno mandato suffultum, ad Majestatem suam, quæ tunc in Comitiis Imperialibus versabatur, ablegatum, postmodum vero Divo Imperatore Matthia vita functo, per Oratorem suum, Illustrem Fridericum, Marchionem de Gonzaga, ad Divum Ferdinandum II. Dominum Prædecessorem, & Avum Nostrum Colendissimum inclytæ recordationis, postquam in Imperii gubernacula feliciter successisset, destinatum, devotionem & hæreditariam observantiam erga Sacrum Romanum Imperium testatus, utriusque Investituræ renovationem a dilectione & Majestate sua præfato Avo nostro Ferdinando II. reverenter petierit, & impetrarit: Quo pariter sine Liberis masculis legitimis defuncto, frater tertio genitus Vincentius II. Dux Mantuæ & Montisferrati, Consanguineus & Princeps Noster Charissimus per Illustrem Nostrum & Sacri Imperii Principem fidelem dilectum, Pyrrhum Mariam, Marchionem de Gonzaga, pleno mandato suffultum, perorante honorabile docto & Sacri Imperii fideli dilecto Equite, Claudio a Sorina, ejusdem Ducis in Aula Cæsarea tunc Residente ordinario, præfatum Mantuæ & Montisferrati Ducatum a Divo quondam Imperatore Ferdinando II. Domino Avo Nostro Colendissimo debite recognovit; post cujus deinde mortem extincta penitus dicti quondam Ducis Guilielmi linea memoratus Ducatus ad Carolum I. prænominati quondam Ducis Friderici ex Filio Ludovico Nepotem, moderni Serenissimi Ducis Ferdinandi Caroli ex defuncto Filio Carolo Proavum, vigore Investituræ modo nominato Duci Friderico a Divo quondam Imperatore Carolo Quinto concessæ, ex legitima successione vocatum, translatus est, post quorum demum fata & obitũ præmemoratus Serenissimus quondam Carolus II. Mantuæ & Montisferrati Dux, Consanguineus & Princeps Noster charissimus, tanquam legitimus Successor, per Nobilem Nostrum, & Sacri Romani Imperii fidelem dilectum, Comitem Antonium Calorum, ad Aulam Nostram Cæsaream Legatum, & honorabilem Consiliarium nostrum ac fidelem nobis dilectum ad eandem Aulam Nostram Cæsaream Agentem, Petrum Viso de Moylenau, devotionem & hæreditariam observantiam erga Nos, Sacrumque Romanum Imperium abunde testatus, Investituræ renovationem super Ducatu Mantuæ ejusque pertinentiis a Nobis trigesima Septembr. 1659. reverenter petiit & impetravit; post cujus immaturum ex hac vita decessum d. 14. Augusti Anni proximi superioris 1665. subsecutum, præmemoratus modernus Serenissimus Ferdinandus Carolus, Mantuæ & Montisferrati Dux, Consobrinus & Princeps Noster charissimus, tanquam prædicti Ducis Caroli II. filius legitimus atque successor, per eundem illum prædictum Nobilem Comitem Antonium Calori iterum ad Aulam Nostram Cæsaream Legatum & (Tit.) Franciscum Mayr, J. U. D. ad eandem Aulam Nostram Agentem demissè exponi curavit, qualiter dudum Divæ memoriæ Sigismundus, Romanorum Imperator, primo attentis fidelitatis obsequiis, quæ bonæ memoriæ supradicti Illustrissimi Ducis Vincentii primi Tritavus, Joannes Franciscus, Marchio Mantuæ & ejus Antecessores Sacro Romano Imperio præstiterunt, eundem Joannem Franciscum illustraverat, insigniverat, sublimaverat & erexerat in Principem & Marchionem Mantuæ decoraverat, Civitatemque ipsam Mantuæ cum toto ejus districtu ac territorio & omnibus juribus & pertinentiis suis in Marchionatum creaverat, Marchionatumque ipsum in feudum honorabile ac perpetuum ipsi, ejusque legitimis filiis & hæredibus masculis & successoribus concesserat, ac modum successionis in Marchionatu & præfato jam Ducatu ordinaverat, jura etiam, privilegia, immunitates, libertates, exemptiones, declarationes, & indulta largiendo & specialiter eidem Joanni Francisco hæredibusque suis legitimis confirmando, ratificando, approbando, roborando & innovando omnia privilegia antiqua & nova, etiam eidem vel ipsius Antecessoribus concessa per Divos Romanorum Imperatores & Reges, super quibuscunque aliis terris & locis Juribus, Jurisdictionibus, gratiis & dignitatibus, ac post divæ memoriæ Albertus, Romanorum Rex, & Fridericus Imperator & Maximil. I. Romanor. Rex, item & Serenissimus & Potentissimus Imperator, Carolus V. nec non Divus quondam Ferdinandus I. Electus Romanorum Imperator, Maximilianus II. Rudolphus itidem II. atque Matthias, Ferdinandus II. Domini Majores, Agnati & Prædecessores Nostri observandissimi, in personas dictorum quondam Joannis Francisci, & successive Ludovici Tritavi, Friderici Atavi, Francisci Abavi, Friderici Proavi, &, post fata hujus, in personam Francisci, ejusdem Filii primogeniti, &, hoc sine Liberis defuncto, Guilielmi secundo geniti, &, hoc quoque e vita sublato, Vincentii I. dicti Friderici ex modo dicto Guilielmo Nepotis, & post hujus obitum Francisci, Ferdinandi & Vincentii II. fratrum, sæpe dicti Friderici ex modo nominato Duce Vincentino II. pronepotum successive omnia & singula privilegia confirmaverant, ratificaverant & approbaverant, prout in eorundem Sigismundi, Alberti, Friderici, Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi itidem II. Matthiæ atque Ferdinandi II. literis plenius continetur, postea vero præfati Fridericus, Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus itidem II. & Matthias ac novissime Ferdinandus II. prædictis Ludovico ipsius Vincentii II. Ducis Tritavo, Frideri-

co Atavo & Francisco Abavo, tunc Marchionibus Mantuæ, Friderico Proavo, Francisco, Patruo Magno, Guilielmo Avo, Vincentio Patri, Francisco & Ferdinando, ac demum ipsi Vincentio II. fratribus infra scriptas Terras, Castra, Oppida, Villas, Rocchas, Fortalitia & loca Brixiensis Territorii pro ipsis & suis hæredibus ex illis legitime descendentibus in feudum perpetuum, honorabile, nobile & antiquum concesserant, videlicet Castrum Caneti cum Roccha & ponte super flumine Olei, nec non Revellinum seu fortalitium ultra flumen Olei, versus Territorium Cremonense, cum omnibus villis & subjectis, videlicet Bozulano, Aqua nigra, Beverana, Mosio, Casal Romano, Fontanello, Volungo cum suo fortalitio & Caragieto, item Castrum Hostiani, item Castrum Giufredi, item & Castrum Medulæ, cum Villis ei subjectis, maxime Birbeso, Bocheria, Guidezzolo, item Castrum Castioni a Stiveriis cum Roccha & Villa Sulphurini, item Castrum Rodoldisci cum Montecucculo, sancto Firmo cum sancto Salvatore, item & Castrum Marianæ, item & Castrum Asulæ cum Roccha & cum Casaloldo & suo fortalitio, Remedello superiore & inferiore versus aquam nigram, item Castrum Lonati cum sua Roccha & universaliter cum omnibus Rocchis, Fortalitiis & Villis Territorii Brixiensis cum suis Curtibus, pertinentiis & jurisdictionibus, quæ quondam ipsi vel eorum Antecessores tenuerant & possederant, similiterque eosdem Ludovicum & Fridericum & Franciscum Marchiones Mantuæ pro se & filiis ac hæredibus suis masculis, ex eis legitime descendentibus de infrascriptis Terris, Castris, Oppidis, Fortalitiis, Villis & locis ac Juribus cum eorum Jurisdictionibus investiverant, eaque omnia, ut supra, eisdem in feudum honorabile & antiquum concesserant, videlicet Castrum Vellianæ cum Roccha, Fortalitio, Curia, Villa & pertinentiis suis, Castrum Dosali cum Fortalitio, Villis & pertinentiis suis, Castrum Sablonettæ cum Roccha, Curia, Villis & pertinentiis suis, Castrum Riparoli cum Roccha, Curia, Villis & pertinentiis suis, Castrum Bozuli cum Roccha, Curia, Villis & pertinentiis suis, Castrum Insulæ Dovariensium cum Villis & pertinentiis suis, Villas Gazoli & Belfortis cum Villis & pertinentiis suis, Villam quoque Pomponisci cum suis pertinentiis, omnia sita in districtu & Territorio Cremonensi, cum omnibus suis Curtibus, pertinentiis, Juribus & Jurisdictionibus, quæ ipsi suique Prædecessores tenuerant ac possederant, ac tenere & possidere consueverant, prædictis Ludovico, Tritavo, Friderico Atavo, & Francisco Abavo dicti Vincentii II. Ducis & Successoribus suis in prædictis plura privilegia, libertates, immunitates, concessiones, exemptiones, facultates, declarationes, authoritates & indulta largiendo, prout hæc & alia suis Literis, quas his haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continentur.

Prælibati præterea Fridericus Imperator & successive Maximilianus I. nec non Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus itidem II. Matthias & Ferdinandus II. Romanorum Imperatores, Prædecessores Nostri, ratificantes & approbantes pacta, transactionem, compositionem atque concordiam per dictum Fridericum, Marchionem, ipsius Vincentii II. Ducis Atavum, & dicti quondam Ludovici primogenitum, Imperiali accedente consensu, & non aliter initam, actam, confirmatam & roboratam cum quondam Francisco Sanctæ Mariæ Novæ, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali, & olim Joanne Francisco Rudolpho & Ludovico, omnibus fratribus prænominati Atavi sui, tam super prædictis Castris, Terris, Villis & Locis Cremonensis & Brixiensis Diœcesis, quam etiam super certis Castris & Villis dicti Marchionatus jam Ducatus & præcipue de Castris, Villis & Terris, quæ ad dictum Fridericum, Atavum suum, Marchionem Mantuæ pervenerunt, ex dictis Fortalitiis, Castris, Oppidis, Terris, Villis ac bonis Cremonensibus, & Brixiensibus infra scripta omnia & singula Castra, Fortalitia, Terras, res & bona cum juribus, jurisdictionibus, pactis, conventionibus, capitulis, & clausulis in Instrumentis ipsarum conventionis, Transactionis & Concordiæ descriptis, prædictis illustri quondam Friderico Atavo, Francisco Abavo, tunc Marchionibus, Friderico Proavo, Francisco Patruo Magno & Guilielmo Patri, Francisco & Ferdinando fratribus sæpedicti Vincentii II. ac novissime ipsi quoque modo nominato Duci Vincentio II. in feudum nobile & antiquum concesserant, videlicet Castrum Vitellianæ in Territorio Cremonensi cum omnibus & singulis terris, Villis, possessionibus & jurisdictionibus omnimode ad dictum Castrum Vitellianæ spectantibus & pertinentibus, aut modo aliquo spectare valentibus; item Castrum Caneti in Territorio Brixiensi cum suis squadris, Volongo, ponte super flumen Olei, Revellino dicti Castri super agro Cremonensi ultra flumen Olei constructo, & aliis supra narratis, & cum mero & mixto Imperio & omnimoda jurisdictione & pascuis omnibus ac regalibus, & cum omnibus pertinentiis & Reservationibus suis, item Castrum Marianæ, Rodoldisci & Medularum positum in Territorio Brixiensi cum omnibus Villis ejus subjectis, Terris, Possessionibus & omnimoda jurisdictione, & prout in dictis Instrumentis compositionis, transactionis & concordiæ inter ipsos fratres initarum & conclusarum latius continetur, plura etiam privilegia, indulta, libertates, immunitates, exemptiones, facultates & declarationes Antecessoribus ipsius Ducis Vincentii II. largiendo & alia antiqua & nova privilegia Sacratissimorum Romanorum Imperatorum & Regum, eorumque literas quascunque ipsis vel eorum Progenitoribus concessas & datas esse, præcipue per Divæ memoriæ Carolum IV. Romanorum Imperatorem, Wenceslaum Regem, Sigismundum Imperatorem, Albertum Regem, & ipsum Fridericum Imperatorem super fortalitio Sacchetæ & super facultate studium generale in dicta Civitate

tate Mantuæ erigendi, habendi & tenendi confirmando & approbando, prout in dictorum Serenissimorum Friderici, Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. & Rudolphi itidem II. & Matthiæ ac Ferdinandi II. literis desuper expeditis latius continetur, quas hic haberi volumus pro sufficienter expressis. Porro quod cum etiam quondam Antecessores ipsius illustrissimi Ducis Vincentii II. alias per longa tempora pro suis & tanquam sua tenuerint & possederint, Castrum Pischeriæ cum juribus & pertinentiis suis & alia quædam loca & terras in Territorio & Diœcesi Veronensi, quorum Castri, fortalitii & aliorum locorum possessione cum alias præfati ejus progenitores spoliati indebite fuerint, & de eis a Prædecessoribus Nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus Investituras seu confirmationes obtinere non studuerint, quod propterea cupiat Dux Ferdinandus Carolus, Consanguineus & Princeps Noster charissimus, sibi & successoribus suis jura illæsa reservari in dictis, Castro & locis occupatis, ac per Nos declarari quascunque occupationes & detentiones ac possessiones injuste factas ac fiendas, quoad præjudicium jurium Sacri Romani Imperii ac ipsius Ducis & Successorum suorum nullum penitus juris effectum habere, vel habuisse, decerni & declarari, prout alias ipsius Ducis Vincentii Fratres, Pater, Avus & Patruus Magnus atque adeo ipse etiam Dux Vicentius II. a dicto Ferdinando II. & ab antedictis divis quondam Imperatoribus Matthia, Rudolpho II. & Carolo V. obtinuerint; Porro dum viveret illustris Fridericus I. Proavus ipsius Ducis Vincentii, obtinuerit etiam ab eodem Divo quondam Imperatore Carolo V. Marchionatum Mantuæ cum omnibus aliis suis feudis præsentibus & futuris in Ducatum erigi, reservato tantum Castro Vitellianæ cum suis Curia, & pertinentiis, cum titulo Marchionatus, qui tamen a Ducatu Mantuæ dependeat, eique subsit, ac postmodum, tum ipse Illustris Dux Fridericus, tum etiam Franciscus Guilielmus, Vincentius I. Franciscus, Ferdinandus & Vincentius II. filii ipsius & respective Nepos atque Pronepotes, ac postremo Pater quondam ipsius Serenissimus Dux Carolus II., tanquam dicti Ducis Friderici ex Ludovico Filio Nepos, &, linea Guilielmina penitus extincta, ex Avo suo, Duce Carolo I. legitimus Successor impetraverint, non modo præmemoratas illustrationem, insignitionem, sublimationem, erectionem, nec non Investituras & literas, gratias, libertates & privilegia, indulta, rescripta, declarationes & facultates, nec non alia plura Instrumenta illos concernentia confirmari, verum etiam de supradicto Ducatu Mantuæ & Marchionatu Vitellianæ, ac cæteris omnibus & singulis præmissis, quæ quovis jure ad ipsos spectarunt, seu spectare valuerunt, se expresse & solenniter investiendos curaverint, prout hæc omnia Investituræ Literis tam a nobis novissime dicto quondam Serenissimo Duci Carolo II. 30. Septembr. Anni 1659. quam ante hac a prædictis Divis Imperatoribus ejusdem Antecessoribus Mantuæ Ducibus concessis latius continetur, quarum nimirum tenor sequitur in hæc verba:

Inserantur Investituræ Priores.

Nunc autem præfatus modernus Dux Ferdinandus Carolus agnoscat, sibi incumbere, posteaquam extincta totaliter linea masculina a sæpedicto Duce Friderico I. Abavo suo per secundogenitum ipsius Guilielmum propagata, supradictus Ducatus Mantuæ cum Marchionatu Vitellianæ & cæteris omnibus supra recensitis, ad ejusdem Friderici I. Atavi sui ex filio ejusdem tertio genito Ludovico legitime descendentes, videlicet Proavum suum Ducem Carolum I., dicti Ludovici filium unicum, & hoc e vivis sublato ad Patrem quondam suum, Ducem Carolum II., ex Duce Carolo I. ejusdem Avo prædefuncto Nepotem, tanquam hæredam feudalem, & ab hoc demum ad se, tanquam ejusdem legitimum filium atque successorem devolutus sit, ut eodem nunc defuncto a Nobis hæc omnia recognoscat, ac Investiturarum renovationem & confirmationem prædictorum supplex petat ac recipiat, debitumque & solitum juramentum præstet. Cumque ipsemet, propter multa gravissima impedimenta, ad Nostri culminis præsentiam, uti magnopere cuperet, non posset personaliter accedere, Nobis nomine & loco ejus Nobilis Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus, Comes Antonius Carolus, ad Aulam Nostram Cæsaream Legatus, & Honorabilis Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus, atque ad dictam Aulam Nostram Cæsaream Agens, Franciscus Mayr, J.U.D. supplicaverint, quatenus dignaremur illustrationem, insignitionem, sublimationem & erectionem præfatas, nec non feudum dicti Ducatus & quævis alia inde secuta, & quasvis Literas, gratias, libertates, immunitates, privilegia, indulta, rescripta, declarationes, exemptiones & facultates ac investituras ipsi prænominato Duci Ferdinando Carolo in feudum perpetuum, honorificum, Nobile & antiquum dictarum terrarum, Castrorum, Fortalitiorum, Villarum & Jurium ac rerum supradictarum Cremonensium & Brixiensium, quæ ad prædictum Ferdinandum Carolum Ducem, ut præmittitur, pervenerunt, & ad eum quoquo modo, tam vigore dictarum Literarum & Privilegiorum supradictorum, quam Conventionum & Concordiæ, ac etiam præmemoratorum Testamentorum Abavi & Patrui majoris seu alio quoque jure spectant, seu spectare debent, nec non præmemorata Testamenta & omnes ac singulas Literas Cæsareas & Regias Antecessoribus suis per Divos Antecessores Nostros Imperatores, Reges, & præcipue Carolum IV. Imperatorem, Wenceslaum Regem, Sigismundum Imperatorem, Albertum Regem, Fridericum III. Maximilianum I. Carolum V. Imperatores factas, concessas & datas, ac in eis nominatas, aut relative expressas, ac demum etiam per Divos

Imperatores, Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum itidem Secundum, nec non Matthiam & Ferdinandum II. Dominos Prædecessores Nostros confirmatas, tum etiam præinserta emptionis, confirmationis, testamenti per quondam Fridericum ex Marchionibus de Gonzaga, de castris & locis Gazoli & Dosuli factorum, & subsequutorum inter prædictum Ducem ac Pyrrhum Scipionem, Ferdinandum & Julium Cæsarem, fratres, Marchiones de Gonzaga conventionum & venditionum, aliaque huc pertinentia Instrumenta, una cum Divi Maximiliani II. confirmatione & Investitura desuper emanata, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis & verborum expressionibus authoritate Nostra Imperiali in personam ipsius Ducis Ferdinandi Caroli, quatenus ei conveniant, aut convenire possint, etiam Nos approbare, ratificare, innovare & confirmare, ipsumque Ducem mediante persona dicti Oratoris sui, Comitis Antonii Calori de dicto Ducatu Mantuæ & Marchionatibus Virellianæ, Gazoli & Dosuli, eorumque Territoriis, Districtibus, Terris, Castris, Oppidis, Rocchis & Villis omnibusque & singulis præmissis sive veterum atque præteritarum sive novarum Investiturarum & concessionum sive præfatarum transactionum, conventionum, emtionis, venditionis, ac a Patruo maximo Francisco relicti, vel alterius testamenti atque universalis institutionis & successionis, sive alio quovis jure ad ipsum Ducem Ferdinandum Carolum quomodolibet spectantibus, seu spectare debentibus investire, & in feudum perpetuum, honorificum, nobile & antiquum conferre ac concedere de ulterioris dono gratiæ, ac plenitudine potestatis Cæsareæ remittendo ipsi quamcunque caducitatem, si quam idem Dux incurrisse dici posset, nec non de eadem etiam Cæsareæ potestatis plenitudine decernere, statuere & declarare quæcunque jura ipse Dux Ferdinandus Carolus habet in prædictis aut aliquo prædictorum, quæ ad ipsum, ut supra, pertinent, & pertinere debent, idem Duci Ferdinando Carolo salva permansisse & permanere, tam respectu possessionis seu quasi, quam proprietatis & Dominii, non obstante detentione, occupatione, aut possessione quacunque injuste per quoscunque in præteritum facta vel adepta, seu in futurum facienda vel adipiscenda, quibus in Sacri Romani Imperii, seu ipsius Ducis Ferdinandi Caroli, aut successorum suorum præjudicium, omnem penitus juris effectum tollere, de eadem potestatis plenitudine dignaremur. Præterea cum insuper etiam Nobis idem Dux Ferdinandus Carolus per antedictum Oratorem suum exponendum curaverit, quod virtute antedictarum conventionum, ut supra confirmatarum, Terra & Castrum Luzzariæ cum suo territorio & districtu, quæ & quod fuerat, ut constat ex Instrumento Investituræ primo Marchioni Mantuæ concessæ, membrum Marchionatus Mantuæ, per Illustrem quondam Fridericum Atavum Ducis Vincentii II. assignatum fuerit quondam Illustribus Rudolpho & Ludovico, fratribus suis, & ex post segregatum a Marchionatu Mantuæ per Divæ memoriæ Imperatorem Fridericum III. ac postmodum non modo talis segregatio per Divum Maximilianum primum, Cæsarem, nec non Imperatorem Carolum V. ac etiam Ferdinandum I. Divos Antecessores Nostros Augustissimæ memoriæ confirmata sit, verum etiam, quod a jam dicto Serenissimo Imperatore Carolo V. Illustris quondam Joannes Franciscus Gonzaga obtinuerit, ut Castrum Luzzariæ cum suis jurisdictionibus & pertinentiis semper remaneat in Dominio & jurisdictione Primogeniti filii sui, ac successive in primogenitos primogenitorum descendentes masculos ac legitimos in infinitum, his etiam deficientibus in secundogenitos, & sic successive, juxta formam in privilegiis desuper emanatis, & olim coram dicto Imperatore Ferdinando I. productis descriptam, post quam concessionem dictus quondam Joannes Franciscus suum ultimum condiderit testamentum, rogatum per Julium Bonipertum, Notarium publicum Mantuæ, sub die 11. Octobr. 1524. a sæpedicto Serenissimo Imperatore Carolo V. confirmatum, in quo Illustri Maximiliano Gonzagæ Marchioni Filio suo primogenito dictum Castrum cum omnibus Jurisdictionibus prælegaverit, quod quidem Castrum & Terram Luzzariæ jam dictus Illustris Maximilianus multis de causis animum suum moventibus, cum jurisdictione, mero & mixto Imperio & cum omnibus aliis ad eum spectantibus vendiderit prædicto quondam Duci Guilielmo, sub prælibati tamen Imperatoris Ferdinandi I. gratiosa licentia, & non aliter, nec alio modo, tam respectu alienationis feudi, quam derogationis Primogenituræ ac Litispendentiæ, sicut ea omnia constent ex Instrumento præmemoratæ venditionis, rogato per Franciscum Bellerum Notarium Mantuæ sub die decima septima Julii Anni 1557. cæterisque antehac coram prælibato Divo Imperatore Ferdinando I. in authentica forma exhibitis, quas hic pro expressis haberi volumus. Ideoque dictus Dux Ferdinandus Carolus Nobis supplicaverit, ut & Nos dignaremur ejusmodi concessiones alias factas prædicto Illustri Maximiliano Gonzagæ & venditionem per eum dicto Duci Guilielmo factam confirmare, non obstante quacunque lite seu controversia, salvo jure primogenituræ ac litigantium, in casu victoriæ in pretio, nec non omni meliori modo derogare jam dictæ primogenituræ, ac consequenter cum hujusmodi derogatione ipsum Ducem Ferdinandum Carolum, mediante persona sæpedicti sui Oratoris, investire de dictis Castro & Terra Luzzariæ, ac ejus Territorio ac districtu, omnibusque ad dictum Castrum & Terram spectantibus & pertinentibus, una cum domibus, ædificiis, nemoribus, terris, possessionibus, Jurisdictione, mero & mixto Imperio, ac aliis in antedicto venditionis Instrumento comprehensis; Insuper cum

cum idem Dux Ferdinandus Carolus per sæpenominatum Oratorem suum reverenter Nobis in memoriam revocarit, quod vigore transactionis, cessionis & permutationis de Castro Giufredo per Illustrissim. quondam Vincentium Primum Ducem Mantuæ & Montisferrati cum Illustri quondam Francisco de Gonzaga, tum Marchione, postea Principe Castiglione initæ & ab Augustæ memoriæ Imperatore Rudolpho II. Prædecessore nostro colendissimo, die vigesima mensis Decembris, Anno Domini 1603. confirmatæ, prænominatus Vincentius Primus de eodem Castro Giufredi Ducatui Mantuæ ab illo tempore authoritate Cæsarea unito & incorporato investitus fuerit, quemadmodum ex confirmationis & Investituræ Diplomate, quod & memoratæ cessionis & permutationis Instrumenta inserta habeat, plenius liquere possit. Ac proinde suppliciter nos rogarit, ut ejusmodi cessionem & transactionem de Castro Giufredi, ut supra, initam & confirmatam Nos quoque auctoritatis Nostræ Imperialis robore munire ipsumque Ducem Ferdinandum Carolum, ad formam prælibatæ Investituræ Divi quondam Imperatoris Rudolphi, de dicto Castro Giufredi benigne, clementerque investire dignaremur. Nos igitur in arcano pectoris Nostri sedulo revolventes multiplicia virtutum merita, ac etiam præclaræ devotionis affectum, quibus ipsius Ducis Ferdinandi Caroli Majores & Antecessores, ex ingenua Domo Gonzaga, Prædecessores Nostros Romanorum Imperatores & Reges & ipsum Sacrum Romanum Imperium honorare studuerunt, nec non immotæ fidelitatis obsequia, quæ non modo ipsius Ducis Ferdinandi Caroli Majores, tam Marchiones, quam Duces Mantuæ Divis Majoribus Prædecessoribus Nostris, Romanorum Imperatoribus ac Regibus gloriosæ memoriæ præstiterunt, ac nominatim quoque colendissimo Domino Patri Nostro Ferdinando III. felicis recordationis Dux Carolus II. moderni Pater memorabili inter bellorum ancipites casus constantiæ & devotionis exemplo præstitit, ac ipse etiam modernus Serenissimus Dux Ferdinandus Carolus, præclaro Majorum suorum exemplo, pro eximia indole sua studioque atque observantia erga Nos Sacrumque Romanum Imperium ac Augustam Domum Nostram Austriacam haud dubie, quovis tempore, indefessa constantia una cum descendentibus suis præstabit ac præstare contendet.

Et proinde hujusmodi precibus, tanquam rationabilibus, favorabiliter inclinati, animo bene deliberato, sano Baronum & Procerum aliorumque Nostrorum & Sacri Romani Imperii fidelium apud Nos existentium accedente consilio, & certa nostra scientia, ac Imperiali autoritate Nostra illustrationem, insignitionem, sublimationem, erectionem & decorationem hujusmodi, nec non Investituras & feudum & literas præinsertas ac in eis nominatas & relative expressas & alias quascunque quorumcunque Imperatorum & Regum, Prædecessorum Nostrorum, cum quibuscunque gratiis, libertatibus, Privilegiis, Indultis, Rescriptionibus & Declarationibus, ipsius Ducis Ferdinandi Caroli Majoribus & Prædecessoribus pro ipsis & filiis, hæredibus & successoribus ipsorum datis, concessis, emanatis & factis tum super dicto Ducatu Mantuæ & Marchionatibus Vitellianæ & Gazoli & Dosuli eorundemque Ducatus & Marchionatuum territorio & districtu & super fortalitio & Castro Sacchetæ, quam etiam super dictis fortalitiis, Terris & Locis, Castris, Oppidis, Villis, rebus & juribus Brixiensibus & Cremonensibus, & maxime super terris, quæ ad Ducem Vincentium II. ac deinde jure successionis ad ipsum Ducem Carolum pervenerunt, & ad eum quoquo modo, tam vigore Literarum & Privilegiorum suprascriptorum, quam conventionum, emtionum, venditionum & concordiæ, etiam prædictorum testamentorum quondam Ducis Friderici I. & Ducis Francisci, vel alterius seu alio quocunque jure spectant, vel spectare debent; item super facultate studium generale in Civitate Mantuæ erigendi, habendi & tenendi, nec non facultate ex tota Germania & terris Imperii ad stipendia extrahendi usque ad sex vel octo millia peditum, conditionibus tamen, modis & formis observatis juxta tenorem Literarum dicti Cæsaris Maximiliani I. datarum in Oppido Insprugh, die vigesima sexta mensis Septembris, Anno millesimo quingentesimo primo, ac Instrumenta super antedictis conventionibus, emptionibus, venditionibus & concordia, testamentisque prædicti Ducis Friderici I. & Francisci seu alterius, quoad universalem Institutionem & unumquodque eorum in omnib9 suis clausulis, punctis, articulis & verborum expressionibus, ac si earundem illustrationis, insignitionis, sublimationis & erectionis, concessionum, facultatum, gratiarum, libertatum, privilegiorum ac declarationum, nec non feudorum præfatorum & confirmationum instrumentorumque & testamentorum, quoad universalem institutionem, & successionem in dicto statu, terris ac locis prædictis, tenores in propriis apicibus & clausulis de verbo ad verbum præsentibus totaliter essent inserti, autoritate Nostra Cæsarea Romana in personam memorati Consanguinei Nostri Ducis Ferdinandi Caroli, nec non filiorum & hæredum suorum, quatenus eis conveniunt & convenire possunt, ratificamus, approbamus, innovamus, ac tenore præsentium confirmamus, dictum Ferdinandum Carolum, Ducem, mediante persona sæpe nominati Consiliarii & Oratoris sui de hujusmodi Civitate & Ducatu Mantuæ cum Marchionatibus Vitellianæ ac Gazoli & Dosuli eorumque territorio & districtu, Terris, Castris, Oppidis, Rocchis & Villis, omnibusque singulis præmissis, quæ sive veterum ac præteritarum Investiturarum & concessionum, ac quondam Friderici & Francisci Ducum, alteriusve testamenti & universalis institutionis & successionis, sive alio quovis jure ad ipsum quomodolibet spectant sive spectare debent, expresse & solenniter investientes; Recepto tamen a Nobili Nostro & Sacri Imperii fide-

fideli dilecto, Comite Antonio Caloro, Oratore, & Francisco Mayr J. U. D. ad Aulam nostram Cæsaream Agente ad id speciali & sufficiente mandato suffultis, debito & solito fidelitatis & subjectionis nomine & in animam dicti Ducis Ferdinandi Caroli corporali juramento, decernentes, declarantes, volentes & statuentes insuper ex eadem Nostra scientia ac de plenitudine potestatis Nostræ, non solum ipsum Ducem Ferdinandum Carolum, nullam prorsus caducitatem maxime in lapsu temporis ad petendam Investituram præfiniti incurrisse, eandem etiam si quomodolibet incurrisset, vel incurrisse dici posset, vigore præsentium scienter & authoritate Nostra Cæsarea ipsi plane remittentes, nullumque effectum obtinere decernentes, verum etiam eidem Duci & ejus Successoribus jura sua salva & illæsa permanere, quæcunque ipse habet, tam respectu possessionis seu quasi, quam proprietatis & Dominii seu quasi, in omnibus & singulis supradictis ad ipsum, ut supra, spectantibus, aut spectare debentibus, non obstantibus quibuscunque occupatione & detentione, ac possessione de dictis locis & terris, vel aliquibus earum a quacunque persona, vel universitate injuste factis & adeptis, & faciendis & adipiscendis, quas occupationes, detentiones & possessiones, quoad Nostrum & Sacri Romani Imperii & Jurium dicti Ducis & Successorum suorum præjudicium, nullum penitus juris effectum habuisse, de eadem potestatis plenitudine volumus, decernimus & mandamus. Deinde volentes prædicto Duci gratiam & benevolentiam nostram Cæsaream adhuc cumulatius declarare, inhærendo iis, quæ antehac a Divo Imperatore Ferdinando I. ob arduas, legitimas & sufficientes causas & rationes, constituta & decreta, ac a Divis Prædecessoribus nostris Augustissimæ memoriæ Imperatoribus Maximiliano, Rudolpho, Matthia & Ferdinando II. confirmata fuerunt, & nunc quoque ex certa nostra scientia, ac eadem Imperiali auctoritate Nostra & potestatis plenitudine, memoratam venditionem Castri & Arcis, ac Terræ Lazzariæ cum territorio, jurisdictione meroque & mixto Imperio, cum omnibus ædificiis, Patatiis, possessionibus Casanorum, tumbæ, lacus & nemorum, ac aliis quibuscunque, cum affectibus, Livellis, Datiis, honoratiis ac omnibus & quibuscunque jurib9 & pertinentiis ad dictum Castrum pertinentibus per supradictum quondam Illustr. Maximilianum Gonzagam Duci Guilielmo juxta tenorem memorati Instrumenti desuper emanati confectam, cum omnibus suis clausulis, articulis, punctis & verborum expressionibus, perinde ac si hujusmodi Instrumentum præsentibus de verbo ad verbum insertum foret, clementer approbamus, confirmamus & corroboramus, mandantes, decernentes ac volentes eundem contractum debere firmiter & inviolabiliter observari, nec a quoquam ullo colore, vel prætextu impediri, turbari ac rescindi, non obstantibus vel jure primogenituræ, vel quacunque lite seu controversia, quæ hujusmodi Castri & Terræ Luzzariæ, ac ejus pertinentiarum ratione vel nunc extitit, vel in futurum oriri poterit, aut aliis quibuscunque in contrarium facientibus, quibus sane, quatenus hunc contractum concernunt, vel concernere possunt, omni quo potest, aut fieri debet meliore modo & forma de plenitudine Cæsareæ Nostræ potestatis per præsentes derogamus ac sufficienter derogatum esse volumus, ita quod ad impediendam hanc venditionem nullum prorsus effectum, seu robur habere & obtinere valeant; reservata tamen & salva esse volentes filiis & cæteris ipsius Illustr. Maximiliani Agnatis, qui in dicto Castro & Terra Luzzariæ possent habere, aut prætendere jus aliquod sive primogenituræ, vel aliud, eis, seu eorum alteri a primo acquirente vel aliunde competens in pretio vel bonis per sæpedictum Illustrem Mantuæ Ducem assignatis, vel assignandis, & his sane derogationibus & reservationibus stantibus, eadem qua supra scientia ac potestate prædictum Castrum & Terram Luzzariæ, quæ olim, cum membrum Marchionatus Mantuæ esset, per Divæ memoriæ Fridericum Imperatorem ab eodem Marchionatu segregata fuit, ut ex eodem privilegio constare dignoscitur, cum ejus territorio & districtu, omnibusque ad dictum Castrum & terram pertinentibus, ac in Instrumento venditionis comprehensis dicto Ducatui Mantuano, & ejus Superioritati rursus annectimus & incorporamus, dictumque Ducem mediante persona supranominati sui Consiliarii, Legati & Mandatarii de hujusmodi Castro & Terra Luzzariæ ac ejus Territorio & districtu, omnibusque ad dictum Castrum & Terram spectantibus & pertinentibus una cum domibus, ædificiis, nemoribus, possessionibus, Jurisdictione, mero & mixto Imperio & aliis in ipso venditionis Instrumento comprehensis, expresse & solenniter investimus & infeudamus, idque in feudum antiquum, nobile & honorificum concedimus ac conferimus. Præterea ad uberius contestandum, quantum dicto Duci Ferdinando Carolo in omnibus, quæ ad commoda, honorem & ornamenta Dilectionis suæ spectare quoquo modo possint, liberalitatis & munificentiæ nostræ Cæsareæ sinum patere velimus, ipsi quoque ex certa Nostra scientia, animoque bene deliberato deque Cæsareæ potestatis & autoritatis Nostræ plenitudine memoratum tractatum, conventionem, transactionem, indeque secutam feudorum ac bonorum translationem inter Illustrissimum quondam Vincentium I. Ducem, & Illustrem Marchionem, postea Principem Castilioni initam, conclusam atque finitam, & ab Augustæ memoriæ Imperatoribus Rudolpho II. & Matthia, ac Ferdinando II. Dominis Prædecessoribus Nostris colendissimis præclarissimæ memoriæ confirmatam, similiter in omnibus suis punctis, clausulis, articulis & verborum expressionibus clementer quoque laudamus, approbamus, confirmamus, & ratificamus, supplentes quoscunque defectus, tam juris quam facti, si qui forte in præ-

præmissis aut circa ea intervenerint, aut intervenisse dici, vel allegari possent, neque aliis quoque obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque. Infeudantes præterea & investientes dictum Ducem Mantuæ & Montisferrati de supradicto feudo Imperiali, Giufredi, ejusque juribus & pertinentiis quibuscunque realibus, personalibus, sive mixtis, declarantes & decernentes, quod illud ipsum feudum Giufredum perpetuo posthac tempore Mantuano Ducatui tanquam membrum ejus unitum, incorporatum & aggregatum censeri & per eundem Ducem, ejusdemque hæredes legitimos in Ducatu Mantuano quandocunque successuros, quotiescunque casus evenerit, prout alia bona feudalia ipsi Ducatui unita & incorporata, a Nobis Nostrisque in Imperio Successoribus, Romanorum Imperatoribus & Regibus, Sacroque Romano Imperio recognosci debeat. Postremo cum Imperialis munificentia ita fidelibus suis gratias impertiri consveverit, ut quod uni, vel pluribus donatum & concessum fuerit, nulla ratione juribus, privilegiis aut impetratis gratiis aliorum præjudicet, ipse vero Dux Ferdinandus Carolus aliquibus rationibus suggerentibus timere aut dubitare videatur, ne adversus superius concessa & concessas, confirmata & confirmatas, jura & privilegia, indulta, concessiones, investituras, gratias, libertates, immunitates, confirmationes, declarationes & innovationes, quibus prædictus quondam Fridericus, ac quondam Guilielmus, Vincentius I. Franciscus, Ferdinandus, Vincentius II. atque ipsemet, aut ejus Antecessores, nec non Ducatus & Marchionatus prædicti per prænominatos Serenissimos Imperatores ac Reges, vel per nos insigniti fuerint, & quibus Prædecessores sui præfati fruiti sunt hactenus & ipse Dux fruitur, illiusque Successoros frui poterunt in futurum, aliqua forsan per quoscunque, quavis dignitate, aut præeminentia fulgentes, sive importunitate petentium, sive forsan errore, aut ignorantia, sive oblivione, aut ex quavis causa, & si talia essent, de quibus hic specialis mentio habenda foret, impetrata sint hactenus etiam a Romanorum Imperatoribus & Regibus Serenissimis aut in futurum, non absque suo & successorum suorum, aut prædicti Ducatus & Marchionatuum præjudicio impetrari possent: Nos, intentione eorum inspecta & provide discussa, motu proprio, ex certa scientia & de Imperialis potestatis Nostræ plenitudine, decernimus & statuimus & volumus, supradicta omnia & singula sic per Nos confirmata, concessa & expressa perpetuis futuris temporibus obtinere inviolabilem roboris firmitatem; quodque omnia & singula privilegia, Investituræ, concessiones & literæ quibusvis personis, cujuscunque status, præeminentiæ, gradus, dignitatis, seu conditionis extiterint, quæ a Nobis adversum jura, privilegia, investituras, libertates, immunitates & gratias prædictis suis Prædecessoribus & ipsi Ducatui & Marchionatibus concessa & concessæ, impetrata, seu impetratæ fuissent, seu quæ & quas in futurum impetrari contingeret, sub quacunque forma verborum, etiam cum clausulis derogatoriis, & derogatoriarum derogatoriis, irrita seu inania & invalida, irritæ, inanes & invalidæ sint & esse debeant; quibus quidem privilegiis, concessionibus, Investituris & literis in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis & clausulis, de verbo ad verbum, prout scripta, seu scriptæ videri, aut inveniri possent, ac si præsentibus ad plenum inserta & insertæ existerent, etiamsi in præsentibus jure vel consvetudine deberet fieri mentio specialis, si & in quantum dicti Ducis Ferdinandi Caroli & Successorum, ipsorumque Ducatus Mantuæ & Marchionatuum Vitellianæ, Gazoli & Dosuli ac Luzzariæ, nec non Castri Giufredi, juribus, privilegiis, Investituris, concessionibus per Divos Prædecessores Nostros factis, literis, immunitatibus, libertatibus, gratiis & observantiis in toto, vel in aliqua parte nocere & adversari, aut in aliquo præjudicium adferre censentur, motu proprio, ex certa scientia, & de Imperialis potestatis plenitudine derogamus & derogatum esse volumus, decernimus & jubemus, quibuscunque in contrarium facientibus, & quæ antedictis obstare possent, non obstantibus, quibus omnibus ad effectum supradictorum expresse & specialiter derogamus, & derogatum esse volumus & mandamus, etsi talia forent, de quibus specialis & individua mentio esset facienda, quæ omnia hic pro specifice & individue sufficienter expressis haberi volumus, & mandamus, defectus quoslibet, si qui in præmissis dubia interpretatione sententiarum & verborum, seu alio quovis modo comperti fuerint, de certa Nostra scientia ac de plenitudine Cæsareæ Nostræ potestatis supplentes. Nostris tamen & Imperii Sacri Superioritate & juribus in præmissis semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Nostræ confirmationis, innovationis, roborationis, investituræ, declarationis & Decreti paginam infringere, vel ei ausu aliquo contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam & pœnam in præinsertis Divi quondam Imperatoris Caroli V. Literis appositam se noverit irremissibiliter incursurum. Harum testimonio Literarum manu Nostra subscriptarum.

Datum Viennæ die 6. Novembris, Anno 1666.

XLVI.

Josephi Victorii de Albertis, Episcopi Tridentini, Literæ, quibus Ferdinandum Carolum, Mantuæ Ducem, de Dynastia Castellarii rebusque ad istam pertinentibus investivit, d. d. 26. Junii, An. 1694.

JOseph Victorius de Albertis Dei gratia Episcopus Princepsque Tridenti &c. Notum facimus tenore præsentium quibus expedit Universis, quod constitutus coram nobis Nobilis Fidelis noster dilectus Petrus Paulus Bordonea de Tassis hac in Vrbe nostra Postarum Magister, tanquam Procurator Serenissimi Domini Ferdinandi Caroli Gonzagæ, Ducis Mantuæ, Montisferrati &c. prout de procuratorio mandato Nobis constare fecit publico documento, rogato per Annibalem Paganinum Civem & Notarium Mantuæ sub 15. Mensis Decembris anni proxime præteriti 1693. coram nobis producto, humiliter, & devote Nobis supplicavit, ut attenta assumptione nostra ad hunc Episcopatum Tridentinum, ipsum procuratorio Nomine quo supra de infrascriptis Feudis, de quibus prælibatus Serenissimus Dux, & ejus Majores a Prædecessoribus nostris, & Ecclesia Nostra investiti fuerunt, ut ex Literis Investiturarum desuper confectis, & expeditis clare dignoscitur, gratiose investire dignaremur: Nos itaque attendentes singularem affectum, & grata fidelitatis officia, quæ idem Serenissimus Dux, ejusque Serenissimi Antecessores Prædecessoribus Nostris & Ecclesiæ Nostræ exhibuerunt, & in futurum exhibere poterunt, ac debebunt, antedictum Petrum Paulum Bordoneam coram nobis flexis genibus constitutum devote petentem, & recipientem procuratorio nomine prælaudati Serenissimi Ducis Ferdinandi Caroli, & pro ejus hæredibus masculis ex ipso legitime descendentibus, de infrascriptis feudis, per tactum manus, & traditionem Baculi, in signum consignationis meri & mixti Imperii infradictorum Feudorum investimus per præsentes, salvo tamen semper jure nostro & Ecclesiæ nostræ Tridenti, ac omnium aliarum personarum: Volentes, quod prælibatus Serenissimus Dux Mantuæ ipsiusque hæredes legitimi Masculi præmissa hujusmodi feuda cum omnibus honoribus, & Jurisdictionibus suis a nobis, & Successoribus nostris, & Ecclesia nostra Tridentina secundum dispositionem Juris feudalis recognoscere & debito tempore petere debeant, ac teneantur. Ex adverso vero idem Petrus Paulus Bordonea de Tassis Procurator procuratorio nomine ipsius Serenissimi Ducis Mantuæ, ac pro eo ejusque descendentibus legitimis Masculis solemniter Nobis promisit, ac tactis Sacro Sanctis Scripturis Evangelicis juravit in animam sæpedicti Serenissimi Domini Ducis, quod ipse ejusque descendentes, ut præmittitur, Nobis, & Successoribus Nostris Episcopis Tridenti Canonice intrantibus & Ecclesiæ Nostræ fideles erunt vasalli, Nosque, & Successores Nostros Episcopos Tridentinos & Ecclesiam Nostram, Jura quoque, honores, & Jurisdictiones Nostras, & Ecclesiæ Nostræ, pro viribus tuebuntur, neque aliquid per se, vel alios verbo, vel facto quovis modo machinabuntur, aut facient, quod cedat, seu cedere possit in damnum, dedecus, contumeliam vel offensam nostram, Successorum Nostrorum & Ecclesiæ Nostræ Tridenti, quin imo si quos hæc vel horum aliquid facere, vel tractare cognoverint, Nobis, & Successoribus nostris, quam primum poterunt, significabunt; Et generaliter puram, & meram fidelitatem, quam quilibet Vasallus Domino feudi præstare tenetur, Nobis, & Successoribus nostris exhibebunt. Feuda vero sunt hæc: Castrum Castellarii cum suo fortalitio, Territorio, districtu, Curia, & pertinentiis ejusdem, situm inter Territorium Mantuanum, & Veronense, cum mero, & mixto Imperio, cum villis Susani, Cavalerii, Grosse, & Pampurii, quæ sub Districtu, & Jurisdictione præfati Castri, & Curia Castellarii comprehenduntur, & cum omnibus aliis villis, & locis, omnibusque honoribus & Jurisdictionibus ad dictam Curiam Castri Castellarii spectantibus, & hactenus per præfatum Serenissimum Dominum Ducem ejusque majores possessis. In quorum fidem, & testimonium præsentes Litteras fieri nostrique Sigilli jussimus & fecimus appensione communiri. Datum Tridenti ex Arce Nostra Boni Consilii de undecima Januarii, Anno Domini Millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto.

Joseph Victorius.

Franciscus de Albertis Cancel.

(Locus Sigilli appensi.)

Ad mandatum Celsitudinis suæ Reverendissimæ proprium

Joannes Petrus Benvenuti, Secretar.

XLVII.

Literæ patentes Leopoldi, Roman. Imperatoris, quibus Ferdinandus Carolus Mantuæ Dux, ejusque Consiliarii ad videndum bona sua feudalia & allodialia respective caduca & Fisco Cæsareo delata declarari, ob fœdus cum Gallis & Hispanis sancitum, citati fuerunt, d. d. 20. Maji, An. 1701.

LEopoldus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus &c. Nullum plane omnium Nostrorum Sacrique Imperii Vasallorum ac Subditorum, vel ex sacro sancto homagii elogio nobis præstito communibusque subjectionis clientelaris ac Vasallagii legibus & constitutionibus latere potest, quam Nobis, Sacroque Romano Imperio debeant fidem & obedientiam, quemque in modum commoda Nostra promovere, damna vero avertere, & si quid contra Nos, Personam, honorem, dignitatem aut statum Nostrum a quocunque agi intelligant, omnibus viribus impedire, Nosque ut primum monere teneantur; Quamquam igitur nihil Nobis certius sanctiusque persuadere potuissemus, quam ut & Ferdi-

Ferdinandus Carolus Mantuæ Dux, ejusque Consiliarii sibi semper cordi habuissent, ac ea quidem imprimis occasione, qua Dux Andegavensis post præmaturum Nostri quondam Fratris & Nepotis Caroli II. Hispaniarum Regis Catholici obitum, regna, ditionesque Hispanicas, ac omnia feuda Imperialia, inter illa Ducatum quoque Mediolanensem violenter usurpaverat, atque Avi sui Galliarum Regis Ludovici XIV. armis occupaverat, eidem omni possibili modo restitissent, eaque omnia fecissent, quæ in ejusmodi casibus fideles Imperii Vasallos ac subditos decet; Nihilo tamen minus jam tum per universas Germaniæ, Italiæ, totiusque Europæ plagas fama percrebuit, imo res ipsa atque eventus docuit, quam criminosa abjecti animi utilitate memoratus Dux, ejusque consiliarii, præsertim vero N. Beretti & N. Fiani, Nos, sacrumque Imperium circumvenerint, ac interea dum Dux suam Sanctitatem Romæ per Ablegatum suum Beretti, Nos vero per alios de devotionis suæ constantia certiores redderet, seque nihil in Nostrum ac Sacri Imperii præjudicium permissurum, nihilque sine præscitu & consensu Nostro facturum, per omnia sacra juraret, per præfatum Fiani aliosque, cum Galliæ ministris perfide convenerit, eisque, non obstantibus omnibus salutaribus dehortationibus & monitis, auxilioque militari a sua Sanctitate oblato, atque accursante Exercitu Nostro Cæsareo sola auri Gallici aviditate Fortalitium ac Urbem Mantuæ summo cum statuum & subditorum mœrore, nulla suadente ratione, nullo urgente periculo, imo ne vel unico hostilis tormenti globo, vel alia minima violentia provocatus tradiderit, proque eorum commeatu aliquot centena boum paria subministraverit; Cum igitur nefanda ejusmodi felonia non modo ad ultimum Italiæ excidium, copiosique sanguinis humani profusionem tendat, sed & ad maximum Nostrum sacrique Imperii detrimentum vergat, eoque in Cæsareæ Majestatis Nostræ & Rebellionis crimen abeat, atque idcirco gravissimam indignationis Nostræ Cæsareæ aliasque pœnas Imperialibus Constitutionibus præscriptas mereatur; Hinc eundem Ferdinandum Carolum, ejusque Consiliarios, imprimis vero dictos N. Beretti, & N. Fiani vigore præsentium citamus & vocamus, serio districteque mandantes, ut intra terminum duorum mensium, a die citationis hujus Nostræ Cæsareæ eisdem insinuatæ proxime subsequentium, quorum viginti dies pro primo, alios dies viginti pro secundo, reliquos vero viginti dies pro tertio ultimo, & peremptorio termino præfigimus, aut si iste dies Juridicus non esset, ad proximum subsequentem coram Nobis, Consiliove Nostro Imperiali Aulico ubicunque locorum illud fuerit, per se, vel per Procuratorem suum legitimum & sufficienti mandato instructum certo & infallibiliter compareant, audituri & visuri omnia bona sua feudalia & allodialia ab ipsis possessa respective caduca & Fisco nostro Cæsareo delata esse, & declarari, aut cur ejusmodi declaratio contra eosdem fieri non debeat, causas juri consentaneas allegaturi & probaturi, dictumque processum per Juris terminos ex legum præscripto, usque ad sententiæ publicationem prosecuturi, certi cæteroquin, quod sive ita comparuerint, sive non, absentia vel contumacia eorum non obstante, nihilo secius, ad ulteriorem fiscalis Nostri Imperialis instantiam, ad ea procedatur, quæ Juris & Justitiæ rationi consentanea videbuntur. Præterea quoque Capitulationem, seu Tractatum cum Gallicis & Hispanicis Ministris initum harum vigore cassamus & annullamus, serioque & sub banni Imperialis, ejusque publicationis & executionis pœna mandamus, ut ab iis penitus abstineant, partesque Gallicas prætensas Hispanicas confestim deserant, eorumque militiam dimittant, imo & armis propulsent, atque ordinationibus Nostris Cæsareis in omnibus se submittant, nisi dictam banni Imperialis, ejusque publicationis & executionis pœnam incurrere maluerint. De quo nos eosdem certiores redditos voluimus per præsentes manus Nostræ subscriptione & Sigilli nostri Cæsarei appressione munitas & datas Laxenburgi 20. Maji, 1701.

XLVIII.

Ejusdem Literæ patentes ad Ducatuum Mantuani & Montisferrati Officiales & subditos, quibus eos a Juramento Duci Mantuæ, Ferdinando Carolo, præstito, omnique obsequio, & obedientia absolvit, ac ne eidem amplius adhæreant, serio atque severe prohibet, d. d. 20. Maji, An. 1701.

LEopoldus Divina favente Clementia Romanorum Imperator, semper Augustus. Nostris & Sacri Romani Imperii fidelibus dilectis N. N. Feudorum Nostrorum Imperialium Ducatus Mantuæ & Montisferrati Præsidibus, Magistratibus, Officialibus & omnibus cujuscunque status & ordinis subditis & incolis gratiam Nostram Cæsaream & omne bonum. Palam est ac publicum, quem in modum vester quondam Dominus & Mantuæ ac Montisferrati Dux Ferdinandus Carolus præter omnem expectationem Nostram, & non attento ipsi oblato Nostro auxilio militari, elusisque omnibus salutaribus monitis atque argumentis eidem nomine nostro sæpius propositis, urbem ac fortalitium Mantuæ nulla suadente ratione, nullo urgente periculo, & ne ullo quidem globo tormenti hostilis impetitus aut provocatus in extremum Statuum illorum & subditorum exterminium totiusque Italiæ detrimentum, inprimis vero in immensum Nostrum & Sacri Imperii

rii præjudicium & damnum militi Gallico & Hispanico tradiderit.

Quemadmodum autem ob gravissimam ejusmodi in læsæ Majestatis Nostræ Cæsareæ rebellionisque crimen abeuntem feloniam ipse non minus ac ejusdem Consiliarii nefario consilio suo, studioque ad id concurrentes, & inprimis quidem N. Beretti & N. Tiani pœnas legibus communibus & Constitutionibus Imperialibus præscriptas commerentur, ita quidem illos ad videndum bona sua feudalia & allodialia respective caduca & Fisco Nostro Cæsareo delata esse, & declarari, hodierna die citavimus. Vos autem omnes & singulos harum vigore Patentium Nostrarum a juramento eidem Ferdinando Carolo præstito, ejusque observantia, omnique obsequio & obedientia absolvimus, stricte, serioque & sub gravissima indignatione Nostra Cæsarea aliisque pœnis in refractarios & inobedientes Imperii Vasallos & subditos statutis firmiter inhibentes, ne eidem amplius adhæreatis, neque vos submittatis, obedientiamve præstetis, aut ullum ipsi Tributum, Censumve, aut reditum pendatis, multo minus vero Gallis, Hispanisve annonam, commeatum, apparatumque bellicum, aut aliud auxilium quocunque etiam sub prætextu præbeatis, quin potius illos illorumque copias militares a cervicibus vestris armata manu atque omni, quo potestis robore & vi propulsetis; Cæterum vero Nobis solis jussibusque Nostris Imperialibus vos obedienter submittatis, nec ullam jurisdictionem nisi Cæsaream Nostram agnoscatis, eoque gratiam Nostram Cæsaream & onerum sublevationem, quam quidem clementer vobis offerimus, mereamini, nisi sequiorem in eventum, interitum & ruinam vestram vos ipsimet vobis parare & adscribere, gravissimasque pœnas supradictas incurrere volueritis, de quo vos certiores reddere voluimus per præsentes manus nostræ subscriptione & sigilli Nostri Cæsarei appressione munitas. Quæ dabantur Laxenburgi 20. Maji, 1701.

XLIX.

Josephi, Roman. Imperatoris, Literæ proscriptionis & Banni Imperialis contra Ferdinandum Carolum, Mantuæ Ducem, promulgata, d. d. 30. Junii, An. 1708.

NOs *Josephus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. &c.*

Universis & singulis Sacri Romani Imperii Electoribus, aliisque Principibus Ecclesiasticis & Secularibus, Præsulibus, Comitibus, Baronibus, Dominis, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Præsidentibus, Vice-Gerentibus, Capitaneis, Vice-Dominis, Præfectis, Gubernatoribus, Castellanis, portuumque, pontium ac passuum quorumvis Custodibus, nec non urbium, civitatum, oppidorum & quorumcunque locorum ac Communitatum Rectoribus, Consulibus, Burgimagistris, Judicibus, Potestatibus, Officiariis & Civibus, tam in Italia quam alibi existentibus ac generaliter omnibus Nostris & Sacri Imperii Feudatariis, subditis atque fidelibus, cujuscunque sint status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut præeminentiæ, præcipue vero Statibus, Præsidibus, Magistratibus, Senatoribus, Officialibus, subditis, Vasallis, atque Incolis nostrorum Sacrique Imperii Ducatuum Mantuæ & Montisferrati, ac singulorum locorum & terrarum eo pertinentium, hasce literas Nostras Patentes aut earum exempla rite transsumpta visuris, lecturis, vel legi auditturis, salutem, benevolentiam & gratiam Nostram Cæsaream ac omne bonum. Quam propensa voluntate illos omnes prosequimur, qui memores Vasallagii sui homagiique Romanorum Imperatori præstiti fidelitatem debitam atque obedientiam pro Sacri Romani Imperii emolumento demonstrant, tam justo in cæteros ira commovemur, quos, postposita ipsiusmet jurisjurandi religione, ad perfidiam & opera memorato Imperio noxia abominandis ausibus deflexisse reperimus. Sane in comperto est juramentum istud, quo Ferdinandus Carolus Dux Mantuæ, cum Ducatus hujus Investituram a pientissime defuncta Sacra Cæsarea Majestate, Domino & Genitore nostro colendissimo obtinuit, dilucidis est verbis professus, *Romanorum Imperatoribus & Regibus, Sacroque Romano Imperio, in perpetuum & contra omnes homines fidelem se & obedientem esse velle ac debere, nec scientem in consilio seu tractatu, per se vel alium, consensu & facto, ubi aliquid quocunque modo contra personam, honorem, dignitatem ac Statum, aut in damnum detrimentumque Cæsaris agatur seu concludatur, ullo unquam tempore futurum, quin potius honorem ac commodum Ejusdem Sacrique Imperii, pro cunctis viribus adjuturum, promoturumque, & si quid hisce contrarium intellexerit, in Cæsaream illud notitiam deducturum, ac denique ea omnia sedulo facturum, quæ obedientem Principem & Vasallum Imperialem agere & præstare decet conveniteve.* Ut propterea nemo inter moratiores gentes sibi recte imaginari potuisset, dictum Ferdinandum Carolum eo processurum fuisse, ut rupto tam Sacro-Sancto solennique vinculo foret habenas menti perfidæ laxaturus; cum præsertim iis temporibus, quibus de clandestinis ejusdem cum Rege Galliæ consiliis initoque fœdere de traden-

da

da Urbe ac Castello Mantuæ, Imperialis Feudi nostri, continuus rumor tam ante quam post obitum Hispaniarum Regis Caroli Secundi circumferebatur, piissime defuncta Majestas Cæsarea, Dominus ac Genitor noster perpetuo colendus, non intermiserit, per suos in Italia Legatos & commissarios præfatum Ducem benigne ac serio adhortari, ut fidei tam sanctæ erga Cæsarem Romanumque Imperium obligatæ conscius, ab ejusmodi nefandis, & Majestati Cæsareæ, Imperio Romano, universæ Italiæ, causæ communi, & ipsimet Duci longe perniciosissimis desisteret cœptis, ac saltem Neutri Parti addictus staret: Ausus est tunc ille quidem hoc fœdus malitiose pernegare, deditque de amplectenda Neutralitate ac perenni in Cæsarem studio repetitam sæpius & juratam fidem ac prolixe asseveravit, nihil se in Cæsaris Imperiive præjudicium ulla ratione commissurum, rem ullam absque Cæsareæ Majestatis præscitu consensuque facturum, nulli suspicioni daturum ansam, sed, ad omnem eam potius tollendam, esse curaturum, ut pro majore sua & totius Italiæ securitate Urbs Mantuana neutrali præsidio muniretur. Quam fraudulentus autem malignusque hic prætextus fuerit, non alio fine, quam ut posset pertinacem auri Gallici amorem, & jam initum cum Rege Galliæ ac Duce Andegavensi fœdus occultare, Mundoque universo fucum facere, feralis experientia evidenter docuit; dum inter falsas, crebrius repetitas, & eodem adhuc die, quem sic dictis Hispano-Gallicis copiis pro ingressu in ipsam Mantuam destinarat, novo jurejurando firmatas sponsiones, & perpetuæ suæ ac inviolabilis in Cæsaream Majestatem sacrumque Romanum Imperium devotionis ac fidei contestationes jam dictam Urbem ac Fortalitium, posthabitis tot salutaribus adhortationibus & monitis, neglectis amplissimis ipsi a Cæsarea Majestate propositis conditionibus, contemto neutrali auxilio militari, nulla consideratione Cæsarei adventantis Exercitus habita, nullo periculo urgente, nulla instante vi aut minima hostilis tormenti explosione, sed solo auro Gallico impellente, cum immenso Serenissimæ Conjugis postmodum defunctæ, atque omnium subditorum mœrore acerrimo, publicis Nostris & Imperii hostibus proterve tradidit. Inauditum hoc perfidiæ exemplum, ut sacra Cæsarea Majestas reprimeret, citationem adversus memoratum Ducem jam anno millesimo septingentesimo primo decrevit, ut feloniæ læsæque Majestatis reus feudalia sua & allodialia Imperio innexa bona audiret declarari, in Fiscum Imperialem incidisse, & contra se juxta reliquas manifesti juris & Constitutionum Imperialium leges agi; sed quicquid decretum, publicatum, actumque est, non tantas præter omnium prudentum expectationem vires habuit, ut vel ipsa præfati Ducis nefasta molimina ulterius sisteret; quippe qui eo adhuc audaciæ devenit, ut ordinationes Cæsareas diversis contumeliis in lucem editis proscinderit; commercium suum cum hostibus Imperii tanquam necessarium, utile ac honorificum per alienas, rogatu ipsius evulgatas literas jactitarit, declarationem belli adversus Galliam, Andegavensem Ducem, eorumque Adjutores & Adhærentes expressim e consulto universalium Imperii Comitiorum a Nobis factam floccipenderit, spretisque Avocatoriis & omnibus aliis resipiscentiæ inducendæ mediis, infensissimum Cæsareæ Majestati sacroque Imperio animum suum, quo potuit loco & modo, manifestarit. Horret animus hic commemorare, quæ Dux dictus tum in Divi Parentis nostri, gloriosæ memoriæ, tum Nostram in Personam committere ausu temerario & detestando non est veritus: Divino judicio hæc speciatim relinquimus, quæ in publicum proferri communis honestas prohibet. Patet interim, quid palam actum sit, quando Dux sæpenominatus non modo concreditos sibi a Deo ac Cæsare subditos ad militem Cæsareum Fœderatumque hostiliter invadendum per literas patentes excitavit, sed etiam ad declaratos Imperii hostes, jam animo iis & auri desiderio conjunctissimus, suum corpus transtulit, eorundemque Exercitui in Italia cum imperandi facultate præfectus, nihil omnino prætermisit, quo Nostris Fœderatorumque Nostrorum armis & rationibus nocumentum ac perniciem inferre posset.

Quæ cum ita se habeant, atque Aureæ Bullæ Imperiali, Constitutioni pacis publicæ, aliisque Recessibus ac legibus fundamentalibus Imperii, necnon approbatis a potestate Cæsarea novissimis Comitialibus conclusis, Nostroque supremo muneri, juratæ Capitulationi, & apertæ justitiæ sit consonum, ut sæpius dicti Ferdinandi Caroli enormia, notoria, ac permanentia feloniæ, fractæ pacis, læsæque Majestatis crimina suppliciis debitis afficiantur, simulque Nostri & sacri Imperii per Italiam Principes & Vasalli, communes hoc in genere, (si præter Nostram aut Successorum Nostrorum spem omnem deliquerint) cum Germanis leges & pœnas agnoscant; Idcirco manifestis his omnibus cæterisque justis causis permoti, consilio desuper habito, animoque deliberato ac de Cæsareæ potestatis plenitudine, per sententiam hanc Imperialem, supra nuncupatum Ducem Ferdinandum Carolum excludimus, exuimus, & privamus, exclusumque, exutum & privatum declaramus & denunciamus omnibus & singulis, quæ ab Imperatoribus Nostris Prædecessoribus, ac Nobis sacroque Romano Imperio unquam habuit vel habet, Privilegiis, gratiis, emolumentis, Immunitatibus, libertatibus, juribus, regalibus, honoribus, officiis, titulis, feudis, proprietatibus, expectantiis, terris, bonis, etiam allodialibus, hominibus & subditis, ubicunque existant. Decernimus, declaramus, & denunciamus eundem in Nostrum & Sacri Romani Imperii bannum omnesque illas pœnas, quæ istiusmodi decretis, declarationibus & denunciationibus de jure vel consuetudine comprehenduntur, ipso facto incurrisse: Corpus

 etiam

etiam ipsius Ferdinandi Caroli, hactenus Mantuæ & Montisferrati Ducis, sic omnibus permittimus, ut, qui Nostra & Imperii pace & tutela privatus omniumque persecutionibus culpa & facto proprio expositus est, impune offendi queat. Inhibemus omnibus & singulis Imperii membris tam in Germania quam in Italia, cujuscunque status vel conditionis sint, ne ullum cum eo commercium habeant, ipsumve clam retineant, domo vel hospitio excipiant, cibent, potent, vel aliqua re juvent, aut ipsi quidquam exhibeant, ad ipsum mittant vel ab ipso accipiant, vel in tutelam sumant; Secus facientibus easdem pœnas irrogamus. Præcipimus ejus quondam Vasallis, Statibus Provincialibus, Præfectis, subditis, Domesticis, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, ne amplius eum recognoscant, neque ab ipso vel ejus nomine ab aliquocunque mandatum aliquod accipiant, multo minus eidem adhæreant, aut ipsum sequantur, sed solum Nobis, atque iis, quos illis præfecimus, vel pro temporis ratione præfecturi sumus, se obedientes & morigeros præstent. Mandamus omnibus & singulis ipsum adhuc sectantibus tam primoribus quam gregariis militibus, ut secundum emissa mandata Avocatoria ab illo & aliis Nostris hostibus quam primum secedant, & Nobis sese adjungant, nullatenus illum aut illius socios defendant, vel invasionibus aut consiliis adversum Nos, Sacrum Romanum Imperium, ejusdemque fideles Status & per Italiam Vasallos, vel nostros eorumque subditos aut Fœderatos opem ferant, sed contra ipsum ejusque Adhærentes omnem Nobis & Fœderatis Nostris operam adhibeant, eoque gratiam & Clementiam nostram Cæsaream conciliare satagant. Absolvimus omnes illos, qui quocunque modo ipsi conjuncti vel obstricti fuerunt, vel etiamnum se conjunctos aut obstrictos esse putant, omni homagio, obligatione, officio, oppignoratione, conventionibus & pactis qualiacunque vel cujuscunque tenoris sint, utpote quæ post læsæ Majestatis fractæque pacis & feloniæ supradictæ crimen, irrita & invalida sunt, & pro irritis invalidisque declarantur & denunciantur, nec quenquam obligare possunt vel debent. Statuimus omnes & singulos ejus asseclas, qui Nobis & Sacro Imperio qualitercunque subjecti sunt, respective in Bannum, & Ecclesiasticorum jurium ac bonorum privationem, omnesque alias in Constitutionibus Imperii vel a Nobis expressas pœnas similiter ipso facto incidisse, taliterque declaratos & denunciatos censeri, ac si deprehendantur bonorum confiscatione & pœna capitali plectendos, atque alios quoscunque pro merito puniendos esse, qui his Nostris decretis, declarationibus, denunciationibus, absolutionibus, admonitionibus, jussionibus, mandatis, & interdictis contraveniunt, vel non plenarie obtemperant. Tollimus postremo & abolemus omnes & singulas gratias, Privilegia, libertates & consuetudines, a Nobis vel a Nostris in Imperio Prædecessoribus antehac concessas, vel confirmatas, quæ hisce aliquo modo adversari, vel contra ea allegari possent, quibusvis verbis vel clausulis conceptæ vel firmatæ forent; Serio volentes, ut earum nulla quenquam, cujuscunque dignitatis, status, vel conditionis sit, ab omnibus hisce Nostris Constitutionibus, vel aliqua earundem, ulla ratione eximere, contra easdem tueri, vel protegere debeat aut possit. Omnia de Cæsareæ Authoritatis & potestatis Nostræ plenitudine: Harum vigore Literarum Patentium, quæ dabantur in civitate Nostra Viennæ die trigesima mensis Junii, Anno Domini millesimo, septingentesimo octavo, Regnorum Nostrorum, Romani decimo nono, Hungarici vigesimo primo, Bohemici vero quarto.

Josephus.

(L. S)

Vt. Frid. Carolus Comes
de Schönborn.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Lutzo Dolberg.

Cap. V.
De Mutinensi & Regiensi Ducatibus.

I.

Lotharii & Ludovici Imperatorum Diploma, quo Comaclum, cum toto ejus territorio, Azoni Estensi, Equiti, dono dederunt, de An. 81-.

IN Nomine Domini Dei & Salvatoris Nostri JEsu Christi. Hlotarius & Ludovicus divina ordinante providentia Imperatores Augusti. Dilecto Equiti nostro Othoni Estensi, ob beneficia & merita Henrici patris ac ipsius in nos, regnique nostri fidelem dilectionem, dedimus damusque Comaclum cum toto territorio & aquis, paludibus, sylvis, & piscariis. Ab uno capite ad insulam Laureti, seu Canarioli. Ab alio vero ad insulam Lacus, & inde ad territorium usque ad aquas Ravennæ. Inde ad Austrum per Padum ad fluvium de Fine, in Occidentem versus ad territorium usque Episcopi Ferrariensis. Si quis autem hanc nostram concessionis authoritatem irritam facere tentaverit, emunitatis mulctam, id est ar-

argenti lib. XXX. prædicto Equiti persolvere cogatur. Et ut hoc concessionis præceptum diuturnis temporibus in suo robore permaneat, atque ab omnibus verius credatur, & diligentius observetur, manus nostræ subscriptione subter annotavimus.

Ego Hlotarius misericordia Dei Imperator subscripsi.

Ego Hludovicus Imperator subscripsi.

Datum mense Majo die vigesimo, anno Imperii Regnorum quarto, Indictione undecima. Actum in Palatio Regio Aquisgrani.

II.

Contractus Commutationis inter Azonem I. Comitem Mutinensem, & Wilielmum, Mantuæ Episcopum, de quibusdam locis & bonis, in ipso Contractu descriptis, conclusus, d. d. 12. Octobr. An. 961.

DUm in Dei nomine Civitate Papia in Palacio Domni Imperatoris in Caminata, quæ est ante Caminata dormitoria ipsius Palacii in judicio adesset Odbertus, Marchio & Comes Palacio singulorum hominum justicias faciendas, ac deliberandas. Erantque cum eo Agelmundus, Bono, Benzo, Alto, Leo, Siefredus, Petrus, Sigeradus, Ildebertus & Cleudaclus, Judices idem Domini Imperatoris & reliqui plures. Ibique eorum veniens præsentia Adelbertus qui & Alto Filius bonæ memoriæ Sigefredi, & ostendit ibi una commutationis, ubi continebatur ab ea in ordine sicut hic subtus legitur.

In Nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Otto, Divina ordinante providentia Imperator Augustus, & idem Otto Filio ejus gracia Dei Rex, Anno Imperii & regni eorum hic in Italia Deo propitio primo, Duodecimo mensis Octobris Indictione sexta. Commutatio bonæ fidei noscitur esse contractum, eodemque nexu publicum vicem Emptionis obligatur contrahentem. Placuit itaque & bona convenit voluntate inter Domnus Wilhelmus Vir venerabilis Sanctæ Mantuanensis Ecclesiæ Episcopus, nec non & inter Adalbertum, qui & Atto Comes bonæ memoriæ Sigefredi Filius, de Comitatu Luccense, qui se profitebat ex Nacione sua Lege vivere Longobardorum, ut in Dei nomine debeat dare sicut & a præsentem dedit vel tradidit ipse namque Dominus Wilielmus Episcopus per consensum Fratrum & auctoritatem Sacerdotum, vel Clericorum ipsius Ecclesiæ, eidem Adelberti Comiti ad jure & proprietatem in commutacionis nomine, hoc est Area una de terra cum capella inibi constructa & ædificata in loco, & fundo ubi nominatur Insula Sancti Benedicti, quæ est ad honorem ipsius Sancti Benedicti Confessor Christi cum silva, & buscaliis, seu uno terimento, jure ipsius Sanctæ Mantuanensis Ecclesiæ & Episcopio, quæ rejacet ipsa area de terra cum silva & buscaliis in supradicto loco Insula juxta fluvio Padi & est ipsa area de terra cum supradicta silva & buscaliis per mensura legitima terra arrabile juges viginti & duæ silva & buscaliis juges sessaginta. Coherentem in fines da duabus partibus, da mane, & de subtus ipsius Adelberti Comiti da tercia parte, da medio die tenente in ipso fluvio Padi, da quarta parte da sera de consortis seu quod alii sunt affines. Quidem & ad vicem recepit ipse Domnus Wilelmus Episcopus ab eumdem Adelbertus Comes ampliorata & meliorata causa, ad jure, & proprietatem ipsius suæ Ecclesiæ id est capella una cum area sua, in qua estat juris sui, quæ est ad honorem Sancti Possidonii, quæ est constructa, & ædificata in loco & fundo ubi nominatur Garsaniana, quæ est in Comitatu Regensis, cum casis & rebus ipsis in eodem loco ad ipsam Capellam cum sua integritate pertinentibus vel aspicientibus, sicut dictum est de ipsis rebus quæ est juris ipsius Adelberti Comitis & est ipsis rebus ad suprascripta mensura inter sediminas, & terris ubi vites superextant, seu terris arrabilis & pratis juges decem. Verum etiam & Massaricia una juris prædicti Adelberti Comiti, quæ rejacet in loco & fundo Signiano cum sua pertinentia, quæ per Petrus Massario directas & laboratas fuerunt in integrum; & sunt rebus ipsis ad justa mensura inter sedimina & terris ubi vites superestant, seu pratis, juges sex, terris arabilis juges viginti & duæ; silvis & buscalibus juges quindecim. Seu dedit & tradidit ipsi Adelbertus Comes eidem Domno Præsuli ad jura, & proprietatem ipsius suæ Ecclesiæ, id est in integrum, rebus illis juris ipsius Adelberti Comiti, quibus esse videntur in loco, & fundo Nuvelare omnes rebus ipsis per mensura justa de terra arabile juges quatuor; silvis, & buscalibus juges nonaginta & sex. Has denique prædictis rebus superius nominatis, vel commutatis, sicuti mensura legitur, & finis decernitur, cum accessionibus & ingressoras suas, seu superioribus & inferioribus suis, sibi unus alteri commutationis nomine dederunt, vel tradiderunt ad habendum tenendum vel possidendum, & faciendum exinde unusquisque, quos receperunt, tam ipsi, quamque successores, vel heredes proprietario jure quidquid voluerint, sine omni uni alteri contradictione & spondiderunt unusquis, quod inter se dederunt ab omni contradicente homine defensare. Quidem, & ut Ordo Regis poposcit, & ad hanc providendam commutacionem accessere ad supra scriptis rebus Missus ipsius Pontificis ab eo directus, id est Hervicus Diaconus, & Vice-Domino de ordine ipsius Ecclesiæ una cum viri bonos homines æstimatores, qui æstimarent id sunt Ursus Judex Domni Imperatoris ac Regi & Wibertus Vicecomes filius bonæ memoriæ idemque Wiberto de Baniolo, seu Ildevertus, qui & Bezo, filius quondam Fredolphi de Villa Gurgo, quibus omnibus æstimantibus, rectum

rectum eorum paruit & æstimaverunt ut ampliata, & meliorata causa reciperet ipse Domno Willelmo Præsuli ab eodem Adelberto Comes a parte suæ Ecclesiæ, & Episcopio quam ei dare & hanc commutationem secundum legem fieri posse. De quibus & pœna inter se posuerunt ut quis ex ipsis tam successoribus, vel heredibus, sed hanc commutacionem removere, aut eam per quodvis ingenium infringere conaverit, aut si ad unumquemque hominem ii quos inter se dederunt non defensaverint; tunc componat pars parti fidem servanti da cujus pars prius ortam aut removitam fuerint, pœna dupliciter rebus ipsis, de quo egerunt, sicut pro tempore fuerit melioratis, aut valuerit sub æstimatione in consimilis locis cum stipulatione subnixa. Unde duos commutaciones scriptæ sunt. Actum infra Castrum Sancti Stephani. Ego Wilielmus Episcopus in hac commutacione a me facta subscripsi Ervicus. Diaconus atque Vicedomino, & Missus ut supra, scripsi. Ursus Judex Domini Imperatori, ac Regi super ipsis rebus accesse & prævidi, atque æstimavi ut supra scripsi. Ego Wibertus Vicecomes, qui super ipsis rebus accessi & prævidi atque æstimavi ut supra scripsi. Signum manu Ildevertus, qui super ipsis rebus accessi & prævidi atque æstimavi ut supra. Ego Martinus Archidiaconus consensi & subscripsi. Signum manibus Antonii filius quondam Annoni de Castro Sancti Stephani & Aufredi seu Manfredi, filius Ottoni de Monticello Lege vivente Longebardorum testes. Signum manibus Ilceladi filius quondam Warimhaldi de Ariole Lege viventes Romana rogati testes. Scripsi ego Ansefre Notarius Domini Imperatori, ac Regi, post traditam complevi & dedi.

Cartula ipsa commutacionis ostensa & ab ordine lecta, interrogatus est ipse Adelbertus Comes pro quod Cartula ipsa ibi ostenderet, qui dixit: Vere ideo Cartula ista hic vestri ostensa præsencia ut ne quislibet homo dicere possit quod ego eam silens, aut occultans vel conludiosam habuissem aut detinuissem, & rebus ipsis, quibus esse videntur in loco & fundo, ubi Insula, quæ dicitur Sancti Benedicti, cum Capella una in honore prædicti Sancti Benedicti inibi constructa quæ in hæc legitur commutacione, justa hanc commutationem ad meam habeo, & teneo proprietatem. Et si quislibet homo adversum me aliquid dicere vult, paratus sum cum eo inde in racionem standum & legitime finiendum. Et quod plus quæro, ut dicant isti prædicti, Donnus Wilielmus Episcopus Sanctæ Mantuanensis Ecclesiæ una cum Berengarius ejus & ipsius Episcopii Advocatus, qui hic ad præsens sunt, si Cartula ipsa commutacionis, quam hic ostensi, bona, aut vera est aut si omnia ita verum est aut si omnia ita verum est, sicut in ea legitur, vel si ipse Donnus Wilielmus Episcopus eam fieri rogavit, aut manu propria sua firmavit, vel si prædictis rebus jam dicta Capella inibi constructa quas eas da pars prædicti Episcopii recipimus, contradicere, aut subtus habere quæsierit vel si casis & rebus illis, quæ sunt in locas & fundos Garfaniana & Jusiniano, seu in Nuvolare, cum Capella una in honore Sancti Possidonii in usum eisdem locis constructa, quas ego pars prædicti Episcopii dedi ad partem jam dicti Episcopii a me receptis & consignatis habent, aut non. Cum ipse Adelbertus Comes taliter retulisset ad hoc responderet ipse Donnus Wilielmus Episcopus, & Berengarius ejus & ipsius Episcopio Advocatus. Vere Cartula ipsa contumacionis, quam hic ostensisti, bona, & verax est sicut in ea legitur, & ego Wilielmus Episcopus eam fieri rogavi & manu propria mea firmavi, & prædictis rebus in loco & fundo ubi Insula quæ dicitur Sancti Benedicti cum jam dicta Capella inibi constructa, quas tu da parte prædicti Episcopii per ipsam contumacionem recepisti tuis propriis cum lege esse debere; & nobis nec pars prædicti Episcopii, nihil pertinent nec pertinere debent, cum lege; set, ut diximus, tuis propriis cum lege esse debent, & jam dictis casis & rebus cum prædicta Capella quam tu a parte prædicto Episcopio dedisti a parte ipsius Episcopii a te receptis & consignatis habemus. Is actis & manifestacio ut supra facta rectum eorum Judicium & auditoribus paruit esse, & judicaverunt, ut justa eorum altercationem & eorum Wilielmi Episcopi & Berengarii ejus & ipsius Episcopio Advocato professione & manifestacione, ut ipse Adelbertus, Comes jam dictis rebus, cum jam dicta Capella inibi constructa quod in ipsa legitur commutacione, justa ipsa commutacio ad suam proprietatem habere, & detinere debere, & ipse Donnus Wilielmus Episcopus & Berengarius ejus & ipsius Episcopii Advocatus seu pars jam dicti Episcopii maneant invicem taciti & contenti. Et in eo modo finita est causa. Et hanc noticiam pro securitate eidem Adelberti Comiti fieri ammonuerunt. Quidem & ego Adelbertus Notarius ex jussione suprascripti Odberti Marchio & Comes Palacio seu Judicum ammonicione scripsi Anno Imperii Ottoni & Regni item Ottoni Filio ejus Deo propicio hic in Italia tercio, sesto die mense Decembris Indictione Octava.

Odbertus Comes Palacii subscripsi.
Agelmundus Judex Sacri Palacii interfui.
Benzo Judex Domini Imperatori interfui.
Atto Judex Sacri Palacii interfui.
Dordadus Judex Sacri Palacii interfui.
Petrus Judex Sacri Palacii interfui.
Ildebertus Judex Sacri Palacii interfui.
Walbertus Judex Sacri Palacii interfui.

III.

III.

Contractus permutationis inter Abbatem Monasterii S. Benedicti & Azonem I. Comitem Mutinensem de quibusdam Curtibus sancitus, d. d. 10. Kal. Maji An. 966.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Otto gratia Dei Imperator Augustus, & item Otto filio ejus Gratia Dei Rege Anno Imperii, & Regni eorum hic in Italia sexto, decimo Calendas Madias, Indictione X.; Commutatio bonæ fidei noscitur esse contractus, & vice emptionis obtinet firmitatem; eodemque nexu obligantur contrahentes. Placuit itaque & bona convenit voluntate inter Dominum Donninum gratia Dei venerabilis Abbas Monasterio S. Benedicti sito ad Leones, nec non, & inter Adalbertum, qui & Atto gratia Dei Comes Mutinensis, ut in Dei nomine debeat dare sicut à præsenti dedit ipse Donninus Abbas eidem Adalberto Comes Commutatori suo in causa Commutationis suo Jure præsenti die, & hora Proprietario nomine ad habendum, id est Corte una, quæ dicitur Gonzioga, cum Capella, una quæ est constructa, in honorem Sancti Benedicti, cum Casis, & Massariciis, cum omnibus rebus ad eadem Cortem pertinentibus omnia simul tenente. Cohæret ei in circuitu ea suprascripta Corte, cum omnibus rebus ad eam Cortem pertinentibus omnia simul tenente da mane S. Sixti, & fluvio Bondeno, & in aliquo S. Prosperi, da meridie fluvio Gonzaga, da sero suprascripto fluvio Gonzaga, de supto flumen Pado, & in aliquo S. Sixti. Et sunt rebus ipsis super totius in simul pro mensura justa a pertica legiptima de pedes duodecim mensurata inter sedimines, & areis ubi vites extant juges quattuor de terris arabiles juges septuaginta sex de silvis cum areis ubi extant jugis quatuor centi viginti omnibus ipsis redus, & prædicta Capella Juris ipsius Monasterii S. Benedicti. Unde & vice recipit ipse Dominus Donninus Abbas de eodem Adelberto Comes, Commutatori suo similiter in causa Commutationis nomine à parte prædicto Monasterio Sancti Benedicti præsenti die, & hora proprietario Jure ad habendum nominative Capella una quæ est constructa in honore Sanctæ Mariæ, & rejacet in loco, & Fundo Tartaro cum sediminibus, & areis, ubi vites extant, seu pratis omnia sunt tenente Comitatu Brixiano cohæret ei in circuitu, à jam dicta Capella, & omnibus rebus ibi in circuitu, & omnia sunt tenente da mane prædicto Monasterio S. Benedicti, da meridie rebus, quæ dicitur prometulo, da sera fossa quæ dicitur tornapansi, de subto heredes quondam Anselmi, vel si qui alii sunt in omnibus cohærentem. Item etiam portionem de Capella una, quæ est consecrata in honorem Sancti Fabiani, quæ rejacet in loco, & fundo Fontana, & Casis, Massariciis, seu Vineis, & Silvis cum areis ubi extant, seu Pratis, & terris arrabilis, quæ habere visus tum est in locum, & fundas Mandriæ, & in Laco. Istis rebus cum suprascripta Capella rejacent in Comitatu Regiensis, & Sedimines rebus territoriis illis, quæ habentur Juris, & in Loca, & Funda Bajazaria, Casalbini, & in Formidine, seu & in Cento, atque in Muniano Comitatu Mutinensis, quæ sunt rebus ipsis cum prædictas Capellas, & prænominata Loca Tartaro, & in Fontana, seu Mandriæ in laco, & in Bajazaria, & in Casalbini, & Formidine, atque in Cento, & in Muniano super totas in simul pro mensura justa ad pertica legiptima de pedes duodecim mensurata inter sedimines, & areis ubi vites existant juges quinque de Pratis jugies tres, de terris arrabilis jugies nonaginta & duas, de areis ubi Silvis, & Stelareis extant jugia quatuor centum viginti, omnibus rebus ipsis juris ipsius Adelberti Comes, quæ sunt omnibus suprascriptis rebus Capellam cum rebus in circuitu ad eandem pertinentibus sediminem cum edificiis casarum super habet, clausuræ, cum terris, pratis, vineis, & silvis & stelareis cum areis in qua extant coltis & incoltis, aquis aquarumque ductibus cum eorum puteis. Quod & ut ordo legis deposcit, & ad hanc prævidentiam commutationis super ipsis rebus accessere Adalbertus Diaconus, & Præpositus ipsius Monasterio Sancti Benedicti, & Missi ipsius Domini Abbatis una cum Ranerio de Rivoltella Missus suprascripti Ottonis Imperatoris seu cum tres homines Domini timentes extimatorem, quorum nomina illorum Bellizo filium quondam Albini, qui & Albizo de Canole, & Ingezo de Foderano filio quondam Gariberti seu Idelmano de Corigia ad prendendum ad extimandum, quibus eorum omnibus rectum paruit esse, & ipsi Extimatores extimavere, & dixere eo quod melioratis & ampliatis rebus acciperet ipse Dominus Donninus Abbas ab eodem Adalberto Comite à parte prædicto Monasterio Sancti Benedicti ad habendum que ei dare, & dixerunt quod hæc commutatio legibus, ac firmiter interest fieri potuerunt. His autem omnibus rebus superius dictis cum superioribus, & inferioribus, atque cum egressionibus, & accessionibus eorundem rerum Commutatores ipsi unus alteri commutationis nomine qualiter faciendum quidquid ceperunt cum hæredibus, & successoribus suorum jure proprietario nomine, & canonice ordo legibus possidere quod præviderunt sine unius alterius, eorumque hærede, vel Successores contradicione, sed spoponderunt se Commutatores ipsos si ad unus alterius cum hæredibus, & successoribus suorum jam dicta Capella, & omnibus rebus quasque utraque parte in commutatione dedere in inde omni tempore ab omni contradicente homine defensare juxta lex. Qui si ad defensandam minime consenserint, aut si contra hanc Cartulam commutationis agere, vel causare, vel removere quæsierint, & non permanserint, vel compleverint in ea omnia, qualiter superius legitur, tunc componat parte illa, quæ non conservaverit ad partem fidem servanti duplis, & melioratis suprascriptis rebus, sicut pro tempo-

re fuerint, aut valuerint sub æstimatione in eadem loca, quia sic inter eas convenit. Unde duæ Cartulæ Commutationis uno tempore scriptæ sunt. Actum in loco, qui dicitur S. Severo, ubi Dominus Otto Imperator præerat feliciter.

Ego Domninus Abbas in hac Commutationis a me facta scripsi manu mea.

Ego Adalbertus Præpositus atque Diaconus, qui supra ipsis rebus accessi, & missus fui, ut supra ss.

Signum manum suprascripto Ranerii, qui ipsis rebus accessit, & missus fuit ut supra ss.

Signum manibus suprascriptorum Belizoni, & Nigezoni, seu Adelmanni, qui super ipsis rebus accesserunt, & existimaverunt ut supra.

Ego Leopertus Presbyter, & Monachus subscripsi manu mea.

Ego Joannes Presbyter, atque Monachus manu mea subscripsi.

Ego Gumpertus Diaconus & Monachus manu mea subscripsi.

Ego Petrus Presbyter, & Monachus manu mea scripsi.

Gunzo Diaconus, & Monachus manu mea scripsi.

Ego Martinus Monachus subscripsi.

Ego Joannes Clericus manu mea subscripsi.

Signum manibus Steffani filium Adrempaldi, & Petri, seu Johannis, qui professi sunt lege vivere Romana testes.

Signum manibus Asprandi filium quondam Gariveti de Gaminianelo, & Auprandi filio Taniberti de Castro Ariano, seu Magnifredi filio Ozani de Montegdo, atque Valberti filio, itemque Valberti de Bismantò testes.

Ego Aribertus Notarius Domini Imperatoris rogatus scripsi, post tradita complevi, & dedi.

IV.

Henrici II. Romanorum Imperatoris sententia, contra Comites & Marchiones Estenses ipsius imperio obtemperare recusantes, lata, de An. 1014.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis: Henricus favente divina clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus universis Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, Ubertum Comitem, Filium Hildeprandi, Obertum Marchionem & filios ejus, & Albertum Nepotem illius, postquam Nos in Regem & Imperatorem elegerunt & post manus Nobis datas & sacramenta Nobis facta cum Dei Nostroque inimico, Arduino, Regnum nostrum invasisse; rapinas, prædas, devastationes ubique fecisse; & quod sine luctu non est dicendum, territoria & pertinentias omnium Ecclesiarum miserabiliter bonis omnibus exspoliasse. Magnus dolor, nimius luctus, inaudita intus & foris desolatio. Si ergo ita destructis ecclesiis subvenitur, quod Deo placebit, nulli bonorum displicendum erit. Consilio ergo cum amicis Dei habito, scrutata & inventa est lex Longobardorum, quæ ita jubet: Si quis contra animam Regis cogitaverit, aut consiliatus fuerit animæ suæ, incurrat periculum & res illius infiscentur. Secundum igitur Legem eorum, Nostra propria sunt omnia bona ipsorum, quia manifestum est ipsos contra nos non solum cogitasse, aut consiliatos fuisse, sed etiam ausus nepharios & conatus impuros opere exercuisse & publice bella contra nos præparasse: Quia ergo Legibus eorum Nostra sunt bona ipsorum, Ecclesiæ Sancti Syri Episcopi Ticinensis, quam ipsi in suis pertinentiis igne & rapinis vehementer devastaverunt, de prædiis eorum partem dare volumus, ut sic vel in aliquo recompensatione facta tolerabilius illata valeat sustinere dispendia, donec Deo donante commoda sibi succrescant majora. Juste igitur & legaliter damas sibi de rebus Uberti Filii Hildeprandi Castellum de Cerreto & Vulparia cum omnibus eorum adjacentiis ad jugera tria millia cum suo toto districtu. De rebus Uberti (lege *Oberti*) & Filiorum ejus & Alberti Nepotis ipsorum Marchionis quicquid habuisse visi sunt in Scadrampo prope Castrum de Balbiano & in Territorio Sancti Martini in Strata & in Casale ad jugera quingenta; quatenus Ecclesia Beatissimi Confessoris Domini Syri & Pastor qui per tempora ibi fuerit, omnia quæ supra nominata sunt cum suis pertinentiis, aquis scilicet aquarumve decursibus, ripis, molendinis, piscationibus, terris cultis & incultis, silvis, cursibus, vadis, venationibus, stallareis, servis & ancillis, Capellis, montibus & vallibus, rupibus, & pratis, mercatis & districtibus & cum omnibus, quæ nominari possunt, in æternum, jure proprietario habeat atque disponat, nostra, Nostrorumque Successorum & omnium hominum contradictione & molestatione & diminoratione remota. Concedimus insuper Sancto Syro Patrono nostro districtum de Secema ad miliaria octo in omni parte in circuitu, sicut ad nostram partem pertinere videtur, pro pace & quiete ipsius Ecclesiæ, remedio & salute animæ nostræ, Nostrorumque successorum Regum & Imperatorum. Si quis igitur contra hoc nostrum præceptum in æternum Deo propitio valiturum, ire temptaverit & Ecclesiam Beati Syri, vel Pastorem suum disvestire, vel in aliquo molestare de prædictis rebus præsumpserit, componat mille libras auri purissimi medietatem Sanctæ Ticinensi Ecclesiæ & Cameræ nostræ alteram medietatem. Quod ut verius credatur, & ab omnibus inviolabiliter conservetur, hoc præceptum manu nostra firmavimus & nostro Sigillo insigniri præcepimus.

Signum Domini Henrici invictissimi Imperatoris Augusti.

Heinricus Cancellarius vice Eurardi Episcopi & Archicapellani recognovit. *

Factum Anno Incarnationis Dominicæ M XIIII. Indictione XII. Anno vero Domini Heinrici Imperatoris Augusti Regni XIII. Imperii vero primo, Actum Soleya.

V.

V.

Charta venditionis de quibusdam Curtibus, Castris & Capellis Hugoni, Marchioni Estensi factæ, d. d. 10. Kal. Febr. An. 102-.

IN nomine Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, Conradus gratia Dei Imperator Augustus, Anno Imperii ejus, Deo propitio, secundo, decimo Calendas Februarii, Indictione duodecima. Constat me Gerardus Diaconus filius quondam Genesie, qui professus sum ex Natione mea Legem vivere Longobardorum accepisse, sicuti & in præsentia testium accepi a te Ugo Marchio filius bone memoriæ Oberti, qui fuit item Marchio argentum denarios bonos libras duo millia finitum precium pro conctis casis, Cortis, Castris, Capellis, sediminis & omnibus rebus illis juris mei, quæ habere visus sum tam infra Civitate Papia, quamque & foris super fluvio Padi in loco ubi Sala Roteradi dicitur cum Castro & casis massaritiis, & omnibus rebus ad ipso Castro pertinentibus & in hanc cum sua pertinentia Rocca de Oromala, Manso de Sarzano, Sancto Martino in Strata, Scadrainpo cum eorum pertinentiis, Castro de Montealoin, qui vocatur Montaino, cum muris, & turre circondatum, quamque & foris eodem Castro in eodem loco, & in Stradella cum omnibus eorum pertinentiis; Corte una in loco & fundo Portoalbere cum Capella inibi edificata in honore Sancte Mariæ cum casis massaritiis, universisque rebus ad ipsa Corte & Capella pertinentibus, quibus supra positis in loco Saxobarego, Aquaria, Montegisoni, Monte de Pigozo, Valdeversa, Genevredo, Vicoaloni cum eorum pertinentiis, Corticella, Borgo Sancti Domini, Sorania, Paricla, Casale majore, Sancto Paulo, Videliana, Corrigia Virde, Sclaria, Ecstaria (Leggo Erbaria) Neviano Flabiano, Nigoni, Vicolo, Casale, Magiano, Cavigla, Cerette grosso, Cereto sermoso, Valetona, Isola, Rocca de Pazolo, Lavernasco, Alpesci, Vivaldi, Feleteria, Coniano, Cervaria Massa cum omnibus eorum pertinentiis.

Et sunt ipse Cortes, Castra, Capellasque, Casis Massaritiis, & omnibus ad ipsas cortes & castra seu Capellas pertinentibus per mensuram justa juges decem millia; & si amplius de meis juris rebus infra hunc Italicum Regnum inventum fuerit, quam ut supra legitur, omnia in ista presentem venditionem cartula permaneatque, persistat iñ m̃. (forf. in integrum.) Nec non & vendo ego qui supra Gerardus Diaconus tibi Ugoni Marchio per hanc cartulam, & pro ipso precio homines omnibus servis, ancillis illis, similique juris mei, qui supra Gerardi Diaconi obvenit pertitulum scriptionis m̃ m̃ ut dictum est; tam Cortes, Castras, Capellis turris seu relique terris, sediminibus, vineis, cum areis suarum terris arabilis pradis, gerbidis, pascuis, silvis, ac stalareis, ripis rupinis ac paludibus, olivetis, montibus, planiciis, molendinis & piscationibus, portoriis, mercatis, teloneis, cultum, & incultum divisum & indivisum, una cum finibus, terminibus, accessionibus, & ingressionibus, & usibus aquarum, aquarumque decursibus, cum omni jure adjacentiis & pertinentiis earum rerum per locas & vocabulas ad ipsas Cortes & Castras pertinentibus, una cum servis & ancillis. m̃ m̃.

Que autem suprascriptas Cortes & Castras, seu Capellas una cum casis massaritiis & omnibus rebus ad easdem Cortes & Castras, seu Capellas pertinentibus juris mei supra dictis una cum eorum accessionibus, & ingressorias earum, seu cum superioribus & inferioribus earum rerum, qualiter supra legitur, una cum prædictos servos & ancillas m̃. m̃. ab hac die tibi Ugoni Marchio, pro supra scripto pretio, vendo, trado, & mancipo nulli alii venditis, donatis, alienatis, obnoxiatis, vel traditis m̃. m̃. habeas & facias exinde a presenti die tu, qui supra Ugo Marchio & hæredibus tuis, aut cui tu dederis jure proprietario nomine quicquid volueritis sine omni mea & hæredum meorum contradictione, & spondeoque, promitto me ego, qui supra, Gerardus Diaconus, una cum meis hæredibus tibi, qui supra Ugoni Marchio & hæredibus tuis aut cui vos dederitis supra scripta venditio qualiter supra legitur, ab omni homine defensare, quod si defendere non potuerimus, aut si vobis exinde aliquid pro quovis ingenium subtrahere quæsierimusve in duplum eadem vendita ut supra legitur, restituam, sicut pro tempore fuerint melioratis aut valuerint sub extimatione in consimilibus locis una cum prædictos servos & ancillas, & pro honore Diaconati mei: nec mihi liceat ullo tempore nolle quod volui, sed quod ad me semel factum vel quod scriptum est inviolabiliter conservare promitto cum stipulatione subnixa & nihil mihi ex ipsum precium redebere dixi. Actum infra Castro Monasterio fit a Viculo feliciter.

Ego Gerardus Diaconus in hac cartula venditione a me facta subscripsi.

Signum manibus Andree filius quondam Ariberti & Walperti, ambo Legem viventes Romana testes.

Ego Obertus Romanus rogatus subscripsi.

Gerardus rogatus subscripsi.

Arduinus rogatus subscripsi.

Ego Joannes Notarius & Judex Sacri Palatii, scriptor hujus cartule venditionis post tradita complevi & dedi.

VI.

Henrici III. Roman. Imperatoris sententia, qua controversia inter Landulfum, S. Prosperi prope Regium Abbatem, & Azonem II. Marchionem Estensem, de possessione Curtis Naseti exorta, decisa est, d.d. 15. Junii, An. 1055.

DUm in Dei nomine in Conventum prope Burgo Sancti Genesii in judicio residebat Domnus Secundus Heinricus Serenissimus Imperator ad justitias faciendas ac deliberandas, adessent cum eo Wido Archi-Episcopus Mediolanensis, Aldebertus Archi-Episcopus Bremensis, Dionysius Episcopus Placentinus, Kadalus Parmensis Episcopus, Bonus Filius, Atto, Otto, Wibertus, Burgundius, Tolbertus & Gezo, Judices Sacri Palatii & reliqui plures. Ibique eorum venit præsentia Landulfus Abbas Monasterii S. Prosperi sito foris & prope Givitate Regio una cum Adelysio Advocato suo, & cepit dicere: Habeo & teneo ad proprietatem Sancti Prosperi nominative Cortem unam, que nuncupatur Nasetum cum Casis, Capellis, Apendiciis cæterisque rebus ad jam dictam Curtem pertinentes, sicuti percurrit Fluvius Sicle sursum per stratam usque in montem Palaredum, & de Monte Palaredo ascendente usque in finem Tusciæ, & revertentem in rivum Albolum usque in Fluvium Sicle & inde quoque juxta Siclam deorsum pervenit in flumen Ausule. Et si quislibet homo adversus prædictum Monasterium exinde aliquid dicere vult, paratus sum cum eo inde ad rationem standum & legitime finiendum. Et quod plus est, quæro, ut dicat iste Azo Marchio, qui hic ad præsens est, si Curtis ista sicuti eam denominatam habeo, propria est Monasterii S. Prosperi aut si ipse eam agere aut causare vult, aut si habet aliquid scriptum vel aliquam firmitatem, per quam istas res prædicte Ecclesie contradicere velit, aut non. Cum ipse Abbas taliter retulisset ad hoc respondens ipse Azo Marchio dixit & professus est, Vere prædictas res proprie sunt Monasterii S. Prosperi & mihi ad habendum, nec requirendum nihil pertinet, nec pertinere debet, cum lege pro eo quod exinde nullum scriptum, nullam firmitatem, nullamque rationem inde habeo nec habere possum, per quam ipsas res parte prediĉti Monasterii S. Prosperi contradicere, aut subtrahere possim; sed proprie sunt ipsius Monasterii & esse debent cum lege. Et tunc spopondit se ipse Azo Marchio, ut si unquam in tempore ipse suisque filiis, & filiabus, vel ejus hæredes, aut sua summissa persona de prædictis rebus adversus partem jam dicti Monasterii agere aut causare vel removere præsumpserit, aut si apparuerit ullum datum, aut factum, vel quodlibet scriptum, quod exinde in aliam partem fecissent, & claruerit: tunc componant ipsas res in duplum sicut pro tempore fuerint melioratas, aut valuerint sub æstimatione in consimilibus locis, insuper pena auri optimi libras centum. His actis & manifestatio, ut supra, facta, rectum hisdem Judicibus & Auditoribus comparuit esse judicaverunt ut juxta illorum professionem & manifestationem pars prædicti Monasterii debeat habere, & detinere ipsas res ad proprietatem prædicti Monasterii & ipse Azo Marchio suique heredes maneant exinde omni tempore taciti & contenti. Hoc acto tunc misit bannum Domnus Imperator super eundem Abbatem, & super eundem Advocatum suum, ut nullus quislibet homo de prædictis rebus eos, vel prædicto Monasterio devestire, molestare, vel inquietare audeat, sine legali judicio. Qui vero fecerit, centum libras auri compositurum agnoscat; medietatem Cameræ Domni Imperatoris & medietatem partis ipsius Monasterii. Finita est causa, & hæc notitia, qualiter acta est causa, fieri amonuerunt. Quidem & ego Aldo Notarius Sacri Palatii, ex jussione istius Domni Imperatoris & Judicum ammonitione scripsi Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi, Millesimo, Quinquagesimo Quinto, Imperii vero Domni Secundi, Heinrici Deo propitio Nono, Quintodecimo die Mensis Junii, Ind. Octava.

Ego Heinricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus confirmavi & subscripsi.

Ego Gunterius Cancellarius subscripsi.

Bonus filius Judex Sacri Palatii interfui.

Ego Wibertus Judex Sacri Palatii interfui.

Atto Judex & Missus Domini Imperatoris interfuit.

Ego Otto Judex Sacri Palatii interfui.

VII.

Testamentum ab Oberto I. Marchione Estensi, alias nomine Obizonis insignito, conditum, d. d. Kal. Februarii, An. 1065.

ANno ab Incarnatione Domini Nostri JEsu Christi Millesimo, Sexagesimo Quinto, Kal. Februarii Indict. XIV. Ego in Dei nomine Obertus, qui & Opizo Marchio filius bone memorie item Oberti similiter Marchio, qui professus sum lege vivere Longobardorum pp. dixi: Vita & mors in manu Dei sunt; melius est homini metu mortis vivere, quam spe viventi di morte subitanea pervenire. Ideoque ego qui supra Olbertus qui & Opizo Marchio volo & judico, ut sit in meum Dominum cunctas casas, & omnes res, territorias, seu Castra & Capellas juris mei, que abere visus sum in Episcopatu, Cremonense, Parmense, Regiense, Lunense, Lucense, Pisano, Vultomense, Paduano, Vicentino, Veronense, Mantuano, Pla-

Placentino,Papiense,Tortonense, Turinense, Bubiense, Genuense vel per alios singulos Episcopatus, ubi habere visus sum infra hoc Italicum Regnum diebus vite mee vendendi, donandi, comutandi, precariam faciendi, ac libellum, seu investituram faciendi & ordinandi, dispensandi, seu quolibet modo faciendi exihde quod voluero; & in ipsis meis rebus quod fecero in parte sive in totum, firmum & stabile permaneat inviolabiliter pro anime mee, & quondam Ermengarde Conjugis mee mercede. Et si Dei voluntas fuerit, quod ego qui supra Obertus qui est Opizo Marchio de hoc seculo migravero antequam de ipsis meis rebus alteram ordinationem faciam & Albertus filius meus de hoc seculo migraverit sine filiis legiptimis de legiptimo matrimonio nati: volo, & judico, seu statuo atque per hanc Cartulam ordinationis mee confirmo, ut habeant suprascriptos Episcopatus omnia que de predictis meis rebus, que ... data remanserunt, in quo ipsis meis rebus sunt ad proprium & faciat pars predictorum Episcopatorum jure proprietario nominequidquid voluerit sine omni mea & heredum meorum contradictione pro animæ meæ & quondam Ermengarde Conjugi mee mercede. Et si alteram ordinationem fecero de ipsis meis rebus, ita maneat sicut supra ordinavero. Et si aliter non ordinavero, ita maneat sicut supra ordinatum est. Quia sic est mea bona voluntas. Actum infra Castrum Rivaroli feliciter.

Signum manum Petri, & item Petri seu Homobelli testium.

Ego Anfredus Notarius & Judex sacri Palatii rogatus ss.

Rolandus Judex Sacri Palatii rogatus ss.

Ego bmmkzphxikcpskx rogatus ss.

Ego Amizo Notarius sacri palatii scripsi post tradita complevi.

Ego Joannes Palatinus Judex autenticum hujus exempli vidi & legi, & sic inibi continebatur, sic in isto exemplo ni litera plus minus.

Ego Adinerius Regie Aule Judex autenticum hujus exempli vidi & legi & sic in isto exemplo litera plus minusve.

Ego Paulus Notarius Sacri Palatii autenticum hujus exempli vidi & legi & sic inibi continebatur, in hoc exemplo ni litera plus minusve sit, & hoc exemplum manu mea exemplavi.

IIX.

Henrici IV. Romanor. Imperatoris Preceptum traditionis & concessionis locorum in ipso Precepto descriptorum, pro Ugone & Fulchone, Filiis Azonis III. Marchionis Estensis, de An. 1072.

IN nomine Sancte & Individue Trinitatis, Henricus Quartus, Divina favente Clementia Rex. Si justis nostrorum fidelium petitionibus pietatis nostre aures inclinaverimus & eorum justa desideria Regali decentia compleverimus & Regni gubernacula melius nos regere credimus, & eos fidelius in nostra fidelitate perseveraturos minime dubitamus. Quocirca omnium fidelium nostrorum, tam futurorum, quam presentium, noverit industria, qualiter nos pro Patris nostri nostreque remedio anime, interventu quoque Gregorii, Vercellensis Episcopi, nostri Dilecti Cancellarii, Ugoni & Fulchoni Germanis Aczonis Marchionis Filiis, omnes res, que sunt posite in Comitatu Gavelli, Rodigum, Cedermano, Sarzano, Mardimago, & Comitatum, & Armaniam & quicquid pertinet ad ipsum Comitatum Abbatiam Bursedam, Abbatiam Vangaditiam, in Comitatu Pataviense Este, Arquada, Passo, Viguzolo, Surisini, Villa Finale, Ancaranum, Carmegnano, Villa prenominata Merendola, Montem Geniture, Tribulanum, Corrigia, Olesia, Saletum, Milarina, Montagnana, Casale, Altadura, Urbana, Merlaria, & omnes Arimanias, que ad istas Curtes pertinent. In Comitatu Ferrariense Manezo, Baniolo, Sanctum Martinum, Villa Comeda Arquadam. In Comitatu Vicentino Calugana, Albaretum, Arcule. In Comitatu Veronensi Insula Morori (aut Majori) Summa campagnam (aut Compagnam.) In Comitatu Brisinensi Casale, Majore, Videliana, Pomponesco, Pangunedum. In Comitatu Cremonense Sanctum Paulum. In Comitatu Parmense Soragnam, Pairolam, Busscedum, Noxetum, Gunzanegulum, Curtesella, Mariagum, Spelium. In Comitatu Lunense, Pontetremulum, Filateram, Castealo, Verugula, Mazucasco, Venegla, Comanum, Panigalem cum omni re Guidonis Filii Dodonis, Abbatia Sancti Capratii, Martula, Abbatia Sancti Salvatoris in Linaria, Cervariam, Valeranam, Barderanam, Bucagnolam, Arcolam Madragnanam, Ceulam, Monellam, Adarimum, Carcodamum, Vallem Planam. In Comitatibus Aretino infra Civitatem, Lucensi, Pisensi, omnem terram, que Obertenga vocatur. In Comitatu Placentino Abbatia Sancti Johannis de Vigulo, Castro Banciole Sancto Martino in Strada. In Comitatu Mutinensi, Solera, Herbera, Campo Galiano. In Comitatu Terdonensi Sale, Nazanum, Arquada. Et quicquid ipse Marchio Aczo jure possidet & jure possidere debet; & quicquid idem Marchio in omnibus supradictis comitatibus & locis jure tenet & jure tenuit, Ugoni & Fulchoni supradictis germanis ejusdem Marchionis Aczonis Filiis per nostri precepti traditionem & confirmationem concedimus, tradimus & confirmamus. Precipimus igitur, ut nullus Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vice-Comes, Castaldio, nulla prorsus nostri Regni magna parvaque persona predictos Germanos, predicti Marchionis Filios de omnibus predictis rebus molestare, inquietare, disvestire audeat, vel presumat; Ubi autem aliquis, quod non credimus, hujuscemodi precepti paginam

ginam & confirmationem fregerit sciat se compositurum auri optimi libros mille medietatem nostre Camere & medietatem prefatis Germanis. Quod ut verius credatur manu propria corroborantes sigillo nostro infra sigillari jussimus.

IX.

Transactio inter Paulum Isnardum, Ecclesiæ Sancti Georgii & Sanctæ Mariæ Veronensis Archipresbyterum atque Archi-Diaconum, nec non Azonem III. Marchionem Estensem, ejusque Filios, Ugonem & Fulconem, qua anteadictis Marchionibus Curtis Lusiæ ejusque pertinentium usus per viginti & octo annos concessus fuit, inita, d. d. Prid. Kal. Junii, An. 1079.

IN Christi nomine. Placuit atque convenit inter Domnum Paulum Archipresbiterum, & Domnum Isnardum Archidiaconum de Canonica Sancti Georgii & Sancte Marie Veronensis Ecclesie, nec non & inter Marchionem Azonem & Ugonem & Fulconem, Germanos Filios ejusdem Marchionis Azonis, per missum suum Petrum Vicecomitem, ut in Dei nomine debeant dare sicut a presenti dederunt ipsi Domnus Paulus Archipresbiter & Domnus Isnardus, Archidiaconus predicto Marchioni Azoni & Ugoni & Fulconi Filiis suprascripti ad fictum censum reddendum ficti nomine usque ad annos viginti & octo expletos, hoc est Curtem unam juris proprietatis predicte Veronensis Canonice, que vocatur Lusia, que est posita in Comitatu ------ in loco & predicto Jundo, ubi dicitur Lusia, cum capolo, pascolo, erbatico, silvis, piscationibus, ac paludibus & omnibus ad eandem Curtem pertinentibus; quantum ipsa Canonica & predictus Marchio Azo a parte predicte Cenonice in prenominato loco & fundo Lusia in ejus finibus & territorio habere & detinere videtur omnia in integrum. Ea ----- uti modo ipse Marchio Azo usque ad viginti & octo annos expletos, quamdiu advixerit debeat habere & detinere predictum Curtem sicut supra legitur. Et si contigerit, ipsum Marchionem ante predictos XX & octo annos expletos mori, Ugo & Fulco Germani Filii scilicet predicti Marchionis debeant habere & tenere predictum Curtem usque ad predictum terminum, in eundem modum. Et si quis ex ipsis Germanis ante alterum sine filiis masculinis de legitimo matrimonio mortuus fuerit ille qui superadvixerit, debeat habere predictam Curtem, sicut supra legitur, usque ad predictum terminum omnia in integrum: Et faciant ipsi -------- aut ex frugibus earum rerum, vel censu, quas ex ipsis rebus annue Dominus dederit quicquid voluerint sine omni contradictione Pauli Archipresbiteri & Isnardi Archidiaconi & illorum Successorum & ceterorum Canonicorum. Et persolvere exinde debeant ipsi aut eorum heredes singulis annis in Festivitate Sanctorum Corneli & Cipriani, que venit de Mense Septembris, intra octo dies antea vel intra octo post, vel ipso die argentum denarios bonos expendibiles, Monete Veronensis solidos centum & insuper modios de frumento duos, vacam unam, porcos duos, aut pro ipso frumento & vaca & porcis libras tres Denariorum Veronensis monete, quale ipsi Marchioni vel predictis Filiis suprascripti aut eorum Misso placuerit. Datis & consignatis ipsis denariis & predicto ficto in Civitate Verona ad predictum Paulum Archipresbiterum & Isnardum Archidiaconum eorumque Successores, vel ad eorum Missum per predictum Azonem Marchionem, aut per jam dictos Filios suos, vel eorum heredes, aut eorum Missum; alia superimposita eis non fiat. Penam vero inter se posuerunt ut quis ex ipsis de hac convenientia se subtraxerint & omnia, qualiter supra legitur non compleverint, vel si tollere aut relaxare presumpserint ante supradictos XX & octo annos expletos, componat pars parti fidem servanti libras triginta Veronensis Monete & pene nomine: post penam solutam hac convenientia in sua firmitate manente. Unde duo Breves uno tenore scripte sunt.

Factum est hoc Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi, Millesimo Septuagesimo Nono, pridie Kal. Jun. Indictione Secunda in Civitate Verona in Casa solariata predicti Isnardi Archidiaconi presentia bonorum hominum quorum nomina hec sunt id est Gandulfus Judex Joannes Gramaticus Opizzo Frater Archidiaconi Ugo de Contra, Demiso de Rodigo Redaldo de Civitate Verona qui ibi fuerunt rogati testes;

Ego Paulus Archipresbiter Sancte Veronensis Ecclesie m. m. ss.

Ego Isnardus Archidiaconus Sancte Veronensis Ecclesie m. m. ss.

Ego Petrus Presbyter in hac Ecclesia m. m. ss.

Ego Stephanus Presbiter in hac Breve m. m. ss.

Ego Boso Presbiter m. m. ss.

Ego Toto Presbiter m. m. ss.

Ego Imizo Presbiter m. m. ss.

Ego Michael. Presbiter m. m. ss.

Ego Aldo Presbiter m. m. ss.

Ego Todo Presbiter m. m. ss.

Ego Martinus Presbiter m. m. ss.

Ego Toto Presbiter m. m. ss.

Ego Toto Diaconus propria m. m. ss.

Ego Amelrici Diaconus in hac Breve m. m. ss.

Ego Nobilis Diaconus m. m. ss.

Ego Toto Diaconus in hac Breve m. m. ss.

Ego Adelardus Diaconus m. m. ss.

Ego Laurentius Notarius Sacri Palatii autenticum illud vidi & legi & ita continebatur in illo ut legitur in isto.

X. In-

X.

Instrumentum partim divisionis, quam Ugo, & Fulco, Germani Fratres, Marchiones Estenses, de terris ac ditionibus a genitore ipsorum relictis instituerunt, partim etiam juratæ promissionis de ea perpetuo servanda, d. d. 6. Aprilis, An. 1095.

IN nomine Domini Dei eterni. Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi, millesimo nonagesimo quinto, Sexto die Aprilis, Indictione tertia, Tibi Ugo Germano meo, ego Fulco, Filius Alberti Marchionis, qui Azo Marchio dicitur, qui professus sum ex Natione mea lege vivere Longobardorum, sicut ipse Genitor meus vivere visus est. Propterea dixi: Manifestum est mihi, qui supra Fulco, eo quod tu qui supra Ugo odie in me emisisti cartulam vendicionis sub dupla defensione pro accepto precio librarum mille Lucensis monete, nominative de Cunctis Curtibus, Castris, Ecclesiis & Capellis, Casis, & Massariciis, & omnibus territoriis, que mihi evenerunt per Cartulas a Marchione Azone nostro Genitore factas, vel undecumque mihi evenerunt & mihi pertinent in toto Italico Regno, sicuti in ipsa Cartula vendicionis resonat, in. in. ut de presenti die in mea meorumque heredum fuisset potestate proprietario jure faciendum exinde quod voluissem, unde modo promitto & spondeo atque obligo me, qui supra Fulco tibi cui supra Ugo germano meo, ut si tu ita mihi observaveris & adimpleveris, sicuti promisisti, & per sacramentum firmasti, ipsa Cartula vendicionis, quam odie in me emisisti fit innanis & vacua, & nullo tempore obtineat firmitatem. Et si ego, qui supra Fulco, aut mei heredes, adversus te, qui supra Ugo, tuosque heredes aut cui vos dederitis de prædictis rebus, per quodvis ingenium agere, aut causare, vel removere presumpserimus aut per nos, vel per nostras sumissas personas, & taciti et contenti exinde non permanserimus: vel si apparuerit ullum datum, aut factum, vel quodlibet scriptum quod ego qui supra Fulco, vel mei heredes, exinde in aliam partem fecissemus & claruerit; tunc componamus ipsas res in duplum, & insuper penam libras mille, & taciti & contenti permaneamus. Verba autem sacramenti hec sunt.

Ego Ugo Figlius Alberti Marchionis, qui Azo Marchio dicitur ab ac ora in antea, non ero in conscilio, neque in facto, quod tu Fulco frater meus, vel filii tui Masculini legitimi perdatis vitam, aut membrum, vel captionem habeatis ad vestrum dampnum. Secreta que mihi credideris per te, aut per tuum nuntium, vel per tuas literas, & celare dixeris ad tuum dampnum, me sciente, non pandam. Et per rectam fidem adjutor ero ad retinendum tibi & filiis tuis masculinis legitimis medietatem castrorum & Terre, que Azo Marchio, Genitor noster, tenet a Mincio usque ad Veneciam, & illam porcionem ceterorum Castrorum de alia Terra Marchionis Azonis Genitoris nostri, que tibi evenerit, vel filiis tuis vel ex alia parte. Et si perdideris, adjutor ero ad recuperandum salvo honore Genitoris nostri vel post discessum nostri Genitoris vel eo vivente, & conscentiente, faciam jurare illos homines meos, quos mihi dixeris & destringere potuero & sine malo ingenio. Quod si hanc securitatem tibi & predictis filiis tuis non observavero adjutores sint tibi, & filiis tuis predictis retinere meam portionem & tuam contra omnes homines, & post discessum nostri Genitoris, vel eo vivente, vel jubente infra triginta dies postquam mihi requisieris, equis partibus tecum dividam sine malo ingenio, vel cum filiis tuis prædictis. Et factis divisionibus que superius dicte sunt, tibi tuisque predictis filiis omnibus diebus vite mee per rectam fidem sine malo ingenio observabo. Non si tu, qui supra Ugo germanus meus ita non observaveris & adimpleveris supra scripta mihi, qui supra Fulco Germanus tuus, sicuti promisisti & per sacramentum firmasti: tunc ipsa suprascripta Cartula vendicionis sit firma & stabilis, & in sua maneat firmitate. Et faciamus ego qui supra Fulco meique heredes de supradictis curtibus, Castris, Ecclesiis, & Capellis, Casis, Massariciis, & omnibus rebus territoriis juxta ipsam Cartulam proprietario nomine quicquid voluerimus in eo tenore, ut supra legitur. Et ad hanc confirmandam promissionis Cartulam accepi ego qui supra Fulco exinde Laancchil a te jam dicto Ugo Crosinam unam ut hæc mea promisso in te, cui supra Ugo tuisque heredibus per omnibus temporibus firma permaneat, atque persistat incumvulsa constipulatione subnixa, manente hac Cartula promissionis & obligationis omni tempore in sua firmitate, Unde due Cartule promissionis in uno tenore scripte sunt:

Hanc enim Cartulam promissionis paginam Uguidoni Judici & Notario Sacri Palacii tradidi, & scribere rogavi, in qua subter confirmans testibusque obtuli roborandum.

Actum in loco Adeste, feliciter.

Manus istius Fulconis, Filii Azonis Marchionis, qui hanc Cartulam promissionis fieri rogavit ut supra.

Signa manuum Ugonis de Baone, Lanfranci Berthati, Uguiberti Homo, Rodolphi filii Emurardi lege Longobarda viventes testes.

Ego Uguido Judex & Notarius Sacri Palatii hujus Cartule promissionis scriptor post traditam complevi.

XI.

Conradi Rom. Regis Privilegium Fulconi, Marchioni Estensi, de banno per Regium exactorem ab eo non exigendo, indultum, d. d. 13. Kal. Sept. An. 1097.

Dic

DIe Martis qui est XIII. Calendas Septembris infra Castrum Burgi Sancti Domini ante ejus Ecclesia, præsentia bonorum hominum quorum nomina inferius leguntur. Dum Domnus Conhradus gratia Dei Rex Romanorum legitima pertractaret judicia severe puniendo facinora, probis viris & modestis imperciendo munera; astitit Fulco Marchio coram Rege exorans Principem, ut suo tempore leges offenderet Regium Bannum non cogatur exsolvere. Tunc Rex rogatus a pluribus Palatinis Proceribus pro beneficio hoc privilegium Marchioni concessit: ut nullum Bannum Regius Exactor a Marchione exigat, ita tamen ut non insolescat in antea Marchio, non eum radix inflet superbie, dicendo, quod quia Banni bene non subjacet, licenter possit perpetrare crimina, sed sit salva cunctis omnino justitia. Inde factum est hoc Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Nonagesimo Septimo supra scripto die, Indictione V.

Ego Chonradus, Dei gratia Romanorum Rex ss:

Ego Cancellarius Henricus subscripsi.

Ego Lanfrancus, Arquatensis interfui.

Ibi interfuit Odo filius Rainerii & Ugo filius Othuini & Albertus filius Arimondi & Otho de Seratico & Ponzo de Cremona & Albertus Talamaso & Ubertus, filius ejus, atque Obertus della Rocha seu Richardus de Cremona, sive Albertus de Castegnetto, nec defuit Odo de Morignano & Bernardus de Cremona etiam alii plures de quibus memorare non possum.

Ego Iohannes Judex ss.

Ungarus Judex rogatus subscripsi.

Ego Rolandus Notarius Sacri Palatii interfui, & hunc Privilegium per jussionem prædicti Regis scripsi.

XII.

Mathildis, Marchionissæ Estensis, Diploma, quo Monasterio S. Benedicti, juxta Padum sito, ab ejusdemque Progenitoribus fundato, alteram Insulæ partem, quæ Gurgo vocatur, in possessionem propriam dono dedit, d. d. 17. Kal. Octobr. An. 1104.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Mathildis Dei gratia si quid est. Notum fieri volumus omnibus nostris fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, qualiter olim pro remedio animæ nostræ, & nostrorum parentum Monasterio S. Benedicti juxta Padum siti, medietatem Insulæ, quæ Gurgo vocatur, consensu Domini Bernardi, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Venerabilis Cardinalis Presbyteri, atque tunc Domini Pascalis secundi, Papæ Vicarii, ad usum Fratrum habendam perpetuo, & possidendam concessimus, & præsentis scripti nostri pagina ad posterorum memoria fieri jussimus. Apud Rivum itaque Fontanensem in Mutinensi Comitatu, instinctu ejusdem Domini nostri Cardinalis, venit ad nos prædicti Monasterii Albericus Venerabilis Abbas nostram Clementiam postulans, ut sicut bonæ memoriæ Avus meus Teudaldus Marchio ejusdem Cœnobii fundator devotus pro anima sua medietatem prædictæ Insulæ cum aliis multis tam possessionum, mobilium quoque immobilium donariis præfato Venerabili Cœnobio Sancti Benedicti concesserat; ita & nos aliam ejusdem Insulæ medietatem, quam ipse prælibatus Marchio, sibi, suisque hæredibus usque ad hodiernum diem reservaverat, pro nostra anima, nostrorumque parentum eidem Monasterio concederemus, atque ad usum Fratrum per Dei gratiam religiose inibi conversantium, tam de piscationibus Insulæ quam Silvis, & terris fructiferis Memoriale super hac re scriptum fieri præciperemus. Cujus dignis peticionibus annuentes, nostramque parentum vota, & devotas oblationes augere quotidie non minui cupientes apud locum, qui Cusconia dicitur in eodem Comitatu præsente Domino Cardinale, atque Vicario Apostolico, nec non consentiente, ac suptus confirmante; residente ante nos Adegerio Illustri Judice de Nonantula, ac Sigefredo Causidico de Panzano, præsentibus etiam fidelibus nostris Bernardo de Bonevento, & Cornulo, atque Bernardo de Feroniano; medietatem illius Insulæ, quæ Gurgo dicitur, ubi Ecclesia Sancti Blaxii habetur in prædio, & jure prædicti Monasterii sita eidem Cœnobio ad usum Fratrum habendam, & perpetuo ab hac die in ante possidendam concedimus, & per præsentis scripti nostri paginam remota tam nostra, quam successorum nostrorum, sive hæredum molestatione confirmamus, ad memoriam videlicet Posterorum nostrorum, & nostræ animæ, nostrorumque parentum memoriale perpetuum, scilicet cum terris cultis, sive incultis, Silvis, & Paludibus quæcumque inter Larionem, & Fluvium, qui Gurgo dicitur in prædicta Insula continentur, hoc utique modo, ut Domino Apostolico Beati Petri Vicario, vel ejus Misso, prædicti Cœnobii Abbas, vel suus Nuntius per unumquemque annum tres libras piperis intra Mensem Madium persolvere student; nullaque alia eidem Monasterio superpositio fiat. Præcipimus vero, ut nulla deinceps major, minorve persona præfatum S. Benedicti Cœnobium de his quæ supra concessimus audeat in aliquo molestare, aut quidquam horum quæ supra contulimus contra voluntatem Abbatis, aut Communem consensum Fratrum invadere, aut diminuere. Si quis autem, quod absit, secus egerit, & contra hanc nostri scripti concessionem venire temptaverit centum librarum argenti pœnam persolvat, medietatem Lateranensi Palatio, medietatem vero prædictæ Ecclesiæ. Quod ut verius credatur, & futuris temporibus inconcussum, & inviolabile habeatur propriæ manus subscriptione firmamus, atque a Domino, & Venerabili Cardinali, ante cujus præsentiam actum est confirmandum rogavimus.

Ego

Ego Bernardus, humilis Cardinalis, Presbyter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, atque Domini Paschalis secundi Papæ in Lombardiæ partibus Vicarius licet indignus hoc scriptum fieri consensi, & propria manu subscribendo firmavi.

Mathilda, Dei gratia si quid est in hac Cartula à me facta ss.

Ego Adigerius Regiæ Aulæ Judex interfui, & ss.

Ego Sigifredus Judex interfui, & subscripsi.

Actum Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quarto Indict. duodecima decimo septimo Kal. Octobris apud Cusconiam in Comitatu Mutinensi per manum Frugerii Archipresbyteri, & Capellani.

Testes vero interfuerunt Bernardus de Bonevento, & Bernardus de Feroniano.

XIII.

Diploma Henrici V. Roman Imperatoris, quo Abbatiam S. Benedicti juxta Padum, à Marchionibus Estensibus fundatam, sub tutelam ac defensionem suam suscepit, d. d. 12. Kal Junii, An. 1111.

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Henricus Divina favente Clementia quartus Rom. Imp. Augustus Alberico, Abbati S. Benedicti juxta Padum, ejusque Successoribus per ordinem Abbatis Cluniacensis ibidem constituendis in perpetuum. Sane credimus nos in hujus vitæ cursu feliciter imperare, & summæ pietatis munere Cœlestis Patris gaudia promereri, si studuerimus circha Dei Ecclesias, quæ ab impiis opprimuntur, opera pietatis exercere, & ipsas, & eorum bona unde Christi pauperes in ejus servitio sustentari debent Imperiali potentia nobis à Deo concessa conservare atque deffendere. Quapropter omnibus nostrique fidelibus tam futuris quam præsentibus notum fieri volumus qualiter nos omnipotentis Dei causa, & ob Regni nostri stabilitatem, & animæ nostræ, nostrorumque Parentum perpetuam salutem devota, & exaudibili petitione Cluniacensis Ecclesiæ cujus fraternitatem diligimus, & habemus, Monasterium S. Benedicti intra Padum, & Larionem situm, Abbatem & Monachos, qui modo in eodem loco sunt Deo servientes vel post futuri sunt per ordinem Cluniacensem, & omnia bona ejus mobilia & immobilia videlicet Insulam S. Benedicti, cum Ecclesia S. Floriani, & omnibus ad eandem Ecclesiam pertinentibus; Insulam quæ vocatur Gurgo cum Ecclesia ejusdem Insulæ, & pertinentiis suis; Casalebarbatum cum Ecclesia S. Mariæ, & S. Laurentii earumque pertinentiis; Septingenti cum Ecclesia S. Michaelis ejusque pertinentiis, & cum ripatico de transitu navium; Decimam partem Curtis quæ vocatur Burbasium cum Ecclesia S. Johannis, suisque pertinentiis; Locum qui vocatur Nucetula; Domum Hospitalis apud Mantuam cum pertinentiis suis; Ecclesiam S. Valentini de Marengo, cum terris ab eadem Ecclesia detentis; Ecclesias S. Viti, & Justi de Medula cum pertinentiis suis, & terras, quas prædictum Monasterium ibi possidet; Ecclesiam S. Michaelis de Coturlione cum pertinentiis suis; Ecclesiam S. Benedicti apud Ficarolum cum pertinentiis suis; Ecclesiam S. Agathæ apud Ferrariam cum pertinentiis suis; Monasterium S. Cipriani apud Venetiam cum pertinentiis suis; Ecclesiam S. Helenæ apud Taxariam cum pertinentiis suis; Conca cum Ecclesia S. Leonardi, & omnibus pertinentiis suis; Locum, qui dicitur Foculare, cum Ecclesia S. Nicolai, & omnibus decimis ejusdem loci; Ecclesias S. Benedicti, & Sanctæ Mariæ apud Gonzagam cum omnibus decimis ejusdem loci, cæterisque earum pertinentiis; Caput Vici; Villulam cum Ecclesia S. Mariæ, & cum omnibus decimis & pertinentiis suis; Castellum cum Ecclesia S. Bartholomei, & omnibus decimis ejusdem Loci; Gabianam, cum Ecclesia S. Andreæ, & omnibus decimis ejusdem Loci; Ecclesiam S. Venerii de Marceneta cum medietate ejusdem Castri, & pertinentiis suis; Ecclesiam S. Michaelis de Telliore cum pertinentiis suis; Ecclesiam S. Bartholomei de Lucha cum pertinentiis suis; S. Martinum in Colle cum pertinentiis suis; Ecclesiam S. Leonardi apud Parmam, & omnia quæ prædictum Monasterium in eodem Episcopatu detinet; Ecclesiam S. Sixti de Lecto Paludano cum pertinentiis suis; Ecclesias S. Mariæ, & S. Joannis in Episcopatu Bononiensi, cum pertinentiis earum; Decimas de Ronchis Guntardi; Terras quas prædictum Monasterium detinet in Monticulo, & in Birupto; cætera quoque omnia, quæ sæpedictum Monasterium nunc tenet, vel in futuro adquisierit; per hanc mundiburdialem paginam sub tutela nostræ defensionis suscipimus. Præcipimus etiam ut nullus Potens, vel impotens supradictum Locum S. Benedicti, & omnia ad eum pertinentia sub nostra defensione suscepta invadere præsumat, vel in aliquo molestare, sed nunc & semper habeantur in secura libertate. Si quis igitur Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Comes, Vicecomes, vel alia quælibet persona magna, vel parva cujuscunque conditionis fuerit, hujus nostræ pietatis concessam libertatem in aliquo violare præsumpserit, mille libras auri boni compositurus banno nostro subjacebit dimidietatem Cameræ nostræ, & dimidietatem supradictæ Ecclesiæ. Ut autem hoc ab omnibus firmiter credatur, & inviolabile maneat, hanc Cartam inde conscriptam Impressione nostri Sigilli jussimus insigniri.

Signum Domini Henrici Quarti Roman. Imperatoris.

Burcardus Monasteriensis Episcopus, & Cancellarius vice Alberti Archicancellarii Maguntinæ Sedis electi recognovi. ✠ Locus Monogrammatis.

Data XII. Kal. Junii Indict. IV. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XI. Regnante Henrico quinto Rege Romanorum anno V. Imperante primo ordinationis ejus XI. Actum Veronæ in Christo feliciter Amen.

XIV.

Testamentum Azonis IV. Marchionis Estensis, d. d. 15. Julii, An. 1142.

ANno Domini Millesimo, Centesimo, Quadragesimo Secundo. Indictione Quinta, die Decima quinta mensis Julii. Bonum & utile est Homini ante migrationis suæ diem suas res secundum quod melius videtur, pro Animæ suæ mercede disponere & ordinare coram testibus & Notarium roget scribere ne post eum jurgia ea ratione generentur. Quapropter Ego Azo Marchio, qui professus sum lege vivere Longobarda, qui res meas mobiles & immobiles ita disponere volo, ut sic post meum discessum permaneant, qualiter hic subter declaravero. Ideoque volo, ut pro animæ meæ mercede quod Hospitale Herusalem habeat totum illud, quod habeo jure proprio, jure libellario, enphiteutico, seu Colonario omne, quod relinquere possum a Lutia & à Remedello de Fratta & a Villa Comitissæ usque ad Venetiam & usque ad plenum mare. Item quod habeo in Comitatu Rodigii & Gavelli & Adriani & meam portionem de hoc quod ...... mea acquisivi in Tribano & in Agua. Hoc totum cum pascuis, cum silvis, cum paludibus, cum Aquis & cum omnibus adjacentiis. Volo, ut uxor mea Aichiva habeat totum illud, quod habeo in Curte Urbanæ ita tamen hoc quod in feudo est, Vassalli teneant ab ea sine fidelitate, excepto si ille Vasallus est, qui per medium mansum, vel per unum, vel per duos usus sit facere fidelitatem. Volo iterum, ut habeat partem meam de Frata a flumine Athesis, usque ad hospitale Trium Comitatuum cum omnibus runcis & silvis, quæ sunt juxta meam portionem Fratæ & cum illo territorio, quem Martinus de Ponte tenebat, & cum ea portione de Casellis Trium Comitatuum & si quid habeo in Sancto Salvatore, quod mei juris sit. Insuper volo, ut habeat meam portionem Silvaroli, Runci, Lullui Seveoloris. Totum hoc relinquo ei pro centum sexaginta libras Veronenses, quas ego de suis expendi. Et pro quarta portione & omni jure, quod habeo in meis rebus, volo, ut Fratres mei omnes sint mihi hæredes & habeant omne quod habeo in Longobardia & in Merlaria & in Este, & in omnibus aliis locis exceptis nominatis & excepta Montagnana & exceptis quæ servi mei habent, & Ancillæ & exceptis meis mobilibus rebus. Volo etiam, ut omnes servi mei & Ancillæ sint liberæ post meum discessum. Hoc totum volo ut post meum discessum firmum permaneat semper, quia sic decrevit & statuit mea voluntas:

Actum in Montagnana feliciter!

Signum manibus Johannes & Henricus & alius Henricus Judex, Isnardus Sacri Palatii Notarius, Albericus de Nogarola, Albertus, Wido, Rolandus filius Henrici Judicis, Manfredus de la Rocha.

Ego in Dei nomine Guibertus Notarius hanc Cartam testamenti manu propria scripsi & dedi.

XV.

Testamentum Tancredi, Marchionis Estensis, d. d. 3. Kal. Mart. An. 1145.

IN nomine Domini. Anno Incarnationis ejusdem Millesimo, Centesimo Quadragesimo Quinto. Indictione Tertia, Tertio Calendas Martii præsentia testium, qui ad hoc specialiter convocati fuerant, Tancredus Marchio, Longobardorum Lege vivens, statum humanæ fragilitatis præcogitans, ne quandoque, si intestatus decederet, ingrati quilibet ad successionem ejus, lege vocante, veniret, qui pro salute animæ ipsius, aut certe nihil aut valde parvum quid expendere curaret; ultimam in rebus suis dispositionem fecit, & hoc ultimum elogium condere curavit in hunc modum. Manfredum filium meum heredem mihi instituo, & volo atque dispono, ut plenarie mihi succedat & in funus meum expendat quinquaginta libras denariorum Veronensium, de quibus volo, ut quinque libras habeat Patrinus meus,; viginti autem habeat Sancta Maria de Vangadicia, reliquæ viginti quinque in funus meum expendantur, prout melius visum fuerit viris fidelibus, Quod si Manfredus filius meus in ætate decesserit, in qua nec suum testamentum condiderit, nec legitimum filium superstitem, vel posthumum reliquerit, tunc ad successionem meam, veniant aut Ecclesia Sanctæ Mariæ de Vangadicia & Ecclesia Sancti Fidentii & Ecclesia Sanctæ Mariæ de Carcere una cum aliis Ecclesiis quas inferius nominabimus, & cum aliquantis ex Vassallis meis similiter infrascriptis & cum universa Masnata mea secundum illas distinctiones, quas inferius elucidabimus. Sanctus igitur Fidentius habeat quantas cumque terras habeo, & teneo ad meas manus inter Ampladam & Ramum & Braydum meum, quod jacet prope Casam de Malabroca, & Braydum meum de Gorgo & omne allodium, quod habeo in finibus Salletti excepto medio Mansi, quem relinquo Sancto Silvestro, qui fuit rectus per .... & exceptis illis terris, quas Masnata mea tenet ibi. Sanctus Vitalis habeat duo Casamenta, in mul se tenentia de quibus unum tenet Ariprandus, aliud Arbetinus de Buda. Sancta Maria de Carcere habeat casamentum Octolini Storti & casamentum de Isacho. Sancta Maria de Palso cum Sancto Michaele habeat mansum rectum per Gerardum de Nichiro, sola Sancta Maria habeat casamentum quod tenet idem Gerardus; solus Sanctus Michael habeat petiam unam de terra, quæ dicitur petia mala. Sancta Maria de Carcere habeat meam portionem illius terræ cum silva, quæ dicitur Albaretum & habeat mansum Johannis de Lunisana, qui jacet in Palso cum omnibus terris quas ipse Johannes tenet

tenet a me & habeat braydum meum de Lovara & totam illam terram, quæ mihi pertinet in Cornedo & petiam unam de terra quæ jacet in Pauso, ab uno latere cujus cohæret Sancta Maria de Carcere, ab alio via publica decurrit; & habeat casamentum, quod tenet Johannes de Vitale similiter in Palso. Et insuper habeat omnes terras, quas Guarnerius Riculfi quondam filius habet a me & tenet per beneficium feudi infra fines de Carnese & Meliadino. Universa Masnada mea libera sit, jure patronatus penitus remisso, peculiis unius cujuscunque sibi concessis. Et insuper quicquid per feudum tenebat a me, habet & tenet pro allodio; volo tamen atque dispono, ut unusquisque de familia mea habitans in Episcopatu Patavino, in Veronensi, in Adriensi, ac Ferrariensi, si de mea terra integrum Mansum habuerit, det Sanctæ Mariæ de Vangadicia in Anniversario meo XXIV. denarios Veronenses & libram cere; qui vero dimidium tantum Mansum habuerit, det duodecim denarios, det dimidiam libram ceræ. Qui autem terras non habet, det denarios duos & candelam unam, & qui habitant in ceteris Episcopatibus, similiter faciant suis majoribus Ecclesiis. Henricus de Casario habeat in allodium ex causa legati & Wibertus habeat suum & Boccapane suum. Gerardus Inversus habeat in allodium Mansum de Cisolis & casamentum de Casara in quadrivio piloso & terram cum vineis, quas Nehula & Ubertinus de Rivello tenent, & campum de Clausura de Celso. Et insuper quicquid tenet a me extra mansos Grasii. Et unusquisque de Vassallis de Sancto Fidentio in anniversario viginti quatuor denarios & libram ceræ, & accomodet Sancti Fidentii Archipresbitero caballum semel in anno usque Paduam vel Veronam ita quod per octo dies antequam petat, notum fiat ei qui caballum non habebit. Sanctus Laurentius de Gavazana & Sanctus Petrus cum Sancto Vito de Lusia habeant Mansum unum cum dimidio, qui jacet in eo loco. Omnia quæ superius ad Ecclesias pertinere decrevi, volo & statuo, ut præfatæ Ecclesiæ jure proprietatis habeant, cum omni honore quo mihi pertinere videbantur. Volo etiam ut Gota Uxor mea habeat in allodium feudum Ugonis Talamassi, & feudum Balduini, & feudum Grassi de Runcho nomine scilicet Morgincap. Præterea volo & dispono ut propinqui mei Fulconis filii jure proprietatis habeant, quicquid mihi pertinet in Comitatu Rodigii & Gavelli atque Hadriæ, salvo Morginhap uxoris meæ Consanguineæ quoque meæ Azonis filiæ habeant quicquid mihi pertinet in Minervis, salvo Morgincap tantum Uxoris meæ. Quicquid autem juris vel honoris mihi pertinet in Lusina, & in Episcopatu Vercellensi, Papiensi, Terdonensi, Placentino, Cremonensi & Parmensi & ubicumque Allodium habere videor per totam Longobardiam, volo ut matrices Ecclesiæ unius cujusque Episcopatus habeant illud, quod in finibus suis positum esse videtur, salvo tantum Morgincap uxoris meæ. His ita præmissis atque dispositis, volo, & judico ut Sancta Maria de Vangadicia pro remedio animæ habeat quantascumque terras extra præscriptam seriem habere videor, aut inveniri poterit, cum omni jure & honore sicuti ego habebam, & solvat debitum, quod debebo tempore mortis. Quod si filius meus morte interveniente ad successionem meam venire nequierit, tunc quinquaginta libræ, quas ipse pro anima mea daturus eram Sancta Maria de Vangadicia & Sanctus Fidentius & Sancta Maria de Carcere persolvant secundum illas videlicet portiones, quas modo designare volo. Si itaque debitum meum fuerit XX. libræ duntaxat aut minus, tunc Sancta Maria de Vangadicia persolvat medietatem, de reliqua medietate duas portiones persolvat Sanctus Fidentius, tertiam Sancta Maria de Carcere. At vero si debitum meum transcenderet XX. libras, tunc Sancta Maria de Vangadicia nihil ad funus meum expendat. Sed Sanctus Fidentius de prædictis quinquaginta libris duas portiones persolvat. Sancta Maria de Carcere tertiam. Hæc ita se habeant, reliquis omnibus eo statu & ordine quo supra comprehensa sunt firmiter obtinentibus: Hæc est enim mea ultima voluntas, & ultima dispositio, quam in æternum servari volo & ne ab humana laberetur memoria, eam inscriptis recipi rogavi. Interfuerunt autem testes, Henricus Causidicus de Casaro, Wibertus Notarius, Ubertus Malabroca, Girardus Inversus, Bucapane, Clemens Archipresbiter, Laurentius presbiter, Dominicus Prior Sanctæ Mariæ de Carcere atque Jonas.

Ego Opizo Notarius affui & rogatus hæc scripsi.

XVI.

Testamentum Beatricis, Marchionissæ Estensis, d. d. 13. Martii, An. 1165.

In nomine Domini. Anno Incarnationis ejusdem Millesimo, Centesimo, Sexagesimo Quinto, Tertia decima die, intrante Mense Martii, Indictione decima tertia. Cum voluntas & ordinatio alicujus nobilissimi viri vel mulieris legibus consentanea indubitanter sit adimplenda, non incongrue, ut opinor, ego Domina Beatrix coram testibus ad id specialiter convocatis, meam voluntatem ac meum testamentum per nuncupationem conditum adimplere procuro, Ideoque volo & statuo, seu judico, ut Donella filia mea sit heres mihi in duas coppas argenti & in decem libras Veronenses, quas volo Fulcolinum ei dare in quinto anno a die obitus mei, volens esse contentam in iis & in aliis bonis, quæ ei dedit. Neptem meam Beatricem, quam heredem mihi instituo in decem libras, quas volo Ubertinum ei dare in quinto anno post diem obitus mei, quam volo esse contentam in iis & aliis bonis, quæ dedi Matri

suæ. Neptem vero meam Mariam instituo mihi heredem in decem libras, in lecto uno & quatuor linteaminibus, quatuor mantiliis, quatuor manutergiis, & uno scrinio. Fulcolinum vero & Ubertinum Nepotes meos heredes mihi instituo in omnibus aliis meis bonis, & si quis illorum meorum Nepotum sine liberis decesserit, superstes ei succedat, sed si ambo sine liberis decesserint, quicquid immobile habeo in pertinentia Estensi, tam in castro, quam in Burgo, in montibus & in planitiis in meo domnicato, & quicquid habeo in Casale atque in Scodesia in meo domnicato, Filiæ meæ Donellæ, vel ejus liberis filia mea defuncta medietatem per fidei commissum relinquo, aliam vero medietatem Mariæ & Beatrici vel eorum liberis, æqualiter judicio, ita tamen, quod si aliqua illarum, vel heredes vendere voluerint, vel aliquo modo alienare, statuo ut unaquæque illorum, vel earum heredes Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Carcere pro decem libris minus vendant, vel alienent, totum quod mei Vasalli Casalis & Scodesiæ posfident a me jure feudi & silvam meam dominicatam Casalis. Fulconi, Alberto & Opizoni Marchionibus, æqualiter per fideicommissum relinquo. Si mei supradicti Nepotes sine liberis decesserint, omnes meos Servos & Ancillas liberos liberasve esse judicio & medietatem omnium meorum prædiorum, quæ a me posfident, jure hereditario ad me pertinentium pro remedio animæ meæ & parentum meorum eis concedo. Et quicquid aliunde eis obvenerit, ipsis concedo. Aliam medietatem supradictorum prædiorum a jam dictis servis possessorum, & omnes molendinos, & prata quos & quæ habeo in Estensi territorio cum hoc toto, quod Albertus de Agnello & Trintinus filius Alberti de Guizardo & filii Azonis de Betino & Aldigerius de Calaone, & filius Bazelerii Nepos Teuzonis, qui feudum a me habent juxta flumen novum, & detinent a me jure feudi, & quicquid mobile habeo in Salleto & Meliadino Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Carcere in remedio animæ meæ relinquo. Ita tamen, quod prædicta Ecclesia Sanctæ Mariæ in unoquoque anno competenter viginti & quatuor pauperibus comestionem tribuat duodecim vestes, sex lineas, & sex laneas. Si Nepotes mei sine liberis decesserint Hospitali de Rupta unum camisum & unum amitum, & quinque uncias argenti pro calice uno. Ecclesiæ Sanctæ Theclæ unum mantile & unum manutergium. Hospitali Hierusalem unum linteolum & mantile. Templo linteolum & mantile Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Carcere duo linteamina & unum mantile, & unum gausape. Hospitali prædictæ Ecclesiæ de carcere duo culcitra, & unum plumacium & centum brachia panni. Et insuper prohibeo, ne Fulcolinus inferat aliquod jurgium Ubertino propter quinquaginta libras, quas ei donavi in suis debitis. Et viginti libras & tertiam partem panis, vini, & carnis in dispensatione Prioris, ut pro funere meo dispenset, relinquo.

Actum est in Hospitali Sanctæ Mariæ de Carcere. Rogati sunt testes Rodaldus, Sturto de Lidame, Petrus de Tono, Johannes Vacarius Pastor - - - - - Johannes Scutifer, Wido de Richolda Guazitus de Beresinio Guilielmus Ugo Medicus, Manzinus.

Ego Guido Palatini Comitis Notarius per nuncupationem hoc testamentum conditum, rogatus scripsi.

XVII.

Laudum ab Arbitro inter Marchiones Albertum, Opizum & Bonifacium Estenses electo, de ditionum eorundem divisione pronunciatum, d. d. 15. Junii, An. 1178.

IN Christi nomine, Amen. Anno Dominicæ Nativitatis MCLXXVIII. tempore Alexandri Papæ & Federici Imperatoris, die XV. intrante Mense Junii Indictione XV. in villa, quæ vocatur Solecino. Ego Taurellus cognitor & audiens voluntatem Marchionum, causas & controversias, quæ vertebantur inter Marchiones Albertum, Opizum & Bonifacium de quibus controversiis prædicti Marchiones eorum voluntate & sponte juraverant obedire præcepto & præceptis, quæ ego eis faciam de supradictis controversiis. Unde ego Taurellus, habito consilio multorum sapientum, jubeo & volo, ut Feudum Ramegossi sit commune inter Marchiones, & jubeo ut Marchio Opizo restituat Mansum Panice & Casale Sclaffaturi Marchioni Alberto & jubeo, ut unusquisque Marchionum dividat inter se hoc modo: Marchio Albertus dividat totam Scodesiam, scilicet in Vassallis, Mansnadis, terris, aquis, & in cæteris rebus, exceptis communibus terrarum. Prima quidem electio sit Marchionis Opizi, secunda Marchionis Bonifacii, tertia vero remaneat Marchioni Alberto. Bonifacius vero dividat Este cum Solecino & plebe de villa; prima quidem electio sit Marchionis Alberti, secunda Marchionis Opizi, tertia remaneat Bonifacio, & hæc divisio sit in Vassallis, Mansnadis, terris, aquis, & ceteris rebus, exceptis communibus terrarum. Marchio vero Opizo dividat Comitatum Rodicii in Vassallis, Mansnadis, terris, aquis & ceteris rebus exceptis communibus terrarum, Marchio Bonifacius habeat primam electionem, Marchio Albertus secundam, Marchio Opizo remaneat in tertia. Hæc omnia dividantur ut supra dictum est, excepto Feudo Alberti tertii & ejus Nepotum, & excepto feudo Taurelli, & Alberti de Baone, & Adelardini, & illorum de Caurino & exceptis Castris Communis. Istos namque dividant eorum libero arbitrio. Et jubeo, ut nullus Marchionum emat Arimaniam alicujus Militis alterius Marchionis, vel quæ sit communis. Et jubeo, ut Turisella & Mota sit communis omnium Marchionum

num & si aliquod impedimentum Marchio Albertus fecerit in ea, Marchio Opizo & Bonifacius restituant ei, Marchio Albertus duas partes, si pro ipso non remanebit. Et volo ut Fulcuinus habeat & teneat Turisellam & Motam pro feudo sine sacramento ab omnibus Marchionibus communiter. Et Fulcuinus præstet securitatem Marchionibus juramento & pignore, quod ipse nulli Marchionum, nec aliquibus Marchionum faciat aliquam offensionem, nec fieri faciat per se, nec per alterum cum prædicta Turisella & Mota sub aliquo ingenio. Nec ipse Fulcuinus eam Turrem de cetero surgat, nec armet, nec novum ædificium nec Forticiam faciat, nec fieri faciet in prædicta Turisella & Mota absque voluntate omnium Marchionum communiter. Et jubeo, quod non liceat uni Marchionum, vel duobus destruere prædictam Turisellam & Motam sine voluntate tertii, & jubeo ut sic communiter Fulconio inter mensem unum. Et volo, ut nullus Marchionum de cetero faciat vel fieri faciat aliquam Forticiam extra castra eorum in tota eorum judicatione nisi communiter omnes tres facerent. Et volo ut nullus Marchionum faciat in Castris suis turrem vel Dulonem, vel Berifredum novum absque voluntate omnium, sed liceat eis veteres Turres reficere secundum anticum ordinem sine fraude. Et volo ut non faciant divisionem supradictarum rerum hinc ad proximum diem nativitatis nisi in concordia earum communiter remanebunt. Quæ omnia inter se firma tenere & conservare sub pœna centum librarum Imperialium promiserunt. Et Fulconius, ut prædictum est juravit, & quod habet in - - - - pro centum libris Imperialibus pro pignore obligavit. Ad hæc fuere testes, Comes Ugutio, Albertus Tertius Bonus Johannes Judex Signorellus Judex Causidicus, Girardus de Lusia Cocus, Albertus de Urbana ferrator, Bactius, Berizius. Prior de Carcere & alii multi.

Ego Magister Presbiterinus, Dei gratia Imperialis Aulæ Notarius ad hæc omnia præsens, & rogatus, ut audivi & intellexi scripsi & complevi.

XIIX.

Friderici I. Rom. Imperatoris Sententia de controversiis inter Marchiones & homines Estenses gliscentes lata, d. d. 5. Januar. 1182.

F. Dei gratia Romanorum Imperator Augustus fidelibus suis A. J. O. & Bo. Marchionibus de Adeste gratiam suam. Didicimus quod sapientes Vestri Arardus de Monticulo & Bonus Johannes, & Albertus Judices talem de placito, quod erat inter vos & homines de Este dederunt sententiam. In nomine Domini. Cum Marchiones omnes de Este, videlicet A. J. O. & Bo. ex predecessorum suorum more in placito generali ad singulorum hominum justitias faciendas in Este residerent, adessent cum eis Arardus, Bonus Johannes, Albertus Girardus, Auliverius Judices, Otolinus de Roca, Gerardus de Lusia, Galzollarius de Pressana, Frogerinus Montis scilice, Artusinus de Noclezola, Mainentus de Rodigio & alii multi, grandem querimoniam jam dicti Marchiones fecerunt supradictis judicibus de hominibus de Este, qui injuste tenebant Palludes in Curte Este, quas dicebant fore Regales & per Imperium ad se pertinere, & alia Regalia tam in fluminibus publicis navigablibus, quam in viis. Et dicebant, quod invaserant communia tam in montibus, quam in planitiis, & in nemoribus, que dicebant partim sua partim communitatis de Este fore: que tota a juratis electis tam a Marchionibus, quam ab hominibus de Este per sacramentum suum dicta fuerunt, qui omnes singulariter coram Marchionibus, & vicinis, juraverant veritatem omnem dicere & falsitatem totam tacere. Ob quam rem predicti Judices, scilicet Arandus, Bonus Johannes, Albertus, auditis & bene inquisitis juratorum allegationibus videlicet Johannis de Bruno, Azonis de Ferrario, Roberti de Valle, Petri de Gislamanelmi, taliter protulerunt. Videlicet, judicaverunt, Palludes omnes de Curte Este, que a longissimo tempore fuerunt palludes, quarum non estat ullius memoria non esse paludes, fore Regalia & ad Marchiones per Imperium pertinere. Et si quid in flumine publico navigabili, vel ex quo navigabile fieri potest hedificatum est, ita ut navigii iter impediatur, predicti Marchiones destruant vel destruere faciant, similiter & si in ripis fluminum aliquod hedificatum est, ita quod usus riparum deterior sit a Marchionibus destruatur. Pro invasionibus factis tam in aquis, quam in viis, ut unumquemque invasorem faciant dimittere, quod invasit & pro singulis invasionibus VI. solidos componat invasor, & si quis occupavit, vel invasit commune in aliquo loco, in monte seu in plano, dimittat Marchionibus & Communitati, quod occupavit & bannum persolvat.

Actum est hoc Anno Domini MCLXXXII. die Mercurii, qui fuit Quintus exeunte Mense Januarii, Indicione XV. in Este in Placito Generali juxta Ecclesiam Sanctæ Tecle, in presentia Communitatis de Este & aliorum supradictorum & Prioris de Carcere, Jordanis de Buso, Vallariani de Urbana, Mussi Coneti Montis Scilice Schifati, Turmanni de Castro novo & aliorum multorum. A qua sententia predicti homines de Este ad nos appellaverunt. Ob quam rem, habito conscilio Fidelium & sapientum nostrorum predictam sententiam laudamus, & Imperiale auctoritate confirmamus, omnibus omnino precipientes, ne contra hanc sententiam venire præsumant. Datum Maguntie III. Kalendas Maji.

XIX.

Diploma, quo Albertus de Baone Opizoni, Marchioni Estensi, Castrum Baonis aliaque loca in ipso Diplomate nominata, oppignoravit, d. d. 11. Febr. An. 1183.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno a Nativitate ejusdem MCLXXXIII. Indictione Prima, die Veneris qui fuit XI intrante Mense Februarii in presentia Alberti de Aldigerio, Boni Johannis Paduanensis, Alberti Urbane Griffi, Visemanni, Invegeti, Benzonis & aliorum plurium Albertus de Baone dedit Marchioni Opizoni verbo Marchionis Alberti, Castrum Baonis cum tota ejus curia, & totum hoc quod habet in Valle, & totam proprietatem quam habet in Causelvis & Insula Causelve nomine pignoris per octo centum & viginti libras Veronenses spendencium, & quinque solidos, & precepit ut intraret in tenutam & manifestavit se pro eo possidere. Et insuper juravit Albertus, quod per se vel per suum Nuncium Marchioni Opizoni, aut suo nuncio persolvet predictam pecuniam cum proficuo, aut verdedene, aut cum servicio illato, & cum expensis omnibus si quas fecerit pro predicta pecunia petenda & recuperanda usque ad Kalendas Marcii proximi futuri & deinde ad unum annum, aut ad illum terminum, vel terminos, quem vel quos Marchio per se, vel per suum Nuncium ei Alberto vel suo Nuncio dederit ad ultimum terminum persolvet. Et si non persolverit, Marchio deinde intret in possessionem pignoris & habeat & teneat, & usu fructuet videlicet Baonem cum Curia & illud totum de Valle, donec predictam pecuniam sicuti superius & dictum est habuerit, non reputando usufructum in sorte. Et si Albertus ante persolutionem predicte pecunie obierit sine herede, quod Marchio, aut ejus heredes, habeant, & possideant totam proprietatem de Causelvis & de Insula Causelvis & usufructu, donec predictam habuerit, sicuti superius legitur, non reputando usufructum in sorte. Et si vendere, vel pignori obligare ad predictam pecuniam recuperandam sicuti dictum est, voluerit, sine ullius contradictione liberam potestatem habeat tunc & bona fide faciat. Et sic promisit Albertus attendere per omnia sub pena mille librarum Veronensium, & renunciacione omnium, omnique exceptione super hoc sibi competenti, quod possit eum tueri si omnia predicta per eum non attenderentur. Hoc actum fuit in Ecclesia Sancte Tecle de Este.

Ego Gerardus, Sacri Palatii Notarius interfui & rogatus scripsi.

XX.

Testamentum Alberti, Marchionis Estensis, d. d. 10. April. An. 1184.

IN nomine Dei æterni, Anno Domini Millesimo Centesimo Octuagesimo Quarto, Decimo die intrante Mense Aprilis, Indictione Secunda. Bonum quidem & utile est homini ante suæ migrationis diem de rebus suis secundum suam voluntatem disponere, ideoque in Dei nomine Ego Marchio Albertus instituo Adelasiam & Aureplasem, filias meas mihi heredes in omnibus meis bonis; & volo, ut si una decesserit sine filiis, quod altera ei succedat. Sanctæ Mariæ de Abbatia ubi jacere volo relinquo Runcos meos de Frata, illi qui sunt affictati hominibus Sancti Salvatoris & hominibus de Urbana, Sanctæ Trinitati de tribus Comitatibus relinquo pratum de Rovenega, quod ipsi petebant, & fictum Alberti Cæsarii, quod dabat de blavis; Sanctæ Mariæ de Carceribus relinquo terram, quæ fuit de Astengo, & terram, quæ fuit de Ganduforo; Hospitali Sancti Johannis de Rodigio relinquo terram quæ fuit de Alberto de Bonagente & terram de braydo de Rodigio, quod est juxta prædictum Hospitale, & triginda libras in laborerio Domus prædicti Hospitalis. Templo relinquo equum meum ita ut si Rambuldus voluerit ei dare quinquaginta libras, habeat equum. Sancto Cypriano relinquo unum mensum de viginti campis in Costa pro anima mea. Relinquo trecentas libras, centum pro obitu, centum pro Ecclesiis & ex iis centum volo ut Prior de Villa habeat centum solidos & centum pro vestimentis pauperum. Et hoc quod habeo in Solecino relinquo Uxori meæ donec vixerit. Et volo ut filiæ Reviani & Clementini sint liberæ & ab omni vinculo servitutis absolutæ. Fratri meo Opizoni relinquo hoc quod habeo in Castellis & in Ledregnano eo modo, ut non impediat Filias meas de suis rationibus. Besolino relinquo terram, quam emi ab Alberto de Manzino ita ut persolvat eam partem, quam poterit. Et volo & statuo, seu judico quod hoc meum testamentum per nuncupationem factum sit firmum, & stabile in perpetuum. Actum est in hoc Este.

Signum pro manu jam dicti Marchionis Alberti, qui hoc testamentum me scribere rogavit. Rogati sunt testes, Presbiter Enricus, Clocus, Paganus, Lambertinus, Bernardus de Talia Tholomeus, Odo Filius Roverii.

Ego Ugo, Notarius atque Causidicus rogatus scripsi.

XXI.

XXI.

Diploma, quo Fridericum I. Rom. Imperatorem de Marchiis Genue & Mediolani Azonem IV. Marchionem Estensem investivisse confirmatur, d. d. 13. Octobr. An. 1184.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Anno Dominice Nativitatis MCLXXXIIII. die Veneris, qui est Tertio Decimo exeunte Mense Octobris, Indictione Secunda. Cum Federicus Romanorum Imperator apud Veronam in Palatio Sancti Zenonis cum maxima Curia esset, ibi in præsentia bonorum hominum nomina, quorum hec sunt: Conradus Archiepiscopus Magontie, Gotifredus Cancellarius, Gotifredus Patriarcha Aquilegie, Pistor Episcopus Vincentie, Drudus Episcopus Feltrensis, DWezelo de Cammino, Winzeletus de Prata, Fisolinus de Campo Sancti Petri Rodulphus Prothonotarius, Rodulphus Camerarius, Leonardus Judex Veronensis, Gerardus de Rocha, Aldrigetus Filius Arardi. In istorum & aliorum multorum Nobilium Curie præsentia, Dominus Imperator Federricus investivit Marchionem OBIZONEM de HEST de Marchia Genue & de Marchia Mediolani & de omni eo quod Marchio Azzo habuit & tenuit ab Imperio ita ut jam dictus Marchio habeat & teneat a predicto Imperatore ad rectum Feudum cum omni honore illud totum, quod ad Imperium spectat & nominatim de eo quod fuit de Duce Henrico, ut jure Feudi ab Imperio habeat tantum. Jam dictus Marchio tali conditione recepit investituram a predicto Imperatore de Feudo, quod olim a jam dicto Duce Henrico habebat. Quod si Dux, vel ejus heredes terram recuperaverint, vel ipse Imperator ei vel suis heredibus terram reddiderit, quod prædicta investitura nihil debeat ei Marchioni nocere. Et insuper omnium rerum possessiones, quas ipse possidebat. Etsi aliquis aliquid juris in prædictis rebus, seu possessionibus occasione alicujus hæreditatis habebat vel competebat, predicto Marchioni Obizoni Imperiali auctoritate dedit & concessit. Actum in Verona, in Palatio Sancti Zenonis.

Ego Manfredinus, Sacri Palatii atque Domini F. Imperatoris Notarius interfui & scripsi & firmavi.

XXII.

Diploma, quo Ugicionem, Priorem Monasterii S. Romani, de monasterii memorati Advocatia Opizonem, Marchionem Estensem, investivisse asseritur, d. d. 12. Mart. An. 1188.

MIllesimo centesimo octuagesimo octavo, tempore Federici Imperatoris duodecimo die exunte mense Marcii, Indictione sexta. Qualiter Domnus Ugicio, Sancti Romani Prior, cum consensu Fratrum investivit Marchionem Opizonem cum Libro & Stola ante altare Sancti Romani de Advocatia Monasterii Sancti Romani & de omnibus benefactis Sancti Romani. Et prædictus Marchio recepit eam pro remedio anime sue & promisit supra Altare & osculo pacis, esse fidelis Abbatis Sancti Benigni Fructuariensis & omnibus suis catholicis Successoribus & Prioribus Sancti Romani, qui fuerint ordinati ejus voluntate & consensu. Et insuper investivit eum per Feudum in filio masculo & femina de omni eo jure, quod habet in domo prædicta in qua habitat prædictus Marchio, que fuit quondam Guilielmi de Marchesella & Athalardi ejus fratris & investivit eum similiter per feudum ad usum Regni de eo, quod quondam Guilielmus & Athalardus habuerunt per feudum a Sancto Romano in fundo Donorii & in pertinentia Villanove scilicet.

Ad hoc testes presentes Jacobus de Fontana, Petrus bonus Pagani, Jacobus Frater ejus, Bonus Johannes Judex Dominus Albertus Aldicherii Guizardinus Aymerici Dominus Guizardus Ariberti, Tempus Petrus bonus, Castaldus investitor & alii plures.

Ego Bonavita Dei gratia Imperiali auctoritate Notarius prædicta scripsi ut ea inveni scripta nichil addens vel minuens, me sciente, quod sensum vel sententiam mutet. In Millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, Indictione undecima, Ferrariæ die octava Mensis Marcii.

XXIII.

Diploma, quo Henricus VI. Rom. Imperat. Opizoni, Marchioni Estensi, Rodigii ejusque Comitatus possessionem de integro restituit, d. d. Id. Febr. An. 1191.

HEnricus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus. Decet Regie sublimitatis Eminentiam fidelium suorum utilitatibus clementi benignitate providere, eisque secundum equitatis tramitem jura sua illibata conservare. Notum igitur sit universis Imperii fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod nos Consanguineum & fidelem nostrum, Obizonem, Marchionem de Este Regia autoritate restituimus in tenutam Rodigii & ejus Comitatus & omnium bonorum & jurisdictionum ad Rodigium & ad ipsum Comitatum pertinentium, seu spectantium & telonei atque Athesis, & terre; volentes ut hec omnia, sicuti antea quam Azolinus captus esset à Veronensibus, Marchio & tota Domus ejus habebat & tenebat pro Imperio sic de cetero habeat & quiete possideat. Statuentes & Regio precipientes edicto, ut deinceps nec ulla Civitas, nec ullum Commune, nec ulla humilis vel alta persona prem-

memoratum Marchionem vel ejus heredes, contra hanc restitutionis nostre paginam molestare, seu inquietare presumat.

Datum Bononie, Anno Domini MCXCI. Indictione VIIII. Idibus Februarii.

XXIV.

Testamentum Opizonis, Marchionis Estensis, de An. 1193.

OBizo Marchio de Est, suam ultimam voluntatem declarare volens, sine scriptis tale condidit Testamentum suum per nuncupationem, sic dicens: Inprimis relinquit pro sua sepultura libras CCC. denariorum Veronensium, dando de his Ecclesiis suo nomine illis de Cero & illis de Sarabola, & Hospitali de Hierusalem & XV. libras Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Merlaria pro restauratione cujusdam offensionis. Et lib. CC. pro Maltoleto. Et de hoc toto voluit & constituit Priorem de Carcere & Priorem Sanctæ Helenæ Fideicommissarios & dispensatores. Et Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Carcere reliquit Mansum unum in Gazolo, vel in Pauso, aut alibi qui sit conveniens. Præterea Gansedam filiam suam in Sexcentis libris Veronensibus sibi heredem instituit, videlicet in CCCC. quas ei in dotem dederat, & in CC. quas jussit ei postmodum de hereditate prestari. Reliquas autem Filias suas, videlicet Adeletam, Froam, Fomasinam & postumam si qua forte apparuerit unamquamque earum similiter in secentis libris Veronensibus sibi heredes instituit, præcipiens eas contentas perpetuo jure Falcidiæ suæ legitimæ fore debere, & insuper constituit & præcipit, ut si qua, vel si quæ earum aliquando sine liberis decesserit vel decesserint, hereditatem superstitibus, vel superstiti restituat seu restituant. Deinde Azzonem Nepotem suum & Bonifacium Filium suum & postumum, seu postumos masculini sexus, si quos forte sibi postea nasci contigerit, in omnibus aliis suis bonis sibi heredes instituit, & constituit atque precepit, ut si prædictus Bonifacius, vel aliquis postumus infra pubertatem sive pupillarem ætatem decesserit, quod prænominatus Azzo nepos suus, vel ejus heredes masculini sexus in solidum decedenti sive decedentibus succedat. Et insuper rogavit atque voluit, ut quandocumque prædictus Azzo, Nepos suus, vel Bonifacius, Filius suus, vel postumus ut dictum est, qui postea comparebit, sine liberis masculini sexus decesserit, superstiti, vel superstitibus masculini sexus, & ex masculino sexu descendentibus hereditatem restituere debeat. Suprascriptam autem institutionem cum eam fecit hoc modo, ut inferius legetur, determinavit scilicet, quod Azzo Nepos suus & Bonifacius Filius suus cum postumo seu postumis, si quis postea comparebit, totam hereditatem communiter habere debeant hoc modo: Si Comitissa Sophia Uxor sua de suo quartisio prænominato Azzoni Nepoti suo & Bonifacio Filio suo & heredibus eorum finem fecerit & juri suprascripti quartisii renunciaverit expressum quod amplius eos non impediverit. Sin autem hoc non fecerit, vel si non facere voluerit, voluit & constituit, atque præcepit, quod Azzo Nepos suus duas partes totius suæ hereditatis habere debeat. Præterea præcipua & ante partem habere debeat tria Millia librarum & ducentas libras, quas confessus fuit coram suprascriptis testibus se habuisse a parte Avi, Matris & Uxoris suprascripti Azzonis Nepotis sui. Et sæpe dictus Bonifacius Filius suus cum postumo vel postumis qui postea nascentur masculini sexus ut dictum est tertiam partem hereditatis habere debeat vel habere debeant. Et voluit atque præcepit, si Comitissa Sophia Uxor sua de quartisio suo finem fecerit, quod ipsa Dodem suam de bonis Domus habere debeat excepta suprascripta summa trium millium & ducentarum librarum, quam prædictus Azzo præcipuam habere debet. Præterea supradictum Azzonem Tutorem Filio suo Bonifacio, & Filiabus suis & postumis, si quis apparuerit, voluit atque constituit. Et si forte ratione minoris ætatis Tutor esse non valeat, Albertum de Baone suprascripto modo Tutorem constituit, donec prædictus Azzo Tutor esse possit. Et præcepit insuper, si Comitissa Sophia Uxor sua in Domo sua morari voluerit, quod bene & honorifice ab Azzone & suis serviatur, detracto eo quod ipsa non debet bona Domus devastare. Et voluit, atque præcepit quod si forte aliquod aliud testamentum ostenderetur vel aliqua alia ultima voluntas, nulla ei fides haberi debeat, nisi per manum mei Gerardi Notarii scriptum constiterit. Et voluit atque præcepit, quod si non possit hæc sua ultima dispositio valere jure Testamenti, valeat saltem jure Codicillorum vel ultimæ voluntatis.

XXV.

Transactio, quam Guido, Monasterii Pomposiani Abbas, itemque Albertus, Opizo & Bonifacius, Marchiones Estenses, super controversia diu inter illos, de ditionibus & bonis mutuo possessis, agitata, uno ore stabiliverunt, d. d. 14. April. An. 1196.

IN Dei eterni nomine. Anno Domini Millesimo Centesimo LXXXXVI. tempore Celestini Pape & Henrici Imperatoris, Quartodecimo die introeunte Mense Aprilis, Indictione XIIII. Ferrarie. Cum controversia diu fuisset inter Guidonem inclitum Abbatem Monasterii Pomposiani ab una parte, & Dominum Albertum & Opizonem & Bonifacium, quondam filios Fulconis Marchionis Illustrissimos Marchiones de Este ab altera, de toto eo quod ipsi vel aliquis alter

alter pro eis habebant in toto fundo Ville Marzane, & tertiam partem totius fundi Gaugnani, & de eo quod habebant, vel alter pro eis in Bonisago & totum quod habebant vel alter pro eis in Broſceda, & de toto eo quod habebant quod fuit Domine Adiyle filie Opizonis, Marchionis, ubicumque eſſet; Et de toto eo quod habebant vel alter pro eis in fundo Gragnani excepto decimum, & de toto eo quod habebant in fundo Figuli & Matonis, & quod habebant vel alter pro eis in Vethrexano, & quod habent in fundo Veraygi vel alter pro eis quod eſt totus fundus, & de novem Manſis terre in Villa Comethe. Que controverſia a dictis partibus Domno Gualfredo Monacho & Domino Rodulpho Judice & Domino Berizo & Ferrario fuit commiſſa audienda & diffinienda, ſed non fuit ſopita. Iterum dicta controverſia, mortuo Domino Alberto Marchione, fuit commiſſa audienda & diffinienda ab Opizone Marchione, & Domino Bonifacio Marchione ab uno parte & Abbatum Gualfredum ex altera, & fuit audita à Domino Alberto Aldigerii & Guidone Vice-Domini quibus dicta lis ab eis prædictis fuerat commiſſa audienda & diffinienda. Set dictam cauſam non deciderunt. Iterum fuit cauſa commiſſa mortuo Bonifacio Marchione & Opizone de prædictis rebus, & quam pluribus aliis Guidoni Vice Domini, & Alberto de Luſia Judici ſcilicet ab Abbate Anſelmo ex una parte & Azolino Marchione pro ſe, & patruo ſuo filio quondam dicti Marchionis Opizonis. Et de toto eo quod ipſi habeant, vel alter pro eis de Feudo quondam Gulielmi, Illuſtriſſimi Proceris, & de toto eo quod habent de Feudo Caxoti quondam ſcilicet in Punzano & unum manſum in Auraticæ, quem habet filius Guidoti Mazucheti & de tertia parte Caſtri & Curiæ Maynezi, & de toto eo quod fuit judicatum Pompoſie de Coſta; & de toto eo quod reliquit Conus de Çalaone Monaſterio Pompoſiano & de novem manſis terre & caſalium in Curia Rodigii; & de tribus manſis terre in Merlara & de Caſtro uno poſito in Epiſcopatu Turtune, quod appellatur Groppus cum Moſt......... & Curte dicti Caſtri, que omnia prædicta dictus Abbas petebat dicto Azolino Marchioni pro ſe, & ſuo Patruo filio quondam Opizonis Marchionis. Set cum dicta lis diu fuiſſet agitata coram prædictis Arbitris, predicti Arbitri dixerunt partibus, quod mitterent ſe in eis per convenientiam: quod partes fecerunt. Qui viſis & auditis rationibus utriusque partis & viſis inſtrumentis à parte dicti Abbatis productis, præceperunt per convenientiam dicto Abbati quod inveſtiret dictum Azolinum Marchionem pro ſe & Domino Bonifatio ſuo Patruo jure feudi absque Fidelitate de toto eo quod ipſi habent & tenent, vel alter pro eis in Fundo Figuli & Matoni, & in Vethrexano & in Verago, & in fundo & proda Ville Marzane, & in Gaugnano & ejus proda, quod totum eſt tertia pars dicti fundi; Et in Boniſago, & in Bruſceda, & in Punzano, & de novem manſis terre in Villa Comethe, & de uno manſo terre poſito in Auratica, quem tenet filius Guidoti Mazuchini, & de tertia parte Curie & Caſtri Manezi & de toto eo, quod habent & tenent vel alter pro eis de Feudo quondam Gulielmi & Caxoti, quod habuerunt à dicto Monaſterio Pompoſiano, & de toto eo, quod unquam poſſent invenire de hereditate quondam Adiyle filie quondam Opizonis Marchionis, que reliquit, ſive dedit Monaſterio Pompoſiano, & de toto eo quod habent & poſſident, vel alter pro eis in Gragnano: Tali modo quod adhuc debet cognoſci illud, quod ipſi habent in Gragnano ſi poſſunt ſe tueri à Domno Abbate quod libere debeant habere: ſin autem non poterunt, dictus Abbas debet illis dare de illo toto cambium & hoc jure feudi: Et de campo uno in Cornedo in capite poſci. Similiter debet illis dare cambium jure feudi Ripam piſtrinam usque ad mediam piſtrinam dictus Opizo & Zolinus & ejus Patruus quantum vadit fundus Corneti ſive Gragnani debent Abbati reſtituere libere, hoc addito à partibus dixerunt omologo. Et dictus Abbas Anſelmus inveſtivit dictum Azolinum inclitum Marchionem, eo tempore poteſtatem Ferrarie pro ſe & Domino Bonifacio, Patruo ſuo, jure feudi ad uſum regni ſine fidelitate, de dictis rebus, ſecundum quod dicti Arbitri præceperant, in præſentia Dompni Alberici & Dompni Leonardi & Dompni Pagani & Domini Taurelli Advocati Pompoſie & Ginabaldi, & Signorelli & aliorum multorum, quorum nomina longum eſt ad ſcribendum.

Ego Arnulfus Sacri Palatii & Sancte Pompoſiane Eccleſie Notarius qui & alio nomine Roſtus vocor preſens rogatus a partibus hanc Cartam ſcripſi atque complevi & abſolvi.

XXVI.

Philippi II Roman. Regis literæ, quibus Azoni V. Marchioni Eſtenſi, ejusque Conjugi Aliſiæ villas in Epiſcopatu Vicentino ſitas, in ipſisque literis nominatas, in rectum & perpetuum feudum dedit, d. d. 14. Kal. Julii, An. 1207.

PHilippus Secundus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus. Regalis eminentie provida circumſpectio eos in ſuis deſideriis conſveta eſt diligentius exaudire per quorum ſollicitudinis operam poſſint utilitates & commoda Imperii beneficiis poſcentibus interdum diligentius promoveri. Qua ſane conſideratione habita ad omnium Imperii fidelium preſentis etatis, & poſteritatis ſucceſſure notitiam duximus perferendum: Quod nos intuentes ſinceram fidem ac devotionem, quam erga progenitores noſtros ſemper habuit, & circa nos inceſſanter gerit dilectus conſangvineus noſter, Azo, Marchio Eſtenſis animadvertentes quoque obſequia fructuoſa, que ipſe Imperio & nobis impoſterum poterit exhibere, Regia liberalitate

litate damus, concedimus, & confirmamus sibi, & uxori sue Domine Alisie, & eorum heredibus in rectum & perpetuum Feudum cum Imperiali & Regali per omnia jurisdictione, villas subnotatas in Episcopatu Vicentino sitas: Prexanam, Coloniam, Baldariam, Simellam, & Bagnolum cum silvis, pratis, pascuis, agris, vineis, molendinis, piscationibus, & cum omnibus appendiciis earum & tenimentis, sicut predicta Matrona Alisia de Thesauro suo illas comparavit, ut deinceps ipsa & Maritus suus Azo Estensis Marchio, cum plenitudine totius potestatis eas habeant & cum quiete exerceant, & exigant, non solum per se, sed etiam per nuntios suos in hiis rationes & jura universa. Si vero sine heredibus masculis, aut feminis simul procreatis predictarum personarum alterum premori contingat; decernimus, ut superstes Marchio, aut ejus uxor Domina Alis, nec non heredes eorum masculi, seu femine, sine omni repulsa in eadem succedant hereditate, & in prememoratis possessionibus plenam & omnimodam, sicut præmissum est, pro voluntate sua disponendi habeant facultatem. Et licet legum sanxit auctoritas feminas a civilibus, & publicis officiis posse removeri, ex certa tamen scientia indulgemus, permittimus quoque, ut, deficientibus masculis, femine, que ex ipso Marchione, & uxore sua progenite fuerint, pre aliis mulieribus eo gaudeant honore & beneficio, ut tanquam legitime heredes in eisdem bonis succedant, & que personis feminei sexus jure regulari denegata sunt officia per se & suos Vicarios libere possint exercere. Statuimus itaque & Regio edicto firmiter precipimus, ut nulli persone humili vel alte, Ecclesiastice, vel seculari licitum sit huic nostre concessioni, & confirmationi contradicere vel ipsam aliquo improbitatis ausu in irritum revocare. Quod qui fecerit in ultionem temeritatis sexaginta libras auri purissimi componat, dimidium Fisco nostro, reliquum vero passis injuriam. Ad cujus rei evidentem in posterum notitiam hanc paginam exinde conscriptam sigilli nostri munimine jussimus corroborari.

Testes hujus rei sunt Conradus Spirensis Episcopus; Henricus Argentinus Episcopus, Fridericus Dux Lotharingie, Comes Albertus de Tagispurch, Comes Sibertus de Werda, Comes Rudolfus de Havspurc: Willelmus Viennensis & Masticonensis Comes Henricus de Kuningispere, Henricus de Hiften, Conradus de Horburc, & fratres sui, Cono de Mintinberc, Friedericus de Schowinhert, Sefridus Marescalcus de Hagnowe & alii quam plures. Datum apud Argentinam Anno Dominice Incarnationis Millesimo C C VII. XIIII. Kalendas Julii, Indictione Decima.

XXVII.

Ejusdem Diploma, quo Azoni V. Marchioni Estensi, omnes Appellationum causas in Marchia Veronensi, ad dies vitæ audiendas & fine debito decidendas commisit, d. d. 14. Kal. Julii, An. 1207.

PHilippus Secundus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Regie Majestatis benignitas fidelium suorum precibus consvevit attentius intendere, eosque in suis negotiis diligentius providere. Quo sane intuitu devotionem dilecti consangvinei nostri Azonis, Marchionis Estensis, pre oculis habentes, ejusque precibus grato concurrentes assensu notum facimus tam presentibus quam futuris hanc paginam intuentibus: Quod nos omnes causas Appellationum de Marchia Veronensi in beneficio quamdiu ipse vixerit, committimus, audiendas, & fine debito terminandas in sua propria persona, & nominatim in his civitatibus Verona, Vicentia, Padua, Tarvisio, Tridento, Feltro, Belluno, & eorum Comitatibus in integrum, ut illas causas sicut dictum est ipse jam dictus Marchio audire debeat, & fine debito terminare, sicut & quondam concesserat dilectus Dominus, & frater noster Henricus Romanor. Rex semper Augustus, & si expeditius & melius videbitur personam vel personas ad hoc idoneam vel idoneas eligere, vel constituere, regali nostra concesione valeat ad hec exequenda, que temporibus ab eo constitutis vice nostra causas audiant, & fine debito decidant. Et quicunque ab ipso Marchione constituti fuerint ad hec, loco nostrorum nunciorum habeantur, & his que ipsi super causis pretaxatis judicaverint, Regia auctoritate nostra debitam habeant firmitatem. Ad cujus rei certam imposterum evidentiam presentem inde paginam conscribi jussimus, & sigillo nostre Majestatis communiri. Hujus vero rei testes sunt Wolfgerus Patriarcha Aquilegiensis, Conradus Halverstadensis Episcopus, Girardus Spirensis Episcopus, Henricus Argentinensis Episcopus, Comes Albertus de Tagespurc, Comes Sibertus de Werda, Comes Rudolphus de Habispurc, Comes Walfredus de Veringen, Comes Henricus de Wirteberch, Marchio Erminius de Baden, Comes Gofredus de Kalenic, Comes Ewerardus de Helfrebstein, Henricus de Hifen, Gulielmus de Gruzuch, Vocraberus de Rossevach, Friedericus de Scherphinberch, Friedericus de Schonwerburch, Hugo de Sulle, Henricus de Maistersel, Rodulphus de Argentina, Godefredus Rodelarius de Argentina & alii plures.

Datum apud Argentinam Anno Dominice Incarnationis Millesimo, Ducentesimo Septimo, XIIII. Kalendas Julii Indictione Decima.

XXIIX.

Concordia & Societas inter Cremonenses & Ferrarienses, nec non Marchionem Azonem V. Estensem stabilita, d.d. 5. Junii, An. 1208.

ANno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo, Ducentesimo, Octavo, Indictione Undecima. Die quinto intrante Junio in Civitate Mantuæ Concordium & Societas factum & facta inter Cremonenses & Ferrarienses & Marchionem Azonem de Hest cum illis de sua parte Ferrarie & Commune Ferrarie, tale est, videlicet quod Ferrarienses, & Marchio Azo de Hest, cum illis de sua parte Ferrarie & commune Ferrarie debeant guardare & salvare atque defendere & manutenere per totam eorum terram & aquam in eorum Episcopatu & districtu, in eundo, stando, & redeundo, omnes homines Cremone & Episcopatus seu districtus ejus in avere & personis & rebus. Et quod debeant ipsos Cremonenses adjuvare & manutenere & defendere & recuperare totam eorum terram & districtum, seu Episcopatum & totam illam terram, quam tenent & habent, contra omnem gentem & personam, seu personas & omnem Civitatem & Civitates & locum & locos, & specialiter Cremam, & totam Insulam Fulcheriam & omnes terras, que sint citra Aduam, quas Cremonenses habuerunt vel tenuerunt aliquo tempore & que tenentur, vel imbrigantur aliquo modo ab aliqua persona, loco, vel locis, Civitate, vel Civitatibus, Cremonensibus, vel communi eorum. Nec dictos Cremonenses per se vel per alium in eorum terra vel aqua offendent in avere vel in personis, & semel omni anno ibunt in servicio communis Cremone cum Carozolo & cum omnibus suis Militibus & Peditibus Civitatis & Episcopatus, & cum tota eorum forcia, & bis in anno cum omnibus militibus & Archatoribus Civitatis & Episcopatus, stando in eorum servicio omnibus suis expensis & perditis per quindecim dies postquam juncti fuerint ad exercitum Cremonensium, nec non recedent absque parabola Rectoris vel Rectorum Cremone, qui per tempora fuerint, data in Credentia communiter coadbunata vel concione, sine fraude. Et transactis dictis quindecim diebus si Cremonenses voluerint expensas, & dampna, & perditas reficere rerum quod teneantur stare per alios quindecim dies, nec non recedere absque parabola data, ut dictum est. Et hoc facient & attendent, quoties eis petitum fuerit per Rectorem vel Rectores Cremone vel per Consules Justicie, vel per litteras sigillo communis Cremone sigillatas. Nec fraude evitabunt Ferrarienses & Marchio, quin eis peti possit. Et post petitionem vel ammonicionem eis factam movebuntur infra quindecim dies cum Carozolo & cum Militibus & Peditibus Civitatis & Episcopatus, & cum Militibus & Archatoribus tantum infra decem dies. Et postquam moverentur, citius quam poterunt ad exercitum Cremonensium ibunt, & omnibus inimicis Cremone vetabunt stratam, succursum, & omnem negociationem per eorum terram & aquam & districtum, quibus Cremonenses vetuerint, postquam a Cremonensibus denunciatum fuerit, videlicet a communi Cremone per ejus Nuncium vel litteras, infra octo dies, nec ire amplius permittent absque eorum parabola. Item si prædicti, cum fuerint in servicio Cremone, caperent aliquem, vel aliquos de inimicis Cremone, omnes dabunt & resignabunt communi Cremone infra octo dies postquam capti fuerint salvo cambio si de suis capti fuerint. Et hæc omnia attendent & observabunt bona fide & sine fraude usque ad annum novum, & ab anno novo usque ad viginti quinque annos completos. Hoc acto, quod omni anno Potestas vel Consul predictarum Civitatum debeat jurare hec omnia predicta attendere & observare & in statutis dictarum debeat poni, & quod facient jurare potestatem vel Consules, qui per tempora erunt, ita attendere & observare cum eorum exercitu. Et omnes de earum Civitate & districtu a quindecim annis supra & a septuaginta infra facient jurare omnia predicta attendere & observare ad terminum inter potestates locatum, & singulis quinquenniis sacramenta debeant renovari infra unum mensem, postquam a communi Cremone, vel ab ejus nuncio nunciatum fuerit. Et quod bona fide amplificabunt Societatem dictam cum voluntate Cremone, eo salvo, si Ferrarienses, & Marchio, & illi de sua parte Ferrarie, vellent facere concordium cum Salinguerra & sua parte Ferrariæ, quod facere possint, dum tamen jurent sacramentum predicte Societatis Cremone coram nuncio communis Cremone, & aliter non possint cum eis concordare. Et si accideret, quod post concordium Salinguerra, vel sua pars ad discordiam cum communi Cremone venirent, vel contra ipsum commune facerent, quod Ferrarienses & Marchio per predictum sacramentum teneantur adjuvare commune Cremone contra ipsum Salinguerram & ejus partem. Et hec omnia attendent, salvo honore Imperii, & salvis sacramentis factis communi Verone & communi Mutine & communi Bononie. Et si accideret quod Mediolanum pro communi, vel diviso, per se, vel cum alio veniret in Episcopatu seu districtu Brixie cum exercitu, quod dicti Ferrarienses & Marchio teneantur succurrere Milites Brixie, qui facient dictum sacramentum. Et si quid additum vel mutatum, vel diminutum fuerit a rectoribus dictarum Civitatum, qui per tempora fuerint, & a Marchione in concordia, voluntate, & consilio ipsarum Civitatum pulsato ad campanam de addito teneantur de diminuto sint absoluti. Ibique dictus Marchio Potestas Ferrarie juravit ad Sancta Dei Evangelia

lia pro communi Ferrarie attendere & observare ut in dicta Carta continetur, & quod facient omnes homines Ferrarie jurare ita attendere & observare, ut dictum est.

Actum fuit coram D. Asavito Sancti Nazarii Potestate Cremone & D. Ysacco de Dovaria & D. Guberto Multidenariis. D. Poncio Piceno, & D. Poncio Amato & Comite Narixio & Comite Bonifatio Sancti Martini & Soberto de Forlio & D. Johanne Bono de Surdo, & D. Johanne Frixono testibus rogatis.

Ego Oldefredus Notarius Sacri Palatii interfui, & hanc cartam rogatus scripsi.

XXIX.

Decretum Civitatis Ferrariensis, quo Azonem V. Marchionem Estensem & Aconitanum, Civitatis suæ Gubernatorem, Rectorem & perpetuum Dominum declaravit, de An. 1208.

ANno Domini Millesimo, ducentesimo octavo. Ad honorem Dei & Sancte & individue Trinitatis, & ad laudem ejus Matris Sanctissime Virginis Mariæ, & ad reverentiam Beati Georgii Martiris, & omnium Sanctorum. Ad bonum statum Civitatis Ferrarie, & ad laudem & commodum amicorum, ut Civitati eidem salubriter sit provisum non solum in præsenti tempore, sed etiam in futuro: Volumus & duximus inviolabiliter observandum & per hanc nostram legem municipalem per nos & hæredes nostros perpetuo decrevimus observari: Quod Magnificus & Inclitus Vir Dominus Azo, Dei & Apostolica gratia Estensis & Anconitanus Marchio sit & habeatur Gubernator & Rector & Generalis & perpetuus Dominus in omnibus negociis providendis, & emendandis & reformandis ipsius Civitatis ad suæ arbitrium voluntatis, & jurisdictionem, & potestatem atque imperium intus & extra ipsius Civitatis gerat & habeat dominandi, faciendi, atque disfaciendi & statuendi & removendi & reformandi & precipiendi & puniendi & disponendi, prout placuerit, & eidem utile visum erit. Et generaliter possit & valeat, sicut perpetuus Dominus Civitatis & Districtus Ferrarie omnia & singula facere, & disponere ad suum beneplacitum & mandatum, ita quidem quod ipsa Civitas & Districtus & homines habitantes nunc & in posterum in ipsa Civitate & districtu cum jurisdictione dominii eidem Domino Marchioni sicut suo Generali Domino perpetuo obediant & intendant. Que omnia & singula supradicta habere locum volumus & perpetuam firmitatem non solum in persona Domini Azonis Marchionis prædicti donec vixerit, verum etiam post ejus decessum Heredem ipsius esse volumus in locum sui Gubernatorem, & Rectorem & Generalem Dominum Civitatis & Districtus, & habeat Dominium, imperium & potestatem & jurisdictionem plenam sicut supra continetur in omnibus & per omnia in persona Domini Marchionis prædicti. Adjicientes, quod de anno in annum hoc Statutum firmetur & cetera supradicta & scribantur annuatim in corpore Statutorum, ita quod Rectores, & potestates futuri, & homines Ferrarie jurent predicta omnia præcise sicut supra scriptum legitur, observare. Et Statutarii qui pro tempore fuerint, hoc Statutum & supradicta teneantur firmare & scribi facere in volumine Statutorum Communis Civitatis Ferrarie. Quod si neglexerint pena quingentarum librarum Ferrarie quilibet feriatur, & nihilominus habeantur quecumque dicta sunt per Statuta Civitatis & Communis Ferrarie & tamquam Statuta debeant observari. Et si qui ullo tempore attentarent corrumpere, vel mutare seu infringere, vel in aliquo ammovere predicta, vel aliquod predictorum, sicut violatores ipsius Civitatis ipso jure perpetuo sint in banno, & omnia sua bona communi Ferrarie applicentur & in Civitate Ferrarie neque Districtu non habitent neque morentur, sed semper ab hac aula sint exules & dejecti & in bonis talium solummodo dotes uxoribus conserventur, quas ipse vel alii pro eis monstraverint se solvisse. Hec enim omnia & singula supradicta, ut generaliter superius & specialiter continetur, incommutabiliter, precise & perpetualiter per nos & heredes nostros ordinamus, & volumus observari, nullo alio statuto facto aut fiendo in aliquo obstante huic presenti statuto & ordinationibus supra factis tam solemniter & discrete, ac ex certa scientia pernotatis. Quod si quid resistere seu obstare reperiretur in presenti tempore vel futuro factum vel faciendum, ex nunc pro casso & inutili habeatur, & per presens, & ea que dicta sunt, eidem contrario statuto & omnibus suis partibus derogetur, et sit et esse debeat sublatam in totum.

XXX.

Diploma Azonis V. Marchionis Estensis, quo Ecclesiæ & Civitati Ravennæ, se eas in quieta Castri, vel Burgi Argentæ possessione nunquam turbaturum esse, interposito jurejurando, promisit, d. d. 1. Octobr. An. 1208.

EGo Dominus Azzolinus Marchio Estens. & tota parte mea de Ferraria promitto per stipulationem vobis præsentibus, Arcono de Saxo, & Alexandro Judici, Ambaxatoribus Procuratoribus, sive Sindecis, seu actoribus communis, acceptoribus nomine, & vice communis ipsius,

ipsius,& Ecclesiæ Ravennæ in perpetuum,id est, quod non offendam in perpetuum, nec offendi permittam, neque assentiam neque offendi patiar castrum Argentæ nec ejus Burgum, nec homines prædicti Castri aut Burgi neque eorum res mobiles vel immobiles: & etiam jus & omnem actionem & rationem & lusum quod, vel quæ, vel quam ego, vel prædicta pars mea de Ferraria habet, vel habere sperat vel causarum, nec - - - - aliquo modo nobis parte - - - - ullo modo aut jure in prædicto castro Argentæ, vel ejus Burgo, vel hominibus ipsius Castri, vel Burgi, vel eorum rebus vobis nomine communis Ravennæ, & Sanctæ Ecclesiæ Ravennæ, scilicet majoris, do, cedo, trado, mando, & definio, & pactum perpetuale de non petendo in perpetuum facio, & ipsum Castrum, & Burgum, & homines de cetero & eorum res, ut dictum est superius, libere, & sine ulla inquietatione, possidere permitto: & promitto me facturum ita quod omnes homines prædictæ partis meæ præstabunt sacramentum subdicenda infra, quod ipsi non offendent nec offendi consentient, nec permittent, prædictum castrum Argentæ nec ejus Burgum neque homines ipsius Castri, vel Burgi, neque eorum res in perpetuum, & quod dabunt & donabunt atque perpetualiter definient nobis, nomine, & vice communis & majoris Ecclesiæ Ravennæ accipientibus, omne jus & omnem actionem, & rationem, & husum, quod, vel quam, vel qui habent, vel habere sperant in prædicto Castro, vel ejus Burgo, vel hominibus prædicti Castri, vel Burgi, vel eorum rebus ullo nomine, vel jure & quod ipsi renunciabunt omni juri & exceptioni, eis hoc & super hoc aliquo modo competenti, vel competituro: & specialiter renunciabunt legi, & exceptioni agendi contra commune Ravennæ & Sanctam Ecclesiam Ravennæ, ex eo, quod commune Ravennæ sua auctoritate, possessionem prædicti Castri & ejus Burgi intravit, & quod ab Archi-Episcopo Ravennatis Ecclesiæ, neque a choro ejusdem Ecclesiæ, nomine ipsius Ecclesiæ Sindicos, procuratores, actores constitutos non estis & egomet eodem modo ut dictum est renuncio, & confirmo hæc omnia suprascripta promitto sincera habere, & observare & adimplere, & in nullo contrafacere, pœna marcharum mille argenti & ea soluta firma &c. Et in continenti in dicendorum testium præsentia, prædictus Marchio juravit omnia suprascripta tenere firma Act. An. MCCVIII. Indict. X. die primo Octobris Dominus Paganus Judex Isolanus Notarius, Joannes de Canossa, Albergetus Maluetius, testes rogati in Domo filiorum Domini Guidoti de Faro.

XXXI.

Contractus Matrimonii inter Azonem V. Marchionem Estensem, & Alisliam, Principis Antiocheni filiam, initus, d. d. 8. Febr. An. 1204. & 16. Januar. 1210.

IN nomine Domini. Anno a Nativitate ejusdem MCCIIII. Indictione Septima die Sabbati, qui fuit Octavus exeunte Februario, in Provincia, dicta Forumjulii, in Ecclesia Sancte Marie de Clemena in præsentia Domini Pelegrini, Dei gratia Sancte Aquilegiensis Ecclesie Patriarche, Uberti, Dei gratia Vincentini Episcopi, Matthei Dei gratia Cenethensis Episcopi, Hermanni, Waltonis Bertholdi, Stephani Capellanorum & Scribarum suprascriptis Domini Patriarchæ, Alberici, Canonici Paduani, Alberti, Canonici Vincentini, Manfredi Estensis, Archipresbiteri, in presentia quoque Domini Wecilonis, quondam Gabrielis de Camino, Warnerii de Pulcrarco, Frederici de Cauriaga, Diatrichi de Fontana bona, Frederici de Pito, Ottolini de Mainardis de Ferraria & aliorum quamplurium Baronum & Magnatum Lombardie, & Marchie Tarvisine atque Forijulii. Ibi warentavit, & professus fuit Dominus Azo Estensis Marchio, se accepisse in dotem a Domina Aliz filia quondam Rainaldi, Principis Antiocheni, quam in matrimonio sibi recipiebat, duo millia Marcharum argenti de quibus exceptioni sive prescriptioni non numerate, vel extimate dotis, aut pecunie renunciavit. Unde jure pignoris & donationis propter nuptias investivit suprascriptam Dominam Aliz Sponsam suam nominative de tantis de suis bonis, & possessionibus mobilibus & immobilibus ubicumque habeat vel acquiri debeat, in electionem ipsius Domine recipiendo, que valeant duplum suprascripte Dotis & donationis. Et tali quidem pacto inter eos inserto, videlicet: quod si casu contigerit, suprascriptam Dominam Aliz ante suprascriptum Dominum Marchionem constante Matrimonio sine communibus liberis decedere, liberum sit ipsi Domine de sola dote sua condere testamentum. Et e contra, si casu contigerit, suprascriptum Marchionem Azonem ante prædictam Dominam Aliz, constante matrimonio, sine communibus liberis decedere, tam dos, quam donatio propter nuptias ipsi Domine restituantur, licet ex ipso prolem non susceperit. Si vero Heredem masculini sexus ipsis habere contigerit, dote & donatione propter nuptias deducta & heredi Domine ipsius restituta tota hereditas inter heredes dividatur. Si vero filium habuerit & suprascriptam Dominam Aliz premori contigerit, tota dos filie integre concedatur, preter id quod ei pater, vel frater contradiderint, & propria liberalitate contulerint. Si vero suprascriptum Marchionem ante suprascriptam dominam mori contigerit & suprascripta Domina alii nupserit, dotem suam suprascriptam & donationem propter nuptias secum transferre valeat; & filiam superstitem heres Marchionis,

nis, secundum nobilitatem suam, nuptui tradere teneatur. Quo facto illa totum jus suum, quod in hereditatem haberet, refutare debeat. Alioquin ipsa jus suum totum secundum consuetudinem terre illius integre repetere valeat. Si vero ipsis jugalibus decedentibus sola filia superstes remanserit tota hereditas ad ipsam revolvatur. Promisit etiam & convenit suprascriptus Marchio, suprascriptam Dominam, tanquam uxorem suam honeste tractare, profitendo Albertum de Baone & Albericum Pandemilio & Martinum de Mediolano & Franciscum de Calderio ad hoc nuntios fuisse; Et quicquid super his in Curia Regis Ungarici, pro ipso Marchione, cum ipsa Domina fecerunt & pepigerunt, firmum & ratum habuit. Qui quatuor suprascripti ad presens confessi fuerunt, se ad Sancta Dei Evangelia in ipsius Marchionis anima jurasse, quod per ipsum Marchionem sic erit observatum. Et si Marchio, vel ejus heres vellet malignare, aut contra suprascripta pacta venire ipsi quatuor totis viribus resistent. Insuper confessi fuerunt suprascripti quatuor, se in propriis animabus suis jurasse sic per omnia observaturos obligando omnia bona sua jure pignoris ob sic observandum. Preterea juravit ad presens Manfredus, Comes Paduanus corporaliter ad Sancta Dei Evangelia, quod bona fide & sine fraude ea, que suprascripta sunt & promissa, a suprascripto Marchione, attendi faciet & observari per ipsum Marchionem & heredes ejus, ipsi Domine & ejus heredibus. Hoc idem juravit Skinella, Filius Ugolini Alberti Tertii. Hoc idem juravit & Marsilius de Cararia & omnes isti tres sunt de Padua Civitate. Hoc idem fecit & Bonifatius, Comes Veronensis idem & Albericus & Petrus de Lendenaria, Vivianus Engeherii, & omnes isti quatuor sunt de Veronensi Civitate. Hoc idem juraverunt Salingvera quondam Taurelli de Ferraria & Marchesinus de Mainardis & Jacobus de Fontana, & omnes tres isti sunt de Ferrariensi Civitate. Preterea predictus Marchio Azo ibidem desponsavit & annulo subarravit suprascriptam Dominam Aliz per suam legitimam Uxorem supradicto Domino Patriarcha per verba de presenti ad invicem inter eos electionem faciente.

Signum manus .... suprascripti Marchionis.

Signum manus .... suprascripte Domine, qui & que jusserunt hoc fieri.

Signum pro suprascriptis testibus .... qui ad hoc rogati interfuerunt.

Et ego Bellellus Glor. Dni F. Romanorum Imperatoris Tabellio interfui & hoc & alia quatuor Instrumenta in eodem tenore consonantia exinde scripsi & composui.

Ego Odolricus, Imperialis Aule Notarius interfui & me subscripsi.

Ego Bonifacius, Palatini Comitis Notarius hoc exemplum ex authentico Bellelli Notarii & subscriptionem Odolrici Notarii sumpsi, & relevavi & prout in eo continebatur nihil addens vel minuens nisi forte in compositione literarum vel punctis plus minus scripsi currente Anno MCCX. Indict. XIII. die XVI. intrante Jan. apud Este.

XXXII.

Ottonis IV. Roman. Imperatoris litera, quibus Azonem VI. Marchionem Estensem de Marchia Anconitana, rebusque ad eam pertinentibus investivit, d. d. 13. Kal. Febr. An. 1210.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Ottho Quartus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Imperialis eminentie Celsitudo preclara suorum fidelium servitia pre oculis sue Majestatis semper habere consuevit. Nobiles quoque viros, & eos, qui pro dilatando Imperialis Coronæ solio tempore pacis, & Werre, fideliter, & strenue plurimos labores & maximas angustias & expensas toleraverunt, congruis honoribus & amplioris gratie beneficiis decorare, ut recompensatis obsequiis ad nostra magis inanimentur obsequia, & alii ad nostros libentius accedant famulatus. Quapropter universorum Imperii nostri fidelium tam præsens ætas, quam successiva posteritas noverit; quod nos attendentes fidelia & preclara servitia, que fidelis & Cognatus noster, Azzo, Marchio Estensis, nobis & Imperio hactenus exhibuit & in posterum exhibiturum non dubitamus, damus ei atque concedimus totam Marchiam Anchone, sicut Marchio Marquardus habuit & tenuit eam tempore Serenissimi Antecessoris nostri, Henrici, Romanorum Imperatoris, Divi Augusti, melius & plus si inveniri potest, sicut Alpes Apenini tenditur inferius, scilicet Civitates, Castella, Villas, Fideles, & Servitia; videlicet Civitatem Asculi cum toto Comitatu & Episcopatu, Civitatem Firmanam cum toto Comitatu & Episcopatu, Camerinum cum toto Episcopatu & Comitatu, Humanam cum toto Comitatu & Episcopatu, Anchonam cum toto Comitatu & Episcopatu, Ausemum cum toto Comitatu & Episcopatu, Esium cum toto Comitatu & Episcopatu, Senegalliam cum toto Comitatu & Episcopatu, Fanum, cum toto Comitatu & Episcopatu, Pesarum cum toto Comitatu & Episcopatu, Fossainbronam cum toto Comitatu & Episcopatu, Callim cum toto Comitatu & Episcopatu, Sassumferratum & Rocham Apenini. Damus etiam prenominato Marchioni aquas, silvas, prata, pascua, campos, vineas, colles, valles fructiferas, infructiferas, pedagia, Bandora, Tholonea, placita, portos, Albergarias, federos, fundos, exercitus, cavalcatas, & omnes res & jurisdictiones ad Imperium pertinentes. Damus itaque predicto Marchioni atque concedimus plenam potestatem & licentiam omnium istorum predictorum tenendi & possidendi & quicquid jam dictus Azzo Marchio de supradictis

dictis rebus dispofuerit & ordinaverit, apud eminentiam nostram perhenni gaudebit firmitate. Statuimus igitur, & Imperiali Edicto firmiter sancimus, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Capitaneus, nulla Civitas, nullum commune, nulla denique persona alta, seu humilis, secularis, vel ecclesiastica, dictum Marchionem contra hanc nostre Serenitatis concessionem perturbare audeat, vel molestare. Quod qui facere attemptaverit, in ultionem sue temeritatis C. libras auri puri, medietatem Camere nostre, & reliquam medietatem injuriam passo solvere cogatur. Ad cujus rei certam imposterum evidentiam presentem paginam inde conscribi jussimus & nostre Majestatis sigillo communiri. Hujus rei testes sunt Wolferus Aquilegiensis Patriarcha, Gregorius Aretinus Episcopus, Heinricus Mantuanus Episcopus, Vicarius Curie, Walfredus Clusinus Episcopus, Salinwera de Ferraria, Ezelinus de Tervisio, Bonus Comes de Montefeltrano, Henricus de Ravensburc, Camerarius, Albertus Strutius. Monachus Passawerra Presbiter & Ruffinus Judices Curie & alii quam plures.

Signum Domini Ottonis IV. Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Conradus Episcopus. Imperialis Aule Cancellarius, Vice Domni Thederici, Coloniensis Archiepiscopi, Italie Archi-Cancellarii recognovi.

Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCCX. Glorioso Domno Otthone, Romanorum Imperatore imperante, anno Regni ejus XII. Imperii vero primo.

Datum per manum Walteri, Protonotarii apud Clusinam Civitatem, Mense Januario XIII. Kalendas Februarii, Indictione XIII.

XXXIII.

Diploma Ottonis IV. Roman. Imperatoris, quo Bonifacium, Marchionem Estensem, majorennem declarat, eumque a vinculo Curatelæ Azonis VI. Marchionis Estensis, penitus absolvit ac liberat, d. d. 4. Id. Febr. An. 1212.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Dei gratia Otto Quartus Romanorum Imperator & semper Augustus. Universis Imperii nostri fidelibus presentem paginam intuentibus gratiam & bonam voluntatem. Imperialem decet Majestatem justis postulationibus subditorum Imperii condescendere ac providere benigne, & que juste sunt impetratu concedere. Unde cum dilectus fidelis noster, Bonifacius, Estensis Marchio, filius quondam Opizonis, Marchionis de Este, nostram advenisset presentiam, suppliciter postulavit, ut veniam etatis sibi concedere dignaremur, & Azonem, Estensem Marchionem, tamquam suspectum ab administratione suorum bonorum, quam susceperat, Tutele, vel curationis, seu cujuslibet gestionis occasione removeremus & hoc propter malam administrationem & suspectam, quam habuerat super bonis ejusdem Bonifacii tam Patris, quam Matris, & propter dolum & culpam, sive perversos & iniquos mores & actus, quos contra eundem Bonifacium exercuerat, ab universis videlicet bonis suis, ut dictum est, ipsum expoliando, de possessionibus & suis expellendo violenter, domos, & terras & bona sua materna penitus destruendo & turpiter auferendo. Volentes igitur ejusdem fidelis nostri Bonifacii Marchionis justis petitionibus condescendere, notum facimus universis Imperii fidelibus presens rescriptum spectantibus, quod nos eidem Bonifacio Marchioni veniam etatis ex certa Celsitudinis nostre scientia, Imperiali auctoritate concedimus, ut ipse tamquam major libere possit agere, causari, petere, & experiri, testari & omnia sua negotia, plenissime, tam civiliter, quam criminaliter contra quoscunque & specialiter contra suprascriptum Azonem Marchionem, sive coram nostre Majestatis præsentia, sive coram quibuslibet aliis Civitatum, vel locorum, Potestatibus, Consulibus, vel Rectoribus. Decernentes firmiter & precipientes eundem Bonifacium admitti & haberi pro majori in omnibus suis actibus & exercitiis, non obstante ulla lege que dicat hoc beneficium non posse sub conditione concedi nec ulla lege alia vel cujuslibet gentis consuetudine vel statuto.

Preterea quod notorie ac manifeste compérimus suprascriptum Azonem Marchionem administrasse male, crudeliter, & dampnose, dolum & culpam, iniquos mores & perversos contra jam dictum Bonifacium exercuisse. Et quia super hoc citatus ad Judicium & rationem faciendam venire contempsit, eundem ab administratione bonorum suprascripti Bonifacii Tutele, sive Curationis offitio tamquam manifeste suspectum de certa nostra scientia, Imperiali removemus auctoritate, & ipso jure, tamquam suspectum & infamie nota subjectum, absque ulla lite, vel controversia judicamus, jam dictum Bonifacium a vinculo curationis illius penitus absolventes. Statuentes firmiter, & precipientes, ut nullum Commune nullaque Potestas, vel Consularia, nullaque magna, vel parva persona contra presens rescriptum judicare, vel quolibet modo contravenire presumat. Transgressoribus autem, violatoribus, seu contemptoribus, aut contra hoc allegantibus, penam imponimus, quod perpetue infamie maculam Imperialis subeant Majestatis, nostram indignationem incurrant omniumque publicorum offitiorum sint expertes & actuum. Ita quod si fuerit in dignitate positus, sit illa privatus, si in offitio, careat illo; si Advocatus, amplius postulare non valeat vel allegare; alienandi vel contrahendi eis omnino sit adempta licentia; nec alicui succedere valeant. Ipsorum bona pro medietate ad Fiscum nostrum devol-

volvantur; altera vero medietas assignetur injuriam patienti. Pari etiam pena laboret qui contra hoc presumpserit allegationes audire. Pena vero predicta per illam civitatem exigatur, in cujus delinquens fuerit jurisdictione compertus, & dimidio injuriam patienti debito. Fiscalem partem in benefitium ab Imperiale percipiat Majestate. Pro servitio vero hoc presenti beneficii solummodo presens rescriptum faciat inviolabiliter observari. Pena tociens exigatur, quotiens contra factum fuerit. Cujus rei gratia testes interfuerunt Conradus Spirensis Episcopus Aulæ Cancellarius, Comes Ripandus Apulie Salinwera de Ferraria, Isnardinus de Lindenaria, Bonacursus de Monzanbano, Oppizinus & Nicolaus de Castello Veron. De his autem jubemus quod nulla possit a nobis vel successoribus nostri venia postulari, nec pena mitigari, nec aliud rescriptum contrarium possit impetrari, nulla lege Romana, vel Lombarda, seu consuetudine, vel statuto cujuslibet gentis.....

Datum Mediolani, Millesimo CCXII. Indictione XV. IIII. Idus Februarii.

XXXIV.

Ejusdem Decretum contra Azonem VI. Marchionem Estensem, Fratri suo Bonifacio paterna hereditatis portionem ipsi debitam extradere recusantem, d. d. 4. Id. Febr. An. 1212.

IN nomine Sanctæ & individue Trinitatis. Dei gratia Otto Romanorum Imperator semper Augustus. Universis Imperii nostri fidelibus presentem paginam intuentibus gratiam, & bonam voluntatem. Veniens ad nos dilectus fidelis noster Bonifatius, Estensis Marchio, filius quondam Opizonis, Estensis Marchionis, conquerendo nobis exposuit, quod cum dimidium totius hereditatis omniumque possessionum Opizonis Patris sui suprascripti, aliorumque Marchionum Antecessorum suorum cum toto incremento & acquisitionibus, per Azonem, similiter Estensem Marchionem, filium quondam Azonis, qui fuit filius suprascripti Marchionis Opizonis factis, ad ipsum Bonifatium pertineat tum hereditario jure ac seculi natura: Predictus Azo, qui tamquam frater in altero successit dimidio, ipsum Bonifatium nequiter de possessione sua violenter ejecit, & partem qui contingit ipsum Bonifatium habere, eidem dare denegat penitus & contradicit enormiter. Unde jam dictus Bonifatius a Majestate nostra suppliciter postulavit, ut ipsum in possessionem suam debemus Imperiali auctoritate ponere, & in jure suo manutenere. Volentes igitur eundem Bonifatium rationabiliter in sua manutenere justitia, & suis justis postulantibus annuere, & condescendere; notum facimus universis Imperii fidelibus presens rescriptum spectantibus, quod nos maxime cum jam dictus Azo Marchio super his citatus ad judicium venire contempserit suprascriptum Bonifatium Marchionem, Patruum ejus in possessionem medietatis omnium bonorum mobilium, & immobilium, & aliarum omnium cautionum que tempore mortis Opizonis Patris suprascripti Bonifatii in hereditate & bonis ejusdem Opizonis & etiam in bonis aliorum Marchionum de Est comperiebantur, & adhuc omnium illorum bonorum, que postea dictus Azo Marchio dicitur acquisivisse tam de Calaone, & Colonia, quam de aliis acquisitis & tam in Comitatu & districtu Paduanensi, Veronensi, Ferrariensi, Bononiensi, quam in Episcopatu Adrian .... & in Comitatu Rodigii & omnium aliorum locorum, ubicunque jura predictus Azo infrascripto modo habere dignoscitur, ita quod de omnibus ad medietatem libere & absolute perveniat, nullis alienationibus quantum ad medietatem obstare valentibus que actenus a tempore mortis prædicti Marchionis Opizonis per ipsum Azonem Marchionem facte reperiuntur, de omnibus jam dictum Bonifacium in possessionem esse, ex certa nostra scientia Imperiali judicamus auctoritate & tenutam ei damus juste petenti, & jam dictum Azonem, Marchionem, in restitutionem dimidii infrascriptorum omnium eidem Bonifatio condemnamus; & hoc absque omni litigio & controversia, non obstante suprascripti Marchionis Opizonis testamento vel alterius, propter quod aliqua contradicendi sumi possit occasio, non obstantibus etiam aliquo, vel aliquibus instrumentis, pacto, vel pactis, seu transactionibus, que huic nostre concessioni possent impedimentum prestare, sed pro non cogitatis omnibus habitis, que supradictis impedirent processum, item cum omnibus fructibus perceptis & percipiendis restitutionem predictam fieri jubemus. Liberum quoque arbitrium intrandi possessionem auctoritate sua eidem concedimus Bonifatio, constitutione: Si quis in tacita, vel alia lege non obviare valente: Sancimus etiam & precipimus, quod supra scriptus Bonifatius in nullo teneatur debito supradicto Azoni, nec ei aliquid compensetur, nisi rationabiliter ostensum fuerit illud in utilitatem ejusdem Bonifatii fuisse conversum, nec de compositione litigium audiatur ante possessionem eidem Bonifatio traditam. Item hoc intelligatur, qualitercumque idem Azo possessionem habuerit vel intraverit. Hoc autem rescriptum nostrum ab omnibus inviolabiliter observari precipimus: penam transgressoribus, violatoribus, seu contemptoribus imponentes, quod perpetue infamiæ maculam subeant, Imperialem Majestatis indignationem incurrant, omniumque publicorum offitiorum & actuum sint expertes, si fuerit in dignitate positus sit illa privatus, si in offitio careat illo, si fuerit Advocatus ultra non valeat postulare, alienandi & contrahendi eis omnino sit adempta licentia, nec alicui succedere valeant. Illorum bona ad Fiscum nostrum, pro dimidio devolvantur: alterum vero dimidium assignetur injuriam pati-

patienti. Pari etiam pena laboret, qui contra hoc ausus fuerit, vel aliquas allegationes audire pena vero predicta per illam Civitatem exigatur, que sub sua jurisdictione habuerit delinquentem, dimidio injuriam patienti soluto, partem fiscalem ab Imperiali Magestate in benefitium retineat, faciens pro servitio beneficii solumodo presens rescriptum inviolabiliter observari & totiens exigatur pena, quotiens durante rescripto contrafactum fuerit. De his autem jubemus, quod nulla possit in perpetuum a nobis, vel successoribus nostris, venia postulari. nec pena mitigari, nec aliud contrarium possit unquam impetrari rescriptum nulla lege Romana, vel Lombarda, seu consvetudine, vel statuto gentis cujuslibet obviare valente, & hoc .... fidem adhibendam, Bulla nostri felicis nominis jussimus insigniri.

Cujus rei gratia testes interfuerunt Dominus Conradus, Spirensis Episcopus, Imperialis Aule Cancellarius, Manfredus Marchio, dictus Punasius de Saluz, Ildebrandinus Comes de Saona, Riprandus, Comes Apulie, Salinwerra, Ferrariensis, Dalmaninus Paduanensis, Isnardinus de Lindenaria, Magister Joannes Canonicus de Asia, la Capella, Opicinus de Castello, Veronensis, Conradus de Bonaverra, Zagnius Jacobi de Monticulis, aliorumque Nobilium copia.

Datum Mediolani MCCXII. Indictione XV. Qvartus Idus Februarii.

XXXV.

Tabula fœderis inter Azonem VI. Marchionem Estensem, & Comitem S. Bonifacii, ex una, nec non Civitates Cremonam, Brixiam, Veronam, Ferrariam & Papiam, ex altera parte, initi, d. d. 8. Kal. Sept. Anno 1212.

ANno Domini Millesimo, Ducentesimo, Duodecimo, Indictione Quintadecima, die Sabbati, Octavo Kal. Septembris, in Palatio Communis Verone. Talis est Concordia & Societas, quam fecerunt Azo, Estensis Marchio & Comes Sancti Bonifacii, & Cremona, & Brixia, & Verona, & Ferraria cum Papia, videlicet, quod debeant dare Communi Papie, quolibet anno, tempore gverre ducentum Milites per sex Menses a Kal. Aprilis in antea, videlicet gverre incepte communiter cum Mediolanensibus, Placentinis, sive si ipsi Mediolanenses, aut Placentini inceperint contra eos. Et si alie Civitates pervenirent ad hanc societatem, predicti ducentum Milites tamen debeant & teneantur dari ab ipsis Civitatibus omnibus & Marchione, communiter. Et si Papienses habuerint gverram communalem cum Mediolanensibus, sive Placentinis, aut cum aliqua ipsarum Civitatum, Commune Cremone teneatur facere gverram ad ignem & sangvinem ipsis cum quibus gverram habuerint, infra quindecim dies, ex quo fuerit eis denunciatum per Ambaxatores Papie. Et ex quo gverra incepta fuerit, Commune Cremone postea non faciet de ea pacem, sive gverram recredutam, aut tregvam, sine parabola Rectorum Papiensium, scilicet Consulum, aut potestatis, data in credentia, aut concione. Versa vice eodem modo teneantur Papienses facere gverram Mediolanensibus & Placentinis, si gverra fuerit inter Cremonam & Placentiam, sive Mediolanum, nec de ipsa gverra facient pacem, sive tregvam aut gverram recredutam, sine parabola Consulum aut potestatis Communis Cremone data in credentia Cremone, aut concione. Et eodem modo teneantur Papienses Brixiensibus, & eodem ordine Brixienses Papiensibus similiter. Item teneantur Papienses dare Verone eo tempore, quo non habuerint gverram gverriatam cum Mediolanensibus, sive Placentinis, ducentum Milites. Item teneantur dare Mantuanis eo tempore, quo non habuerint gverram gverriatam cum Mediolanensibus, sive Placentinis ducentum milites si Mantuani ad hanc societatem pervenerint. Item teneantur dicti Papienses Marchioni & Ferrarie, dare eo tempore, quo non habuerint gverram gverriatam cum Mediolanensibus sive Placentinis, centum Milites. Et ita teneantur Papienses cuilibet predictarum Civitatum infra quindecim dies, ex quo per Ambaxatores alicujus earum fuerit requisitum. Et ita quod ex quo ipsi Papienses intraverint terram ipsius Civitatis, quod ibi debeant moram facere per dies quindecim, due, vel plures predictarum Civitatum uno tempore petierint dictos Milites, non teneantur Papienses dare nisi uni ipsarum Civitatum; & hoc sit in arbitrio Cremone, videlicet quod debeant dare illi Civitati, cui magis videbitur necesse. Et omnes predicte civitates & Marchio teneantur adjuvare Papienses cum Populo & Militibus, & omni eorum fortia, si gverram terminalem habuerint cum Mediolanensibus sive Placentinis, semel in anno per dies quindecim, ex quo ipse Civitates & Marchio terram inimicorum Papiensium intraverint; nec infra predictum terminum recedent sine parabola Consulum, aut Potestatis Papiensis data in credentia sive concione. Et facere debent infra quindecim dies, ex quo per Ambaxatores Papiensium fuerit denunciatum, nisi Mediolanenses & Placentini recederent de terra Papiensium & se disgvarnirent. Et hanc societatem facient & attendent contra Commune Civitatum, locum & personam, aut personas, que non sint vel fuerint de hac societate, duraturam usque ad quinquaginta annos: Et ita quod quelibet predictarum Civitatum teneatur salvare & gvardare & adjuvare homines, aliarum civitatum hujus societatis per totam eorum terram & aquam in avere & personis, nec eos in eorum terra, vel aqua offendent. Et quelibet predictarum Civitatum vetare teneantur stratas, & vias inimicis alicujus predictarum civitatum infra octo dies, ex quo fuerit requisitum. Et quolibet decennio teneantur renovare sacramenta, hujus socie-

societatis infra quindecim dies, ex quo fuerit per aliquam earum requisitum. Et eodem modo teneantur predicti Marchio & Comes, in omnibus & per omnia attendere. Et ex quo strate fuerint prohibite non aperiantur postea sine parabola illius civitatis, pro qua fuerint prohibite. Et si aliquid fuerit additum, vel minutum in concordia predictarum civitatum & Marchionis & Comitis totum teneantur attendere & observare. Et quod per hoc sacramentum non teneatur aliqua dictarum Civitatum offendere aliquam illarum Civitatum, que sit in hac societate vel fuerit, nec Parmam, nec Mantuam, nec Vicentinos forenses, nec Marchionem Montisferrati, nec Astenses. Et hoc idem attendent & facient suprascripte Civitates & Marchio de presenti gverra, quam habent Papienses cum Mediolanensibus. Et hoc sacramentum intelligatur factum fore suprascriptis Communalibus Verone, Farrarie, & Brixie, & partibus, que modo sunt in Verona & Brixia & Ferraria. Et si accideret, quod Monticuli & sua pars, venirent in Veronam & postea discordiam haberent cum suprascriptis, qui modo sunt in Verona, que appellatur Pars Comitis, nihilominus teneantur adjuvare eos, & Monticulos & suam partem expellere. Eodem modo intelligatur de illis, qui sunt in civitate Brixiæ contra Boccacios & suam Partem. Et eodem modo intelligatur de illis, qui sunt in Ferraria contra Salingverram & suam partem. Et hoc in statuto Civitatum ponatur ita, quod Rector, vel Rectores suprascriptarum Civitatum jurent hoc attendere, ut supra legitur. Et quod potestas, sive Consules teneantur facere in futuro anno & omni decennio, omnes homines Civitatis à quindecim annis supra & septuaginta infra hoc attendere, & in brevi sequendum ponere. Ibique coram Domino Leonardo de Cappellino & Domino Bellingero, Mastagio, Consulibus Cremone & hec omnia recipientibus pro ipso communi juraverunt ad sancta Dei evangelia Dominus Bartolomeus de Palatio potestas communis Verone attendere ut dictum est, in omnibus & per omnia & quod dictum commune Verone ita faciet attendere. Et Comes Sancti Bonifacii Gandulphus de Castello novo, Petrus de Clavica Judex, Benzo Confanonerius, Montenarius Judex de monte auro, Marqualdinus de Arpo, Johannes Judex, Stanpus, Albertus de Sasso, Dionisius Judex de Verona. Item juravit ut supradictum est Dominus Azo, Estensis Marchio. Item juraverunt ibi, ut dictum est, Ambaxatores Papienses scilicet Domini Wido, Butichella, & Bernardus Confanonerius. Item juraverunt ibi ut dictum est Ambaxatores Brixienses scilicet Aimericus, de monte claro & Lafrancus de Adhero. Ibi fuerunt testes rogati, Domini Lombardus Guazonus, Nuvolonus de Burgo, Johannes Bonnus de Surdo, Lantelmus Pistoris, Gherardus Gallus, Ascerius Ciconia, Atque Marcus Notarius.

Ego Oldefredus Notarius Sacri Palatii interfui & hanc cartam rogatus scripsi.

XXXVI.

Bulla Innocentii III, Pontif. Maximi, qua Azonem VI. Marchionem Estensem sub B. Petri suamque protectionem suscepit, d. d. 7. Id. Octobr. An. 1212.

INnocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio, Nobili Viro, Marchioni Estensi, salutem & Apostolicam benedictionem. In perpetuam tui nominis gloriam venit, quod eis, qui fidem Catholicam & Ecclesiam persecuntur, resistens viriliter, Zelatorem Fidei Ortodoxe & Ecclesie filium exhibes, dum ipsas dignus laudis magne preconio defendere non omittis: propter quod non indignum esse censemus, ut & te a persecutorum insultu patrocinium Apostolicum protegat, quem Apostolice sedi in perversorum repressione exhibita obsequiorum devotio multipliciter recommendat. Hinc est, quod tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu personam tuam in devotione Ecclesie & Defensione Fidei Catholice persistentem, Castra, Villas, jurisdictiones, terras, possessiones, ac omnia bona tua, que possidebas olim tempore, quo....... Princeps fuit per Sedem Apostolicam excommunicationis vinculo innodatus, & que in presenciarum rationabiliter possides, aut in futurum justis modis poteris adipisci, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nihilominus sententias, banna, statuta, penas & privilegia, datas, & concessiones factas de bonis tuis ab eodem Principe, vel alio pro ipso, quibuscunque Communitatibus vel personis, nec non pactiones, securitates, juramenta dicto Principi, vel alicui pro eo, ex quacumque causa prestita, & omnia alia, que contra te & tua bona, generaliter vel specialiter dicitur statuisse, auctoritate presencium revocamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Protectionis & Revocationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Anagnie VII. Id. Octubris, Pontificatus nostri Anno I.

XXXVII.

Testamentum Azonis VI. Marchionis Estensis, d. d. 13. Novembr. An. 1212.

ANno Domini Millesimo, Ducentesimo Duodecimo, Indictione XV. Die Dominica, Tertio Decimo exeunte Novembri, in Verona, in Domo Domini Rodolfi de Lendenaria. Ibique

que Dominus Azzo, Estensis Marchio, Testamentum faciendo, & suam ultimam voluntatem declarando sic dixit. Filie sue Domine Beatrici legavit quinque millia libras denariorum Veronensium, & in his eandem Filiam suam sibi heredem instituit. Item filie sue Constantie legavit Ducentas uncias auri, & in his eam sibi heredem instituit. Et in ceteris aliis bonis suis Aldeurandinum, & Azzolinum Novellum Filios heredes sibi instituit. Et hoc voluit, & precepit, quod valeret jure Testamenti, & si per Testamentum non valet, quod valeat jure Codicillorum, & sue ultime voluntatis, & quocunque alio modo valere possit. Testes ad hec interfuerunt specialiter rogati a Testatore, D. Tyso de Campo Sancti Petri, D. Jacobus a Sancto Andrea, Wilelmus de Lendenaria, Dionysius Judex, D. Gandolfinus de Castro novo, D. Balanthus ejus nepos, D. Aymericus de Bononia, D. Finus de Verona, Jacobus Notarius, & alii.

Ego Adestus Notarius Sacri Palatii interfui, & jussu ac rogatu dicti Testatoris hoc scripsi.

XXXIIX.

Codicilli Azonis VI. Marchionis Estensis, d.d. 13. Novembr. An. 1212.

ANno Domini MCCXII. Indict. XV. die Dominico, Tertio decimo exeunte Novembre. Cum unicuique liberum sit arbitrium liberaque potestas res suas, & bona, prout placet, legitime dispensando legare, relinquere, & judicare: ideo quidem in Dei nomine ego Azo, Estensis Marchio, corpore infirmus, mente vero & sensu existens integer, si Deus me judicaverit de hac infirmitate, relinquo uxori mee, Domine Ailisii, a qua fateor me in dotem habuisse duo milia Marcas argentei primo, & postmodum Mille Marcas argentei in alia parte, preter illud, quod de suo solvit, scilicet MMM. libras denariorum Veronensium in empcione Colonie. Relinquo Coloniam universam, secundum quod ad me spectat, & quartam partem, & dimidiam Curie Solicini. Et istud habeat predicta uxor mea, donec integre Filii mei ei solverint predictas tres milias Marcas argenti, & MMM. libras Veronensium. Et volo, quod Masnade mee de Solicino masculi & femine serviant prefacte uxori mee, donec vixerit. Filie mee Constantie relinquo ducentas uncias aurei. Et volo, quod si hoc meum testamentum non valuerit jure testamenti, quod valeat jure codecilli, vel cujuslibet alterius ultime voluntatis. Et rogo, & precipio, & volo, quod predicti Filii mei debeant prefactam uxorem meam honorare, & omni reverentia custodire, & facere.

Actum fuit hoc solempniter Verone supra domum Domini Rodolfi de Lendenaria.

Testes ad hoc specialiter rogati fuerunt & convocati a dicto Testatore, videlicet Dominus Tisius de Campo Sancti Petri, Dominus Wilelmus de Lendenaria, Dominus Dionisius Judex, Dominus Gandolfus de Castronovo, Balantus ejus Nepos, Dominus Jacobus de Sancto Andrea, Dominus Aimericus de Bononia, Finus Masarius, Jacob Notarius.

Ego Adestus Notarius Sacri Palacii interfui, & hoc jussus atque rogatus a suprascripto Testatore scripsi.

XXXIX.

Bulla Honorii III. Pontif. Maximi, qua Odonem Ramberti, nomine & vice Azonis VII. Marchionis Estensis, de tota Marchia Guarnerii investivit, d.d. 14. April. An. 1217.

IN nomine Domini, Amen. Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi Millesimo CCXVII. Pontificatus Domini Honorii Papæ Tertii Primo, die XIV. intrante Mense Aprilis, Indictione Quinta, in presentia & testimonio rogatorum testium infrascriptorum, coram Cardinalibus, scilicet Dominis G. Prænestino, & P. Albanensi, & C. Portuensi Episcopis, nec non Domino L. tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem, Domino P. Sanctæ Potentianæ, Domino S. Basilicæ XII. Apostolorum, Domino R. tit. Sancti Stephani in Celio monte, Domino Thom. tit. Sanctæ Sabinæ, & Domino J. de Columna tit. Sanctæ Praxedis, Presbyteris Cardinalibus, & Domino G. Sancti Nicolai in carcere, Domino G. Sancti Theodori, Domino S. Sancti Adriani, Domino R. Sancti Angeli, Dom. Ildebrandino Sancti Eustachii, Dom. Egidio Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconis Cardinalibus: Dominus Honorius Papa Tertius de consensu & consilio Fratrum suorum prædictorum Cardinalium investivit per Vexillum Beati Petri, Oddonem Ramberti de tota Marchia Guarnerii, nomine & vice Marchionis Azzonis Estensis, recipientem pro eo procuratorio nomine, sicut investiti fuerunt Pater, & Frater dicti Azzonis per Ecclesiam Romanam, cum omnibus rationibus, & libertatibus, juribus, & honoribus ejusdem Marchiæ, scilicet ad voluntatem dicti Marchionis, & Matris suæ Comit. . . . . De spiritualibus ab eadem Marchia perceptis debeat respondere Domino Papæ, & Ecclesiæ Romanæ. De omnibus vero temporalibus fructibus debeat respondere dicto Marchioni, & Matri suæ. Et quod dictam Marchiam tenebit & salvabit ad voluntatem dicti Marchionis, & Matris suæ pro Ecclesia Romana. Et cum dictus Marchio ad majorem accesserit ætatem, quod ipse in propria persona debeat visitare Curiam Romanam, & jurare Fidelitatem Do-

Domino Papæ & Ecclesiæ Romanæ pro dicta Marchia. Et hæc omnia attendere & observare dictus Oddo, tacto libro, corporaliter juravit.

Testes rogati.

Dom. Wilielmus, Marchio Montisferrati.
Dom. Salinguerra de Ferraria.
Dom. Joannes Capotius Romanus.
Dom. Paganus de Saviola.
Dom. Suxinellus de Ferraria.
Dom. Ugolinus Sancti Joannis.
Dom. Presbyter de Placentia.
Dom. Guido Lisnelli de Regio.
Dom. Alizius de Regio.
Petrus Capotius Hostiarius Domini Papæ.
Petrus Nicolaus sotio suo.
Zapulinus, Notarius de Ferraria.

Actum in Palatio Lateranensi in Consistorio feliciter.

Ego Thomas, qui vocor Rizardus, Domini Ottonis Imperatoris Notarius interfui, audivi & scripsi.

XL.

Bulla Honorii III. Pontif. Maximi, qua Odonem Ramberti, Azonis VII. Marchionis Estensis Mandatarium, de Marchia Anconitana investivit, de An. 1217.

Honorius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Nobili Viro Azzoni, Anconitano, & Estiensi Marchioni, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Sinceritas devotionis, & fidei, quam ad Nos, & Romanam Ecclesiam, claræ memoriæ Azzo, Marchio, Pater tuus probatus est habere, promeruit, ut ad tuum commodum & honorem efficaciter intendamus, cum per illius discretionis prudentiam, & strenuitatis virtutem eidem Ecclesiæ commoda magna provenerint, & per tuæ quoque probitatis industriam multa sperentur auctore Domino proventura. Ut ergo te ad ejus obsequium fortius astringamus, de communi Fratrum nostrorum consilio Marchiam Anconitanam in rectum tibi Feudum concedimus, in qua istæ sunt Civitates cum Comitatibus, sive Diocesibus suis, Ancona, Asculum, Humana, Firmum, Camerinum, Auximum, Hesis, Senogallia, Fanum, Pensaurum, Callis, & Forum Sempronii. Quæ omnia, sicut prædictum est, cum jurisdictione, districtu, honore, ac dominatu, & aliis ad nos temporaliter pertinentibus, in rectum tibi Feudum concedimus, sub annuo Censu centum librarum Peruviniensis monetæ, Sedi Apostolicæ persolvendo, Ita quod quandocumque, ac ubicumque, per totum ipsius Ecclesiæ patrimonium a Mari usque ad Mare, & a Radicofano usque ad Ceparanum requisitus fueris, nobis cum centum Militibus sumptibus tuis uno integro mense per annum, tempore veniendi, & recedendi minime computato .... ipsamque Marchiam a Sede dumtaxat Apostolica recognosces, cujus juris & proprietatis existit, & de illa contra omnem mortalem facies pacem & guerram ad mandatum ipsius. Nos ergo dilectum filium Nobilem Virum, Ottonem Ramberti, procuratorem tuum ad hoc specialiter destinatum, pro te de Marchia ipsa solemniter investivimus per Vexillum. Ita quod tempore congruo ad nostram accedas presentiam, ligium nobis in manibus nostris facturus hominium, & fidelitatis Juramentum personaliter prestiturus. Ne igitur hæc nostra concessio in dubium revocetur, sed debitam potius obtineat firmitatem, eam per presentis privilegii paginam confirmamus, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Ego Honorius, Catholicæ Eccles. Episcop.

Ego Nicolaus, Tusculanus Episcopus.

Ego Peregrinus Albanensis Episcopus.

Ego C. . . . th. Portuensis & Sanctæ Rufinæ Episcopus.

Ego Leo tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis.

Ego Petrus Sanctæ Prudentianæ tit. Pastoris Presbyter Cardinalis.

Ego Robertus tit. Sancti Stephani in Celiomonte Presbyter Cardinalis.

Ego Stephanus, Basilicæ XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis.

Ego Gregorius tit. Sanctæ Anastasiæ Presbyter Cardinalis.

Ego Thomas, tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardinalis.

Ego Guido Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis.

Ego Octavianus Sanctorum Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis.

Ego Gregorius, Sancti Theodori Diaconus Cardinalis.

Ego Rainerius, Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis.

Ego Romanus, Sancti Angeli Diaconus Cardinalis.

Ego Stephanus, Sancti Adriani Diaconus Cardinalis.

Ego Aldebrandinus, Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis.

Ego Egidius, Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis.

XLI.

XLI.

Friderici II. Roman. Regis Diploma, quo Potestati & Communitati Civitatis Paduæ severe injungitur, atque imperatur, ut ne Azonem VII. Marchionem Estensem in Juribus, Possessionibus & ditionibus suis impediant, sed quietem ejus sartam tectamque conservent, ac ne minimam quidem ei creent molestiam, d. d. 15. Kal. Octobr. An. 1220.

FRidericus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ. Per præsens scriptum notum facimus universis, tam præsentibus, quam futuris, quod nos recolentes servitia olim Azzonis, Marchionis Estensis, quæ nobis in Alemanniam eundo exhibuit, & considerando Justitiam Azzonis, Filii ejus, de mera liberalitate & gratia Majestatis nostræ præcipimus, & præsentis paginæ decreto statuimus in præsentia Potestatis, & Ambassatorum Paduæ, ut Potestas, & Communitas Civitatis Paduæ, de cetero Azzonem Marchionem Estensem olim præfati Azzonis Marchionis Estensis Filium, nullatenus impedire, inquietare, vel molestare, aut imbrigare præsumat de Jurisdictione, fodro, bannis, placitis, vindictis corporalibus, causis civilibus, pecuniariis & criminalibus, albergariis, factionibus, coltis, datiis, theloneis, & Communibus terrarum, qualitercunque consistant, & ceteris, quæ ad districtionem, honorem, Segnoriam, vel districtum pertinent, videlicet Estis. Calaonis, Montagnanæ, Tricontati, Sancti Salvarii, Merlariæ, Orbanæ, Casalis, Altauræ, Plagentiæ, Pauxii, Vicegoli, Gajoli, Cairatonicæ, Saleti, Milliarini, Cancelli, Sulexini, Vescovanæ, Villæ Sanctæ Aleriæ, Carmegnani, Angarani, Coreze, Sanctæ Catharinæ, & generaliter & universaliter omnium aliarum Terrarum, tam novalium, quam veterum, quas Azzo præfatus, bonæ memoriæ Pater ejusdem Azzonis Estensis, vel aliquis alius de ipsorum Antecessoribus aliquo tempore tenuit, vel possedit. Et si quid Communitas Paduæ, vel privatus, de his, quæ Antecessores præfati Marchionis melius habuerant, detineant occupata, eidem restituant. Præterea firmiter præcipimus & mandamus, ut Communitas Paduæ Palatium Estis in pristinum statum, sicut melius fuit, reædificent, reficiant, & restaurent ad opus Azzonis Marchionis superius nominati. Concedimus insuper eidem Marchioni Adamplaturas, & Communia, Valles etiam, & Paludes in Terris nominatis superius existentes. Statuentes, & præsentis paginæ auctoritate mandantes, quatinus nullus sit, qui contra hoc mandatum nostrum venire præsumat. Quod si quis præsumpserit, indignationem nostram, & pœnam quinque millia Marcharum argenti incurrat, quarum medietas Cameræ nostræ, altera vero passis injuriam persolvatur. Ad hujus autem rei memoriam præsentem inde scribi fecimus paginam, & sigillo nostræ Celsitudinis roborari.

Hujus rei testes sunt, Bertoldus, Patriarcha Aquilejensis, Ulricus, Patavinus Episcopus, Sifredus, Augustensis Episcopus, Jacobus, Taurinensis Episcopus, Henricus, Mantuanus Episcopus, Ludovicus, Dux Bavariæ, Comes Palatinus Reni, Tibboldus, Marchio de Hohenburk, Comes Evirhardus de Helfinstein, Rainaldus Dux Spoleti, Anselmus Marscalcus de Justigen, Conradus Camerarius de Werda, & alii quamplures.

Dat. apud Sanctum Leonem in castris prope Mantuam, Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo, Ducentesimo Vicesimo, Quinto Decimo Kal. Octobris, Indictione Nona, Regnante Domino nostro Friderico Dei gratia Illustrissimo Romanorum Rege semper Augusto, & Rege Siciliæ, Anno vero Romano regni ejus in Germania Octavo, & in Sicilia Vicesimo tertio, feliciter. Amen.

XLII.

Friderici II. Romanor. Imperatoris literæ, quibus Azonem VII. Marchionem Estensem & Anconensem de ditionibus & locis in ipsis literis nominatis investivit, ejusque Jura, Privilegia, & immunitates confirmavit, d. d. mens. Mart. An. 1221.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus Secundus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ. Imperialem decet clementiam justis postulationibus suorum fidelium benivolum præbere assensum, illorum maxime, quorum fidei puritas, & sincera devotio, & præclara obsequia nobis & Imperio exhibita plurimum recommendant. Ea propter notum facimus universis Imperii fidelibus tam præsentis ætatis, quam futuræ posteritatis, quod nos attendentes multimoda & accepta beneficia, quæ Progenitores dilecti fidelis nostri, Azzonis, Marchionis Estensis & Anconensis, Prædecessoribus nostris, claræ memoriæ, hactenus exhibuerunt fideliter & devote; & illa præsertim ad memoriam reducentes, quæ quondam Azzo, Pater Marchionis prædicti, & Aldebrandinus, Frater ejus, ad nostram Excellentiam fidelissime habuerunt: ad instar Progenitorum nostrorum, & eorum vestigia imitando, dictum Marchionem cum omnibus bonis suis, stabilibus & mobilibus, sub Imperii & nostra protectione ac defensione suscipimus speciali, & præsentis scripti Privilegio communimus. Concedentes eidem Marchioni, suisque heredibus, & Imperiali auctoritate, ex certa scientia, perpetuo confirmantes ea, quæ certis vocabulis inferius duximus nominanda. Videlicet, Estum, Calaonum, Cerum, Baonum, Solegi-

 num,

num, Villam cum ejus Curte, Montagnanam, Meradinam, Urbanam, Merlariam, Villam, quæ vocatur Plagenza, Coloniam cum ejus Curte, Villam Saleti, Casalem, & Viguzolum. Insuper concedimus, donamus, & largimur, & Imperiali auctoritate perpetuo confirmamus prædicto Marchioni & suis heredibus Comitatum Rodigi cum omnibus adjacentiis & pertinentiis suis in integrum. Ad hæc etiam concedimus, & donamus, & confirmamus eidem Marchioni, suisque heredibus integraliter Adriam & Adrianum cum omnibus adjacentiis & pertinentiis eorundem. Hæc autem omnia de certa scientia, & plenaria voluntate concedimus prædicto Marchioni, & heredibus suis donamus, & Imperiali auctoritate perpetuo confirmamus, cum jurisdictione plenaria, cum omni honore, districtu, & dominatu, & omnibus publicis functionibus, cum angariis & perangariis, cum jure mercati, pedagiis, & teloniis, tam in aqua, quam in terra, cum potestate animadvertendi in facinorosos, cum pratis, silvis, pascuis, venationibus, piscationibus, molendinis, terris cultis & incultis, aquis, aquimolliis, salectis, aquarumque decursibus, paludibus & cum omnibus, quæ ad integram & plenariam jurisdictionem pertinent, & pertinere videntur, sicut ea omnia Azzo, Pater Marchionis prædicti, & Obizo Marchio Avus prænominati Azzonis olim temporibus nostrorum Prædecessorum Imperatorum vel Regum, Divorum Augustorum juste habuisse, & tenuisse, ac possedisse noscuntur, vel alii nomine eorumdem. Et generaliter omnes Terras, possessiones, & bona omnia, quæ nunc idem Marchio, vel alii nomine suo tenent juste & possident ubique, concedimus ipsi Marchioni, & suis heredibus in perpetuum, & Imperiali auctoritate concedimus & confirmamus. Statuentes, & Imperiali edicto firmiter præcipientes, ut de cetero nulla Civitas, nullum Commune, nullus Dux, nullus Comes, Vicecomes, nulla Potestas, nulla unquam persona, magna vel parva, Ecclesiastica, vel Secularis, hujus nostri Privilegii paginam audeat infringere, vel ei aliquo temerario ausu contraire, sed rata permaneant prædicta omnia, & perpetuo penitus inconvulsa. Quicumque autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram se noverit graviter incursurum, & pro suæ temeritatis pœna quingentas libras auri optimi compositurum, medietatem Cameræ nostræ, reliquam Marchioni prædicto, & heredibus suis. Ut autem hæc omnia vera credantur, & perpetuam obtineant firmitatem, præsens Privilegium scribi, & Sigillo nostræ Celsitudinis jussimus inferius communiri, non obstantibus aliquibus Legibus, consuetudinibus, vel constitutionibus alicujus Civitatis, vel Communitatis, quæ contra prædicta facere viderentur.

Hujus rei testes fuerunt Ulricus, Patavensis Episcopus, Albertus Tridentinus Electus, Diupoldus, Marchio de Foburg, Bertoldus, Comes de Monte sacro, Enuardus, Comes de Festeme, Gotifredus, Comes de Blandrato, Anselmus de Justingen Marescalcus, Conradus de Werde, Camerarius, Fridericus de Stopho Pincerna, & alii quamplures Nobiles & Barones.

Signum Domini Friderici, invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti & Regis Siciliæ.

Acta sunt hæc apud Brundysium Millesimo Ducentesimo XXI. Mense Martii, Indictione VIIII. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore semper Augusto, & Rege Sicililiæ glorioso, Anno Regni ejus in Germania VIIII. in Sicilia XXIII. Imperii vero ejus Anno Primo feliciter, Amen.

XLIII.

Exemplum seu transsumtum Privilegii, quo Fridericus II., Rom. Imperator, Comacli homines sub protectionem Imperialem recepit, d. d. mense Januarii, An. 1231.

Fridericus Secundus, divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem & Siciliæ Rex. Imperialis Clementia ideo benigne consuevit fidelium petitiones admittere, ut & ipsi puritatem in fide & in servitiis suas arctius corroborent voluntates. Ea igitur ducti consideratione laudabili per præsens scriptum notum fieri voluimus universis Imperii fidelibus, tam præsentibus, quam futuris. Nos attendentes fidem puram, & devotionem sinceram, quam ad nos universi Cives Civitatis nostræ Comacli, fideles Nostri semper habuerunt & habent, de solita gratia Nostra, qua bene meritos & fideles Imperii Nostri consuevimus intueri. Civitatem ipsam, tamquam speciale domanium Imperii, & omnes Cives ejusdem, tanquam speciales homines & Piscatores nostros sub protectione, & defensione Nostra & Imperii, recipimus, & habemus, eis abundantiori gratia in perpetuum confirmantes Villas, Sylvas, portus, aquas, prata, possessiones & omnia alia tenimenta & jura, nec non & omnes libertates & immunitates, quas tam in Ripaticis, aquaticis, piscariis & prædictis aliis dudum temporibus Domini Imperatoris Friderici, Avi & Domini Imperatoris Henrici, Patris nostri recordationis inclytæ & usque ad hæc fœlicia tempora nostra tenuerunt, sicut eis omnibus usi sunt rationabiliter & quiete, salvo in omnibus jure Imperii. Mandantes & firmiter statuentes, quatenus nullus Comes, vel Baro, nulla Potestas, seu Commune, nulla persona alta, vel humilis, Ecclesiastica vel secularis, prædictam Civitatem Nostram Comacli & cives ejusdem super prædictis circa hanc protectionis & confirmationis Nostræ paginam molestare, seu temere perturbare præsumat; quod qui præsumserint,

præ-

præter indignationem Nostram quadraginta marcarum argenti pœnam se noverit incursurum, quarum medietatem Cameræ Nostræ, & reliquam passis injuriam adscribimus persolvendam. Ad hujus autem protectionis & Confirmationis Nostræ memoriam, & robur perpetuo valiturum, præsens scriptum fieri jussimus. Majestatis Nostræ Sigillo munitum. Hujus vero rei testes sunt D. Patriarcha Aquilegensis, Magdeburgensis, Ravennæ & Ponormitanensis, Archi-Episcopi, Sifridus Ratisbonensis, Imperialis Aulæ Cancellarius, Brixinensis, Curiensis, Mutinensis, Reginensis & Imolensis Episcopi. Dux Saxoniæ, Dux Meraniæ, Dux Karinthiæ, & Landgravius Thuringiæ, Comes H. de Horcemberg, Comes H. &c. Nassouve, Comes S. de Spannheimb, &c. Bellandia Gunzulinus & Ricardus, Imperialis Aulæ Camerarius & alii quam plures. Ego Sifridus Dei Gratia Ratisbonensis Episcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Serenissimi Coloniensis Archi-Episcopi & totius Italiæ Archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis Millesimo ducentesimo trigesimo primo, mense Januarii, quinta Indictione, Imperante Domino Nostro Friderico Secundo Dei gratia Invictissimo Romanorum Imperatore, semper Augusto, Jerusalem & Siciliæ Rege, Anno Imperii ejus Romani duodecimo, Regni Jerusalem septimo, & Regni Siciliæ trigesimo quarto feliciter, Amen. Datum Ravennæ, anno, mense & Indictione, præscriptis.

XLIV.

Instrumentum Donationis inter vivos, ab Andrea II. Rege Hungariæ, Uxori suæ, Beatrici, Filiæ quondam Domini Aldrovandini, Marchionis Estensis, factæ, d. d. 14. Maji, An. 1234.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Dominus Andreas Dei gratia Ungarie, Glorie, Galatie, Ramie, Servie, Laudemieque Rex, nomine mere ac pure & irrevocabilis Donationis, que esse dicitur inter vivos, donavit quinque millia Marchas argenti Domine Beatrici Regine, uxori sue, filie quondam felicis memorie Domini Aldrovandini, Marchionis Estensis, promittendo se daturum & soluturum predicte Domine Beatrici Uxori sue, & suis heredibus predictas quinque millia Marchas argenti hinc ad quinque annos completos, ita, quod in quolibet anno istorum quinque annorum solvere debeat, & sibi solvere teneatur, & suis heredibus mille Marchas argenti, obligando se, & suum Regnum totum, donec predictam pecunie quantitatem sibi & suis heredibus solverit & attenderit, ita quod ipsam pecuniam totam sive argentum predictum, apud se habeat, & habere debeat, & de ea, quicquid sibi placuerit ad suam voluntatem, & voluerit facere, faciat. Et in hoc sibi Dotem constituit. Concedendo etiam idem Dominus Rex Andreas eidem Regine omnes redditus, proventus, utilitates, rationes, & jura, que & quas ullo tempore hinc retro habuerunt, seu habere consveverunt Regine Ungarie. Et insuper faciens ei gratiam specialem promisit dare ei & solvere omni anno in vita sua, ultra Dotem, & omnia predicta de sua Camera speciali mille Marchas argenti, vel tantum, quod inde de suis redditibus possit tantum argentum ab ea omni anno percipi & haberi.

Et in continenti interrogatus idem Dominus Andreas, Dei gratia Rex Ungariæ a Domino Guidocto Dei gratia Episcopo Mantuano, si volebat Beatricem, filiam felicis memorie quondam Domini Aldrovandini, Marchionis Estensis, in suam Uxorem legitimam, & in ipsam ut suam Uxorem legitimam per verba de presenti consentire: Respondit, quod sic volebat, & sibi placebat, & dicebat, & faciebat in omnibus, ut dictum est superius. Et eodem modo interrogata predicta Domina Beatrix ab eodem Domino Episcopo Mantuano, si volebat Dominum Andream, Dei gratia Regem Ungarie, in suum virum legitimum, & in ipsum tamquam in virum legitimum per verba de presenti consentire: Respondit, quod sic volebat, & sic placebat, & dicebat, & faciebat in omnibus, ut dictum est superius.

His itaque interrogationibus & responsionibus sic factis, idem Dominus Andreas Rex eandem Dominam Beatricem desponsavit annulo maritali, consentiendo in eam, ut dictum est, in omnibus & per omnia. Et de omnibus predictis plura Instrumenta uno tenore inde fieri rogata sunt.

Interfuere testes Dominus Rumbertus, Dei gratia Srigoniensis Archiepiscopus, Dominus Bartholomeus Dei gratia Episcopus Vesperinus, Comes Maghinardus de Aquilucia, Comes Martinus de Sancto Martino, Comes Schenella de Tarvisio, Dominus Matheus de Corrigia, Dominus Castellanus de Gassaris, Dominus Wilielmus Vicedominus, Dominus Bonaventurinus de Archelardis, Dominus Arnaldus de Saviola, Milites Mantuani, Dominus Occatus de Padua, Dominus Raymondinus de Tarvisio, & alii testes quamplures.

Actum est hoc apud Albam Civitatem in Ecclesia Beate Virginis Marie, Millesimo, ducentesimo trigesimo quarto, Indictione VII. die Dominico, quarto decimo intrante Majo.

Ego Zanobonus de Lonato a Domino Frederico Rege Notarius interfui, & rogatus scripsi.

XLV.

XLV.

Tabula Societatis, amicitia & unionis, inter Ubertum Palavicinum, Dominum & Potestatem Cremona, Bossium de Douaria & Commune Cremona, ex una; nec non Azonem VII. Estensem & Ancona Marchionem, Ludovicum, Comitem Verona, ac Communia Mantua, Ferraria & Padua, ex altera parte, de mutua defensione facta, de An. 1259.

HÆc est forma societatis, amicitiæ, & unionis faciendæ, & firmandæ, & ineundæ inter Ill. Virum D. Ubertum Marchionem Palavicinum, Dominum & Potestatem Cremonæ, & Egregium Virum D. Bossium de Dovaria, & Commune Cremonæ, scilicet Partem Barbarasorum, quæ modo est Commune Cremonæ, & regit Cremonam, pro se, & omnibus amicis eorum, & dicti Communis Cremonæ, ex una parte, & Ill. Virum D. Azonem, Dei & Apostolica gratia Estensem, & Anconæ Marchionem & Magnif. Virum D. Ludovicum, Comitem Veronæ, & Communia Mantuæ, Ferrariæ & Paduæ, scilicet partem ipsorum DD. Marchionis & Comitis, & quæ nunc regunt ipsas Civitates & Communia, pro se, & omnibus eorum DD. & dictorum Communium amicis ex altera: ad honorem & reverentiam Omnipotentis Dei & gloriosæ Virginis Mariæ, & ad honorem, & augmentum, & exaltationem prædictorum DD. & Communium dictarum, Civitatum, & defensionem & bonum statum omnium amicorum prædictorum DD. & Communium Civitatum prædictarum. In primis videlicet, quod DD. Marchio Estensis, & Comes Veronæ, & Communia Mantuæ, Ferrariæ & Paduæ habeant semper, teneant, & foveant Excellentissimum D. Manfredum Regem Siciliæ, in Amicum, & dent operam, quod dictus D. Rex ad concordiam reducatur cum Ecclesia. Item quod Parentelæ fiant inter prædictum D. Marchionem Estensem, & D. Marchionem Pelavicinum, prædictum, & D. Bossium de Dovaria, & etiam inter Civitates Mantuæ & Cremonæ, & alios, qui fuerint in concordia, super quibus Parentelis faciendis statim, & continuo procedatur; Item quod inter ipsum D. Ubertum, Marchionem Pelavicinum, & dictum D. Bossium, & Commune Cremonæ ex una parte, & D. Marchionem Estensem, Ludovicum Comitem Veronæ, & Communia Ferrariæ, Mantuæ, & Paduæ, ex altera, pro se, & aliis amicis utriusque partis in Lombardia, Tuscia, & Marchia Trivixiana, & specialiter, pro amicis, & propinquis D. Marchionis Palavicini scilicet Ubaldino, Com. Oldroandino de Maritima, Com. Guidone Novello, & Simon ejus fratre, & Com. Guidone de Romena, eodem modo pro amicis de Tuscia, D. Marchionis Estensis firmetur, & juretur, quod omnia eorum jura per eorum antecessores, habita & possessa integre defendantur, & restituantur, & si restituta non fuerint, quod prædicti DD. Marchio Estensis, Comes Veronæ, & Communia Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ, pro se & omnibus eorum amicis toto posse teneantur eos offendere, & habere, & tenere, pro inimicis, & eos inimicari, qui eos restituere noluerint, & juretur, & firmetur ad honorem Dei, vera & pura societas communis, perpetua, & æqualis, ad juvandum & defendendum inter se vicissim omnibus suis viribus, & posse, ab omnibus volentibus offendere prædictos, seu aliquos prædictorum: & se in bono statu conservandum, & ad offendendum, & gverram faciendam omnibus inimicis prædictorum, & cujuslibet eorum, & eorum fautoribus, ad ignem & sanguinem & maxime Ezerino de Romano, & Alberico & suis filiis, & aliis suis sequacibus & fautoribus de Verona, Brixia, & Marchia Trivixiana. Salvo, si quis amicorum prædictorum D. Marchionis Pelavicini, Bossii de Dovaria, & Communis Cremonæ, & DD. Marchionis Estensis, Comitis Veronæ, & Communium Mantuæ, Ferrariæ & Paduæ, noluerint venire, & esse ad dictam societatem ipsi DD. & Communia prædicta teneantur eos habere pro non amicis, & contra illos unum alium teneatur defendere, & juvare, nec eis aliquo ingenio auxilium exhibere. Salvo quod mercatores de Tuscia semper secure possint ire, redire, stare, & conversari cum personis, & mercibus per Civitates, & Territoria Mantuæ, Ferrariæ, Paduæ & Cremonæ, dicto capitulo amicorum de Tuscia non obstante. Item quod DD. Marchio Estensis, Comes Veronæ, & Communia Mantuæ, Ferrariæ & Paduæ, in quantum possunt, dent operam, quod Commune & homines Placentiæ conservent Dominium, & privilegium honoris, & jurisdictionis collatæ ipsi D. Marchioni Pelavicino: quod si facere noluerint, teneantur ipsi DD. Marchio Estensis, Comes Veronæ, & Communia prædicta Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ, eos habere, tenere, & tractare pro inimicis & ipsis gverram facere, sicut dictus D. Marchio Pelavicinus, & Commune Cremonæ facient. Item, quod victa, seu quoquo modo vel casu excepta Civitate Brixiæ, DD. Marchio Estensis, & Comes Veronæ, cum dictis Communibus Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ, teneantur servare D. Marchioni Pelavicino & D. Bossio, & communi Cremonæ quicquid pars extrinseca Brixiæ ipsis concederet Dominii & honoris, sic quod ipsi DD. Marchio Pelavicinus, Bossius, & commune Cremonæ de ipsa Civitate Brixiæ, & districtu possint facere quicquid velint. Ita quod DD. Marchio Estensis, Comes Veronæ, & communia Mantuæ, Ferrariæ & Paduæ, teneantur cum suo Sfortio dare operam ad recuperandum, & eximendum de Dominio & potestate, & forcia perfidi Ezerini civitatem Brixiæ, & omnia loca ipsius Episcopatus & districtus Brixiæ, & ea omnia defendere & manutenere omni suo posse in Forcia, & Dominio prædicto D. Marchionis Pelavicini, & D. Bossii & communis Cremonæ, & se non intromittere ullo modo de Dominio & Signoria dictæ civitatis, seu Episcopatus, vel districtu Brixiæ. Item quod Parmenses de utraque parte, si voluerint venire ad hanc

hanc societatem, quod recipiantur, & pro amicis teneantur, tam ab ipso D. Marchione Pelavicino, & D. Bosfio Dovaria, & communi Cremonæ, quam à dictis D. Marchione Estense, Comite Veronæ, & communibus Mantuæ, Ferrariæ & Paduæ, & si qui venire voluerint ad hanc societatem, quod recipiantur, & pro amicis teneantur & tractentur; salvo quod dictus Marchio Estensis, & Comes Veronæ, & communia Mantuæ, Ferrariæ & Paduæ teneantur, quodsi qui de Parmensibus se rebelles facerent in offensionem ipsius D. Marchionis Pelavicini, vel communis Cremonæ, adjuvare, & defendere, dictum D. Marchionem Pelavicinum, & D. Bosfium, & commune Cremonæ, totis viribus atque posse, & rebelles, & offendentes hujusmodi pro inimicis habere, & tenere, salvo verbo secreto. Item quod dictis Civitatibus Veronæ, Vincentiæ, & Trivisii, Feltri, & Beluni, & omnibus terris, & locis, quæ tenentur per Ezerinum, & Albericum de Romano, sive sua sint, sive aliena in Verona, & Veronensi, & districtu & Marchia Trivixiana, solum capiendo, & Dominium dicto D. Marchioni Estensi, & Comiti Veronæ reserventur in eis, in quibus in habendo aliquod Dominium se voluerint intromittere ullo modo, dicti D. Marchio Pelavicinus, & D Bosfius, & commune Cremonæ teneantur omni suo ex forcio dare operam ad recuperandum & eximendum de Dominio perfidi Ezerini, & Alberici & filiorum, & suorum fautorum dictas civitates, terras, & loca, & ea defendenda & manutenenda dictis Dominis, & omnia alia loca, civitates, & terras, quæ tenentur pro dictis DD. in Marchia vel Verona, vel Veronensi, & in Feltro & Belluno. Item quod pro morte, & offensione Ezerini de Romano, & suorum fautorum assoldentur pro communibus Cremonæ, Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ, & communitatum Rodigii, & Lendenariæ, mille ducenti inter milites, & Equitatores, in quibus sint ducenti Balestrerii Equestres, de quibus militibus & Equitatoribus eligendis dicti Marchio Estensis, & Comes Veronæ eligant medietatem, & D. Marchio Pelavicinus aliam medietatem. Et insuper ducentorum Balestreriorum, qui stent super riperia Ollii principaliter ad offensionem ejusd. Ezerini, & ire debeant, & se trahere alio ubi etiam foret utile, & opportunum; pro offensione Ezerini, & suorum fautorum, & salute, & defensione amicorum, & assoldari debeant dicti milites de extraneis personis, si haberi potuerint; quæ non teneantur facere pro aliquo ex dictis communibus, & solvi debeant à dictis communibus, secundum magnitudinem facultatum cujuslibet dictarum Civitatum, & locorum, in hunc modum, quod commune Cremonæ debeat solvere quartam partem dictorum militum, & Equitatorum, & Balestreriorum: Et communia Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ reliquas tres partes, euntibus nuntiis dictorum DD. & Communium, ad eos assoldandum, & solvendum dictis militibus, & Equitatoribus, de quibus dictus D. Marchio Pelavicinus esse debeat Dominus, & Capitaneus donec Ezerinus, vel gens sua steterit in Brixia, vel districtu, & debeant dicti milites assoldari quousque gverra præsens durabit, & victus fuerit Ezerinus, & debeat esse Capitaneus D. Marchio Pelavicinus dictorum militum, & Equitatorum, & Balestreriorum, in tota terra, & districtu Brixiæ, & Brixianæ, Cremonæ, & Cremonensi, & omnibus aliis partibus à flumine Ollii citra; à flumine vero Ollii ultra extra districtum Brixiæ, sint DD. & Capitanei prædicti DD. Marchio Estensis, & Comes Veronæ; & si prædicti DD. essent in aliquo exercitu, vel cavalcata communi: Quod unusquisque sit Dominus, & Capitaneus suæ electionis; Item super Capellettis bannitis Cremonæ, vel qui habentur & tenentur pro bannitis Cremonæ; quod D. Marchio Estensis & Comes Veronæ, & dicta communia Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ non debeant dare ipsis Capellettis, aliquod Consilium, auxilium ac adjutorium, vel favorem contra dictos DD. Marchionem Pelavicinum, & D. Bosfium, & commune Cremonæ, & partem Barbarasorum. Eodem modo D. Marchio Pelavicinus, Bosfius, & commune Cremonæ, teneantur etiam non dare aliquod consilium, auxilium, vel favorem contra D. Marchionem Estensem, Comitem Veronæ, & Communia Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ, bannitis dictorum DD. vel communium, & eis inimicari ad voluntatem & placitum DD Marchionis Estensis, Comitis Veronæ & communium Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ, salvis, & exceptis Ferrariensibus & Mantuanis, in hac compositione, & societate notatis. Item quod omnes banniti pro facto Marchariæ, & omnes eorum homines, & ejus occasione, & homines Ubaldini de Campedello & Mozolini banniti occasione Marchariæ, vel occasione dictorum DD. & quod Conradus de Calarosis, & nepotes filii fratris habeant fruges suas, restitutis eis omnibus, & eorum hominibus possessionibus, quas habebant tempore quo exierunt de Mantua, exceptis gvastis ipsis factis, & venditionibus, si quas fecerunt, de quibus nulla fiat restitutio, & quod ipsi omnes possint statim firmata societate mittere uxores, & familias, & nuntios suos ad colligendum fruges suas, & stare super possessionibus suis, & possint, & debeant habitare in civitate & districtu Mantuæ ab uno anno proxime venturo ultra, cum securitate parentelæ & juramentorum, ad hoc, ut sint fideles amici DD. Marchionis Estensis, & Comitis, & communis Mantuæ. Item quod locus de Urciis, & locus Ustiani, & omnes aliæ terræ de Brixiana, quæ venerunt ad istam potestatem quomodocunque eventu, vel modo debeant defendi, muniri & gvarniri, usque ad medium mensem Julii proxime venturum communibus expensis dictorum DD. & Communium, videlicet in hunc modum, quod commune Cremonæ debeat facere quartam partem ipsarum expensarum tantum; & communia Mantuæ, Ferrariæ & Paduæ, reliquas tres partes, & etiam securari debeant per dictos DD. & Communia circa Ezerinum de Romano, & commune Brixiæ, & suos fautores, si Ezerinus, vel commune Brixiæ ad obsi-

obsidionem alicujus prædictorum temptaverit venire, vel mittere secundum facultatem, & magnitudinem cujuslibet ex dictis Communibus. Idem quod dicti DD. & quilibet ex dictis Communibus, & subjecti, & amici sui, se debeant munire equis, & armis, & balestris, tam in militibus, quam in populo. It. quod præfati DD. Marchio Estensis, Comes Veronæ, & communia Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ, dent operam totis viribus, bona fide, & sine fraude per se, & suos Nuntios, & Ambasciatores eorum, cum requisiti fuerint per ipsum D. Marchionem Pelavicinum, & commune Cremonæ, quod ipsi, & commune Cremonæ, & omnes, & singuli civitatis, & Episcopatus Cremonæ, tam Laici, quam Clerici, cujuscunque conditionis & dignitatis exhimantur, extrahantur, & absolvantur ab omnibus, & singulis excommunicationibus, & interdictis, & depositionibus, & irregularitatibus & sententiis contra eos factis, vel latis, seu illatis per Sedem Apostolicam, seu per Legatos generales, vel speciales Sedis Apostolicæ, seu per aliquam Ecclesiasticam personam, & quod in istum statum restituantur ex integro per Sedem Apostolicam, & in gratiam ipsius Sedis Apostolicæ reducantur, & quod omnes injuriæ, & offensiones, & excommunicationes factæ, & damna illata per ipsos DD. Marchionem Pelavicinum, Bossium de Dovaria & commune Cremonæ, seu per aliquam singularem personam civitatis, vel districtus Cremonæ, alicui Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ personæ, vel alicui alii occasione præsentis gverræ, per Sedem Apostolicam, nullo dato, libere remittantur: Et quod electiones, seu promissiones super electionibus factis per Capitulum Cremonæ, & alias Ecclesiasticas personas, seu Capitula confirmentur per Sedem Apostolicam; & quod litteræ impetratæ à Sede Apostolica, seu ejus Legatis super aliqua Ecclesia, seu beneficio Cremonensis Diœcesis cassentur, & irritentur ad voluntatem dicti D. Marchionis Pelavicini, & D. Bossii, & communis Cremonæ, & partis Barbarasorum. Item quod Ezerinus de Romano, & Albericus, & sui hæredes, & sui fautores excludantur, quod nunquam possint recipi ad hanc societatem. Item quod omnibus amicis prædictorum DD. & communium, qui recipientur ad hanc societatem, qui voluerint dicere, se habere jus in aliquibus possessionibus seu juribus per aliquos alicujus partis detentis, quod fiat ratio per arbitros communiter electos. Item quod fruges dimittantur per D. Marchionem Estensem, & commune Ferrariæ, DD. Henrico, & Suximello de Rambertis, & Jacobo de Gontardus, & aliis de domibus eorum, & suis hominibus, & Vassallis, ipsis valentibus stare in Cremona, & Cremonensi, & non veniendo in Mantuam, vel Mantuanam, vel in Ferrariam, vel districtum hinc ad unum annum, & ab inde recipiantur in Civitate Ferrariæ super suis possessionibus cum securitate parentelæ, & juramentorum: ad hoc ut sint amici, & fideles D. Marchionis Estensis, & communis Ferrariæ, habendo Nuntios suos societate jurata in Ferraria, & districtu, qui colligant fruges suas, & procurent eorum negocia. Item quod prædicta societas, & omnia, & singula, quæ in ea continentur perpetuo rata, & firma permaneant, & inviolabiliter debeant observari; Et quod non petatur, nec accipiatur aliqua absolutio, seu licentia super prædictis, vel aliquo eorum, à D. Papa, vel Imperatore, seu aliqua alia persona, quæ concessionem vel absolutionem posset facere super prædictis; Et si concessa vel data fuerit; non valeat, nec recipiatur; Et etiam si data fuerit, nihilominus dictæ partes ad prædicta omnia, & singula teneantur, & se teneantur astrictæ per hoc sacramentum, pro quibus omnibus prædictis attendendis, & servandis, à dictis DD. & Communibus præstentur bonæ securitates, & promissiones, & specialiter Excellentiss. D. Manfredus Rex Siciliæ detur pro fidejussione ab utraque parte, si esse poterit, & etiam præstentur, & fiant securitates ubi melius haberi poterunt, sive in Civitate Venetiarum, vel Bergomi, aut Parmæ, vel Regii, & etiam de civibus Cremonæ, Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ, prout utriq; parti placuerit: & intelligatur commune Cremonæ pars Barbarasorum, quæ est in civitate modo, & regit ipsam civitatem, & nunc est commune Cremone, & eodem modo intelligatur in civitatibus Mantuæ, Ferrariæ, & Paduæ, partes dictorum DD. Marchionis Estensis, & Comitis Veronæ, quæ nunc regunt ipsas civitates esse Communia.

XLVI.

Mandatum plenum, quo Raynaldus & Obizo, Marchiones Estenses, Gasparino de Stangiis & Albertino de Bobus, Civitatem & districtum Ferrariensem Romanæ Ecclesiæ Jurisdictioni esse subjectam, libere confitendi concesserunt potestatem, d. d. 23. Septembr. An. 1328.

IN Christi Nomine Amen, ejusque Nativitatis millesimo, trecentesimo, vigesimo octavo, Indictione XI. die vigesimo tertio mensis Septembris, in Palatio, in Camera, infrascriptorum Dominorum, præsentibus testibus vocatis & rogatis, Domino Joanne de Campo Milior, D. Nicolao Dni fratris Bonajaculi à tabula, magno Bartholomæo a Palea, Majo & Catone Nostro Cameræ infrascriptorum Dominorum & aliis. Nobiles viri Domini Raynaldus & Obizo fratres, filii olim bonæ memoriæ Domini Aldovrandini Marchionis Estens. nomine suo, & vice, & nomine Nicolai eorum fratris, pro quo promiserunt, de rato fecerunt, ordinaverunt, & constituerunt discretos & probos viros, Dominum Gasparinum de Stangliis, legum Doctorem, Judicem suæ Curiæ, & Dominum Albertinum à Bobus filium quondam Domini Jacobini, Notarium Cameræ eorum præsentes volentes ac mandatum in se sponte suscipientes & quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit potior conditio occupantis, suos viros & dicti sui fratris veros & legitimos procuratores, nuncios & syndicos speciales & negotiorum Gestores, quocunque

cunque nomine melius nuncupari possint, ad præsentandum se conspectui Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini Joannis divina providentia Sacros. Roman. Ecclesiæ Papæ XXII. & tam coram præfato Sanctiss. Patre, quam coram alio, seu aliis quibuscunque præsertim ab eodem Domino Papa super hoc deputato vel deputandis, & coram Sacro Collegio Reverendorum Patrum, Dominorum Cardinalium ad recognoscendum & conspiciendum, quod Civitas & Diœc. Ferrariensis & ejus districtus cum ipsorum juribus & pertinentiis in temporalibus & spiritualibus fuerunt & sunt & esse debent de Jurisdictione & Potestate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & de Dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ & ad eandem Ecclesiam in spiritualibus & temporalibus in quo ad merum & mixtum Imperium & altam & bassam, & omnimodam jurisdictionem & pleno jure pertinent & pertinuerunt ab antiquo, & quod prædicti Raynaldus, Obizo & Nicolaus non habuerunt nec habent aliquod jus in prædictis Civitate, Districtu & Ditione, & ejus juribus & pertinentiis, neque in eorum aliquibus, nec in aliquo eorundem, & ad renunciandam & resignandam dictam Civitatem & omne jus, quod posset dici eis competere, vel competiisse in prædictis, vel eorum aliquo, aut circa ea, vel aliquo eorundem in manibus prædicti Sanctissimi Patris, seu alterius deputati, vel deputandi, cum salvis & reservatis præfatis Nobilibus Viris, omnibus & singulis domibus, possessionibus, & rebus, ac juribus, quæ de jure pertinent ad prædictos Nobiles Viros in ipsa Civitate Ferrariensi & ejus Diœc. ac districtu. Ita tamen quod verba proxime dicta & prædicta reservatio facta, dictis Nobilibus non referant ad Jus, Jurisdictionem, vel Dominium dictæ Civitatis & Comitatus ejusdem vel ad aliquod supradictorum, nec non ad submittendum simpliciter & totaliter dictos, Raynaldum, Obizonem & Nicolaum misericordiæ & gratiæ prædicti Sanctissimi Patris, Domini Papæ & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & eorum Jurisdictione & mandatis, & ad petendum & obtinendum beneficium absolutionis & restitutionis in integrum a quibuscunque processibus, sententiis & pronunciationibus tam excommunicationis & suspensionis, privationis bonorum & dominii, quam hæresis cujuscunque, quacunque de causa per dictum Sanctissimum Patrem contra ipsos latis, judicatis, seu publicatis, seu per legatum & deputatum ab eodem, nec non per Reverendum Patrem, fratrem Guidonem, Episcopum Ferrariensem, sive Jure ordinario, sive commissione sibi facta, vel alio quocunq; modo, sive per se, sive cũ quibuscunq; inquisitoribus hæreticæ pravitatis, & a quibuscunq; aliis sententiis, sive a Jure, sive ab homine prolatis incurrissent, & ad dicendum, affirmandum dicunt & affirmant, dixerunt & affirmaverunt, quod ipsi Domini constituentes fuerunt semper, & sunt & esse volunt & intendunt vere Christiani & filii & devoti Sanctæ Matris Ecclesiæ & Domini nostri summi Pontificis supradicti, & crediderunt & confessi fuerunt & credunt & confitentur omnes articulos fidei & quod Sancta Mater Ecclesiæ tenet, docet & prædicat, & Dominus summus Pontifex supradictus, & quod in eadem & circa ea nunquam erraverunt, nec errant, & ad negandum eos errasse in articulis fidei, aut in his quæ Sancta Mater Ecclesia tenet, docet & prædicat; et ad faciendum omnes & quascunque alias confessiones & recognitiones de prædictis & eorum quolibet & in eis omnibus & singulis & circa ea omnia & singula & ad recipiendum & acceptandum omnes preces ipsorum, & omnes sententias a prædicto Sanctissimo Patre, vel ejus Principali Commissario deputato ad hoc, quod & quæ idem Sanctissimus Pater dictis Nobilibus Raynaldo, Obizoni, & Nicolao, & in eos promulgare voluerit, & de hujusmodi sententiis & præcepto consentiendum, & ea emologandum & obediendum & adjurandum corporaliter in ipsorum constituentium animas, quod ipsi omnia & singula per dictos Procuratores eorum promissa vel promittenda observabunt, & quodlibet aliud sacramentum in eorum animas præstandum, & ad omnia alia & singula faciendum, quæ in præmissis & circa præmissa requiruntur, & dicti constituentes facere possent, si personaliter præsentes essent, etiamsi mandatum exigant speciale. Nec non promittendos dictos Procuratores, vel aliquem ipsorum non revocare, ex nunc cessant & revocant ipsam revocationem & quicquid per eos, vel eorum alterum factum, gestum, ordinatum & promissum erit circa omnia & singula supradicta & quodlibet supradictorum se ratum & firmum perpetuo habituros, & ad promittendum & dictos Nobiles Raynaldum, Obizonem & Nicolaum & Bona ipsorum obligandum, & ad recipiendum, subeundum & adimplendum omne illud, & omnem pœnitentiam & pœnam personalem, pecuniariam & realem per prædictum Sanctissimum Patrem imponendam & injungendam pro prædictis & pro satisfactione cujuslibet prædictorum & ad submittendum prædictos & quemlibet eorum propter prædicta & quodlibet prædictorum, coërcitioni & compulsioni Cameræ dicti Sanctissimi Patris, ejusque Curiæ & Domini Marescalli Curiæ & Cameræ cujuslibet alterius, Curiæ tam Ecclesiasticæ, quam secularis, & concedentes prædictis suis Procuratoribus & cuilibet eorum in solidum, plenum liberum & generale Mandatum, ac etiam speciale cum plena, libera ac generali administratione gerendi, & cum effectu executioni mandandi omnia & singula suprascripta & quodlibet suprascriptorum, promittentes prædicti Nobiles Raynaldus & Obizo eorum nomine, ac vice & nomine D. Nicolai, eorum fratris, pro quo ut supra de rato promiserunt pro omnibus & singulis suprascriptis & quodlibet suprascriptorum firmiter attendendis & observandis mihi Notario infrascripto tanquam Personæ publicæ vice & nomine stipulanti & recipienti, vice & nomine præfati Sanctis-

ctissimi Patris & Domini summi Pontificis Sedis Apostolicæ Romanæ per se, suosque hæredes perpetuo habituros rata, grata & firma omnia & singula, quæ prædicti Procuratores, vel alter ipsorum duxerint facienda, sub pœna & obligatione omnium bonorum suorum & pœna decem millium Marcarum argenti solvendarum per dictos Nobiles & applicandarum Cameræ dicti Domini Papæ, me Notario, tanquam publica persona vice & nomine dicti D. Papæ, & Cameræ supradictæ recipiente, & legitime stipulante, si per prædictos Nobiles, seu alterum ipsorum in præmisis, seu aliquo præmissorum extiterit conventum, seu quomodolibet attentatum seu præmissa omnia & singula totaliter, vel perfecte non fuerint observata, seu etiam adimpleta. Quæ pœna toties committatur, & exigi posset, quoties per prædictos Nobiles seu ipsorum alterum in præmissis seu præmissorum aliquo quocunque, vel causa extiterit conventum omnibus & singulis suprascriptis, ratis, firmis & salvis in suo robore permanentibus, volentes insuper, & mandantes, & me Notarium infrascriptum de hoc specialiter rogantes, quod hoc institutum possit corrigi & emendari, & in eo addi & minui, & etiam de novo fieri, secundum quod visum fuerit dicto Sanctissimo Patri & per ipsius Mandatum, ut præmissa & quodlibet præmissorum sortiantur effectum.

Actum & datum in Civitate Ferrariæ loco & tempore suprascriptis sub sigillo consueto dictorum Dominorum Marchionum in præsentia testium suprascriptorum, & mei Notarii intimi.

XLVII.

Literæ Beltrandi, Hostiens. & Veltiens. Episcopi, Apostolicæ Sedis Legati, quibus nomine Joannis XXII. Pontif. Maximi, Raynaldum, Obizonem & Nicolaum, Marchiones Estenses, Civitatis, Comitatus & ditionis Ferrariensis Vicarios constituit, d. d. 11. Januarii, An. 1331.

Beltrandus, miseratione Divina Hostiens. & Veltiens. Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus. Nobilibus Viris Raynaldo, Obizoni & Nicolao fratribus, Marchionibus, salutem in Domino. Dudum SS. Pater & Dominus noster, Dominus Joannes divina providentia Papa XXII. inter alia Nobis commissa per eum, postquam vos ad gratiam reconciliationis admisit, suas nobis direxit literas in hac forma:

Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili Fratri, Biltrando, Episcopo Hostiens. Apostolicæ Sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem: Considerantes devotionem & fidem, quas progenitores dilectorum filiorum Nobilium Virorum, Raynaldi & Obizonis ac Nicolai Fratrum, Marchionum Estens. habuerunt, & quam diu illis vita superfuit ad Sanctam Romanam Ecclesiam servaverunt, nec non & quam humiliter prædicti Nobiles ad eandem Ecclesiam, a cujus obedientia & devotione aversi, perverso ducti consilio, fuerant, novissime revocandos; Et ut eos ad hoc fortius astringamus, ipsos de fratrum eorundem consilio decrevimus Civitati Nostræ Ferrariensi ac Comitatus & districtus ejusdem, usque ad decennium, sub forma, quæ sequitur inferius, Nostros & Ecclesiæ prædictæ Vicarios ordinare, videlicet, quod ipsi, & eorum quilibet in solidam jurisdictionem omnimodam temporalem cum mero & mixto Imperio ad eandem Ecclesiam inibi pertinentes autoritate Nostra & ejusdem Ecclesiæ usque ad dictum tempus per se, vel alium, seu alios, quem, vel quos ad hoc deputaverint, exercendi, nec non ponendi, constituendi, destituendi & removendi potestates, judices & cæteros Officiales, qui possint & debeant quæstiones & causas tam Criminales, quam Civiles & cujuscunque generis motas & movendas inter Cives & Incolas ac habitatores Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum & quoscunque alios ratione delicti, contractus, vel rei, vel alios quomodocunque ad ipsorum forum spectantes audire, & de illis cognoscere easque definire, & fine debito terminare, ac executioni mandare, & insuper colligendi & percipiendi omnia telonea, pedagia, datia &c. gabellas, ac omnes & singulos fructus, reditus & proventus, quocunque nomine censeantur Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum, & de ipsis omnibus & singulis faciendi & disponendi, prout eis videbitur faciendum, seu etiam disponendum, alienatione tamen bonorum ejusdem Ecclesiæ in eadem Civitate, Comitatu & districtu eisdem interdicta, nihilominus habeant potestatem, constitutione, quæ per felicis recordationis Clementem Papam V. prædecessorem Nostrum, ne dicti Marchiones in eisdem Civitate, Comitatu & districtu Vicariatum, Dominium, vel officium, aut regimen aliquod habere, obtinere, vel exercere valerent, facta fuisse dicitur, non obstante; Ita tamen, quod ipsi communiter & hæredes hic quolibet Anno dicti decennii decem millia florenorum boni & puri auri, & legalis ponderis in duobus terminis, qui sequuntur, videlicet mediationis instanti Festo Nativitatis Domini, & aliam dimidiam dictorum decem millium florenorum in subsequenti nativitate Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Mensis Junii, nobis & Successoribus nostris, Romanis Pontificibus, & eidem Ecclesiæ in Romana Curia ubicunque ipsam esse contigerit suis periculis & expensis absque alia diminutione Census nomine persolvere integraliter teneantur.

Quocirca fraternitati suæ per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus eosdem Marchiones, Nostro & Ecclesiæ prædictæ

dictæ nomine Vicarios Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum, juxta formam prædictam, procures usque ad dictum tempus, cunctatione sublata qualibet, ordinare ipsos per te, vel alium, seu alios in possessionem præmissorum & quasi possessionem eorundem nihilominus inducturus ac recepturus ab ipsis, & eorum quolibet de solvendis singulis annis dicti decennii, dictis decem millibus florenorum auri, terminis expressis superius, cautione idonea, prout in nostris literis aliis, quas sibi mittere intendimus, super hoc plenius continetur. Datum Avinioni II. Kal. Julii Pontificatus Nostri anno tertio decimo.

Cum itaque in instantibus Kal. Julii de prædicto decennio, ad quod idem D. Noster vos Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum decrevit, ut præmittitur, vicarios ordinare, trium annorum tempus debeat terminari, sicut ex prædictis & cæteris aliis Apostolicis literis potest liquido apparere, nosque omnia & singula dudum per vestros Ambasiatores, procuratores & nuncios in Romana Curia nomine vestro habita, acta, facta seu promissa, ac alia per eundem Dominum in facto reconciliationis hujusmodi ordinata, mandata & eisdem Ambasiatoribus, Procuratoribus & nuntiis in personas vestras injuncta, acceptanda, approbanda, ratificanda duxeritis, & etiam innovanda & de solvenda pecunia in eisdem expressa literis juxta ipsorum tenorem in singulis annis ac terminis de decennio prædicto restantibus, nec non de servando fidelitatem ipsi Domino Nostro Papæ, Successoribus suis, & Ecclesiæ prælibatæ ac de mittendo ac assignando libere Domino Nostro, Successoribus, & Ecclesiæ prælibatis ac deputandis ab eis, lapso dicto decennio Civitatem, Comitatum & districtum prædictis cum suis juribus & pertinentiis universis, obligationes & fidejussiones idoneas præstiteritis, juxta tenorem aliarum literarum Apostolicarum, nobis super hoc directarum, prout in diversis publicis instrumentis inde confectis plenius continetur. Nos, receptis obligationibus & fidejussionibus supradictis, ac promissionibus aliis, de quibus vidimus expedire, volentes commissa nobis super concessionem Vicariatus ejusdem exequi reverenter, vos & vestrum quemlibet in solidum, Civitatis, Comitatus & Districtus prædictorum pro ipsis Domino Nostro Papa & Ecclesia Romana, Vicarios, usque ad tempus, quod de præfato decennio ex nunc in antea restare dignoscitur, auctoritate Apostolica nobis, ut præmittitur, in hac parte commissa, tenore præsentium ordinamus, exercendi per vos, vel alium, seu alios Jurisdictionem omnimodam temporalem, cum mero & mixto Imperio ad eandem Ecclesiam inibi pertinentem, ac ponendi, constituendi, destituendi & promovendi potestates, judices & cæteros officiales, qui possent, & debeant, quæstiones & causas, tam criminales, quam civiles, audire & de illis cognoscere, nec non omnia & singula alia faciendi, gerendi & exercendi, quæ in eisdem literis nobis directis super concessione Vicariatus hujusmodi continentur. Constitutione prædicti Clementis, quæ in contrarium facta præcise dicitur, non obstante, vobis & vestram cuilibet in solidum concedentes autoritate prædicta plenariam potestatem. Alienatione tamen bonorum ejusdem Ecclesiæ in eisdem Civitate, Comitatu & districtu vobis & vestrum cuilibet penitus interdicta. Quocirca nobilitatem vestram rogamus, monemus & hortamur attente, quatenus sic hujusmodi Vicariatus officium, ad honorem Domini nostri & Ecclesiæ prædictorum, ac districtualium ipsorum Civitatis & districtus quietem & pacem, curetis laudabiliter exercere, quod inde Deo acceptabiles & mundo commendabiles vos reddatis, ac Dominum Nostrum & Ecclesiam supradictos ex hoc constituatis in vestris honoribus promptiores.

Datum Bononiæ 11. Jan. Pontificatus ejusdem Domini Joannis Papæ XXII. Anno sexto decimo.

XLIIX.

Literæ Caroli IV. Rom. Imperat. quibus Aldobrandinum, Nicolaum, Fulconem, Ugonem & Albertum, fratres, Marchiones Estenses, de Comaclo ejusque territorio investit, d. d. 16. Kal. Decembr. An. 1354.

CArolus, Dei Gratia Romanorum Rex, semper Augustus & Bohemiæ Rex &c. Nos &c. Nobiles Aldobrandinum, Nicolaum, Fulconem, Ugonem, & Albertum, Filios quondam Nobilis, Ubizonis, Marchionis Estensis, fideles nostros dilectos, quorum fidei puritas, & præclara suorum majorum obsequia exhibita, plurimum recommendant, cum omnibus bonis suis, mobilibus & immobilibus & se moventibus sub Sacri Imperii & nostra protectione & defensione recipimus, specialiter, ac præsentis scripti patrocinio communimus; Insuper concedimus, donamus, transferimus, & largimur Regia liberalitate, & ex certa scientia in perpetuum suprascriptis fratribus Aldobrandino, Marchioni Estensi, Nicolao, Fulconi, Ugoni, & Alberto & eorum hæredibus, seu Successoribus legitimis &c. nec non Dondacchio de Malvicinis de Fontana de Civitate Placentiæ, & Philippo de Murano, Jurisperito, & officiali Marchionis præfati, ipsorum Ambasciatoribus & Procuratoribus &c. per nos nostrosque Successores in perpetuum, Jure Nobilis Feudi, Comaclum, sive Terram Comacli, Valles, terram cultam & incultam, nemora & buscos, venationes & sylvas, piscationes & aquas salsas & dulces dictæ terræ & Civitatis Comacli, ejusdem Diœcesis sive Territorii & cum omnibus aliis & singulis connexis & dependentibus ab eadem, cum omni honore & Jurisdictione, di-

ſtrictu & dominatu, ac mero & mixto Imperio & Bailia. Concedimus inſuper & in perpetuum per Nos & Noſtros Succeſſores ipſi Aldobrandino, Marchioni & Fratribus antedictis, eorumque Heredibus & Succeſſoribus, nec non Procuratoribus antedictis, omnia alia Jura, Jurisdictiones omnes, titulos, faſces, dignitates, Fodia, Regalia, Vectigalia, pedagia, thelonea, ancidas, in dictis locis, diſtrictu & Territorio, ſuiſque omnibus pertinentiis, quæ ad Nos, ac Sacrum Romanum Imperium de Jure pertinent, & pertinere noſcuntur, &c.

Hoc amplius eidem Aldobrandino & Fratribus antedictis, ſuiſque hæredibus, & Succeſſoribus, nec non eorum Procuratoribus, ut ſupra, auctoritate Regia & ex certa ſcientia confirmamus omnes & ſingulas conceſſiones, largitiones, donationes, liberalitates & munificentias, quaslibet factas tam in perſonam proavi ſui Obizonis a Rudolpho Romanorum Rege, Prædeceſſore noſtro, quam in perſonam Atavi ipſorum Obizonis, Marchionis Eſtenſis a Friderico Secundo, olim Romanorum Imperatore, Prædeceſſore noſtro, & in perſonam cujuslibet alterius prædeceſſoris ipſorum, a quibuscumque aliis retro Principibus & Regibus Romanis.

Et pro prædictis Jure Feudi conceſſis iisdem Aldobrandinus, & Fulco in præſentia noſtri conſtituti, ſuis nominibus, nec non una cum præfatis Dondacchio & Philippo Procuratorio nomine antedicto, ad hoc ſpecialiter conſtituti nomine & vice Dominorum Nicolai, Ugonis Alberti, Fratrum abſentium, tamen nobis recipientibus noſtro & Succeſſorum noſtrorum nomine, Juramentum corporale Fidelitatis homagii præſtiterunt ſuper omnibus & ſingulis, quæ in Sacramento Fidelitatis habentur, & in ipſius Fidelitatis capitulis continentur.

Datum Mantuæ anno Domini milleſimo tercenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione Septima, Decimo Sexto Calendas Decembris, Regnorum Noſtrorum Anno Nono.

XLIX.

Literæ Caroli IV. Rom. Imperat. quibus Nicolaum, Ugonem, Albertum & Ubizonem, Marchiones Eſtenſes de Comaclo, ejusque territorio inveſtivit, d. d. Kal. Januar. An. 1361.

CArolus Quartus, Divina favente Clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex &c.

Habito reſpectu ad conſtantis Fidei puritatem, & præclara meritorum obſequia, quibus Nobiles Nicolaus, Ugo & Albertus, Fratres, Filii quondam Ubizonis, Marchionis Eſtenſis, & Nobilis Obizo f. q. Aldobrandini Marchionis Eſtenſis, noſtri & Sacri Imperii dilecti fideles, noſtræ Celſitudini placuerunt &c.

Concedimus de Noſtra Imperiali Munificentia, præfatis Nicolao, Ugoni, Alberto & Ubizoni, & eorum heredibus & Succeſſoribus nec non & Nobili Dondacchio de Malvicinis de Fontana de Civitate Placentiæ, ipſorum Ambaſciatori & Procuratori, per Nos, Noſtrosque Succeſſores, in perpetuum, Jure Nobilis Feudi, Comaclum ſive terram Comacli, Valles, Terram cultam & incultam, nemora & Buſcos, venationes & Sylvas, piſcationes & aquas ſalſas & dulces dictæ terræ & Civitatis Comacli, ejusdem diſtrictus ſive Territorii, cum omnibus aliis & ſingulis connexis & dependentibus ab eadem, cum omni honore, cum Jurisdictione, diſtrictu & dominatu, ac mero & mixto Imperio & Bailia. Concedimus inſuper in perpetuum Noſtro & Succeſſorum Noſtrorum nomine, ipſis & eorum Heredibus & Succeſſoribus, &c. omnia alia Jura, Jurisdictiones &c.

Confirmamus inſuper ex certa ſcientia, prædictis, Nicolao, Ugoni, Alberto & Ubizoni ipſorumque Heredibus & Succeſſoribus, nec non eorum Procuratori antedicto, recipienti nomine, quo ſupra, omnes & ſingulas conceſſiones, largitiones, donationes, libertates & munificentias quaslibet, tam progenitoribus ipſorum, quam ipſis a Divis, Rudolpho, Romanorum Rege, & Friderico Secundo, Romanorum Imperatore, & aliis Romanorum Imperatoribus & Regibus, noſtris Prædeceſſoribus factas, ſeu conceſſas, ipſasque omnes & ſingulas ratas & gratas habentes, Auctoritate Imperatoria, ex certa ſcientia confirmamus.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini Caroli Quarti Romanorum Imperatoris Invictiſſimi & Glorioſiſſimi, Bohemiæ Regis.

Teſtes hujus rei ſunt Venerabiles Erneſtus Sanctæ Pragenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Joan. Olomucenſis, Joannes Argentinenſis, & Paulus Friſingenſis, Eccleſiarum Epiſcopi. Illuſtres Rubertus Senior, Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapifer, & Dux Bavariæ, Ridalbarus Brunſuicenſis, & Henricus Legnicenſis, Duces Spectabiles, Fridericus Burgravius Norimbergenſis, Joannes & Ulricus Landgravius Lutenbergenſis. Burcardus Burgravius Maidelburgenſis, Magiſter Curiæ noſtræ Imperialis, & Nobiles Spirico de Haſemberg, Supremus Cameræ noſtræ Magiſter, Thimo de Oldua, Magiſter Cameræ noſtræ, & Rudolphus de Waidia, & alii quamplures, noſtri & Imperii Sacri Principes, Nobiles, & Fideles, præſentium ſub Imperialis noſtræ Majeſtatis Sigillo, teſtimonio Literarum.

Datum Norimbergæ Anno Domini Milleſimo tercenteſimo, ſexageſimo primo, indictione decima quarta, Kalendas Januarii, Regnorum noſtrorum Anno XVI. Imperii vero ſeptimo.

L. Con-

L.

Conditiones ab Innocentio VI. Pontif. Maximo propositæ, sub quibus Aldobrandino, Marchioni Estensi Vicariatus Bononiensis sit concedendus, d. d. 3. Id. Mart. An. 1362.

Venerabili Fratri Aegidio, Episcopo Sabinensi, Apostolicæ Sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem.

SEdis Apostolicæ providentia circumspecta, de cunctorum fidelium tranquillitate sollicita circa ea potissime vigilem curam & operam efficacem impendit, ac paternis desideriis & sollicitis studiis diligenter intendit, per quæ fidelibus ipsis præsertim Ecclesiæ Romanæ specialibus subditis pacis & prosperitatis assiduum sub bono & fideli regimine provenire valeat incrementum. Nuper siquidem venerabilis frater noster Episcopus Seguntinus, & dilectus filius Nicolaus Spinellus de Neapoli, legum doctor certum tractatum cum nonnullis capitulis in tuis literis per te transmissis eisdem distincte contentis inter te & dilectum filium, Nobilem Virum, Ildebrandinum, Marchionem Estensem, super concessione Vicariatus civitatis, comitatus & districtus Bononiensium ad nos & Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentium, per nos ad certum tempus sibi facienda habitum, per quem tranquillitati status, civitatis, comitatus & districtus eorundem provideri utiliter sperabatur, nobis pro parte tua exponere tam solicite, quam provide curaverunt. Habita itaque super his deliberatione matura, prout rei gravitas exigebat, de tuæ circumspectionis industria, quæ se in magnis & arduis nostris & præfatæ Ecclesiæ negotiis, prout facti manifestat evidentia, multipliciter claram fecit, plenam in Domino fiduciam obtinentes, ac sperantes, quod civitas & districtus prædicti per Marchionem eundem, de cujus fidelitate & devotione erga nos & Ecclesiam præfatam fiduciam gerimus in Domino singularem, ac nostri ac ejusdem Ecclesiæ subditi & fideles in eisdem civitate & districtu consistentes, quietis & tranquillitatis beneficio gaudere valebunt interius & exterius a nostrorum & ipsius Ecclesiæ hostium perfidia tam potenter quam efficaciter dispensari; fraternitati tuæ concedendi eidem Ildebrandino Marchioni, auctoritate nostra, Vicariatum, gubernationem, administrationem, & regimen in temporalibus civitatis, comitatus & districtus prædictorum pro nobis & Sancta Romana Ecclesia usque ad annos quatuor a die concessionis per te eidem faciendæ, de Vicariatu ipso in antea numerandos sub nonnullis infra scriptis conditionibus, conventionibus & pactis, alias cum recognitionibus, confessionibus, promissionibus, approbationibus, obligationibus, cautionibus, pactis, summissionibus, sub pœnis, sententiis, juramentis, renunciationibus ac conditionibus aliis, de quibus tibi videbitur plenam, auctoritate apostolica concedimus, tenore præsentium facultatem. Inter alia autem conventiones, & pacta super concessione hujusmodi ordinanda signanter ea, quæ sequuntur præsentibus declaranda providimus & specialiter exprimenda. In primis siquidem idem Marchio promittet, & in tuis manibus nostro & præfatæ Ecclesiæ nomine recipientis ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tacta per se vel per procuratorem suum legitimum jurabit, quod ipse civitatem, comitatum & districtum præfatos ad honorem & statum dictæ Ecclesiæ, atque nostrum & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, & collegii fratrum nostrorum ejusdem Ecclesiæ Cardinalium, eorumque successorum, ac quietem & pacem civium & districtualium civitatis, comitatus & districtus ipsorum reget & fideliter gubernabit. Quodque, finito tempore dictorum quatuor annorum, civitatem, comitatum & districtum eosdem, & fortalitia ipsorum quælibet cum mero & mixto Imperio & aliis omnibus juribus & pertinentiis eorundem bona fide, integre, libere & realiter cum effectu nobis, vel successoribus nostris, aut præfato collegio, Apostolica sede vacante, resignabit, restituet & admittet, ac etiam promittet, & se solemniter obligabit, ac modo præmisso jurabit, quod pro Vicariatu, regimine, seu rectoria administratione, gubernatione civitatis, comitatus & districtus prædictorum, si ea eidem committenda, seu concedenda duxeris, ac pro emolumentis & proventibus eorundem civitatis, comitatus & districtus, quæ ad eandem Romanam Ecclesiam, ut præfertur, pertinent, habentis & percipiendis singulis annis vicariatus & regiminis, gubernationis & administrationis hujusmodi realiter suis periculis, sumtibus & expensis dabit & solvet pro censu & census nomine nobis & Ecclesiæ Romanæ præfatæ ac collegio prædicto, nec non, sede vacante, apostolicæ cameræ, & eidem collegio viginti quatuor millia florenorum boni & puri auri ac ponderis & cugni Florentinensis in Romana curia ubicunque fuerit, medietatem videlicet in beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & reliquam medietatem in nativitatis Domini festivitatibus solvendorum. Volumus & auctoritate prædicta decernimus, quod si dictus Marchio in solutione annui census prædicti defecerit, censum ipsum eidem Romanæ curiæ anno quolibet, ut præmittimus, temporibus vicariatus & regiminis prædictorum in duobus terminis antedictis, ubicunque Romanus Pontifex cum Romana curia fuerit, nobis & cameræ apostolicæ ac collegio supradictis, ac dicta sede vacante eisdem cameræ & collegio integre non solvendo, eo ipso excommunicationis sententia innodatus existat, ac civitas, comitatus & districtus prædicti Ecclesiastico subjaceant interdicto. Promittet nihilominus & jurabit præmisso modo idem Marchio statum Romanæ Ecclesiæ in partibus Italiæ defensare, & si Bernabos de Vicecomitibus Miles Mediolanensis, vel alia quæcunque persona, de qua posset verosimiliter con-

conjecturari, quod ad hoc ejus duceretur auxilio vel favore, gverram gereret & moveret contra te vel alium Apostolicæ sedis legatum in partibus Italiæ existentem, seu contra quascunque ipsius Ecclesiæ Civitates, terras, castra, fortalitia & loca in eisdem Italiæ partibus consistentia, ipsosque Bernabovem vel personam aliam in ejusmodi gverra mille equites armigeros vel ultra habere, aut si, quod absit, aliquam ex civitatibus ipsius Ecclesiæ in dictis Italiæ partibus consistentibus rebellare contingat, idem Marchio gverra hujusmodi, & dicti vicariatus officio perdurante, trecentos stipendiarios bonos sufficientes & bene munitos equites viros suis stipendiis, sumtibus & expensis, & ultra, illis quantum sibi possibile fuerit, tenebit in obsequium nostrum & successorum nostrorum, ac Ecclesiæ prælibatæ. Si vero castrum aliquod in dictis Italiæ partibus rebellare, vel dictos Bernabovem seu personam aliam modo præmisso contra castrum ipsum, dicto durante termino, gverram movere contingeret, eo casu dictus Marchio subvenire bona fide dictæ Ecclesiæ juxta conditionem gverræ hujusmodi & numerum hostium tantummodo teneatur. In casu vero quod eodem Marchione in dicti vicariatus officio existente, dictus Bernabos exercitum teneret potentem contra dictos civitatem, comitatum & districtum, videlicet trium millium Barbutarum, vel ultra; Marchio ipse ad tenendum modo præmisso gentem suam armigeram volumus non teneri; sed tantummodo bona fide attentis exercitu & exfortio Bernabovis ejusdem tibi & ipsis officialibus vestris & ipsius Ecclesiæ, sua præstabit auxilia & favores. Promittet etiam & se solemniter obligabit idem Marchio recuperare pro viribus suis fide sincera castra & fortalitia quælibet eorundem comitatus & districtus, quæ occupata ad præsens per dictum Bernabovem, seu alium ejus nomine detinentur & recuperata tenere modo & forma, quibus tenebit civitatem, comitatum & districtum antedictos, ac etiam toto conamine & fidei sinceritate circa recuperationem castri Luci, Provinciæ Romandiolæ fideliter intendere, & ne hostes ipsius Ecclesiæ transire valeant in succursum castri ipsius, seu terrarum aliarum rebellium ejusdem Ecclesiæ, aut etiam ad castrum ipsum vel terras ipsas rebelles victualia quæcunque deferri sollicitis conatibus, pro suis impedire viribus, & facere impediri; ad cautelam quoque & securitatem omnium prædictorum prædictus Marchio in manibus tuis in obsidem & pro obside dabit dilectum filium Obizonem, natum suum nostro & dictæ Ecclesiæ nomine per te custodiendum, ponendum, tenendum, dicti vicariatus officio perdurante, ubi tibi melius videbitur & placebit, seu alibi ubi nos duxerimus ordinandum. Et si infra dicti temporis statum Obizonem eundem ex hac luce migrare contingeret, promittet & se solemniter obligabit modo & forma præmissis, eo casu, loco Obizonis prædicti in obsidem & pro obside dare nobis, seu successoribus nostris, aut dicta Sede vacante, præfato Collegio unum ex fratribus suis tenendum, similiter in obsidem & pro obside, ubicunque per nos, seu successores nostros aut dictum collegium sede vacante fuerit ordinatum. Promittet insuper idem Marchio se facta eidem per te concessione de vicariatu præfato pro posse suo & fide pura acturum, & curaturum, quod universitas Florentina stabit & promittet ac pro eo cavebit de omnibus & singulis supradictis adimplendis, & per eum plenarie efficaciter observandis. Si vero pro eo dicta universitas stare nollet, & pro ipso non staret, nihilominus concessionem vicariatus, gubernationis & administrationis & regiminis eorundem in suo esse remanere volumus, & in nullo eidem propterea derogari. Volumus autem, quod de constitutione & concessione vicariatus ejusdem, ac promissionibus, obligationibus, pactis, conventionibus & aliis præmissis per Marchionem ipsum faciendis, & juramentis etiam roborandis, duo vel plura confici facias instrumenta, quorum uno vel pluribus penes te retentis, consimilia nobis & sedi prædictæ quantocius studeat tua fraternitas destinare, & nihilominus, quod tu a Marchione prædicto, ratione Vicariatus ejusdem, nostro, & ejusdem Ecclesiæ Romanæ nomine fidelitatis debitæ, juxta formam annotatam, præsentibus, recipias juramentum, quod tale est: Ego Aldobrandinus, Marchio Estensis, in civitate, comitatu & districtu Bononiensi pro Domino meo, Domino Innocentio, Papa Sexto, ac Sancta Romana Ecclesia Vicarius generalis, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro & eidem Domino meo, Domino Innocentio, suisque successoribus canonice intrantibus, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ, non ero in consensu aut consilio vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium quod mihi credituri sunt per se aut per nuntios, sive per litteras, ad eorum damnum, me sciente, memini pandam; & si scivero fieri vel procurari sive tractari aliquid, quod sit in eorum & dictæ Ecclesiæ damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non possem, illud eis significare curabo. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri, jura & jurisdictiones ipsius, & successorum suorum & Romanæ Ecclesiæ, tam in civitate, comitatu & districtu prædictis, quam alibi ubicunque consistentia adjutor eis ero ad retinendum, defendendum, & recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem, universas & singulas promissiones, conventiones, obligationes & pacta per me vel procuratorem meum facta & inita, & cetera alia in receptione dicti Vicariatus per me seu nomine meo promissa, obligata & facta, & conventiones & pacta præsentibus literis apposita, & omnia & singula, quæ continentur in eisdem literis plenarie adimplendo, & inviolabiliter observando, nec ullo unquam tempore durante vicariatu prædicto veniam contra illa, præfatum vicariatus officium ad honorem sanctæ matris Ecclesiæ, & ipsius Domini mei Innocentii,

tii, & Successorum prædictorum ac bonum statum civium & incolarum civitatis, comitatus & districtus prædictorum sollicite & fideliter exercebo, ac unicuique pro posse justitiam observabo. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei evangelia: Datum Avinione III. Idus Martii anno nono.

LI.

Bulla Urbani V. Pontif. Max. qua Nicolaum, Hugonem, & Albertum, Marchiones Estenses, in Civitate, Comitatu ac ditione Ferrariensi, suos æque ac S. Romanæ Ecclesiæ generales Vicarios ad certum tempus constituit; cui dictorum Marchionum Procuratorium & juramentum, ab eis Sedi Apostolicæ præstandum, sunt inserta, d. d. 6. Id. Octobr. An. 1366.

URbanus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis nobilibus viris Nicolao, Hugoni & Alberto, Marchionibus Estensibus in Civitate Ferrariæ ac ejus Comitatu & districtu ad Ecclesiam Romanam immediate spectantibus pro nobis & Ecclesia ipsa Vicariis in temporalibus, salutem & Apostolicam Benedictionem. Dum ad vestræ nobilitatis devotionem eximiam ac fidelitatis constantiam erga sanctam Romanam Ecclesiam, cui auctore Domino præsidemus, multis experientiis comprobatas attendimus, dignum censemus, ut sic vos congruis prosequamur honoribus & favoribus attollamus, quod merito lætari possitis, vos fidelitate claruisse ac constantia erga memoratam Ecclesiam & in futurum clarere amplius studeatis, per hocque detur imitationis exemplum aliis ejusdem Ecclesiæ devotis & filiis similiter faciendi, dudum siquidem bonæ memoriæ Beleraminus, Episcopus Bononiensis Apostolicæ Sedis Nuntius habens in hac parte a dicta Sede per literas felicis recordationis Clementis Papæ VI. Prædecessoris Nostri plenariam potestatem, quondam Opizonem, Patrem vestrum, tunc in humanis agentem, promissis per eundem Opizonem certis recognitionis promissionibus, obligaminibus, pactis & conventionibus in iisdem literis contentis, & specifice declaratis, pro ipso Prædecessore & Romanæ Ecclesiæ supradictæ, Vicarium Civitatis Ferrariensis ac ejusdem Comitatus & districtus ad Ecclesiam supradictam spectantium, sub annuo censu decem millium florenorum auri ponderis & Cunei Florentini, dicto Prædecessori & Successoribus suis & Ecclesiæ supradictæ in Curia Romana, suis periculo ac sumptibus & expensis solvendorum, annuatim in duobus terminis, quinque millium intra festum Nativitatis Domini, & aliorum quinque millium florenorum in festo beatorum Petri & Pauli Apostolorum, usque ad novem annos ex tunc proxime futuros, qui inceperunt computari de mense Julii, anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, Indictione duodecima, ejusdem Prædecessoris Pontificatus anno tertio constituit generalem, ita, quod ipse Opizo jurisdictionem omnimodam temporalem cum mero & mixto Imperio ad eandem Romanam Ecclesiam in Civitate & Comitatu & districtu prædictis pertinentem autoritate Domini Prædecessoris & præfatæ Romanæ Ecclesiæ, per præfatos novem annos per se vel alium, seu alios, quem, aut quos ad hoc deputaret, exercendi, nec non ponendi, constituendi, distribuendi & removendi potestatem, judices & cæteros officiales, qui possent, & deberent, quæstiones & causas, tam criminales, quam civiles & cujuscunque generis motas & movendas inter Cives, Incolas & habitatores Civitatis, Comitatus & districtus personarum & quoscunque alios ratione delicti, contractus, vel rei ad ipsius Opizonis, tanquam Vicarii Ecclesiæ Romanæ Pontificum spectantes, audiendi & de illis cognoscendi, easque despiciendi, & fine debito terminandi & etiam executioni demandandi, insuper colligendi & percipiendi omnia Telonia, Pedagia, Dacia & jura, ac omnes & singulos fructus, reditus & proventus, quocunque nomine censerentur Civitatis, Comitatus & districtus personarum ad dictam Romanam Ecclesiam inibi pertinentia & de ipsis omnibus & singulis faciendi & disponendi, prout ipsi Opizoni videretur faciendum seu etiam disponendum, alienatione intra terminum ejusdem Ecclesiæ in Civitate, Comitatu & districtu possit sibi penitus interdicta habere plenariam potestatem; idemque Episcopus & Nuntius præfatum Opizonem, nomine Prædecessoris & Romanæ Ecclesiæ Pastorum in Civitatis, Comitatus & districtus, ac jurium, pactorum præsentatione, vel quasi per traditionem clavium Civitatis Ferrariens. probata, autoritate Apostolica præfata induxit, nec non eadem autoritate ordinavit, & etiam decrevit, quod ipse Opizo, si eum cessare forsan contigerit in solutione annui Census pacti eorundem decem millium florenorum in dicta Ecclesia Romana ipsi Prædecessori, vel Successoribus suis, & Romanæ Ecclesiæ antedictæ, vel ipsi Romanæ Ecclesiæ, Sede vacante anno quolibet dictorum novem annorum, in dicta Romana Curia terminis prælibatis, & per duos menses singulis terminis, ipsos ad solvendum pactas summas florenorum ad hoc conceptos statutos immediate sequentes expectatos de summis seu quantitatibus antedictis non satisfaceret Cameræ Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ prælibatæ, sententiam excommunicationis incurreret, eo ipso quod si idem Opizo infra alios menses præfatos duos immediate sequentes hujusmodi florenorum summas sæpius declaratas sine delatione, qualiter in terminis sumptis non solveret, Cameræ Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ prælibatis, Civitas Ferrariensis, Comitatus & distri-

ctus pacti interdicto subjaceret Ecclesiastico, ipso facto, & tamdiu præfatus Opizo remaneret probata excommunicationis sententiâ innodatus, ac Civitas, Comitatus, & districtus pacti interdicto hujusmodi subjacerent, donec ipse Opizo præfatum Censum integraliter cum restitutione damnorum & expensarum secuturarum ex relatione solutionis hujusmodi duceret persolvendum, ita tamen, quod cum præfata solutio facta & completa esset, Opizoni jam dicto per Sedem Apostolicam supradictam, prout in eisdem literis Apostolicis continebatur, absolutionis beneficium impenderetur, ipsumque interdictum eo ipso esset totaliter relaxatum, præmemoratusque Opizo post hæc rationi dicti Vicariatus tactis sacrosanctis Evangeliis in manibus præfati Episcopi Nuntii nomine Prædecessoris ac Romanæ Ecclesiæ Pactorum recipientis sub certa forma fidelitatis præstitit corporaliter Juramentum. Deinde cum major pars dictorum novem annorum foret elapsa, idem Prædecessor præfatum genitorem vestrum gratia prosequens ampliori nonnullis recognitione, confessione, oblationibus nec non promissionibus, obligationibus, pactis & conventionibus ac juramentis per dilectum filium Jacobum de Salim, bene Jurisperitum, Civem Ferrariensem, Nuntium & Procuratorem procuratorio nomine præfati Opizonis ad hoc temporaliter constitutum in præsentia Prædecessoris ejusdem factis & præstitis, dictum Opizonem, & vos & quemlibet vestrum, in casum obitus ipsius Patris vestri, Vicarios Civitatis, Comitatus & districtus personarum pro ipso Prædecessore & eadem Ecclesia, sub dicto censu annuatim solvendo præfatæ Ecclesiæ, in terminis prælibatis, usque ad decem annos a die finiti & completi dicti Vicariatus, per præfatum Episcopum Bononiensem Nuntium supradictum eidem Opizoni autoritate Apostolica supradicta, pro novem annis & proventus concessi continue numerandos, constituit generales ipsum tempus, sive terminum novem annorum usque ad completum dictum decennium ex tunc computandum continuando & etiam prorogando, postmodum vero Venerabilis Pater vester Egidius Episcopus Sabinensis Apostolicæ Sedis Legatus habens super hoc a felicis recordationis Innocentio Papa VI. Prædecessore vestro specialem per literas Apostolicas potestatem infra dictum decennium Vicariatum pactum usque ad septem annos, a fine dicti decennii inchoandos ex tunc immediate secuturos, vobis & cuilibet vestrûm autoritate Apostolica, qua ut Præfectus fungebatur in hac parte sub præfati censu oblatione, nec non recognitionibus, confessionibus, promissionibus, conventionibus, pactis, obligationibus & renunciationibus factis, sententiis prolatis, ac pœnis, & conditionibus appositis, dicto Procuratori in præsentia præfati Legati seriose lectis, & per eundem procuratorem vestris nominibus approbatis, ac per eundem Legatum nomine Innocentii Prædecessoris, suorumque Successorum & Ecclesiæ prædictorum admissis & receptis, & de novo concessis, prout promissa omnia in literis dictorum Clementis, & Innocentii Prædecessorum, ac Legati plenius continentur. Cum autem dicti septennii magna pars foret elapsa, nos considerantes, quod vos dictos Civitatem, Comitatum & districtum, in pacis tranquillitate & bina ministratione cujuslibet ad honorem & statum Ecclesiæ supradictæ rexisset, eosque ab hostibus viriliter defendisset, quodque in beneplacitis & obsequiis vestris, & Ecclesiæ prælibatæ semper invenimus vos paratos & promptos, propter quodque merito speramus, quod in Regimine, defensione ac obsequiis & beneplacitis hujusmodi promptiores & paratiores reddemini præstante Domino in futurum, tibi fili Nicolae, dum nuper esses in nostra præsentia constitutus, proprio motu nostro obtulimus dictum Vicariatum vobis omnibus, usque ad sex annos a fine dicti septennii numerandos cum eisdem recognitione, confessione, oblationibus, promissionibus, obligationibus, pactis, conventionibus, Juramentorum præstatione, ac sub censu in eisdem terminis præfatæ Ecclesiæ annis singulis persolvendo de speciali gratia prorogare, propter quod vos omnes hujusmodi vestram oblationem cum gratiarum actionibus acceptantes, dilectum filium Andream quondam Joannis de Florano, Laicum Mutin. diœcesis Procuratorem vestrum ad infrascripta specialiter constitutum, ad Sedem Apostolicam destinastis, qui constitutus coram Venerabili fratre Arnoldo Archi-Episcopo Austran. Camerario nostro, procuratorio nomine vestro, & cujuslibet vestrum a parte recognovit, & confessus fuit, quod merum & mixtum Imperium & omnimoda Jurisdictio temporalis in dicta Civitate Ferrariensi & ejus districtu, diœcesi & comitatu, ac dominium eorundem cum omnibus Juribus & pertinentiis suis ab antiquo pertinuerunt, & nunc pertinent ad nos, & Romanam Ecclesiam supra dictam, & quod vos in Jurisdictione, & potestate, Dominio, & mero & mixto Imperio prælibatis jus aliquod non habetis. Demum præfatus Procurator nomine procuratorio vestro antedicto nobis obtulit, & promisit annuam pensionem, seu annuum censum decem millium florenorum auri bini ponderis & Cunei florentini per vos Nobis & successoribus Nostris, & præfatæ Romanæ Ecclesiæ annis singulis in similibus terminis supra dictis, & sub pœnis, modis & formis ordinatis & expressis in eadem concessione dicti Vicariatus, alias, ut præmittitur, dicto Procuratori vestro & vobis facta, in Romana Curia, ubicunque ipsam contigerit esse, vestris periculis & expensis, census nomine integraliter solvendorum, quam pensionem, seu censum decem millium florenorum auri ipse Procurator vester procuratorio nomine vestro Nobis sponte & libenter obtulit & in casu, quo prorogationem & concessionem hujusmodi faceremus, vos & quemlibet vestrum, prout a vobis in mandatis habebat, efficaciter obligavit, & so-

& solenniter promisit, quod Nobis & Successoribus Nostris & Ecclesiæ memoratæ præfatam pensionem, seu censum, singulis annis in jam dictis terminis, vel aliis, quos statuendos duxerimus, solvetis in Romana Curia supradicta. Item quod habebitis & tenebitis, vestris propriis expensis, singulis annis per tres Menses centum stipendiarios sufficientes & bene munitos atque bonos Equites viros, ad obsequium & Mandatum Nostrum & Successorum Nostrorum, intra spatium septuaginta milliariorum computandorum a Civitate Ferrariensi supradicta, cum pro parte dictæ Ecclesiæ Romanæ fueritis requisiti; ita tamen, quod si uno anno de transmittendo ipsos stipendiarios Equites non fueritis requisiti, ex tunc pro dicto anno jam elapso ipsos transmittere minime teneamini; & quodsi contigerit, quod dictamet Ecclesia Romana majori numero hujusmodi Equitum indigeret, vos teneamini, toto posse vestro, præter dictos centum Equites, prædictam Ecclesiam adjuvare, expensis tamen Ecclesiæ antedictæ etiam pro majori tempore tribus mensibus antedictis, nisi guerram veram & non simulatam actu in dicta Civitate vel ejus districtu haberetis, quo casu ultra prædictum numerum centum Equitum minime teneamini, quandoque finito tempore pro quo Vicariatum hujusmodi vobis duxerimus concedendum, seu prorogandum vos eosdem Civitatem, Comitatum & districtum cum mero & mixto Imperio & omnibus aliis juribus & pertinentiis eorundem, bona fide, integre, libere realiter cum effectu Nobis & Successoribus Nostris, aut Collegio venerabilium fratrum Nostrorum dictæ Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Apostolica Sede vacante, & Romanæ Ecclesiæ prælibatæ resignabitis, restituetis & dimittetis, & quod intra prædictum districtum Ferrariensem nova castra, vel fortalitia non facietis, & si quæ facta reperirentur, ad mandatum Nostrum & Nostrorum Successorum ac dictæ Romanæ Ecclesiæ ita destruere teneamini. Et quod etiam Civitatem, Comitatum & districtum præfatos ac Cives & districtuales Incolas & habitatores eorundem, secundum jura, consuetudines & statuta dictæ Civitatis tam præsentia quam futura a jure non reprobata regetis & etiam gubernabitis ac tallias vel exactiones indebitas eis non imponetis nec exigetis ab eisdem. Et quod contra Nos vel dictam Romanam Ecclesiam non eritis, sed pro ipsa eritis & eidem pro posse fideliter adhærebitis. Et quod conjurationem, conspirationem seu ligam non facietis cum rebellibus, vel inobedientibus Ecclesiæ prælibatæ, nec eis præstabitis auxilium, vel favorem, & quod terras, bona, loca, res & alia quæcunque ejusdem Romanæ Ecclesiæ per vos, vel alium, seu alios non invadetis, vel quomodolibet occupabitis. Et quod Clericos & Ecclesiasticos & Personas & Ecclesias bonis suis & Ecclesiarum suarum libere frui & gaudere permittetis, nec impedietis per vos, vel alium, seu alios, quo minus ipsi Clerici & Ecclesiasticæ personæ libere & plene gaudere possint suis beneficiis, reditibus, proventibus, privilegiis, libertatibus & juribus universis in Civitate, Comitatu & districtu prædictis, nec permittetis quod aliqui vestri subditi, vel alii prædictos Clericos, Ecclesiasticas personas, Ecclesias, Monasteria, seu loca super præmissis beneficiis, reditibus, proventibus, privilegiis, libertatibus & juribus suis impediant & perturbent, sed ne hujusmodi impedimentum, vel turbatio fiant, pro viribus prohibebitis, quodque de terris omnibus vestræ administrationi commissis, seu quas tenetis, vel tenebitis in posterum, universos hæreticos ab Ecclesia denotatos, vel denotandos bona fide pro viribus exterminari jubebitis; promisit insuper dictus vester Procurator procuratorio nomine Nobis & Romanæ Ecclesiæ supradictæ specialiter & expresse, quod prætextu quarumcunque expensarum, ratione defensionis, refectionis & ædificationis vel reparationis in Civitate, Comitatu & districtu Ferrariensi prædictis, seu earum occasione factarum & imposterum faciendarum restitutionem Civitatis, Comitatus prædictorum finito dicto concedendi, seu prorogandi vobis Vicariatus tempore non retardabitis, nec etiam recusabitis, & quod dictas vel alias expensas quacunque ratione, seu causa factas vel faciendas minime exigetis, seu petetis a Romana Ecclesia supradicta, nec etiam ipsi Ecclesiæ computabitis, volens dictus Procurator ac promisit & expresse conveniens vestro nomine antedicto, quod ita Romana Ecclesia ad expensas hujusmodi nullatenus teneatur; promisit etiam solenniter dictus Procurator vestro nomine prælibato, ac in animam vestram, prout a vobis in mandatis habebat, tactis scripturis corporaliter juravit, ac efficaciter obligavit, quod omnia & singula suprascripta & infrascripta & per eum recognita, dicta, promissa, confessata, oblata, conventa & jurata, vos specialiter & expresse infra quatuor Menses a dato præsentium numerandos ratificabitis & emologabitis, acceptabitis & approbabitis & etiam innovabitis & corporali juramento, tactis scripturis, rata & grata habere, & inviolabiliter observare & efficaciter adimplere promittetis, & publica Instrumenta super his cum pendenti sigillo sigillata dabitis infra duos Menses prædictos quatuor Menses immediate sequentes nobis & Romanæ Ecclesiæ prælibatæ. Quodque nobis, nostrisque Successoribus & dictæ Ecclesiæ fidelitatis sacramentum cum omnibus suis capitulis infra dictos quatuor primos Menses pro tempore, quo dictos Civitatem, Comitatum & districtum tenebitis a nobis & prædicta Ecclesia Romana, præstabitis, sub summa in aliis nostris super hoc confectis literis annotata. Pro quibus omnibus & singulis supra per eundem Procuratorem vestrum recognitis, dictis, promissis, confessatis, oblatis & conventis & juramentorum præstatione firmatis, attentendis, complendis & inviolabiliter observandis, ac etiam restitutione ac satisfactione damnorum & expensarum ac interesse, quæ

Nos, Successores Nostri & Ecclesia supradicta incurremus, seu etiam pateremur, si vos prædicta omnia & singula non attenderetis & non observaretis, aut non compleretis, vel in solutione census prædicti annis singulis persolvendi, aut in subsidio dictorum centum stipendiariorum deficeretis, vel dictam solutionem, sive hujusmodi subsidii exhibitionem, contra dictam conventionem differetis, aut contra supradicta, vel eorum aliquod faceretis, vel veniretis aliqua ratione, colore, vel causa, dictus vester Procurator & Nuntius vestro procuratorio nomine antedicto, prout a vobis specialiter in mandatis habebat, omnia vestra bona mobilia & immobilia, præsentia & futura, ubicunque & in quibuscunque consistant, Nobis & Nostris Successoribus ac Romanæ Ecclesiæ supradictæ, solenniter efficaciterque obligavit, volens & consentiens expresse, quod vos pro præmissis omnibus & singulis attentendis, observandis & adimplendis per captionem personarum vestrarum, & distractionem quorumcunque bonorum vestrorum existentium ubicunque & aliis viis & modis quibuscunque, & per quoscunque Judices & Officiales compelli & cogi valeatis, præsertim per nostrum Camerarium ipsiusque Camerarii & Curiæ Romanæ Apostolicæ Auditorem, Vice-Auditorem, seu Locumtenentem ipsius, aut Mareschallum Romanæ Ecclesiæ & quemlibet eorundem, quorum & cujuslibet eorum jurisdictioni & coërcitioni dictus Procurator & Nuntius vester, prout a vobis in mandatis habebat, omnibus jure, modo & forma, quibus melius & efficacius potuit sponte, libere & expresse ac specialiter vos submittit renuncians in prædictis omnibus & singulis exceptionibus non sic celebrati contractus, rei non sic gestæ, quod plus vel minus fuerit scriptum quam dictum, aut dictum quam scriptum, doli mali, in factum actioni, condictioni indebiti, cujus & fori & cujuscunque alteri amplissimo vel Imperiali in contrarium concesso, vel concedendo privilegio, petitioni vel oblationi, libelli, copiæ, Instrumenti de his confecti, omni tempore feriato, & quadrimestri appellationis remedio tam de una & duabus dietis editis in Consilio generali, quam felicis recordationis Bonifacii VIII. Prædecessoris Nostri constitutionibus; omnique consuetudini, & statuto & omnibus aliis exceptionibus & defensionibus tam Juris Canonici, quam Civilis, quibus contra prædicta vel aliquod prædictorum poteritis facere, vel venire, aliquo colore, vel ingenio, de jure vel facto, & specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis. His itaq; hujusmodi recognitionibus, confessionibus, promissionibus, conventionibus, pactis, obligationibus, summissionibus, juramentis & renunciationibus per dictum vestrum Procuratorem procuratorio nomine vestro factis, quæ ex fonte sinceræ devotionis verisimiliter credimus emanare, Apostolicæ Sedis consueta Clementia benigne receptis pariter & admissis, paterna consideratione pensantes, quod, qui eidem Ecclesiæ constantis & continuæ fidelitatis exhibent puritatem, continuatis debitis, Apostolicæ Sedis favoribus, & gratiis confoveri, quodque vos hujusmodi fidelitatem puram & inviolabilem præstitistis, prout præstatis assidue vosque tanto magis in futurum præstituros speramus, quanto majoribus & amplioribus gratiis & beneficiis dictæ Sedis vos senseritis præveniri, de dictorum fratrum nostrum consilio vos sub præmissis promissionibus, obligationibus, pactis, conventionibus, signis & juramentis per præfatum Andream, Procuratorem vestrum, nomine vestro factis & solenniter præmissis & præstitis, & per vos, ut præmittitur præmittendis, eisque plene & effectualiter observandis & adimplendis, Vicarius Civitatis, Comitatus & districtus Ferrariensis prædictæ pro nobis & Sancta Romana Ecclesia supradicta sub annuo Censu decem millium florenorum auri de Florentia ponderis & Cunei Florentini, Nobis & Nostris Successoribus & Romanæ Ecclesiæ prælibatæ in præfatis natalitiis Divorum & Sanctorum Petri & Pauli festis seu terminis annis singulis solvendum ut superius stricte particulariter & distincte declaratum & expressum existit, usque ad sex annos futuros a die fieri & compleri dicti Vicariatus per præfatum Legatum vobis auctoritate Apostolica ad septem annos, ut præfertur, concessis constricte numerandos, ex nunc constituimus generales ipsum tempus, sive terminum septem annorum usque ad completum dictum sexennium ex tunc computandum continuandos & etiam prorogandos ita, quod vos ne dum tempus quod restat a dictis septem annis, quinimo & in sex annis a fine dictorum septem annorum continue ut præmittitur computandis, jurisdictionem omnimodam temporalem, cum mero & mixto Imperio ad eandem Romanam Ecclesiam in Civitate Comitatu & districtu prædictis pertinente, autoritate & nomine matris & Romanæ Ecclesiæ supradictæ per vos seu alium vel alios, quem vel quos ad hoc deputaveritis exercendi nec non ponendi, constituendi, destituendi & removendi potestates, judices & cæteros Officiales, qui possint & debeant quæstiones & causas, tam criminales, quam Civiles & cujuscunque generis motas & movendas inter cives, incolas & habitatores Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum & quoscunque alios, ratione delicti, contractus vel rei, ad vestrum tanquam Vicariorum generalium nostrorum & Ecclesiæ Romanæ prædictæ forum spectantes, tempore prælibato, autoritate nostra, audiendi, & de illis etiam cognoscendi, easque definiendi, & fine debito terminandi, & etiam executioni mandandi: insuper colligendi & percipiendi omnia Telonia, pedagia, deveria & jura, ac omnes & singulos fructos, reditus & proventus quocunque nomine censeantur Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum ad nos & dictam Romanam Ecclesiam pertinentia in eisdem & de ipsis omnibus & singulis faciendi & disponendi prout

ut nobis faciendum rationabiliter videbitur, seu etiam disponendum, alienatione tamen bonorum ejusdem Ecclesiæ Romanæ in Civitate, Comitatu & districtu prædictis vobis penitus interdicta, habeatis plenariam potestatem, concedentes vobis tenore præsentium, quod exercitium, Regimen & gubernationem sæpe dictorum Civitatis, Comitatus & districtus, in quibus ex concessione Nostra seu autoritate Nostra facta existit ad præsens continuare & retinere ac in eisdem exercitio, regimine & gubernatione, tanquam Nostri & Ecclesiæ prædictæ Vicarii, vobis ad invicem, si aliquem vestrum dicto tempore obire contigerit, succedere, & ea autoritate propria per vos, vel alium seu alios, recipere & tenere pro sex annis prædictis libere valeatis; decernimus autem quod vos, si in solutione dicti annui census præfatorum decem millium florenorum in dicta Romana Curia Nobis & Successoribus Nostris & dictæ Romanæ Ecclesiæ, Sede vacante, Anno quolibet dictorum sex Annorum, ut superius est expressum, persolvendi, per vos cessare contigerit, & per duos menses, singulos eosdem terminos, ad solvendum dictam quantitatem florenorum superius assignatos, immediate sequentes, expectati, de summa seu quantitate jam dicta non satisfeceritis Cameræ Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ prælibatis, excommunicationis incurratis sententiam eo ipso, quod si infra alios duos Menses, præfatos duos immediatos sequentes, dictorum decem Millium florenorum summam, sine dilatione qualibet, in terminis supradictis non solveretis Nobis & Romanæ Ecclesiæ sæpefatæ, Civitatis Ferrariensis Comitatus & districtus prædicti Ecclesiastico Interdicto subjaceatis ipso facto & tam diu vos remaneatis prædicta excommunicationis sententia innodati, & Civitas, Comitatus & districtus prædicti præfato subjaceant interdicto, donec vos prælibatum censum integraliter, cum restitutione damnorum & expensarum secuturarum per retardationem solutionis hujusmodi duxeritis persolvendum: Ita tamen quod cum prædicta solutio facta & completa fuerit, vobis per dictam Sedem Apostolicam absolutionis beneficium impendatur, ipsumque interdictum eo ipso sit totaliter relaxatum; posthæc autem dictus Vester Procurator & Nuntius, ratione dicti Vicariatus, per nos vobis concessi, tactis sacrosanctis Evange[illegible]s, prout a vobis in mandatis specialiter habebat, coram præfato Camerario nostro fidelitatis juramentum in forma, quæ sequitur, corporaliter præstitit, quæ quidem forma talis est.

Ego Andreas, quondam Joannis de Florano, Laicus Mutinen. Diœcesis, Procurator & Nuntius, ac Procuratorio nomine Magnificorum virorum, Dominorum meorum, Nicolai, Hugonis & Alberti, Marchionum Estens. in Civitate, Comitatu & districtu Ferrariensi, pro Sanctissimo Patre & Domino Urbano, divina Providentia Papa V. ac Sancta Romana Ecclesia Vicariorum Generalium habens a dictis Marchionibus adjunctum speciale mandatum, promitto, quod iidem Marchiones ab hac hora in antea fideles & obedientes erunt B. Petro & Domino Nostro Urbano Papæ V. ejusque Successoribus canonice intrantibus Sanctæque Sedi Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ, non erunt in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione, consilium, quod eisdem Vicariis credituri erunt, per se, aut per Nuntios, sive per literas, ad eorum damnum, eis scientibus, nemini pandent, & si sciverint fieri, aut procurari, sive tractari aliquid, quod sive in dicti Domini Papæ, aut ipsorum Successorum damnum pro posse impedient, et si impedire non possent, illud eis significare curabunt. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri, tam in civitate, Comitatu & districtu prædictis, quam alibi existentia, adjutores eis erunt ad retinendum, defendendum, & recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem; universas & singulas promissiones, conventiones, obligationes & pacta per me procuratorem facta & inita, & cætera alia in receptione dicti Vicariatus per me promissa, obligata, facta, recognita, & conventiones, & pacta in Literis dicti Vicariatus apposita & omnia & singula, quæ continentur in eisdem Literis plenarie adimplebunt, & inviolabiliter observabunt. Nec ullo unquam tempore, durante Vicariatu prædicto venient contra illa, & præfatum Vicariatus officium ad honorem S. Matris Ecclesiæ dictique Domini Papæ & Successorum suorum ac bonum statum Civium & Incolarum Civitatis, Comitatus & districtus Diœcesis prædictorum solicite & fideliter exercebunt, & unicuique pro posse justitiam observabunt, sic eos Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia:

Tenor autem Procuratorii prædicti talis est:

In Christi Nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo, trecentesimo sexagesimo sexto, Indictione IV. die quarto decimo Mensis Augusti tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini Urbani divina providentia Papæ V. Anno quarto, Ferrariæ in Palatiis infrascriptorum Dominorum Marchionum in Camera, quæ appellatur: La Cada i Cimier, præsentibus testibus vocatis & rogatis nobilibus & egregiis Militibus Dominis Bondatio de Malvicino de Fontana, de Placentia, Rizardo de Cancellariis, de Pistorio, Nicolao de Robersis, de Tripoli, de Regio, Bichino de Marano omnibus habitatoribus Civitatis Ferrariensis discretis & sapientibus viris, Dominis Jacobo de Salimbene, utriusque Juris perito, Nicolao de Cremaschis de Mantua, Legum Doctore, Ser Moyse, quondam Domini Berimont, Cancellario infrascriptorum Dominorum Marchionum & aliis &c. &c. Ibique Illustrissimi & Magnifici Domini, Domini Nicolaus, Ugo, & Albertus, Fratres Marchiones Estenses nati olim bonæ memoriæ Illustr.

 & Ma-

& Magnifici D. D. Obizonis Marchionis Estens. sponte & ex certa scientia fecerunt, constituerunt & ordinaverunt suos veros, legitimos procuratores, & negotiorum gestores & nuntios speciales, nobilem & sapientem Virum, Dominum Nicolaum Spinolam de Neapoli, Legum Doctorem dignissimum, & Andream Filium quondam Joannis de Florano, ipsorum Dominorum Marchionum Cancellarium, & utrumque ipsorum in solidum licet absentes tanquam præsentes, ita quod occupantis conditio melior non existat, & quod per unum ipsorum inceptum fuerit, possit per alium prosequi, & finiri, nominatim & specialiter ad componendum & se præsentandum dictis nominibus cum devotionis plenitudine coram Sanctissimo in Christo Patre & Domino eorum singulari Domino, Urbano V. divina providentia Sacrosanctæ & universalis Ecclesiæ summo Pontifice Sacroque Collegio Reverendissimorum Patrum Dominorum ejusdem Ecclesiæ Cardinalium, & in quocunque præfati Sanctissimi Patris consilio, seu Consistorio publico & privato, seu alibi, & coram aliis quibuscunque aut alio, prout eidem Sanctissimo Patri placuerit, ad ipsius omnimodam voluntatem, & ad sponte recognoscendum & confitendum nominibus quibus supra, quod merum & mixtum Imperium, & Jurisdictio omnimoda temporalis in Civitate Ferrariensi & ejus Districtu, Diœcesi, vel Comitatu, ac Dominium eorundem cum omnibus Juribus & pertinentiis ipsius ab antiquo pertinuerint & nunc pertinent ad Romanam Ecclesiam, & quod iidem Marchiones in Jurisdictione, potestate, Dominio ac mero & mixto Imperio prælibatis aliquod jus non habent, & ad supplicandum pro eis et eorum nominibus humiliter & devote præfato Sanctissimo Patri, & Domino eorum singulari, quatenus sua solita clementia dignetur eisdem Nicolao, Ugoni & Alberto eorumque filiis concedere dictam Civitatem Ferrariensem, ejusque Comitatum & districtum jure feudi, vel jure emphiteutico ad annos viginti novem, ad renovandum jure prædicto, vel saltem eorundem Vicariatum concedere & prorogare eisdem Marchionibus eorumque filiis post eos ad illud tempus, de quo dictæ Sanctitati videbitur, videlicet per infrascriptum modum, quod ipsi & eorum filii post eos toto tempore dictæ concessionis seu prorogationis fiendæ per dictum Sanctissimum Patrem, ad tempus, de quo eadem Sanctitas duxerit ordinandum, jurisdictionem omnimodam temporalem cum mero & mixto Imperio ad eandem Ecclesiam in ibidem pertinentem autoritate, quibus Domini P. P. & ejusdem Ecclesiæ, per se, vel alium, seu alios, quem vel quos deputaverint, seu filii eorum post ipsos deputaverint, exercendi, nec non ponendi, constituendi, destituendi & revocandi potestates, Judices & cæteros officiales qui possint & debeant quæstiones & causas, tam Civiles, quam Criminales & cujuscunque generis motas & movendas inter Cives, Incolas & habitatores Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum & quoscunque alios ratione delicti, contractus vel rei, vel alios quomodocunque ad ipsorum forum spectantes audire & de illis cognoscere, easque definire, & sine termino terminare & debitæ executioni mandare. Et insuper colligendi & exigendi & percipiendi omnia Telonia, pedatia & Gabellas, & omnes & singulos fructus, redditus & proventus quocunque nomine censeantur Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum & de ipsis omnibus & singulis faciendi & disponendi, prout eis & post eos filiis suis videbitur faciendum, seu disponendum, alienatione tamen bonorum ejusdem Ecclesiæ in eisdem Civitate, Comitatu & districtu, eisdem & dictis suis filiis post eos interdicta, habeant potestatem, sub annua pensione decem millium florenorum auri boni ponderis, & Cunei Florentini per ipsos Marchiones, dum vixerint, & post eos per filios eorum eidem Domino Summo Pontifici, Successoribusque suis & præfatæ Romanæ Ecclesiæ annis singulis, in terminis appositis, ordinariis & expressis in concessione per dictum Dominum summum Pontificem ipsis Dominis Marchionibus, vel in posterum ordinandis, & in Romana Curia ubicunque ipsam contingeret esse, periculis & expensis ipsorum Dominorum Marchionum & filiorum ipsorum post eos, Census nomine integraliter persolvenda, & in casu, quo eadem Sanctitas ipsos Marchiones & eorum filios, ut præmittitur, Vicarios duxerit constituendum, ad obligandum & efficaciter & solenniter promittendum, quod eidem Sanctissimo Patri & Successoribus suis & Ecclesiæ prælibatæ præfatam annuam pensionem, & florenos auri in Curia Romana persolvent, & post eorum obitum filii eorum: Item quod habebunt & tenebunt suis propriis expensis, & post eos dicti filii eorum pro toto tempore dicti Vicariatus centum stipendiarios bonos sufficientes & bene munitos Equites viros in obsequium & ad mandatum ejusdem Domini Papæ, & suorum successorum intra spatium septuaginta milliariorum a Civitate Ferrariensi computandum, cum pro parte Ecclesiæ fuerint requisiti, tribus mensibus singulorum annorum transmittendis. Ita tamen, quod si non fuerint uno anno de transmittendo ipsos equites stipendiarios requisiti, ex tunc pro dicto anno jam elapso stipendiarios ipsos minime transmittere teneantur, & si contingeret, quod Ecclesia majori numero indigeret, quod ipsi Marchiones teneantur toto posse suo Ecclesiam adjuvare expensis tamen Ecclesiæ etiam pro majori tempore præter illos census, quos tribus mensibus suis expensis mittere, ut supra, habebunt, nisi guerram veram & non simulatam actu in dicta Civitate, vel ejus districtu haberent, quo casu ultra prædictum numerum centum Equitum minime teneantur. Item quod finito tempore, quo præfatus Dominus Papa dictos Civitatem, Comitatum & districtum,

ctum, quantum ad Vicariatum, ut præfertur, eisdem duxerit concedendos, ipsi & eorum filii post eandem Civitatem, Comitatum & districtum ac pertinentias ipsius eidem Domino Papæ, vel Successoribus suis, aut sacro Dominorum Cardinalium Collegio, Sede vacante, & Ecclesiæ Romanæ resignabunt, restituent & dimittent. Item quod super districtu, vel infra districtum Ferrariensem nova Castra, vel fortalitia non facient, vel facient eorum filii, & si quæ facta esse reperientur, quod ad mandatum ejusdem Domini Papæ, vel suorum successorum ipsa destruere teneantur. Item quod dictam Civitatem, Comitatum & districtum ac Civiles, & districtuales ejusdem Incolas, & habitatores regent, ipsi & eorum filii post eos, secundum jura, consvetudinem & statuta dictæ Civitatis, tam præsentia, quam futura a jure non reprobata, nec taleas, vel exactiones indebitas eis imponent, vel ab eis exigent. Item quod constituentes prædicti, & eorum filii contra Sanctam Ecclesiam non erunt, sed pro ipsa erunt, & eidem pro posse suo fideliter adhærebunt, & ad præstandum corporale fidelitatis cum omnibus suis Capitulis cujuslibet generis ad Sancta Dei Evangelia Sacris Scripturis factis juramentum in animas constituentium partium generaliter ac specialiter quandocunque ab eis, vel alio peteretur. Item quod conjurationem, conspirationem, seu ligam nullam faciant cum rebellibus, seu inimicis, vel inobedientibus Sanctæ Matris Ecclesiæ, nec eis auxilium, vel favorem præstabunt. Item quod terras, bona, loca, res & alia quæcunque jura ejusdem Romanæ Ecclesiæ non invadent & occupabunt. Item quod personas Ecclesiasticas permittent libere gaudere, & frui bonis suis & Ecclesiarum suarum, nec impedient, quo minus gaudere possint privilegiis, libertatibus, beneficiis, redditibus, juribus & proventibus suis in Civitate prædicta Ferrariæ ditione, Comitatum & districtum ejusdem, neque alicui subdito promittent, prædicta facere, sed prohibebunt in totum. Item ad convincendum & solemniora promittendum, quod dictis terris ipsorum Jurisdictioni commissis, vel committendis, aut administrandis subjectis, universos hæreticos ab Ecclesia denotatos, vel denotandos bona fide pro viribus exterminare studebunt. Item ad petendum, accipiendum & obtinendum humiliter & devote jure & nomine constituentium partium, a Sanctissimo Patre præfatæ absolutionis beneficium simpliciter & ad Cancellarium, juxta formam Ecclesiæ consvetam, & restitutionem in integrum ad summam, statum, res & bona & honores quoscunque in aliam quamcunque restitutionem, relaxationem, remissionem, remotionem & renovationem a quibuscunque sententiis, processibus, interdictis, Sacramentis, perjuriis, expensis aliis quibuscunque tam a jure, quam ab homine, sive expresse vel specificate, aut nominatim positis læsis, vel inflictis, quas, vel quos ipsi constituentes incurrissent, occasione census non soluti in terminis debitis & constitutis in concessione ipsis Marchionibus constituentibus facta per dictum Dominum summum Pontificem, seu aliqua quacunque ratione vel causa. Item etiam ad agendum, defendendum & excipiendum, judices postulandum, & ad recusandum, articulandum & respondendum & corporale cujuslibet generis Sacramentum præstandum in animas constituentium partium & volentis dicti constituentis dictos suos procuratores, & utrumque eorum relevare ab omni onere Satisdationis, judicatum solvi in omnibus suis clausulis sub hypotheca rerum suarum expressis, extiterunt fidejussores obligantes pro prædictis omnia ipsorum bona præsentia & futura. Item ad promittendum solemniter & ipsos constituentes efficaciter obligandum, quod omnia & singula prædictos suos procuratores, seu per eorum alterum juranda & promittenda specialiter & expresse corporali juramento ad Sancta Dei Evangelia, tactis corporaliter Sacris Scripturis, ratificabunt & approbabunt, & publica Instrumenta super his suo pendenti sigillo sigillata dabunt Romanæ Ecclesiæ: Item ad obligandum solemniter & efficaciter pro promissis & quolibet promissorum & dependentibus & connexis, vel ea, seu aliquod eorum tangantur & occasione ipsorum partes constituentes quoscunque bona & jura præsentia & futura & ipsos constituentes se ipsorum nominibus submittendum & supponendum jurisdictioni & coercitioni ejusdem Sanctissimi Patris & dictæ Romanæ Ecclesiæ & ejus Cameræ & Auditori Curiæ ipsius Cameræ, suorum officialium, vel Auditorum quorumcunque, pro observantia & executione plena & perfecta singulorum & omnium præmissorum & cujuscunque pœnæ, tam spiritualis quam temporalis adjectionis & coram cum quibuscunque promissionibus & obligationibus, realibus & personalibus, ac coram renunciantibus, confessionibus, adjectionibus, clausulis & cautelis tam specialibus, quam generalibus, etiamsi de ipsis, vel eorum aliquo, seu aliquibus in hoc procuratorio, seu procuratorii instrumento oporteat expressam fieri memoriam, quæ omnia pro expressis & specificatis in procuratorio & instrumento prædicto ex certa scientia voluerunt & consenserunt & ad præstandum corporale cujuslibet generis juramentum in animas ipsorum constituentium generaliter & specialiter, quandocunque ab eis peteretur vel fieri occurrerit pro executione, & observantia supradictis, & generaliter & specialiter ad omnia facienda, procuranda & exercenda, quæ natura & forma hujus negotii & prædictorum omnium vel alicujus ipsorum postulat & requirit, & quæ ipsimet constituentes facere possent, etiamsi mandatum exigerent speciale & etiamsi majora & fortiora forent, quamvis superius sint expressa: dantes & concedentes dictis procuratoribus suis in prædictis omnibus & singulis & eorum occasione ac dependentibus & cohærentibus ab eisdem, plenum, liberum & generale ac speciale mandatum

tum cum mera, libera & generali ac speciali administratione, omnemque autoritatem & parti suæ necessariam, utilem, seu opportunam, prout eis videbitur in præmissis agendi & perficiendi, omnia & singula, & omnia alia, quæ in partis, vel eorum occasione occurrerint facienda, de jure, consvetudine, vel facto, aut partium voluntate: Promittentes insuper & caventes mihi Notario inclyto, tanquam publicæ personæ stipulanti & recipienti nomine servire per præfati Sanctissimi Patris Ecclesiæque Romanæ, ac omnium & singulorum, quorum interest, vel interesse poterit, perpetua, secura, rata, grata, habere, tenere & inviolabiliter observare, ac adimplere omnia & singula gerenda, seu administranda, concedenda, promittenda & firmanda per ipsos Procuratores, vel eorum alium, in præmissis, & circa præmissa, vel eorum occasione, sub hypotheca & obligatione omnium bonorum ipsorum constituentium in præmissis omnibus casibus & quolibet præmissorum casuum; promiserunt insuper & ad Sancta Dei Evangelia, tactis scripturis, juramento constituentes prædicti, sub quacunque pœna antedicti Domini nostri Papæ arbitrio infligenda, exprimenda & statuenda, quam idem Dominus Noster Papa, tempore Vicariatus prædicti duxerit exprimendam, quod ipsi dictos suos Procuratores, nec aliquem ipsorum, directe vel indirecte, non revocabunt, nec datam eis per præsens instrumentum potestatem, aliqualiter mutabunt, restringent aut limitabunt, donec potestas & negotium eis, vel eorum alii per hoc instrumentum procuratorium concessa plenum & perfectum sortiatur effectum, quodque nihil dicent, vel facient, quo minus præsens procuratorium & omnia & singula in eo contenta, plenam & inviolabilem habeant roboris firmitatem, renunciantes insuper in iis omnibus & singulis supradictis privilegio fori & alteri cuicunque & omnibus aliis & singulis statutis & Legibus municipalibus Civitatis Ferrariensis tam factis quam faciendis, generalibus, vel specialibus, ex quibus prædicta vel eorum alia infringi, diminui, vel debilitari valeret seu quomodolibet vitiari, nec non doli & in factum, & quibuscunque aliis exceptionibus & defensionibus juris & facti, quæ pro expressis & hic specialiter nominatis voluerunt & volunt haberi & perinde hujusmodi renunciationem valere, & effectum habere per omnia ac si in omnibus & singulis casibus specialiter & expresse nominata fuissent, nec non alterius cujuscunque juris auxilio, tam Canonici quam Civilis, ex quibus contra prædicta obviari & veniri quomodolibet videretur. Quibus omnibus & singulis sic peractis præfati DD. Nicolaus, Ugo & Albertus, Marchiones, mandaverunt de prædictis omnibus & singulis per me Notarium juratum, publicum & solenne fieri Instrumentum & eidem apponi sigillum ipsorum in talibus seu similibus consvetum; insuper præfati Domini Marchiones constituentes, præsentibus testibus supradictis, concesserunt mihi Notario inclyto licentiam & liberam potestatem, semel & pluries, plene & plenissime cum omnibus clausulis, additionibus & detractionibus facere & in publicam formam redigere, ad mandatum & voluntatem dicti Domini Summi Pontificis & deputandorum ab Eo, Instrumentum hujus Mandati & procurationis.

Ego Franciscus, Filius quondam Domini Joannis Philippi de Tajapenis Civis habitator Civitatis Ferrariensis Imperiali autoritate Ferrariensis Notarius publicus, prædictis omnibus præsens fuit & ad ea rogatus a dictis Dominis Marchionibus scribere, scripsi & in hanc publicam formam redegi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ constitutionis, continuationis, prorogationis, concessionis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinioni VI. Idus Octobris, Pontificatus Nostri Anno quarto.

R. de Valle.

Niv. □.

S. Merchaderii.

LII.

Bonifacii IX. Pontif. Maxim. Bulla, qua Albertum, Marchionem Estensem, & in eventum ejus filios, in Civitate, Comitatu, atque ditione Ferrariensi, suos æque ac S. R. E. Vicarios generales ad tempus constituit; cui in calce Procuratorium laudati Marchionis, & juramentum ab eo ejusque filiis Ecclesiæ Romanæ præstandum, subnexa sunt, d. d. 9. Kal. Junii, Anno 1390.

Bonifacius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio, Nobili Viro Alberto, Marchioni Estensi, in Civitate Ferrariensi ejusque Comitatu & districtu ad Nos & Romanam Ecclesiam immediate spectantibus, pro nobis & Ecclesia ipsa in temporalibus Vicario, salutem & Apostolicam benedictionem. Eximiæ devotionis effectus, quo tu tuique majores Romanam Ecclesiam & Apostolicum apicem præcipua cum veneratione coluistis & quo nos etiam veneraris, nec non illibata fidei constantia, qua tu & tui erga ipsam Ecclesiam etiam in arduis casibus claruistis, multiplicium opportunorum & fidelium obsequiorum promptitudo, quæ te, & illos multifariam comprobavit, digne promerentur, ut personam tuam tuamque posteritatem specialis prærogativæ gratia prosequamur, ac etiam tuis votis in his præsertim, per quæ pacifico statui ac tranquillitati nonnullarum terrarum & locorum eidem Ecclesiæ subjectorum & populorum eorum consulitur, favorabiliter annuamus; Dudum siquidem bonæ memoriæ Ber-

Bertrandus, Episcopus Bononiensis, Apostolicæ Sedis Nuncius, habens in hac parte a felicis recordationis Clemente Papa VI. Prædecessore Nostro plenariam per ejus literas potestatem quondam Opizonem, Marchionem Estensem, Genitorem tuum, tunc in humanis agentem, præmisis per eundem Opizonem certis recognitionum promisionibus, obligationibus, pactis & conventionibus in eisdem Literis contentis & specifice declaratis, pro ipso prædecessore & Romana Ecclesia supradicta Vicariatum Civitatis Ferrariensis & ejus Comitatus ac districtus ad ipsam Ecclesiam immediate spectantium sub annuo censu decem millium florenorum auri, Cunei florentini, boni & justi ponderis, certis anni temporibus tunc expressis, persolvendo & servitio militari centum equitum, dictæ Ecclesiæ certo etiam tunc expresso tempore exhibendo usque ad novem annos præteritos tunc futuros, qui inceperunt computari de mense Julii anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in temporalibus constituit generalem, certis adjectis modis etiam tunc expressis; & deinde cum dictorum novem annorum pars major effluxisset, idem Prædecessor præfatum genitorem, ac te & quondam Nicolaum, Estensem Marchionem, germanum tuum in humanis agentem & vestrum quemlibet in casum obitus ipsius Genitoris, sub eisdem annuo censu & servitio militari & recognitione, promisionibus, obligationibus, pactis, conventionibus & modis usque ad decem annos a fine dictorum novem annorum continue computandos Vicarios Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum in eisdem temporalibus constituit generales. Postmodum vero bonæ memoriæ Egidius, Episcopus Sabinensis, dictæ Sedis Legatus super hoc habens a piæ memoriæ Innocentio Papa Sexto, Prædecessore nostro, specialem per ejus literas potestatem, cum dictum decennium nondum foret elapsum, idemque Genitor obiisset, Vicariatum prædictum usque ad septem annos a fine ipsius decennii computandos tibi & eidem Germano, vigore potestatis hujusmodi prorogavit, & subsequenter cum adhuc hujusmodi septennium perduraret, felicis recordationis Urbanus Papa VI. Prædecessor noster, dictum Vicariatum tibi & eidem Germano & vestrum utrique usque ad 6. annos a fine dicti septennii numerandos dixit per suas literas prorogandum. Demum vero cum de tempore dictorum sex annorum parum restare nosceretur, & pro parte tua, dictique Germani piæ memoriæ Gregorio Papa XI. Prædecessori nostro sæpius & humiliter supplicatum, ut tempus dicti Vicariatus ad vestrorum & utriusque vitam prorogare de speciali gratia dignaretur, Divus Gregorius Prædecessor considerans, quod tu, & quondam Germanus dictus, Civitatem, Comitatum & districtum in pacis tranquillitate ac bona administratione justitiæ ad honorem & statum Ecclesiæ supradictæ rexeratis eosque ab hostibus viriliter defenderatis, quodque ipsa Ecclesia in beneplacitis & obsequiis suis te & illum semper invenerat paratos & promptos, propter quæ Divus Gregorius Prædecessor merito sperabat, quod in regimine, defensione, obsequiis & beneplacitis hujusmodi tu, ipseque Germanus promptiores & paratiores redderemini præstante Domino in futurum, prorogationem hujusmodi obtulit facere gratiose, post quæ quondam Bichinces de Marano, de Parma, Miles, tuus dictique Germani Procurator ad hoc specialiter ordinatus & constitutus, in persona quondam Petri Episcopi, tunc Archiepiscopi Bisuricensis, ejusdem Gregorii Prædecessoris Camerarii, ipsius Prædecessoris eodem Romanæ Ecclesiæ nomine recipientis procuratorio nomine vestro & utriusque vestrum sponte recognovit & confessus fuit, quod merum & mixtum Imperium, & omnimoda Jurisdictio temporalis in dicta Civitate Ferrariensi & ejus districtu, Diœcesi & Comitatu, ac Dominium eorundem cum omnibus Juribus & pertinentiis suis ab antiquo pertinuerant, & tunc pertinebant ad ipsum Gregorium, Prædecessorem & Romanam Ecclesiam supradictam, eo quod tu, dictusque Germanus in jurisdictione, potestate, Dominio, mero & mixto Imperio prælibatis Jus aliquod non habeatis, & deinde præfatus procurator, procuratorio nomine antedicto, eidem Gregorio Prædecessori obtulit & promisit annuam pensionem, seu annuum Censum decem millium florenorum auri boni & justi ponderis, cum supra dicti per te & ipsum Germanum eidem Gregorio Prædecessori, & successoribus suis Romanis Pontificibus Canonice intrantibus & Romanæ Ecclesiæ supradictæ singulis annis in duobus terminis videlicet quinque millium infra festum Nativitatis Domini & aliorum quinque millium florenorum auri infra Festum beatorum Apostolorum Petri & Pauli in Romana Curia, ubicunque ipsam esse contingeret, vestris periculo & expensis Census nomine integraliter solvendorum, quam pensionem, sive Censum decem millium florenorum auri, ipse procurator procuratorio nomine prædicto eidem Gregorio Prædecessori sponte & liberaliter obtulit & in casum quo dictus Gregorius Prædecessor prorogationem & concessionem ejusmodi faceret, vos & utrumque vestrum, prout a vobis in mandatis habebat, efficaciter obligavit & solenniter promisit, quod Gregorio Prædecessori, Successoribus & Ecclesiæ memoratæ præfatam pensionem, seu Censum, singulis annis in jam dictis terminis, vel aliis, quos Prædecessor, seu Successores præfati statuerent, solveretis in Romana Curia supradicta, item quod haberetis & teneretis, vestris propriis expensis singulis annis per tres menses centum stipendiarios sufficientes & bene munitos atque bonos Equites vivos ad obsequium & mandatum Gregorii Prædecessoris, & Successorum Prædictorum infra spatium septuaginta milliariorum computandorum a Ferrariensi Civitate supradicta cum pro parte dictæ Romanæ Ecclesiæ essetis requisiti, ita tamen, quod si uno anno

tum cum mera, libera & generali ac speciali administratione, omnemque autoritatem & parti suæ necessariam, utilem, seu opportunam, prout eis videbitur in præmissis agendi & perficiendi, omnia & singula, & omnia alia, quæ in partis, vel eorum occasione occurrerint facienda, de jure, consvetudine, vel facto, aut partium voluntate: Promittentes insuper & caventes mihi Notario inclyto, tanquam publicæ personæ stipulanti & recipienti nomine servire per præfati Sanctissimi Patris Ecclesiæque Romanæ, ac omnium & singulorum, quorum interest, vel interesse poterit, perpetua, secura, rata, grata, habere, tenere & inviolabiliter observare, ac adimplere omnia & singula gerenda, seu administranda, concedenda, promittenda & firmanda per ipsos Procuratores, vel eorum alium, in præmissis, & circa præmissa, vel eorum occasione, sub hypotheca & obligatione omnium bonorum ipsorum constituentium in præmissis omnibus casibus & quolibet præmissorum casuum; promiserunt insuper & ad Sancta Dei Evangelia, tactis scripturis, juramento constituentes prædicti, sub quacunque pœna antedicti Domini nostri Papæ arbitrio infligenda, exprimenda & statuenda, quam idem Dominus Noster Papa, tempore Vicariatus prædicti duxerit exprimendam, quod ipsi dictos suos Procuratores, nec aliquem ipsorum, directe vel indirecte, non revocabunt, nec datam eis per præsens instrumentum potestatem, aliqualiter mutabunt, restringent aut limitabunt, donec potestas & negotium eis, vel eorum alii per hoc instrumentum procuratorium concessa plenum & perfectum sortiatur effectum, quodque nihil dicent, vel facient, quo minus præsens procuratorium & omnia & singula in eo contenta, plenam & inviolabilem habeant roboris firmitatem, renunciantes insuper in iis omnibus & singulis supradictis privilegio fori & alteri cuicunque & omnibus aliis & singulis statutis & Legibus municipalibus Civitatis Ferrariensis tam factis quam faciendis, generalibus, vel specialibus, ex quibus prædicta vel eorum alia infringi, diminui, vel debilitari valeret seu quomodolibet vitiari, nec non doli & in factum, & quibuscunque aliis exceptionibus & defensionibus juris & facti, quæ pro expressis & hic specialiter nominatis voluerunt & volunt haberi & perinde hujusmodi renunciationem valere, & effectum habere per omnia ac si in omnibus & singulis casibus specialiter & expresse nominata fuissent, nec non alterius cujuscunque juris auxilio, tam Canonici quam Civilis, ex quibus contra prædicta obviari & veniri quomodolibet videretur. Quibus omnibus & singulis sic peractis præfati DD. Nicolaus, Ugo & Albertus, Marchiones, mandaverunt de prædictis omnibus & singulis per me Notarium juratum, publicum & solenne fieri Instrumentum & eidem apponi sigillum ipsorum in talibus seu similibus consvetum; insuper præfati Domini Marchiones constituentes, præsentibus testibus supradictis, concesserunt mihi Notario inclyto licentiam & liberam potestatem, semel & pluries, plene & plenissime cum omnibus clausulis, additionibus & detractionibus facere & in publicam formam redigere, ad mandatum & voluntatem dicti Domini Summi Pontificis & deputandorum ab Eo, Instrumentum hujus Mandati & procurationis.

Ego Franciscus, Filius quondam Domini Joannis Philippi de Tajapenis Civis habitator Civitatis Ferrariensis Imperiali autoritate Ferrariensis Notarius publicus, prædictis omnibus præsens fuit & ad ea rogatus a dictis Dominis Marchionibus scribere, scripsi & in hanc publicam formam redegi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ constitutionis, continuationis, prorogationis, concessionis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinioni VI. Idus Octobris, Pontificatus Nostri Anno quarto.

R. de Valle.

Niv. ◻.

S. Merchaderii.

LII.

Bonifacii IX. Pontif. Maxim. Bulla, qua Albertum, Marchionem Estensem, & in eventum ejus filios, in Civitate, Comitatu, atque ditione Ferrariensi, suos æque ac S. R. E. Vicarios generales ad tempus constituit; cui in calce Procuratorium laudati Marchionis, & juramentum ab eo ejusque filiis Ecclesiæ Romanæ præstandum, subnexa sunt, d. d. 9. Kal. Junii, Anno 1390.

Bonifacius Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio, Nobili Viro Alberto, Marchioni Estensi, in Civitate Ferrariensi ejusque Comitatu & districtu ad Nos & Romanam Ecclesiam immediate spectantibus, pro nobis & Ecclesia ipsa in temporalibus Vicario, salutem & Apostolicam benedictionem. Eximiæ devotionis effectus, quo tu tuique majores Romanam Ecclesiam & Apostolicum apicem præcipua cum veneratione coluistis & quo nos etiam veneraris, nec non illibata fidei constantia, qua tu & tui erga ipsam Ecclesiam etiam in arduis casibus claruistis, multiplicium opportunorum & fidelium obsequiorum promptitudo, quæ te, & illos multifariam comprobavit, digne promerentur, ut personam tuam tuamque posteritatem specialis prærogativæ gratia prosequamur, ac etiam tuis votis in his præsertim, per quæ pacifico statui ac tranquillitati nonnullarum terrarum & locorum eidem Ecclesiæ subjectorum & populorum eorum consulitur, favorabiliter annuamus; Dudum siquidem bonæ memoriæ Ber-

Bertrandus, Episcopus Bononiensis, Apostolicæ Sedis Nuncius, habens in hac parte a felicis recordationis Clemente Papa VI. Prædecessore Nostro plenariam per ejus literas potestatem quondam Opizonem, Marchionem Estensem, Genitorem tuum, tunc in humanis agentem, præmissis per eundem Opizonem certis recognitionum promissionibus, obligationibus, pactis & conventionibus in eisdem Literis contentis & specifice declaratis, pro ipso prædecessore & Romana Ecclesia supradicta Vicariatum Civitatis Ferrariensis & ejus Comitatus ac districtus ad ipsam Ecclesiam immediate spectantium sub annuo censu decem millium florenorum auri, Cunei florentini, boni & justi ponderis, certis anni temporibus tunc expressis, persolvendo & servitio militari centum equitum, dictæ Ecclesiæ certo etiam tunc expresso tempore exhibendo usque ad novem annos præteritos tunc futuros, qui inceperunt computari de mense Julii anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in temporalibus constituit generalem, certis adjectis modis etiam tunc expressis; & deinde cum dictorum novem annorum pars major effluxisset, idem Prædecessor præfatum genitorem, ac te & quondam Nicolaum, Estensem Marchionem, germanum tuum in humanis agentem & vestrum quemlibet in casum obitus ipsius Genitoris, sub eisdem annuo censu & servitio militari & recognitione, promissionibus, obligationibus, pactis, conventionibus & modis usque ad decem annos a fine dictorum novem annorum continue computandos Vicarios Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum in eisdem temporalibus constituit generales. Postmodum vero bonæ memoriæ Egidius, Episcopus Sabinensis, dictæ Sedis Legatus super hoc habens a piæ memoriæ Innocentio Papa Sexto, Prædecessore nostro, specialem per ejus literas potestatem, cum dictum decennium nondum foret elapsum, idemque Genitor obiisset, Vicariatum prædictum usque ad septem annos a fine ipsius decennii computandos tibi & eidem Germano, vigore potestatis hujusmodi prorogavit, & subsequenter cum adhuc hujusmodi septennium perduraret, felicis recordationis Urbanus Papa VI. Prædecessor noster, dictum Vicariatum tibi & eidem Germano & vestrum utrique usque ad 6. annos a fine dicti septennii numerandos dixit per suas literas prorogandum. Demum vero cum de tempore dictorum sex annorum parum restare nosceretur, & pro parte tua, dictique Germani piæ memoriæ Gregorio Papa XI. Prædecessori nostro sæpius & humiliter supplicatum, ut tempus dicti Vicariatus ad vestrorum & utriusque vitam prorogare de speciali gratia dignaretur, Divus Gregorius Prædecessor considerans, quod tu, & quondam Germanus dictus, Civitatem, Comitatum & districtum in pacis tranquillitate ac bona administratione justitiæ ad honorem & statum Ecclesiæ supradictæ rexeratis eosque ab hostibus viriliter defenderatis, quodque ipsa Ecclesia in beneplacitis & obsequiis suis te & illum semper invenerat paratos & promptos, propter quæ Divus Gregorius Prædecessor merito sperabat, quod in regimine, defensione, obsequiis & beneplacitis hujusmodi tu, ipseque Germanus promptiores & paratiores redderemini præstante Domino in futurum, prorogationem hujusmodi obtulit facere gratiose, post quæ quondam Bichinces de Marano, de Parma, Miles, tuus dictique Germani Procurator ad hoc specialiter ordinatus & constitutus, in persona quondam Petri Episcopi, tunc Archiepiscopi Bisuricensis, ejusdem Gregorii Prædecessoris Camerarii, ipsius Prædecessoris eodem Romanæ Ecclesiæ nomine recipientis procuratorio nomine vestro & utriusque vestrum sponte recognovit & confessus fuit, quod merum & mixtum Imperium, & omnimoda Jurisdictio temporalis in dicta Civitate Ferrariensi & ejus districtu, Diœcesi & Comitatu, ac Dominium eorundem cum omnibus Juribus & pertinentiis suis ab antiquo pertinuerant, & tunc pertinebant ad ipsum Gregorium, Prædecessorem & Romanam Ecclesiam supradictam, eo quod tu, dictusque Germanus in jurisdictione, potestate, Dominio, mero & mixto Imperio prælibatis Jus aliquod non habeatis, & deinde præfatus procurator, procuratorio nomine antedicto, eidem Gregorio Prædecessori obtulit & promisit annuam pensionem, seu annuum Censum decem millium florenorum auri boni & justi ponderis, cum supra dicti per te & ipsum Germanum eidem Gregorio Prædecessori, & successoribus suis Romanis Pontificibus Canonice intrantibus & Romanæ Ecclesiæ supradictæ, singulis annis in duobus terminis videlicet quinque millium infra festum Nativitatis Domini & aliorum quinque millium florenorum auri infra Festum beatorum Apostolorum Petri & Pauli in Romana Curia, ubicunque ipsam esse contingeret, vestris periculo & expensis Census nomine integraliter solvendorum, quam pensionem, sive Censum decem millium florenorum auri, ipse procurator procuratorio nomine prædicto eidem Gregorio Prædecessori sponte & liberaliter obtulit & in casum quo dictus Gregorius Prædecessor prorogationem & concessionem ejusmodi faceret, vos & utrumque vestrum, prout a vobis in mandatis habebat, efficaciter obligavit & solenniter promisit, quod Gregorio Prædecessori, Successoribus & Ecclesiæ memoratæ præfatam pensionem, seu Censum, singulis annis in jam dictis terminis, vel aliis, quos Prædecessor, seu Successores præfati statuerent, solveretis in Romana Curia supradicta, item quod haberetis & teneretis, vestris propriis expensis singulis annis per tres menses centum stipendiarios sufficientes & bene munitos atque bonos Equites vivos ad obsequium & mandatum Gregorii Prædecessoris, & Successorum Prædictorum infra spatium septuaginta milliariorum computandorum a Ferrariensi Civitate supradicta cum pro parte dictæ Romanæ Ecclesiæ essetis requisiti, ita tamen, quod si uno

anno de transmittendo ipsos stipendiarios Equites non essetis requisiti, ex tunc prædicto anno jam elapso ipsos non teneremini destinare. Et si contingeret, quod dicta Romana Ecclesia majori numero hujusmodi Equitum indigeret, tu ipseque Germanus teneremini toto posse vestro ultra prædictos Centum Equites prædictam Ecclesiam adjuvare, expensis tamen antedictæ Ecclesiæ etiam pro majori tempore tribus mensibus antedictis, nisi gverram veram & non simulatam actu in dicta Civitate, vel ejus districtu haberent, quo casu ultra prædictum numerum Centum Equitum minime tenerentur; quodque bona fide, & efficaciter tu, dictusque Germanus ordinaretis in vita vestra, quod vobis ambobus ab hac luce subtractis, filii & hæredes vestri, seu alii eosdem Civitatem, Comitatum & districtum cum mero & mixto Imperio & omnibus aliis juribus & pertinentiis eorundem bona fide integre, libere & realiter cum effectu Gregorio Prædecessori vel Successoribus & Romanæ Ecclesiæ prædictis &, Apostolica Sede vacante, Collegio ejusdem Ecclesiæ Cardinalium & Romanæ Ecclesiæ prælibatis, resignarent, restituerent & dimitterent. Et quod infra præfatum districtum Ferrariensem nova Castra vel fortalitia non faceretis, &, si quæ facta reperirentur, ad mandatum Gregorii Prædecessoris & Successorum, ac Romanæ Ecclesiæ prædictorum ipsa destruere teneremini. Et quod Civitatem, Comitatum & districtum præfatos ac Cives districtuales, incolas & habitatores eorundem secundum jura, consvetudines & statuta dictæ Civitatis tam præsentia quam futura, a Jure non reprobata regeretis, & etiam gubernaretis, ac talias & exactiones indebitas eis non imponeretis, nec exigeretis ab ipsis & quod contra Gregorium, Prædecessorem, vel Romanam Ecclesiam sæpedictos non essetis, sed pro ipsa essetis, & eidem pro Jure fideliter adhæreatis, & quod conjurationem, conspirationem, seu ligam non faceretis cum rebellibus & inimicis, seu inobedientibus Ecclesiæ prælibatæ, nec eis præstaretis auxilium, vel favorem, & quod terras, bona, loca, res & alia quæcunque Jura ejusdem Romanæ Ecclesiæ per vos, seu alium, vel alios non invaderetis, & quomodolibet occuparetis, & quod Clericos, Ecclesiasticas personas, & Ecclesias bonis suis, & Ecclesiarum suarum libere frui, & gaudere præmitteretis, nec impediretis per vos, vel alium, seu alios, quominus ipsi Clerici, & Ecclesiasticæ personæ libere & plene gaudere possent suis beneficiis, redditibus, proventibus, privilegiis, libertatibus & juribus universis in Civitate, Comitatu & districtu prædictis, nec permitteretis, quod aliqui viri, subditi vel alii prædictos Clericos, Ecclesiasticas personas, Monasteria, seu loca super præmissis beneficiis, redditibus, proventibus, privilegiis, libertatibus & juribus suis impedirent, vel perturbarent, sed ne hujusmodi impedimentum & perturbatio fierent pro viribus prohiberent. Quodque de terris omnibus vestræ administrationi commissis, seu quas nunc tenebatis, vel teneretis imposterum universos hæreticos ab Ecclesia denotatos vel denotandos bona fide pro viribus exterminare studeretis. Promisit insuper præfatus Procurator prædicto procuratorio nomine Gregorio Prædecessori & Romanæ Ecclesiæ supradictis specialiter & expresse, quod prætensione quarumcumque expensarum, ratione defensionis, reaffectionis & ædificationis, vel reparationis in Civitate, Comitatu & districtu Ferrariensi prædictis, vel eorum occasione factarum, & imposterum faciendarum restitutionem Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum, vobis, ut præfertur, defunctis, iidem filii vel hæredes vestri & officiales non retardarent, nec etiam recusarent, & quod dictas expensas quacunque ratione vel causa factas, vel faciendas, tu dictusque Germanus, vel ipsi filii, hæredes & officiales minime exigeretis, vel peteretis a Romana Ecclesia supradicta, nec etiam ipsi Ecclesiæ computaretis. Volens dictus Procurator ac promittens & expresse conveniens nomine antedicto quod ipsa Romana Ecclesia ad expensas hujusmodi nullatenus teneretur; promisit etiam solemniter dictus Procurator nomine prælibato, & in tuam dictique Germani animas, prout a Vobis in mandatis habebat, tactis scripturis corporaliter juravit & efficaciter obligavit, quod omnia & singula supradicta & cuncta, *quæ in literis dicti Gregorii Prædecessoris continentur & per eum recognita, dicta, promissa, confessata, oblata, conventa & jurata, tu dictusque Germanus specialiter & expresse in præsentia bonæ memoriæ Petri Episcopi Ostiensis nunc tituli sanctæ Mariæ in Transtiberim Presbyteri Cardinalis, & in nonnullis Provinciis ac terris dictæ Romanæ Ecclesiæ pro eadem Ecclesia Vicarii in temporalibus Generalis, vel alterius quem ipse ad hoc deputaret,* infra quatuor menses, a dato hujusmodi literarum dicti Gregorii Prædecessoris numerandos, ratificaretis, emulgaretis, acceptaretis, approbaretis & etiam minuaretis & corporali juramento tactis scripturis rata & grata habere, & inviolabiliter observare & efficaciter adimplere promitteretis, & publica Instrumenta super iis vestro pendenti sigillo sigillata infra duos alios menses prædictos quatuor menses immediate sequentes daretis Gregorio Prædecessori & Romanæ Ecclesiæ prælibatis, quodque Prædecessori, Successoribus & Ecclesiæ præsens fidelitatis Sacramentum, cum omnibus suis Capitulis, infra dictos quatuor menses, pro toto tempore vitæ vestræ, in manibus dicti Episcopi Ostiensis nunc Cardinalis sub nunc expressa forma præstaretis. Pro quibus omnibus & singulis superius per eundem Procuratorem recognitis, dictis, promissis, confessatis, oblatis, conventis & coram eorum præstatione firmatis, attendendis, complendis & inviolabiliter observandis & etiam restitutionem & satisfactionem damnorum & expensarum ac interesse, quæ Gregorius Prædecessor, Successores & Ecclesiæ supradicti incurrerent, seu etiam paterentur, si tu ipseque Germanus omnia & singula supradicta non attenderetis, & non observaretis aut non compleretis vel in solutione Census prædicti annis singu-

singulis persolvendi aut in subsidio dictorum Censuum stipendiorum deficeretis vel dictam solutionem, sive hujusmodi subsidii inhibitionem contra dictam conventionem differretis, aut contra supra dicta, vel eorum aliquid faceretis, vel veniretis, aliqua ratione, colore, vel causa, dictus Procurator procuratorio nomine antedicto, prout a te & eodem Germano specialiter in mandatis habebat, omnia jura, bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura, ubicunque & in quibuscunque consistentia Gregorio Prædecessori, Successoribus ac Romanæ Ecclesiæ supradictis solemniter & efficaciter obligavit, volens & consentiens expresse quod tu, dictus Germanus pro præmissis omnibus & singulis attendendis, observandis & adimplendis captione personarum vestrarum & distractione quorumcunque bonorum vestrorum existentium ubicunque & aliis viis & modis quibuscunque, per quoscunque Judices & Officiales compelli & cogi possetis, præsertim per Camerarium Ecclesiæ Romanæ, ipsius Camerarii & Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditorem, Vice-Auditorem, seu Locumtenentem ipsius, ac Marechallum Romanæ Curiæ & quemlibet eorum, quorum & cujuslibet eorum jurisdictioni & coërcitioni dictus Procurator, prout a vobis in mandatis habebat, omnibus, jure, modo & forma, quibus melius & efficacius potuit sponte, libere & expresse ac specialiter te & ipsum Germanum summisit, renuncians in prædictis omnibus & singulis exceptionibus non sic celebrati contractus, rei non sic, sed aliter gestæ, quod plus vel minus fuerit scriptum quam dictum, vel dictum quam scriptum, doli mali, in factum actionem, condictionem indebiti, cujus & sui & cuicunque alteri Apostolico vel Imperiali concesso vel concedendo privilegio petitioni & oblationi libelli, copiæ Instrumenti literarum de his confectarum omni semper feriato, & quadrimestri appellationis remedio tam de una & de duabus dietis in dicto concilio generali, quam piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris Nostri constitutionibus omnique consuetudini & statuto, & omnibus aliis exceptionibus & defensionibus, tam Juris Canonici quam Civilis, quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum possetis facere, vel venire, aliquo colore vel ingenio, de jure vel de facto & specialiter juri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi præcessisset specialis. Præfatus itaque Gregorius Prædecessor recognitionibus, confessionibus, promissionibus, pactis, obligationibus, summissionibus, juramentis & renunciationibus per prædictum Procuratorem eodem Procuratorio nomine factis, de dictæ Sedis consueta clementia benigne receptis, pariter & admissis de fratrum suorum consilio, te dictumque germanum, & alterum vestrum, post mortem alterius vestrum, sub præmissis promissionibus, obligationibus, pactis, conventionibus, pœnis & juramentis per præfatum Procuratorem, nomine vestro, factis, ac solemniter promissis & præstitis, atque per te ipsumque Germanum, ut præmittitur, promittendis, approbandis, ratificandis & innovandis, eisque pleno & effectualiter observandis & adimplendis, te, ipsumque Germanum tuum Vicarios Civitatis, Comitatus & districtus Ferrariensis prædictorum pro Gregorio Prædecessore & Sancta Romanam Ecclesia prædictis, sub annuo Censu decem millium florenorum auri de Florentia, ponderis & Cunei supradicti, Gregorio Prædecessori, Successoribus, & Romanæ Ecclesiæ prælibatis, in prædictis Nativitatis Domini & Sanctorum Petri & Pauli festis, seu terminis, annis singulis solvendorum, quod seriose, particulariter & distincte declaratum & expressum existit, & cum dicto subsidio militari dando eidem Ecclesiæ, secundum modum superius declaratum, ad tuam ipsiusque Germani & vestrum utriusque vitam ex tunc constituit generales; Ita quod tu dictusque Germanus ejus jurisdictionem omnimodam temporalem, cum mero & mixto Imperio, ad eandem Romanam Ecclesiam in Civitate, Comitatu & districtu prædictis pertinentem, auctoritate & nomine Gregorii Prædecessoris & Romanæ Ecclesiæ prædictorum, per vos, vel alium, seu alios, quem vel quos ad hoc deputaverit, exercendi, necnon ponendi, constituendi, destituendi & removendi potestates, Judices & cæteros Officiales, qui possent & deberent quæstiones & causas tam Criminales, quam Civiles & cujuscunque generis motas, & movendas inter Cives, incolas & habitatores Civitatis, Comitatus & districtus prædictos & quoscunque alios ratione delicti, contractus, vel rei ad vestrum, tanquam Vicarium Romanæ Ecclesiæ prædictæ, forum spectantes toto tempore vitæ vestræ & cujuslibet vestrum, auctoritate Apostolica audiendi & de illis etiam cognoscendi, easque definiendi & fine debito terminandi & etiam executioni mandandi: Insuper colligendi & percipiendi omnia telonia, pedagia & dacia & jura ac omnes & singulos fructus, redditus & proventus quocunque nomine censerentur, Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum ad dictam Romanam Ecclesiam pertinentia in eisdem, illis exceptis, quæ per aliquos, qui certa territoria, seu bona alia in ipsis Civitate, Comitatu & districtu tenebant, a dicta Ecclesia, quique pro ipsis territoriis & bonis debebant, qui Ecclesiæ, seu ejus Thesaurario in Provincia Romandiolæ annuatim solvere certum censum & de illis omnibus & singulis faciendi & disponendi, prout sibi & eidem Germano & alteri vestrum supravenienti faciendum rationabiliter videretur, seu etiam disponendum, alienatione tamen bonorum ejusdem Ecclesiæ Romanæ in Civitate, territorio & districtu prædictis sibi & eidem Germano penitus interdicta, haberetis plenariam potestatem, concedens idem Gregorius Prædecessor tibi eidemque Germano per easdem literas suas, quod exercitium, regimen, & gubernationem sæpedictarum Civitatis, Comitatus & districtus, in quibus ex concessione dicti Urbani Præ-

Prædecessoris tibi & ipsi Germano facta, existebatis, continuare, & retinere, ac in eisdem exercitio, regimine ac gubernatione tanquam Ecclesiæ prædictæ Vicarii, tibi, eidem Germano ad invicem, quando alterum vestrum obire contingeret, succedere, & ea autoritate propria per vos, vel alium, seu alios recipere & tenere libere possetis. Decrevit autem dictus Gregorius Prædecessor, quod tu ipseque Germanus, si in solutione dicti annui Census præfatorum decem millium florenorum auri in dicta Romana Curia Gregorio Prædecessori, Successoribus & Romanæ Ecclesiæ prædictis, ac ipsi Romanæ Ecclesiæ Apostolica Sede vacante anno quolibet quamdiu viveritis, ut præfertur, persolvendi, per vos cessare contingeret, & per duos menses singulos eosdem terminos ad persolvendam dictam summam florenorum superius assignatam immediate sequentes, exspectati de summa jam dicta non satisfaceretis Cameræ Apostolicæ & Romanæ Ecclesiæ prælibatis, & dictum subsidium militare ipsi Ecclesiæ non daretis, ut præfertur, excommunicationis incurretis sententiam eo ipso, quod si infra alios duos menses præfatos duos immediate sequentes dictorum decem millium florenorum summam sine dilatione qualibet in terminis supradictis non solveretis Romanæ Ecclesiæ sæpe dictæ, Civitas Ferrariensis, Comitatus & districtus prædicti Ecclesiastico interdicto subjacerent, ipso facto, & tam diu tu, ipseque Germanus remaneretis prædicta excommunicationis sententia innodati, & Civitas, Comitatus & districtus prædicti præfato subjacerent interdicto, donec prælibatum censum in originali cum restitutione damnorum & expensarum, secuturarum per retardationem solutionis hujusmodi duxissetis persolvendum. Ita tamen quod cum prædicta solutio facta & completa fuisset, tibi & eidem Germano per dictam Sedem Apostolicam absolutionis beneficium impenderetur, ipsumque interdictum eo ipso esset totaliter relaxatum, prout in prædictis ejusdem Gregorii Prædecessoris literis inde confectis, in quibus etiam forma juramenti per sæpe dictum Procuratorem, tuo & ipsius Germani nomine tunc præstiti, ac tenor mandati, quod idem Procurator propterea a vobis habebat, de verbo ad verbum sunt inserti, plenius continetur. Nuper autem ad Nostri veniens præsentiam dilectus filius Antonius de Montecetino, Laicus Lucanensis, Divinarum Legum Doctor, Procurator tuus, habens a te ad hoc specialiter mandatum, tuoque Procuratorio nomine nobis humiliter supplicavit, ut cum suptascripta omnia & singula recognita, dicta, promissa, confessata, oblata, conventa & jurata in ejusdem literis Dicti Gregorii Prædecessoris contenta innovare, & debitæ fidelitatis Juramentum præstare paratus esset, ac offerret, quod tu in propria persona in manibus ejusdem, quem ad id deputaremus, præmissa etiam innovare & approbare proprio Juramento prædictis ipsius Gregorii Prædecessoris literis & omnibus & singulis in eis contentis robur Apostolicæ confirmationis adjicere, eo nihilominus Vicarium ipsum ad filiorum suorum legitimorum ex tuo corpore legitime descendentium tam natorum, quam etiam nasciturorum & in eventum, quo, quod absit, te absque hujusmodi legitimis filiis migrare contingeret ab hac luce, ad dilecti filii Nicolai nati tui, qui defectum natalium patitur de soluto genitus & soluta, vitam extendere, & in hoc casu dicto Nicolao super hujusmodi natalium defectu ad præmissa dispensare, de benignitate Apostolica gratiose dignaremur; Et cum hujusmodi supplicationibus benigne annuentes, illaque, quæ dictus Antonius Procurator per vos fieri, ut præmittitur, supplicavit, obtulissemus, liberaliter nos acturos, idem Antonius Procurator, procuratorio nomine supradicto, præmissa omnia & singula, promissiones, recognitiones, Confessiones, obligationes, Conventiones, Summissiones & Renunciationes, & alia in eisdem sæpedicti Gregorii Prædecessoris literis contenta sponte recognovit, & innovavit, ac in nostris manibus Juramentum præstitit, juxta formam inferius annotatam. Nos igitur attendentes claram generositatem tuam, & merita clariora, quæ te nobis & Ecclesiæ Romanæ digne gratum reddunt, & acceptum ac sperans, quod sicut hactenus tu, tuique Majores, postquam in eisdem Civitate, Comitatu & districtu Vicariatum pro ipsa Romana Ecclesia gessistis, illos in pacis dulcedine & cum debita administratione Justitiæ, sub ipsius Ecclesiæ obedientia & ad ejus honorem laudabiliter gubernastis; Ita tam tu, quam etiam cum ex arbore bona bonæ propagines producantur, hujusmodi filii & in eventum prædictum ipse Nicolaus natus eosdem Civitatem, Comitatum & districtum, dante Domino, de bono perseverantes in melius laudabilibus effectibus gubernabitis in futurum, hujusmodi supplicationibus inclinati, easdem dicti Gregorii Prædecessoris literas & omnia & singula in eis contenta rata habentes & grata, illa autoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus & prædictis scriptis scripti patrocinio communimus, & nihilominus post tuum obitum ex nunc filios tuos hujusmodi legitimos natos & in posterum nascituros, & in eventum prædictum videlicet, quo te absque hujusmodi filiis legitimis contingat de medio summo ferri, & etiam, si iidem filii legitimi dicto Nicolao nato superstite decedant, eundem Nicolaum natum, ita quod superstes, vel superstites, legitimus, seu legitimi, decedenti, vel decedentibus in hujusmodi Vicariatu de directo succedat, vel succedant. Ipsis vero legitimis omnibus dicto Nicolao nato superstite decedentibus, idem Nicolaus natus ipsis sic defunctis in eodem Vicariatu similiter de directo succedat sub prædictis promissionibus, recognitionibus, confessionibus, obligationibus, conventionibus, pactis, summissionibus, juramentis & renunciationibus per eundem Antonium Procuratorem tuo

tuo procuratorio nomine ſupradicto factis et ſolenniter promiſit et præſtitit & per te, ipſosque filios & Nicolaum natum eventum prædictum poſtquam objecit promittendis, approbandis, ratificandis, emologandis & innovandis, eisque plene & effectualiter obſervandis & adimplendis, Vicarios in temporalibus ad eorum & cujuslibet eorum vitam ſub ſinuli annuo cenſu decem millia florenorum auri ponderis, & cunei ſupradicti in prædictis terminis eidem Cameræ modo ſimili ſolvendorum, & cum dicto ſubſidio militari eidem Eccleſiæ, ſecundum modum ſuperius expreſſum, dando, & cum omnibus & ſingulis conditionibus, conventionibus, pactis & clauſulis in eisdem literis dicti Gregorii Prædeceſſoris plenius declaratis, autoritate Apoſtolica conſtituimus & etiam deputamus, ipſumque Vicariatum ad hujusmodi filiorum & in eventum prædictum ejusdem Nicolai nati vitam extendimus & etiam prorogamus: Et in conſtitutione & deputatione hujusmodi pœnas & ſententias in caſibus ſuperius expreſſis volumus & eadem autoritate decernimus, per omnia debere intelligi pro adjectis. Et inſuper cum præfato Nicolao nato, ut in eventum prædictum hujusmodi Vicariatum recipere, gerere & exercere libere & licite valeat, prædicto natalium defectu & conſtitutionibus Apoſtolicis, Legibus Imperialibus, ac Statutis municipalibus & conſuetudinibus & aliis contrariis nequaquam obſtantibus, autoritate Apoſtolica ſupradicta de uberioris dono gratiæ tenore præſentium diſpenſamus, volumus etiam & præmiſſis adjicimus, quod tu infra quatuor Menſes a dato præſentium computandos omnia & ſingula ſupraſcripta, quæ tuam perſonam concernunt, in venerabilis Fratris Noſtri Epiſcopi Ferrarienſis, & quod hujuſmodi filii tui, ipſeque Nicolaus natus in eventum prædictum ſimiliter infra quatuor menſes poſt obitum tuum, in manibus ejus, quem Romanus Pontifex, qui tunc erit, ad hoc duxerit deputandum, ratifices, emologes, acceptes, approbes & innoves; ratificent, emologent, acceptent & approbent, & corporali Juramento, tactis ſcripturis, rata & grata habere, & inviolabiliter obſervare, & efficaciter adimplere promittas & promittant, & publica inſtrumenta ſuper his, tuo & eorum pendentibus ſigillis ſigillata infra alios duos menſes, prædictos quatuor menſes, prout ſupra tibi & eis ſtatuti ſunt, immediate ſequentes, des & dent Nobis & Romano Pontifici, qui tunc erit, ac Romanæ Eccleſiæ prælibatis, quodque nobis, Succeſſoribus & Eccleſiæ prædictis fidelitatis Sacramentum cum omnibus ſuis capitulis, infra dictos quatuor menſes, ut ſupra, ſtatutos, ut videlicet in Epiſcopi Ferrarienſ. & dicti filii ac Nicolaus natus, in eventum prædictum, pro toto tempore vitæ eorum in deputati manibus præſtes, atque præſenti in forma inferius annotata; formam autem juramenti, quod præfatus Antonius procurator, ratione dicti Vicariatus per Nos tibi, ut præmittitur confirmati, tactis ſacroſanctis Evangeliis, prout a te in mandatis ſpecialiter coram Nobis præſtitit, & quod, ut præmittitur, renovabis, dictique filii ac Nicolaus natus in eundem eventum præſtabunt, ut per eam plenius informeris, & informentur, & eam adimplere ſtudeat & ſtudeant, præſentibus inſeri fecimus, quæ talis eſt:

Ego Antonius de Montecatino, Laicus Lucan. Diœceſ. Legum Doctor, Procurator & Nuntius ac procuratorio nomine Magnifici Viri, Domini mei Alberti, Marchionis Eſtenſis, in Civitate, Comitatu & diſtrictu Ferrarienſi pro beatiſſimo in Chriſto Patre & Domino, Domino Bonifacio Divina Dei providentia Papa IX. & Sancta Romana Eccleſia Vicarii in temporalibus generalis habens a dicto Marchione ad infra ſcripta ſpeciale Mandatum, promitto, quod idem Marchio ab hac hora inantea fidelis & obediens erit beato Petro & D. Bonifacio ejusque Succeſſoribus Roman. Pontif. canonice intrantibus Sanctæque Apoſtolicæ Sedi & Romanæ Eccleſiæ, non erit in conſilio aut conſenſu, vel facto, ut vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione, conſilium quod idem Vicario credituri erunt per ſe, aut Nuntios, ſive per literas, ad eorum damnum, eo ſciente, nemini pandet; Et ſi ſciverit fieri, vel procurari, ſive tractari aliquid, quod ſit in dicti D. Papæ, vel ipſorum Succeſſorum damnum, illud pro poſſe impediet, & ſi impediri non poſſet, illud eis ſignificare curabit. Papatum Romanum & Regalia S. Petri, tam in Civitate, Comitatu & diſtrictu prædictis, quam alibi exiſtentia, Adjutor ejus erit ad retinendum, defendendum & recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem, & nihilominus pro poſſe adjuvabit dictamque Romanam Eccleſiam & eundem Dominum Bonifacium Papam & Succeſſores prædictos, qui erunt pro tempore, ac Vicarios, Legatos & officiales eorum etiam contra perditionis filios Rubertum, olim Baſiliæ duodecim Apoſtolorum vulgariter dictum Geben. nunc Antipp. qui ſe Clementem VII. auſu ſacrilego nominare præſumpſit, & Joannem olim N. Sancti Marcelli vulgariter dictum Ambianum, Præsbyteros, Cardinales eorum gravibus & notoriis culpis & temeritatibus urgentibus per felicis recordationis D. Urbanum Papam VItum, juſto Dei judicio, autoritate Apoſtolica, tanquam hæreticos & ſchiſmaticos puniendos ſententialiter condemnatos, & contra eorum ſequaces, & dantes eis, vel eorum alicui auxilium, conſilium, vel favorem cujuscunque fuerint præeminentiæ, ordinis, Religionis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi Pontificali vel Regali, aut Reginali ſeu quavis alia præfulgeant dignitate, & etiamſi fuerint dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales & contra quoſcunque alios per Eccleſiam denotatos, vel in poſterum denotandos quamdiu extra gratiam & communionem dictæ Eccleſiæ permanebunt, nec eis vel alicui

eorum dabit quoquo modo per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, nec aliis quantum erit in eo & impedire potuit præstari seu dari permittet, sed eos pro posse, donec reducantur ad gremium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & obedientiam præfati Domini Bonifacii Papæ VIIII. juxta tenorem processuum Apostolicorum, prout justum fuerit, pro posse persequetur & invadet ac persequi & invadi faciet, etiam contra omnes homines mundi juxta suum posse, & bona fide universas & singulas promissiones, conventiones, obligationes & pacta per me Procuratorem, procuratorio nomine ipsius Marchionis facta & inita, & cætera alia in confirmatione, seu receptione dicti Vicariatus per me promissa, obligata, facta & recognita & conventiones & pacta in literis dicti Vicariatus seu confirmationis apposita, & omnia & singula, quæ continentur in eisdem literis plenarie adimplebit, & inviolabiliter observabit, nec ullo unquam tempore, durante Vicariatu prædicto, veniet contra illa. Præfatum Vicariatus officium ad honorem Sanctæ Matris Ecclesiæ dictique Domini Bonifacii Papæ IX. & Successorum suorum ad bonum statum civium & incolarum Civitatis Ferrariæ & districtus prædictorum sollicite & fideliter exercebit, & unicuique pro posse justitiam administrabit & observabit: Sic me Deus adjuvet & Sancta Dei Evangelia.

Tenor vero procuratorii ejusdem Antonii Procuratoris talis est:

In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo trecentesimo, nonagesimo, Indictione tertia decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri D. Bonifacii, divina providentia Papæ IX. anno primo, die decima octava Mensis Febr. Ferrariæ in Palatio ibidem Domini Marchionis in Cursili a Fontana ipsius, præsentibus testibus vocatis & rogatis egregio & potente milite, Domino Philippo de Rubertis de Fubieli, habitatore dictæ Civitatis Ferrariæ, nobili viro Jacobo de Macha de Ferraria, Bartholomeo a Mela, Notario de Ferraria & aliis. Illustris & Magnificus Dominus Albertus, Marchio Estensis, natus olim Recolendæ memoriæ, Illustris & Magnifici Domini, Domini Obizonis, Marchionis Estensis de Ferraria, non revocando propterea aliquem suum procuratorem, sed potius illum & illos confirmando omni jure, via, modo & forma, quibus melius potest & potuit, fecit, constituit & ordinavit sapientem & discretum virum, Dominum Antonium de Monodeadino, Legum Doctorem, absentem tanquam præsentem, suum verum & legitimum procuratorem, actorem, factorem & nuncium specialem specialiter ad supplicandum, petendum & impetrandum a Sanctissimo Domino Nostro, Domino Bonifacio, divina providentia Papa IX. prænominato & dicto nomine ab ipso Sanctissimo Domino Nostro confirmari Vicariatum, Regimen & Gubernationem Civitatis Ferrariæ ejusque territorii Comitatus & districtus pertinentiarum, ejus incolarum & habitatorum ejusdem, de Provincia Lombardiæ ad Romanam Ecclesiam spectantem & pertinentem, cum mero & mixto Imperio & omnimoda Jurisdictione temporali, quem Vicariatum, Regimen & Gubernationem dictæ Civitatis, ejusque territorii, Comitatus & districtus pertinentiarum ejus incolarum & habitatorum ejusdem, cum mero & mixto Imperio & omnimoda Jurisdictione prædictis, felicis recordationis Dominus Gregorius Papa XI. recolendæ memoriæ, Germano tuo, Domino Nicolao, Marchioni Estensi defuncto & ipso Domino Alberto & cuique eorum concessit, ad vitam, ut hujus concessionis series latius & plenius patet bullis authenticis prælibati quondam Domini Gregorii Papæ XI. ac cautelam, ad supplicandum, petendum & impetrandum ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Bonifacio dari, concedi & assignari Vicariatum prædictum, Regimen & Gubernationem dictæ Civitatis Ferrariæ, ejusque territorii, Comitatus & districtus, pertinentiarum ejus, incolarum & habitatorum ejusdem, cum dicto mero & mixto Imperio & omnimoda jurisdictione temporali, eidem præfato Domino Alberto Marchioni Estensi ac etiam ad petendum & impetrandum plenariam absolutionem a quibuscunque pœnis, tam spiritualibus quam temporalibus, quas dictus Dominus Albertus incurrit, & dici vel excogitari potest, ex eo, quia in aliquo dictæ concessioni contrafecisset, et maxime occasione alicujus census non soluti, quem solvere debuisset ratione dictæ concessionis, Vicariatus, Regiminis, et Gubernationis dictæ Civitatis Ferrariæ, ejusque territorii, Comitatus et districtus pertinentiarum, incolarumque ejus, et habitatorum ejusdem, cum jam dicto mero et mixto Imperio et omnimoda Jurisdictione temporali. Ac etiam ad supplicandum et impetrandum a præfato Sanctissimo nostro, quod dictam concessionem juxta ejus formam dignetur prorogare & extendere ad vitam filiorum naturalium & legitimorum dicti Domini Alberti Marchionis Estensis, tam natorum, quam nasciturorum ex legitimo matrimonio & eis non exstantibus, ad Vitam Nicolai ejus filii per Sanctitatem ipsius Domini nostri legitimati ac etiam ad acceptandum & recipiendum omnem gratiam & concessionem factam & fiendam, seu quam dictus Sanctissimus Dominus Noster eidem D. Alberto Marchioni & dictis ejus filiis communiter vel divisim faceret, vel facere voluerit, & maxime ad acceptandum & recipiendum dicto nomine, seu dictis nominibus dictam prorogationem & extensionem, seu ipsum Vicarium Regimen & Gubernationem dictæ Civitatis Ferrariæ, territorii, Comitatus & districtus & pertinentium ejus, incolarum & habitatorum ejusdem, cum mero & mixto Imperio & omnimoda Jurisdictione temporali, quæ in ea & eis per Romanam Ecclesie-

clesiam, seu alium, vel alios pro ea exercitata & exerceri consveta fuerunt, & maxime supradictum Dominum Albertum, Marchionem Estensem, & ad sponte recognoscendum & confidendum nomine quo supra, quod merum & mixtum Imperium & Jurisdictio omnimoda Corporalis Civitatis Ferrariæ & ejus districtus & Comitatus ac Dominium eorundem cum omnibus juribus & pertinentiis suis ab antiquo pertinent ad Romanam Ecclesiam, & quod idem Marchio in Jurisdictione, potestate, Dominio ac mero & mixto Imperio prælibatis aliquod jus non habet, se etiam ad ratificandum & ratum habendum & acceptandum omnes & singulas confirmationes, concessiones & prærogativas jam factas, seu fiendas ipsi Domino Marchioni & Vicariatui antedicto, tam ipse, seu ipsi, vel quisque ipsorum Diœcesis jurisdictionem omnimodam temporalem cum mero & mixto Imperio ad eandem Ecclesiam inibidem pertinentem autoritate ejusdem D. Papæ & ejusdem Ecclesiæ, per se, vel alium, seu alios, quem vel quos ipse D. Marchio deputavit, exercendi, necnon ponendi, constituendi, deponendi, destituendi & renovandi potestates, judices & veteres officiales, qui possent vel debeant quæstiones, vel causas, tam civiles quam criminales & cujuscunque generis motas & movendas inter cives, incolas & habitatores Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum, & quoscunque alios ratione delicti, contractus vel quasi, vel rei, vel alios quoscunque ad ipsorum forum spectantes audire, & de illis cognoscere, eosque definire & fine debito terminare, & debitæ executioni demandare, & insuper colligendi, exigendi & percipiendi omnia telonia, pedagia, datia, Gabellasque & omnes & singulos fructus, reditus & proventus quocunque nomine censeantur Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum; Et de ipsis omnibus & singulis faciendi & disponendi, prout eis videbitur faciendum, seu disponendum, alienatione tamen bonorum ejusdem Ecclesiæ in Civitate, Comitatu & districtu ejusdem interdicta, habeant potestatem, sub annua pensione decem millium florenorum boni ponderis & cunei florentini per ipsum D. Albertum Marchionem, tum Vicarium & postea per ejus filios in vel ad quos dicta prorogatio extenditur, eidem summo Pontifici successoribusque suis & præfatæ Romanæ Ecclesiæ, annis singulis & terminis appositis & ordinatis & expressis in dicta confirmatione, concessione, seu prorogatione facta, seu fienda per dictum Dominum summum Pontificem ipsi D. Marchioni, ut supra, vel imposterum ordinandis, & in Romana Curia & ubicunque ipsum contigerit de periculis & expensis ipsius D. Marchionis & filiorum, qui pro tempore succedent in dicto Vicariatu, census nomine integraliter persolvenda, & in casu, quo eadem Sanctitas Vicariatum prædictum ipsi D. Marchioni confirmaverit, seu de novo concesserit, & ejus filiis, ut præmittitur, ad obligandum eum & filios efficaciter & solemniter promittendum, & eidem Sanctissimo Patri & Successoribus suis & Ecclesiæ prælibatæ præfatam annuam pensionem, & florenos auri in Curia Romana persolvet. Item quod habebit & tenebit suis propriis expensis toto tempore dicti Vicariatus centum Stipendiarios, seu Equites bonos & sufficientes, cujus in obsequium & mandatum ipsius Domini Papæ & successorum suorum infra spacium septuaginta milliariorum a Civitate Ferrariæ computandum, cum pro parte Ecclesiæ fuerit requisitus, tribus mensibus singulorum annorum transmittendis: Ita tamen quod si non fuerit uno anno de transmittendo ipsos Equites stipendiarios requisitus, ex tunc pro dicto anno jam elapso stipendiarios ipsos minime transmittere teneatur: Et si contingeret quod Ecclesia majori numero indigeret, quod ipse Dominus Marchio teneatur toto posse suo Ecclesiam adjuvare, expensis tamen Ecclesiæ, etiam pro majori tempore, præter illos centum, quos tribus mensibus suis expensis mittere habebit, ut supra, nisi veram gverram & non simulatam actu in dicta Civitate, seu contra dictam Civitatem, Comitatum vel districtum habuerit, seu contra aliam Civitatem, quam teneret vel possideret ipse D. Marchio, quo casu ultra prædictum numerum centum Equitum minime teneatur. Item quod, finito tempore, quo præfatus Dominus Papa dictam Civitatem, Comitatum & districtum prædictis, quantum ad Vicariatum prædictum, ut præfertur, concesserit, confirmaverit & prorogaverit, ut supra: Dictus Dominus Marchio Albertus, seu etiam filii ad quos concessio prædicta extendetur, dictam Civitatem, Comitatum & districtum ac pertinentias ipsius, eidem Domino Papæ, vel suis successoribus, aut Sacro DD Cardinalium Collegio, Sede vacante, & Romanæ Ecclesiæ resignabit, restituet & dimittet. Item quod dictam Civitatem, Comitatum & districtum ac Cives & districtuales ejusdem incolas & habitatores, ipse D. Marchio, secundum jura, consvetudines & statuta dictæ Civitatis, tam præsentia, quam futura a Duce non reprobata reget & gubernabit, nec taleas, vel exactiones indebitas eis imponet, vel ab eisdem exiget: Item quod præfatus D. Albertus, constituens prædictus, contra dictam Romanam Ecclesiam non erit, sed pro ipsa erit & eidem pro posse suo fideliter adhærebit, & ad præstandum corporale fidelitatis, cum omnibus suis capitulis & cujuslibet generis ad S. D. E. Sacris Scripturis tactis juramentum, in animam constituentis prædicti generaliter & specialiter quandocunque ab ipso procuratore peteretur; Item quod conjurationem, conspirationem, seu ligam non faciet cum rebellibus, seu inimicis vel inobedientibus Sanctæ Matris Ecclesiæ nec eis auxilium vel favorem præstabit. Item quod terras & bona, loca, res & alia quæcunque jura Romanæ Ecclesiæ non invadet, vel occupabit; Item quod personas Ecclesiasticas permittet, libere gaudere, & frui bonis suis & Ecclesiarum suarum nec impediet, quominus gaudere

eorum dabit quoquo modo per se vel alium, seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, nec aliis quantum erit in eo & impedire potuit præstari seu dari permittet, sed eos pro posse, donec reducantur ad gremium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & obedientiam præfati Domini Bonifacii Papæ VIIII. juxta tenorem processuum Apostolicorum, prout justum fuerit, pro posse persequetur & invadet ac persequi & invadi faciet, etiam contra omnes homines mundi juxta suum posse, & bona fide universas & singulas promissiones, conventiones, obligationes & pacta per me Procuratorem, procuratorio nomine ipsius Marchionis facta & inita, & cætera alia in confirmatione, seu receptione dicti Vicariatus per me promissa, obligata, facta & recognita & conventiones & pacta in literis dicti Vicariatus seu confirmationis apposita, & omnia & singula, quæ continentur in eisdem literis plenarie adimplebit, & inviolabiliter observabit, nec ullo unquam tempore, durante Vicariatu prædicto, veniet contra illa. Præfatum Vicariatus officium ad honorem Sanctæ Matris Ecclesiæ dictique Domini Bonifacii Papæ IX. & Successorum suorum ad bonum statum civium & incolarum Civitatis Ferrariæ & districtus prædictorum sollicite & fideliter exercebit, & unicuique pro posse justitiam administrabit & observabit: Sic me Deus adjuvet & Sancta Dei Evangelia.

Tenor vero procuratorii ejusdem Antonii Procuratoris talis est:

In Christi nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis millesimo trecentesimo, nonagesimo, Indictione tertia decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri D. Bonifacii, divina providentia Papæ IX. anno primo, die decima octava Mensis Febr. Ferrariæ in Palatio ibidem Domini Marchionis in Curtili a Fontana ipsius, præsentibus testibus vocatis & rogatis egregio & potente milite, Domino Philippo de Rubertis de Fubieli, habitatore dictæ Civitatis Ferrariæ, nobili viro Jacobo de Macha de Ferraria, Bartholomeo a Mela, Notario de Ferraria & aliis. Illustris & Magnificus Dominus Albertus, Marchio Estensis, natus olim Recolendæ memoriæ, Illustris & Magnifici Domini, Domini Obizonis, Marchionis Estensis de Ferraria, non revocando propterea aliquem suum procuratorem, sed potius illum & illos confirmando omni jure, via, modo & forma, quibus melius potest & potuit, fecit, constituit & ordinavit sapientem & discretum virum, Dominum Antonium de Monodeadino, Legum Doctorem, absentem tanquam præsentem, suum verum & legitimum procuratorem, actorem, factorem & nuncium specialem specialiter ad supplicandum, petendum & impetrandum a Sanctissimo Domino Nostro, Domino Bonifacio, divina providentia Papa IX. prænominato & dicto nomine ab ipso Sanctissimo Domino Nostro confirmari Vicariatum, Regimen & Gubernationem Civitatis Ferrariæ ejusque territorii Comitatus & districtus pertinentiarum, ejus incolarum & habitatorum ejusdem, de Provincia Lombardiæ ad Romanam Ecclesiam spectantem & pertinentem, cum mero & mixto Imperio & omnimoda Jurisdictione temporali, quem Vicariatum, Regimen & Gubernationem dictæ Civitatis, ejusque territorii, Comitatus & districtus pertinentiarum ejus incolarum & habitatorum ejusdem, cum mero & mixto Imperio & omnimoda Jurisdictione prædictis, felicis recordationis Dominus Gregorius Papa XI. recolendæ memoriæ, Germano tuo, Domino Nicolao, Marchioni Estensi defuncto & ipso Domino Alberto & cuique eorum concessit, ad vitam, ut hujus concessionis series latius & plenius patet bullis authenticis prælibati quondam Domini Gregorii Papæ XI. ac cautelam, ad supplicandum, petendum & impetrandum ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Bonifacio dari, concedi & assignari Vicariatum prædictum, Regimen & Gubernationem dictæ Civitatis Ferrariæ, ejusque territorii, Comitatus & districtus, pertinentiarum ejus, incolarum & habitatorum ejusdem, cum dicto mero & mixto Imperio & omnimoda jurisdictione temporali, eidem præfato Domino Alberto Marchioni Estensi ac etiam ad petendum & impetrandum plenariam absolutionem a quibuscunque pœnis, tam spiritualibus quam temporalibus, quas dictus Dominus Albertus incurrit, & dici vel excogitari potest, ex eo, quia in aliquo dictæ concessioni contrafecisset, et maxime occasione alicujus census non soluti, quem solvere debuisset ratione dictæ concessionis, Vicariatus, Regiminis, et Gubernationis dictæ Civitatis Ferrariæ, ejusque territorii, Comitatus et districtus pertinentiarum, incolarumque ejus, et habitatorum ejusdem, cum jam dicto mero et mixto Imperio et omnimoda Jurisdictione temporali. Ac etiam ad supplicandum et impetrandum a præfato Sanctissimo nostro, quod dictam concessionem juxta ejus formam dignetur prorogare & extendere ad vitam filiorum naturalium & legitimorum dicti Domini Alberti Marchionis Estensis, tam natorum, quam nasciturorum ex legitimo matrimonio & eis non exstantibus, ad Vitam Nicolai ejus filii per Sanctitatem ipsius Domini nostri legitimati ac etiam ad acceptandum & recipiendum omnem gratiam & concessionem factam & fiendam, seu quam dictus Sanctissimus Dominus Noster eidem D. Alberto Marchioni & dictis ejus filiis communiter vel divisim faceret, vel facere voluerit, & maxime ad acceptandum & recipiendum dicto nomine, seu dictis nominibus dictam prorogationem & extensionem, seu ipsum Vicarium Regimen & Gubernationem dictæ Civitatis Ferrariæ, territorii, Comitatus & districtus & pertinentium ejus, incolarum & habitatorum ejusdem, cum mero & mixto Imperio & omnimoda Jurisdictione temporali, quæ in ea & eis per Romanam Ecclesiæ-

clesiam, seu alium, vel alios pro ea exercitata & exerceri consveta fuerunt, & maxime supradictum Dominum Albertum, Marchionem Estensem, & ad sponte recognoscendum & confidendum nomine quo supra, quod merum & mixtum Imperium & Jurisdictio omnimoda Corporalis Civitatis Ferrariæ & ejus districtus & Comitatus ac Dominium eorundem cum omnibus juribus & pertinentiis suis ab antiquo pertinent ad Romanam Ecclesiam, & quod idem Marchio in Jurisdictione, potestate, Dominio ac mero & mixto Imperio prælibatis aliquod jus non habet, se etiam ad ratificandum & ratum habendum & acceptandum omnes & singulas confirmationes, concessiones & prærogativas jam factas, seu fiendas ipsi Domino Marchioni & Vicariatui antedicto, tam ipse, seu ipsi, vel quisque ipsorum Diœcesis jurisdictionem omnimodam temporalem cum mero & mixto Imperio ad eandem Ecclesiam inibidem pertinentem autoritate ejusdem D. Papæ & ejusdem Ecclesiæ, per se, vel alium, seu alios, quem vel quos ipse D. Marchio deputavit, exercendi, necnon ponendi, constituendi, deponendi, destituendi & renovandi potestates, judices & veteres officiales, qui possent vel debeant quæstiones, vel causas, tam civiles quam criminales & cujuscunque generis motas & movendas inter cives, incolas & habitatores Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum, & quoscunque alios ratione delicti, contractus vel quasi, vel rei, vel alios quoscunque ad ipsorum forum spectantes audire, & de illis cognoscere, eosque definire & fine debito terminare, & debitæ executioni demandare, & insuper colligendi, exigendi & percipiendi omnia telonia, pedagia, datia, Gabellasque & omnes & singulos fructus, reditus & proventus quocunque nomine censeantur Civitatis, Comitatus & districtus prædictorum; Et de ipsis omnibus & singulis faciendi & disponendi, prout eis videbitur faciendum, seu disponendum, alienatione tamen bonorum ejusdem Ecclesiæ in Civitate, Comitatu & districtu ejusdem interdicta, habeant potestatem, sub annua pensione decem millium florenorum boni ponderis & cunei florentini per ipsum D. Albertum Marchionem, tum Vicarium & postea per ejus filios in vel ad quos dicta prorogatio extenditur, eidem summo Pontifici successoribusque suis & præfatæ Romanæ Ecclesiæ, annis singulis & terminis appositis & ordinatis & expressis in dicta confirmatione, concessione, seu prorogatione facta, seu fienda per dictum Dominum summum Pontificem ipsi D. Marchioni, ut supra, vel imposterum ordinandis, & in Romana Curia & ubicunque ipsum contigerit de periculis & expensis ipsius D. Marchionis & filiorum, qui pro tempore succedent in dicto Vicariatu, census nomine integraliter persolvenda, & in casu, quo eadem Sanctitas Vicariatum prædictum ipsi D. Marchioni confirmaverit, seu de novo concesserit, & ejus filiis, ut præmittitur, ad obligandum eum & filios efficaciter & solemniter promittendum, & eidem Sanctissimo Patri & Successoribus suis & Ecclesiæ prælibatæ præfatam annuam pensionem, & florenos auri in Curia Romana persolvet. Item quod habebit & tenebit suis propriis expensis toto tempore dicti Vicariatus centum Stipendiarios, seu Equites bonos & sufficientes, cujus in obsequium & mandatum ipsius Domini Papæ & successorum suorum infra spacium septuaginta milliariorum a Civitate Ferrariæ computandum, cum pro parte Ecclesiæ fuerit requisitus, tribus mensibus singulorum annorum transmittendis: Ita tamen quod si non fuerit uno anno de transmittendo ipsos Equites stipendiarios requisitus, ex tunc pro dicto anno jam elapso stipendiarios ipsos minime transmittere teneatur: Et si contingeret quod Ecclesia majori numero indigeret, quod ipse Dominus Marchio teneatur toto posse suo Ecclesiam adjuvare, expensis tamen Ecclesiæ, etiam pro majori tempore, præter illos centum, quos tribus mensibus suis expensis mittere habebit, ut supra, nisi veram gverram & non simulatam actu in dicta Civitate, seu contra dictam Civitatem, Comitatum vel districtum habuerit, seu contra aliam Civitatem, quam teneret vel possideret ipse D. Marchio, quo casu ultra prædictum numerum centum Equitum minime teneatur. Item quod, finito tempore, quo præfatus Dominus Papa dictam Civitatem, Comitatum & districtum prædictis, quantum ad Vicariatum prædictum, ut præfertur, concesserit, confirmaverit & prorogaverit, ut supra: Dictus Dominus Marchio Albertus, seu etiam filii ad quos concessio prædicta extendetur, dictam Civitatem, Comitatum & districtum ac pertinentias ipsius, eidem Domino Papæ, vel suis successoribus, aut Sacro DD Cardinalium Collegio, Sede vacante, & Romanæ Ecclesiæ resignabit, restituet & dimittet. Item quod dictam Civitatem, Comitatum & districtum ac Cives & districtuales ejusdem incolas & habitatores, ipse D. Marchio, secundum jura, consvetudines & statuta dictæ Civitatis, tam præsentia, quam futura a Duce non reprobata reget & gubernabit, nec taleas, vel exactiones indebitas eis imponet, vel ab eisdem exiget: Item quod præfatus D. Albertus, constituens prædictus, contra dictam Romanam Ecclesiam non erit, sed pro ipsa erit & eidem pro posse suo fideliter adhærebit, & ad præstandum corporale fidelitatis, cum omnibus suis capitulis & cujuslibet generis ad S. D. E. Sacris Scripturis tactis juramentum, in animam constituentis prædicti generaliter & specialiter quandocunque ab ipso procuratore peteretur; Item quod conjurationem, conspirationem, seu ligam non faciet cum rebellibus, seu inimicis vel inobedientibus Sanctæ Matris Ecclesiæ nec eis auxilium vel favorem præstabit. Item quod terras & bona, loca, res & alia quæcunque jura Romanæ Ecclesiæ non invadet, vel occupabit; Item quod personas Ecclesiasticas permittet, libere gaudere, & frui bonis suis & Ecclesiarum suarum nec impediet, quominus gaudere

re possit privilegiis, libertatibus, beneficiis, redditibus, juribus & proventibus suis in dicta Civitate Ferrariensi, Dioc. Comitatu, vel districtu ejusdem nec alicui subdito permittetur facere, sed prohibebit in totum; item ad conveniendum & solenniter promittendum, quod de terris ipsius jurisdictioni commissis, vel committendis, aut administrandis subjectis, universos hæreticos ab Ecclesia denotatos vel denotandos, bona fide pro viribus exterminare studebit. Item & ad petendum, recipiendum & obtinendum humiliter & devote, jure & nomine constituentis præfati, a Sanctissimo Patre & Domino præfato absolutionis beneficium simpliciter & ad cautelam, juxta summam Ecclesiæ consvetam, & restitutionem in integrum, & famam, statum, res & bona & honores quoscunque, & aliam quamcunque relaxationem, remissionem & renovationem a quibuscunque sententiis, processibus & interdictis Sacramentis, perjuriis & pœnis aliis quibuscunque tam a jure, quam ab homine, sive expresse, sive specificate, aut nominatim positis, latis seu inflictis, quas, vel quos ipse constituens incurrisset, occasione census non soluti in terminis debitis & constitutis, in concessione ipsi Marchioni & fratri suo defuncto facta per præfatum Dominum Gregorium Papam seu alia quacunque de causa usque in præsentem diem; Item etiam ad agendum, defendendum & excipiendum, Judices postulandum & ad recusandum, articulandum & respondendum, & corporale cujuslibet generis Sacramentum præstandum in animam ipsius constituentis; Et volens Dominus constituens dictum suum procuratorem relevare ab omni onere satisdationis, judicatum solvi, in omnibus clausulis permissis, mihi Notario tanquam publicæ personæ stipulanti & recipienti, nomine & vice omnium, quorum interest, vel poterit interesse, judicatum solvi, in omnibus suis clausulis sub hypotheca rerum suarum, & pro eo extitit fidei jussor obligans pro primis omnia ipsius bona præsentia, & futura; Item ad promittendum solemniter & ipsum constituentem efficaciter obligando, quod omnia & singula per dictum suum procuratorem juranda etiam promittenda specialiter & expresse corporali juramento, ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tactis scripturis, ratificabit & approbabit, & per publica Instrumenta super his suo pendenti sigillo sigillata dabit Romana Ecclesiæ; Item ad obligandum solemniter & efficaciter pro præmissis & quolibet præmissorum, & dependentibus & connexis vel ea, seu aliquod eorum tangentibus, & occasione ipsorum ipsum constituentem, & se ipsius nomine submittendum & supponendum Jurisdictioni & correctioni ejusdem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri, Domini Bonifacii divina providentia Papæ, jam dicti, & dictæ Romanæ Ecclesiæ, & ejus Curiæ, & auditori Curiæ ipsius Cameræ, suorum officialium, vel auditorum quocunque pro observantia & executione plena & perfecta singulorum & omnium præmissorum, & cujuslibet pœnæ, tam temporalis quam spiritualis adjectione, & etiam cum quibuscunque promissionibus & obligationibus realibus & personalibus & etiam renunciationibus, confessionibus, adjectionibus, clausulis & cautelis, tam specialibus quam generalibus, etiamsi de ipsis, vel eorum aliqua, seu aliquibus in hoc procuratorio, seu procuratorii Instrumento oporteat, vel oporteret expressam fieri mentionem, quæ omnia pro expressis & specificatis in procuratorio & Instrumento præsenti voluit & consuluit idem constituens ex certa scientia, & ad præstandum corporale cujuslibet generis juramentum in animam ipsius constituentis generaliter & specialiter quandocunque ab eo peteretur, vel fieri occurreret pro executione & observantia supradictis; Et generaliter & specialiter ad omnia facienda, procuranda & exercenda, quæ natura & forma hujusmodi negotii, & prædictorum omnium, vel alicujus ipsorum postulat & requirit, & quæ ipsemet constituens facere posset, etiamsi Mandatum exigeret speciale, & etiamsi majora & fortiora forent, quamvis superius sint expressa, dans & concedens Dominus constituens dicto suo Procuratori in omnibus & singulis, & eorum occasione & dependentibus & cohærentibus ab eisdem, plenum, liberum, speciale & generale mandatum, cum plena, libera, mera & generali, ac speciali administratione, omnemque auctoritatem & potestatem necessariam, utilem, seu opportunam, prout sibi Sacroque Collegio Reverendissimorum Patrum Dominorum ejusdem Ecclesiæ Cardinalium, & in quocunque præfati Sanctissimi Patris Consilio, seu Consistorio publico, vel privato, seu alibi, & coram aliis quibuscunque, aut alio, prout eidem Sanctissimo Patri placuerit, ad ipsius omnimodam voluntatem, & ad sponte recognoscendum & confitendum nominibus, quibus supra, quod merum & mixtum Imperium & jurisdictio omnimoda temporalis in Civitate Ferrariensi & ejus districtu, dioc. vel Comitatu, ac Dominio eorundem, cum omnibus juribus & pertinentiis ipsius ab antiquo pertinuerunt, & nunc pertinent ad Romanam Ecclesiam, & quod iidem Marchiones in Jurisdictione, potestate, Dominio, ac mero & mixto Imperio prælibatis aliquod jus non habent, & ad supplicandum pro eis & eorum nominibus humiliter & devote præfato Sanctissimo Patri & Domino eorum singulari, quatenus sua solita Clementia dignetur eisdem Nicolao, Ugoni & Alberto, eorumque filiis concedere dictam Civitatem Ferrariensem, ejusque Comitatum & districtum jure feudi, vel jure emphiteutico ad annos viginti novem ad renovandum jure prædicto, vel saltem eorundem Vicariatum concedere & prorogare eisdem Marchionibus, eorumque filiis post eos ad illud tempus, de quo, ut dicitur, Sanctitati Suæ videbitur, videlicet per infrascriptum modum, quod ipsi & eorum filii post eos toto tempore dictæ concessionis, seu prorogationis fiendæ per dictum Sanctissimum Patrem, ad tempus, de quo & singulis in eo contentis plenam & inviolabilem roboris habeant

beant firmitatem. Renuncians insuper in his omnibus & singulis supradictis privilegio fori & alteri cuicunque, & omnibus aliis Statutis & legibus municipalibus Civitatis Ferrariensis tam factis, quam faciendis, generalibus & specialibus, ex quibus prædicta, vel illorum alia infringi, diminui, vel debilitari valeant, seu quomodolibet vitiari: nec non doli & in factum, & quibuscunque aliis exceptionibus & defensionibus juris & facti, quæ pro expressis & hic specialiter nominatis voluit & vult haberi, & perinde hujusmodi renunciationem valere, & effectum habere per omnia, ac si in omnibus & singulis casibus specialiter & expresse nominatum fuisset: nec non alterius cujuscunque juris auxilio, tam Canonici, quam Civilis, ex quibus contra prædicta obviari vel veniri quomodolibet videretur. Quibus omnibus & singulis sic peractis præfatus D. Albertus Marchio, constituens prædictus, mandavit de prædictis omnibus & singulis per me Notarium, publicum & solenne fieri Instrumentum; Dans & concedens præfatus D. Albertus Marchio præsentibus testibus suprascriptis, mihi Notario infrascripto licentiam & liberam potestatem semel & pluries, plene & plenissime, cum omnibus clausulis, additionibus & detractionibus facere, & in publicam formam redigere, ad Mandatum & voluntatem dicti Domini Summi Pontificis, & deputandorum ab eo, nec non dicti sui procuratoris Instrumentum hujusmodi mandati & procurationis. Ego Joannes, filius quondam Magnifici Chechini de Obersellis, Imperiali auctoritate Notarius Publicus Ferrariensis prædictis omnibus & singulis præsens fui, & rogatus scribere scripsi &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, constitutionis, deputationis, extensionis, prorogationis, decreti, dispensationis, voluntatis, adjectionis infringere, aut ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petr. IX. Kal. Junii, Pontif. nostri Anno primo, Vis. p. ma. D. de Nym. &c.

LIII.

Ruperti, Roman. Regis Diploma, quo Nicolai, Marchionis Estensis, Vicarii Mutinensis, summam ergæ S. Rom. Imperium fidem debitis effert laudibus, d. d. 25. Sept. An. 1401.

Magnifico & potenti viro Nicolao, Marchioni Estensi, nostro & Sacri Imperii in Mutina vicario.

Rupertus &c. Magnifice, fidelis, præcare. Audivimus relationibus oratorum nostrorum & aliorum tuæ sanæ intentionis erga Majestatem Nostram perfectionem, tuam etiam nostri honoris conservandi, tibi etiam fructuosam, dispositionem, teque etiam paratum fore in omnibus & contra omnes, nostris obtemperare velle mandatis, quæ non minus tuarum literarum descriptione nobis destinatarum sic fore cognovimus; quam quidem tuam deliberationem cernimus tibi innatam fore, cum novimus tuorum majorum nostris prædecessoribus fideliter & constanter præstitas fideles fuisse operas. Quam tuam fidelitatem sanamque deliberationem commendamus, & te hortamur, ut in ipsis constans ac perpetuus esse velis, ut honor & laus tuis majoribus in similibus acquisiti, tuæ non deficiant successioni, & ut tibi nostra pateat intentio, patentis mandati nostri per literas nostras patentes, Magnifico Francisco de Carraria, pro sacro Imperio, nostro in civitate Paduæ Vicario destinati, copiam tibi mittimus præsentibus inclusam: tibi districte mandantes, ut ea, quæ in ipso mandato dicta copia contento distribuuntur, exsequi effectualiter debeas, ut ipse Franciscus facere & parare tenetur, quod te & ultro facturum non ambigimus, cum fidem promissis te observare velle existimamus, pœnasque mandati te non velle luere, animadvertimus.

Datum Insbruck XXV. die Septembris, anno Domini MCCCCI, regni vero nostri, anno II.

Ad mandatum Domini Regis
N. Bumann, &c. &c.

LIV.

Literæ Sigismundi, Roman. Imperatoris, quibus Nicolaum II. Marchionem Estensem, de Comaclo ejusque territorio investivit, d. d. 17. Decembris, An. 1433.

Sigismundus Divina favente Clementia, Romanorum Imperator, semper Augustus, & Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ & Croatiæ Rex, &c.

Pro parte generosi & Nobilis Nicolai quondam Alberti, Marchionis Estensis, oblata nostræ Serenitati Cæsareæ petitio continebat. Item cum claræ memoriæ Carolus Quartus, Romanorum Imperator, Illustrissimus quondam genitor, & prædecessor noster, Nobiles quondam Aldobrandinum, Nicolaum, Fulconem, & Ugonem, ejus Patruos, & Albertum, ejus Patrem, ad Imperialis protectionis, & Defensionis, cum omnibus suis bonis mobilibus & immobilibus, ac se moventibus, gratiam receperit, ipsisque omnibus, ac eorum Filiis, ac heredibus donaverit, transtulerit, & largitus fuerit, &c. nec non & instituerit præfatos ejus Patruos, ac Patrem, pro se, & eorum heredibus, tam masculis, quam fœminis, in perpetuum Jure nobilis Feudi, ad usum regni de &c.

Et de Civitate, seu Terra Comacli, prout in bullis seu privilegio dicti olim Illustrissimi Genitoris & Prædecessoris Nostri evidenter apparet, quarum bullarum tenorem hic habere volumus pro sufficienter expresso, quatenus dignaremur ipsum Nicolaum cum ejus filiis legitimis & legitimatis & ejus bonis sub protectione

ne nostra suscipere, atque omnia in dictis bullis contenta & concessa de novo donare, & concedere, & jam donata & concessa confirmare Nobis humiliter supplicavit; Nos volentes &c.

2 Concedimus nostra etiam munificentia Cæsarea prædicto Nicolao, Marchioni & suis filiis legitimis & legitimatis per Nos, Nostrosque Successores in perpetuum, Jure nobilis Feudi, Comaclum, sive Terram Comacli, Valles, Terram cultam & incultam, nemora & buscos, venationes & sylvas, piscationes & aquas salsas & dulces dictæ Terræ & Civitatis Comacli cum omnibus aliis & singulis connexis & dependentibus ab eodem, cum omni honore & Jurisdictione, districtu & dominatu, ac mero & mixto Imperio & Bailia, &c.

Datum Ferrariæ, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, trigesimo tertio, die decima septima Septembris, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ 47. Romanorum 23. Bohemiæ 14. Imperii verò primo.

LV.

Nicolai Estensis, Marchionis Ferrariæ, Salvus-Conductus pro omnibus eis, qui Concilio generali, Basileâ in Civitatem Ferrariæ transferendo, sunt interfuturi, d. d. 14. Nov. An. 1437.

Nicolaus Estensis, Marchio Ferrariæ, universis & singulis, ad quos præsentes literæ provenerint, pium desiderium & sinceram in Domino caritatem.

Cum per altissimi operam, cujus res agitur, speremus Basileense Concilium, per Sanctissimum Dominum nostrum, Dominum Eugenium, nostrum divina providentia Papam quartum, pro eisdem causis, pro quibus fuerat in Civitate Basileæ ab initio congregatum & specialiter pro tractanda & Deo propitio consequenda unione Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ, ad Civitatem Ferrariæ de proximo transferendum, ubi Prælatorum, Principum & aliorum fidelium, prout tantarum rerum pondus & magnitudo requirit, multitudo conveniat; idcirco nos Nicolaus, Marchio Estensis, desiderantes, ut tam sanctum opus, quantum in nobis est, optatum consequatur effectum: In primis præfato Sanctissimo Domino nostro, quanquam omnino superfluum videatur, humilem ac devotum filium ac Vasallum Patri & Domino suo, totiusque Ecclesiæ Sanctæ Pontifici, nisi forsan pro quadam recognitione devotionis ac fidei, ista præstari possint, reverendissimis in Christo Patribus & Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, cæterisque Prælatis, nec non etiam Serenissimo Principi & Domino, Domino Sigismundo, Romanorum Imperatori semper Augusto, si ipsum ad præfatum Concilium venire contigerit, ac etiam Serenissimo Domino, Domino Joanni, Constantinopolitano & Græcorum Imperatori, Principibus & Principum Oratoribus & reliquis & singulis tam Græcis, quam Latinis, cujuscunque Status, gradus vel præeminentiæ, Dignitatis & conditionis existant, clericis vel laicis, quocunque nomine, seu titulo nuncupentur, conjunctim vel divisim, veniendi & accedendi ad prædictam Civitatem Ferrariæ, & locum Concilii, etiam per Civitates, terras, castra & loca quælibet nostro regimini, ditioni & gubernationi subjecta, & alia quælibet, quantum in nobis est; ac in prædictis Civitate & Concilio standi, moram trahendi, consulendi, tractandi & agendi omnia & singula, quæ ipsis & eorum cuilibet visum fuerit, libere, tute & secure, sine aliquo impedimento, vel alio nocumento & molestia reali, vel personali, qualitercunque, vel ex quacunque causa, civili vel criminali, quæ inferri posset, cum eorum Comitiva & familia, servitoribus, Clericis & Laicis, cum omnibus & singulis eorum rebus ac bonis in auro & argento, jocalibus, equis, pannis, victualibus, in quacunque materia consistentibus, per terram & aquam, die noctuque plenum & liberum salvum conductum, securitatem & libertatem bona fide damus & concedimus per præsentes. Volentes in hoc nostro Salvoconductu, securitate & libertate omnes clausulas necessarias & opportunas, & quæ in talibus de jure, vel consuetudine apponi consueverunt, intelligi & pro expressis haberi, ita ut omnes & singuli prædicti sine aliqua contradictione, aut quocunque quæsito colore, omni securitate ac libertate in rebus & personis efficaciter & plenarie gaudeant & potiantur. Non obstantibus quibuscunque legibus & statutis municipalibus, aut aliis quibuscunque, per quæ huic nostro Salvoconductui in aliquo quoquo modo derogari aut præjudicari posset, & si talia essent, de quibus specialis & expressa mentio foret habenda.

Quem Salvumconductum, securitatem & libertatem toto tempore ipsius universalis Concilii, a die dationis præsentium & per quatuor menses post ipsum finitum Concilium inviolabiliter in omnibus supradictis durare volumus.

Promittimus etiam, & bona fide pollicemur, omnes & singulos benigne & caritative tractare & tractari facere; Mandantes ex nunc omnibus & singulis officialibus & subditis ac Vasallis nostris cæterisque nostro nomine militantibus, aut quodvis aliud facientibus; cæteros vero, tam Ecclesiasticos, quam seculares requirentes & exhortantes in Domino, quatenus omnes & singulos supradictos ad hujusmodi Civitatem & Concilium accedere volentes, per Civitates, terras, passus, portus, pontes & loca quælibet tam nostra quam ipsorum, & tam per aquam, quam per terram, quoties eis placuerit, transire, morari & recedere cum rebus & bonis prædictis absque aliqua solutione datii & pedagii vel gabellæ, aut alterius cujusvis oneris, ob Dei & tantorum Patrum reverentiam, bonorumque omnium in ipso Concilio, ut speramus, promovendorum intuitu, & etiam nostra contemplatione libere permittant, nec eis, aut eorum alicui

in

in personis, rebus, vel bonis hujusmodi molestiam aliquam vel offensam inferant, nec ab aliis inferri permittant, prædictis omnibus etiam per quatuor menses post dictum finitum Concilium duraturis.

Circa autem pensiones domorum, forum, seu precium victualium, ac omnia alia ad usum dicti Concilii & in eo existentium necessaria, seu quomodolibet opportuna abundanter, & alias, prout Sanctissimo Domino nostro visum fuerit, provideri faciemus.

In quorum robur & testimonium has literas fieri & registrari voluimus, & jussimus nostri sigilli soliti appensione muniri.

Datum in Palatio Curiæ nostræ, anno nativitatis Domini nostri Jesu Christi millesimo, quadringentesimo, tricesimo septimo, Indictione quarta decima, die vero quarto decimo mensis Novembris.

Ego Nicolaus, Marchio Estensis me subscripsi manu propria.

LVI.

Conventio inter Franciscum, Venetiarum Cardinalem, Eugeniique IV. Pontif Max. Camerarium, ex una; atque Augustinum de Villa, Marchionis Estensis Cancellarium, ex altera parte, de Salvo Conductu, Domino Papæ, Collegio Cardinalium atque aliis, Concilio in Civitate Ferrariensi instituendo interfuturis, a Marchione antedicto tam Ferrariæ, quam in aliis ejus ditionibus præstando, conclusa, d d. 16. Januarii, An. 1438.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Capitula tractata & conclusa inter reverendissimum in Christo Patrem & Dominum, Dominum Franciscum, tituli Sancti Clementis Presbyterum Cardinalem Venetiarum, Domini Papæ Camerarium, vice & nomine Sanctissimi Domini nostri Papæ Eugenii IV. & illustrem Dominum Nicolaum, Marchionem Estensem Ferrariæ &c. sive virum egregium Augustinum de Villa, ipsius Domini Marchionis Cancellarium, ad hoc nuntium specialem.

Primo, quod dictus Dominus Marchio, ejus filii & Ferrarienses, tenebunt & tractabunt, Sanctissimum Dominum nostrum Papam Eugenium IV. pro vero & unico Papa, ac summo Pontifice, ipsumque defensabunt in sua libertate, ut decet subditos & fideles. Itaque semper licebit ei & Dominis Cardinalibus & Curiæ, stare in Civitate & locis dicti Domini Marchionis, & ab eis recedere sine impedimento quocunque, etiamsi Mandatum cujuscunque prætendentis se superiorem de jure vel de facto, quacunque dignitate & auctoritate fulciri, de quo etiam fieri deberet mentio specialis, in contrarium interveniret.

Item, quod dictus Dominus Marchio, filii & Civitas provideant, & provideri faciant dicto Domino nostro Papæ & ejus familiæ, Serenissimis Dominis Imperatoribus venientibus, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus, Camerario & Thesaurario Apostolicis, ac eorum loca tenentibus, de domibus necessariis & decentibus, gratis, sine aliqua solutione.

Item, quod præfati, Dominus noster Papa, Reverendissimi Domini Cardinales, Camerarius Domini nostri Papæ, seu ejus locum tenens, & Thesaurarius, ab omnibus & singulis gabellis ordinariis & extraordinariis, antiquis & modernis, pro victualibus & vestibilibus, de rebus quibuscunque pro eorum domibus & familiaribus, tam in eadem domo, quam extra existentibus, tam in grosso, quam minuto emendis, tam extra, quam intus Civitatem, sint penitus & omnino exempti.

Item, quod præfati Dominus Marchio, filii & Cives observent Salvos Conductus Sanctissimi Domini Papæ, aut ejus Camerarii: dum tamen illi, quibus conceduntur hujusmodi Salvi Conductus, non sint rebelles & banniti in ære, vel personis, ac etiam debitores dicti Domini Marchionis vel contra eum aliquid machinentur, in quo casu Sanctissimus Dominus noster eum adjuvabit: aut sint debitores Civium Venetorum & Mantuanorum ratione debiti commissi contra illos: & declarentur dicti rebelles Sanctissimo Domino nostro Papæ infra decem dies.

Item, licet de consuetudine supradictus Dominus noster Papa deberet deputare pedites pro custodia palatii habitationis suæ in Civitate Ferrariæ, tamen cum Sanctitas sua maximam habeat fidem in devotione supradicti Domini Marchionis, vult & contentatur, quod ipse Dominus Marchio deputet ipsos pedites, prout sibi videbitur: cum ea conditione tamen quod tales pedites & custodes deputandi & nunc deputati, præstent juramentum fidelitatis in manibus Reverendissimi Domini Camerarii supradicti.

Acta fuerunt hæc inter Partes supradictas in Civitate Bononiæ, in Domo habitationis Reverendissimi in Christo Patris & Domini, Domini Antonii, tituli Sti. Marcelli Presbyteri Cardinalis 1438. die XVI. Januarii. Et voluerunt supradictæ partes, prædicta Capitula sigillorum contrahentium munimine roborari: & quod de ipsis unum vel plura conficerem instrumenta sive hujus Capitula: Præsentibus Venerabilibus Viris Dominis Nicolao de Valle, Cameræ Apostolicæ Clerico, & Christophoro de Reate, literarum Apostolicarum scriptore, testibus ad præmissa habitis, vocatis & rogatis.

Et me Blondo, Antonii Blondi Foroliviensi, Sanctissimi Domini nostri Eugenii Papæ IV. & ipsius Reverendissimi Domini Camerarii Secretario, ac Cameræ Apostolicæ Notario, qui prædicta, dum sic agerentur inter partes, rogatus notavi, & in hanc publicam formam, aliena manu, propter occupationes, redigi feci, signo consueto & nomine meo ad fidem præmissorum manu propria appositis.

LVII.

Friderici III. Romanorum Imperatoris Diploma, quo Borsium, Marchionem Estensem, Mutinæ & Rhegii Ducis titulo condecoravit, atque Comitis Sacri Palatii dignitate & privilegiis inde pendentibus ornatum, de Ducatu Mutinæ & Rhegii recens erecto investivit, d. d. 18. Maji, An. 1452.

FRidericus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Austriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavonicæ ac Portus Naonis, Comes in Habspurg, Tyrolis, Pherretis & Kiburg, Marchio Burgoviæ & Landgravius Alsatiæ &c. ad perpetuam rei memoriam. Illustri Borsio, Mutinæ & Rhegii Duci, Marchioni Estensi ac Rhodigii Comiti & Imperii Sacri Principi, fideli dilecto, Gratiam, Dilectionem & omne bonum. Ad instar summæ Monarchiæ Imperatoris æterni, qui de beatorum magnitudine & electorum suorum pluralitate lætatur, digna quidem æstimatione trahentes exemplum, lætis semper affectibus nostra Imperialis sublimitas desiderat, ut in circuitu Sedis Augustæ Illustrium Principum numerus incrementis felicibus augeatur; sic itaque Romanorum Imperatores & Reges, Monarchæ terrestres, Cæsareum culmen augere, decorumque facere usi sunt, cum ex cœlorum summo micantissima sidera trahentes in terram ipsum Imperiale fastigium, densis undequaque procerum stipatum catervis, coruscantibusque semper magnorum heroum nominibus illustrare conatur. Et licet ad quorumlibet nostrorum fidelium munifice prosequenda servitia liberalitatis nostræ manus quadam generalitate procliva sit, illorum tamen honori specialius intendimus, in quibus majoris fidei sinceritatem atque constantiam profundius invenimus: sane attendentes multiplicia probitatis merita ac præclare devotionis tuæ insignia, quibus tu & progenitores tui Prædecessores Nostros divæ memoriæ Romanorum Imperatores & Reges, & ipsum Sacrum Romanum Imperium dignis quidem studuistis honoribus venerari; pensantesque diligenti meditatione, quo fidei & devotionis ardore defuncto quondam Leonello, Germano tuo, Nicolao, ejus filio legitimo & naturali in pupillari ætate constituto, aliis etiam fratribus tuis superstitibus, communitates & populi civitatum Mutinæ & Rhegii, ac aliarum civitatum, castellorum & locorum inferius descriptorum Nobis & Sacro Romano Imperio immediate subjectorum & pertinentium tibi plurimum fuerint inclinati, sperantes quoque, quod infrascriptæ civitates, terræ, castella, oppida & loca qualibet ad omnipotentis Dei laudem, Sacri Romani Imperii honorem ac populi & subditorum commodum & utilitatem a te juste regentur ac prospere gubernabuntur, illæque in pacis dulcedine & administratione Justitiæ, divino favente auxilio & tua providentia concurrente, confovebuntur ac conservabuntur; aliis quoque quam plurimis rationabilibus causis moti de animo deliberato, & ex certa nostra scientia, sano Principum, Comitum, Baronum, Procerum, nobilium & aliorum nostrorum fidelium accedente consilio, in nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi, a quo omnis Principatus & honor provenire dignoscitur, illustravimus & insignivimus, in verumque Principem atque Ducem Mutinæ & Rhegii cum pertinentiis suis & territoriis infrascriptis sublimavimus, creavimus, ereximus, sublimamus, creamus & erigimus de Cæsareæ plenitudine potestatis per præsentes, decernentes & expresse volentes, quod tu & heredes tui masculi ex te legitime descendentes, te vero & illis deficientibus unus ex collateralibus tuis, legitimis tamen, quem tu, Borsi præfate, infra decennium a dato præsentium nominandum duxeris, habilis & idoneus, & illius heredes masculi, ex eo etiam legitime descendentes, dictarum civitatum Mutinæ & Rhegii cum territoriis & pertinentiis suis & aliis infrascriptis, perpetuis futuris temporibus Principes & Duces esse, dici, appellari, nominari, & ut alii Principes & Duces Sacri Romani Imperii teneri & honorari, & ab omnibus reputari, omnique dignitate, nobilitate, Jure Regalium ac jurisdictione, potestate, libertate, honore, consuetudine, ac prærogativa qualibet uti, frui & gaudere possitis & debeatis, quibus alii Imperii Sacri Principes & Duces illustres in dandis seu recipiendis juribus & jurisdictionibus, in conferendis feudis & omnibus aliis, illustrem statum & conditionem Ducum seu Principum concernentibus fruuntur & utuntur, quomodolibet consuetudine vel de jure, cum potestate quoque & autoritate tabelliones ac judices ordinarios, recepto ab his nostro & Imperii Sacri nomine debitæ fidelitatis juramento, quos idoneos repereris, creandi, illegitimos spurios natos manseres & quoscunque alios de damnato coitu copulative vel disjunctive procreatos, ad honores, dignitates, nec non hereditates & jura paterna & materna quæcunque, ubicunque locorum stantibus, aut non stantibus legitimis, illustrium tamen Principum, Comitum & Baronum filiis exceptis, legitimandi & ad legitimorum jura reducendi, infames quoque, & quavis infamiæ nota respersos ad famam, nec non actus legitimos & quosvis honores & dignitates reintegrandi & restituendi, ac omnia & singula alia faciendi, gerendi & exercendi, quæ Comites Sacri Palatii nostri Lateranensis quovis modo facere, gerere & exercere possunt ex consuetudine, vel de jure: Præfatasque Civitates Mutinæ & Rhegii cum earundem territoriis, diœcesibus & pertinentiis, aliisque terris, oppidis, castellis, villis, munitionibus, fortalitiis, districtibus, montibus, collibus, paludibus & planis, videlicet toto & universo territorio Frignani cum omnibus suis terris & locis, pertinentiis & cohærentiis qui-

quibuscunque in integrum: terram Vignolæ cum quibuscunque aliis terris & castellis, quæ a te recognoscuntur per hæredes quondam Ugutionis de Contrariis: terram Spilimberti cum quibuscunque aliis terris & castellis, quæ a te recognoscuntur per Nobiles de Rangonibus: terram Formiginis cum quibuscunque aliis terris, quæ a te recognoscuntur per Nobiles de Piis: terram Monticuculi cum quibuscunque aliis terris & castellis, quæ a te tenentur & gubernantur per Cæsarem Monticuculi; quæ quidem omnes terræ & loca posita & situata sunt in territorio & Diœcesi Mutinensi: terram Scandiani cum quibuscunque locis & castris, quæ a te similiter recognoscuntur per Idrinum de Bojardis militem: terram Casalgrandis & Dinazzani cum quibuscunque aliis terris quondam recognitis ab illustri tua domo Estensi per Albertum a Sale militem: terram Felinæ cum suis pertinentiis & locis, quæ quidem omnes terræ, ut loca posita & situata sunt in territorio & diœcesi Reginensi: terram Camporizani cum suo Vicariatu, & cum quibuscunque aliis locis situatis in Diœcesi Lucensi: terram Dalli cum aliis quibuscunque terris, villis & locis acquisitis & noviter perventis ad manus tuas & quondam progenitorum tuorum, & sub Dominio & gubernatione tua justis & rationalibus causis situatis in proxime dicto territorio & Diœcesi Lucensi & in loco vulgariter nuncupato Carpignana: terram castri novi cum suis pertinentiis & cohærentiis, territorii & Diœcesis Parmensis, ac terram Castri novi prope Terdonam & Diœcesis Terdonensis, cum omnibus & singulis dictarum civitatum, terrarum, castellorum, villarum, munitionum, fortalitiorum, territoriorum ac pertinentiarum, nec non jurium & jurisdictionum imperiis, sylvis, rubetis, pratis, aquis, aquarum decursibus, paludibus, stagnis, fluminibus, molendinis, pascuis, piscinis, piscariis, theloneis, Irecis, monetis, bannis, sive Inhibitionibus venationum & pœnis inde sequentibus consuetudine, vel de jure, nobilibus, communitatibus, feudis, feudatariis, vasallis, vasallagiis, militibus, clientibus, judicibus, Civibus, plebeis, rusticis, agricolis, pauperibus & divitibus, ac cum omnibus ad prædicta spectantibus, & qualitercunque & quomodocunque pertinentibus, statu integro, singula singulis congrue referendo, & quæ latitudo dominii dictarum civitatum & locorum actualiter comprehendit, cum omnibus honoribus, nobilitatibus, juribus, jurisdictionibus, mero & mixto imperio ac absoluta potestate, privilegiis, immunitatibus & regalibus quibuscunque, & quemadmodum alii Principes & Duces Sacri Imperii tenere, exercere & possidere consueverunt, in verum Principatum & Ducatum Mutinæ & Rhegii creavimus & ereximus, creamus & erigimus, facimus & insignimus ac de Cæsareæ potestatis plenitudine, & ex certa nostra scientia decoramus, tibique Illustri Principi Borsio, Duci Mutinæ & Rhegii feudum conferimus, recepto superinde a te in præsentia nostra debito fidelitatis & obedientiæ juramento. Adjicientes quod tu & heredes tui præfati Duces Ducatum seu Principatum hujusmodi cum suis juribus, territoriis & pertinentiis suis superius expressis, a nobis & successoribus nostris, Romanorum Imperatoribus & Regibus & ab ipso Romano Imperio, quandocunque in antea opportunum fuerit, cum solennitatibus debitis & consuetis, sicut alii Principes & Duces Sacri Romani Imperii in feudum recipiatis & solitum fidelitatis juramentum facere & præstare debeatis: ne autem in successione prætacti Ducatus futuris temporibus aliquem errorem, seu controversiam suboriri contingat, volumus, quod tui Borsii Ducis Filius primogenitus ex te legitime descendens, & ejusdem primogeniti etiam primogenitus ex eodem legitime descendens, & sic deinceps: te vero ac illis deficientibus secundogenitus, & post eum ejus primogenitus legitimi, & sic deinceps de tertio & quarto genitis, & his omnibus deficientibus, collateralis tuus legitimus per te, ut præmittitur, nominandus, & post eum filius ejus primogenitus, et legitime ab eo descendens, et illis deficientibus secundogenitus legitime ab eodem descendens, et illius secundogeniti primogenitus similiter ab eo legitime descendens, et hic deinceps in prætacto Ducatu & non alii, non tamen simul, sed successivo ordine primogenituræ succedant, dummodo ipsi primogeniti ad id habiles & idonei reperiantur: Salvo quod tu & hæredes tui prætacti primogeniti, aliis filiis secundo, tertio, vel quarto & sic deinceps genitis & legitimis de Ducatu præfato certam & congruam portionem in castellis, terris, villis, & aliis pro sustentatione eorum honesta deputare possitis, valeatis & debeatis: te vero & hæredibus tuis prædictis deficientibus, Ducatus ipse Mutinæ & Rhegii penitus extinctus sit, & Civitates ipsæ ac territoria cum omnibus suis pertinentiis præmissis ad nos & Successores nostros Romanorum Imperatores & Reges, ac Sacrum Romanum Imperium devolvantur, imo ipso facto devolutæ censeantur & existant, sine aliorum tuorum Borsii, hæredum & aliorum quorumcunque contradictione, molestia & impedimento; Volumus etiam, quod tu & hæredes tui præfati in signum subjectionis & aliqualis saltem recognitionis nobis & Successoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus quatuor millia florenorum Ducatorum Venetorum puri auri annuatim in Festo ascensionis Domini nostri Jesu Christi solvere, & nobis & Successoribus nostris realiter & cum effectu tradere, & in nostram potestatem assignare: præfatas quoque civitates Mutinæ & Rhegii cum eorum territoriis & pertinentiis, ac omnes alias terras, castra, castella & oppida, quæ tu & progenitores tui, Marchiones Estenses a nobis & Sacro Romano Imperio jure feudi seu proprietatis tenuistis, & tenes, ad omnem nostram & Successo-

 cesso-

cessorum Nostrorum, Romanorum Imperatorum atque Regum & Sacri Romani Imperii necessitatem contra quoscunque, cujuscunque status, gradus seu conditionis existant, apertas & aperta habere & tenere, assistentiam quoque auxilium, consilium & favorem pro tuendis & recuperandis juribus Sacri Romani Imperii & Statu nostro, quandocunque & quotiescunque opportunum fuerit, & super eo per nos, aut Successores Romanorum Imperatores & Reges, aut nostro nomine fueritis requisiti, dare & facere debeatis, & teneamini, dolo & fraude cessantibus quibuscunque. Recipientes insuper te Borsium, Principem & Ducem Mutinæ & Rhegii & hæredes tuos supradictos, alio & honoris & dignitatis titulo, insignire te Comitem Rhodigii cum territoriis & pertinentiis suis infra scriptis, videlicet Arquada de salto & toto ejus Pollicino, villa, quæ dicitur Fratta, & villa, quæ dicitur Costa, Adria civitate, & Adriano cum toto ejus districtu & Comitatu Venetio, terra Abbatiæ de Vangaditia ab utraque parte Atticis & fluminis Vedi, toto flumine veteri, quod hodie in vulgari nominatur flumen Vedo, cum ripis, usu, jure riparum ab utraque parte fluminis Vedi, qui discurrunt a flumine Atticis usque ad confinia Venetiarum, cum omnibus & singulis earum villis, oppidis, castellis, fortalitiis, terris, aquis, aquarum decursibus, stagnis, paludibus, fluminibus, vallibus, piscariis, & cum omni jure & jurisdictione, ac mero & mixto Imperio & absoluta potestate & generaliter omnibus & singulis, quæ quondam Marchiones Estenses in locis prædictis & eorum pertinentiis tenuerunt & possederunt, & quæ Antecessores Nostri, Romanorum Imperatores & Reges prædecessoribus tuis Marchionibus Estensibus titulo donationis & jure proprio dederunt, autoritate nostra Cæsarea, & de plenitudine potestatis, ex certa scientia fecimus, creavimus, ereximus & sublimavimus, ac tenore præsentium facimus, creamus, erigimus & sublimamus, ita quod tu & hæredes tui supra expressi perpetuis in antea temporibus omni privilegio, honore, dignitate, nobilitate, consuetudine, ac prærogativa qualibet uti, frui & gaudere debeatis, quibus alii Sacri Imperii Comites utuntur & fruuntur quomodolibet, consuetudine vel de jure. Quodque tu & hæredes tui præfati in perpetuum Comites Rhodigii nominari & appellari, & ut alii Comites Sacri Romani Imperii teneri & honorari debeatis absque impedimento quorumcunque; submittentium & accedentium. Volentes eidem comitatui Rhodigii cum pertinentiis supratactis terras & alia inferius descripta, videlicet terram Lendenariæ, terram Argentæ, cum toto ejus territorio & districtu, jurisdictione, honore, mero & mixto Imperio, vectigalibus novis & antiquis; terram S. Alberti ejusque castro, cum tota riparia Fili; terram Comacli cum toto ejus portu, aquis maritimis & non maritimis, & quascunque alias terras, castella, oppida, villas & loca quæque, munitiones, fortalitia, districta, flumina, montes, colles, plana, piscinia, piscationes cum eorum omnium villis, villagiis, locis, juribus, jurisdictionibus, districtibus, adhærentiis & confinibus: Portu & passu Primarii & aliis portubus quibuscunque in & sub dictis locis et pertinentiis ab utroque latere Padi inter mare Comacli et territorium Argentæ, sicut ab antiquo et nunc, tu tuique progenitores possides et possederunt, et de quibus in privilegiis et concessionibus dictarum terrarum et locorum progenitoribus tuis per Romanorum Imperatores, seu Reges indultis et concessis latius est expressum, et alia in diœcesi Adriensi situata, quæ progenitores tui, Marchiones Estenses, ab Antecessoribus nostris, Romanorum Imperatoribus et Regibus tenuerunt et possederunt, juxta Continentiam literarum desuper emanatarum, de quibus etiam te Borsium tenore præsentium investimus et infeudamus, ita quod tu et hæredes tui superius nominati prætactum Comitatum Rhodigii cum jam dictis terris omnibus a nobis et Sacro Romano Imperio in feudum dependentibus, quandocunque opportunum fuerit et casus se obtulerit, a Nobis et Sacro Romano Imperio in feudum recipiatis, et debitum fidelitatis et obedientiæ juramentum nobis & successoribus nostris præstetis & exhibeatis, prout alii Comites Sacri Romani Imperii facere, præstare & exhibere consueverunt. Volentes in successione ejusdem Comitatus, primogenituræ, ac pro aliis secundo, tertio, quarto & sic deinceps genitis, nec non quoad provisionem congruæ sustentationis eis faciendam, ordinem, prout de Ducatu Mutinæ & Rhegii superius est expressum, in omnibus observari. De uberiori denique dono gratiæ & liberalitatis auctoritate Cæsareæ tibi concedimus, indulgemus, largimur, quod tu & hæredes tui sæpe nominati totam & integram Aquilam nigram cum duobus capitibus & corona aurea coronatam in campo aureo sive croceo cum aliis vestris armis per quarterium conjunctam cum parvo scuto, in medio eorum Aquilam albam in campo flaveo habenti tanquam arma supra nominati novi Ducatus Mutinæ & Rhegii, & unam aquilam bicipitem pro medietate ad longum nigram in campo aureo sive croceo & pro alia medietate albam in campo flaveo sive Azurio, tanquam arma Comitatus Rhodigii, prout hæc in præsentibus artificio pictoris clarius sunt depicta, deferre & gestare possitis & valeatis: volentes & vobis gratiosius indulgentes, ut literas quascunque vestras, privilegia, decreta, & quæcunque alia monumenta cum cera alba virginea signetis & sigilletis, ac signare & sigillare possitis. Donationes denique quondam prædecessoribus tuis, Marchionibus Estensibus a Romanorum Imperatoribus & Regibus Antecessoribus nostris de quibuscunque terris & locis factas, nec non omnia & singula privilegia, immunitates, gratias & indulta eisdem & a præfatis Romanorum Imperatoribus & Regibus

gibus datas & concessas, ac data & concessa, de Cæsareæ plenitudine potestatis & ex certa nostra scientia tibi ratificamus, approbamus, confirmamus & innovamus teque Borsium de Marchionatu Estensi cum omnibus suis terris, juribus, honoribus, jurisdictionibus & pertinentiis & tenore præsentium investimus, volentes ea omnia in omnibus suis punctis, articulis & clausulis, ac si de verbo ad verbum præsentibus essent inserta, in quantum supradictis concessionibus non repugnant, obtinere perpetui roboris firmitatem, legibus, juribus, constitutionibus, consvetudinibus, statutis municipalibus, derogatoriis clausulis tam generalibus, quam specialibus, aliisque concessionibus & privilegiis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, quibus omnibus & singulis, in quantum & quatenus obstant & obstare valent, seu impedirent effectum præsentium, derogamus & derogatum esse volumus & jubemus, & ex causis superius expressis, ac de Imperialis potestatis plenitudine ea omnia ex certa scientia revocamus, cassamus & annullamus penitus & omnino, & cassa & irrita nuntiamus, etsi talia essent, de quibus necesse esset fieri specificam & individuam & de verbo ad verbum mentionem, illis omnibus in suo robore duraturis, supplendo omnem defectum tam juris, quam facti, si qui obscuritate verborum seu ratione cujusvis solennitatis, sive alius intervenerit, aut comprehensus fuerit in prædictis, juribus tamen superioritatis nostris & Imperii Sacri & aliorum in præmissis omnibus semper salvis, dolo & fraude cessantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ illustrationis, creationis, insignationis, decorationis, confirmationis, infeudationis, armorum donationis & suppletionis paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire, sub nostra & Imperii Sacri indignatione gravissima & sub pœna mille marcarum auri, quas a quolibet, qui contravenire præsumserit, exigi, & earum medietatem Nostræ Imperialis Cameræ Fisco, residuam vero partem injuriam passorum usibus volumus applicari. Harum testimonio literarum, Nostræ Imperialis Majestatis sub aureæ bullæ typario Nostro impresso. Datum Ferrariæ in die ascensionis Domini, quæ erat decima octava mensis Maji, anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, Regni Nostri anno tertio decimo, Imperii vero primo.

Fridericus.

Ad mandatum proprium Domini Imperatoris in consilio.

Ulricus M.

LIIX.

Apocha, qua Laurentius Archiepiscopus Spalatensis, generalis Romanæ Ecclesiæ Thesaurarius, Borsium, Mutinæ adque Rhegii Ducem, quatuor mille florenos auri de Camera pro annuo Civitatis, Comitatus & Districtus Ferrariensis censu, Cameræ Apostolicæ debito, sibi solvisse testatur, d. d. 30. Januar. An. 1467.

Universis &c. Viencsius &c. Marcus &c. Salutem &c. Universitati &c.

CUm Illustrissimus Dominus Borsius Estensis Dux Mutinæ & Rhegii, & Comes Rhodigii & in Civitate Ferrariæ ejusque Comitatu, territorio & districtu pro Sanctissimo Domino Nostro Papa & Sancta Romana Ecclesia in temporalibus Vicarius, pro annuo censu Civitatis, Comitatus, territorii & districtus prædictorum, Cameræ Apostolicæ in festo Apostolorum Petri & Pauli de mense Junii florenos auri de Camera quatuor millia singulis annis solvere teneatur; Hinc est, quod ipse Illustris Dominus Borsius Dux pro dicto censu anni MCCCCLXVI. proximi præteriti & in festo beatorum Petri & Pauli prædicto, finito, jam elapso termino, florenos auri similes quatuor mille ipsi Cameræ, Reverendo in Christo Patri, Domino Laurentio, Dei gratia Archiepiscopo Spalatensi, Sanctissimi Domini Nostri Papæ præfati generali Thesaurario, pro ipsa Camera recipienti, die datarum præsentium, per manus honorabilium Virorum Francisci & Bernardi de Cambiis & sociorum mercatorum Florentinorum de Romana Curia solvi fecit efficaciter & cum effectu: de quibus quidem quatuor millibus florenis, sicut præmittitur, solutis, præfatum Illustrissimum Dominum Ducem & Vicarium ejusque heredes &c. quietamus, absolvimus & perpetuo liberamus. In quorum &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum in Camera Apostolica die 30. mensis Januarii MCCCCLXVII. Indictione XV. Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Pauli, Papæ Secundi, anno tertio.

Laurentius, Archiepiscopus Spalatensis, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Thesaurarius generalis.

Gaspar Blondus.

LIX.

Apocha ejusdem cum antecedente argumenti, d. d. 6. Martii, 1468.

Universis &c. Marcus, Dei gratia Episcopus Vicentinus, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Camerarius, ad hæc specialiter deputatus Salutem &c. Universitati &c.

CUm Illustrissimus Dominus Borsius, Dux Mutinæ & Rhegii, & Comes Rhodigii, & in Civitate Ferrariæ ejusque Comitatu, Territorio & districtu pro Sanctissimo Domino Nostro Papa, & Sancta Romana Ecclesia in temporalibus Vicarius generalis, pro annuo censu Civitatis, Comitatus, territorii & districtus ejusmodi, annis singulis in festo Beatorum Petri & Pauli Aposto-

postolorum de mense Julii solvere teneatur certam summam Florenorum; hinc est, quod ipse Illustrissimus Dominus Dux Vicarius, hodie florenos auri de Camera, in auro quatuor millia, in deductionem ejusmodi census, ad bonum computum, Reverendissimo in Christo Patri & Domino, Laurenzio, Archiepiscopo Spalatensi, Sanctissimi Domini Nostri Papæ generali Thesaurario, pro Camera Apostolica recipienti, per manus spectabilis Viri Domini Jacobi de Trottis, ejus in Romana Curia oratoris, honorabilibus Viris Gvilielmo de Pazzis & ejus sociis in Romana Curia mercatoribus, realiter & cum effectu solvit & numeravit, de quibus quidem &c. In quorum &c, Datum Romæ in Camera Apostolica MCCCCLXVIII. die VI. Martii, Pontificatus Domini Pauli Papæ Secundi anno quarto.

Laurentius, Archiepiscopus Spalatensis, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Thesaurarius generalis.

Visa Falco.

Gaspar Blondus.

LX.

Apocha, qua Marcus Cardinalis de S. Marco, Episcopus Vicentinus, atque Sedis Apostolicæ Thesaurarius, a Borsio, Mutinæ ac Rhegii Duce, quatuor mille florenorum auri de Camera solutione, pro annuo Civitatis, Comitatus & districtus Ferrariensis censu, Cameræ Apostolicæ debito, sibi satisfactum esse testatur, d. d. 17. Februar. 1469.

Universis &c. Marcus miseratione divina tituli Sancti Marci Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Episcopus Vicentinus, Salutem &c. Universitati &c.

CUm Illustrissimus Dominus Borsius Estensis, Dux Mutinæ & Rhegii, & Comes Rhodigii, & in Civitate Ferrariensi, ejusque Comitatu, territorio & districtu pro Sanctissimo Domino Nostro Papa, & Sancta Romana Ecclesia in temporalibus Vicarius, pro annuo censu Civitatis, Comitatus, territorii & districtus prædictorum, Cameræ Apostolicæ in festo Beatorum Apostolorum Petri & Pauli de mense Junii Florenos auri de Camera quatuor mille singulis annis solvere teneatur; hinc est, quod ipse Illustrissimus Dominus Borsius, Dux, pro dicto censu unius anni in festo Apostolorum de mense Junii anni Domini MCCCCLXVIII. proxime præteriti, finito termino jam elapso, florenos similes quatuor mille ipsi Cameræ, venerabili Viro, Domino Bartholomæo de Maraschis, Præposito Mantuanensi, pecuniarum Sanctissimi Domini Nostri Papæ & Cameræ Apostolicæ depositario, pro ipsa Camera recipienti per manus spectabilis Viri, Domini Jacobi de Trottis, ejus in Romana Curia Oratoris, honorabilibus Viris Gvilielmo de Pazzis, & ejus sociis de Romana Curia mercatoribus realiter & cum effectu solvit & numeravit. De quibus quidem quatuor millibus florenis, sicut præmittitur, solutis, eundem Dominum Borsium, ejusque heredes & bona quietamus, absolvimus & in perpetuum liberamus. In quorum &c. Datum Romæ in Camera Apostolica apud Sanctum Petrum anno Domini MCCCCLXIX. die vero XVII. mensis Februarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini Pauli, divina providentia Papæ Secundi, anno quinto.

An. Episcopus Feltran.

Visa A. de Forlivio.

Gaspar Blondus.

LXI.

Bulla Sixti IV. Pontificis Maximi, qua Herculem I. Mutinæ Ducem, suum æque ac Sedis Romanæ in Civitate atque ditione Ferrariensi in secularibus Vicarium constituit, d. d. 13. Kal. Septembr. An. 1472.

SIxtus Episcopus servus servorum Dei, dilecto Filio Nobili Viro Herculi Duci Civitatis Nostræ Ferrariensis, ac in eadem illiusque Comitatu, territorio & districtu pro Nobis, & Sancta Romana Ecclesia in temporalibus generali Vicario salutem & Apostolicam Benedictionem. Inter multiplices curas, quibus ex injuncto nobis pastoralis officii onere premimur, illa nimirum mentis nostræ pulsat archana, in circa regimen, & gubernationem Civitatum, Terrarum & Locorum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ subjectorum viros deputemus idoneos, fide præclaros, providentia circumspectos, experientia doctos, justos, vigiles & prudentes, qui statum & honorem ipsius Ecclesiæ, nostrumque diligant, pacem ament, concordiam nutriant, subditos non gravent, & sine personarum acceptione justitiam administrent, sicque prudenter & juste commissos sibi populos regant, dirigant, & gubernent, quod iidem populi subditi nostri laudabiles se recepisse Rectores & gubernatores providos glorientur. Olim siquidem fœlicis recordationis Nicolaus Papa Quintus prædecessor noster, quondam Borsium Ducem Mutinæ & Regii, Marchionem Estensem, fratrem tuum, dum in humanis ageret, in Civitate nostra Ferrariense, ejus Comitatu, Territorio & districtu, pro nobis & Romana Ecclesia in temporalibus Vicarium generalem suis litteris sub certis modo & forma tunc expressis gratiose constituit, ac sibi Civitatis ejusdem regimen, gubernationem & administrationem, una cum ejus Comitatu, Terri-

Territorio & districtu prædictis in eisdem temporalibus pleno jure commisit, prout in eisdem literis, inde confectis, quarum tenorem hic pro expresso haberi volumus, plenius continetur. Cum itaque postmodum idem Borsius, qui Constitutionis, Commissionis & literarum earundem vigore Vicariatum hujusmodi gessit & administravit fideliter sicut Deo placuit, debitum naturæ persolverit, nullis filiis & descendentibus legitimis & naturalibus post se relictis. Nos integritatem ipsius, aliorumque progenitorum tuorum generositatem, sinceritatem fidei ac devotionem, quam semper erga Romanam Ecclesiam antedictam & prædecessores nostros gesserunt hactenus, attendentes ac sperantes indubie te, ac post mortem tuam filios tuos, atque nepotes legitimos & naturales per rectam lineam descendentes similiter progenitorum eorundem virtutes & fidei plenitudinem imitando facturos, eoque ferventiori studio erga nos & Ecclesiam prædictam semper habituros, quo potiori munere & beneficio vos noveritis insignitos. Cupientes quoque tam ipsam Civitatem nostram Ferrariensem quam illius Cives, qui ut accepimus te mirum in modum diligunt & venerantur, ac pro eorum pace & statu prospero te, tuosque liberos & nepotes in nostros inibi Vicarios, & ipsius Borsii in Vicariatu prædicto successores, consensu unanimi habere affectant, Comitatum quoque districtum atque Incolas eorundem, sublatis quibuslibet dissidiis, quæ verisimiliter evenire possent in pacis dulcedine & administratione Justitiæ gubernari, ac nostræ provisionis ope, ipsorum quieti, securitati & tranquillitati, prout in domino confidimus, salubriter providere, quodque tu, cui largitor bonorum omnium altissimus virtutes plurimas, aliaque gratiarum dona pro sua largitate concessit, filii quoque & nepotes prædicti Civitatem, Comitatum & districtum prædictos ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, atque nostrum & Apostolicæ sedis honorem, ipsorumque Civium & Comitatensium Comitatus, districtus utilitatem & pacem scietis & poteritis, opitulante Domino, utiliter regere & feliciter gubernare: Ex præmissis & aliis rationabilibus causis, ad id animum nostrum moventibus, matura super hoc etiam cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, deliberatione præhabita & de ipsorum expresso consensu, Te qui etiam vigore concessionis dudum per Joannem XXIII. in sua obedientia nuncupatum, factæ post mortem tui patris Nicolai, ad vicariatum ipsius Civitatis nostræ Ferrariensis, prout asseris, vocatus existis, in præfata nostra Civitate Ferrariensi, ac illius Comitatu, Territorio, & districtu prædictis Vicarium & post mortem tuam filios & nepotes tuos legitimos & naturales usque in tertiam generationem Vicarios in temporalibus generales facimus, constituimus ac etiam deputamus, curam, regimen & administrationem Civitatis, Comitatus, Territorii, districtus eorundem tibi ac filiis & nepotibus ipsis successive per vos vel alium, seu alios cui, seu quibus id committendum duxeris, seu duxerint, exercendi, cum illius mero & mixto Imperio ac omnimoda Jurisdictione temporali, quæ inibi per dictam Ecclesiam vel alium pro ea exerceri consuevit, ad honorem nostrum & hujusmodi Ecclesiæ statum pacificum & tranquillum Civitatis, Comitatus, Territorii & districtus, nec non Civium, Comitatensium & Incolarum prædictorum, juste & fideliter exercendi potestatem plenariam committendo, tibique ac filiis & nepotibus prædictis etiam per vos vel alium seu alios inibi quoscunque Potestates, Judices & officiales idoneos, qui pro cultu Justitiæ lites & causas Civiles, criminales seu mixtas ad forum Civitatis, Comitatus, Territorii & districtus eorundem de jure vel approbata consvetudine pertinentes audire & fine debito terminare ac executioni debitæ demandare valeant, constituendi, deputandi & amovendi, ac alios surrogandi, nec non colligendi, exigendi & percipiendi, durante vicariatu prædicto tuis ac tuorum filiorum, & nepotum usibus applicandi omnia & singula consveta & debita thelonea, pedagia & emolumenta, fructus, redditus & introitus quocunque nomine censeantur ad nos & dictam Ecclesiam ratione Temporalitatis in Civitate, Comitatu, Territorio & districtu prædictis ac ipsorum quomodolibet pertinentia, ita etiam quod de hujusmodi debitis fructibus, redditibus, proventibus, introitibus, pedagiis & emolumentis teneamini Civitatem, Territorium, districtum, Comitatum & eorum arces, fortalitia & roccas vestris sumptibus & expensis fideliter & diligenter manutenere, conservare, defendere & custodire, ac cætera alia onera supportare, absque eo, quod nos vel dicta Ecclesia vobis, vel alicui alii pro hujusmodi vicariatus gubernatione, defensione & custodia subvenire in aliquo teneamur. Et nihilominus singulis annis dicto Vicariatu durante, de hujusmodi emolumentis, introitibus, fructibus atque redditibus pro censu & nomine census Civitatis, Comitatus, Territorii & districtus prædictorum nobis & Rom. Ecclesiæ seu Cameræ Apostolicæ in urbe vel alibi, ubi nos vel Successores nostri canonice intrantes residebimus seu Romana Curia fuerit, quinque millia florenorum auri de Camera boni & justi ponderis, retentis tibi pro tua provisione mille & totidem ipsis Filiis ac nepotibus, successive in eorum temporibus, vestris periculo, sumptibus & fortuna, in Festo beatorum Apostolorum Petri & Pauli dare, solvere & assignare tenearis, ipsique filii & nepotes teneantur. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis municipalibus cæterisq; contrariis quibuscunque etiamsi de illis deberet fieri mentio specialis. Et insuper volumus, & huic vicariatui similiter adjicimus per expressum, quod per te, vel procuratorem tuum, ad hoc sufficiens a se mandatum habentem, ac post obitum tuum iidem filii atque nepotes similiter coram nobis seu illo vel illis cui vel quibus id duxerimus vel Successores nostri duxerint committendum, de Civitate, Comitatu, Territorio & districtu prædictis, eo-

rumque pertinentiis universis fideliter regendis & gubernandis. Et quod tu, filii & nepotes prædicti, neque alius quisquam pro te vel eis, ullo tempore, modo, ingenio, seu forma consentietis aut permittetis, quod Civitas, Comitatus, Territorium, districtus, eorumque pertinentiæ hujusmodi a nobis & eadem Ecclesia subtrahantur aut alterius singularis personæ vel universitatis jurisdictioni vel Dominio subjiciantur, Juramentum fidelitatis præstabitis successive; Quodque si in solutione census hujusmodi congruis temporibus persolvendi defeceretis & expectati per duos menses immediate sequentes non satisfeceritis, & juramentum juxta formam inferius annotatam non præstiteritis, sententiam excommunicationis incurratis eo ipso. Mandantes insuper Civibus, incolis & habitatoribus prædictis, quod te, vita comite, & deinde filios atque nepotes successive, tanquam vicarios ipsorum benigne recipientes & honorifice pertractantes tibi, & ipsis, tuisque & eorum officialibus in eisdem deputandis, in omnibus quæ ad vicariatus officium prædictum pertinent, intendere studeant & efficaciter obedire. Cæterum honori ejusdem personæ tuæ paterna charitate consulere, & quantum cum Deo possumus eandem honorare volentes, ut per honorem tibi exhibitum proficere, & te utilius valeas exercere, quod de cætero ipso Vicariatu durante, ne a sede Apostolica & nostro tempore minus decoris & honoris tua Nobilitas assequatur, quam tempore felicis recordationis Pauli PP. II. prædecessoris nostri idem Borsius dum viveret fuerat assecutus, tuam personam titulo & Insignibus Ducalibus & armis inferius depictis volumus persulgere, ut & tuæ Nobilitatis & ejusdem Borsii, dum viveret, par ratio dignitatis, gloriæ & honoris in cunctis habeatur & Dux Ferrariæ nomineris. Per hoc autem vel alia præmissa statum, qualitatem & conditionem anteriores Civitatis, Comitatus, Territorii & districtus sive Civium, Comitatensium & incolarum prædictorum, aut debitum censum, aliaque jura nobis, Ecclesiæ & Cameræ prædictis quomodolibet debita nullatenus immutare, seu in aliquo alterare vel diminuere intendimus, sed illa omnia & singula in suo pristino statu, robore & vigore, suaque firmitate semper illibata persistere & inviolata manere volumus, decernimus pariter & declaramus per præsentes. Tu igitur ex datis tibi dono cœlesti virtutibus antedictis, circa ipsorum Civitatis, Ducatus, Comitatus, Territorii, districtus, Civium, Incolarum & habitatorum, regimen prosperum & tranquillum sic diligentem, justum ac providum te exhibeas, quod ipsi gubernatore utili gaudeant se commissos, tuque & officiales tui apud Deum, Apostolicam sedem prædictam, cunctosque fideles possitis merito commendari, ac nostram & sedis ejusdem Benedictionem & gratiam uberius promereri. Formam autem Juramenti, quod tu ratione Vicariatus prædicti in manibus nostris per dilectum filium Don. Franciscum Archi-Diaconum Ecclesiæ Regien. in Theologia Magistrum, procuratorem tuum ad hoc a te speciale mandatum habentem præstabis ac filii & nepotes prædicti successive præstabunt; ut per eam plenius informari valeatis, præsentibus inseri fecimus, quæ talis est. Ego Hercules Dux Civitatis Ferrariensis, & in ipsa, ejusque Comitatu, Territorio & districtu pro Domino meo Domino Sixto Papa Quarto & Romana Ecclesia in Temporalibus Vicarius generalis, ab hac hora in antea fidelis ero Beato Petro Apostolorum Principi ac prædicto Domino meo Domino Sixto PP. IIII. & Successoribus suis Romanis Pontificibus canonice intrantibus, non ero in consilio, auxilio, opere, verbo vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium vero quod mihi per se, vel nuntios, seu literas significabunt, vel committent, sine eorum licentia ad eorum damnum nemini pandam; si autem aliquid ad meam notitiam devenire contingent, quod in periculum Romani Pontificis verteret, impedire pro posse procurabo, & si illud impedire non potero, curabo id ad notitiam Romani Pontificis deferri, & nunquam ero verbo vel facto, directe vel indirecte, publice vel occulte, per me vel alium contra Romanam Ecclesiam & Romanum Pontificem, qui nunc est & pro tempore erit, sed semper ero adjutor ad conservandum, retinendum & defendendum Civitates, Terras, Castra, Villas, bona & jura prædictæ Ecclesiæ, etiam per quoscunque occupata adjuvabo pro posse recuperare & recuperata defendere & in suo pleno jure conservare prædictam Ecclesiam & Romanum Pontificem, qui nunc est, vel pro tempore erit, ac Legatos & officiales eorum contra quoscunque per Ecclesiam denotatos, vel imposterum denotandos, quandiu extra gratiam, & unionem dictæ ecclesiæ permanebunt, nec eis vel alicui eorum directe vel indirecte dabo auxilium, consilium vel favorem, nunquam ero verbo, consilio vel consensu, quod aliquis Imperator, Dux, vel quivis alius Nobilis, universitas vel Communitas eligatur, nominetur seu etiam assumatur in Dominum vel Rectorem Civitatum, Terrarum, & Castrorum Romanæ Ecclesiæ, seu alicujus ipsorum sine expressa licentia ipsius Domini nostri PP. qui nunc est, vel pro tempore erit. Insuper in Civitate, Comitatu, Territorio & districtu prædictis honorifice juxta posse dictum Dominum meum Sixtum & successores ejus, ac Legatos, Nuntios & officiales eorum, quotiens ad partes illas accesserint, benigne recipiam & honorifice tractabo. Invasiones & prædationes ac defensiones non faciam nec fieri procurabo contra aliquos Romanæ Ecclesiæ fideles subditos & devotos, nisi in quantum dictus Dominus noster PP. vel Successores ejus permiserint, vel de eorum voluntate, nec eos invadam, neque damnificabo aut damnificare volentibus præstabo auxilium, consilium vel favorem. Nullam conjurationem, conspirationem seu ligam contra dictum Dominum Sixtum PP. IIII. ac Romanam Ecclesiam & Successores suos, vel fieri procurabo. Et generaliter omnia & singula

gula quæ continentur in Vicariatu supradicto observabo bona & pura fide & efficaciter faciam observari. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis, deputationis, mandati, intentionis, decreti, declarationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo, Tertio decimo Calendas Septembris, Pontificatus nostri Anno primo.

L. Grifus.

M. Millinus.

LXII.

Apocha, qua Raphael, S. Georgii Diaconus Cardinalis, Herculem Estensem, Ducem & Vicarium Ferrariensem 4108. florenos auri de Camera, pro annuo Civitatis Ferrariensis atque aliorum locorum censu, Cameræ Apostolicæ debito, sibi exsolvisse confirmat, d. d. 1. Aug. An. 1499.

Universis &c. Raphael &c. Universitati &c.

CUm Illustrissimus Dominus Hercules Estensis, Dux Ferrariæ, in hujus Civitate & Terris Bugnacavalli, Massæ Lombardorum, & Consilicis, & nonnullis Terris, & locis Imolensis, & Ravennatensis Diœcesium pro Sanctissimo Domino nostro Papa & Sancta Romana Ecclesia in temporalibus Vicarius generalis, singulis annis in Festo Beatorum Apostolorum Petri & Pauli de mense Junii pro Censu Ferrariæ quatuor millia, pro Censu Massæ Lombardorum & aliarum terrarum & locorum prædictorum unam taziam argenti unius libræ & pro illius valore octo, & pro Censu Bugnacavalli centum florenos auri de Camera boni & justi ponderis, Cameræ Apostolicæ solvere teneatur; hinc est, quod præfatus Illustrissimus Dominus Hercules Dux & Vicarius pro solutione Censuum hujusmodi unius anni in Festo præfatorum Beatorum Petri & Pauli proximè præterito finiti florenos auri de Camera quatuor millia centum octo, per manus honorabilium virorum Alphonsi de Strottiis, & Petri Antonii Bandini, & Sociorum de Romana Curia, quos solverunt, ut dixerunt, vigore unius literæ commissionis Petri Antonii Bandini prædicti de Florentia sub data die 8. præsentis mensis Julii pro totidem, quos præfatus Antonius habuerat Florentiæ a Domino Antonio Maria de Guarneriis, factore generali præfati Domini Ducis, & ipsius nomine & per eorum manus eidem Apostolicæ Cameræ solvit realiter & cum effectu Reverendo in Christo Patri Domino Francisco, Episcopo Theanensi, Sanctissimi Domini nostri Papæ generali Thesaurario pro ipsa Camera recipienti die datarum præsentium, ut patet ad ordinarium introitum ipsius Cameræ lib. VIII. fol. 86. De quibus quidem quatuor millibus centum octo florenis auri de Camera, sicut præmittitur, solutis, numeratis, & realiter assignatis de mandato &c. & auctoritate &c. Præfatum Illustrissimum Dominum Herculem Ducem & Vicarium ejusque hæredes & imposterum successores, ac ipsorum & omnium aliorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, bona quæcunque mobilia & immobilia, præsentia & futura, tenore præsentium quietamus, absolvimus & perpetuo liberamus. In quorum &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum in Camera Apostolica sub anno a nativitate Domini MCCCCXCIX. die prima mensis Augusti anno septimo Alexandri Papæ sexti.

LXIII.

Apocha ejusdem cum antea inserta argumenti, d. d. 1. Augusti, An. 1500.

Universis &c. Raphael &c. Universitati &c.

CUm Illustrissimus Dominus Hercules Estensis, Dux Ferrariæ, in hujus Civitate & Terris Bagnacavalli, Massæ Lombardorum, & Consilicis, ac nonnullis aliis terris, & locis Imolensis & Ravennatensis Diœcesium pro Sanctissimo Domino nostro Papa, & Sancta Romana Ecclesia in temporalibus Vicarius generalis, singulis annis in Festo Beatorum Apostolorum Petri & Pauli de mense Junii pro Censu Ferrariæ quatuor millia, pro Censu Massæ Lombardorum, & aliarum terrarum, & locorum dictorum unam taziam argenti ponderis unius libræ, & pro illius valore octo, ac pro Censu Bagnacavalli centum florenos auri de Camera ponderis boni & justi, Cameræ Apostolicæ solvere teneatur; hinc est, quod præfatus Illustrissimus Dominus Hercules Dux & Vicarius pro solutione Censuum hujusmodi unius anni in Festo præfatorum Beatorum Petri & Pauli proxime præterito finiti, florenos auri de Camera quatuor millia centum & octo per manus honorabilium virorum Alphonsi de Strotiis, & heredum Petri Antonii Bandini, & Sociorum de Romana Curia, vigore unius literæ Commissionis Alphonsi de Strotiis prædicti de Florentia sub datum die XX. mensis Junii proxime præteriti, & nomine ipsius Illustrissimi Domini Ducis præfati, & per eorum manus eidem Cameræ Apostolicæ solvit realiter & cum effectu Reverendo in Christo Patri Domino Francisco de Borgia &c. ut patet ad ordinarium introitum ipsius Cameræ lib. VIII. fol. 94. de quibus quidem &c. In quorum &c.

Datum in Camera plena die prima mensis Augusti Anno MD.

LXIV.

Bulla Alexandri VI. Pontif. Maximi, qua Herculem I. Mutinæ Ducem, titulo Ducis Ferrariensis ac honoribus & juribus inde pendentibus condecoravit atque donavit, d. d. 15. Kal. Octobr. An. 1501.

ALexander Episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ex supernæ providentia Majestatis in Apostolicæ dignitatis specula meritis, licet imparibus constituti ad ea libenter aciem nostræ considerationis extendimus, per quæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ civitates, præsertim præclaræ & insignes, ac personæ illas, castraque, terras, & loca alia ab eadem Romana Ecclesia in Vicariatum obtinentes de illa benemeritæ, illorumque in ejus Successores tanquam nostri, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ peculiares filii & devoti ac de quibus firma spes non immerito haberi potest, quod more progenitorum suorum Civitates, terras, castra, atque loca prædicta prospere & feliciter ac in pacis dulcedine gubernare, conservare, ampliare, adaugere, protegere & defendere curabunt, cum dignis & amplioribus gratiis, commoditatibus, honoribus ac dignitatum titulis attolantur, & ab oneribus eis impositis quantum fieri potest releventur, quo in dies melius, commodius & ferventius bono & felici regimini ac conservationi, ampliationi, augmento, protectioni & defensioni Civitatum, Terrarum, Castrorum & locorum prædictorum intendere possint. Dudum siquidem felicis Recordationis Sixtus PP. IIII. Prædecessor noster, quondam Borsio Esten. dum in humanis ageret, in nostris Civitate Ferrariæ, ac Massæ Lombardorum, Consillicis, Roncadellæ, Zeppæ, Scantamantelli, Bagnacavalli, Sanctæ Agathæ, Barbiani, Cunii & Zangonariæ, Castris, terris atque locis, pro Romana Ecclesia in temporalibus Vicario generali ac Ducali dignitate, in dicta Civitate Ferrariæ fungente, vita functo, dilectum filium nobilem virum Herculem ejusdem Ferrariæ Ducem fratrem suum, quandiu vitam duceret in humanis & post ejus obitum filios ac Nepotes suos legitimos & naturales per rectam lineam descendentes, in Civitate Ferrariæ, castris, terris & locis prædictis illorumque Comitatibus, Territoriis & districtibus, in eisdem temporalibus Vicarios generales, de fratrum suorum tunc ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio & assensu, cum illorum mero & mixto Imperio ac omnimoda Jurisdictione temporali, quæ inibi per dictam Ecclesiam vel alium pro ea exerceri consueverat & quoad Civitatem Ferrariæ illiusque Comitatum, territorium & districtum hujusmodi, usque in tertiam generationem ac alias sub certo modo, & forma tunc expressis, per diversas literas suas, auctoritate apostolica fecit, constituit & deputavit: ipsiusque Herculis personam titulo & insignibus Ducalibus voluit præfulgere, ut & ipsius, ac ejusdem Borsii Ducis, dum viveret par ratio, dignitatis, gloriæ & honoris in cunctis haberetur, & Dux Ferrariæ nominaretur volens &, decernens, quod Hercules Dux, filii & nepotes prædicti ratione Ferrariæ quinque millia retentis per eos, pro eorum provisione mille, ac aliorum castrorum, terrarum & locorum prædictorum centum florenos auri de Camera boni & justi ponderis, ac unam libram argenti puri respective singulis annis in vigilia Beatorum Petri & Pauli Apostolorum nomine census in Romana Curia suis sumptibus, periculis & fortuna deferendos, Cameræ Apostolicæ dare & persolvere teneretur, prout in singulis literis prædictis, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi voluimus pro sufficienter expresfis & insertis, plenius continetur. Cum autem, sicut evidentia rei clare demonstrat, præfatus Hercules Dux more majorum, & progenitorum suorum, qui Civitatem prædictam in hujusmodi Vicariatu ab eadem Romana Ecclesia a longissimo tempore citra obtinentes, illam ac ejus territorium ac districtum, plurimum repararunt ac meliorarunt, Civitatem ipsam Ferrariæ tempore suo mirum in modum, non sine maximis & gravissimis impensis suaque dexteritate, diligentia & opera accuratissime adauxerit, arcibusque & foveis amplissimis ac muris & mænibus munivert ac etiam longe melius solito, munire cœperit; locaque quam plurima Territorii dictæ Civitatis Ferrariæ sterilia & inculta ad maximam habitantium utilitatem ad culturam & fertilitatem reduxerit, & in illa aliisque terris, castris & locis prædictis plurima ad eorum firmissimam tutelam, defensionem & confirmationem effecerit, propter quæ aliis Civitatibus, castris & terris ejusdem Romanæ Ecclesiæ, tanquam illorum antemurale, maximum profecto præsidium facile afferri, jusque ejusdem Romanæ Ecclesiæ non immerito adauctum satis dici potest, & pro totali omnium præmissorum perfectione ac Civitatis Ferrariæ aliorumque castrorum, terrarum & locorum prædictorum conservatione, tutela & defensione in dies non parva sit opus impensa, ad quam faciendam præfatus Hercules Dux omni studio intendere non cessat, & propterea dignum & conveniens fore noscatur, ut Hercules Dux, qui etiam in ipsa Civitate Ferrariæ ex sua pia devotione multa monasteria & religiosa loca, tam virorum quam mulierum de propriis bonis suis, opere quidem sumptuoso fundari, erigi & constitui ac jam fundata, erecta & constructa instaurari curavit, ac filii & nepotes sui præfati & alii præfati Herculis Ducis descendentes propter ea quæ Hercules Dux ac majores & progenitores sui prædicti pro decore, ornamento, instauratione, melioratione, ampliatione, munitione, conservatione, defensione & tutela prædictis tot gravissimis impensis,

fis, ſtudiis & laboribus ſuis effecerunt & ipſe Her. Dux facere non deſinit, a tanti cenſus onere releventur. quoad alia majora, & utiliora peragenda, in dies magis atque magis alliciatur. Nos præmiſſa omnia, quæ notoria ſunt, attenta meditatione penſantes, ac tam Herculem Ducem, filios & nepotes ſuos præfatos, aliosque ab ipſo Hercule Duce deſcendentes, pro hujusmodi benemeritis, quam Civitatem ipſam Ferrariæ adeo inſigne & præclare, ac alia caſtra, terras & loca prædicta pro illorum dignitate & decore aliquibus ſpecialis gratiæ favore, honore & prærogativis, prout convenit proſequi & decorare, ac a tanto cenſus onere relevare, & quibus poſſumus liberalitate & gratia uti, volentes, ſperantes quoque, quod Hercules Dux ac filii & Nepotes ac deſcendentes ſui præfati, in ſuis fide, ſinceritate ac devotione erga nos, & eandem Romanam Eccleſiam more eorundem progenitorum ſuorum perſeverabunt, ex præmiſſis & certis aliis rationabilibus cauſis ad hoc animum noſtrum inducentibus, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ejusdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione natura, conſtitutionem, deputationem ac ſingulas prædictas cum omnibus ac ſingulis in eis contentis clauſulis, ſalvis gratiis infraſcriptis, de conſilio, aſſenſu & auctoritate ſimilibus ac ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ad omnes præfati Herculis Ducis deſcendentes in perpetuum tenore præſentium extendimus pariter & ampliamus, & inſuper pro majori honore & decore Civitatem, terras, caſtra & loca præf. Ferrariæ in Ducatum ad inſtar Provinciarum quarumcunque & aliarum Civitatum, terrarum, caſtrorum & locorum Ducali dignitate fulgentium, de ſimilibus conſilio, aſſenſu, ſcientia, poteſtatis plenitudine & auctoritate perpetuo erigimus, ac omni Ducatus jure, facultate, nomine, titulo, inſigniis, honore & præeminentiis univerſis inſignimus & decoramus, ac Herculem Ducem, filios, nepotes ac deſcendentes præfatos Ferrariæ caſtrorum, terrarum & locorum prædictorum Duces ſucceſſivo ordine infra facimus, conſtituimus & creamus, ſtatuentes & ordinantes, quod Civitas Ferrariæ, caſtraque, terræ & loca prædicta deinceps perpetuis futuris temporibus Ducatus & tam Hercules Dux, quam filii, nepotes & deſcendentes præfati Ferrariæ, aliorumque caſtrorum, terrarum & locorum præfatorum Duces, ſucceſſive exiſtant & pro talibus ab omnibus cenſeantur, nominentur & habeantur, gaudeantque omnibus Ducalibus inſigniis, juribus, honoribus & præeminentiis, plena quoque libera & omnimoda ducali dignitate, poteſtate, jurisdictione, auctoritate & conceſſione, etiam cujuscunque gradus ſupremi, meri & mixti Imperii, omniumque & ſingulorum jurium, regaliorum nuncupatorum ac quibuscunque aliis gratiis, privilegiis, libertatibus, favoribus, prærogativis, indultis, immunitatibus & exemptionibus, quibus alii Ducatus & Duces, etiam quantumcunque magni, de jure, conſuetudine, privilegio vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur & gaudent, ſeu uti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, quæ omnia tenores & effectus eorum, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur, pro ſufficienter, & ſpecifice expreſſis & inſertis habentes Herculi Duci filiisque nepotibus & deſcendentibus præfatis de ſimilibus conſilio, aſſenſu, ſcientia, auctoritate & poteſtatis plenitudine harum ſerie de uberioris dono gratiæ pleniſſime & expreſſe potiori pro cautela ſucceſſive concedimus, donamus & elargimur, volentes & decernentes ſimilibus conſilio, aſſenſu, ſcientia, poteſtatis plenitudine & auctoritate, quod in Civitate Ferrariæ, caſtris, locis & terris prædictis pro illorum majori quiete & meliori regimine & gubernatione ac diſſenſionibus, quæ veriſimiliter tempore procedente, quod Deus avertat, evenire poſſent, evitandis, præfato Hercule Duce vita functo dilectus filius Alphonſus ejus primogenitus, ipſoque Alphonſo decedente, etiam dicti Alphonſi primogenitus, & ex ipſo primogenito primogenitus & eo ſine filiis deficiente ſecundo genitus & ſic ſucceſſive ex linea dicti Alphonſi deſcendentes, illisque omnibus deficientibus, ſecundo genitus præfati Herculis, & eo defuncto ſine filiis etiam tertiogenitus, ſuus & ſic ſucceſſive & ſimiliter alii præfati Herculis Ducis filii & deſcendentes, modo præmiſſo in Ducatu, Civitate Ferrariæ, Caſtris, Terris & locis prædictis cum pari poteſtate & auctoritate omnino ſuccedant, itaque ſemper ſucceſſio hujusmodi ad primogenitum & eo ſine filiis decedente ad ſecundum genitum & ſucceſſive ad alios, ſervato ordine prædicto deveniat. Et inſuper cenſum deinceps perpetuis futuris temporibus quoad Herculem Ducem ac Alphonſum ejus primogenitum, nec non ex ipſo Alphonſo primogenito & dilecta in Chriſto filia nobili muliere Lucr. de Borgia, Duciſſa Biſſelli ipſius Alph. uxore, deſcendentes maſculos, quamdiu vitam duxerint in humanis, ad centum & eis deficientibus quoad alios Succeſſores in ipſius Civitate Ferrariæ, Ducatu, Terris ac locis ad mille florenos ſimiles, dumtaxat ſingulis annis dictæ Cameræ perſolvendos, eisdem Conſilio, aſſenſu, ſcientia, poteſtatis plenitudine & auctoritate ex noſtra mera & ſedis Apoſtolicæ gratia & liberalitate præmiſſis attentis ac aliis rationabilibus cauſis, etiam ad hoc animum noſtrum inducentibus, gratioſe reducimus, limitamus & moderamur eisdem Herculi Duci, Alphonſo primogenito & aliis deſcendentibus ac Succeſſoribus præfatis totum reſiduum remittentes, donantes & elargientes, eosque ab ipſo reſiduo abſolventes, quietantes & libertantes ac decernentes eos ad aliam ſolutionem, quam dictorum centum, quoad Herculem Ducem & Alphonſum primogenitum, ac ex eo, & uxore præfata deſcendentes; & quoad illos ſucceſſores privatos quam dictorum mille florenorum, annis ſingulis eidem

Cameræ deinceps faciendam non teneri, nec a quoquam quavis auctoritate astringi aut compelli posse, ac ob non solutionem majoris summæ hujusmodi aliquas sententias, censuras & pœnas etiam privationis vel alias in dictis literis contentas non incurrere, ac limitationem, moderationem, reductionem, remissionem, donationem, absolutionem & quietationem prædictas vim, robur & efficaciam veræ solutionis habere, irritum quoque & inane, si secus super iis a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac mandantes dilecto filio Raphaeli Sancti Georgii ad velum aureum Diacono Cardinali nostro & pro tempore existente Camerario ac dictæ Cameræ Præsidentibus, Clericis & officialibus etiam pro tempore existentibus, ne Herculem Ducem, Alphonsum primogenitum, & ex eo ac ejus uxore prædicta descendentes ac deinde successores præfatos contra præsentium tenorem ad aliam solutionem faciendam ullatenus compellere, gravare aut molestare quoquo modo præsumant, non obstantibus præmissis ac constitutionibus ac ordinationibus Apostolicis etiam in Conciliis generalibus editis, concessiones & alienationes similes fieri prohibentibus; legibus quoque Imperialibus ac statutis municipalibus Civitatis Ferrariæ, terrarum, castrorum & locorum omnium prædictorum ac provinciarum, in quibus consistunt juramenti confirmatione aplica, vel quavis firmitate alia roboratis, natura quoque & consuetudine Feudi vel censuum, omnibusque & singulis in dictis literis contentis ac expressis, nec non juramento, quod secundum literarum prædictarum tenorem de observandis omnibus & singulis Capitulis, modis & conditionibus contentis in illis præfatus Hercules Dux præstitit, ac dictum Alphonsum descendentesque & successores præfatos in posterum præstare contigerit, quod quoad censum hujusmodi juxta moderationem, limitationem, reductionem, absolutionem & remissionem ac alia præmissa, eis omnino relaxamus cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extensionis, ampliationis, erectionis, insignitionis, decorationis, facti, constitutionis, creationis, statuti, ordinationis, concessionis, donationis, elargitionis, voluntatis, decreti, limitationis, moderationis, remissionis, absolutionis, quietationis, liberationis, mandati & relaxationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ M. D. I. quinto decimo Kal. Octobris, Pontificatus nostri anno Decimo.

† Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episc. subscr.

† Ego A. S. Ro. Ecc. Presb. Cardin. tit. S. Praxedis manu propria subscrip.

† Ego Jo. Cardin. Montis regalis manu propria subscrip.

† Ego B. Cardin. de Ursinis manu propria subscr.

† Ego Jo. Antonius Cardin. Alexandrinus subscr.

† Ego B. Cardinalis S. Crucis subscr.

† Ego Jo. Cardinalis Abrigensis subscr.

† Ego D. Cardinalis Grimanus manu propria subscrip.

† Ego Jo. tit. S. Clementis Presb. Cardinalis Alborensis subscrip.

† Ego F. tit. S. Ceciliæ Presb. Cardinalis Cosentinus manu propria subscr.

† Ego Jo. tit. S. Balbinæ Presb. Cardin. Salernitanus manu propria subscr.

† Ego L. tit. S. Agathæ Presb. Cardin. Caputaquien. manu propria subscr.

† Ego Jo. B. S. Grisogoni Presb. Cardinalis Capuani manu propria subscr.

† Ego O. Eps. Sabien. S. Rom. Ecc. Cardin. Neapolitanus manu propria subscr.

†

† Ego G. Epsc. Justin. Cardin. Portugal. manu propria.

† Ego Hor. Esp. Præneft. Cardinalis Racanaten. manu propria.

† Ego L. Episc. Albanen. S. Rom. Eccl. Cardin. Benevent. manu propria.

† Ego F. Cardinalis S. Eustachi sen. manu propria subscr.

† Ego Jo. S. M. in Domin. Diac. Cardin. de Medicis manu propria.

† Ego F. S. Theodori Diac. Cardinalis de S. Severino subscr.

†

† Ego Hip. S. Luciæ in Scelece Diac. Cardinalis Esten. manu propria.

† Ego Jul. Diac. Cardinalis de Cesarinis manu propria subscr.

† Ego a SS. Cosmæ & Dami Diac. Card. de Farnesio manu propria subscr.

†

† Ego L. Diac. Cardinalis de Borgia manu propria subscrip.

†

Hadrian.

(L. S)

LXV.

Apocha cum proxime præcedentibus plane conveniens, atque 100. Ducatos auri de Camera ab Hercule Estensi, Ferrariæ Duce, sibi esse exsolutos confirmans, d. d. 8. Aug. An. 1502.

Raphael,

Raphael, Sancti Georgii Diaconus Cardinalis, Domini Papæ Camerarius.

Universis & singulis, ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, salutem in Domino.

UNiversitati vestræ notum facimus per præsentes, quod cum Illustrissimus Dominus Hercules Estensis, Ferrariæ Dux, in eadem & nonnullis aliis Civitatibus, terris & locis pro Sanctissimo Domino Nostro Papa & Sancta Romana Ecclesia in temporalibus Vicarius generalis, juxta tenorem & formam literarum Apostolicarum remissionis census sibi per Sanctissimum Dominum Nostrum Papam, autoritate Apostolica factæ, singulis annis ducatos centum auri in auro de Camera eidem Sanctissimo Domino Nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Cameræ Apostolicæ pro censu & recognitione Dominii, Ducatus ac Civitatum, terrarum & locorum prædictorum in festo Beatorum Apostolorum Petri & Pauli de mense Junii solvere teneatur, prout in dictis literis sub dato XVI. Kalendas Octobris Pontificatus ejusdem Sanctissimi Domini Nostri anno decimo, in dicta Camera registratis, plenius continetur; hinc est, quod præfatus Illustrissimus Dominus Hercules, Dux & Vicarius, pro solita obedientia & reverentia erga Sanctam Sedem Apostolicam, Sanctamque Romanam Ecclesiam, ac pro census satisfactione & recognitione Dominii, Ducatus, Civitatum, Terrarum & locorum prædictorum unius anni in festo Beatorum Apostolorum Petri & Pauli proxime præterito præsentis anni 1502. finiti, dictos ducatos centum ipsi Cameræ, Reverendo Patre Domino Hadriano Castellensi, Electo Herfordensi, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Secretario domestico, Cameræ Apostolicæ Clerico, & eorundem Sanctissimi Domini Nostri & Cameræ Apostolicæ generali Thesaurario pro eis recipiente, per Reverendum Patrem Dominum Beltrandum Costabilem, Protonotarium Apostolicum, Oratorem & Procuratorem suum, per manus Domini Stephani de Ghinusiis & Sociorum Mercatorum Senensium, Romanam Curiam sequentium, die datarum præsentium realiter & cum effectu solvi fecit, ut patet ad ordinarium introitum præfatæ Cameræ, libro X. fol. 106. De quibus quidem centum ducatis, sicut præmittitur solutis & receptis, eundem Dominum Herculem Ducem & Vicarium ejusque heredes & successores ac bona de mandato &c. & autoritate &c. tenore præsentium quietamus, absolvimus & perpetuo liberamus. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Camera Apostolica die VIII. Augusti, Millesimo quingentesimo secundo, Pontificatus Domini Alexandri Papæ VI. anno decimo.

R. Hadrianus &c. Thesaurarius.

Visa V. Episcopus Interamnensis.

Bo. de Montefalco.

LXVI.

Ejusdem Apocha antecedenti ad amussim respondens, d. d. 28. Junii, An. 1506.

Raphael, Sancti Georgii Diaconus Cardinalis, Domini Papæ Camerarius.

Universis & singulis, ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, salutem in Domino.

UNiversitati vestræ notum facimus per præsentes, quod cum Illustrissimus Dominus, Alphonsus Estensis, Ferrariæ Dux, in eadem, & nonnullis aliis Civitatibus, terris & locis pro Sanctissimo Domino Nostro & Sancta Romana Ecclesia in temporalibus Vicarius generalis, juxta tenorem & formam literarum Apostolicarum remissionis census sibi per felicis recordationis Alexandrum Papam VI. autoritate Apostolica factarum, singulis annis ducatos centum auri in auro de Camera eidem Sanctissimo Domino Nostro & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Cameræ Apostolicæ pro censu & recognitione Dominii, Ducatus ac Civitatum, terrarum & locorum prædictorum in festo Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, de mense Junii solvere teneatur, prout in dictis literis sub datum XVI. Kalendas Octobris, Pontificatus ejusdem felicis recordationis Alexandri Papæ VI. anno decimo, in dicta Camera registratis plenius continetur; hinc est, quod præfatus Illustrissimus Dominus Alphonsus, Dux & Vicarius pro solida obedientia & reverentia erga Sanctam Sedem Apostolicam, Sanctamque Romanam Ecclesiam, ac pro census satisfactione & recognitione Dominii, Ducatus, Civitatum, Terrarum & locorum prædictorum unius anni in festo Beatorum Apostolorum Petri & Pauli proxime præterito præsentis anni 1506. finiti, dictos ducatos centum ipsi Cameræ, Reverendo Patre Domino Henrico Bruno Archiepiscopo Tarentino, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Secretario & generali Thesaurario, pro eis recipienti, per Reverendum Patrem Dominum Beltrandum Costabilem, Protonotarium Apostolicum, Oratorem & Procuratorem suum, die datarum præsentium realiter cum effectu solvi fecit, prout patet ad ordinarium introitum præfatæ Cameræ libro III. folio 85. De quibus quidem centum eundem Dominum Alphonsum, Ducem & Vicarium, ejusque heredes & successores citra præjudicium jurium in spiritualibus & temporalibus dictæ Cameræ super dictis Civitatibus, terris & locis quomodolibet competentium, de mandato &c. & auctoritate &c. tenore præsentium quietamus, absolvimus & perpetuo liberamus. In quorum &c. Datum Romæ in Camera Apostolica sub anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo sexto, Indictione IX. die vero XXVIII. mensis Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, Domini Julii Papæ II. anno tertio.

R. Henricus Tarentinus, Thesaurarius generalis.

Visa F. Armellinus.

M. de Campania.

LXVII.

LXVII.

Breve Julii II. Pontificis Maximi, ad Conservatores & Communitatem Civitatis Mutinæ, quo eos, ut Cæsareæ Majestati fidelitatis juramentum præstent, serio hortatur, d. d. 29. Januar. An. 1511.

Dilecti filii salutem & Apostolicam benedictionem: inclitam illam civitatem & populum ejus, de nobis & sancta Romana Ecclesia bene meritos ab omnibus detrimentis & gravaminibus hostium, ac militum nostrorum incommodis preservare caritate paterna volentes, decrevimus Civitatem ipsam Majestati Cesareæ, cujus ditionis est, reddere, ut sub ejus nomine, umbra, & autoritate omnia belli incommoda evitetis, prout ex dilectis filiis, Orlando Archiepiscopo Nazareno Thesaurario nostro generali, & Marco Antonio Columna Demicelo Romano, Armorum Capitaneo, latius & uberius intelligetis: hortamur igitur vos, ut quæ a nobis circa premissa pro vestra indemnitate & quiete cogitata & instituta sunt in bonam partem accipiatis, & in manibus ejusdem Marci Antonii nomine Cesareæ Majestatis juramentum fidelitatis, & homagium nunc, & deinde ex nunc, prout ex tunc bello Ferrariensi confecto & terminato in manibus Viti Fruse Doctoris ejusdem Cesareæ Majestatis Oratoris prestetis, juramentum autem & homagium in manibus Marci Antonii, ut prefertur per vos prestandum usque ad confectum & terminatum bellum Ferrariense duret & teneat. Datum Mirandolæ Reginæ Diocesis sub Annulo Piscatoris die 29. Januarii 1511.

A tergo: Dilectis Filiis Conservatoribus & Communitati Civitatis Mutinæ.

LXVIII.

Laudum Caroli V. Rom. Imperatoris, quo discordiæ atque simultates, quæ inter Clementem VII. Pontif. Maxim. & Alfonsum I. Ferrariæ Ducem hucusque intercessere, compositæ sunt, d. d. 21. April. An. 1531.

Carolus Quintus Augustus divina favente Clementia Romanorum Imperator ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Insularum Balearium, Fortunatarumque ac novi Orbis Indiarumque &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ & Galliæ Belgicæ Dominus &c. Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum inter multiplices Imperialis culminis curas atque sollicitudines illa nobis semper præcipua fuerit, ut post tantos bellorum tumultus Christianam Rempublicam pacatam redderemus, bellisque præcipue Italicis finem imponeremus & ob hoc ex Regnis nostris Hispanicis in Italiam descendissemus, ac pacatis fere totius Italiæ rebus plurimam operam impenderemus, ut controversias, & contentiones inter Sanctissimum Patrem nostrum Clementem Septimum Pontificem Maximum Sanctamque Sedem Apostolicam & Illustrem Alfonsum Estensem Ferrariæ Ducem, quæ superesse videbantur pluribus adhinc annis exortas continuatas componeremus: Idque ad effectum pro voto nostro perducere minime valeremus, tandem præfati Sanctissimus Dominus noster & Alfonsus Estensis super omnibus suis controversiis & contentionibus sponte in nos compromiserunt, nosque arbitrum, arbitratorem & amicabilem compositorem concorditer super eisdem suis controversiis & contentionibus tam ratione quarumcumque Civitatum etiam Ducalium, Oppidorum, Castrorum, Fortalitiorum, Locorum ac Jurium, quam quorumcumque damnorum & interesse hinc inde prætensorum, etiamsi alias super ipsis judicatum fuisset & tam super petitorio quam possessorio simul decidendis elegerunt & constituerunt cum plena potestate, ut super omnibus sententiam nostram arbitralem de Jure & de facto, & cum facultate de Jure unius tollendi & alteri applicandi, prout nobis videretur intra sex menses proximos ex tunc immediate sequentes prout in Instrumento compromissi per Secretarium nostrum Alfonsum Valdesium in Civitate Bononiæ, ubi tunc eramus, sub dato vigesima prima Martii Anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo desuper confecto plenius continetur, cujus tenor sequitur in hæc verba: In Christi nomine amen; Noverint universi præsentes literas inspecturi, quod anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo trigesimo die Lunæ vigesima prima mensis Martii, Indictione tertia, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Clementis Septimi Pont. Maximi Anno septimo.

In mei Notarii publici tertiumque infra scriptorum potentia personaliter constituti idem Sanctissimus Dominus Noster Clemens Septimus Pontifex Maximus atque Illustrissimus Dominus Alfonsus Estensis Dux Ferrariæ dixerunt, quod cum pacatis fere totius Italiæ rebus opera & auspiciis utriusque Pontificis & Cæsaris nonnullæ contentiones inter Sanctissimum Dominum nostrum & Sedem Apostolicam ex una, atque eundem Illustr. Ducem Ferrariæ partibus ex altera adhuc superessent, pro hisque componendis & terminandis eadem Cæsarea Majestas tanquam publicæ salutis studiosus partes suas interposuerit curaveritque, ut hujusmodi contentiones abolerentur, partes ipsæ tum pro eo affectu, quo erga publicam salutem ducuntur, tum ut ejusdem Cæsareæ Majestatis animo id non tam optanti quam injicienti satisfacerent, in ipsummet Cæsarem præsentem hujusmodique onus in se suscipientem omnes eorum controversias compromiserunt in hunc modum videlicet. Quod partes ipsæ compromittunt in ipsum Carolum Cæsarem tanquam arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem omnes

omnes & singulas eorum controversias ac differentias hactenus inter eos ortas, & quæ oriri possent specialiter, & expresse de & super quibuscunque Civitatibus etiam Ducatibus, Oppidis, Castris, Fortalitiis, Locis ac Juribus, cujuscumque generis sint, tam per sedem Apostolicam quam per ipsum Illustriss. Ducem aliquando quovis modo possessis & in quibus utile, seu directum Dominium habuerint seu habeant, exceptis his quæ per Sanctissimum Dominum nostrum in præsentia possidentur, ac de & super quibuscumque damnis & interesse per ipsum Sanctiss. Dominum nostrum & Ducem prætensis & pœnis incursis, quæ supra dicta in actis specificari possint, & de his & aliis omnibus, de quibus sua Cæsarea Majestas pronunciabit seu sententiam arbitramentalem promulgabit, quæ omnia censeantur deducta, & in compromisso hujusmodi particulariter expressa, etiamsi aliqua vel aliquod ex prædictis, eo quod alias desuper judicatum fuerit, in compromisso hujusmodi non comprehendi prætenderetur. Et quod uno contextu cognoscatur & decidatur, de petitorio & possessorio, & de omnibus fructibus perceptis & qui percipi potuerunt & poterunt, nec non damnis & interesse & aliis quibuscunque actionibus, Juribus, & controversiis per ipsas partes deducendis, dantes plenam potestatem de Jure & de facto procedendi & decidendi, diebus feriatis & non feriatis, nulla tela judiciaria servata, & cum potestate de Jure unius partis tollendi & alteri applicandi, prout Majestati suæ videbitur. Duretque præsens compromissum per sex menses continuatos a die stipulationis compromissi computandos. Cujus quidem compromissi prætextu Dominus Dux infra terminum decem dierum sequestrabit, & reponet realiter, & de facto pure & libere Civitatem & Castrum Mutinæ & omne Dominium Mutinense arbitrio Cæsareæ Majestatis, & remanebit sequestratum in manu & potestate Cæsaris, & ab eo deputandorum prædicto termino, & tempore compromissi durante. Eritque suæ Majestati liberum providere pro gubernatione, administratione & custodia illius Civitatis & Dominii & instituere & committere, ad omnia & quæcunque officia ut sibi videbitur convenire, & de fructibus, proventibus, & emolumentis dictæ Civitatis & Dominii, in his & circa prædicta & pro suo arbitrio disponere. Quod si forsan inter ea Cæsar prædictas controversias non decidet, seu quomodocumque & qualitercumque re indecisa compromissum expiraret, eo casu dictus Dominus Dux seu ejus heredes recuperabunt cessante quacumque exceptione a Commissariis ipsam Civitatem, Castrum & Dominium Mutinense ad illa habendum, & tenendum, prout prædictus Dux illa habet & tenet juribus utrisque partibus insuper remanentibus salvis & super prædicta restitutione eo casu fienda Cæsar dabit atque ex nunc dat literas suas in forma autentica, & commissarii & agentes per suam Majestatem deputandi hoc promittent & jurabunt. Volentes tamen, quod si quis ex compromittentibus tempore compromissi non effluxo decesserit (quod Deus avertat) præsens compromissum locum habeat, & non expiret. Quod prædicto termino & tempore ipsius compromissi & sequestri durante, & post duos menses post ejus exspirationem neutra partium aliquid molietur, vel attentabit de facto seu alias directe vel per indirectum contra seu in præjudicium prædicti sequestri sub pœna privationis & amissionis ilico & ipso facto cujuscunque prætensi juris vel actionis, in quibuscumque prædictis Civitatibus, Oppidis, Castris, fortalitiis ac locis, & illorum pertinentiis in favorem, commodum, & utilitatem partis observantis, stipulatione expressa tunc inde interveniente, nec sub eadem pœna prædicto termino octo mensium durante, una pars contra aliam aliquid molietur, attentabit, procurabit vel faciet directe vel per indirectum, de facto vel alias una contra aliam, statum, honorem, dignitatem vel præjudicium, neque contra bona, terras, dominia ab eis possessa, vel quæ interea possidebant, stipulatione etiam, ut præmittitur, interveniente. Quod quælibet pars realiter & cum effectu sine quavis exceptione vel excusatione vel reclamatione seu reductione & de plano observabit, quicquid per Cæsarem arbitratum, sententiatum & pronunciatum fuerit, & pro majori securitate & promptiori executione dabit utra pars sufficientem & idoneam cautionem usque ad tercentum mille Ducatos infra mensem ab stipulatione hujus compromissi computandum. Et quod in eventum inobservantiæ possint peti pœnæ, rato manente laudo. Quod prædicto sequestro durante personæ uni vel alteri ex partibus suspectæ & qui de præsenti in prædicta Civitate Mutinensi non habitant, etiamsi alias incolæ fuissent, non debeant ibi conversare vel residere, seu quovis modo accedere, sed arctantur pro arbitrio Commissariorum suæ Majestatis, quæ quidem omnia & singula suprascripta partes ipsæ mihi Notario publico recipienti, acceptanti & stipulanti sibi invicem attendere & observare promiserunt & promittunt, sub expressa generali atque speciali hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum præsentium & futurorum, de quibus omnibus suprascriptis petierunt a me Notario publico infrascripto unum seu plura publicum seu publica fieri Instrumentum & Instrumenta. Acta fuerunt hæc in Civitate Bononiæ in Palacio utrius Pontificis & Cæsaris. Præsentibus ibidem Magnificis ac Clarissimis Viris Dominis Nicolao Perrenoto, Domino Gravella, Michaele Mayo Cæsaris Consiliariis atque Joanne Francisco Pico Comite Mirandulæ, & Roberto Ambrosio de Sancto Severino Comite de Caxazo testibus ad suprascripta specialiter vocatis atque rogatis. Et ego Alphonsus Valdesius Cæsar. Majestatis Secret. publicus Imperiali auctoritate Notarius præmissis omnibus interfui, ideo hoc præsens publicum Instrumentum manu alterius fideliter scriptum confeci & signavi rogatus & requisitus. Cujus quidem compromissi vigore

vigore in Civitate nostra Imperiali Augusta decima nona die mensis Julii ultimo lapsi, Oratores, Nuntii & Procuratores ejusdem Beatitudinis Pontificis & sanctæ sedis Apostolicæ, videlicet Nicolaus de Arragonia sacri Palatii Apostolici causarum auditor, & Joannes Franciscus Burta Aulæ Consistorialis Advocatus ambo Ju. Ut. Doctores coram nobis comparentes petitionem ejusdem Pontificis Beatissimi tam suo quam dictæ sedis Apostolicæ nomine in scriptis exhibuerunt. Ex causisque & rationibus in eadem latius deductis requisierunt & expostularunt, præfatum Alfonsum Ducem Ferrariæ per nos condemnari deberi ad relaxandum eidem Summo Pontifici & dictæ sedi Civitatem Ferrariæ cum Comitatu sive Ducatu suo, & pertinentiis omnibus, quam & quas hucusque Feudi nomine a Sanctissima sede Apostolica tenuit & recognovit. Item ad relaxandas omnes alias Civitates (si quæ sunt) & castra, vicos & oppida præfatæ sanctæ Romanæ vel alterius cujuscunque Ecclesiæ ab eodem quocunque colore vel causa detenta seu occupata, privando ipsum & privatum esse declarando, ubi opus fuerit, omnibus feudis, privilegiis & beneficiis, quæ a prædicta sancta Romana & quibuscunque aliis Ecclesiis in hanc usque diem tenuit. Eaque ad præfatam Romanam Ecclesiam vel Ecclesias aperta & dovoluta esse, ac ad eas spectare pronunciando. Item ad restituendam possessionem Civitatum Mutinæ & Regii, nec non & Castri Ruberiæ, qua sedem prædictam violenter spoliasse prætendunt, simul & Castri Cottignolæ, quod per eundem summum Pontificem ante præteritas calamitates possidebatur cum singulorum districtu & pertinentiis. Nec non ad restitutionem fructuum ex prædictis Civitatibus, Locis & Castris, hoc medio tempore perceptorum, seu qui percipi potuerunt respective. Et insuper ad omnia interesse & damna, quæ sua Sanctitas simul & sedes Apostolica ex facto, mandato & occasione præfati Illustris Alphonsi perpessa esse asserunt, dicentes, protestantes, & probare intendentes prædicta omnia de Jure fieri debere, & propterea super prædictis omnibus a nobis Jus & Justitiam fieri postulantes, simul etiam exhibentes capitula quondam Papæ Adriani cum antedicto Alfonso conclusa & nonnulla alia documenta pro intentione præfati summi Pontificis asserenda, ad quam petitionem eodem die & loco Matheus Casella Faventinus Ju. Ut. Doctor Consiliarius & Procurator prælibati Illustris Alfonsi Estensis Ducis Ferrariæ ex adverso respondendum duxit, supra dictos Agentes Beatitudinis Pontificis audiendos non fore, petitaque per eos de Jure subsistere non posse aut debere, nec admittenda esse. Ex causis & rationibus per eum nomine dicti principalis sui deductis & allegatis, simul etiam exhibitis nonnullis titulis & documentis ad defensionem suam ut asserebat facientibus, præterea etiam per viam reconventionis seu novæ petitionis, idem procurator petita prius venia concludendum duxit; Per nos sententiari, pronunciari, & arbitrari debere sanctissimum bonæ memoriæ Julium Pontificem aliosque successive Pontifices, ipsam sedem Apostolicam ex causis & rationibus in processu specificatis & declaratis ab omni Jure, directoque Dominio & proprietate Civitatis Ferrariæ cecidisse ipsumque directum Dominium & proprietatem devolutum & applicatum fuisse ipsi Ill. Duci Vasallo & Feudatario utile Dominium habente. Præterea sedem Apostolicam ipsumque summum Pontificem successorem prædicti Julii Pontificis condemnari debere ad restitutionem fructuum perceptorum si extarent, & si non extant eorum valores una cum percipiendis seu qui percipi verisimiliter potuissent, ex terris, Castellis, & Villis ad dictam Ducem spectantibus & pertinentibus in partibus Romandiolæ, quæ dictus Julius per vim (ut asseruit) occupavit, ipsum Ducem spoliando, & fructus percipiendo quos extare existimabat ascendisse, & ascendere potuisse ad summam & valorem triginta millium Ducatorum & ultra. Idem ad dandum & solvendum prædicto Duci suo verum valorem & existimationem Civitatum Regii & Mutinæ ad eundem Ducem suum spectantium, & pertinentium, & per eum temptarum & possessarum per annos Ducentum & ultra pacifice & quiete; In quibus Idem summus Pontifex & sedes Apostolica nullum Jus ut dixit habet, neque habuerunt; Quo non obstante dictus Julius Pontifex illas injuste & vi, ut asseruit, occupavit. Et propterea ad restituendum fructus indebite per eundem Julium Pontificem, sedemque Apostolicam, & ejus successores ex dictis Civitatibus Mutinæ & Regii perceptos, seu qui verisimiliter percipi potuerunt, aut illorum verum valorem si non extant, quorum existimationem dicebat, & asserebat ascendisse & ascendere ad summam scutorum quatuor centum millum, & ultra, ut suis loco & tempore doceret. Item ad reficienda & resarcienda quæcumque damna, interesse, & expensas, quas dixit principalem suum Ducem passum fuisse, & necesse habuisse facere pro se defendendo contra bellum sibi dudum per eundem Pontificem Julium secundum injuste motum & factum; Quæ omnia simul asserebat ascendere ad summam Ducatorum Ducentorum millium. Item ad resarciendum, & restituendum damnum & Interesse ducatorum ducentorum millium habitum & perpessum ab eodem Duce eo quod se abstinuerit a confectione salis in territorio Comaclensi ob promissionem quam sibi factam fuisse dixit per fel. rec. Leonem Papam Decimum anno primo sui Pontificatus per litteras suas in forma brevis de restituenda Civitate Regii intra terminum quinque Mensium in recompensationem & correspective ad promissionem factam per ipsum Ducem de non conficiendo sale in dicto Territorio Comaclensi. Quam tamen Civitatem præfatus Pontifex Leo nunquam sibi restituit. Et postremo petebat idem Procurator nomine quo supra præfatum Pontificem Max. sedemque prædictam condemnari, ad omnia damna, interesse,

tereſſe, & expenſas factas per dictum Ducem principalem ſuum ob non impletam promiſſionem quam etiam dixit ſibi fuiſſe factam per prædictum Pontificem Leonem in Civitate Florentiæ exiſtentem mediante perſona Magnifici Jac. Salviatis ejus Procuratoris ad id ſufficiens & legitimum mandatum habentis, de reſtituendo, reddendo & relaxando eidem Duci principali ſuo Civitatis Mutinæ & Regii ſolutis per eum ſcutis quadraginta millibus, quam ſummam ſcutorum dictus procurator aſſeruit principalem ſuum in Civitate Florentiæ ſolvere obtuliſſe præfato ſummo Pontifici & demum eam ſuper Bancis & apud Comptores ejuſdem Civitatis Florentiæ depoſuiſſe. Nihilominus præfatus Pontifex nunquam reſtituit, nec reſtituere voluit dictas Civitates, quinimo interpellatus ſemper injuſte & indebite (ut aſſerebat) recuſavit. Et ab hoc ipſe ſuus Principalis dicta damna, intereſſe & expenſas incurriſſe, quæ æſtimabat & aſſerebat aſcendere ad ſummam ſcutorum tercentum millium & ultra, in quibus omnibus & ſingulis dicebat prædictum Pontif. Max. & Sedem Apoſtolicam teneri, & obligatam eſſe & ita condemnari, & condemnatos Juris remediis cogi & compelli debere, petendo Jus & Juſtitiam ſibi miniſtrari, prout principali ſuo magis & melius expedierit, non attenta aliqua particulari concluſione ad quam reſponſionem & mutuam petitionem pro parte agentium nomine Beatitudinis Pontificis vigeſima ſeptima die ejuſdem Menſis Julii ex adverſo replicatum & reſponſum extitit, rationibus & mediis in proceſſu exhibitis, pro parte vero Illuſtr. Alfonſi Eſtenſis fuit per procuratorem ſuum ad deducta & allegata per agentes ſummi Pontificis per modum replicæ & reſponſionis ad reconventionem ante factam duplicatum & plenius reſponſum, quibus ſic actis & exhibitis procuratores partium hinc inde coram Commiſſariis, quos ad eam cauſam & litem uſque ad ſententiam diffinitivam excluſive ſpecialiter & expreſſe deputavimus trigeſima die ejuſdem menſis Julii in eadem Civitate noſtra Auguſta comparentes petierunt ſibi diem ſtatui & judices nominari ad extradendum exemplaria privilegiorum, ſcripturarum & aliorum, quibus ſe juvare intendebant, & ipſis conſentientibus fuerunt per nos decretæ compulſoriales procuratoribus Beat. Pontificis ad urbem Romam directæ oratori noſtro apud ſanctitatem ſuam & ad Civitatem Ravennæ poteſtati ſeu prætori ejuſdem Civitatis & ad Civitatem Mutinam directæ Commiſſario ſeu Gubernatori noſtro in ea Civitate, Procuratori autem Illuſt. Ducis Ferrariæ ad Civitates Ferrarii & Regii directæ Poteſtatibus, ſive Prætoribus eorundem Civitatum & ad Civitatem Mutinam Gubernatori ſeu Commiſſario noſtro Cæſareo Mutinenſi: Et aſſignatus fuit dies ad comparendum utrique parti reſpective vigeſima quinta proximi tunc menſis Auguſti. Deinde vero adveniente die tertia decima Menſis Septembr. ejuſdem anni triceſimi procuratores dictarum partium attendentes, hujuſmodi cauſam compromiſſariam coram nobis vertentem intra terminum præfixum in Inſtrumento Compromiſſi ſupra memorato non poſſe inſtrui & terminari, cupientesque cauſam prætactam omnino per nos abſolvi, terminum ſex menſium in prætacto inſtrumento Compromiſſi ſtatutum atque præfixum ad tres alios menſes de communi conſenſu & expreſſo mandato ſuorum principalium utrinque in actis exhibito ad tres alios menſes continuos a fine dicti termini computandos cum omnibus & ſingulis conventionibus, promiſſionibus, Capitulis, clauſulis & pœnis. Nec non cuſtodia & retentione prædictæ Civitatis Mutinæ ſub noſtra auctoritate & conventione reſtitutionis ejuſdem modis & formis in dicti Compromiſſi inſtrumento expreſſis atque contentis prorogandum duxerunt, atque prorogarunt, qua quidem prorogatione ſic facta & intra terminum ejuſdem iidem procuratores hinc inde diverſis intermediis diebus, ac locis & Civitatibus decretis ad productionem & examinationem teſtium exemplationemque & autenticationem Inſtrumentorum, titulorum, & aliorum monumentorum coram deputatis Commiſſariis & executoribus, nec non ad reprobationem teſtium productorum & exhibitionem informationum, ac allegationum Juris hinc inde copioſius procedere curarunt, cauſamque utrinque ad plenum inſtruxerunt. Et quo faciliorem editum cauſa ipſa aſſequi poſſet, Oratores & Procuratores præfati ſummi Pontificis cum expreſſa ipſius ratificatione & approbatione in actis etiam producta ad removendum difficultates & dubia, ſi quæ exoriri potuiſſent, conſenſerunt, quod nos non ſolum ut arbiter, & arbitrator in vim ſupra narrati Compromiſſi, ſed etiam Jure noſtræ ordinariæ ſupremæ Imperialis facultatis procedere & decidere poſſemus, prout in cauſis perſonarum nobis ſubjectarum uti poſſemus, ac etiam ſua ſanctitas in cauſam ipſam cognoviſſet, uti procedere & decidere potuiſſet, noſtram deſuper arbitralem ſententiam poſtulantes & requirentes. Nos igitur adveniente die vigeſima prima menſis Decembris & durante termino Compromiſſi prorogato in Imperiali Civitate noſtra Coloniæ, viſis compromiſſo, actis, juribus, titulis, teſtibus, allegationibus, motivis, informationibus, & aliis per partes hinc inde exhibitis, deductis, prætenſis, & fieri petitis, & omnibus mature, ac conſulto digeſtis, penſatis & conſideratis tam de Jure quam de facto & ex bono, & æquo, & omni ea auctoritate qua in hac parte fungimur, poſſumus & valemus, ſententiam noſtram arbitralem dictarum partium oratoribus, & procuratoribus hinc inde præſentibus, eamque coram Notario & teſtibus acceptantibus, protulimus & pronunciamus, prout in cedula clauſa ad manus dicti Secretarii Noſtri tradita hanc ſeriem continente:

Carolus Quintus Auguſtus divina favente Clementia Roman. Imperator, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Inſula-

larum Balearium, Fortunatarumque ac novi Orbis, Indiarum &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ & Galliæ Belgicæ Dominus &c. in causa compromissoria & arbitraria vertente inter Beatitudinem sanctiss. Patris nostri Clementis septimi Pont. Max. tam suo quam sanctæ Sedis Apostolicæ nomine ex una, & Illustr. Alfonsum Estensem Ducem Ferrariæ partibus ex altera. In Christi nomine visis compromisso, actis, juribus, titulis, testibus, allegationibus, motivis, informationibus, & aliis per partes hinc inde exhibitis, deductis, prætensis & fieri petitis, & omnibus mature & consulto digestis, pensatis, & consideratis tam de Jure quam de facto, & ex bono & æquo cum omni ea auctoritate, quam in hac parte fungimur, possumus & valemus, dicimus, sententiamus, pronunciamus, atque laudum nostrum proferimus in his scriptis prout sequitur. Quod Illustris Alfonsus Estensis prædictus infra duos menses a die publicationis hujus nostræ sententiæ & laudi per se aut procuratores suos ab eo speciale mandatum habentes supplicabit sanctissimo Domino nostro Clementi Pontifici Maximo supra nominato, ut quæcunque hactenus errata & admissa per supra dictum Alfonsum aut suos familiares subditosve, quæ sua sanctitas, aut sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritas ægre aut quovis modo gravate merito fere posset, sibi remittere; et ipsum in suum & ejusdem sanctæ Sedis Apostolicæ gratiam recipere dignetur. Quod eundem sanctissimum pro sua singulari Clementia omnino facturum confidimus, & præterea ex justis & rationabilibus causis ex actis resultantibus & animum nostrum moventibus condemnamus prædictum Alfonsum suosque hæredes & Successores Duces Ferrariæ, in perpetuum singulis annis in Vigilia Beatorum Apostolorum Petri & Pauli de mense Junii sub pœna privationis ejusdem Ducatus Ferrariæ ipso facto quandocunque incurrendæ dare & persolvere Beatissimo Pontifici ejusque successoribus & sanctæ Sedi Apostolicæ antedictis summam septem millium Ducatorum auri de Camera boni & justi ponderis in Romana Curia suis sumptibus, periculo & fortuna deferendam in locum census centum Ducatorum & unices libræ Argenti puri, ac centum Armigerorum, quos dictus Alfonsus ex Capitulis Papæ Adriani quotannis requisitus dare & præstare tenebatur, ac etiam solvere eidem sanctissimo & sanctæ Sedi Apostolicæ summam centum millium Ducatorum similium pro una vice medietatem videlicet quinquaginta millium Ducatorum in die investituræ per eum petendæ & sibi concedendæ, ut infra subjicitur, & aliam medietatem quinquaginta millium Ducatorum similium in fine anni ab eodem die investituræ revolvendi, pro qua tunc solvenda tenebitur ipse Dux Alfonsus cautionem idoneam ac sufficientem præstare in Civitate Romæ, Venetiarum aut Genuæ, usque ad quam solutionem realiter factam, & eandem cautionem ut præmittitur præstitam Civitas Mutinensis cum ejus pertinentiis stabit & remanebit sequestrata sub nostra administratione & regimine, prout durante præfato compromisso hactenus fuit, quam quidem Civitatem dicta solutione facta & cautione præstita, & nobis de hoc constito volumus & mandamus præfato Duci ilico remitti & relaxari, prout per præsentem nostram sententiam remittimus, & relaxamus, & tenebitur præfatus sanctissimus Pater noster ad humilem supplicationem præfati Alfonsi, aut suorum Procuratorum in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli proxime futura, cum debita oblatione juramenti fidelitatis & reali exsolutione septem millium Ducatorum pro uno & primo anno dicti census supra per nos, ut præmittitur, statuti & arbitrati, nec non & quinquaginta millium Ducatorum pro medietate centum millium Ducatorum supra dictorum faciendam dare & concedere eidem Alfonso pro se suisque heredibus & successoribus investituram dicti Ducatus Ferrariensis cum suis pertinentiis universis juxta formam solitam & consuetam, declarantes insuper, quod dicta Capitula Papæ Adriani in reliquis omnibus, in quibus per præmissa non est immutatum, observabuntur, & tenebitur præfatus sanctissimus dicto Alfonso de supradictis capitulis cum immutatione antedicta dare & tradere bullam sub plumbo, quam idem supra Adrianus per breve suæ sanctitati dare promisit. Quantum vero ad restitutionem Civitatum Mutinæ & Regii, Castri Ruberiæ cum suis pertinentiis, nec non & Castri Cottignolæ per præfatum sanctissimum prætensam & petitam dicimus præfatum Alfonsum absolvendum fore, prout eum absolvimus, Similiter & eundem sanctissimum ac etiam Alfonsum antedictum a reliquis hinc inde petitis absolventes, quæ omnia supradicta dicimus, laudamus, & pronunciamus, ex omni ea auctoritate & potestate nobis in hac parte data & competente, & quomodocunque alias melius possumus & valemus, eisdem etiam auctoritate & potestate nobis reservantes declarationem & interpretationem hujus nostræ sententiæ & laudi in futurum quandocunque faciendam, si desuper aliquam dubietatem, aut difficultatem exoriri contingat. Actum in Civitate Coloniæ Die vicesima prima mensis Decembris, Anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo. Signatum: Carolus. Et ad mandatum Cæsareæ Catholicæ Majestatis proprium Alfonsus Valdesius. Quam quidem sententiam nostram ad manus dicti Secretarii nostri sub nostris nomine & sigillo sic traditam per eum, & sub ejus fida custodia fideliter clausam, ad quatuor exinde menses proximos immediate sequentes ex justis & rationabilibus causis ad hoc nos moventibus dictis etiam partium procuratoribus hoc consentientibus servari & clausam teneri voluimus atque mandavimus, Terminoque dictorum quatuor mensium adveniente eandem sententiam nostram in præsentia prædictorum Oratorum & Procuratorum dictarum partium aperiri, legi, & publicari mandavimus, prout

prout sequitur. Aperta, lecta, & publicata fuit hæc sententia, laudum & arbitramentum per me Antonium Perennin Secretarium Cæsareæ Majestatis & publicum Apostolica & Imperiali auctoritate Notarium de expresso mandato & commissione ejusdem Cæsareæ Majestatis & in ejus præsentia atque Reverend. Dominorum D. Hieronymi Episcopi Vasconiensis Domini nostri aulæ præfecti, Nicolai de Arragonia sacri Palatii Apostolici causarum Auditoris, & Joannis Francisci Burlæ aulæ consistorialis Advocati, ejusdem sanctissimi Domini nostri nunciorum & procuratorum, atque Magnifici Domini Mathei Casellæ Illustrissimi Ducis Ferrariæ Oratoris & mandatarii ad hanc causam specialiter deputatorum, præsentibus ibidem Excellentibus & Magnificis viris Don Garsia de Padiglia militiæ Calatravæ supremo Præceptore, Domino Nicolao Perrenotto, Domino de Granvella, Domino Francisco delos Cossos militiæ sancti Jacobi in Regno Legionis supremo præceptore ejusdem Cæsareæ Majestatis primariis Consiliariis. In Oppido Gandavo in aula Cæsareæ Majestatis, Die Veneris vigesima prima mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo primo. Sic signatum. A. Perren. In quorum omnium fidem & testimonium his literis sive huic publico Instrumento per suprascriptum Secretarium nostrum Alfonsum Valdesium Notarium ad hanc causam per nos specialiter deputatum confecto & signato Sigillum nostrum Cæsareum appendi jussimus. Actum in oppido nostro Gandavo Comitatus nostri Flandriæ Die vigesima prima Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo primo. Imperii nostri Undecimo. Regnorum autem nostrorum Decimo Sexto.

Carolus.

Ad Mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium.

C. A. G. Valdesius.

LXIX.

Transactio inter Paulum III. Pontif. Maxim. & Herculem II. Mutinæ Ducem facta, qua hic illi ad 18000. aureos exsolvendos, ille vero vicissim ad hunc de Ferrariæ Ducatu investiendum sese obligat atque obstringit.

IN primis quod per Sanctissimum Dominum Nostrum absolvatur Dominus Dux Hercules secundus ab omnibus censuris & pœnis, tam spiritualibus quam temporalibus, si quas incurrisset, ex quacunque offensa contra ipsam suam sanctitatem, aut ejus prædecessores, sanctamque sedem apostolicam facta, ita quod absolutio hujusmodi extendatur etiam ad ejus fratres, germanos, & ad omnes & singulos ejus subditos, Consiliarios, stipendiarios & familiares, tam Clericos, quam Laicos, qui in offensa hujusmodi cum ipso Duce, vel ejus genitore intervenissent, cum annullatione cujuscunque Citationis, Monitorii, & Interdicti, ac omnium quarumcunque Commissionum quovis modo a sede apostolica emanatarum, actorum & processuum inde secutorum contra præfatos Duces & alios prædictos, & cum reintegratione & confirmatione omnium & quorumcunque privilegiorum, Indultorum, concessionum & aliarum gratiarum ac quarumvis, tam in forma Brevis, quam sub plumbo vel alio modo, per quosvis Romanos Pontifices, prædicti Sanctiss. Domini Nostri prædecessores, sub quavis verborum forma factarum Bullarum & Literarum apostolicarum ei & antecessoribus suis, per antea competentium in ampliori forma, quorum omnium & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habeantur. Et si dicto domino Duci videbitur, exprimi possit & desuper literæ expedire possint, etiam in forma Brevis si eidem Duci videbitur cum clausulis solitis opportunis & necessariis latissime extendendis etiam, absque aliqua supplicatione, & solutione exceptis his quæ præsentibus contrariantur. Et tam ipse Dux Hercules, quam ejus germani fratres & omnes alii supradicti, per ipsum sanctissimum Dominum nostrum similiter rehabilitentur in ampliori forma adversus quamlibet inhabilitatem & infamiam, si qua ex causa eorum patris vel alias quomodolibet in ipsos forsan devenerit, ita quod ex nunc in antea censeantur & sint restituti in pristinum statum & gradum, in omnibus & per omnia, prout ante incursum hujusmodi inhabilitatis seu infamiæ erant, & ipsi omnes, & quilibet eorum censeantur, & sint habiles ad omnes & singulas dignitates & officia, tam secularia quam Ecclesiastica, etiam si ageretur de Comitatibus, Marchionatibus, Ducatibus & majoribus Episcopatibus, Archiepiscopatibus, Patriarchatibus & Cardinalatibus, & super his, tam conjunctim, quam divisim pro omnibus & singulis possint literæ apostolicæ in forma amplissima, cum omnibus & singulis clausulis & cautelis ac derogatione etiam Conciliorum & apostolicorum privilegiorum oportunis, & consuetis latissime extendendis, etiam in forma Brevis & etiam absque alicujus taxæ solutione expedire, etiam non habita super his aliqua supplicatione, loco cujus hoc capitulum sufficiat.

II. Quod sanctissimus Dominus noster & sancta sedes apostolica præfatum Ducem & ejus successores, ac germanos fratres, & subditos in suam sanctam gratiam recipere dignetur.

III. Quod idem sanctissimus Dominus noster investiat solemniter & consistorialiter præfatum Ducem de toto Ducatu Ferrariæ, cum omnibus suis pertinentiis & omnibus locis

aliis, Terris & castris contentis in investitura Alexandri Papæ VI. & de omnibus Juribus præfati sedi Apostolicæ competentibus & non aliter in quibuscunque Civitatibus & locis per eundem Dominum Ducem possessis, seu quovis modo tentis, ita quod investitura hujusmodi desuper facienda, quoad omnia & singula supra scripta intelligatur solum & dumtaxat de possessis seu tentis per dictum Dominum Ducem & de omnibus juribus sedi apostolicæ in eis competentibus & non aliter pro se & legitimis & naturalibus per lineam masculinam a præfato Alphonso descendentibus servata primogenitura, ut in dictis literis Alexandri VI. continetur, & fiat investitura secundum tenorem Investituræ Alexandri VI. prædicti sub dat. Romæ apud sanctum Petrum, Millesimo quingentesimo primo, quintodecimo Kal. Octob. exceptis his, quæ Capitulis Adriani Papæ VI. & præsentibus contrariantur, aut immutata essent & investitura sub plumbo tradatur gratis ipsi Illustrissimo Duci, aut ejus oratoribus.

IV. Quod virtute præsentis Concordiæ præfatus Dominus Dux solvat summam Ducatorum auri in auro de Camera, seu eorum currentem valorem Centum & octuaginta millium ad rationem unius scuti auri in auro & decem quatrenorum pro quolibet Ducatu, tam pro præsenti Investitura, quam ex quacunque alia causa sive ratione damnorum & interesse ac expensarum, sive pœnæ vel condemnationis cujuscunque vel ex quocunque contractu, sive etiam pro quibuscunque censibus decursis, sive ratione assertæ infidelitatis suæ vel antecessorum suorum, sive etiam ex causa ducatorum quadraginta mille, ut asseritur, solutorum alias per felicis recordationis Leonem PP. X. claræ memoriæ Maximiliano Rom. Regi in Imperatorem electo, ut dicitur constare publico instrumento desuper confecto de Anno Millesimo quingentesimo quartodecimo, Indictione secunda, die decima septima Mensis Junii, Pontificatus dicti Dni Leonis Anno secundo, cujus principium est tale: In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo quartodecimo, Indictione secunda, die vero decima sexta Mensis Junii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini Domini Leonis divina Providentia PP. X. Anno secundo. Per hoc præsens publicum Instrumentum cunctis pateat evidenter & sit notum, quod cum felicis recordationis Julius II. Pontifex Maximus, dum in humanis ageret, tractaverit &c. & cujus finis talis: Acta fuerunt hæc Romæ in Palatio Apostolico, in Cubili Audientiæ secretæ præfati sanctissimi Domini nostri sub Anno, Indictione, Die, Mense & Pontificatu quibus supra. Præsentibus ibidem venerabilibus viris Dominis Alexandro de Letaniis & Johanne Lazaro alias Sarapica Lauden. & Anagnin. dioces. Testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis, sive ex quacunque alia causa, quæ dici, vel excogitari posset, ex quibus præfatus Dominus Dux quomodolibet obligatus existeret in his terminis, videlicet, ducatos similes auri Centum Mille in Civitate Bononiæ, infra terminum Quindecim dierum post factam dictam Investituram & gratis traditam dicto Domino Duci vel ejus Oratoribus & Triginta Mille infra tres Menses tunc proxime futuros in eadem Civitate Bononiæ, ut supra, & residuum ad annum proxime futurum in eadem Civitate Bononiæ, pro quo residuo idem Dux a die supradictæ Investituræ, ut supra traditæ, infra Mensem præstabit idoneam Cautionem, unam vel plures in terris Ecclesiæ Bononiæ vel Romæ ad ipsius Domini Ducis electionem. Et nihilominus præfatus Dominus Dux remaneat & sit pro dicto residuo in pleniori forma Cameræ in solidum obligatus, prout dicti Illustr. D. Franciscus ac Philippus Procuratorio nomine pro solutione dicti residui ex nunc ipsum Illustrissimum Dominum Ducem, ejusque heredes & successores, omniaque & singula ejus bona mobilia & immobilia, præsentia & futura, ubicunque existentia in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, cum submissionibus, renunciationibus, Procuratorum constitutionibus & aliis clausulis consuetis obligarunt & hypothecarunt, ac desuper tactis scripturis jurarunt.

V. Et insuper idem Dominus Dux & sui Successores solvant omni & singulo anno pro Censu & annuo canone dicti Ducatus & Civitatum, locorum & Jurium de quibus supra Ducatos septem Mille auri in auro de Camera, vel eorum valorem, ut supra taxatum, videlicet unius scuti auri in auro & decem quatrenorum pro quolibet Ducato, in die vigiliæ Beatorum Petri & Pauli in Romana Curia sumptibus, periculo & fortuna dicti D. Ducis deferendos, seu Cameræ Apostolicæ solvendos.

VI. Quod præfatus Dominus Dux & ejus Successores etiam teneantur Sanctissimo Domino Nostro & aliis Rom. Pontificibus & ejus Successoribus ad ea omnia, ad quæ de jure Vasalli Duces Ecclesiæ Rom. Dominæ suæ tenentur, ac etiam teneantur ad omnia & singula contenta in Capitulis Adriani PP. VI. & Illustriss. D. Ducis Alphonsi, quæ hic pro repetitis habeantur, exceptis Capitulis loquentibus de censu Ducatorum Centum, & unius libræ Argenti & Centum Armigerorum & his quæ in præsentibus immutata seu quovis modo derogata essent. Et versa vice Sanctissimus Dominus noster & sui successores & Sedes Apostolica teneantur ad ea omnia ad quæ de jure Summi Pontifices Domini Vasallis sive Ducibus tenentur & ad omnia & singula contenta in Capitulis Adriani VI. quæ similiter hic pro repetitis habeantur, exceptis his quæ præsentibus contrariantur aut quomodolibet immutata essent. Et ut in Capitulis Adriani præfati continetur.

VII. Quod Sanctissimus Dominus noster & sedes Apostolica teneatur dare singulis annis Duci Ferrariæ Sacchos Duodecim Millia & quingentos salis ad mensuram Cerviæ, pro eo precio quod Sanctitas sua seu Camera Apostolica

lica pro fabricatura dicti salis & conductione ejusdem ad Magazenos secundum quod illud vicissim recipiet exbursaverit & exposuerit & non ultra, juxta tenorem dictorum capitulorum Adriani VI. Et cum Dominus Dux in præsenti plura loca possideat sive teneat, quam tunc possideret seu teneret, prætendatque supradictos duodecim mille & quingentos sacchos salis non sufficere universo ejus statui, quoniam dicti sacchi duodecim mille & quingenti tunc taxati fuere pro eo statu quem tunc tenebat; Quod Sanctissimus Dominus noster & Sedes Apostolica teneantur dare eidem Domino Duci pro precio & mensura supradictis, computandis dictis duodecim mille & quingentis sacchis, alios septem mille & quingentos sacchos salis & sic in totum viginti mille sacchos salis, quam quantitatem salis tenantur Sedes Apostolica & Sanctissimus Dominus noster dare eidem Domino Duci post ratificationem præsentium per præfatum Dominum Ducem factam eisdem modo & forma prout in capitulis Adriani VI. continetur.

IIX. Quod Dominus Dux & ejus successores tam in eventum lineæ finitæ masculinæ descendentis a Duce Alphonso prædicto & in casibus in quibus Vasalli Duces prædicti, ex forma Juris incidunt in commissum, quam etiam in casibus in quibus caderent, ex dispositione capitulorum Adriani VI. in commissum & caducitatem cadere censeantur & cadant & non aliter nec alio modo. Quodque si per Sedem Apostolicam, summumque Pontificem pro tempore existentem, in dictis casibus seu altero eorum contra præfatum Ducem aut successores ejus procedi contingeret, procedi debeat ipsoque Domino Duce & ejus successoribus respective personaliter citatis, seu eorum procuratore in Rom. Curia residente & in libris cameræ Apostolicæ descripto & Procuratori Fiscali pro tempore intimato & similiter personaliter citato, & si talis Ducis Procurator abfuerit a Rom. Curia, ad quod probandum sufficiat bina citatio ad domum ejus solitæ habitationis cum dimissione cedulæ aut constitutus & descriptus ut supra non fuerit, tunc sufficiat & teneatur absque alia citatione personali ipsumDucem & ejus successores, per officium contradictarum citare, & deinde procedere ordine judiciario legitima subsequente sententia & aliter & alias ad aliquam caducitatem seu privationem vel aliquem alium actum præjudicialem contra præfatum Dominum Ducem vel successores ejus procedi vel deveniri non possit. Et si secus factum fuerit, id totum cum omnibus inde secutis sit irritum, nullum, & inane ipso jure & absque alia declaratione & extra supradictos proxime casus non possit neque valeat, nec debeat Sanctissimus Dominus noster nec ejus successores, nec Sedes Apostolica, nec quisvis alius ejus nomine quovis modo, aut quacunque ratione vel causa præsenti vel futura, & tam cogitata, quam non cogitata contra præfatum Ducem & ejus successores & Statum procedere, aut eos aut eorum aliquem in Ducatu & Civitatibus & locis & Juribus prædictis aut alio quocunque modo de Jure vel de facto molestare, inquietare vel perturbare, sub pœnis a jure statutis & ultra sub pœna centum mille ducatorum auri, in quas Sanctissimus Dominus noster & Sedes Apostolica incurrisse censeantur statim & subito in omnem casum contraventionis & totiens quotiens, &c. Salvo tamen quod intelligatur remotus processus, si quando pro observatione capitulorum omnium & singulorum præsentium & Adriani prædicti agi & procedi contigerit, in quo tamen processu servetur ordo procedendi, de quo supra in hoc eodem capitulo & salvo etiam quod incursus pœnarum prædictarum locum habeat, prævia tamen declaratione & declaratio per Summum Pontificem & Sedem Apostolicam fieri debeat & non aliter.

IX. Quod Sanctissimus Dominus noster absolvat & liberet in ampliori forma vigore præsentium etiam de Sedis Apostolicæ benignitate præfatum Dominum Ducem, tam ex persona sua, quam suorum antecessorum ab omni alio & toto. Quod Sedes Apostolica summique Pontifices & Sanctitas Sua, sive ex causa Investituræ prædictæ, sive ratione quadraginta mille Ducatorum prædictorum, ut asseritur erogatorum cedendo eidem Domino Duci omnes actiones Sedi Apostolicæ contra quoscunque ad dictos quadraginta mille Ducatos competentes, sive ex quacunque ratione vel causa tam cogitata quam non cogitata, sive ex ratione & causa assertæ infidelitatis aut ratione damnorum, interesse & expensarum & pœnarum, sive ratione & occasione condemnationis in judicio vel extra juris ordine servato vel non per Sedem Apostolicam sive alium sive Laicum sive Clericum, quemcunque quomodocunque & sub quavis verborum forma factæ, etiam si talia forent, de quibus mentio specialis & individua fieri deberet, quæ pro expressis habeantur, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserta fuissent, sive ratione & occasione proprii contractus vel pacti sui, ipsius vel antecessorum suorum sive ex ratione censuum quorumcunque vel alias quomodocunque & qualitercunque petere consequi vel exigere posset. Cum annullatione omnium & quarumcunque scripturarum, actorum, Jurium, remediorum ordinariorum vel extraordinariorum vel subsidiorum, cum cassatione, annullatione & irritatione omnium protestationum, ac in integrum restitutionum, quæ hactenus petitæ seu factæ fuissent, tam per Sanctitatem Suam quam suos prædecessores ac omnium quorumcunque gestorum vel gerendorum, ex quibus contra præsentem absolutionem, liberationem & quietationem factum esset aut quomodolibet fieri posset in futurum, quæ quovis modo præfato Domino Duci aut ejus successoribus præjudicium aliquod directe vel indirecte & sub quovis quæsito colore vel causa, quolibet & qualitercunque afferre possent.

X. Et quod præfatus Dominus Dux omnia

&

& singula supra dicta capitula per instrumentum publicum in authentica & valida forma approbabit & ratificabit infra terminum viginti dierum a die stipulationis præsentium computandum & instrumentum ratificationis autenticum in Camera Apostolica dari & consignari debeat infra alios viginti dies, quod si non fecerit vel etiam si fecerit & solutionem dictorum centum & octuaginta millium ducatorum, ut prædictum est, non fecerit, omnia supra scripta quæ per sanctissimum Dominum nostrum promittuntur & conceduntur cum Investitura hujusmodi sint nullius efficaciæ, roboris vel momenti & habeantur pro infectis, una cum omnibus quæ jam facta fore reperientur.

XI. Et quod si quæ declaratio peteretur fieri per Ducem a Sanctissimo Domino nostro qui pro tempore erit per Breve, pro majori intelligentia præsentis capitulationis & ad tollendum aliquod dubium quod oriri posset per præfatum Sanctissimum Dominum nostrum possit etiam per Breve fieri.

XII. Item quod omnia & singula supradicta capitula confirmentur & approbentur solemniter & consistorialiter servatis servandis & ante factam dictam approbationem & confirmationem per sacrum Consistorium non intelligatur præfato Domino Duci tempus currisse & currere ad ratificationem & dictarum pecuniarum solutionem faciendas.

LXX.

Bulla Pauli III. Pontif. Maximi, qua Herculem II. Mutinæ Ducem, ab excommunicationis atque interdicti Ecclesiastici, cui innodatus erat, vinculo non solum absolvit, verum etiam de Ferrariæ Ducatu investivit, d. d. 9. Kal. Febr. An. 1538.

PAulus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto Filio Nobili Viro Herculi Estensi Duci Ferrariæ, salutem & Apostolicam benedictionem. Probatæ devotionis sinceritas & eximiæ fidei constantia, ac ingens ad Apostolicam Sedem observantia & reverentia, quibus in nostro & ejusdem sedis conspectu hactenus claruisti & indies magis clarere dignosceris, mentem nostram non immerito excitant & inducunt, ut te ac cæteros Alphonsi genitoris tui ac tuos filios & posteros Apostolicis gratiis & præcipuis favoribus prosequentes ad ea, per quæ vobis a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa solidentur ac perpetue status vestri stabilitati consulatur nostræ sollicitudinis partes animo benevolo propensius impartiamur. Dudum siquidem felicis recordationis Alexander PP. VI. prædecessor noster postquam narraverat quod piæ memoriæ Sixtus PP. IV. etiam prædecessor noster quondam Borsio Estensi, dum in humanis ageret, in Civitate Ferrariæ ac Massæ Lambardorum, Consiliis, Roncadellæ Teppa, Sebian tamantelli, Bagnacavalli, Sanctæ Agathæ, Barbiani, Cunii & Zangonariæ, castris, terris atque locis pro Romana Ecclesia in temporalibus Vicario generali ac Ducali dignitate in dicta Civitate Ferrariæ fungente, vita functo, quondam Herculem ejusdem Ferrariæ Ducem, fratrem suum tunc in humanis agentem, quandiu vitam duceret in humanis, & post ejus obitum filios & nepotes suos legitimos & naturales per rectam lineam descendentes usque ad tertiam generationem in civitate Ferrariæ, terris, castris & locis prædictis, illorumque Comitatibus, territoriis ac districtibus, ac illorum mero & mixto Imperio, omnimoda Jurisdictione temporali, quæ inibi per dictam Romanam Ecclesiam, vel alium pro ea exerceri consueverat, ac alias sub certis modo & forma tunc expressis in eisdem temporalibus vicarios generales, fratrum suorum tunc ejusdem S. R. E. Cardinalium Consilio, & assensu auctoritate Apostolica fecerat, constituerat & deputaverat, ipsiusque Herculis personam titulo & insigniis Ducalibus voluerat præfulgere, & ipsius ac ejusdem Borsii Ducis dum viveret par ratio dignitatis, gloriæ & honoris in cunctis haberetur & Dux Ferrariæ nuncuparetur, volens ac decernens quod Hercules Dux filii & nepotes prædicti ratione Ferrariæ quinque millia retentis per eos pro eorum provisione mille, & aliorum castrorum, terrarum & locorum prædictorum centum florenorum de camera boni & justi ponderis ac unam libram argenti respective singulis annis in vigilia Beatorum Petri & Pauli Apostolorum nomine census in Romana Curia suis sumptibus, periculis ac fortuna deferendos Cameræ Apostolicæ dare & solvere tenerentur, asserens quod prædictus Hercules Dux more majorum & progenitorum suorum qui Civitatem Ferrarien. præfatam in hujusmodi vicariatu ab eadem Romana Ecclesia a longissimo tempore citra obtinentes illam ac ejus territorium ac districtum plurimum reparaverant & melioraverant, Civitatem ipsam Ferrariæ tempore suo mirum in modum non sine maximis impensis, suaque dexteritate, diligentia, opere accuratissime adauxisset, arcibus ac fossis amplissimis ac muris ac menibus munivisset & melius solito munire cæpisset, locaque quamplurima territorii Civitatis Ferrariæ hujusmodi sterilia & inculta ad maximam illic habitantium utilitatem ad culturam & fertilitatem reduxisset, & in illa aliisque Terris, Castris & locis prædictis plurima ad eorum firmissimam tutelam, defensionem & conservationem fecisset, propter quæ aliis civitatibus, castris & terris ejusdem Romanæ Ecclesiæ tanquam illorum antemurale maximum profecto præsidium afferri, jusque ejusdem Romanæ Ecclesiæ non immerito adauctum satis dici posset, & pro tali omnium præmissorum perfectione & Civitatis Ferrariæ, aliorumque castrorum, terrarum & locorum prædictorum conservatione, tutela & defensione indies non parva esset opus impensa ad quam faciendam prædictus Hercules Dux omni studio intendere non

non cessabat ac propterea dignum ac conveniens fore nosceretur, ut Her. Dux qui etiam in ipsa Civitate Ferrariæ ex propria devotione multa monasteria & religiosa loca, tam virorum quam mulierum de propriis bonis suis opere quidem sumptuoso fundari, erigi, construi ac jam fundata, erecta & constructa instaurari curaverat, ac filii & nepotes sui præfati propter eaquæ Her. Dux ac majores & progenitores sui præfati pro decore, ornamento, instauratione, melioratione, ampliatione, munitione, conservatione, defensione & tutela prædictis tot gravissimis impensis, studiis ac laboribus suis effecerant & ipse Her. Dux facere non desinebat, a tanti census onere relevarentur, quo ad alia majora & utiliora peragenda indies magis atque magis allicerentur; idem Alex. prædecessor ex præmissis, & cæteris aliis rationabilibus causis ad hoc animum suum moventibus, habita super iis cum venerabilibus fratribus suis S. R. E. Cardinal. de quorum numero tunc eramus matura deliberatione inter alia per quasdam suas literas dictam Civitatem Ferrariæ in Ducatum ad instar Provinciarum quarumcunque & aliarum Civitatum ducali dignitate fulgentium de similibus consilio, scientia & potestatis plenitudine eadem auctoritate perpetuo erexit ac omnibus Ducatus jure, facultate, nomine, titulo, insigniis, honoribus, & præeminentiis universis insignivit ac decoravit, ac Herc. Ducem, ac filios & nepotes præfatos ejusdem Civitatis Ferrariæ Duces successive ordine infrascripto fecit, constituit & creavit, statuens & ordinans, quod Civitas ipsa Ferrariæ ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus Ducatus Ferrariæ & tam Her. Dux, quam filii & nepotes præfati Ferrariæ Duces successive existerent & pro talibus ab omnibus censerentur, nominarentur & haberentur, gauderentque omnibus Ducalibus insigniis, honoribus & præeminentiis, plenaque libertate ac omnimoda Ducali dignitate, potestate, jurisdictione, auctoritate & concessione etiam cujuscumque gradus supremi, meri & mixti Imperii, omniumque & singulorum jurium, regalium nuncupatorum, ac quibusvis aliis gratiis, privilegiis, libertatibus, favoribus, prærogativis, indultis, immunitatibus & exemptionibus, quibus alii Ducatuum Duces etiam quantumcunque magni de jure, consvetudine, privilegio, vel alias quomodolibet utebantur, potiebantur & gaudebant & seu uti, potiri & gaudere possunt quomodolibet in futurum. Quæ omnia idem Alex. prædecessor Her. Duci filiis & nepotibus præfatis de similibus consilio, assensu, scientia, auctoritate & potestatis plenitudine, & uberioris dono gratiæ plenissime & expresse potiori pro cautela successive concessit, donavit & elargitus fuit, volens & decernens similibus consilio & assensu, scientia, plenitudine potestatis & auctoritate, quod in Civitate Ferrariæ castris, terris & locis prædictis pro illorum majori quiete ac meliori regimine ac gubernatione, ac dissensionibus, quæ tempore procedente evenire possent evitandis præfato Herc. vita defuncto quondam Alphonsus ejus primogenitus & ex ipso primogenito primogenitus, & eo sine filiis decedente secundo genitus & sic successive & similiter alii præfati Her. Ducis filii modo præmisso in Ducatu Civitatis Ferrariæ Castris, Terris, & locis privatis cum paribus potestate & auctoritate omnino succederent, ita quod semper successio hujusmodi ad primogenitum & eo sine filiis decedente ad secundo genitum & successive alios servato ordine præfato deveniret. Et insuper censum præfatum deinceps perpetuis futuris temporibus, quoad ipsum Her. Ducem, ac ejus primogenitum, nec non ex primogenito & quondam Lucretia de Borgia, Ducissa Bisclli ejus uxore tunc in humanis ad centum ac eis deficientibus quoad alios successores in ipsa Civitate Ferrariæ, Ducatu, Castris, Terris, & locis ad mille florenos similes duntaxat singulis annis dictæ Cameræ persolvendos iisdem consilio, assensu, scientia, potestatis plenitudine & auctoritate & sua mera & sedis præfatæ liberalitate, præmissis attentis gratiose reduxit, limitavit & moderavit eidem Her. Duci & ejus primogenito & aliis descendentibus & successoribus præfatis totum residuum remittens, donans & elargiens, ac de eo quietans & liberans ac decernens illos ad aliam solutionem, quam dictorum centum quoad dictum Her. Ducem & ejus primogenitum & ex primogenito & uxore præfata descendentes & quoad alios successores præfatos quam dictorum mille florenorum annis singulis eidem Cameræ ex tunc deinceps faciendo non teneri, nec a quoquam quavis auctoritate astringi ac compelli posse ac ob non solutionem majoris summæ hujusmodi aliquas sententias, censuras & pœnas etiam privationis vel alias in dictis literis Sixti Prædecessoris hujusmodi contentas non incurrere ac limitationem, moderationem, reductionem, remissionem, donationem, absolutionem ac quietationem præfatas vim, robur & efficaciam veræ solutionis habere, irritum quoque decrevit ac inane & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter aut ignoranter contingeret attemptari. Deinde vero cum recolendæ memoriæ Julius Papa secundus similiter prædecessor noster per quasdam suas sub Datum quinto Idibus Augusti Pontificatus sui anno septimo confectas literas ex nonnullis causis in ipsis expressis similiter inter alia præfatum Alphonsum excommunicationis majoris & anathematis sententias, perjurii & sacrilegii reatus, ingratitudinis, rebellionis ac læsæ Majestatis crimen damnabiliter incurrisse omnibus & singulis indulgentiis, privilegiis & exemptionibus, gratiis, libertatibus, dignitatibus & immunitatibus in vicariatu & Ducatu Ferrariæ, alisque feudis, locationibus, honoribus & dignitatibus, etiam Confaloneriatus, Terrisque, Civitatibus, Castris, Oppidis, fortalitiis, locis, jurisdictionibus, juribus & bonis quibuscunque quæ quovis modo obtinebat, & in quibus & ad quæ jus sibi quomodolibet competebat, & omnes ac singulos suos fratres germanos, aliosque de familia Estensi existentes, & in præmissis seu eorum aliquibus vel ad illa quomodolibet jus habentes & habere prætendentes, quorum omnium nomina, cognomina & qualitates pro

sufficienter expressis haberi voluit, ac omnes dicti Alphonsi, ac aliorum familiæ Estensis posteros & successores quoscunque præfatos omni successionis jure in perpetuum privatum fore omnino declaravit, ac alios dicti Alphonsi successores ac familiæ Esten. privatos & inhabiles ac indignos ad illa, & quælibet alia similia vel dissimilia in posterum obtrudenda, & quoslibet alios actus legitimos exercendos, Civitatesque, castra, oppida, terras, fortalitia ac omnia alia loca confiscata fuisse ac esse decrevit, & a præfatis privationis & inhabilitatis pœnis neminem ex famil. Esten. etiam prætextu minoris ætatis & sexus excusari seque tueri posse, quominus hujusmodi pœnis innodati & irretiti censerentur, de venerabilium fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, de quorum numero similiter tunc eramus, consensu & Apostolicæ potestatis plenitudine & ex certa sua scientia declaravit & nihilominus eos sententiando privavit & inhabilitavit, dictosque Ducatum & vicariatum Ferrariensem cum omnibus & singulis Civitatibus, Castris, Oppidis, & feudis, quæ ad dictam Romanam Ecclesiam vel alia quævis quomodolibet dictus Alphonsus obtinebat cum omnibus juribus & pertinentiis suis & omni integritate ad dictam Romanam Ecclesiam licete devolutos & devoluta, ac reversa fore decrevit & omnes etiam Ecclesiasticos Vicariatus, Ducatus, Civitatum, Terrarum, Castrorum, oppidorum, & locorum præfatorum incolas & habitatores cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis existentes ac arcium illorum Castellanos, qui dicto Alphonso tenebantur astricti juramento absolvit & liberavit, illudque eis relaxavit, supplendo similibus, assensu, scientia, auctoritate & potestatis plenitudine omnes & singulos tam juris quam facti, & quarumvis aliarum solemnitatum etiam substantialium & citationum omissarum & processuum desuper rite non habitorum defectus, decernens, declarans & determinans ea sic fuisse, & esse facti permanentis notoria. Ita ut nulla Juris solemnitate indigerent ac inexcusabilia essent & literas ipsius Julii prædecessoris desuper confectas ad probandum plenissime omnia in eis contenta, objecta indubitatam scientiam notorietatem quoque permissam nullo modo, nulla excusatione excusabilem hujusmodi, & omnia ac singula alia præmissa in judicio & extra sufficere, nec ad id probandum alterius adminiculum nullo unquam tempore requiri, sicque per quoscunque Judices Commissarios & ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales & causarum Palatii Apostolici auditores in quacunque instantia sublata eis & cuilibet eorum quavis alia interpretandi facultate, sententiari, diffiniri & judicari debere irritum quoque similiter nunciavit & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari contigeret. successive autem Leo Papa decimus, simili modo prædecessor noster, qui præfato Julio prædecessore postmodum sicut altissimo placuit ab hac luce subtracto ad summi Apostolatus apicem divina favente clementia assumptus fuit, attendens quæ bella & quot hominum strages & alia innumerabilia mala ex his provenerant, & in quo discrimine non solum Italia sed omnium Regum & Principum potentatuum status fuerat, seque ejus vices tunc in terris tenere cujus est proprium ad se venientes benigne semper accipere & oculo suæ pietatis respicere & qua & quanta confidentia & humilitate audita sua assumptione hujusmodi ad eum ac sedem præfatam tunc idem Alphonsus personaliter venisset coronationique suæ interfuisset, quantumque etiam Esten. familia de dicta sede Apostolica sæpe ac sæpius retro actis temporibus bene merita fuisset. & ipsius Julii prædecessoris tempore opera ejusdem Alphonsi merito Civitatem Bononiæ expugnatam, ac sedi Apostolicæ conservatam, aliisque rationibus & causis motus, habita super his cum ejusdem tunc fratribus suis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de quorum numero etiam tunc eramus, matura deliberatione & de eorum Consilio & unanimi consensu similiter inter alia per quasdam ejus literas dictum Alphonsum genitorem tuum a majoris excommunicationis & anathematis sententia perjurii, Sacrilegii reatibus ac ingratitudinis, rebellionis & læsæ Majestatis criminibus & aliis quibuscunque in dictis literis Julii prædecessoris quomodolibet contra dictum Alphonsum objectis, nec non Ferrariæ & aliarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, Oppidorum & locorum Ducatus & vicariatus hujusmodi universitatis & arcium Castellanos, nec non Civitatum & locorum hujusmodi incolas & habitatores in literis Julii prædecessoris hujusmodi expressos & in ejusdem Ferrariæ & aliis Civitatibus, terris, castris, locis, oppidis & territoriis eorundem consistentes Ecclesias, Monasteria, Prioratus, domos & alia religiosa & pia loca quæcunque, illorum personas quacunque Ecclesiastica, vel mundana auctoritate fulgentes & alios quoscunque temporale dominium obtinentes utriusque sexus, qui eidem Alphonso in genere vel in specie ad ejus stipendia militando, comeatum exhibendo seu alias quomodolibet, directe vel indirecte contra sedem præfatam præstiterunt auxilium, consilium aut favorem & generaliter omnes & singulos, qui in præmissis & aliis & eorum quolibet ac dependentes ab eis quomodolibet etiam per ea, quæ in gverris fieri solent, agrorum depopulationes, invasiones, cædes, vulnera, mutinationes, incendia & terrarum, castrorum & locorum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ affuisse dignoscebantur & eorum filios & descendentes, qui pœnas aliquas præmissorum occasione quomodolibet incurrerant ab excessibus hujusmodi & quas per literas Julii prædecessoris hujusmodi incurrisse declarati fuerant, & aliis quibuscunque tam a jure quam ab homine latis censuris & pœnis & restitutione sive satisfactione si qua damnum passis præfatorum occasione fuisset facienda absolvit & totaliter liberavit interdictumque Ecclesiasticum per præfatum Julium prædecessorem in

Ferra-

Ferrariæ & aliis Civitatibus, Terris, Castris & Oppidis & locis, Vicariatus & Ducatus hujusmodi & quibus in illis sunt Ecclesiis & Religiosis & piis locis quibuscunque impositum omnino & in totum sustulit & relaxavit dictum Alphonsum ad omnes & singulas indulgentias, remissiones, gratias, privilegia, libertates & immunitates in dicto Vicariatu & Ducatu Ferrariæ aliaque feuda, locationes, honores, dignitates, terrasque, Civitates, Castra, Oppida, Fortalitia, loca, jura, jurisdictiones & bona quæcunque, quæ ante dictam privationem quovis modo obtinebat, vel a Romana vel alia quacunque Ecclesia, & in quibus & ad quæ jus eidem quomodolibet competebat, ac omnes & singulos ejus ex dicto Her. fratres germanos aliosque de ejus familia Esten. existentes, & in præmissis seu eorum aliquibus vel ad illa jus habentes vel habere prætendentes, quorum nomina, cognomina, qualitates, omniumque & singularum literarum tenores habere voluit pro expressis ac omnium ejusdem Alphonsi & aliorum de familia Esten. posteros & Successores & quoscunque alios in dictis Civitatibus, Terris & locis incolas & habitatores ac ceteros in dictis literis Julii prædecessoris comprehensos ad privata & successionis jus, & ad illam & quælibet alia similia vel dissimilia imposterum obtinenda in pristinum & eum statum in quo erant antequam præmissæ literæ Julii prædecessoris hujusmodi & in eis contenta emanassent, eadem auctoritate restituit, reposuit & plenarie reintegravit & perinde haberi voluit ac si dictæ literæ & in eis contenta minime emanassent: declarans irrita & inania, nullaque & cassa omnia, & quæcunq; acta & gesta per quoscunq; etiam motu proprio contra præfata vel aliquod præfatorum nulliq; de illis opponere licere decrevit, dictumq; Alphonsum & alios supradictos ad illa & alia quælibet similia vel dissimilia, terras, fortalitia & omnia alia præfata in posterum obtinenda & quoslibet alios actus legitimos exercendos habilitavit & habiles fore decrevit. Nec non communitates, castra, oppida & loca præfata Alphonsumque præfatum omnibus & singulis privilegiis & indultis ac studiis generalibus, concessionibus, gratiis, dignitatibus, honoribus & privilegiis quibuscunque antequam præmissa emanarent & utebantur, fruebantur & gaudebant, ac uti, potiri & gaudere poterant reduxit, nec non & illos quos præfatæ literæ Julii prædecessoris hujusmodi prælaturis, ordinibus & regiminibus Ecclesiarum, monasteriorum, communitatum, jurium ac omnibus & singulis dignitatibus, beneficiis, personatibus, officiis, canonicatibus & præbendis, aliisque dignitatibus Ecclesiasticis per eos tunc obtentis & ordinibus sacerdotalibus ad quos promoti erant privatos infames & ad ordines ecclesiasticos inhabiles in specie vel in genere in dictis literis Julii prædecessoris hujusmodi tunc expressos reintegravit, atque rehabilitavit, omnesque alios in dictis literis expressos, qui ut ad dignitates, officia atq; honores aspirare & ascendere, testimonium perhibere, testamenta & codicillos condere, alicujus successionem ex testamento vel ab intestato acquirere, legata & donationes capere, jurisdictiones exercere, compromissum in se suscipere, in causis procurare vel postulare, de instrumentis not. fuissent rogari & credita eorum debitoribus exigere valeant ex dictis literis Julii prohibebantur, dictus Leo prædecessor restituit ac adversus præfatas pœnas, præjudicia & gravamina reintegravit, perinde ac si dictæ literæ minime emanassent, omniaque & singula, quæ in dictis literis Julii prædecessoris vel earum occasione inde secuta, quæ omnia pro sufficienter expressis haberi voluit, annullavit, cassavit & irretavit & nulla declaravit, ac pro nullis & infectis in omnibus & per omnia ac si nunquam emanassent habere voluit & decrevit, sicque per quoscunque etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales & Palatii Apostolici auditores judicari voluit, adempta eis & cuilibet eorum penitus aliter interpretandi, judicandi & statuenti facultate & auctoritate in quibusvis causis, negotiis & actionibus tam motis quam movendis, an in pendentibus & in quavis instantia etiam appellationis cum ut asseruit intentionis dictæ Leonis prædecessoris esset, quod literæ Julii prædecessoris hujusmodi & omnia inde secuta nulla penitus suffragarentur, & quod illæ quoad omnes & quoscunque effectus nullam in judicio fidem facere possent, nec alicui tertio ex dictis literis Julii & inde secutis etiam respectu possessionis, jus aliquod acquireretur. Insuper omnia datia & gabellas, quæ & quas prædecessores Alphonsi & præsertim Her. ejusdem Alphonsi pater juste exigere consuevit, ac etiam reductionem Civitatis Ferrariæ ejusque Ducatus in libertatem a subjectione qua Veneti in eam ac dictum Territorium utebantur, approbavit & ratificavit & quatenus opus esset de novo concessit, omnia jura quæ ante dictas literas Julii Alphonsus ipse ac prædecessores sui in quodam Palatio vel aliter in Civitate Venetiarum, & in quibusvis oppidis, Castris, terris & locis, in Dominium Venetorum existentibus habebant, a quibusvis quomodocunque & qualitercunque emanatis, alienationibus & aliis in contrarium facientibus non obstantibus, quibus quoad effectum, de quo tunc agebatur duntaxat derogatum fore voluit, illæsa, integra & intacta decrevit & declaravit, nec non reductionem Censuum qui pro dicta Civitate Ferrariæ, aliisque locis per prædecessores dicti Alphonsi dictæ sedi solvebantur per Alexandrum prædecessorem præfatum factam confirmavit & approbavit eundem Alphonsum in omnibus ac singulis Juribus, actionibus ac privilegiis centi ac plebis oppidorum ita & prout erat antequam dictæ literæ Julii emanarent perinde ac si dicta privatio facta non fuisset retintegrando ac quibusvis legibus, statutis & Constitutionibus, tam in corpore juris, quam extra existentibus, nec non statutis & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione

tione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, nec non supradictis a Julio præfato vel quibuscunque aliis a quibusvis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris sub quavis forma & expressione verborum in contrarium emanatis, etiamsi talia fuissent, de quibus mentio specialis habenda foret, specialiter & expresse derogando irritum quoque & inane decernendo quicquid super eis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Demum autem procedente tempore idem Leo prædecessor ex nonnullis causis in ipsius Leonis prædecessoris literis expressis similiter inter alia per alias ejus literas eundem Alphonsum perjurii ac fractæ fidei reatum læsæque Majestatis crimina, rebellionisque damnabiliter incurrisse declaravit, eumque rebellionis læsæque Majestatis reum pronuntiavit, ac pœnis quas in rebelles & læsæ Majestatis criminis reos hujusmodi jura statuunt subjectum, nec non perjurum, fidei fractorem, majorisque sententiæ excommunicationis mucrone confossum, ac Ducali dignitate, vicariatuque prædicto Ferrariensi, nec non omnibus feudis, dominiis, bonis, privilegiis, indulgentiis, gratiis, immunitatibus, honoribus, officiis & jurisdictionibus, quæ ab eadem Romana Ecclesia, seu alia qualibet obtinebat, privavit, privatumque una cum filiis & nepotibus suis fore & esse & ad alia similia in posterum obtinenda inhabilem etiam declaravit bonaque sua omnia confiscata fore, & esse sententiando dixit & promulgavit, Civitatemque Ferrariæ prædictæ ejusque Comitatum & districtum ac castra & loca, Comitatus & districtus eorundem Vicariatu hujusmodi eam cessante ad præfatam Ecclesiam libere devoluta, cum eorum civibus, incolis & habitatoribus immediate subesse, ac sedi prædictæ obedire debere mandavit eosdemque incolas & habitatores ad obediendum eidem ac officialibus & locumtenentibus suis occasione juramenti fidelitatis nullatenus teneri voluit, sed liberos & absolutos fore auctoritate Apostolica pronunciavit, destrictusque inhibuit universis personis Ecclesiasticis, etiam Regularibus & aliis in dicta Civitate degentibus ne eundem in vicarium & superiorem recognoscerent, neve officialibus quibuslibet parerent & intenderent, immo, ut pote a sua subjectione liberati se, Civitatemque prædictam Ferrariæ ac Comitatum & districtum castra & loca quæcunque subtraherent, & quantum in eis esset ab omni sua obedientia recederent, ac ipsum Leonem prædecessorem hujusmodi & pro tempore existentem Roman. Pontificem immediate superiorem & Dominum recognoscerent sub interdicti ingressus Ecclesiæ, si Episcopi & superiores & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna si alii eisdem Episcopis inferiores fuissent in hoc negligentes, vel remissi extitissent, vel quo minus id fieri suasissent & operati fuissent directe vel indirecte, & ipso incurrenda, Civitatemque & castra, Oppida & loca prædicta, ad quæ ipsum Alphonsum inobedientem sic declaratum declinasse in quibus moram traxisse contigisset Ecclesiastico supposuit interdicto, tamdiu firmiter observando, donec ipse Alphonsus compunctus corde interdicti hujusmodi relaxationem debita satisfactione præmissa meruisset obtinere. Successive vero eodem Leone prædecessore sicut altissimo placuit vita functo, recolendæ memoriæ, Adrianus Papa VI. etiam prædecessor noster ad summi Apostolatus apicem assumptus, cum ex Hispaniarum partibus, in quibus tunc cum in Romanum Pont. electus fuit, erat ad Italiam & almam urbem nostram tunc suam applicuisset cupiens bellis & calamitatibus, quæ ut præfertur exorta fuerant, finem imponi, ac Italiæ pacem aliquam & quietem dari, consideransque dictum Alphonsum eodem Leone vita functo post ipsius Adriani similiter prædecessoris assumptionem per Sacri Collegii præfatorum Cardinalium literas monitum bellica arma deposuisse, nec ulterius statum Romanæ Ecclesiæ in aliquo inquietare aut perturbare voluisse, omnique humilitate & submissione, audito ejus electionis Nuncio ad reddendum sibi ac præfatæ Sedi Apostolicæ debitam obedientiam & fidelitatis debitum juramentum præstandum, Oratorem ad dictas partes Hispaniarum in quibus tunc Adrianus ipse prædecessor existebat destinasse in fideque illibata & inconcussa erga eum, & sedem præfatam perseverasse, ac demum post ejus ad dictam urbem adventum, te primogenitum ipsius ad reddendum sibi & sedi præfatæ similiter debitam reverentiam & obedientiam ac juramentum fidelitatis præstandum misisse, censuras præfatas latas ac Ecclesiasticum interdictum per præfatum Leonem prædecessorem oppositum, ut præfertur, donec certa Capitula inter eum & dicti Alphonsi ad ipsum destinatos ratificasset suspendit, & deinde Capitulis ipsis per eundem Alphonsum ratificatis eundem Alphonsum ac ejus familiares & subditos, aliosque per dictas literas præfati Leonis prædecessoris censuris irretitos a Censuris prædictis per suas in forma brevis literas absolvit & interdicta præfata relaxavit, ac alia fecit, prout in ipsis in forma brevis confectis literis, quarum omnium & singularum tenores præsentibus habere volumus pro expressis, plenius continetur. Postremo autem Sanctæ memoriæ Clemens Papa VII. similiter prædecessor noster, licet dictus Alphonsus præfato Adriano vita functo, & dicta Sede Apostolica per ejus obitum vacante Civitatem Regyen. & nonnulla castra & loca quæ per Julium & Leonem prædecessores prædictos dum viverent, & tunc per dictam sedem tenebantur, quasi illis a dicto Julio prædecessore de facto spoliatus fuisset ejectis his qui ea pro dicta sede custodiebant vi & armis cæpisset ad sedandas amicabiliter dictas discordias & dissensiones animum applicavit, certaque Capitula cum agentibus pro dicto Alphonso tractare cæpit, qui morte præventus perficere minime potuit. Cum autem dicto Clemente prædecessore postea rebus humanis exempto

nos

nos divina sic volente dispositione ad summi Apostolatus apicem assumpti fuerimus, decreverimusque omnem dissensionum & discordiarum hujusmodi occasionem tollere, ac hunc morbum a radice evellere, sperantes quod tu, qui ut prompti animi tui devotionem, & fidem erga nos clarius ostenderes ac declarares quam primum dictæ nostræ assumptionis notitiam habuisti, ad reddendam nobis obedientiam & juramentum fidelitatis præstandum, illico Oratores tuos transmisisti, ac demum tumet personaliter ad nos venisti, tuique filii ac gestitores tui & descendentes vestri majorum vestrorum ac totius familiæ Esten. vestig. imitando, & de bono in melius procedendo eo ferventiori fide, & devotione vos nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ exhibebitis obsequentes, quo majoribus favoribus & gratiis vos ab eadem sede munitos noveritis, confidentesque quod Civitatem Ferrariæ ac alias terras, Castra & loca prædicta in pacis dulcedine ac administratione summa cum prudentia gubernabitis, habita super his cum venerab. fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura & de illorum consilio & assensu & certa nostra scientia & de apostolicæ potestatis plenitudine te ac filios ac descendentes prædictos ad Ducatum Ferrarien. & alia, quibus per Julium primo & deinde per Leonem prædecessores præfatos privatus, ut præfertur, fueras, restituendos & reintegrandos duximus, certaque Capitula quæ postea per Collegium dictorum Cardinalium approbari curavimus cum Oratoribus tuis, seu pro te agentibus desuper inivimus, prout in instrumento publico desuper confecto, in quo inter alia cautum est, quod nos te fratresque tuos germanos omnesque tuos & d. Alphonsi subditos, consiliarios, familiares, complices & sequaces, ab omnibus sententiis, censuris & pœnis ob præmissa incursis absolvere, in eumque statum in quo erant antequam dictæ literæ privatoriæ Julii & Leonis prædecessorum emanarent, ponere teque ac Filios ac descendentes præfatos, de toto Ducatu Ferrariæ cum omnibus suis pertinentiis & de omnibus aliis terris & castris contentis in investitura Alexand. PP. VI. prædecessoris præfati & de omnibus Juribus præfatæ sedi Apostolicæ competentibus & non aliter in quibuscunque Civitatibus & locis per Her. Ducem possessis seu quovis modo tentis, ita quod Investitura hujusmodi desuper facienda quoad omnia & singula supradicta intelligatur solum & dumtaxat de possessis seu tentis per te Her. Ducem & omnibus juribus sedi Apost. in eis competentibus & non aliter reintegrare & de novo reinvestire debeamus, plenius continetur; te itaque & fratres, subditos, Consiliarios, familiares, complices & sequaces præfatos ac omnes alios in d. Julii & Leonis prædecessorum privatoriis literis comprehensos, quorum nomina & cognomina præsentibus similiter haberi volumus pro expresfis, ac perjurii, Sacrilegii ac læsæ Majestatis & aliis quibuscunque criminibus, nec non majoris excommunicationis anathematis suspensionum & aliis sententiis, censuris & pœnis præmissorum occasione & per ea quæ d. Alphonsus præfatæ sede ut præfertur vacante fecit, a jure vel homine qualitercunque & quocunque latis auctoritate & scientia supplicatis absolvimus & liberamus, omnesque & quoscunque processus tam contra te ac Alphonsum, quam alios supradictos præmissorum occasione qualibet factos cassamus, irritamus & annullamus ac pro cassis, irritis ac nullis haberi volumus, teque ac filios & descendentes prædictos ac Civitates, terras, castra & oppida etiam Centi & plebis fortalitia, loca & jura, jurisdictiones & bona quæcunque quæ ante dictas privatorias literas Julii & Leonis prædecessorum præfatorum d. Alphonsus quovis modo obtinebat & in quibus & ad quæ jus sibi quolibet competebat, quæ omnia præsentibus haberi volumus pro expresfis ac omnes alios præfatos in pristinum & eum statum, in quo antequam privatoriæ literæ Julii & Leonis prædecessorum hujusmodi emanarent erant, etiam quoad Ecclesias, monasteria, dignitates, canonicatus & præbendas, cæteraque beneficia, jura & bona, tam Ecclesiastica quam Secularia per eos tunc quomodolibet obtenta eadem auctoritate restituimus, reponimus & plenarie reintegramus ac perinde haberi volumus ac si dictæ privatoriæ literæ Julii & Leonis prædecessorum prædictorum & processus earum vigore facti minime emanassent, nullique de eis opponere licere decernimus & declaramus, & ad omnia alia similia in posterum obtinenda rehabilitamus, volumusque quod tu ac filii & descendentes præfati omnibus ac singulis privilegiis, indultis ac studii generalis possessione, nec non indulgentiis, remisfionibus, libertatibus, immunitatibus, concesfionibus, gratiis, dignitatibus & honoribus gaudeatis, præfatis capitulis inter nos & te, ut præfertur initis, non contrariantibus, quibus antequam literæ Julii & Leonis prædecessorum ac processus hujusmodi emanarent, progenitores tui ac tu utebamini & gaudebatis, seu uti, potiri & gaudere poteratis, omniaque ex eis & earum occasione inde secuta, nulla ac nullius fore momenti, ac pro nullis & infectis in omnibus & per omnia ac si nunquam emanassent haberi. Et insuper pro majori cautela constitutionem, creationem, statum, ordinationem ac modum succedendi in d. Ducatu Ferrariæ per literas Alex. prædecessoris præfati, ut præfertur facta quæcunque excepta d. Census, de quo in præfati Alex. prædecessoris literis fit mentio reductione, nec non supradictas restitutorias Leonis ad privationem Julii prædecessorum hujusmodi etiam quasvis præservativas clausulas in se continentes & alias quascunque literas sub quocunque verborum tenore factas dictis capitulis inter nos & te ut præfertur initis non contrarientes, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expresfis auctoritate & scientia similibus, confirmantes, approbantes & innovantes ac perpetua ro-

boris firmitate subsistere decernentes ea de novo, ac omnia & singula in supradictis capitulis inter nos & te ut præfertur initis contenta statuimus & ordinamus, Ducatumque Ferrariæ ac omnia & singula, Civitates, oppida, Terras & loca per te possessa, seu quovis modo tenta etiam quacunque ratione vel causa cogitata vel incogitata quomodocunque & qualitercunque ad nos sedemque præfatam etiam per sententiam declaratoriam, vel alias quomodolibet devoluta pro te ac legitimis & naturalibus per lineam masculinam a dicto Alphonso descendentibus, servato juxta dictarum literarum Alexandri prædecessoris præfati tenorem ordine primogenituræ in perpetuum sub annuo censu septem millium ducatorum auri in auro de Camera per te ac filios descendentes ac alios præfatos Cameræ prædictæ in eodem festo beatorum Petri & Pauli Apostolorum, vel in eorum vigilia annis singulis persolvendo, similibus consilio, assensu & scientia ac potestatis plenitudine & auctoritate concedimus ac te, nec non eosdem filios descendentes ut supra de Civitate Ferrariæ cum omnibus suis pertinentiis & omnibus aliis terris & castris contentis in Investitura dicti Alexandri prædecessoris & de omnibus juribus præfatæ sedi Apostolicæ competentibus & non aliter in quibuscunque Civitatibus & locis per eundem dudum possessis seu quovis modo tentis, ita quod investitura hujusmodi desuper facienda quoad omnia & singula supradicta intelligatur solum & duntaxat de possessis & tentis per dictum Ducem & omnibus juribus sedi Apostolicæ in eis competentibus & non aliter investimus ac innovamus, prout & secundum dictam investituram Alexandri prædecessoris quatenus Capitulis inter nos & te initis non contrarietur Ducesque Ferrariæ constituimus, deputamus ac ordinamus, nec non constitutos & ordinatos ac deputatos esse, omnibusque privilegiis, indultis, concessionibus & aliis gratiis ac quibusvis tam in forma brevis, quam sub plumbo vel alio modo per quosvis Romani Pontifices prædecessores nostros sub quavis verborum forma factis bullis & literis Apostolicis tibi & antecessoribus tuis antea competentibus, quorum omnium & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis haberi volumus, potiri & gaudere, dictaque Julii & Leonis prædecessorum privatorum privatorias literas quoad omnes effectus nullam in judicio vel extra fidem facere, & nulli penitus suffragari & pro nullis cum omnibus inde sequutis haberi, sicque per quoscunque Judices ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales & Palatii nostri Apostolici Auditores volumus in quacunque causa tam mota quam movenda pendente & in quavis instantia etiam appellationis judicari, decerni & declarari, adempta eis & cuilibet eorum penitus aliter judicandi, interpretandi & sententiandi facultate & auctoritate, decernimus & declaramus omnesque census prædecessorum tuorum tempore decursos & quasvis pecuniarum summas per eos, aut per te propterea, vel alias sedi Apostolicæ præfatæ debitas, his tamen quæ in dictis capitulis inter nos, & te ut præfertur initis continentur exceptis, tibi gratiose remittimus & ab illo penitus te absolvimus & quietamus, ac absolutum & liberum fore decernimus, cassantes & irritantes omnia ob dictam solutionem non facta, & inde sequuta quæcunque & insuper omnia doaria & gabellas, quæ & quas dicti prædecessores tui, & præsertim Alphonsus genitor tuus juste exigere consuevit, confirmamus & approbamus &c. Non obstantibus præmissis ac quibusvis locorum & jurium prædictorum tanquam ad sedem Apostolicam ex causis præfatis devolutorum per nos & dictum Collegium factis pignorationibus, hypothecationibus, venditionibus, donationibus & quibusvis aliis alienationibus qualitercunque & quacunque causa & quomodocunque factis, legibus, constitutionibus tam in corpore Juris quam extra existentibus, ac statutis & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, nec non quibusvis Apostolicis literis a præfatis & quibusvis aliis prædecessoribus nostris Rom. Pontificibus sub quavis forma & expressione verborum in contrarium emanatis, etiam si talia essent, de quibus specialis mentio habenda foret, quibus omnibus etiam si ad aliorum derogationem de illis, illorumque totis tenoribus de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, aut alia exquisita forma servanda esset, illorumque omnium tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat pro bono pacis & ut literæ Julii & Leonis prædecessorum hujusmodi privatoriæ præfatæ nullius penitus sint efficaciæ aut considerationis, & ipsæ cum inde sequutis nulli suffragentur specialiter & expresse derogamus, quodque forsan per nos aut prædecessores nostros Romanos Pontifices aliquibus concessum fuerit, quod per constitutionem & reintegrationem, quas dicto Alphonso ac tibi concedi aut dictis Julii & Leonis prædecessorum literis derogari contingeret eis in aliquo præjudicatum non censeretur, cæterisque contrariis quibuscunque & insuper ex nunc irritum decernimus & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum absolutionis, liberationis, cassationis, irritationis, annullationis, voluntatis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, rehabilitationis, invocationis, statuti, concessionis, investituræ, constitutionis, ordinationis, declarationis, remissionis, quitantiæ, confirmationis, approbationis, derogationis decretorum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum

Petri

Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1538. nono Kal. Febr. Pontif. nostri anno quinto.

Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus &c.

Episcopi Cardinales.

† Ego Jo. Do. Episcopus Ostien.
† Ego Jo. Episcopus Sabinen.
† Ego Ant. Episcopus Prænestin. Card. de SS.
†
†

Presbyteri Cardinales.

† V. Cardinalis Neapolitan.
†
† Ego F. Cardinalis S.
† Ego F. Car. Cornelius M.
† Ego A. Card. Sanct. -- major pen.
† Ego Presbyt. Car. de Bononia.
† Ego Nic. Chiuuccius Card.
† Ego Ja. Card. Simonetta.
†
† Ego Jo. Petrus Card. Sancti Sexti.
† Ego Ennius S. Agh. Card. Verulan.
† Ego Pe. Card. Compostellan.

Diaconi Cardinales.

† Ego Alex. Card. Cæsarinus.
† Ego G. Card. Contarenus.
† Ego N. Card. Rudolphus.
† Ego Card. Trivul.
† Ego Card. Pisanus.
† Ego G. As Sfor. Card. Cam.
†
†
†
†

Fabius Vigil.

B. Motta.

LXXI.

Articuli Capitulationis inter Dominos Cardinales de Lotharingia & Ferraria, Galliæ Regis Deputatos, ac Herculem II. Ferrariæ & Mutinæ Ducem, conclusæ, quibus Dux jam memoratus, de nonnullis in favorem Galliæ observandis, præmissa stipulatione, Gallici in Italia exercitus Locumtenens Generalis constituitur, d. d. 15. Nov. An. 1555.

Premierement.

Que se trouvant Sa Majesté en ligue & confederation avec nostre Sainct Pere Paul quatriesme, Sa Majesté fera son Lieutenant general en Italie ledict Seigneur Duc avec supreme authorité de commander aux armées du Roy en toute l'Italie hors le Piemont, & a ses ministres & serviteurs, & lui sera aussi baillée la charge & authorité de Capitaine general de la dicte ligue avec pouvoir en tel cas requis & necessaire, & sera tenu le dict Seigneur Duc servir sa dicte Majesté & la dicte ligue envers tous & contre tous, & declarer amy de Sa Majesté & ennemy des ennemis sans aucun excepter.

II. Que si plaist au Roy envoyer en Italie quelque Prince François pour son Lieutenant general en la conduitte de ses armées, le dict Prince sera aussy en l'absence du dict Sieur Duc Lieutenant general de la dite ligue.

III. Que le dict Sieur Duc sera tenu bailler passage par tout son Estat, pays & Seigneurie, aux armées & gens de guerre de Sa Majesté, & de la dicte ligue, soit pour aller, venir & sejourner, selon que le temps & l'occasion le requeront & leurs sera administré vivres & toutes autres commodités possibles en bayant raisonablement, & sera tenu aussy ledict Duc priver & refuser de tels passages & commodités les ennemis de Sa Majesté, & de la ligue, quand elle sera publiée.

IV. Que pour aucunement ayder audit Sieur Duc a porter la depense qu'il luy conviendra croistre & augmenter pour raison desdictes charges, luy sera baillé & bayé par chascun mois deux mil escus de pension.

V. Qu'outre cela Sa dicte Majesté prend en sa protection & defense la personne, l'estat & les pays du dict Sieur Duc, tant ceux qu'il tient a present, que ceux qu'il pourra tenir a l'avenir, comme les siens propres, & les fera comprendre en la protection & defense de la dicte ligue.

VI. Que pour l'effect & seureté de la dicte protection, le Roy fera payer & entretenir en temps de paix & de guerre audict Sieur Duc une compagnie de cent hommes d'armes dont ledict Sieur Duc sera chef & Capitaine, avec leurs Archers & Arquebusiers à cheval, qui seront payés avec les Estats de Capitaine, Lieutenant, Guidon & autres officiers, comme seront les autres hommes d'armes ordinaires, que Sa Majesté envoyera en Italie; l'on payera & entretiendra aussy deux cens chevaux legers & deux mille hommes de pied avec leurs Capitaines & appointements, des quels gens de pied, & de cheval ledict Sieur Duc pourra mettre en garnison, & departir par les places de son estat & deffense d'icelles, a la charge que ledict Sieur Duc, au temps que son dit Estat ne sera assailli, ni en danger, ni suspect de l'estre, sera tenu d'employer del nombre desdites gens a cheval qu'il sera advisé aux autres lieux & endroicts ou ils puissent faire service a Sa dicte Majesté selon que le temps & les occasions le requeront, neantmoins pour soulager les finances du Roy le dict Sieur Duc se contentera qu'en temps de paix les deux mil hommes de pied soyent reduits a quinze cens.

VII. Et d'autant que le dict Sieur Duc demandoit pour plus grande fureté de la dicte protection un depost de la somme de trois cens mil

mil livres, & que lesdicts Sieurs Cardinaux ont dict ne le pouvoir faire pour le present, a esté convenu & accordée que ledict Sieur Duc fera regarder & rechercher par son Estat & ailleurs argent a prest jusques a la somme, & ainsy qu'il en trouvera en advertira le Ministre du Roy qui sera aupres dudict Sieur Duc ou a Venise, lequel aura pouvoir & authorité sur le faict des Finances, & sera tenu le dict ministre prendre ledict prest, & iceluy mettre & depositer en lieu sûr, del qu'il sera advisé & convenu entre Sa Majesté, & ledict Sieur Duc, lequel entend que ce soit dedans Ferrare, a telle condition que le Ministre du Roy en aura une clef, & ledict Sieur Duc une autre, & n'y pourra estre touché que du consentement du dict ministre, pour iceluy argent employer au faict de la dite protection, & non ailleurs, du quel prest le dict ministre du Roy sera tenu bailler in continent bonne & suffisante assignation sur les Finances du Roy, avec promesse de la maison des Gadaigves, qui s'obligera audict Sieur Duc seulement tant de l'interest qu'il faudra payer que du principal, si l'on vient a s'en servir, lequel remboursement dudict principal se fera dedans un an, apres le desboursement & requisition, qui sera faicte de payer, & conviendra ledict Ministre avec le presteurs a la moindre perte & interest que faire se pourra.

VIII. Que pour donner audict Sieur Duc plus grande occasion & volonté d'entrer en cette capitulation & lui faire connoistre l'amour & affection que Sa dicte Majesté porte à la maison de Ferrare, & aux enfans d'icelle sortis & nés d'une fille de France, Sadite Majesté est contente luy faire bonne part de conquestes, qui se feront par les armées de la dite ligue, c'est a sçavoir au Royaume de Naples, si on vient a le acquerir, d'un Estat pour ledict Duc, & les siens, jusques a vingt mille escus de rente; & en la Toscane, si elle vient a estre conquise, jusques a la somme de quinze mille escus de rente, ou il y ait une cité des plus prochaines de l'Estat du dict Sieur Duc; & en la Duché de Milan, si l'on vient a la conquerir, d'un Estat de cinquante mille escus de rente, pour lequel luy sera incontinent baillée la Cité & dependance de Cremone jusques a la dicte somme de cinquante mille escus de rente, & le surplus demeurera en la liberté de Sa dicte Majesté o' en faire ainsy, qu'il en sera advisé de commun accord & s'entend que si bien il restoit en aucun des susdicts pays, quelques places fortes mal aisées a conquerir, estant le reste desdicts pays en la plus grande part conquis, que pour cela les recompenses, & part des conquestes susdittes pour le dict Sieur Duc, ne soyent point differées.

IX. Que le dict Sieur Duc sera tenu accommoder les armées de Sa Majesté de del nombre de son Artillerie qu'il sera advisé, a la charge que Sa dicte Majesté sera tenüe les luy rendre dedans Ferrare en l'equipage & bon estat qu'elles en auront esté tires & bailler aussy telle quantité de poudre, boulets, & autres munitions qu'il pourra sans son incommodité en les luy payant raisonnablement.

X. Plus a esté accordé que ledict Sieur Duc pourra retirer au service du Roy le Seigneur Camille avec trois cens escus de pension le mois, & cinquante hommes d'armes a la façon de France, & avec tel tiltre qu'il se pourra trouver raisonnable & que ledict Sieur se puisse servir de luy en telle sorte & lieu que bon luy semblera; & quand a sa compagnie, n'en estant besoin a la garde du dict Duc, le Roy s'en pourra servir, ou bon luy semblera, & en cas que le Roy ne peut avoir en son service le dict Sieur Camille, Sa Majesté pourvoira le dict Sieur Duc d'un autre Serviteur, & Capitaine agreable audict Sieur Duc avec la même pension & traictement dudict Sieur Camille, & en cas qu'il ne se trouvat personne qui meritast avoir les hommes d'armes, le dict Sieur Duc se pourra prevaloir de la dicte pension, pour accommoder un ou plusieurs Capitaines pour la garde de ses estats.

XI. Que les presens articles seront signés des dessudicts Cardinaux, & Duc, & auront force & vigueur de contraict, lequel lesdicts Sieurs Cardinaux seront tenus faire ratifier a Sa dicte Majesté dedans six semaines prochainement venant.

Fait à Ferrare le quinzieme jour de Novembre mil cinq cens cinqte cinq.

La ratification de ce traicté a esté envoyé a Monsieur le Cardinal de Loraine, qui l'a baillée a Monsieur le Duc, estant a Ferrare.

LXXII.

Articuli fœderis secreti inter Henricum II. Galliæ Regem, & Herculem II. Ferrariæ & Mutinæ Ducem, initi, d. d. 15. Novembr. An. 1555.

Premier Article.

PRemierement que le Roy prendra en sa protection, & sauvegarde tout l'estat, pays, terres & Seigneuries du dict Seigneur Duc de Ferrare, pour iceux conserver & defendre de toutes les forçes, & finances, avoir & pouvoir envers tous ceux qui voudroyent offenser & assaillir le dict Sieur Duc en aucun lieu de son dict estat, pays & Seigneuries, sans excepté le Pape, l'Empereur, ne aucun autre Prince & potentat, qui voulut entreprendre de faire la gverre au dict Sieur de Ferrare, laquelle advenant Sa dicte Majesté promet & s'oblige dresser & mettre luy une Armée suffiçante, non seulement pour resister & deffendre lesdictis pays, mais pour demeurer superieur & victorieux avec l'aide de nostre Seigneur allencontre de ceux qui y voudront entreprendre, promet aussi Sa dicte Majesté payer & souldoyer tous les gens de gverre de pied & de cheval de la dicte armée, &

& fournir aux frais de l'artillerie qui sera necessaire pour la dicte armée, & en campagne seulement.

Monsieur le Duc n'a rien trouvé de mauvais en cet article, bien a dict que l'on a accoustumé de faire un depost de quelque somme d'argent pour fureté du contenu de l'article, mais je lui ai faict reponse qu'il seroit impossible en ce temps de faire le dict depost, que le Duc Octavie n'en avoit demandé, & neantmoins chascun a vu le grand debvoir que Sa Majesté en avoit faict, parquoy n'en falloit parler icy.

II. Qu'advenant la gverre s'il est necessaire fortifier aucunes places, & faire forts nouveaux, bastions, cavalliers, tranchees, & autres fortifications necessaires, pressées & non volontaires, Sa Majesté les fera faire a ses propres cousts & depens, & de ses propres deniers, laissant audit Sieur Duc a porter la depense des autres fortifications qu'il voudra faire volontaires, & non pressées, ne en temps de gverre.

Monsieur le Duc a dit qu'il faut faire les fortifications de Verset, de Reye & Delphinat, qui ne doivent estre appellées volontaires d'autant qu'elles sont necessaires pour rendre tout son estat imprenable & quasi inaccessible, par quoi Sa Majesté y pourroit contribuer pour sa part.

III. Qu'en temps de paix, & non suspect pour tenir tout le dict estat en seureté & hors de danger, & d'estre surpris de ses voisins, & ennemis, Sa Majesté payera, & entretiendra de ses propres deniers au dict Sieur Duc deux mille hommes de pied de garnison ordinaire que le dict Sieur departira par ses places, ainsy que bon luy semblera.

Monsieur le Duc trouve bon cet article.

IV. Et outre cela baillera audict Sieur Duc de Ferrare, cent hommes d'armes du nombre de vieilles ordonances de France dont le dict Sieur Duc sera chef & Capitaine, que Sa Majesté fera payer sur son ordonnance par quartiers de trois mois, en trois mois, en temps de paix & de gverre, a la solde accoustumée des autres, avec les Estat & appointements de Capitaine, Lieutenant, & Enseigne, la quelle compagnie de cent hommes d'armes, le dict Sieur Duc pourra faire d'Italiens, ses subjects, ou autres, comme il lui semblera bon, & demeureront dans les pays du dict Sieur Duc en garnison departis par ses dittes places, comme bon lui semblera.

Il a aussi trouvé bon cet article.

V. Que Sa Majesté baillera au dict Sieur Duc pouvoir par lettres patentes de Lieutenant General de Sa dicte Majesté en toute l'Italie avec ample autorité de commander a tous les gens de gverre, tant de pied que de cheval, faire lever, casser, & remettre, traicter & accorder au nom de Sa Majesté toutes ligves, accords, & traictés, tresves & suspensions d'armes avec quelconque Prince & Potentat, que ce soit, & selon les occurrences, qui se presenteront, faire dons & presens, ordonner des finances, & de toutes les despenses ordinaires, & extraordinaires, comme ont accoustumé tous autres Lieutenants de Sa Majesté, avec promesse qu'autres Princes, ne Gentils-hommes, que le Roy voulut envoyer en Italie, ne pourra commander au dict Sieur Duc, sauf & reservé la personne de Monsieur le Dauphin, ou autres de Messeigneurs les Enfans du Roy.

Il a trouvé bon cet article.

VI. Que pour ayder au dict Sieur Duc a porter la despense qu'il sera contraint de croistre pour la conduite desdites affaires, Sa Majesté lui donnera de pension ordinaire, & pour son plat, la somme de dix huict mille livres par an, qui est à la raison de mil cinq cens escus par mois, par le tresorier de l'extraordinaire estant en Italie, par sa seule quittance, comme est accoustumé aux autres Lieutenants.

Monsieur le Duc a dict, que l'on en eut bien autant donné au Duc d'Urbin, & qu'on luy pourroit bien donner deux mil livres par mois, mais qu'il ne tiendroit pas a cela, qu'on ne fust d'accord.

VII. Que pour soulager le dict Sieur de si grandes affaires, & luy bailler personnes d'honneur & d'experience au faict de la gverre sur lesquells il se puisse reposer & descharger d'une partie desdites affaires, sera faict tout diligence d'accommoder au Service de Roy le Sieur Cammille Ursin luy baillant tittre & qualité de Capitaine General des armees du Roy en Italie, ou de Lieutenant du Roy en Toscane avec dix mil livres de pension, & sera aussi accommodé au service du dict Sieur le Sieur Baptiste Strossy avec pension de deux mille quatre cens livres par an, de tittre de Commissaire General & superintendant sur les monstres, veües & revenus des gens de gverre, pour l'experience & grande suffisance, dont le dict Sieur Duc le connoist.

Monsieur le Duc dit que le vray tittre du Sieur Camille doit estre Lieutenant du Roy en Toscane, & Monsieur de Termes en Lombardie, & qu'allant à la gverre comme d'eulx ne desdagneront pas de mener sans luy l'un l'avantgarde, & que le Sieur Camille doit avoir une compagnie d'hommes d'armes, pour ce qu'il en avoit une de Venitiens. Quant au Sieur Baptiste, que c'est le plus digne mestre de Camp qu'on sçauroit trouver en Italie, & qu'il luy faudroit ce tittre avec la superintendance de monstres.

Ex ore sedentis in throno bis acutus gladius procedit, & obvia quæque metit. Hic est gladius Salomonis, qui secat utrinque. Nos, qui Christi veri Salomonis personam, licet immeriti, divina providentia sustinemus. ejusque vicem gerimus, qui judicat orbem terræ in æquitate, & populos in justitia, cum de Romanæ Ecclesiæ juribus, vel tuendis, vel recuperandis coram nobis agitur, rectissimam tenemur proferre sententiam, qua, sublatis omnibus impedimentis, eidem Ecclesiæ quod suum est omnino restituatur, & contra justitiam nemini prorsus parcatur. Sicut enim aliena nec invadimus, nec cupimus, ita propria Ecclesiæ bona usque ad sangvinem tueri parati sumus. Atque ea sane in re nullum nobis, aut nostris commodum, vel lucrum quærimus. Hoc enim Christi, & ejusdem Ecclesiæ causa libenter omnibus concessuri essemus, sed Romanæ Ecclesiæ nos debitores agnoscimus, ut eam curæ nostræ commissam defendamus, & ab injustis oppressionibus vindicemus; ne, si in his defecerimus, hæc omnia Deus in districto judicio de manibus nostris requirat; Neque vero precibus, aut aliquo amore, vel odio, ullove humano affectu, (in quo divinam gratiam agnoscimus) ad hæc inducimur, sed zelus Domus Dei, antiqua consuetudo, Sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum observantia, vis jurisjurandi, & sollicitudo, quam circumferimus, omnium Ecclesiarum, & in primis Romanæ Ecclesiæ, cujus privilegia in B. Petro suscepta sunt divinitus, & in hunc usque diem derivata, nos accendunt, & silere, ac desides esse nequaquam permittunt, quinimo ad clamandum impellunt, ut vocis Apostolicæ sonus in omnem terram egrediatur, ut clamor patris à filiis audiatur, ut denique ad competitorum gemitus cunctorum corda fidelium excitentur. Cum enim malorum omnium radix cupiditas ita perditorum hominum animos occupavit, ut, juris ordine contempto, Ecclesiasticas ditiones, quas invaserint, vi, atque armis retinere, atque ad propriam commoditatem transferre moliantur, neque contra ipsos ullus executioni locus sit: ad Apostolicæ etiam potestatis officium pertinet, eos, tanquam hominum societate indignos, anathematis mucrone percurrere, & à Sacramentorum participatione, & communione fidelium præcidere, ut, qui Canonum, & judicii auctoritatem spernunt, divinæ saltem indignationis, atque æterni supplicii pœnas perhorrescant. Quod si gravissima Apostolici muneris administratio facile nos per se ipsa quotidie hortatur, ut, pro conservatione cæterarum rerum Ecclesiasticarum, eam, quam tenemur, curam adhibeamus, præcipuo tamen quondam jure admonemur, ut ditionum ad Romanam Ecclesiam pertinentium, quarum Custodes, & Administratores constituit nos Deus, ac præsertim Civitatis, & Ducatus Ferrariensis

rienſ. a nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, populi peculiaris, & antiquæ acquiſitionis ſanctæ Matris Romanæ Eccleſiæ merito appellati, defenſionem, prompto ac forti animo ſuſcipiamus, eorundem Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum exemplo, qui totam illam ditionem, ingenti ſumptu, ac labore conſervarunt, & ſæpe ab occupatoribus, ſpiritualium, ac temporalium armorum præſidiis vindicarunt. Teſtis eſt Deus, nos plane dolentes, & invitos eam deliberationem inituros. Paſtoralis ſiquidem officii, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ curis vacare maluiſſemus, quam ſeverioribus judiciis incumbere, aut cum quoquam bello decertare. Verum quia nemini inferimus, ſed illatam Eccleſiæ duntaxat injuriam propulſamus, ſicuti ex rerum geſtarum ſerie perſpicitur, ſi ſpiritualia arma minus profecerint, tunc, ut bonorum eccleſiaſticorum invaſores agnoſcant, Deum non modo montium, ſed etiam vallium Deum eſſe, & puniendi vim, ac poteſtatem tum ſpiritualem, tum temporalem habere, armis etiam, ac militibus, qui indies parantur, juſte utemur.

Sane cum ſuperioribus menſibus Alphonſus Eſtenſis, ultimus Ferrariæ Dux, rebus fuiſſet humanis exemptus, cumque eo ſine liberis, & deſcendentibus defuncto, civitas, & Ducatus Ferrariæ, illiusque Comitatus, & diſtrictus, ac aliæ civitates, terræ, caſtra, & loca, quæ dudum a Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris, ipſius Alphonſi Ducis Anteceſſoribus, ſub pactis, & conditionibus in inveſtituris factis contentis, in feudum conceſſa fuerunt, ob lineam finitam, ſeu ob alias etiam cauſas, una cum omnibus eorum territoriis, diſtrictibus, juriſdictionibus, fortalitiis, membris, pertinentiis, & juribus univerſis aperta, & ad nos, ac Romanam Eccleſiam, ſedemque & cameram Apoſtolicam reverſa, ſeu alias legitime devoluta extitiſſent, nobis, non ſine magna admiratione, & animi dolore innotuit, Cæſarem Eſtenſem, quem alioqui, quamdiu a recto juſtitiæ tramite non deflexit, ob Eſtenſis Familiæ nobilitatem paterne dileximus, & omnibus charitatis officiis proſequuti ſumus, aperitionis, reverſionis, devolutionis, ac jurium S. R. E. ſedisque & Cameræ prædictarum nulla habita ratione, nobisque & eadem ſede, de prædicti Alphonſi obitu tunc etiam non admonitis, civitatem, Ducatumque Ferrariæ, & alias civitates, terras, caſtra, & loca cum omnibus eorum territoriis, diſtrictibus, juriſdictionibus, fortalitiis, membris, pertinentiis, & juribus prædictis ſtatim de facto invadere, atque occupare, in noſtrum, Romanæque Eccleſiæ ac ſedis, & Cameræ prædictæ præjudicium, & contemptum, facere præſumſiſſe.

Et licet etiam ab ipſo Alphonſi obitu, pro jurium dictæ Romanæ Eccleſiæ, ac ſedis, & Cameræ præfatæ defenſione vim vi repellere, & injuſtis illius armis juſta noſtra, ac dictæ Romanæ Eccleſiæ arma opponere, ipſamque adeo civitatem Ducatumque Ferrarienſ. ac cætera loca prædicta reipſa vindicare merito potuiſſemus, benignius tamen ſecum agentes, forma prius, ac juris ordine ſervato, contra ipſum experiri, atque agere, nec non connivere aliquandiu maluimus, ſi forte reſipuiſſet, & ad cor reverſus, quod injuſte detinebat, reſtituiſſet. Interim tamen validum, tum peditum, tum equitum exercitum in ſtatu noſtro Eccleſiaſtico conflari, & apparari juſſimus, ne, ſi ille poſtea, finito civili judicio, noſtra benignitate abuteretur, ipſi in ejusdem civitatis, Ducatusque recuperatione ulterius impediremur, aut certe retardaremur.

Atque hoc certe conſilio nos, ad quos tantummodo hujusmodi cauſæ cognitio, & definitio, præſertim ex inveſtiturarum forma, & tenore ſpectat, ac pertinet, tunc eundem Cæſarem monendum, & requirendum duximus, ut infra quindecim tunc proximorum dierum ſpacium, quorum quinque pro primo, quinque pro ſecundo, & reliquos quinque pro tertio ultimo, & peremptorio termino, & monitione Canonica illi aſſignavimus, ſub excommunicationis, anathematis, maledictionis, privationis dignitatum, Dominiorum, Feudorum, bonorum, inhabilitatis, ac rebellionis, & læſæ Majeſtatis criminis, in primo capite pœnis, deberet a quibuscunque jactationibus, moleſtationibus, vexationibus, & impedimentis, nobis, ac Romanæ Eccleſiæ, nec non ſedi & Cameræ prædictis, ſuper Ducatu, civitatibus, terris, & caſtris, & aliis prædictis quovis prætextu, cauſa & quæſito colore illatis, & inferri comminatis re ipſa, & cum effectu ceſſaſſe, & deſtitiſſe, ipſamque Roman. Eccleſ. ac ſedem, & Cameram Apoſtolicam dicto Ducatu, & aliis prædictis, illorumque pleno jure, dominio, ac fructuum, & proventuum perceptione, liberaque, quieta, & pacifica poſſeſſione uti, frui, & gaudere permiſiſſe, eidemque Cæſari diſtricte præcipiendo mandavimus, & inhibuimus, ne ſub eisdem pœnis auderet, ſeu præſumeret, quovis prætextu, & quæſito colore poſſeſſionem Ducatus, civitatum, terrarum, caſtrorum, & aliorum prædictorum, per ſe, vel alium occupare, aut quovis modo in iis ſe ingerere, intrudere, & intromittere, & quatenus illorum poſſeſſionem occupaſſet, ſeu quovis modo in ea ſe ingeſſiſſet, intruſiſſet, ſeu intromiſiſſet, ut infra dictorum quindecim dierum ſpacium, quos etiam pro terminis, & monitione canonica, ut ſupra aſſignavimus, omnium & ſingulorum ſupra dictorum poſſeſſionem vacuam, liberam, & expeditam, nobis, ac Rom. Eccleſ. ſedique & Cameræ prædictis, realiter, & cum effectu dimiſiſſe, & ab omni occupatione, ingeſtione, intruſione, intromiſſione, & moleſtatione, abſtinuiſſe, & receſſiſſe deberet. Et ſi ipſe Cæſar, ut ſupra monitus in præmiſſis ſentiret ſe gravatum, eundem etiam peremptorie citavimus, quatenus decima quinta die, poſt executionem Literarum noſtrarum deſuper confectarum, ſi juridica eſſet, ſive prima die juridica poſt eam ſequenti, legitime compareret coram nobis, per ſe, vel ejus legitimum procuratorem, ad videndum in hujusmodi cauſa, ad omnes,

omnes, & singulos actus, & terminos necessarios, usque ad diffinitivam sententiam inclusive, etiam lite non contestata, procedi, aliaque fieri super his necessaria, seu quomodolibet opportuna certiorem facientes eundem Cæsarem, sic monitum, & citatum, sive ipse comparuisset, sive non. Nos nihilominus ad hæc, & alia, quæ justitia suaderet, ejus absentia, seu contumacia non obstante, processuros fuisse. Et hujusmodi nostra monitio, requisitio, inhibitio, & citatio ad dicti Cæsaris notitiam, quacunque ratione fieri posset, ac alias omni meliori modo, deduceretur, eundem Cæsarem, seu ejus procuratorem in Romana curia residentem, seu forsan in libris Cameræ descriptum personaliter, vel si ipsius Cæsaris procurator a Rom. Curia abesset, domi ejus solitæ habitationis, cum dimissione Cedulæ, quatenus autem nullus illius procurator constitutus, & descriptus fuisset, tunc juxta nimirum Capitulorum, & conventionum inter Romanos Pontifices, prædecessores nostros, & ejusdem Cæsaris Antecessores initarum formam ac tenorem, ipsum Cæsarem per officium, seu audientiam contradictarum, moneri, requiri, & citari mandavimus. Et nihilominus, ne ipse Cæsar aliquam præmissorum ignorantiam prætendere, aut ullo unquam tempore, vel quovis quæsito colore, seu prætextu allegare, seu alias se excusare posset, nostras super præmissis expeditas literas in forma Brevis, tam in Alma urbe nostra, in Lateranens. & Principis Apostolorum Basilicarum & Cancellariæ Apostolicæ valvis, ac in Acie Campi Floræ, per aliquem ex cursoribus nostris, quam etiam in Metropolitan. Bononiens. & Cathedralis Cervien. Ecclesiarum valvis, more solito legi, & publicari, ac ibi affigi, & per aliquod temporis spacium, affixas dimitti, illisque postea inde detractis, earum exempla in eisdem locis, pariter affixa relinqui similiter voluimus & mandavimus, decernentes, ut monitio, requisitio, inhibitio, citatio, seu ipsarum literarum publicatio, ut præfertur, factæ, & exequutæ, eundem Cæsarem perinde arctarent, & obligarent, ac si illi personaliter intimatæ fuissent, prout in nostris sub die 4. Novembris proxime præteriti.

Et deinde literis prædictis, illarum forma superius expressa servata, legitime intimatis & publicatis, cum intra præfixum terminum ipse Cæsar, nec aliquis ejus procurator comparuisset, imo ille in sua pertinacia persisteret, licet dictarum literarum plenam & indubitatam notitiam habuisset, quemadmodum ex procuratorio suo mandato autentico in actis causæ hujusmodi postea producto manifeste apparet: Nos in causa, & causis hujusmodi ad ulteriora procedendum duximus, ac examinatis ad nostri, & Cameræ prædictæ commissarii, ac fisci nostri procuratoris, generalium instantiam, pluribus testibus super incumbentibus, nonnullisque juribus productis, servatisque servandis, tandem diffinitivam protulimus sententiam, qua diximus, pronunciavimus, sententiavimus, decrevimus, & declaravimus, dictam civitatem, & Ducatum Ferrariensem, illiusque comitatum, & districtum, alias civitates, terras, castra, & loca prædicta cum eorum Territoriis, districtibus, jurisdictionibus, fortalitiis, membris, pertinentiis, ac juribus quibuscunque fuisse, & esse aperta, & ad ipsam Roman. Eccles. sedemque & Cameram Apost. reversa, & devoluta, ac Rom. Eccles. sedique & Cameræ prædictis incorporata, dictumque Cæsarem ab occupatione, & detentione civitatis, Ducatus, & aliarum civitatum, terrarum, castrorum, locorum, & aliorum supradictorum, amovendum, ejiciendum, & expellendum, sedemque & Cameram prædictas, & pro eis dilectos filios Mag. Paulum Emilium Zacchiam nostrum, & dictæ sedis Notarium de numero participantium, ac dictæ Cameræ commissarium, nec non Pompeum Mollellam utriusque Juris Doctorem, nostri fisci procuratorem generales, seu ab illis respective substituendos in possessionem civitatis & Ducatus Ferrariæ, aliarumque civitatum, terrarum, castrorum, locorum, & aliorum supradictorum immittendos, & inducendos, seu associandos fore, & esse, prout dictum Cæsarem amovimus, ejecimus, ac expulimus, & respective dictam sedem, & Cameram, ac pro eis dictos Paulum Emilium, & Pompeum seu substituendos ab eis respective immisimus, induximus, seu associavimus, induci que, immitti, seu associari mandavimus.

Jactationes quoque, molestationes, oppositiones, perturbationes, vexationes, occupationes, & impedimenta quæcunque per dictum Cæsarem Rom. Eccles. sedique & Cameræ prædictis, in, & super præmissis omnibus, & singulis, & illorum occasione quomodolibet factas, præstitas, & illatas, factaque, præstita & illata fuisse, & esse temerarias, illicitas, indebitas, & injustas, ac temeraria, illicita, indebita, & injusta, ac de facto præsumtas & præsumta, illasque & illa dicto Cæsari fecisse, & facere minime licuisse, nec licere, & propterea idem Cæsari super omnibus, & singulis præmissis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, prout imposuimus, ac mandata de immittendo, seu de associando, & alia quæcunque desuper necessaria, & opportuna decernenda, & relaxanda fore, prout decrevimus & relaxavimus, eundemque Cæsarem in omnibus, & singulis fructibus, reditibus, & proventibus per eum perceptis, & usque in diem liberæ traditionis, seu relaxationis dictæ Civitatis, & Ducatus Ferrariæ, aliarumque civitatum, terrarum, castrorum, locorum, & aliorum supradictorum in executione liquidandis, ac in omnibus, & singulis expensis hac de causa pro parte S. Rom. Eccles. ac sedis, & Cameræ Apostolicæ factis condemnandum fore, & esse, prout condemnavimus, dictorumque fructuum liquidationem, & expensarum taxationem nobis reservavimus, prout in sententia per nos lata, & manu nostra subscripta, ac per dilectum filium Lucium Calderinum Cameræ Apostolicæ Notarium lecta & publicata.

Et

Et deinde dilecto filio Magistro Horatio Spinolæ in utraque signatura Referendario, in Civitate nostra Bononiensi vicelegato dedimus in mandatis, ut statim atque per prædictos Commissarium, & procuratorem fiscalem, seu ab eis substitutos vel substituendos foret requisitus per se, vel alium, seu alios, dictos Commissarium, & procuratorem fiscalem, seu ab eis substitutos vel substituendos pro sancta Rom. Ecclesia, sedeque & Cam. Apost. in realem, actualem & corporalem possessionem civitatis, & Ducatus Ferrariæ, illiusque comitatus, & districtus, aliarumque civitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum, eorumque jurisdictionum, fortaliorum, membrorum, pertinentiarum, & jurium quorumcunque, juxta formam prædictæ sententiæ induceret, & immitteret, seu associaret, eosque sic immissos & inductos seu associatos conservaret, & defenderet, eundemque Cæsarem ab illorum occupatione & detentione amoveret, ejiceret, & expelleret, ac dictam sedem, & Cam. Apost. ac pro eis dictos Commissarium & Procuratorem fiscalem, vel ab eis substitutos, vel substituendos prædictos in possessionem hujusmodi immitti, induci, seu associari, ac immissos, & inductos, seu associatos defendi & conservari, & supradictum Cæsarem amoveri, ejici & expelli respective faceret, & mandaret, prout in aliis nostris etiam in forma Brevis die secunda Decembris expeditis literis.

Et successive dilectis etiam filiis Magistro Fabricio Verospio utriusque signaturæ nostræ Referendario, & literarum contradictarum audientiæ nostræ auditori, nec non Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, scholasticis cantoribus, tam Metropolitan. & Cathedralium, quam collegiatarum Canonicis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis, & cursoribus nostris quibuscunque in hac Alma urbe, ac per civitates, & diœceses Bononien. & Cervien. ac alias ubicunque constitutis, & cuilibet eorum præcepimus, & mandavimus, quatenus statim atque forent requisiti, seu aliquis eorum foret requisitus, ex parte & autoritate nostra sententiam per nos, ut præfertur, latam & promulgatam, ac omnia, & singula in ea contenta, dicto Cæsari, omnibusque aliis, & singulis sua quomodolibet interesse putantibus nostras literas per edictum in hac Alma urbe nostra, in Lateranensis, & principis Apostolorum Basilicarum, & Cancellariæ Apostolicæ valvis, & in Acie Campi Floræ, ac etiam in Metropolitan. Bonon. & Cathedralis Cerviensium Ecclesiarum valvis respective, more solito legendo, & publicando, ac ibidem affigendo, & per aliquod temporis spatium affixas dimittendo, illisque postea inde detractis earum exempla in eisdem locis pariter affixa relinquendo, & in dicta nostra audientia literarum contradictarum, etiam more solito legendo, intimarent, & notificarent, ac ad illorum, & uniuscujusque ipsorum notitiam deducerent, & deduci facerent, & mandarent, prout nos prædictam sententiam, & in ea descripta omnia, & singula dicto Cæsari, ac omnibus, & singulis aliis prædictis intimavimus, insinuavimus, & notificavimus, ac ad eorum, & cujuslibet ipsorum notitiam deduximus, & deduci voluimus, & mandavimus: Decernentes hujusmodi intimationem, insinuationem, & notificationem, ac publicationem eundem Cæsarem, & alios prædictos, perinde arctare, afficere, & obligare, ac si illis, & cuilibet eorum personaliter intimatæ fuissent, prout in aliis, etiam in forma Brevis, die tertia ejusdem Mensis Decembris expeditis literis plenius continetur.

Cum autem prædictus Cæsar monitioni, requisitioni, curationi, & inhibitioni nostris supradictis parere, ac Civitatem, & Ducatum Ferrariæ, aliasque civitates, terras, castra, loca, fortalitia, membra, jurisdictiones, cæteraque supradicta ab ipso de facto occupata, nobis, & Romanæ Ecclesiæ, & sedi, & Cameræ libera restituere, & dimittere distulerit, quinimo civitates, terras, castra, loca, fortalitia, & alia præfata Militibus atque armis diligentius instruxerit, commeatum comportaverit, Ferrariensis ditionis fines, qua maxime statum nostrum immediate nobis, & sedi, ac Cameræ prædictæ subjectum pertingunt, præsidiis firmaverit, atque etiam aggeribus, & vallo de novo communiverit, quod ex forma, & tenore investiturarum, etiam legitimis, & veris Ducibus minime licuisset, & præterea per productionem, & exhibitionem cujusdam scripturæ in procuratorio mandato superius dicto, insertæ, pro declinatione videlicet judicii nostri, in hujusmodi causa, inter alia, aliquos judices sibi confidentes per nos deputari, etiam contra Capitulorum, & conventionum inter Romanos Pontifices prædecessores nostros, & dicti Alphonsi antecessores initarum continentiam & tenorem institerit, ut jura sua coram eis probare posset, quæ tamen apud nos, & sedem Apostolicam nunquam legitime probavit, & denique processum, sententiam, mandata, & monita nostra prædicta neglexerit, in grave animæ suæ detrimentum, in divinæ Majestatis offensionem, ac nostrum, & Apostolicæ sedis contemtum, perniciosumque exemplum, & Christianorum omnium scandalum manifestum, excommunicationis majoris, anathematis, maledictionis, aliarumque censurarum pœnas Ecclesiasticas, contra civitatum, terrarum, locorum, bonorum, & jurium, S.R.E. invasores & occupatores, per diversas Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, ac per literas die Cœnæ Domini singulis annis legi solitas, & per sacros Canones generalium Conciliorum, ac præsertim Oecumenici generalis Concilii Tridentini Decreta, nec non etiam per literas nostras monitoriales, inhibitorias, & citatorias supradictas inflictas damnabiliter incurrendo.

Cumque hæc omnia, tum ex præfati Horatii

dictæ civitatis nostræ Bononiensis Vicelegati authentico testimonio, & fide digna relatione, qui nobis nuper significavit, civitatis, Ducatusque Ferrariæ, cæterarumque civitatum, terrarum, castrorum, locorum, fortalitiorum, membrorum, jurisdictionum, aliorumque supradictorum realem, & actualem possessionem, prout illi in mandatis dederamus, eo quod loca supradicta, ejusdem Cæsaris arcta militum custodia, & præsidiis, armisque septa sint, ac munita, adeo, ut nusquam tutus ad illa pateat accessus, & propterea alicui exequutioni locus non sit, capi, & apprehendi minime potuisse, nec posse, tum etiam ex ipsa facti permanentis evidentia, clariora nunc, & majora existant, quam ut cujusquam attestatione, aut probatione amplius indigeant, ac denique nulla tergiversatione, aut excusatione cælari possint. Cumque etiam a veritate omnino sit alienum, & nullo prorsus nitatur fundamento, id quod dictus Cæsar, ut se aliquo pacto tueatur, passim, sicut accepimus, jactat, se nimirum in linea antecessorum dicti Alphonsi Ducis, atque in investituris, de terris, castris, & locis prædictis a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris ipsius Alphonsi Ducis antecessoribus factis comprehensum esse, præter alia apud omnes certa, & indubitata, quamcunque præsumptionem, & prætensam suam probationem penitus excludentia, & ex investituris ipsis resultantia, ac omnibus plane cognita, perspecta, atque notoria, firmo etiam argumento est, ipsius Alphonsi Ducis confessio, ac testificatio. Is enim, omni liberos suscipiendi spe jam pridem destitutus, hac ipsa de re, dum viveret, cum Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris crebris literis, & oratoribus missis egit, eoque consilio, annisque proxime elapsis, ad urbem se contulit, ac novissime etiam a nobis per literas, & nuntios suppliciter petiit, ut investituræ dictæ civitatis, & Ducatus Ferrariens. aliarumque civitatum, & locorum prædictorum prorogatio sibi pro personis nominandis concederetur. Qua in re etiam Regum, & Christianorum Principum commendatione, & precibus usus fuit, licet omnium animis ac voluntatibus pertentatis, rebusque diu, multumque perpensis, ac deliberatis, ob multas, & illas gravissimas, & justissimas causas, nihil tandem obtinuerit. Id vero idem Alphonsus procul dubio sibi tentandum nunquam existimasset, si dictus Cæsar in prædictis investituris comprehensus fuisset, & nisi pro certo habuisset, se absque liberis, ac descendentibus defuncto, quod tandem evenit, lineam quoque ac stirpem suam omnino desituram. Ex quo facile etiam perspicitur ejusdem Cæsaris, non modo injusta dictæ civitatis, & Ducatus, cæterarumque civitatum, & locorum occupatio, sed etiam manifesta & plena inanis consilii jactantia, in titulo, & nomine Ducis civitatis Ferrariens. & ejusdem Ducatus insignibus de facto sibi asciscendis, quæ tum apud suos, tum apud plerosque Principes viros, uti audivimus, passim usurparit.

Nos igitur, quibus nihil minus ferendum, quam ut nostra, & S. R. E. sedisque & Cameræ Apostolicæ jura a quoquam violentur, vel indebite occupentur, minime connivendum, aut diutius dissimulandum esse duximus. Et quia hactenus humanis remediis utentes parum profecimus, ad divina præsidia, preces nimirum recurrimus, quas in hac Alma urbe nostra, universo Clero, & populo ad primarias Basilicas, & Ecclesias indiximus, ut Deus, ac pater misericordiarum mentem ejusdem Cæsaris huc divinæ gratiæ illustraret. Verum cum ille adhuc in sua animi duritie persistat, ad arma spiritualia deveniendum duximus, si forte etiam Ecclesiæ timeat judicium, cui parere tenetur, ne si demum non paruerit, ipsam obligationis suæ sententiam, ex alia quoque culpa, id est, ex inobedientia mereatur, atque augeat.

Habita igitur prius super his cum venerabilibus Fratribus nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus diligenti ac matura deliberatione, & de illorum unanimi consilio pariter, & assensu, & omnium & singularum investiturarum, nec non Monitorii, Processus, Sententiæ, mandati de immittendo in possessionem, ac intimationis prædictarum literarum tenores præsentibus pro expresis habentes, & omnes ac singulos juris, & facti, & quarumcunque solennitatem, etiam substantialium omissiones, & defectus, si quæ, vel qui forsan intervenerint in præmissis, stante hujusmodi occupationis notorietate, de qua nobis constitit, & constat, ac ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, etiam de potestatis plenitudine supplentes, & eandem occupationem, ac impedimentum notorium, & facti permanentis existere, & nulla juris solennitate, aut ulterioris probationis adminiculo indigere declarantes, sicque per quoscunque judices, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari, & interpretari & definiri debere, irritum quoque & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit attentari, decernentes, Attento, quod ut supra dictum fuit, contra ipsum Cæsarem reum, nec realis nec personalis executio fieri potuit, & stante etiam ejusdem vera erga nos contumacia, propter certam ipsius præmissorum scientiam, de qua in procuratorio mandato supradicto, in actis causæ hujusmodi producto, ut supra dictum est, constat.

Cum Jesu Christi vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in B. Petri Apostolorum Principis persona sit dictum, quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis, prædictum Cæsarem, civitatis, & Ducatus nostrorum Ferrariæ, illiusque comitatus, & districtus, aliarumque civitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædicti Alphonsi Ducis antecessoribus in feudum per Romanos Pontifices prædecessores nostros concessorum una cum omni-

omnibus eorum territoriis, districtibus, jurisdictionibus, fortalitiis, membris, pertinentiis, & juribus universis, invasorem & occupatorem manifestum, nec non illicitum detentorem, ac nostrum, & S. R. E. sedisque & Cameræ prædictæ rebellem, & hostem majoris excommunicationis, anathematis & maledictionis sententiam, atque alias Censuras Ecclesiasticas per supradictorum Romanorum Pontificum constitutiones, ac literas die Cœnæ Domini legi solitas, nec non etiam sacros Canones generalium Conciliorum, ac præsertim œcumenici generalis Concilii Tridentini decreta, ac præterea rebellionis læsæ Majestatis criminis in primo capite, & alias pœnas, etiam per nostras monitoriales & inhibitorias, & citatorias supradictas inflictas, ipso facto incurrisse, eumque propterea omnibus, & singulis, gratiis, titulis, honoribus, prærogativis, dignitatibus, privilegiis, favoribus, facultatibus, etiam gabellas, seu collectas imponendi, & exigendi, indultis, tolerantiis, remissionibus, libertatibus, immunitatib9, jurisdictionibus, nec non etiam omnibus& quibuscunque aliis in hunc usque diem obtentis concessionibus & locationibus, ac præterea civitatibus, ac earum terris, castris, oppidis, fortalitiis & locis, juribus, jurisdictionibus, & ulterius bonis quibuslibet, tam allodiadibus, & emphitevticis, quam etiam feudalibus, cæterisque quibuscunque per eum, ante præmissa forsan, a quibuscunque Ecclesiis, vel ab earum quomodolibet dependentibus, hactenus habitis, seu quovis modo possessis, ac in quibus, & ad quæ jus sibi quomodolibet competebat & competit; insuper ejusdem Cæsaris filios, fratres, omnesque alios illius consanguineos, agnatos, affines proximos, aut illi quovis gradu conjunctos, in præmissis, seu eorum aliquibus, vel ad illa quomodolibet jus habentes, & habere prætendentes, quorum omnium, & singulorum nomina, & qualitates præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, ac omnium eorum filios, posteros, & successores quoscunque propter præmissa, illis omnibus, & singulis ac omni in illis successionis jure in perpetuum privatos, incapaces, atque indignos ad illa, & qualibet alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda, & ad omnes actus legitimos exercendas inhabiles.

A prædictis autem privationis, incapacitatis & inhabilitationis pœnis neminem ex supradictis etiam prætextu minoris ætatis, aut sexus, excusari, seque ab illis eximere, aut tueri posse, quo minus propter præmissa, ab hujusmodi successione penitus exclusi sint, & esse censeantur, de simili fratrum consilio, & assensu, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Et nihilominus sententiando in eundem Cæsarem excommunicationis majoris, anathematis, maledictionisque sententiam, ipso jure, ut præfertur, incursam, de consilio, & assensu similibus promulgamus, eumque excommunicatum, anathematizatum, & maledictum per præsentes denunciamus. A qua excommunicationis, anathematis & maledictionis sententia, præterquam in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi prius prædicta indebite occupata, cum effectu nobis, & Romanæ Ecclesiæ, ac sedi, & Cameræ prædictæ restituerit, ab alio, præterquam a nobis, seu a Romano Pontifice pro tempore existente, etiam motu proprio, & consistorialiter, prætextu cujuscunque indulti, privilegii, aut facultatis cuivis personæ, quantumvis ad Imperatoris, Regum, vel aliorum Principum Christianorum instantiam concessæ, aut concedendæ, & licet speciali nota dignæ, vel alterius cujuscunque gratiæ, & indulgentiæ, absolutionis beneficium obtinere nequeat, ac ipsum Cæsarem civitatibus, terris, castris, oppidis, fortalitiis & locis, juribus, jurisdictionibus, & bonis quibuslibet Ecclesiasticis, emphytevticis, etiam feudalibus, a quibusvis Ecclesiis obtentis, cæterisque quibuscunque, ac etiam allodialibus aliisque in quibusvis locis, terris, & dominiis existentibus, & ad eum spectantibus & pertinentibus supradictis, similiter perpetuo privamus, & privatum esse decernimus, ipsaque civitates, terras, castra, oppida, fortalitia, loca, cæteraque bona Ecclesiastica emphitevtica, & feudalia a quibusvis Ecclesiis per eum obtenta ad Ecclesias, & eorum directos Dominos devolutas ac devoluta, & reversas ac reversa, allodialia vero confiscata, & fisco incorporata respective fore, & esse, reliqua vero supradicta occupantium, ut infra, licite fieri decernimus & declaramus.

Omnes præterea communitates & universitates, ac particulares etiam personas, tam seculares, quam Ecclesiasticas, cujuscunque status, gradus, conditionis, qualitatis, ordinis, dignitatis & præeminentiæ fuerint, civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, fortalitiorum & locorum supradictorum, illorumque incolas, & habitatores, nec non etiam Gubernatores, Præfectos, Prætores, Potestates, Rectores, loca tenentes, substitutos, Vicarios, universosque ministros & officiales, Arcium præterea, & fortalitiorum custodes, & castellanos, a quocunque fidelitatis juramento, aut promissione ipsi Cæsari quomodolibet præstitis penitus absolvimus, & liberamus.

Ac insuper omnes & singulos supradictos, nec non ejusdem Cæsaris filios, fratres, consanguineos, agnatos, affines, proximos, aut illis quovis gradu conjunctos supradictos, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis infra scriptis, quas contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrere volumus, tenore præsentium requirimus, & monemus, eisdemque districte præcipiendo mandamus, quatenus omni allegatione cessante, & comparitionibus, instantiis, oppositionibus, exceptionibus, replicationibus, dilationibus, recusationibus, subterfugiis, protestationibus, & frivolis appellationibus ad præmissorum excusationem inducendam, vel infra scriptorum exequutionem impediendam, vel differendam, etiam ad nos & sedem

dem prædictam ac etiam a processu, & sententia prædictis, ipsius Cæsaris, vel cujusvis alterius nomine forsan interpositis, seu quomodolibet factis, seu imposterum interponendis, & faciendis, quas ex nunc, prout ex tunc, nullas, & de facto interpositas, & factas fore nunciamus, omnino rejectis, atque sublatis infra duodecim dierum spacium, postquam præsentes literæ fuerint publicatæ, quorum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies pro tertio, & ultimo, ac peremptorio termino, & monitione canonica, eis omnibus, & eorum fingulis assignamus, in civitatibus, terris, castris, oppidis, locis, fortalitiis, & aliis supradictis se de cætero non ingerant, nec in illa intromittant, ac illarum civitatum, terrarum, oppidorum, castrorum, & locorum supradictorum, quæ ad nos, & ad Rom. Eccl. Sedemque & Cameram prædicta reversa, & devoluta, ut præfertur, sunt, possessionem realem, actualem, vacuam, & expeditam, nobis, & Rom. Eccl. Sedique & Cameræ prædicti dimitti, & relaxari curent, & cum effectu faciant, seque ab omni ipsius Cæsaris subjectione, obedientia, atque adhærentia prorsus eximant, & subtrahant, ipsumque Cæsarem pro suo Duce, Domino, aut superiore non habeant, nec talem appellent, aut inscribant, vel Ducalia ejus insignia publice, aut privatim exponant, nec eidem de redditibus, aut juribus Ducalibus aliquid solvant, vel præstent, sed qui nobis, & Rom. Eccl. Sedique & Cameræ prædictæ in temporalibus subjecti sunt, nos, & ipsam Rom. Eccl. Sedemque & Cameram prædictam tantummodo, ac pro tempore existentem Romanum Pontificem immediatum Dominum, & superiorem, ut tenentur, agnoscant, & revereantur, nobisque & eidem Ecclesiæ, Sedique & Cameræ prædictæ de emolumentis, ac juribus prædictis omnino respondeant.

Qui vero Ecclesiis, vel aliis subjecti sunt, ipsis Ecclesiis, vel eorum dominis directis, jura & emolumenta debita persolvant.

Et nisi Cæsar, & alii privati supradicti ex ipsis civitatibus, terris & castris & locis prædictis discesserint, eos personaliter detentos, & captos ad nos transmittant, vel saltem de eisdem locis vi, atque armis, ubi opus fuerit, ejiciant, alioquin lapsis duodecim diebus hujusmodi, ultra Cæsarem, etiam alios supradictos privatos, & alios quoscunque ipsius Cæsaris fautores, consultores, adhærentes, conversantes, complices, & sequaces, & quemlibet eorum, acsi nominatim singuli præsentibus expressi, nec non singulares quoque personas dictarum communitatum & universitatum, ac illarum incolas, habitatores, & alios supradictos, qui præsentibus nostris requisitioni, monitioni, & mandato minime paruerint, aut, ne illis pareatur, seu ut pareri differatur, consuluerint, suaserint, fecerint, dixerint, vel procuraverint, seu alias directe vel indirecte, tacite vel expresse, præmissorum expeditionem impediverint, vel quovis modo in hoc culpabiles fuerint, supra dictam excommunicationis majoris sententiam, quam de eorundem fratrum consilio pariter & assensu, ex nunc, prout ex tunc, & e contra, in illos, & quemlibet eorum in his scriptis promulgamus, incurrant, eo ipso, a qua, præterquam in mortis articulo similiter constituti, nisi a nobis, vel a Romano Pontifice pro tempore existente, etiam cujuscunque indulti, privilegii, vel facultatis cujus personæ, ut supradictum est, pro tempore concessæ prætextu, gratiam, vel absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Ita ut, si quem eorum in mortis articulo constitutum absolvi contingat, qui postmodum convaluerit, in eandem excommunicationis sententiam rursus incidat, & relabatur eo ipso, nisi post convalescentiam requisitioni, monitioni, & mandato nostris prædictis paruerit cum effectu. Et si Cæsar per tres dies post publicationem præsentium, cæteri vero moniti & excommunicati prædicti, per alios etiam tres dies post lapsum dictorum duodecim dierum eis præfixorum immediate sequentes, respective excommunicationis sententiam, animo quod absit sustinuerint indurato, nos sententiam ipsam aggravamus. Ac ex nunc, prout ex tunc, civitates, terras, castra, oppida, & loca supradicta omnesque & singulas in illis existentes Ecclesias, Monasteria, Oratoria, Capellas, ac religiosa & pia loca quæcunque, de eorundem fratrum consilio similiter & assensu prædicta auctoritate Ecclesiastico subjicimus interdicto, Ita ut, illo durante, in illis, nec publice nec privatim Missarum solemnia aliaque divina officia celebrentur, præterquam in casibus jure permissis & in illis etiam non nisi januis clausis, ac excommunicatis, & interdictis prorsus exclusis, etiam prætextu quarumcunque concessionum, privilegiorum, indultorum, apostolicorum, quibuscunque prælatis, aut aliis personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam quorumvis ordinum, etiam Mendicantium, aut institutorum Regularibus, vel ipsismet civitatibus, terris, castris, oppidis, & locis eorumque domini Ecclesiis, Monasteriis, Oratoriis, Capellis, ac religiosis, & piis locis, ac particularibus etiam personis, ac quibuscunque aliis in genere vel in specie, sub quibuscunque tenoribus, & formis concessorum, quæ omnia, & singula, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, ad hunc effectum, & quoad loca, & personas interdictas prædictas suspendimus, & nulli suffragari volumus.

Si quis autem Sacerdos, tam secularis, quam cujuscunque ordinis, vel instituti Regularis & si Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel quavis alia dignitate Ecclesiastica insignitus fuerit, salutis propriæ immemor, interdictum hujusmodi violare præsumpserit, Missarum solennia, vel alia divina officia in eisdem locis, & coram personis interdictis celebrando, seu verius, quantum in eo fuerit, Ecclesias, & eadem pia loca profanando, præter alias pœnas Canonicas contra tales editas, quibus non immerito subjacebit, eo ipso sententiam majoris excom-

communicationis incurrat. Cæteri vero Clerici prædictum interdictum temere violantes, ultra hujusmodi pœnas Canonicas, alias etiam arbitrio nostro corporales se noverint incursuros.

Et nihilominus auctoritate Apostolica districtius inhibemus, ne quis ex supradictis prædicto Cæsari, aliisque excommunicatis prædictis divina officia celebrare, Ecclesiastica Sacramenta administrare, vel etiam verbum Dei intra loca interdicta prædicare præsumat.

Quicunque autem contra inhibitionem hujusmodi venire tentaverit, præter alias pœnas Canonicas, quas incurret eo ipso, Episcopi suspensionis à divinis, & Pontificalium exercitio, ac interdicti ingressus Ecclesiæ, fructuumque mensæ Episcopalis perceptione, alii vero excommunicationis sententiam incurrant eo ipso. Et ulterius ministrantes, & prædicantes, ut præfertur, omnibus officiis, & beneficiis privati sint, & à sacris ordinibus ipso facto, sine alia declaratione, & absque spe alicujus restitutionis à sede Apostolica obtinendæ suspensi, liberumque sit iis, ad quos dignitatum, & beneficiorum hujusmodi dispositio, seu quævis ordinatio quocunque jure pertinet, ad illas procedere.

Si vero dicti moniti, excommunicati, & interdicti, per alios tres dies immediate sequentes resipiscere, & ad cor reverti, ac nostris mandatis prædictis obtemperare distulerint, & in sua manserint cordis duritia, & perversa obstinatione persistere, eos, & quemlibet eorum reaggravationis, anathematis, & maledictionis, ac damnationis telo perstringimus, & omnium Ecclesiasticarum pœnarum vinculis ligatos, censurarumque laqueis irretitos esse pronunciamus, nec non reos criminis læsæ Majestatis, & ab omnibus dictæ Romanæ Ecclesiæ fidelibus, & devotis, cum eorum bonis perpetuo diffidatos dicta auctoritate, & potestatis plenitudine declaramus. Ac generaliter civitates, terras, oppida, castra, & loca quæcunque, ad quæ aliquem eorundem excommunicatorum declinare contigerit, quamdiu ibidem permanserit, ac triduo post recessum ejusdem simili interdicto subjicimus nec non monitos, excommunicatos, aggravatos, anathematizatos, & maledictos prædictos dignitatibus, & honoribus, in quibus constituti existunt, & tam ipsos, quam civitates, terras, castra, oppida, & loca prædicta omnibus immunitatibus, privilegiis, facultatibus etiam collectandi, seu Gabellas imponendi, & collectas, ac Gabellas impositas exigendi, & indultis, etiam studii generalis concessionibus, gratiis & dignitatibus, & honoribus, quibus utuntur, & gaudent, seu muniti sunt, nec non bonis omnibus, quæ in feudum, vel in emphyteusim, seu alias à prædicta Romana, seu aliis Ecclesiis, Monasteriis, & locis Ecclesiasticis obtinent, penitus privamus, dictaque bona feudalia, vel emphyteutica, & alia ab Ecclesiis obtenta, ut de aliis supra dictum est, ad dominos suos reverti debere, ita ut de illis libere possint disponere, decernimus.

Et si aliqui ex monitis, excommunicatis, aggravatis, reaggravatis, & anathematizatis, & maledictis Clerici seculares, vel regulares, cujuscunque Ordinis, & instituti, vel alias Religiosi, etiam Prælati, Superiores, Administratores, seu Rectores Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, vel Collegiorum extiterint, & in quibusvis etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, Dignitates, seu Canonicatus, & Præbendas, aut parochiales Ecclesias, vel earum perpetuas Vicarias obtinuerint, seu alias beneficiati quoquomodo, & in sacris Ordinibus constituti fuerint, ac etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia dignitate Ecclesiastica, ut præfertur, præfulserint, illos Prælaturis, Administrationibus, regiminibus prædictis, ac omnibus, & singulis dignitatibus, personatibus, officiis, Canonicatibus, & præbendis, aliisque beneficiis & titulis, pensionibus, & reditibus Ecclesiasticis ac etiam Patriarchalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis, etiam absque declaratione, aut solennitate, & sine ulla spe restitutionis ad illa, ut præfertur, similiter privamus, ac privatos esse per præsentes statuimus atque decernimus. Quodque de Ecclesiis, Monasteriis, Dignitatibus, Canonicatibus aliisque beneficiis prædictis possit & debeat per sedem prædictam duntaxat, non autem per alios similiter libere disponi atque provideri.

Insuper Cathedralium & aliarum Ecclesiarum hujusmodi Episcopis, Administratoribus, vel Prælatis ac etiam Canonicis, & Capitulis, Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, Abbatibus quoque, Prioribus, Monachis, etiam Cisterciensis, Clunacienfis, Præmonstratensis, aliarumque Congregationum, ac etiam fratrum Prædicatorum, Minorum & Eremitarum, S. Augustini, Carmelitarum, & aliorum quorumcunque Mendicantium ac quorumvis institutorum Religiosis, ac aliis personis Ecclesiasticis secularibus, vel Regularibus, ac etiam scholaribus, ibidem studii causa degentibus, (Episcoporum Vicariis aliorumque ordinariorum duntaxat exceptis) districte præcipimus, & mandamus, ut infra tres dies ultimo dictos, ex civitatibus prædictis, illarumque Diœcesibus, sub prædictis pœnis, etiam ipso facto per eos, ut præfertur, incurrendis, omnino discedant & exeant, ne ad easdem civitates & Diœceses revertantur donec moniti, excommunicati, aggravati, reaggravati, anathematizati, & maledicti prædicti nostris mandatis supradictis in omnibus obtemperaverint, ac à censuris hujusmodi absolutionis beneficium, ac interdicti relaxationem, per satisfactionem condignam, meruerint obtinere.

Concedimus tamen, quod in Cathedralibus, & aliis collegiatis & non collegiatis Ecclesiis & Domibus Regularium pro custodia ipsarum Ecclesiarum, vel domorum, duo, vel tres conversi, & illiterati vel Clerici, in minoribus ordinibus constituti, & in Ecclesiis Parochialibus, vel aliis, in quibus exercetur cura animarum pro ministrando baptismate parvulorum, pœnitentia morientium & aliis Sacramentis Ecclesiasticis, quæ

quæ tempore interdicti ministrari permittuntur, aliqui Presbyteri, & Sacerdotes vel earum Rectores seu alias curæ animarum Præpositi, ibidem licite valeant remanere.

Quod si permissa facere distulerint, ultra supradictas pœnas, sciant nos eorum Cathedrales Ecclesias Pontificales dignitatis honore privaturos, & ipsas aliis Ecclesiis, arbitrio nostro eligendis, & nominandis, omnino subjecturos ac ad graviores alias pœnas tam spirituales quam temporales contra eorum singulos respective irremissibiliter processuros.

Præterea, ut, quos juris ratio à malo non revocat, judicii severitas coërceat, supradictos monitos, excommunicatos, aggravatos, reaggravatos, anathematizatos, & maledictos, nisi saniora consilia susceperint, & quamdiu in dicta malitia perduraverint, simili modo decernimus infames esse, nec ad dignitates, honores, & officia aspirare, aut ascendere, testimonium perhibere, Testamenta, & codicillos condere, alicujus successionem ex testamento, ab intestato acquirere, legata vel donationes capere, compromissum in se suscipere, de instrumentis, si notarii fuerint, rogari, neque credita ab eorum debitoribus exigere ullo modo posse, nullos eis in quocunque negotio respondere, sed ipsos ad respondendum aliis teneri, neque causas ad eorum notitiam perferri debere, ipsos nec ad regimen nec ad judicium assumi, nec alias jurisdictionem exercere posse, & si exercuerint, illorum sententias irritas esse, nullosque processus existere, neminem eis in quocumque judicio patrocinium præstare, nec ipsos ad patrocinandum pro aliis admitti, contractus in ipsorum favorem initos nullius esse roboris, vel momenti. Nullum ipsis juramento, vel pacto obligari, ipsos vero omnibus obligari posse, & cum licite se obligaverint, ad ea quæ promiserint, omnino teneri, filios quoque, nepotes, & descendentes eorum, usque ad quartam generationem, tam Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, Canonicatibus, & Præbendis, aliisque beneficiis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis ordinum Regularibus, quam etiam honoribus, dignitatibus, & officiis secularibus, si quæ obtinent, ipso jure privatos, & de cætero ad similia & Ecclesiasticos ordines inhabiles penitus existere.

Præterea charissimos in Christo filios, Romanorum Regem Illustrem in Imperatorem electum, & alios Christianos Reges, etiam speciali nota dignos, Respublicas, Principatus, ac dilectos filios nobiles viros, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, & quavis alia mundana dignitate, & potestate fungentes, in quibuscunque mundi partibus existentes, quantumvis liberos, & exemptos, quos Ecclesiasticæ libertatis vindices, & jurium Ecclesiæ, præsertim Rom. propugnatores esse decet, per viscera D. N. Jesu Christi paterne hortamur, & in Domino monemus, ac eisdem omnibus, & singulis, nec non Communitatibus, ac universitatibus, quamcunque potentiam, & dominium obtinentibus, per præsentes injungimus, & inhibemus, ne cum prædicto Cæsare, aliisque supradictis monitis, & excommunicatis, aggravatis, reaggravatis, anathematizatis, & maledictis, maxime ad impediendam recuperationem Civitatis, & Ducatus Ferrariensis, ejusque Comitatus, & districtus, ac aliarum civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum & locorum, eorumque territoriorum, districtuum, jurisdictionum, fortalitiorum, membrorum, jurium, & pertinentiarum, aliorumque prædictorum ad nos, & Roman. Ecclesiam, Sedemque & Cameram prædictas devolutorum, & per eundem Cæsarem occupatorum, quovis quæsito colore, ingenio, vel prætextu, publice, vel occulte, directe, seu indirecte, per se, vel alios, fœdera, vel societates, pactionesve quocunque modo ineant, aut illorum protectionem, defensionem, patrocinium, vel tutelam suscipiant, vel alias nobis, vel ejusdem R. E. sedisque & Cameræ prædictæ Ministris, officialibus, seu agentibus, nec non Ducibus Armorum, Capitaneis, ac militibus dictam recuperationem procurantibus, se opponant, aut impedimentum aliquod inferant, vel ipsi Cæsari, & aliis supradictis in præmissis quocunque alio modo cogitato, vel inexcogitato, palam, vel secreto, similiter per se, vel per alios, consensum, auxilium, consilium, vel favorem præstent. Et quatenus jam fœdera, societates, aut pactiones aliquas in præjudicium nostrum, Romanæque Ecclesiæ & sedis, ac Cam. prædictæ iniverint, & concluserint, seu jam Cæsaris, & aliorum prædictorum in præmissis protectionem, defensionem, patrocinium, vel tutelam susceperint, vel suscipere promiserint, etiam, si dicta fœdera, societates, pactiones, protectiones, patrocinia, & promissiones aliquarum forsan pœnarum adjectione munitæ, ac juramento vallatæ sint, ne similiter illas, & illa continuent, prosequantur, aut quoquomodo adimpleant, vel observent. Nos enim illa omnia, & singula, ipsorum tenores præsentibus pro expressis habentes, tanquam injusta, illicita, & iniqua, & contra nostrum, & S. R. E. sedisque & Cameræ Apostolicum statum, & adversus immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam inita, facta, & suscepta, una cum juramentis præstitis nulla, & irrita esse, & non tenere, nullisque viribus subsistere, & nemini, quominus censuras prædictas incurrant, impedimento esse, aut excusationem afferre posse, declaramus. Et nihilominus pro majori supradictorum cautela dicta juramenta forsan præstita, quatenus opus sit, tenore præsentium eisdem remittimus, & relaxamus.

Cæteris præterea Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Domicellis, feudatariis, vasallis, & aliis quibuscunque in temporalibus nobis, & S. R. E. Sedique & Cameræ prædictæ mediate, vel immediate quomodolibet subjectis, vel alias non subjectis similiter districte præcipiendo mandamus, ne de cætero stipendia prædicti Cæsaris, aut ei directe, vel indirecte, publice, vel occulte, quovis modo, ut præfertur, adhærentium, consentientium, auxilian-

xiliantium, consulentium, vel faventium contra nos, & Romanam Ecclesiam, sedemque & Cameram prædictam capere, seu sub illorum nominibus, & insignibus, militare, vel alias illis seipsos, personasque suas, vel suos milites, aut subditos, & sequaces locare, aut eidem aliquod auxilium, opem, vel favorem, ut præfertur, per se, vel alios quoquomodo præstare audeant. Quinimo, si qui cum eisdem nunc sunt, aut eorum stipendia recipiunt, vel sub ipsorum nominibus, & insignibus militant, cum in quacunque obligatione, reverentia, fide, & obedientia S.R.E. ac Romano Pontifici debita, semper salva, atque excepta sit, & esse intelligatur, nec ulla promissionis aut obligationis formula contra prædictam Romanam Ecclesiam, ipsumque Romanum Pontificem, quemquam obliget, aut quovis modo arctet, vel astringat, & quæcunque promissio, atque obligatio contra dictam Ecclesiam, Romanumque Pontificem, ut præfertur, facta, & concepta, eo ipso nulla, invalida, & irrita existat, & nullius sit roboris, ac momenti, ut infra octo dies, post publicationem præsentium immediate sequentes, ab ipso Cæsare, eique adhærentibus, consentientibus, auxiliantibus, consulentibus, vel faventibus, hujusmodi, eorumque servitiis, stipendiis, & insignibus omnino recedant pariter injungimus, atque præcipimus.

In omnes vero, & singulos ex eis, qui contra mandatum nostrum hujusmodi facere, vel etiam venire tentaverint, seu quoquomodo præsumpserint, per se, vel alios directe, vel indirecte, similis excommunicationis, ac anathematis, maledictionis, & privationis, ac inhabilitationis, nec non terras, dominia, & loca eorum, si quæ tunc eos habere, & obtinere contigerit, interdicti, ac in eos, eorumque descendentes, privationis dignitatum, dominiorum, feudorum, & honorum, ac privilegiorum, & gratiarum, ac inhabilitatis ad ea, & alia in posterum obtinenda, nec non dominiorum, & bonorum confiscationis sententias, censuras, & pœnas, ex nunc, prout ex tunc, & e contra simili modo in his scriptis ferimus, atque promulgamus, eosque illas, absque alia ulteriori monitione, incurrere volumus eo ipso, a quibus non possint, nisi a nobis, vel Rom. Pont. pro tempore existen. præterquam in mortis articulo, ut supra dictum est, absolutionis beneficium obtinere.

Cæterum si moniti, excommunicati, aggravati, reaggravati, anathematizati, maledicti, privati, ac inhabilitati prædicti, suæ salutis prorsus immemores, obstinata animi duritie supradicta bona occupata minime restituere, & monitioni, & mandato nostris prædictis adhuc obtemperare distulerint, ex nunc, prout ex tunc, ipsum Romanorum Regem in Imperatorem electum, aliosque omnes Christianos Reges, Respublicas, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, nec non easdem Communitates, & universitates, quamcunque potestatem, & dominium habentes: & quoscunque alios terrarum dominos, & armorum Duces, & Capitaneos quorumcunque fidelium stipendiis militantes, & alias quascunque personas, terra, marique jurisdictionem habentes, per præsentes similiter in Domino hortamur, monemus, eosque & quemlibet ipsorum requirimus, & eorum cuilibet, in virtute sanctæ obedientiæ, præcipimus, & mandamus, quatenus contra eosdem Cæsarem, & alios monitos, excommunicatos, aggravatos, reaggravatos, anathematizatos, maledictos, privatos, & inhabilitatos hujusmodi adhuc contumaces, & non parentes, ac in sua perfidia, & obstinatione persistentes, nostrorum, & S.R.E. Sedisque & Cameræ prædictæ tuitione, ac pro ejusdem Rom. Eccles. dignitate, atque honore, vi, & armis statim insurgant, eosque aggrediantur, prosequantur, & debellent, ac, ut nos Romanamque Eccles. sedemque & Cameram prædictam, nec non pro tempore existentem Rom. Pont. immediatum dominum, & districtus, aliarumque civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, fortalitiorum, & locorum prædictorum agnoscant, & ad nostram & ejusdem Roman. Eccles. sedisque & Cameræ obedientiam redeant, cogant, & compellant, ac demum dictum Cæsarem ex prædictis, Ducatu, civitatibus, terris, castris, oppidis, fortalitiis, & locis prædictis penitus ejiciant atque expellant.

Ac etiam pro graviori, ipsorum monitorum, excommunicatorum, aggravatorum, anathematizatorum, maledictorum, privatorum, & inhabilitatorum pœna, quoscunq; excommunicatos etiam dictarum civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, supradictorum, quorum communitates, universitates, & incolæ prædictum Cæsarem in eorum Ducem, superiorem ac Dominum agnoscere, & ei obtemperare præsumpserint, ipsumque in civitatibus, terris, oppidis, castris, fortalitiis & locis hujusmodi moram trahere, seu consistere permiserint, in quibuscunque locis eos invenerint, apprehendant, & capiant, atque apprehensos, & captos teneant, eorum merces, pecunias, animalia, suppellectilia, nomina debitorum, res, & bona universa, in quibuscunque etiam locis ea invenerint, similiter capiant, illaque propria efficiant, ac in suos usus, & utilitatem convertant. Nos enim auctoritate, & potestatis plenitudine, præmissis, armorum Ducibus, Capitaneis, Militibus, & aliis quibuscunque contra ipsum Cæsarem arma sumentibus, & aliquorum ex supradictis, qui eidem Cæsari obedientiam præstiterint, eumque in Ducem, superiorem, & dominum agnoverint, res, & bona, aut personas capientibus universas merces, pecunias, suppellectilia, & immobilia ubique locorum, & gentium, etiam extra Civitates, terras, castra, fortalitia, & loca prædicta eidem Cæsari obtemperantia, existentia, per eos, ut præfertur, capta, appropriamus, & applicamus, ac illa ad eosdem capientes pleno jure pertinere volumus, & mandamus: Civitates vero, terras, oppida, castra, fortalitia, & loca prædicta, si ab eis capiantur, illis in prædam damus, & concedimus, personas autem supra-

prædictas excommunicatas, anathematizatas, & maledictas, quas ubique locorum & gentium capi contigerit, servos, & mancipia capientium fieri decernimus.

Cæterum eisdem, qui contra ipsum Cæsarem, & alios supradictos armis, ut præfertur, se opposuerint, & pro defensione, & recuperatione Civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, fortalitiorum, & locorum Ducatus hujusmodi, ad dictam Romanam Ecclesiam, & Apostolicam sedem devolutorum opem, auxilium, consilium, vel favorem quovis modo præstiterint, præter præmissa, nostram, & Apostolicam benedictionem impartimur. Nec non eisdem, si vere pœnitentes, & confessi, ac sacra communione refecti fuerint, vel etiam, cum id commode facere non potuerint, si saltem firmum debito tempore confitendi, & sacrosanctum Eucharistæ sacramentum devote sumendi propositum habuerint, & pro celeri, ac felici recuperatione dictæ Civitatis, ac Ducatus Ferrariensis pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Cæterum, cum non solum delinquentes, sed etiam ipsius assensum, vel auxilium præbentes, in crimine pari pœna plectendos, canonica condemnet auctoritas, eos favere delinquentibus interpretans, qui manifestum facinus permittunt, si qui Reges, Respublicæ, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, quantumvis liberi, & exempti, nec non, si quæ alia Communitates, & universitates, quamcunque potestatem, & dominium habentes, tam in Italia, quam extra Italiam, ubique locorum, & gentium constitutæ: Nec non, si qui etiam armorum Duces, Capitanei, Præfecti militum, ipsique milites, & aliæ quæcunque particulares personæ, quarum omnium, & singularum nomina, cognomina, gradus, & qualitates, ac si hic in specie, & sigillatim insertæ essent, præsentibus pro expressis haberi volumus per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, directe, seu indirecte, quovis quæsito colore, & prætextu eisdem Cæsari, & aliis monitis, excommunicatis, anathematizatis, maledictis, privatis, & inhabilitatis ad impediendam recuperationem Civitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, arcium, fortalitiorum, & locorum ad nos, Romanamque Ecclesiam, sedemque, & Cameram prædictam devolutorum prædictorum milites, equos, naves, triremes, & alia navigii genera, arma, munimentave militaria, pecunias, aut commeatum concedere, tradere, & ministrare, seu consensus, auxilium, consilium, vel favorem quovis modo præbere præsumpserint, aut eorum militibus, armigeris, legionariis, & stipendiariis, nec non auxiliaribus copiis, etiam externis, & alienigenis, & aliis quibuscunque, iter, seu transitum per eorum loca, & ditiones concesserint, & permiserint, quicunque ii fuerint, & quantumvis excelsa, & regali, & Imperiali dignitate præfulserint, etiam quod speciali nota indigeant, nec sub generali expressione veniant, ipsi quoque excommunicationis majoris, & maledictionis æternæ vinculo ligati, & censuris Ecclesiasticis innodati, divinoque percussi anathemate sint eo ipso, nec de salute animæ aliquid unquam sperent, aut præsumant, nisi ante finem vitæ pœnitentiam agentes, prævia condigna satisfactione, Apostolicæ sedis gremio benigne recepti, & fidelium unitati fuerint gratiose restituti, prout ex nunc, illos, & quemlibet eorum censuris omnibus prædictis innodamus, & anathemate percurrimus, nec non ultra alias pœnas, a sacris Canonibus, & Apostolicis constitutionibus inflictas, eos, si Ecclesiastici fuerint, quacunque dignitate, quantumvis speciali nota digna præfulgeant, si vero laici, eorum filios, & descendentes, usque ad quartam generationem quoscunque qualibet hujusmodi dignitate Ecclesiastica, ac Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, personibus, & beneficiis, & redditibus Ecclesiasticis, quantumvis speciali nota dignis, ex nunc, prout ex tunc, perpetuo privamus, ac ad illa & alia in posterum obtinenda prorsus inhabilitamus. Et ulterius in eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, & locis quibuscunque Sacramentorum, & divinorum officiorum & humani commercii usum, ut aliis Civitatibus, & locis superius expressis dictum est, & infra etiam dicetur, interdicimus, illorum prqterea singularibus personis, nisi se correxerint, & a præmissis abstinuerint, divinam prædicimus ultionem.

Demum supradictis omnibus, & singulis excommunicatis, anathematizatis, & maledictis & cuicunque illorum, nomina, & cognomina ipsorum, ac si hic in specie inserta essent, præsentibus pro expressis, similiter, ut supradictum est, habentes, communionem, participationem, & commercium quorumlibet Christi fidelium interdicimus, & prohibemus, ipsisque Christi fidelibus injungimus, ut ipsos excommunicatos, anathematizatos & maledictos evitent, & faciant, quantum in eis est, ab aliis evitari, nec ad eos, aut aliquem ipsorum, frumentum, segetes, blada, panem, vinum, carnem, aut aliud quodcunque commeatus, & cibarii genus, vel etiam pecunias, pannos, vestes, aliasve res, & merces deferre, portare, vel eis vendere, aut alio quocunque modo tradere, vel in eos transferre, aut vicissim ab illis emere, vel quoquomodo recipere præsumant, nec etiam permittant, ut hæc ab aliis fiant, alioquin ipsos quoq; secus facientes, singulares nimirum personas, paribus excommunicationis, anathematis, & maledictionis, Civitates vero, terras, castra, & loca, quorum domini, vel Communitates & universitates contrafecerint, Ecclesiastici interdicti vinculis, ut supradictum est, innodamus, ac simili modo illis communionem, participationem, & commercium aliorum fidelium interdicimus. Significantes nihilominus illis universis, Nos, in eventum in quem aliqui ipsorum contra præmissa aliquid fecerint, statim ad

ad particularem ac specialem supradictarum censurarum & interdicti, aliarumque pœnarum pronunciationem, & promulgationem contra quemlibet ipsorum nominatim, & irremissibiliter processuros.

Ut autem præmissa omnibus magis innotescant, universis & singulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum Prælatis, Capitulis, & personis aliis Ecclesiasticis, quorumvis ordinum, etiam Mendicantium, nec non quorumcunque institutorum, Religiosis exemptis, & non exemptis in quibuscunque locis, & præsertim in Italia constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ similiter districte præcipiendo mandamus, quatenus ipsi, & quilibet eorum, postquam præsentes ad eorum notitiam quovis modo pervenerint, sub similibus censuris, & pœnis, per eos, & singulares personas eorundem Capitulorum, & Conventuum eo ipso incurrendis, supradictum Cæsarem, nec non alios monitos, excommunicatos, aggravatos, reaggravatos, anathematizatos, interdictos privatos, & inhabilitatos prædictos, si decursis eis assignatis terminis prædictis, respective præmissa, prout ad eorum quemlibet pertinent, non adimpleverint: In eorum quisque Ecclesiis, dominicis & aliis festivis diebus, dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit, cum Crucis vexillo, pulsatis campanis, & accensis candelis, ac demum extinctis, & in terram projectis, & conculcatis cum trina lapidum projectione, aliisque in talibus servari solitis ceremoniis, excommunicatos, & aliis censuris prædictis irretitos, publicent, nuntient, & faciant, ac mandent ab aliis publicari, ac nunciari, & ab omnibus arctius evitari. Nec non omnibus aliis Christi fidelibus, ut eos evitent, & pari modo sub prædictis censuris, & pœnis præsentes literas, vel earum transumptum, sub infrascripta forma factum, infra terminum trium dierum, ut præfertur, præfixum, in Ecclesiis, monasteriis, Conventibus, & aliis eorum locis publicari, affigi faciant, & eisdem monitis, & excommunicatis, propter eorum contumaciam, cuncta necessaria, ut præfertur, denegent ministrari, donec corde compuncti, spiritum assumentes consilii sanioris nostris monitionibus, & mandatis prædictis in omnibus obtemperaverint, & meruerint a censuris, & pœnis prædictis absolutionis, & restitutionis beneficium, ac integrum a nobis, & sede prædicta gratiam obtinere.

Excommunicamus quoque, & censuris prædictis invadimus omnes, & singulos, supra nominatos, cujuscunque status, dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis, & præeminentiæ extiterint, etiam si Imperiali, Regali, aut alia quacunque dignitate præfulserint, qui quominus præsentes literæ nostræ, vel earum transsumpta, copiæ, seu exemplaria in suis dominiis, civitatibus, terris, & locis legi, affigi, aut publicari, ac illa ad omnium notitiam deduci possint, in causa fuerint, vel aliquid propterea fecerint, vel fieri quoquo modo mandaverint. Atque Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, & aliis quibusvis locis, in quibus fuerit denegatum per illorum Præsules, Prælatos, & personas, literas ipsas publicari: Omnia privilegia, indulta, immunitates, & gratias, a Sede prædicta concessas tollimus, adimimus, & revocamus, illaque ablata, adempta, & revocata esse statuimus, atque decernimus. Cæterum, ne hac in re aliquid, quod ad paterni nostri officii munus pertineat, prætermittamus, aut a nobis desiderari aliquo pacto patiamur; Volumus, ac supradictarum Civitatum, terrarum, oppidorum, castrorum, & locorum Episcopis, aliisque ordinariis, nec non Parochis, Rectoribus, & aliis curam animarum habentibus, ac verbi Dei concionatoribus, Religiosis, Theologis, & Confessoribus, cæterisque personis totius Cleri, tam secularis, quam cujusvis ordinis, & instituti Regularis, quos zelum Dei, & salutis animarum habere decet, in virtute sanctæ obedientiæ injungimus, ut duodecim dierum, & aliorum prædictorum monitionibus summo spiritus fervore clament ad Dominum, ne patiatur dictum Cæsarem, & qui eum sequuntur, in profundum malorum venire, & ipsum ultionum Dominum contemnere, in cujus manus incidere horribile est, sed illuminet oculos eorum, ne obdormiant in morte, tum omnes privatim, & publice admoneant quam metuenda res sit excommunicatio, qua impii, & obdurati, ac inobedientes, ab Ecclesia Catholica, quæ est Corpus Christi, separantur, & a fidelium consortio, & sanctorum Communione arcentur longissime, ac propterea pareant mandatis Ecclesiæ, neve ullis humanis rationibus, tantam animarum suarum perniciem patiantur. Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? alioquin eos, qui in cordis duritia, & inobedientia permanserint, maledictos, & execrabiles fore comminentur, & cum Juda proditore, & cum Diabolo, & Angelis ejus rebellibus partem habituros in igne, & cruciatibus sempiternis.

Postremo, quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri, in quibus earum publicatio necessaria foret, volumus & prædicta auctoritate decernimus, ut earum transumptis, etiam impressis, & in Italicum seu quodvis aliud idioma fideliter conversis, manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, ubique locorum, & gentium munitis, eadem omnino fides habeatur, quæ præsentibus ipsis, si forent exhibitæ, vel ostensæ, haberetur.

Et nihilominus ne quis aliquam præmissorum ignorantiam prætendere, aut ullo unquam tempore illam allegare, seu se excusare possit, easdem præsentes literas in loco solito Palatii Apostolici apud S. Petrum, ubi literæ processus

Romanorum Pontificum die cœnæ Domini publicari solent, præsentibus iisdem fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ac aliorum fidelium multitudine copiosa, fecimus publicari, & præterea tam in Urbe nostra, in Lateranens. & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & in Cancellariæ nostræ Apostolicæ valvis, ac in Acie Campi Floræ, per aliquem ex Cursoribus nostris, quas etiam in Metropolitan. Bononiensis, & Cathedralis Cerviensis, Ecclesiarum valvis, more solito legi, & publicari, ac ibi affigi, & per aliquod temporis spacium affixas dimitti, eisque postea inde detractis, earum exempla in eisdem locis pariter affixa relinqui volumus, & mandamus.

Decernentes publicationem, & affixionem hujusmodi Cæsarem, & alios monitos, excommunicatos, aggravatos, reaggravatos, anathematizatos, maledictos, privatos, & inhabilitatos, ac cæteros quoscunque in eisdem præsentibus literis quomodolibet comprehensos perinde arctare, & afficere, ac si literæ prædictæ illis, & singulis eorum personaliter notificatæ, exhibitæ, & intimatæ fuissent: Non obstantibus præmissis, & quibuscunque Apostolicis, nec non in universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, seu specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis privilegiis, indultis, & literis Apostolicis cuicunque prædictorum in præsentibus literis comprehensorum, Nec non Mendicantium, ac Cisterciensis, Cluniacensis, Præmonstratensis, & aliis cujusvis ordinis, & instituti regularibus, etiam Mare magnum, & Bulla aurea, vel alias quomodolibet nuncupatis, cæterisque Religiosis personis, & Clericis secularibus, nec non ipsis Regnis, Dominiis, Rebuspublicis, Ducatibus, Principatibus, Civitatibus, terris, & locis, cæterisque aliis quibuscunque sub quavis forma, vel expressione verborum, sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Ac etiam si Cæsari, nec non cæteris omnibus, & singulis prædictis, etiam Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, nec non etiam si ipsi Imperatori, Regibus, Rebuspublicis, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Feudatariis, Castellanis, Civibus, incolis, & habitatoribus, & aliis prædictis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgentiis, & literis Apostolicis specialibus, vel generalibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda esset in eisdem præsentibus literis mentio specialis: Quæ omnia, & singula, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, quoad hoc nolumus cuiquam aliquatenus suffragari, illisque omnibus, & singulis, ad eorundem præsentium effectum harum serie specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, & derogatum esse volumus, & decernimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram suppletionis, declarationum, decretorum, promulgationum, denuntiationum, privationum, absolutionum, liberationum, remissionum, relaxationum, requisitionum, monitionum, mandatorum, aggravationum, subjectionum, perstrictionis, pronunciationis, interdictorum, prohibitionum, degradationis, statutorum, præceptorum, voluntatum, hortationum, injunctionis, inhibitionum, cassationis, revocationis, irritationis, appropriationis, applicationis, dati, concessionum, innodationum, percussionis, inhabilitationis, expositionis, excommunicationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo, Quingentesimo nonagesimo septimo, XI. Cal. Januarii, Pontificatus nostri Anno sexto.

Ego Clemens,
Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

†

† Ego Innicus Avalos Episcopus Portuensis Cardinalis de Aragona.

† Ego Ptolomæus Gallius Episcopus Tusculanus, Cardinalis Comensis.

† Ego Fr. Michel Bonellus, Episcopus Albanus, Cardinalis Alexan.

† Ego Ludovicus Episcopus Sabiensis, Card. Madrutius.

† Julius Antonius Episcopus, Cardinalis Prænestinus, S. Severina.

† Ego Hieronymus, TT. S. Mariæ in Transtiberim, Cardinalis Rusticucius.

† Ego Hieronymus, TT. S. Priscæ, Card. Simoncellus.

† Ego Petrus, TT. S. Laurentii in Lucina Card. Deza.

†

†

†

†

† Ego Antonius Maria, TT. Sanctæ Mariæ de pace, Cardinalis Salviatus.

† Ego Augustinus Valerius, TT. S. Marci, Cardinalis Veronensis.

†

† Ego Simeon, TT. S. Hieronymi Illyricorum Cardinalis de Terranova.

† Ego

† Ego Scipio, TT. S. Salvatoris in Lauro, Card. Lancelottus.
†
† Ego Dominicus, TT. Sancti Chrysogoni, Card. Pinellus, Sanctæ Mariæ Majoris Archipresbyter.
† Ego Fr. Hieron. Bernerius, TT. S. Mariæ supra Minervam, Card. Asculan.
† Ego Antonius, TT. S. Stephani in Monte Cælio, Card. Saulius.
†
†
† Ego Marianus Perbenedictus, TT. SS. Marcellini & Petri, Card. de Camerino.
† Ego Fr. Gregorius Petrochinus, TT. S. Augistini, Card. de Montelparo.
† Ego Paulus Camillus, TT. S. Cæciliæ, Card. Sfondratus.
† Ego Benedictus, TT. S. Marcelli, Card. Justinianus.
† Ego Augustinus, TT. SS. Joannis & Pauli, Card. Cusanus.
† Ego Franciscus Maria, TT. S. Mariæ in Araceli, Card. de Monte.
† Ego Octavius, TT. Sanct. Alexii, Card. Peravicinus.
† Ego Hieronymus, TT. S. Pancratii, Card. Matthæius.
† Ego Octavius, TT. S. Mariæ de Populo, Card. Aquaviva.
† Ego Flaminius, TT. Sanct. Honofrii, Card. Platus.
† Ego Federicus, TT. S. Mariæ Angelorum in Thermis, Card. Borromæus.
† Ego Lutius, TT. SS. Quirici & Julitæ, Card. Saxus.
† Ego Guido, TT. S. Petri in Monte Aureo, Card. Pepulus.
†
†
†
†
† Ego Franciscus, TT. S. Martini in Montibus, Card. Cornelius.
† Ego Camillus Tit. Sancti Eusebii, Card. Burghesius.
† Ego Cæsar, TT. SS. Nerei & Archilei, Card. Baronius.

† Ego Laurentius, TT. SS. Laurentii in Pane & Perna, Card. Blanchettus.
† Ego Franciscus, TT. SS. Sylvestri, Card. de Avila.
† Ego Ferdinandus, TT. S. Blasii de Anulo, Card. de Genata.
† Ego Franciscus, TT. S. Thomæ in Parione, Card. Mantica.
† Ego Pompejus, TT. S. Balbinæ, Card. Arigonus.
†
†
† Ego Franciscus de S. Flora, S. Mariæ in via Lata, Card. Sfortie.
†
† Ego Alex. Perettus, S. Lauren. in Damaso, Card. Montaltus.
† Ego Ascanius, S Mariæ in Cosmedin, Card. Columna.
†
† Ego Odoardus S. Eustachii, Card. Farnesius.
† Ego Jo. Antonius, SS. Quattuor Coronatorum, Card. Facchinettus.
†
† Ego Cynthius Aldobrandinus, Card. S Georgii.
† Ego Bartholomæus S. Mariæ in Porticu, Card. Cæsius.
† Ego Andreas S. Mariæ in Dominica, Card. Perettus.
†

M. Vestrius Barbianus.
Registrata apud Marcellum Secret.
A. de Alexiis.

Anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Indictione decima, die vero vigesima tertia mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Clementis, divina providentia Papæ Octavi, Anno ejus sexto, supradictæ literæ Apostolicæ, affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis spacium dimissæ in Valvis, seu portis Basilicarum S. Joannis Lateranensis & S. Petri Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, & Aciæ Campi Floræ, per nos Gabrielem Savarellum, & Alexandrum Agazarium Romanos, ejusdem S. D. N. Papæ Cursores.

Ludovicus Massarutius
Mag. Curs.

LXXVI.

Cæsaris Estensis, Mutinæ & Rhegii Ducis, Protestatio contra Concordiam de cedendo Ducatu Ferrariæ, ipsi a Summo Pontifice, Clemente VIII. vi metuque extortam, d. d. 9. Januar. An. 1598.

IN Christi Nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo, quingentesimo, nonagesimo octavo, Indictione undecima, die nona mensis Januarii, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris Clementis divina Providentia Papæ Octavi. Mortuo Serenissimo Domino Alphonso Secundo, Ferrariæ Duce, Illustrissimus & Excellentissimus Dom. Dux Cæsar Estensis, ut proximior, & ex antiquis investituris ad Ducatum Ferrariæ vocatus, nec non etiam ex testamento dicti Serenissimi Dom. Ducis Alphonsi ut talis institutus, accepit possessionem Ducatus Ferrariæ, & cæterarum terrarum, tam eidem Ducatui subjectarum, quam ab aliis Ecclesiis recognitarum, seque obtulit per Comitem Hieronymum Giliolum, quem misit ad sanctissimos pedes Beatissimi Clementis Octavi, futurum obedientem & fidelem Vasallum Sanctitatis Suæ, ad quam etiam humiles literas ipse scripsit, & mox eligentibus Judice duodecim sapientum hujus Civitatis, ac cæteris, qui hactenus eligere consueverant alios Duces,

Duces, ut de eorum electionibus publicis constat Instrumentis, Populo acclamante, titulo Ducis Ferrariæ uti cœpit, ut de dicta electione constat in actis publicis. Cumque vellet mittere oratores suos ad Summum Pontificem, Sanctissimum, Clementem Octavum, ut de tota hac re eum certiorem faceret, ei nunciatum fuit, eundem Summum Pontificem, a quo paternam benevolentiam ac summam benignitatem sibi promittebat, iniquo & infenso animo hæc tulisse, deque bello inferendo cogitare, quod prætenderet, Ducatum & alias terras ab Ecclesiis recognitas, ad Sedem Apostolicam devolutum, ac devolutas esse. Quo circa idem Dom. Cæsar iterum obtulit Beatitudini suæ, se paratum stare juri, ac parere judicibus confidentibus, qui de causa cognoscerent, & judicarent, utque si Ducatus Ferrariæ ad se non pertineret, nollet ullo modo, quæ Sedis Apostolicæ essent, invadere, nam & sub mortem Serenissimi Dom. Alphonsi, & post, aliquot Doctores celebres consulebat, & consulerant, Dom. Don. Cæsarem Investituris esse comprehensum: qua oblatione contemta idem Pontifex, qui & arma parare, milites conscribere, tormenta bellica ex Arcibus educere jam cœperat, & indies eidem Don Cæsari minabatur, armis jura miscere volens, litem instituit contra eum de dicto Ducatu, quam tamen intra tam breve tempus finivit, ut vix secundum terminos a Sacris Canonibus statutos potuisset Don Cæsar mittere Romam Procuratorem, qui defensionem susciperet, quasi vero de re minima ageretur, nec legitima tempora, intra quæ ei liceret se defendere, præfiniri debuissent: Interea Exercitus Ferrariam versus properabat, ut dicto Don Cæsari referebatur, excommunicatio etiam solennis, contra eum, quasi parere detrectasset, aut juri stare recusasset, per eundem Pontificem jam parata, proposita, ac publicata fuit, ita ut arma spiritualia ac temporalia adversum dictum Don Cæsarem paratum obedire ac stare juri, conjungerentur. Certe qualis esset excommunicatio, qui eam viderunt, scire possunt; profecto atrocior proponi non poterat adversus eum, qui non solum parere juri recusasset, sed etiam arma adversus Sanctam Ecclesiam Romanam intulisset, ejusque hostis ac rebellis esset, cum tamen ipse Don Cæsar, ut dictum est, nihil aliud, quam justitiam peteret: Pervenit mox Exercitus Faventiam, & loca omnia vicina & propinqua Mutinensi Ducatui Militibus sunt repleta, ita ut fama esset, etiam illam Civitatem ab Imperatore antiquissimis temporibus recognitam, aggressurum esse Pontificem. Quæ omnia cum animo secum volveret dictus Don Cæsar, & se undique obsessum agnosceret, seque & viribus imparem, & ad hos impetus sustinendos impotentem, & jam excommunicatio non solum Romæ, sed etiam per alias multas Urbes publicata esset, & milites, qui pro eo defensionem promiserant, se retraherent, ac multi ex illis, qui stipendia capiebant, pugnare pro legitima ejus defensione recusarent, & loca desererent, destitutis etiam pecuniis, ac aliis rebus ad defensionem necessariis, fortunæ cedere coactus est, ac de se, ac de liberis suis conservandis cogitare. Persvasus itaque a Ducissa Urbini, ut tractaret de aliqua concordia, quæ se offerebat tractaturam multa cum fide, in tantis periculis positus, ut sibi, ac suis, qua posset via, consuleret, consensit, licet invitus, & metu, ac vi coactus, quæ se contulit Faventiam, sed ea tractavit, quæ minime ei commiserat, ex qua re cœpit cognoscere, malo animo eam fuisse motam, & dolum ac fraudem machinari. Sed cùm jam tot esset circumseptus periculis, coactus fuit concordiæ contra ejus voluntatem tractatæ consentire, sed ut appareat omnibus, talem consensum esse, & fuisse coactum, & per vim ac metum extortum, & ut omni meliori modo, quo potest, sibi ac suis, jura sua, in dicto Ducatu, & terris ab Ecclesiis recognitis conservaret ac tueatur, dictus Don Cæsar protestatus fuit & protestatur, se quicquid fecit hucusque, vel in futurum faciet, vel per modum concordiæ, vel aliter circa restitutionem Ducatus Ferrariæ vel ejus possessionem, aliarum terrarum & locorum, ut supra, recognitorum ab Ecclesiis, id totum ob vim & metum, & contra ejus voluntatem faciet: Ita quod quicquid tractabitur & concludetur in suum & suorum præjudicium, erit tractatum & conclusum metu & vi prædictis, & quod licet conventionem vel transactionem aliquam, vel alios actus faciat, ex quibus insurgere posset ratificatio, vel alius quicunque actus præjudicialis, ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc, protestatus fuit, & protestatur, quod erit id totum factum propter eundem metum & vim, & contra ejus voluntatem, & ideo nullum, & nullius momenti, prout etiamsi relaxabit possessionem Ducatus Ferrariæ, vel aliarum terrarum ab Ecclesiis recognitarum, ut supra, pariter id fiet ab eo propter ipsam vim & metum, quia in his omnibus & quibuscunque aliis, quæ faciet, ex quibus aliquod præjudicium sibi fiat, durabit semper eadem vis & metus: Et quam protestationem & reprotestationem, tam in actibus jam secutis, quam in futurum quandocunque secuturis, repetitam esse vult, ac intendit, adeo, ut quicquid gestum est, vel in futurum geretur, sit ob vim & metum, ut fere fuit, & erit, gestum & gerendum, prout coram infra scriptis testibus palam, aperte & clare voce sæpius dixit, ac repetivit, vi & metu se compulsum, & fecisse, & facturum esse, quicquid fecit, vel faciet, propterea sibi salva & illæsa remanere jura sibi & suis competentia tam ex investituris, quam alia quacunque de causa, quibus per quamcunque conventionem, transactionem vel concordiam, vel alios quoscunque actus factos & faciendos præjudicare non intendit, prout protestatur ac declarat omni meliori modo. Mandans mihi Notario infra scripto, ut de prædictis omnibus & singulis publicum conficerem Instrumentum, prout ita feci, ut supra. Actum in Civitate Ferrariæ in Aula Ducali ac solita Residentia

dentia dicti Serenissimi Principis, præsentibus itidem Illustr. Domino Comite Hercule, filio quondam Illustr. Domini Comitis Alphonsi E-stensis, Musto, Nobili Ferrariensi de contracta S. Romani, habitante in via Angelorum, Domino Comite Alphonso filio quondam Illustr. Comitis Emilii de Fontanellis Nobili Regiensi, ac Illustr. Legum Doctore Domino Marco Antonio, filio quondam Domini........ de Ritiis, Ferrariensi, de dicta contracta S. Romani testibus ad prædicta omnia & singula adhibitis, vocatis & rogatis.

Ego Hannibal filius quondam magnifici Domini Joannis Andreæ Roncalei, Civis Ferrariensis & Mutinensis, Publicus Apostolica, Imperiali, ac Illustr. Communitatum auctoritatibus Notarius, ac Ducalis exactor, de suprascriptis omnibus & singulis in præsenti Instrumento contentis, de mandato dicti Principis mei clementissimi, rogatus fui, e suo originali manu mea levavi, cum eo auscultavi, & quia concordare inveni, Ideo in hanc publicam & avthenticam formam illud redegi, huicque me subscripsi meo nomine, cognomine, ac signo Tabellionatus mei consvetis omni meliori modo.

LXXVII.

Rudolphi II. Roman. Imperat. Literæ ad Cæsarem Estensem, Mutinæ & Rhegii Ducem, quibus eum reprehendit, quod in Pacto, cum Pontifice Max. inito, Comaclum Sacri Rom. Imperii feudum excipere neglexerit, simulque jubet, ut quam primum, quomodo illa res successerit, & qua ratione id, quod est neglectum, possit resarciri, exponat, d. d. 24. Nov. An. 1598.

RUdolphus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, &c. Illustrissime Consangvinee & Princeps Noster charissime. Quod eo tempore, quo cum Pontifice Maximo Dilectio Tua de Ferraria pactionem iniit, nullam ab ipsa Comacli, quod nostrum est & Sacri Imperii feudum est, à Juribus Ecclesiæ separatum, neque in Pontificum Investitura comprehensum est, mentionem, ut illud inde exciperetur, factam audimus, miramur: id enim fides & observantia, quæ Nobis & Imperio à Dilectione Tua debetur, postulabat; sciebat siquidem ipsa, quid Imperialia Jura Nostra, quid Investituræ diplomata secum ferant, juxtaque quomodo se gerere deberet, obscurum ipsi esse non poterat. Hoc vero, si Dilectionem Tuam retraxit, ne scilicet animum Sanctitatis Suæ, quid illius feudi causa movendo offenderet, Nobis saltem quid gereretur significare debebat. Quomodo itaque res illa successerit, & quod neglectum fuerit, uti sarciri possit, postulamus, ut Nobis ipsa quam primum, quam diligenter ac fideliter exponat, Nos enim quod Nostri est officii, ut Imperio, quod debetur, restituatur, prætermittere nequaquam possumus; de cætero Dilectioni tuæ benigne cupimus. Datum in arce Nostra Bodiebradii, die vigesima quarta mensis Novembris. Anno Domini millesimo, quingentesimo nonagesimo octavo, Regnorum nostrorum, Romani vigesimo quarto, Hungarici vigesimo septimo, & Bohemici itidem vigesimo quarto.

Rudolphus.

Rudolphus Corraducius.

Ad Mandatum Sac. Cæs.
Majestatis proprium,

Jo. Barvitius.

LXXVIII.

Contractus Matrimonii inter Alfonsum, Mutinæ, atque Isabellam, Sabaudiæ Principem conclusus, d. d. 22. Febr. An. 1608.

In Christi nomine Amen.

ANno a Nativitate ejusdem M DC. VIII. Indict. VI. die vero XXII. mensis Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris & D. N. Pauli divina providentia Papæ V. anno III. hora II. noctis tribus luminibus ardentibus. Cum Tractatum & Dei dono medio infrascripti Illustrissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Aldobrandini fœliciter conclusum fuerit Matrimonium salvo beneplacito & bona gratia Majestatis Catholicæ invictissimi Hispaniarum Regis ex nunc petito inter *Serenissimam Infantem Isabellam Filiam Serenissimi Domini Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis & Serenissimum Principem Dominum Alfonsum primogenitum Serenissimi Domini Cæsaris Estensis Mutinæ Ducis*, velintque modo partes de prædictis apparere per publicum instrumentum ad perpetuam rei memoriam. Hinc est quod Illustrissimus & Reverendissimus D. Petrus tituli Sanctorum Johannis & Pauli Presbyter Cardinalis Aldobrandinus S. R. E. Camerarius & Ravennatensis Ecclesiæ Archiepiscopus vice & nomine dicti Serenissimi D. Ducis Sabaudiæ virtute authoritatis eidem Illustrissimo & Reverendissimo D. Cardinali datæ & attributæ per patentes & authenticas literas manu & sigillo dicti Serenissimi Ducis Sabaudiæ subscriptas & signatas omni quo potest meliori modo in executionem capitulorum jam conventorum spospondit & destinavit in Sponsam & Uxorem futuram prædictam Serenissimam Infantem Isabellam licet absentem prædicto Serenissimo Principi Alfonso etiam absenti, & Illustrissimo Domino Comiti Alfonso Sasso nobili Mutinensi dicti Serenissimi Ducis Mutinæ consiliario procuratorique specialiter constituto patentibus & avthenticis literis manu & sigillo Celsitudinis suæ similiter subscriptis & signatis. Promittens dictus Illu-

Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Cardinalis nomine quo supra, curare cum effectu omni Juris & facti excusatione & impossibilitatis remotis, quod dicta Serenissima Infans eundem Serenissimum Principem accipiet in ejus Sponsum & Maritum futurum, ac per verba de præsenti consentiet, Matrimoniumque cum eo contrahet, & debito tempore consummabit juxta ordines S. R. E. ac sacro sancti Concilii Tridentini, & vice versa prædictus D. Comes Alfonsus dicto nomine promittit curare cum effectu omni juris & facti excusatione, & impossibilitatis ut supra remotis, quod dictus Serenissimus Princeps eandem Serenissimam Infantem accipiet in ejus Uxorem futuram & pro dote dictæ Serenissimæ Infantæ Isabellæ, ipse Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Cardinalis obligans omnia, & singula ejusdem Serenissimi Sabaudiæ Ducis bona præsentia & futura in executionem capitulorum prædicto Serenissimo Duci Cæsari ejusdem Serenissimi Principis Alfonsi genitori absenti, Ducentum millia scutorum promittit & convenit solvere, & dare in terminis & sub pactis & conditionibus contentis capitulis. Ipseque Dominus Comes Alfonsus dicto nomine & obligans omnia & singula bona præsentia & futura dicti Serenissimi Ducis Mutinæ ex authoritate eidem ut supra attributa titulo & ex causa donationis puræ, meræ, simplicis inter vivos donavit & donat dictæ Serenissimæ Infantæ Isabellæ absenti, eidemque Illustrissimo & Reverendissimo Domino Cardinali pro ea acceptanti Ducatonorum quinquaginta mille, quorum media pars ad eundem Serenissimum Mutinæ Ducem revertatur, si dicta Serenissima Isabella sine liberis ex hoc Matrimonio moriatur; si vero liberi existunt, ad eosdem redeat dicta media pars, quam dotem ut supra constitutam & promissam, ea tamen prius habita, & non aliter, nec alio modo, idem Dominus Comes Alfonsus obligans bona omnia Serenissimi Principis sui, dare & restituere promittit ipsi Serenissimæ Infantæ Isabellæ in omnem casum & eventum dictæ dotis solvendæ seu restituendæ. Quæ omnia ipsemet Illustrissimus & Reverendissimus D. Cardinalis nomine prædicto ex altera, sibi vicissim & mutuo & uniuscujusque earum hæredibus habere perpetuo firma, rata & grata promiserunt, obligantes omnia & singula Serenissimorum Principum bona, &c. Actum apud Ravennam nel Palazzo dell' Archevescovato, anno & die quibus supra.

LXXIX.

Protestatio Alphonsi III. Mutinæ & Rhegii Ducis, contra conventionem Faventinam & relaxationem Ferrariæ, aliorumque locorum, d. d. 9. Februar. An. 1629.

Nel Nome di Dio, à di 9. Febrario 1629.

HAvendo notizia il Serenissimo Signor, Duca Alfonzo terzo d'Este, Duca settimo di Ferrara, di Modena, e di Reggio, &c. della Rilassazione del possesso del Ducato di Ferrara con tutte le sue pertinenze, di Cento, e della Pieve, e de' luoghi di Romagna, che già fece il Serenissimo Signor Duca Cesare, suo Padre, che sia in gloria, alla Sede Apostolica in virtu di certa capitulazione sopra di cio fatta nella citta di Faenza sotto il di venti otto di Gennajo dell anno 1598. com' anche dell' occupatione di Commachio, Riviera, di Filo, Cotignola, & altri luoghi e beni non espressi, non demandati nel monitorio Apostolico, nè specificati, nè compressi in detta capitolazione, che di fatto s'è usurpato la medesima Sede. E sapendo molto bene che la rilassazione del possesso del Ducato di Ferrara, e de gli altri luoghi predetti fù fatta per giusto timore non tanto dell armi spirituali per esser publicati monitori, comminate pene gravissime, e fulminate sentenze contro la persona, figlioli, e beni di S. A. S. quanto delle temporali, havendo il Pontefice mosso esserciti armati, e condotti à confini di quello stato, come la stessa Altezza paterna con espressa scrittura dichiaro prima dell' uscir di Ferrara, e che per ciò non si può mai dire approvata è ratificata dalla sudetta Serenissima Altezza paterna per qualsivoglia atto positivo, che habbia fatto in virtu della detta capitolazione, ò in altra maniera, mentre v' era la Sede Apostolica, e v'è non solo colla stessa potenza, ma con quella maggiore, che le si accresca per lo detto statto di Ferrara. Et havendo però certezza l'A. S. che niuno pregiudizio possa essere statto fatto alle sue vive ragioni, così per la ricuperazione di Ferrara, è suo stato, come di Comachio, Cotignola & altri luoghi, come supra, i quali stati per la morte del fù Serenissimo Signor Duca Cesare suo padre ora spettano di ragione all' A. S. come legitimo descendente è successore di quei prencipi della casa d'Este, à quali detti stati furono conceduti e confermati da Pontefici, & Imperatori rispettivamente in virtù d'antiche investiture e spettavano anche per legitimi e giusti titoli dà quali L. A. S. è compresa, e chiamata.

Ma per che l'esperimentar dette sue ragioni è con manifesto pericolo disposto porre à gran perdita li beni, che L'. A. S. possiede in quello stato, e di ricevere altrove ancorà molte e gravi turbolenze, e gverre per li frequenti segni ricevutisi d'animo mal affetto de Pontefici verso questa casa, e che tuttavia si recevono non solo per l'occupazioni fatte ei fatto, e senza citatione, d'luoghi non compresi nella detta Capitolazione, mà anche in piantare una fortezza reale con presidio maggiore del bisogno di quella sù i margini di questi suoi stati Imperiali e discosto appenà quattro miglia da Modena ove risiede L'. A. S. ed in un medesimo tempo armare grosso numero di soldatesca in questi confini per formare essercito, e per essere il Pontifice die gran potenza confinante dà più parti à detti suoi stati, al quale non stima di potere resistere, e deducendo dette sue ragione giudicialmente

almente sarebbe senza frutto, e condubbio di vedere una subitanea e precipitosa terminazione contra L' A. S. non conosce pero di poterlo fare duranti li sudditi rispetti.

Et perche non vorrebbe, che da gli atti positivi, i quali forse sequissero, ò havessero dipendenza dalla capitolazione Faentina sudetta, si potesse argomentare, che L' A. S. ratificasse, ò approvasse la predetta rilassazione, occupazione, e capitolazione ed in un certo modo fosse preteso, che con tacito consenso ò espresso havesse rinunziato alle sue giuste pretensioni e ragioni.

Di qui è che constituito alla presenza del molto Illustre e Reverendissimo Signor Girolamo Codebo Arciprete di Carpi, e del molto Reverendissimo Patre Girolamo Buondenarii della Compagnia di Giesù persone honeste elette da S. A. in luogo di Giudice competente, per non havere alcun giudice formale, d'innanzi al quale possa sicuramente fare il presente atto, & di me Notario, e dè testimonii infrascritti dice e protesta, che non consente in alcuna maniera alla detta rilassatione del possesso del Ducato di Ferrara, & suo stato, occupazione di Commacchio, Cotignola, ed' ogni e qualunque altro luogo gia tenuto e posseduto dal fù Serenissimo Signor Duca Alfonzo secundo, & hora ingiustamente occupato dalla Sede Apostolica; mà anzi per esser di questi stati legitimo possessore per l'investiture Pontificie & Imperiali rispettivamente, e per altri titoli come s'è detto di sopra, expressamente dissente, e dichiara, che per qualsivoglia atto positivo tacito ò espresso, che in qualsivoglia modo potesse inferire appravazione ò ratificazione delle cose predette, ò che da quelle si potessero dire havere alcuna dipendenza, non intende si possa argomentare alcun suo consenso, poiche vuole, riservarsi, si come si reserva tutte le sue ragioni intatte & illese, come se detta rilassatione, capitolazione, ò occupazione non fossero fatte ed esse: quite, da esperimentarle à suo luogo e tempo, quando la sarà permesso, e cessati che saranno li sopradetti rispetti.

Dichiarando, che tutto ciò, ch' Ella, ò alcun suo Ministro facesse, ò fosse per fare in conformità della sudetta Capitulazione, s' intenda fatto, e farsi come da padrone, ch' Ella è dello stato di Ferrara, e d'altri luoghi predetti nè quali per la potenza del Pontefice, che indebitamente dètte gli occupa, non le viene permesso di godere ò possidere di vantaggio, & in ogni caso, per non restare fratanto in questo maggior danno e pregiudicio di non godere almeno quelle parte delle sue ragioni, che solo secondo lo stato presente le viene concesso.

Dichiarandosi in oltre di fare la presente protesta fuor di giudicio, e nella forma sudetta per non poter farla giudicialmente, come havrebbe desiderato di fare, stando la sudetta gran potenza del Pontefice, e li gravissimi prejudicii che facendola in altra maniera le potrebbono avenire.

Tanto disse e protesto S. A. S. non solo nel modo sudetto, mà in ogni altro migliore, che le possa esser più utile e favorevole. Giurando à maggiore chiarezza e validita, di questa sua Dichiarazione e voluntà, non solo in fede di vero Prencipe, mà formalmente tactis scripturis ad Sancta Dei Evangelia, che per li sudetti rispetti fa la presente scrittura &c.

Actum Mutinæ, in Castro Ducali in Camera solitæ Residentiæ Illustrissimi Consilii signaturæ, præsentibus Illustrissimo Domino Marchione Hannibale de Malespinis, multum Reverendo Patre, Domino Bernardo Cœsio, Societ. Jesu, Illustrissimo Domino Andrea Codebovio, Mutinensi, Illustrissimo Domino Scipione Sacrato, Regiensi, & Illustrissimo Domino Angelo Belmessevio Pontremoulensi, Consiliariis Status & intimis à Secretis Celsitudinis suæ testibus ad prædicta specialiter habitis &c. vocatis &c. & rogatis &c.

Ego Hieronymus à Turre.

LXXX.

Protestatio Francisci I. Mutinæ & Rhegii Ducis contra conventionem Faventinam & relaxationem Ferrariæ, aliorumque locorum, d. d. 20. Augusti, An. 1629.

Al nome Dio, à di 20. Agosto 1629. indizione duodecima.

IL Serenissimo Signor Duca Francesco primo di questo nome, Duca ottavo di Ferrara, di Modena, e di Reggio &c. Inerendo alla protesta fatta sotto il di 9. di Februario prossimo passato per rogito di me Cancelliere e Notario infrascritto dal Serenissimo Signor Duca Alfonso terzo, suo Padre contra il Rilascio fatto dal già Serenissimo Signor Duca Cesare, suo Avo del possesso del Ducato di Ferrara con tutte le sue pertinenze, di Cento e della Pieve, e de luoghi di Romagna, alla Sede Apostolica in virtù di certa Capitulazione sopra di ciò fatta nella città di Faenza sotto il detto 28. di Gennajo dell' Anno 1598. & havendo esso Serenissimo Signor Duca Francesco notizia non solo di tale Rilascio, ma anche dell' occupazione di Comachio, Riviere di Filo, Cotignuola, & altri Luoghi e bene non espresi, non demandati nel monitorio Apostolico, nè specificati, ne compressi in dicta Capitulazione, che di fatto s'è usurpato la medesima sede; E sapendo molto bene che la rilassazione del possesso de Ducato di Ferrara, e de gli altri luoghi predetti, fù fatta per giusto timore non tanto dell' armi spirituali, per esser publicati monitorii, comminate pene gravissime, e fulminate sentenza contra la persona, figlioli, e beni del detto Serenissimo Duca Cesare, quanto delle tempo-

rali, avendo il Pontefice mosso esserciti armati e condotti à confini di quello stato, come lo stesso Serenissimo Signor Duca Cesare con espressa scrittura dichiarò prima dell' uscire di Ferrara, e che perciò non si può mai dire approvata, o ratificata dal sudetto Serenissimo Signor Duca Cesare per qualsivoglia atto positivo, che habbia fatto in virtù della detta Capitulazione, ò in altra maniera, e meno dal Serenissimo Signor Duca Alfonso suo Padre, mentre vi era la Sede Apostolica, e vi è non solo con la stessa potenza, ma con quella maggiore, che le si accresce per lo detto stato di Ferrara. Et avendo però certezza L' A. S. che niun pregiudicio possa essere stato fatto alle sue vive raggioni così per la ricuperatione di Ferrara, e suo stato, come di Comachio, Cotignuola & altri luoghi, come sopra, i quali stati per la morte del fù Serenissimo Signor Duca Cesare suo Avo, e per la rinunzia fatta al detto Serenissimo Signor Duca Francesco dal Serenissimo Signor Duca Alfonso suo Padre pure per rogito di me Cancelliere e Notario infrascritto sotto il 27. di Luglio prossimo passato, ora spettano di raggione ad esso Serenissimo Signor Duca Francesco, come legittimo discendente Successore di quei Prencipi della Casa d'Este à quali detti stati furono conceduti, e confermati da Pontefici & Imperatori rispetivamente, in virtù d' antiche Investure, e spetavano anche per legitimi e giusti titoli, da quali L' A. S. è compresa e chiamata.

Mà per che l' esperimentar detre sue ragioni è con manifesto periculo di sottoporre à gran perdita di beni, che L' A. S. possiede in quello stato, e di ricevere altrove ancora molte e gravi turbolenze, e guerre, per li frequenti segni ricevutisi da animo mal affetto de Pontefici verso questa casa, e che tuttavia si ricevono non solo per l' occupazioni fatte di fatto, e senza citatione, de' luoghi non compresi nella detta Capitolazione, mà anche in piantare una fortezza reale con presidio maggiore de bisogno di quella fù i margini di questi suoi stati Imperiali, e discosto appena quatro miglia da Modena ove reside L' A. S. ed in un medesimo tempo armare grosso numero di Soldatesca in questi confini per formare essercito, e per essere il pontefice di gran potenza confinante dà più parti a detti suoi stati, al quale non stima di potere resistere e deducendo dette sue ragione giudicialmente sarebbe senza frutto, e di dubio di vedere una subitanea e precipitosa terminazione contra L' A. S. non conosce però di poterlo fare duranti li sudetti rispetti.

Et perche non vorebbe, che da gli atti positivi, i quali forse sequissero, ò havessero dipendenza dalla Capitulazione Faentina sudetta, si potesse argomentare, che L' A. S. ratificasse, ò approvasse la predetta rilassazione, occupazione, e Capitolazione ed in un certo modo fosse preteso, che con tacito consenso ò espresso havesse rinunziato alle giuste pretensioni e ragioni, ed avendo anche piena notizia della protesta fatta dal Serenissimo Signor Duca Alfonso suo Padre in questo sugetto sotto il di 9. Febr. 1629. prossimo passato, come pure per me rogito Cancelliere & Notario infrascritto.

Christianissimo stando massime l'instanza fatta dal Signor Ambasciadore di Spagna à S. M. Cesarea perche dia la detta investitura, e possesso al detto Signor Duca.

Di questo nuovo accordo dovrà essere auvisato il Signor Duca di Parma, acciò sappia quanto è seguito con saputa di S. M. Cesarea; E che unitamente debbano supplicare S. M. C. si compiaccia benignamente ordinare si ritiri quanto prima la soldatesca dalle Città, terre, e luoghi senza danneggiarli nè partire nè condur via artiglieria, munitioni, armi, e per non dare forse occasione che altri facessero il medesimo il che causarebbe gran disordine.

Et havendo Monsignor Vescovo di Mantova ricercato il Duca di Guastalla di supplicare unitamente seco S. M. Cesarea, che in evendo che mancosse la linea masculina del Signor Duca Ferrando suo Padre S. M. si compiaccia dichiararne che così queste Terre che capiranno nell' agiustamento, come anco Guastalla, e qualsivoglia altro feudo Imperiale che havessero detti Eredi del sudetto Signor Duca ritornino, e s' incorporino al Ducato di Mantova aggiungendovi clementemente l'autorità sua Imperiale per quella parte che ne havesse bisogno.

Ultimamente dopo l'approvatione di S. M. Cesarea, e promessa come sopra del Signor Ambasciadore di Francia, dovrà Monsignor Vescovo di Mantova come Plenipotentiario del Signor Duca Carlo, e'l Signor Duca di Guastalla sottoscrivere detto accordo quale doverà restare irrevocabile fra le parti.

II.

Ferdinandi II Romanorum Imperatoris ad Odoardum Farnesium, Parmæ & Placentiæ Ducem, Literæ, in quibus ei in commissis dedit, ut Guastallæ Ducem in terrarum per Pacificationem Ratisbonensem ipsi adjudicatæ portionis possessionem immittat, d. d. 1. Maji, An. 1631.

Illustrissime Princeps Carissime.

EX ultimis Nostris septima Aprilis proximi præteriti datis, Dilectio tua ulterius intellexerit, quæ mens, & desiderium Nostrum sit circa negotium æstimationis Terrarum Duci Guastallæ, pro adjudicata sibi pecuniæ summa, assignandarum. De Tuæ igitur Dilectionis erga Nos, & Rempublicam studio & affectu, nec non pacis promovendæ desiderio cum minime dubitemus, jamque ex mente, & voluntate Nostra ad Pacificationis Ratisbonensis normam omnia inter Ducem Guastallæ, & Nivernensem composita, & transacta esse speremus, Renunciationem prætensionum suarum super Statu Mantuæ ex dicto Capitulationis Ratisbonensis præscripto transmittimus, benevole pro solita fiducia Nostra, eidem Dilec. Tuæ committentes & requirentes, ut quandoquidem res in eo jam vertitur, ut tota hæc Pacis executio effectum suum quamprimum sortiatur, ipsique Duci Carolo, jam tum possessio Ducatus Mantuæ addicta sit, Dilec. Tua Plenipotentiarium quoque dicti Ducis Guastallæ in possessionem portionis Terrarum ipsi adjudicatarum immittat, aut, siquidem ea decisio à Dilec. Tua nondum facta sit, ea quamprimum ut fiat, ac tum juxta hanc ordinationem Nostram excutioni mandetur, factura in hoc expressam voluntatem Nostram nec non rem pergratam Nobis futuram; Cui de cætero gratiam & benevolentiam Nostram Cæsaream prolixe offerrimus. Datæ in Civitate Nostra Viennæ, die prima mensis Maji, anno Domini 1631. Regnorum Nostrorum, Romani duodecimo, Hungarici decimo tertio, Bohemici vero decimo quarto.

Ferdinandus.

J. H. a Stralendorff.

Ad mandatum Sacr. Cæs. Maj. proprium

Joan. Walderot.

A Tergo:

Illustrissimo Odoardo Farnesio Duci Parmæ & Placentiæ, Principi Nostro Carissimo.

Item cum Sigillo Magno Imperiali in cæra rubea impresso.

Nota. In §. 97. Instrument. Pacis Monaster. de an. 1648. ratione Guastallæ Ducis sequentia sancita fuere: *Similiter declarabit Imperator in investitura Ducatus Mantuæ comprehendi Castra Reggioli & Luzzara, cum suis territoriis & dependentiis, quorum possessionem Dux Guastallæ Duci Mantuæ restituere tenetur, reservatis tamen eidem juribus pro sex millibus scutorum annuorum, quæ prætendit, de quibus agere & judicio experiri coram Sua Majestate valeat adversus Ducem Mantuæ.*

III.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris literæ ad Vincentium, Guastallæ Ducem datæ, quibus eum serio exhortatur, ut ne Gallicis & Hispanicis Copiis in Italia militantibus opem ferat, quin potius illas a se terrisque suis vi & armis propulset, e contrario autem exercitus Cæsareos omni benevolentia prosequatur, ipsosque hospitaliter excipiat, &, quocunque modo possit, adjuvet, d. d. 20. Maji, An 1701.

LEopoldus, Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus. Illustrissime Consanguinee, & Princeps carissime. Nulli sane dubitamus, quin Dilectio tua haud fieri potuisse Nobiscum existimaverit, ut Mantuæ Dux Ferdinandus Carolus rejecto, quod Sua Sanctitas ipsi promiserat, auxilio militari, bellique nervo, ac spretis salutaribus monitis, & rationibus ipsi per Ablegatum illic nostrum, uberius sæpiusque demonstratis atque Exercitu nostro jam tum illuc properante, & eo ipso quidem tempore quo se sine præscitu, con-

consensuve nostro, ne vel quicquam facturum, permissurumve, jurato asseruerat, de tradenda Mantuæ Feudi nostri Imperialis Urbe, & Castello cum Gallis & Andegavensibus tractaret, imo nulla svadente ratione, ac ne unico quidem hostilis tormenti globo petitus, illam re ipsa dederit. Verum cum aliter acciderit, isque omnis fidei nobis, Sacroque Romano Imperio juratæ immemor, præ sola auri Gallici suæ ipsiusmet Patriæ totiusque Italiæ saluti præposita cupiditate, tam nefanda & Principi plane indigna, feloniæ labe se contaminare, ac in læsæ Majestatis nostræ Cæsareæ, & rebellionis crimen præcipitare non erubuerit: Profecto non potuimus quin pro supremo quo fungimur Officii nostri Cæsarei munere, ea quam tum communes Vassalagii Leges, tum Sacri Imperii Constitutiones nobis præscribunt severitate, in eundem, illiusque Consiliarios, inprimis autem N. Berettum, & N. Fianum animadverteremus, eosque ad audiendum, & videndum bona sua respective caduca, & Fisco Imperiali delata esse, Fisco nostro Imperiali ad id una Officii sui monito, citaremus, subditosque obedientiæ juramento absolveremus, prout etiam hodierna die, tum & alios ita citavimus, tum & hos ita absolvimus. Quemadmodum igitur persvasi sumus, Dilectionem tuam justissime Ordinationi huic nostræ Imperiali facile assensuram, ita etiam nobis certo pollicemur, fore ut ipsa pro nostro nobis alias, ac debito suæ fidei intemeratæ zelo, proque jurisjurandi, quo nobis & Sacro Imperio obstringitur, religione nobis immota adhærescat, neque Gallicis, vel Andegavensibus, Hispanicisque Copiis militantibus, Ducatum Mediolanensem, aliaque Feuda nostra Imperialia, contra fas & nefas, usurpantibus, ac depopulantibus, vel minimo adminiculo assistat, quin illos potius à se, terrisque ac finibus suis, vi, & armis avertat, & propulset, Exercitus vero nostros omni benevolentia, hospitalitate, atque adjumento prosequatur. Cedet hoc ad majorem Dilectionis tuæ gloriam, & commune Imperii Romani, præsertim vero viciniæ suæ, totiusque Italiæ restaurationem, & incrementum, utpote quod & Nos, quo possumus, ac debemus solicitudine, & opera indefesse promovere, divina, qua confidimus, sub ope non intermittemus. Qui, quod reliquum est, Gratiæ ac benevolentiæ nostræ Cæsareæ affectu eandem complectimur. Datum Laxemburgi, die vigesimo Maji, anno millesimo septingentesimo primo, Regnorum nostrorum Romani quadragesimo tertio, Hungarici quadragesimo sexto, Bohemici vero quadragesimo quinto.

LEOPOLDUS.

Foris.

Illustrissimo Vincentio Duci Guastallæ, Consanguineo, & Principi nostro carissimo.

IV.

Literæ Josephi, Rom. Imperatoris, ad Vincentium, Guastallæ Ducem, exaratæ, in quibus eum Cæsareæ suæ benevolentiæ animique propensionis tutum ac securum reddit, d. d. 15. Julii, An. 1705.

Illustrissime Princeps, & Consanguinee carissime.

Quod mihi dilectio Vestra Litteris suis perquam gratis non solum de funestissimo Domini & Genitoris mei, omni veneratione colendissimi, obitu condolere, verum etiam de successione in Imperium congratulari, omniaque ad hanc felicitatem gerere apprecari voluerit, hoc in specialis erga me studii & observantiæ argumentum sumpsi, pro quo igitur duplici compassionis, tum gratulationis officio Dilectioni vestræ plurimas ago gratias, & ut Deus ter optimus maximus eandem ab hujusmodi mœstis casibus diu immunem servet, nec non præsentibus calamitatibus brevi liberatæ multas prosperitates concedat animitùs precor, simulque Dilectionem vestram uberrimæ Cæsareæ meæ benevolentiæ & propensionis securam reddo. Datum Viennæ, die 15. Julii, Anno 1705.

JOSEPHUS.

Foris.

Illustrissimo Vincentio Duci Guastallæ, Consanguineo & Principi nostro carissimo.

V.

Comitis Fantonii, Ducis Guastallæ Ablegati, Memoriale Collegio Electorali exhibitum, in quo illud humiliter implorat, ut in Capitulatione Cæsarea propediem conficienda in hanc velit incumbere curam, quo Duci Guastallæ investitura de Ducatu Mantuano jure ipsi competens, ut & damnorum illatorum compensatio certissime futura, confirmetur, d. An. 1711.

Reverendissimi, Eminentissimi & Serenissimi Sacri Romani Imperii Electores, nec non absentium summa cum potestate Legati Excellentissimi.

Serenissimus Vincentius Gonzaga, Gvastallæ Dux, extincta per mortem olim Ferdinandi Caroli, Mantuæ Ducis, Linea Gonzagiaca regnante, Investituram sibi, uti proximiori debitam, prædicti Mantuani Ducatus, tum ex pacto & providentia Suorum Majorum, tum etiam vigore reservationis per quondam Vincentium Gonzaga, Guastellæ Ducem, Patruum Colendissimum factæ, de anno 1631. in executionem renunciationis demandatæ ab Articulo quarto Pacis Ratisbonensis, humiliter ab Augustissimo Imperatore Josepho Primo gl. rec. petiit; Clementissima spe justitiæ obtinendæ de die in diem sibi facta, inopinata tandem Majestatis suæ morte frustratus, Celsitudines V. V. Emi-

nent. & Sereniss. Electorales atque Excellentias Vestras, mediante persona infrascripti Sui Ablegati humiliter exorare sibi consultum ducit, ut in proxima Capitulatione, non tantum de præfata Investitura obtinenda securus reddatur, sed etiam quoad fructuum post mortem præfati Mantuæ Ducis, usque in præsens perceptorum sibique debitorum restitutionem jus reddatur & ulterius pro eximiis damnis præsenti vigente bello sublatis ingentibus summis nomine contributionum ab ejus subditis exactis compensatio, debitaque restauratio statuatur. Et quia de aliquali capta per D. Comitem de Castelbarcò Mantuani Ducatus possessione eidem aliquid per accidens innotescit; Id circo, quatenus opus sit, talem actum, veluti juri suo adversum, retractari & revocari humiliter petit, & Investituram & possessionem ab Augustissimo futuro Imperatore, præfati Ducatus, integraliter & prout hucusque tradita fuit, eidem clementer tradi, & concedi debere quacunque contradictione & exceptione remota.

Celss. V. V. Eminent. & Sereniss.

Humilliss. Deditissimus & Obsequentissimus Servus,

Ludovicus Comes Fantonius,
Serenissimi Ducis à Consiliis Status, & Ablegatus.

VI.

Literæ intercessionales à Collegio Electorali ad Augustissimum Imperatorem Carolum VI. pro Duce Guastallæ, investituram Ducatus Mantuani, & præstationem damnorum ipsi illatorum desiderante, conscripta, d. d. 23. Decembr. An. 1711.

P. P.

Was bey dem Churfürstlichen Collegio dahier wegen des Hertzogthums Mantua, und zu dessen Besitz Erlangung von dem Hertzoglichen Guastallischen Abgeordneten, Grafen von Fantoni für Ansuchung geschehen sey, ein solches haben wir der Nothdurfft zu seyn erachtet, Eu Kayserl. Maj. hierbey anzufügen. Nun erinnern wir uns zwar annoch bey guter massen, wohin Wir, die anwesende Churfürsten, Uns, auch respective Unsere abwesende gnædigste Herren Principalen sich gegen letzt abgelebte Se. Kayserl. Majest. glorwürdigster Gedæchtniss &c. auf beschehenes Ansinnen, in Betracht Dero Durchlauchtigsten Ertz-Hauses Oesterreich erklæhret haben. Nachdemmahlen jedoch aber zugleich der von dem Hause Guastalla dissfalls formirender Prætension gedacht, und mithin die Billigkeit sothaner Prætension Erledigung hæchstseeligst erwehnter Sr. Majest. von Uns und respective hæchst-gedachten Unseren gnædigsten Herren Principalen geziemend zu vernehmen gegeben worden ist, einfolglich diese Sache ihre Rechts-gebührliche Endschafft solchergestalt noch nicht erreichet hat, zumahlen desshalben von neuen bey dem Churfürstlichen Collegio Anregung und bewegliche Instantz geschehen: So werden Eu. Kayserl. Majest. Sich die fürdersame Untersuchung wohlgedachten Fürstl. Hauses Anspruchs nicht missfallen lassen, auch allergnædigst geruhen, Sich mit dem Churfürstl. Collegio, gleichwie in der Haupt-nehmlichen der Verwürckungs-Sache, vom Kayser Leopoldo, glorwürdigster Gedæchtniss, geschehen, also auch in diesem darob rührenden Geschæffte zu vernehmen, und mit dessen unterthænigsten Beyrath auch Einwilligung dem Hause Guastalla dasjenige zuzulegen, was der Justitz un Billigkeit gemæss ist. Wegen welcher so einer importanten, als ein ansehnliches Hertzogthum betreffenden Sache gerechten Handhabung Eu. Kayserl. Majest. sich anderwærtigen Gottes Seegen gewinnen, und Dero siegreiche Waffen weiters beglücken werden, wann zumahlen Dieselbe inzwischen sich berührtes Hauss Guastalla, wegen dessen ohne dem wenigen und noch darzu durch gegenwærtigen Krieg überaus mitgenommenen Landen, einfolglich einem solchen Fürstlichen Geblüth gebrechender Subsistenz, allergnædigst liessen empfohlen seyn, warum Eu. Kays. Maj. Wir dann auch hiermit zum allerangelegentlichsten wollen ersuchet haben. Womit Dieselbe Wir gœttlicher mæchtigen Obhut empfehlen, und verharren

Eu. Kayserl. Majestæt

Franckfurth, den 23. Decemb.
An. 1711.

Allerunterthænigste und gehorsamste

Lotharius Frantz, Churfürst. Carl, Churfürst. Joh. Wilhelm, Pfaltz-Graf und Churfürst. Frantz Ferdinand, Graf Khinsky. Otto Heinrich, Frey Herr von Friesen. Christoph Graf de Dohna. Friedrich Wilhelm, Freyherr von Gœrtz.

Cap. III.
De Ducibus atque Principibus e Familia Gonzagana oriundis, Sablonettanis & Bozulanis.

I.

Conventio praeliminaris, quam Duces & Marchiones de Gonzaga agnati, de Successione in Domini Vespasiani de Gonzaga Columna, Sablonettani Ducis, terras atque ditiones cum Aluisio Caraffa de Marca Hostiliani Principe ac Isabella Gonzaga, unica ejusdem Vespasiani filia, marito, sanciverunt, d. d. 6. Martii, An. 1590.

IN Christi Nomine Amen, Anno ab incarnatione ejusdem millesimo, quingentesimo nonagesimo, Indictione tertia, tempore Serenissimi Principis & Domini, Domini Rudolphi Imperatoris electi, Dei gratia semper Augusti, die vero Mercurii, sexto mensis Martii, in quadam Camera terrena domus habitationis Baptistae de Mauris sitae in villa, Belvederi, territorii Sancti Martini ab aggere Episcopatus Cremonae Dominii Illustrissimorum Reverendissimi D. D. Cardinalis Scipionis & Pirrhi, fratrum de Gonzaga, Sac. Rom. Imp. Principum & Marchionum &c. praesentibus Illustri D. Lelio filio quondam multum Illustris D. Jo. Francisci de Arrivabenis Nob. Mantuano ac cubiculario Serenissimi D. Ducis Mantuae, Illustri D. Hectore filio Illustris D. Julii de Camerariis de Gazolo, Praetore terrae Sancti Martini praefati, multum Magnifico D. Joanne, filio quondam Magnifici D. Marci Antonii de Cavalcabobus, multum Magnifico D. Octavio filio multum Magnifici D. Francisci de Cavalcabobus, Magnifico Domino Christophoro filio quondam Magnifici Domini Joseph de Cavalcabobus, omnibus tribus de Spinetta, & Magnifico D. Jo. Francisco filio quondam D. Alexandri de Fargliis de Sancto Martino testibus notis & idoneis ad infrascripta omnia & singula vocatis specialiterque rogatis, qui dixerunt semetipsos D. D. testes ad invicem, & infrascriptos D. D. contrahentes bene cognoscere.

Cum Illustrissimus & Excellentissimus D. Vespasianus Gonzaga Columna, Dux Sablonettae &c. ab hoc saeculo decesserit, nullis superstitibus ex eo filiis ex se descendentibus masculis legitimis & naturalibus, sed tantum relicta Illustrissima & Excellentissima D. D. Isabella ejus filia legitima & naturali ac conjuge Illustrissimi & Excellentissimi Domini D. *Aloysii Caraffae de Marca, Hostiliani Principis &c.* quam idem D. Dux haeredem universalem instituit, ut constat testamento publico rogato per me Franciscum Calettum unum ex Notariis infrascriptis sub die vigesima quarta mensis Februarii proxime praeteriti, & aperto & publicato sub die quarto mensis instantis Martii manu ejusdem mei Notarii, cumque ob mortem praefati Domini Ducis, ut supra, sine filiis & descendentibus masculis secutam, praetendant Illustrissimi & Reverendissimus Domini *Pirrhus, & Scipio* Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, *Ferrantes*, Eques Ordinis Sancti Jacobi a Spada, & *Julius Caesar*, omnes fratres, filii quondam Illustrissimi Domini Caroli Gonzagae, Marchionis ac Sac. Rom. Imp. Principis, uti agnati & proximiores ejusdem Domini Ducis, comprehensique & vocati in Investituris Caesareis, ad eos pertinere civitatem Sablonettae, terras *Boruli, Riparoli, Commessadii*, omnes sitas *in Diaecesi Cremonensi*, nec non terram *Hostiani in Diaecesi Brixiana* existentem, item & terram *Botingi* in *Diaecesi Mantuana* sitam, & has omnes, cum eorum villis, jurisdictionibus & territoriis pertinentiisque omnibus & juribus feudalibus, nisi quantum sit, quoad terram Botingi, cum suis juribus & pertinentiis quod super eis, & vivente supradicto Domino Duce Vespasiano, nec non super terris Bozuli & Riparoli earumque juribus & pertinentiis reperitur facta conventio intra supradictos DD. Cardinalem Scipionem, Pyrrhum & Ferrantem ab una parte, & Serenissimum DD. Vincentium Gonzagam Dei gratia Ducem Mantuae quartum, & Montisferrati secundum ex altera, virtute cujus conventionis, & in eventum mortis Domini Vespasiani Ducis, prout supra evenit, sine filiis & descendentibus masculis praefatae terrae Bozuli & Biparoli foris omniaque jura in eis & in terris Sancti Martini Insulae & Pomp^ci & earum pertinentiis ad praefatum Serenissimum Dominum Ducem spectantia, cessa & translata fuerunt in supradictos Illustrissimos DD. fratres & similiter jura ad eundem Dominum Mantuae Ducem pertinentia in praedictis terris Sablonetae, Hostiani & Commessadii. Et e contra iidem DD. Cardinalis Pirrhus & Ferrantes cesserunt & transtulerunt in ipsummet D. Ducem Mantuae terram praefatam Botingi, cum omnibus suis jurisdictionibus, juribus & pertinentiis; Promittentes etiam & sese obligantes pro portione, quae tangere posset ad praedictum Illustrissimum Dominum Julium Caesarem in saepe dicta terra Botingi & ejus jurisdictione, atque portionem ipsam Suae Celsitudini manutenere, & prout latius de dicta conventione patet scriptura privata continens pacta & conventiones, cum quibus facta fuit eadem conventio, quae ibi nobis infrascriptis Notariis exhibita fuit registrata primo loco in fine praesentis & apparet scripta de mense Septembris Anni millesimi quingentesimi octuagesimi septimi, Cum insuper ob mortem dicti Domini Vespasiani praedicta Excellentissima Domina ejus filia & haeres supradicta praetenderet habere & con-

continuare possessionem & tenutam prædictorum omnium locorum, terrarum & Jurium, uti in paterna hæreditate repertorum, simul eorum, quæ idem Dn. Dux suus Pater vivens & etiam tempore mortis tenebat & possidebat; prætenderet quoque quicquid de supradicta conventione inter alios acta esset, contendere super præfatorum D. D. Ducis Mantuæ & Dominorum fratrum juribus & prætensionibus & præcipue ratione melioramentorum, quæ & magnæ æstimationis asserit fecisse supradictum Dominum Ducem Vespasianum, patrem suum in & super terris & locis, quæ tenebat & possidebat, ut supra, & præsertim in Sabloneta & Bozulo, adversus quam prætensorum melioramentorum rationem supradicti Illustrissimi D. D. fratres multa habebant & habent dicenda ad eorum favorem, & maxime quod sequi debeant & sortiri naturam feudalem, & propterea prætenderent non posse impediri eorum Jus feudale notorium realemque executionem investiturarum, quibus vocantur salvis saltem & reservatis prætensis juribus, pretium circa melioramenta & alia. Ex quibus & ex aliis rationibus & causis cum parati essent juris & facti anfractus, litium magna dispendia & animorum distractio, ab illa amoris & benevolentia continuatione, quam tales & tantos decet consanguineos, justitia postulat, & propria ac subditorum quies exposcit. Quamobrem, medio amicorum communium & cum scientia & interventu omnium, ut supra, interesse habentium, & seu pro eis agentium, nec non cum ipso Excellentissimo Domino Hostiliani Principe tractatum fuit & amicabiliter res peracta, ita, quod tandem partes præfatæ omnes & unaquæque pro suo interesse ad amicitiamque & affinitatem conservandam augendamque satis prone, divino quoque adjuvante numine, devenerint ad compositionem & concordiam cum pactis, modis, formis & conditionibus contentis in altera privata scriptura nobis Notariis infrascriptis pariter tradita, in calce præsentis Instrumenti secundo loco describenda. Volentesque ipsæmet partes de his omnibus & aliis supra & infra dicendis publicum celebrari Instrumentum: Ideo in primis & ante omnia Illustris & Excelsus D. Fulvius Pacianus Mutinensis, J. U. Doctor Procurator ad id & alia constitutus per supradictos Excellentissimos D. D. Jugales Hostiliani Principes, ut de ejus mandato docuit exhibitione publici & authentici Instrumenti rogati per me antedictum Franciscum de Calettis, unum ex Notariis infrascriptis tenoris infra, tertio loco registrandi: Ipse inquam Dominus Procurator exhibuit Testamentum supradicti Excellentissimi Domini Vespasiani rogatum, ut supra, quod per me de Calettis alta & intelligibili voce lectum fuit, præsentibus & intelligentibus supradictis partibus & testibus, una etiam cum quadam scriptura fidem faciente de legalitate mei Notarii supra & infrascripti de Calettis, Magnificorum D. D. Notariorum Collegii Civitatis Sablonetæ, tenoris registrandi in calce præsentis Instrumenti quarto loco; In quo quidem Testamento legitur inter cætera, supradictam Excellentissimam D. Principissam Donnam Isabellam institutam fuisse hæredem universalem a præfato Domino Duce Vespasiano patre suo. Post autem exhibitionem & lecturam dicti Testamenti præfatæ omnes partes, videlicet pro Serenissimo Domino Duce Mantuæ multum Illustr Dominus Tullius de Petrozanis Suæ Celsitudinis a secretis & Consiliarius, nec non legitimus Procurator, sicuti de ejus mandato docuit medio publici Instrumenti rogati per egr. Dn. Emilium de Leonibus, Civem & Notarium publicum Mantuæ, sub die tertia instantis mensis, quod Instrumentum litteris legalitatis munitum exhibuit nobismet Notariis infrascriptis registrandum pariter in fine præsentis Instrumenti quinto loco, & pro quodam Serenissimo Domino Duce Mantuæ dictus Perillustr D. Tullius Petrozanus, Procurator antedictus & una cum eo præfati & infrascripti Illustrissimi D. D. Pirrhus, Ferrantes & Julius Cæsar, Fratres de Gonzaga, Marchiones & Principes præfati & quilibet eorum principaliter & in solidum sese obligantes, una cum dicto Perillustr Domino Procuratore cum renuntiationibus debitis & necessariis & inferius exprimendis, ad abundantem cautelam, promiserunt ac promittunt de rato & ratihabitione omnium & singulorum in præsenti Instrumento contentorum sub obligatione & hypotheca omnium & singulorum eorum bonorum, præsentium & futurorum; Promittentes sese facturos & Curaturos ita & taliter cum effectu, quod non excusentur etiam possibilia faciendo, quod præfatus Serenissimus Dominus Dux Mantuæ infra quatuordecim dies proxime futuros personaliter præsens Instrumentum approbabit, ratificabit & emolugabit in omnibus & per omnia, ut infra, & illud infra dictum tempus consignabit in authentica forma, expensis præfati Serenissimi Domini Ducis præfatis Illustrissimis Dominis Principibus Hostiliani alias aut de suo proprio attendent & observabunt, & pro præfatis Illustrissimis & Excellentissimis D. D. Principibus agens ac interveniens supradictus Illustris D. Pacianus, qui quoque Illustris D. Pacianus pro præfatis Illustrissimis & Excellentissimis Principibus jugalibus convenit & promisit &c. quod dicti Excellentissimi D. D. Jugales præsens Instrumentum quoque approbabunt & ratificabunt, & quatenus opus sit, denuo facient & illud in authentica forma exhibebunt & consignabunt dicto Serenissimo Domino Duci Mantuæ, & etiam præfatis Illustrissimis Dominis fratribus Marchionibus, expensis & sumptibus dictorum Dominorum Jugalium infra quindecim dierum similem terminum sub obligatione omnium bonorum ejusdem, præsentium & futurorum ac suorum Principalium. Atque

que sæpedicti Illustrisſimi DD. Pirrhus, Ferrantes & Julius Cæsar, fratres agentes pro sese ac pro Illustrissimo & Reverendissimo Domino Cardinale Scipione, eorum fratre, pro cujus Dominatione & illius hæredibus promiserunt dicti alii Domini fratres & promittunt de rato & ratihabitione omnium & singulorum in præsenti Instrumento & scripturis supra nominatis contentorum, ad eundem Dominum Cardinalem spectantium & pertinentium, & quod facient & curabunt ita & taliter cum effectu &c. quod supradictus Illustriss. & Reverendissimus Dominus in ampla validaque & solenni forma ratificabit & approbabit ac emolugabit omnia & singula contenta & ad eum pertinentia, ut supra, infra terminum duorum mensium proxime futurorum & illud Instrumentum in publicam & authenticam formam tradet & consignabit dictis Excellentisſimis D. D. Jugalibus & dicto Serenisſimo Domino Duci Mantuæ, omnibus ipsius Illustrisſimi Domini Cardinalis propriis sumptibus & expensis, alias autem ipsi Illustrisſimi Domini fratres de suo & suis propriis bonis attendent & observabunt, remota omni exceptione, præsertim promisſionis facti alieni, imposſibilitatis & adhibitæ diligentiæ, dictam rati promisſionem acceptantibus supradictis Dominis Procuratoribus Ducis Mantuæ & Principum Hostiliani, nobis quoque Notariis infrascriptis pro eisdem Serenisſimo & Excellentisſimis D. D. ac nominibus omnium aliorum, quorum interest, vel in futurum interesse poterit, omnes dico, præfatæ partes mutuoque & vicissim stipulantes & acceptantes dixerunt, declaraverunt & recognoverunt compositionem & concordiam, de quo in supradicta scriptura nobis Notariis tradita, ut supra secundoque loco recognoscenda ut supra, quæ incipit, *si sono contentati:* & consimilis tenor habetur in supradictis mandatis procuratoriæ, tam Serenisſimi Domini Ducis, quam Excellentissimorum Dominorum Principum, affirmantes & attestantes, inter eas conventum fuisse & concordatum modis & formis in omnibusque & per omnia, prout in eadem scriptura explicatur, ad quam & contenta in ea voluerunt & volunt haberi relationem, cum infrascriptis tamen additionibus, declarationibus, pactis & modis, & non aliter nec alio modo, sine quibus additionibus non fuisset ad præsens accordium, contractum & venditionem & transactionem. Quemadmodum etiam iidem Illustrissimi DD. tres præsentes cum supradicta rati promisſione, nec non & supradictus multum Illustris Dominus Petrozanus interveniens, ut supra, & ipsi stipulantes & acceptantes promiserunt, dixerunt, declaraverunt & recognoverunt concordium, de quo in supradicta alia scriptura nobis Notariis, ut supra, tradita, primoque loco recognoscenda, ut supra, quæ incipit: *Pretendendo il Seren. Signor Duca di Mantua &c.* affirmantes & attestantes inter eas conventum fuisse & concordatum modis & formis in omnibusque & per omnia, prout in eadem scriptura continetur, ad quam & ad contenta in ea voluerunt & voluit haberi relationem. Et specialiter Illustrisſimus Dn. Julius Cæsar, qui dictam scripturam non subscripsit, nec in ea intervenit, ad majorem Serenisſimi Dn. Ducis cautelam cesſionem fecit & translationem de & pro omni ejus portione & jure in dicta terra Botingi suisque pertinentiis fecit, dico, præfato Perillustri de Petrozanis & nobis Notariis omnibus pro dicto Serenisſimo Domino Duce acceptantibus &c. Et hoc præsertim, quia idem Dominus Petrozanus dicto nomine, quo intervenit cum præsentia & consensu supradictorum D. D. aliorum fratrum præsentium & consentientium tam pro sese, quam pro dicto Domino Cardinale sibimet Illustrisſimo Domino Julio Cæsari præsenti & acceptanti eandem fecit cesſionem & translationem pro jure & portione ad eum duntaxat spectante, & quæ spectare posset in supra nominatis locis Bozuli & Riparoli ac aliis in dicta scriptura expressis: Et quæ mutua & reciproca cesſio & translatio nunc facta sit, semper & intelligatur facta, iisdem modis, formis & conditionibus contentis in præmemorata scriptura primo loco recognoscenda, & quæ incipit: *Pretendendo il Seren. Signor Duca di Mantua &c.* & non aliter nec alio modo &c. Præterea citra præjudicium scripturarum, declarationum generalium & conventionum factarum & seu confirmatarum per relationem ad scripturas, ut supra, registrandas, & in executione contentorum in eis supradicti Illustrisſimi DD. fratres cum promisſione rati, de qua supra, salvo semper & reservato beneplacito & assensu Invictisſimi Imperatoris, & prout etiam dicitur in supradictis duabus scripturis privatis, & in hoc præsenti Instrumento reperitur atque dicitur inferius, quam protestationem & reservationem voluerunt & volunt omnes partes in principio, medio & fine & in qualibet parte præsentis Instrumenti & in quolibet actu fiendo quomodolibet & pro executione contentorum in eodem Instrumento haberi pro repetita, ac uti decet & D. D. contrahentium requirit summa devotio erga Cæsaream Majestatem & Sac. Rom. Imp. dederunt, vendiderunt & tradiderunt præfato Illustri Dn. Fulvio de Pacianis, Procuratori supradictorum Illustrisſimorum & Excellentisſimorum DD. Hostiliani Principum, præsenti & acquirenti nominibus & vice ipsorum DD. suorum Principalium jurisdictionem & Feudum Civitatis Sablonetæ, nec non omnia jura ad eosdem Dominos venditores, in quo feudo & suis pertinentiis spectantia & pertinentia, pro pretio pactisque modis & conditionibus enarratis in eadem scriptura secundo loco recognoscenda, quæ incipit: *Si sono contentati &c.* cum infrascriptis tamen additionibus, declarationibus, pactis & modis, & e converso præfatus Illustris Dominus Fulvius Pacianus, Procurator præfatæ Excellentissimæ Dominæ Donnæ Isabellæ hæredis

dis & uti & tanquam hæredis instituta ut supra, nec non uti Procurator supradicti Illustrissimi & Excellentissimi Domini Principis Hostiliani consentiens eidem Excellentissimæ Dominæ nec non & pro omni & quocunque Interesse ejusdem Domini Principis. Inhærendo concordatis, ut supra, eorum declarationibus, de quibus infra dimisit & relaxavit supradictis Illustrissimis Dominis fratribus possessionem liberam & expeditam omnium & quarumcunque terrarum & jurisdictionum, quæ tenebantur & possidebantur a præfato Excellentissimo Domino Duce Vespasiano, dum viveret, in hac Lombardiæ provincia, cum omnibus eorum pertinentiis & juribus, excepta civitate Sablonetæ, illiusque jurisdictione & territorio, quæ titulo præfatæ venditionis remanent supradictis Excellentissimis Dominis Principibus cum eorum possessione libera & expedita; Et specialiter supradictus Procurator Dn. Principalium dimisit & relaxavit præfatis Illustrissimis Dominis fratribus terram & locum Bozuli cum ejus castro instructo, prout de præsenti reperitur, etiam cum tormentis & aliis munitionibus in eo existentibus. Quorum quidem tormentorum & munitionum Castri præfati Bozuli fieri debebat Inventarium sive descriptio & exinde consignatio, cum expressione æstimationis eorundem faciendæ per æstimatores a partibus communiter eligendos ad finem & effectum, ut eveniente casu, quo per lineam finitam masculinam Excellentissimæ Dominæ Principissæ præfatæ luerent dictam jurisdictionem feudi Sablonetæ ut supra venditam, debeant ultra restitutionem dicti pretii percepti & æstimationem melioramentorum faciendam Civitatis Sablonetæ juxta Declarationem Cæsaream solvere valorem prædictorum tormentorum, & munitionum consignandarum per Inventarium, ut supra, declarantes tamen, quod casu, quo præfatus Serenissimus Dominus Dux per finitam lineam masculinam dictæ Excellentissimæ Dominæ Principissæ haberet jus luendi dictam civitatem Sablonetæ, vel quia dicti fratres luere nollent vel non possent, idem Serenissimus Dominus Dux non sit obligatus solvere valorem præfatarum munitionum nec melioramenta præfati Castri Bozuli, si & quatenus possiderentur a præfatis Illustrissimis Dominis fratribus, vel eorum legitimis successoribus. Ac eveniente casu, quo præfatus Serenissimus Dominus Dux ob lineam finitam prædictorum Illustrissimorum Dominorum fratrum posset dictam civitatem Sablonetam luere, tunc & eo casu teneatur & obligatus sit ad solvenda dicta melioramenta Bozuli, nec non æstimationem prædictarum munitionum & tormentorum ultra restitutionem pretii feudi Sablonetæ & melioramentorum; Quoniam sic inter partes fuit conventum & concordatum. Atque cum declaratione, quod terra Commessadii sit eorundem fratrum & quod flumen dividat territoria dicti loci & Sablonetæ, verum totum dictum flumen cum suo alveo, Pischeriis & juribus intelligitur & sit unitum ipsi terræ Commessadii, quæ remanet supradictis Dominis fratribus, intelligendo tamen, quod propterea non sit generatum præjudicium aliquod in dicto flumine Serenissimo Domino Duci Mantuæ respectu territorii sui Vitellianensis cohærentis eidem flumini, verum Jura suæ Celsitudinis & dictorum Illustr. Dominorum fratrum hac de causa semper salva sint. Item cum ista alia declaratione, quod respectu terræ Botingi & Villæ Bipaltæ omniumque earum jurisdictionum & pertinentiarum atque possessionis eorundem dimissio & relaxatio possessionis liberæ intelligitur, & sit facta ad commodum & utilitatem præfati Serenissimi Domini Ducis Mantuæ, juxta tamen accordium jam firmatum, ut supra, inter suam Celsitudinem & præfatos Illustrissimos Dominos fratres, & ita præfatus Dominus Procurator dictorum Excellentissimorum Principum cum consensu supradictorum D. D. fratrum, nec non ipsimet D. D. fratres cum consensu supradictorum Dominorum Principum & seu D. eorum Procuratoris dimiserant & relaxaverant Procuratori præfati Serenissimi Domini Ducis præsenti & acceptanti liberam & expeditam possessionem & tenutam dictorum locorum Botingi, Bipaltæ omniumque illorum Jurisdictionum & pertinentiarum modis & formis, ut supra, conventis, & quorum adimplementum promisit facere Procurator dicti Serenissimi Domini Ducis nomine suæ Celsitudinis & ad formam jam conventorum & cum ista alia declaratione respectu Botingi & Bipaltæ & aliorum locorum, videlicet Bozuli & Riparoli foris Hostiani, Cividalis ac Commessadii, quod videlicet salva sint & reservata intelligantur præfatæ Illustrissimæ & Excellentissimæ Dominæ Principissæ Donnæ Isabellæ bona allodialia, quæ in territorio dictorum locorum possidebat tempore suæ mortis dictus Dominus Vespasianus Dux, quæ quidem bona restent supradictæ Dominæ Principissæ uti hæredis Domini sui Patris ut supra, & per ipsam tenenda & gaudenda cum iisdem immunitatibus & exemptionibus, etiam respectu extractionis fructuum, cum quibus tenebantur, & illis gaudebat idem D. Dominus Vespasianus. Quæ quidem bona dictus Dominus Pacianus Procurator asseruit & protestatus fuit, esse bona descripta in cedula in præsenti Instrumento describenda & registranda sexto loco, quam tradidit nobis Notariis, cum declaratione etiam per ipsum facta, quod Domus habitationis Magnifici Domini Vicarii Botingi non intelligatur, nec sit comprehensa inter bona allodialia dictæ Excellentissimæ Dominæ Principissæ, in qua quidem cedula etiam reperiuntur descripta cætera bona allodialia jacentia & consistentia in terra & territorio - - Bozuli, Commessadii & Hostiani & villæ Cividalis territorii, & licet in mandato Procuraturæ Serenissimi Domini Ducis Mantuæ dicta bona appellata fuerint allodialia & ruralia, dictæ partes tamen declararunt esse ea, de quibus supra, & fore & debere esse

a ilic immunia & fuisse appellata ruralia, eo quod aliqua ex eis sint ruri, non autem quod onera rusticalia sustineant nec sustinere habeant. Ad habendum, tenendum & possidendum & quicquid deinceps perpetuo cuilibet prædictarum partium & respective placuerit faciendum una cum omnibus & singulis juribus, pertinentiis & aliis ad præmissa & singula singulis congrue referendo spectantibus & pertinentibus, cumque omnibus & singulis, quæ dicta loca respective semper intelligendo, habent super se, infra, seu intra se, in integrum omnique jure & actione, usu seu requisitione cumque pariter & respective & singula singulis adaptando, pactis, modis, formis, promissionibus, conventionibus & conditionibus, cum quibus conventum inter duas partes fuisse & concordatum dictum fuit supra, relatione præsertim habita ad memoratas scripturas in præsenti instrumento, ut supra, registrandas. Et hoc pro pretio & finito marcato declarando prædictam Cæsaream Majestatem, quod pretium dictus Illustrissimus Dominus Pacianus Procurator, dictis procuratoriis nominibus convenit & promisit dictis Illustrissimis Dominis fratribus præsentibus & stipulantibus pro sese ac nomine dicti Illustris. & Reverend. Domini Cardinalis dare, solvere & exbursare eisdem DD. fratribus ut supra, sive hæredibus eorundem, ut supra, hoc modo: videlicet dimidiam pretii statim secuta declaratione Cæsarea, & alteram dimidiam infra duos annos proxime futuros incipiendo a die stipulationis Instrumenti absque solutione aliquorum interusuriorum, sine aliqua executione juris vel facti in tot denariis tantum, & non in aliqua alia re contra voluntatem eorundem Illustrissimorum Dominorum fratrum, renuntiando beneficio statutorum disponentium, quod unusquisque valeat solvere de bonis suis, & dictus Excellentissimus Dominus Princeps Hostiliani & ejus uxor sint cauti & securi, ut evenientibus casibus luitionis feudi Sablonetæ præfatæ valeant habere & consequi restitutionem pretii & solutionem melioramentorum. Ideo dicti Illustrissimi Domini fratres ex una, & dictus Illustrissimus Dominus Fulvius ex altera, unanimiter compromiserunt & remiserunt sese declarationi fiendæ per Sacram Cæsaream Majestatem, circa modum conservandi securos & cautos dictos Excellentissimos Jugales respectu restitutionis pretii persolvendi & solutionis melioramentorum, ut supra, constituentes sese dictæ partes una ad instantiam alterius & pro eo, quod quamlibet earum tangit, respective tenere & possidere seu quasi una nomine alterius, & e contra præfata loca, jurisdictiones & pertinentias, donec quibusque illorum tenutam & possessionem seu quasi acceperit, & si quam quælibet pars habet vel habebit, illam sibi ipsis ad invicem & vicissim confirmarunt & confirmant. Concedentes etiam sibi ipsis vicissim, prout ita concesserunt facultatem accipiendi tenutam ipsam & possessionem seu quasi authoritate propria, illamque in se deinceps retinendi. Dantes quoque sibi ipsis ad invicem & vicissim acceptantibus omnia & quæcunque eorum, & cujuslibet eorum jura, respective tamen & ut supra, intelligendo actiones, rationes & defensiones in terris, locis & juribus, de quibus supra, & seu omnes Exceptiones tam reales quam personales, meras & mixtas, anomalas & conventionales ac in rem scriptas omniaque alia & alius generis & nominis cujuscunque, quæ, quas, quales & serie quot supradictæ partes & quælibet earum respective ut supra, habent, habebant vel habere poterant aut possent, quomodolibet in futurum quacunque de causa in dictis terris, locis, jurisdictionibus & pertinentiis & rebus quibuscunque unicuique dictarum partium distributis, venditis, dimissis & respective, ut supra translatis & remanentibus. Facientes sese ad invicem & vicissim acceptantes Procuratores universales & in rem propriam, ita quodammodo antea in omni eo, quod secundum præmissa ad eum pervenit suisque pertinentiis & juribus valeat agere, excipere, experiri, prosequi se, defendere, vel tueri, aliaque omnia & singula dicere, facere & exercere in judicio & extra, prout & quemadmodum tam quælibet pars, quam omnes simul dicere, facere & exercere potuissent ante præsentem contractum & jurium cessionem. Et quantum pertinet ad feudum jurisdictionemque Sablonetæ & jura, ut supra vendita, supradicti Illustrissimi DD. fratres præsentes cum eadem rati promissione respectu Illustrissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Scipionis, eorum fratris, ut supra, promiserunt & promittunt præfato Illustrissimo Domino Paciano Procuratori præfatorum Dominorum Excellentissimorum Principum præsenti & acceptanti ac nobis Notariis stipulantibus nominibus & nomine dictorum Excellentissimorum Dominorum, quod super eis nullam unquam litem, causam, vel quæstionem non movebunt, neque inferenti, vel movere volenti consentient, quin imo illa in judicio & de jure defendent & tenebunt ab omni & quacunque persona, communi, collegio & universitate, authorizabuntque & desbrigabunt omnibus ipsorum Dominorum fratrum sumptibus & expensis, sive evictæ fuerint, sive non, sive in totum, sive in parte; Et hæc evictionis promissio non intelligitur facta pro dato & facto opere & obligatione contractus vel quasi supra dicti Excellentissimi Domini Ducis Vespasiani, vel majorum suorum, neque Excellentissimæ Dominæ Principissæ filiæ suæ & hæredis, nec non & promiserunt dicti Illustrissimi Domini fratres omnem & quamcunque litem, causam, vel quæstionem & controversiam dictis Excellentissimis Dominis Principibus motam sive in futurum movendam supradicta Civitate Sablonetæ & ejus jurisdictione, ut supra, vendita, per præfatos Illustrissimos Dominos Principes & Marchiones de Gonzaga in se & super se animo novandi judicium assumere & suscipere ad omnem simplicem denuntiationem factam vel facien-

faciendam legitime dictis Illustrissimis Dominis Marchionibus personaliter, vel ad eorum Domos solitæ habitationis, & familiæ, & in locis Sancti Martini insulæ & Pompᵒ & cujuslibet dictorum locorum, sive ad castra vel arces dictorum locorum, quæ loca sibi dicti Illustrissimi Domini ex nunc suis, & Domino nostro ultra domos solitæ habitationis etiam elegerunt pro eorum domicilio, adeoque dicta denuntiatio facta, vel facienda personaliter, vel ad habitationem, aut dicta loca, ut supra, sit & habetur pro rite & legitime facta, & dictæ liti, seu litibus assistere & eam seu eas prosequi ad finem præfatæ litis, seu litium & causarum, ut supra, absque eo, quod dicti Excellentissimi Domini Principes Hostiliani teneantur & obligati sint comparere pro aliqua defensione facienda nec aliquid minimum facere, & si comparuerint, & aliquid fecerint, quod propterea ipsis nec alicui ipsorum sit nec intelligatur factum aliquod præjudicium & quatenus aliquo modo sequeretur evictio dictæ civitatis & jurisdictionis, ut supra, venditæ, quod non possit objici, quod dicta evictio sequuta fuerit aliqua culpa, seu negligentia dictorum Excellentissimorum Dominorum Principum, nec quod ipsis fuerit facta aliqua injustitia, sive quod secuta fuerit ex imperitia, dolo vel per imprudentiam Judicum, & secuta evictione dictæ civitatis & jurisdictionis, ut supra, venditæ, res præfati Illustrissimi Domini Marchionis non teneantur neque obligati sint, nec teneri voluerint, nisi ad simplicem restitutionem pretii dicti feudi & jurisdictionis Sablonetæ declarandi, ut supra, ac persolvendi per ipsos Excellentissimos Dominos Principes tantum, & non ultra. Item quod in casu dictæ litis & seu molestiæ inferendæ ut supra, dicti Excellentissimi Domini Principes & eorum hæredes teneantur tempore denuntiationis, ut supra, fiendæ, dare, tradere, etiam consignare dictis Illustrissimis Dominis fratribus Marchionibus & eorum hæredibus ut supra, omnes & quascunque scripturas, instrumenta, processus, privilegia & alia necessaria penes ipsos existentia pro necessaria defensione & protectione dictæ litis, si quæ extabunt, & ad hoc ut sciri possit, quænam reperiantur dictæ scripturæ, & ut supra penes dictos Excellentissimos Dominos pertinentia ad dictam civitatem Sablonetæ & ejus jurisdictionis, convenerunt dictæ partes, quod fieri debeat nunc inventarium publicum per instrumentum & dicti inventarii copia authentica dictis Illustrissimis Dominis fratribus consignetur, vel alteri eorum ad omnem dictorum fratrum requisitionem, quatenus dictis Illustrissimis Dominis Marchionibus facto dicto inventario & eis exhibito voluerint transumptum authenticum dictarum scripturarum & ut supra, quod dicti Excellentissimi DD. teneantur & obligati sint illud tradere in authentica forma expensis præfatorum Illustrissimorum DD. Marchionum ad omnem requisitionem eorundem, quia sic inter partes supradictas fuit conventum. Ad hæc supradictus D. Procurator Excellentissimorum DD. Principum non solum convenit cum aliis partibus præsentibus & acceptantibus de non faciendo contractum vel distractum aliquem de civitate Sablonetæ suisque pertinentiis & juribus ad formam concordii contenti in præfata scriptura præsentes contrahere & distrahere voluerint, verum etiam dixit, voluit & declaravit ac convenit, quod in eventum, in quem contra conventa, ut supra, supradicti Excellentissimi Principes, vel eorum alter, aut eorum descendentes & successores, quicunque contractum seu distractum fecerint, contractus ipse vel distractus sit & intelligatur ex nunc prout ex tunc, & in contra nullus nulliusque momenti & valoris, nullumque effectum juris vel facti sortiatur vel sortiri possit in judicio vel extra in præjudicium supradictorum Serenissimi Domini Ducis Mantuæ & Illustrissimorum DD. fratrum & cujuslibet eorum descendentiumque & successorum ipsorum, quæ quidem nullitas & nullitatis effectus procedant & procedere habeant toties quoties contractus seu distractus fuerit factus. Et quia in cedula incipiente: *Si sono contentati*, inter alia dictum fuit: che mancando gli Signori Prencipe e Prencipessa sodetti & i loro descendenti communi maschii possino dettiSignori fratelli ò i descendenti d'essi capaci del medesimo feudo, & in loro diffetto il Signor Duca di Mantua & suoi succedenti pᵘ havere la detta terra di Sabloneta e sue tutte ragioni & pertinenze col mezo del pagamento sudᵒ. Ideo nunc declarando melius dictam clausulam & intentionem partium, dixerunt & convenerunt præfati DD. Procuratores & fratres, quod præfata locum non habeant, nisi deficiente linea masculina ejusdem Excellentissimæ Dominæ Principissæ proveniente vel proveniendа, nedum ex præsenti matrimonio sed ex quocunque alio, cum hac alia declaratione, quod quatenus prius decederet dicta Excellentissima Domina Principissa & ejus filii masculi, quam præfatus Excellentissim. D. Dominus Aloysius, ejus de præsenti maritus, dictus Excellentissimus Dominus Princeps possit & valeat eo casu, durante ejus vita tantum, uti & frui dicta civitate Sablonetæ & ejus Jurisdictione, quibus omnibus deficientibus, tunc & eo casu dicti Illustrissimi Domini fratres & eorum successores capaces feudi, & in eorum defectum Serenissimus Dominus Dux Mantuæ, seu ejus successores succedant in feudum, restituendo prius pretium exbursatum a præfatis Dominis Principibus una cum æstimatione melioramentorum, juxta declarationem a Cæs. Maj. faciendam, & ad majorem declarationem addiderunt, quod filii Excellentissimi Domini Principis præfati, si qui nascerentur ex alia uxore, quam de Excellentissima Domina Principissa Isabella, nullo modo admittantur ad successionem dicti feudi ac jurisdictionis Sablonetæ; Addentes etiam, quod post dictos Illustrissimos fratres & eorum defectum Serenissim. Dominum Ducem Mantuæ & ejus successores, non admittantur, nec vocen-

publicis instrumentis superinde confectis, ad quæ relatio haberi potest. Sicque etiam quod præfati Illustrissimi Domini Pyrrhus & Ferrantes, suis propriis nominibus, ac nomine & vice Illustrissimi & Reverendissimi Domini Scipionis Cardinalis eorum fratris, ac præfati Excellentissimi DD. Princeps & Principissa, causa evitandi expensas, quas facerent, seu fecissent in accedendo ad Cæsaream Majestatem ad effectum prædictarum declarationum, & terminationum per ipsam Cæsaream Majestatem faciendarum, & aliis de causis, & occasionibus tractaverint amplectendo viam amicabilis concordii, ut inter tales sangvine conjunctos decet, deveniendo ad conclusionem dicti pretii, & ad infra insertas conventiones, declarationes & pacta. Eapropter constituti in præsentia prædictorum testium, nostrorumque Notariorum dicti Illustrissimi DD. Pyrrhus & Ferrantes fratres de Gonzaga agentes suis propriis nominibus, ac nomine, & vice præfati Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Scipionis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, pro quo de rato, ac ratihabitione omnium & singulorum in præsenti instrumento contentorum promiserunt & promittunt, & quod facient, & curabunt ita, & taliter, quod non excusentur possibilia faciendo quod dictus Reverend. D. Cardinalis infra duos menses proxime futuros præsens Instrumentum accordii & omnium in eo contentorum approbabit, & ratificabit solenniter per publicum instrumentum exhibendum præfatis Excellentissimis Dominis Principibus, eorum expensis, ne aliter dicere valeant, & sese teneri pro alieno facto, & sine causa, omnique alii exceptioni doli mali, & in factum, & hoc sub pœna & obligatione bonorum, & juramento infra insertis, ex una; & Illustris & Excellens J. C. D. Franciscus Glussian, Avocatus Mediolanensis, & de collegio Juris-Consultorum Mediolani Procurator, & eis nominibus agens prædicti Illustrissimi & Excellentissimi Domini Donni Aloysii Carrafæ della Marca Hostiliani Principis, ut supra & dictæ Excellentissimæ D. Donnæ Isabellæ Conzagæ filiæ quondam & hæredis præfati Excellentissimi D. Ducis Sablonetæ ejus uxoris ad infra & alia specialiter & legitime constitutus per prædictos Dominos Jugales, ut latius apparet, publicato Instrumento, rogato per me Franciscum de Calettis, alterum ex nobis Notariis, sub die vigesimo octavo mensis Junii proxime præteriti tenoris in fine præsentis Instrumenti registrandi, & pro quibus etiam dictus Dominus Procurator promisit de rato, & ratihabitione omnium & singulorum in præsenti Instrumento contentorum, & de consignando etiam dictis Dominis fratribus infra mensem unum proxime futurum Instrumentum ratificationis præsentis accordii & pactorum in forma ampla, & avthentica, omnibus expensis ipsorum Excellentissimorum DD. Jugalium ex alia, titulo & nomine, & in vim novi accordii, & transactionis, vel alterius conventionis inter partes ipsas observandæ, salvo semper, & reservato, & seu accedente assensu Cæsareo & inhærendo reservationi jam factæ circa dictum assensum habendum, & non aliter nec alio modo dixerunt, declaraverunt, concluserunt & firmaverunt ac stabilierunt unanimiter & concorditer, ac dicunt, declarant, concludunt, & firmant, ac stabiliunt, pretium, & mercatum dictæ Jurisdictionis, & feudi, & intradarum feudalium in eo comprehensarum in Scutis centum quadraginta millibus videlicet à libris sex monetæ currentis in terra præsenti Sancti Martini ab aggere, & Bozuli, habito respectu ad totum, & integrale pretium dictæ Jurisdictionis & feudi dictæ Civitatis Sablonetæ, & sic pro tribus partibus spectantibus ad dictos Illustrissimos D. D. D. Pyrrhum, & Ferrantem, & Scipionem in scutis centum quinque mille, in quo dicti Domini fratres suo, & nomine dicti Illustrissimi D. Cardinalis sese tacitaverunt, & contentaverunt, & contentant. Quas intratas & redditus feudales dixerunt & declararunt dictæ partes ubivis fore, & esse infra insertas, & in præsentiam concessas ad effectum pro summis inferius descriptis, videlicet Dario, Molini & Sale, scudi mille sexcento, Tasse scudi cento ottanta-quattro & Soldi cinquanta duoi, Hostaria scudi vinticinque Peschera di Scorzanella scudi quanrant otto, Peschera del Lago scudi sedeci, fitti minuti chiamati feudi scuti dieci otto in circa, Jormento dell' honoranza dell' molini stara quattrocento, il quale si computa per anno scudi duoi il Sacco, Spelta, Stara ottocento quaranta tre computata per anno communemente de valuta mero scudo il sacco, che si paga al commune soldi tre il stars. Quod quidem pretium ut supra taxatum, conventum & limitatum videlicet dictas tres partes ex quatuor pro portionibus seu ratis ad ipsos Dominos tres fratres spectantes dictus Illustris D. Glussianus Procurator & procuratorio nomine agens prædictorum Excellentissimorum D. D. Principis, & Principissæ, & agens dictis procuratoriis nominibus virtute prædicti mandati convenit & promisit, ac convenit, & promittit dictis Illustrissimis Domino Pyrrho & Ferranti fratribus præsentibus, & acceptantibus nomine, & vice & ad commodum & utilitatem dicti Illustrissimi & Reverendissimi D. Scipionis Cardinalis prædicti & etiam nobis Notariis uti publicis personis pro eo, & ut supra stipulantibus & volentibus dare, solvere, & exbursare eisdem D. fratribus, sive eorum hæredibus & successoribus hoc modo & his terminis, videlicet dimidium statim, & in continenti secuto assensu supradicto Cæsareo, & reliquum infra terminum unius anni proxime futuri à die dicti assensus impetrati & obtenti absque aliquibus interusuriis sine aliqua exceptione juris, vel facti in tot denariis, & non in aliqua alia re, contra voluntatem prædictorum Illustrissimorum Dominorum, renunciando beneficio statutorum & legum disponentium, quod unusquisque valeat dare bona sua in solutum, cum his etiam pactis & conditionibus inter dictas partes solenni stipulatione hinc inde interveniente conclusis, vallatis, & firmatis ut supra. Et primo

primo quod si dicti Illustrissimi D. Principes cessaverint a solutionibus præfatis aut ab aliquibus ipsarum, liceat & sit in facultate dictorum Illustrissimorum Dominorum fratrum venditorum executionem faciendi contra dictos Dominos Principes, & eorum bona, etiam pro tota summa. Et ultra etiam sit in facultate præfatorum Illustrissimorum & Reverendiss. Dominorum fratrum Marchionum rescindere contractum dictæ venditionis jurisdictionis & feudi, & ita habeatur pro rescisso & nullo ipso jure, & facto, si tamen dictis Illustrissimis Dominis fratribus placuerit, & non aliter, si & quatenus dicti Excellentissimi D. Principes Emptores cessaverint in solutionibus prædictis de termino in terminum ultra duos menses post lapsum dictorum terminorum. Item quod prædicti Illustrissimi Domini fratres teneantur, & obligati sint, & ita dicti Illustrissimi D. D. Pyrrhus & Ferrantes promiserunt & promittunt suis & dicto nomine, & cum promissione rati ut supra pro cautione prædictorum Excellentissimorum Principis & Principissæ pretium prædictum pro rata prædictorum Illustrissimorum Dominorum trium fratrum videlicet pro summa dictorum scutorum centum quinque mille assicurare, vel illud implicando in bonis immobilibus, & idoneis proprietatibus positis, vel in Dominio Mediolani, vel Romæ, vel Regno Neapolis, vel Sablonetæ, vel aliis datis cautionibus in prædictis locis ut supra cum speciali obligatione & Hypotheca aliquorum bonorum immobilium & proprietatum idonearum & idoneorum pro restitutione dicti pretii sitorum, seu sitarum in prædictis locis, vel cum datione, seu prestatione idoneorum expromissorum, & fidejussorum in prædictis locis respective, qui in ampla forma & adhibitis opportunis clausulis, & renuntiis sese & eorum bona obligent, & obligare habeant. Qui fidejussores, & quæ bona, & proprietates emenda & emendas de pecuniis præfatis præfatos Dominos fratres declaraverunt & voluerunt, & ita convenerunt dictæ partes ut supra quod perpetuo & perpetuis temporibus obligentur, & obligatæ sint, & remaneant eisdem Excellentissimis Dominis Principibus, & eorum hæredibus, & successoribus pro restitutione ipsius pretii juxta conventiones alias superinde factas, de quibus in dicto Instrumento ut supra registrato & in eis voluerunt, & volunt dictos Excellentissimos D. Principes præferri omnibus, & quibuscunque creditoribus ipsorum Illustriss. Dom. fratrum, contra eos & eorum bona habentibus Hypothecam etiam anteriorem, & quocunque privilegio munitam. Et in casu implicationis in proprietatibus ut supra vel alterius cautionis ut supra, non teneantur neque obligati sint prædicti Excellentissimi Princeps & Principissa exbursare dictum pretium seu ratam illius ut supra, nisi in actu dictæ implicationis faciendæ, vel alterius cautionis dandæ, aut si ipsis Excellentissimis Principi & Principissæ videbitur, liceat dictum pretium ad ipsos fratres spectans ut supra deponere donec reperientur dictæ proprietates, seu præstitæ fuerint cautiones idoneæ penes idoneam personam, quæ exbursare non debeant dictum pretium nisi in actu implicationis ut supra faciendæ vel idoneæ cautionis dandæ. Item quod dicti Excellentissimi Princeps & Principissa non possint cogi per exbursationem dicti pretii spectantis ad dictos Dominos fratres etiam si implicatio & cautio, de quibus supra, prompta esset, nisi prius obtento assensu suæ Majestatis Cesareæ de quo in dictis conventionibus ut supra registratis, & etiam prout supra in præsenti instrumento dictum est; Item cum pacto etiam, quod cum melioramenta facta in præfata civitate sint dictæ Excellentissimæ Dominæ Principissæ, & determinari non possint, neque valeant, & ita solenni stipulatione hinc inde interveniente convenerunt, & promiserunt, ac conveniunt & promittunt, præfato Illustrissimo D. Procuratori & nobis Notariis uti publicis personis præsentibus & stipulantibus nomine & vice præfatæ Excellentissimæ Dominæ Principissæ, & etiam præfati D. Principis pro omni, & quocunque ejus interesse, & pro hæredibus & successoribus suis, nullo unquam tempore per se, neque submissas personas, neque de Jure, neque de facto, nec alio quovis modo, directe vel indirecte, turbare & molestare, respectu dictorum melioramentorum dictos Excellentissimos Principem & Principissam, & hoc cum reservatoria protestatione, quam faciunt dicti Illustrissimi D. fratres suis, & dicto nomine, quod nullum respectu præmissæ conventionis intendunt, nec volunt facere præjudicium juribus præfati Serenissimi Ducis Mantuæ, quæ virtute conventionum, ut supra, rogatarum habet, quæ tamen reservatio non possit, neque valeat afferre aliquod præjudicium cuicunque juri, quod habent, vel habere possent circa id prædicti Excellentissimi Principes & Principissa. Item quod prædicti Illustrissimi Domini Venditores quoad ipsos attinet tantum, & non alterum, nec alio modo non possint, neque valeant tractare de aliqua æstimatione melioramentorum, de quibus in instrumento conventionum, nisi evenientibus casibus de quibus in dicta conventione, eaque solvi debeant juxta æstimationem faciendam prout Justitiæ conveniens erit, & consentaneum. Ita tamen quod prædicti Princeps & Principissa, & sui hæredes, & successores non possint amoveri a possessione neque tenuto seu quasi dicti feudi, nisi prius integraliter, & ad obulum usque facta solutione tam pretii dictæ Jurisdictionis, & feudi, quam æstimationis faciendæ dictorum melioramentorum, nam sic ut supra in omnibus & per omnia inter partes ipsas solenni stipulatione hinc inde interveniente, actum conclusum pariterque & conventum, & quæ nec altero nec alio modo pepigissent. Item quod in pacto evictionis, de quo in dicto instrumento conventionum ut supra rogato, intelligatur comprehensa omnis, & quæcunque evictio, etiam ea, quæ ex natura rei sequi posset, & amplius, ita & taliter, quod etiamsi in futuris temporibus descendentes & successores dictorum Illustrissimorum

morum fratrum, & cujuslibet ipsorum, qui nollent esse hæredes eorum, vellent feudum Sablonetæ avocare ex aliquo jure forte eis competente, quod omnis cautio, ut supra, danda in locis prout supra, sive in bonis immobilibus, sive in expromissionibus, & fidejussoribus consistat, remaneat perpetuo, & specialiter obligata, etiam cum hypotheca, pro omni & quocunque evictionis casu ut supra, & ita teneantur prædicti expromissores, & fidejussores promittere, & se obligare, ac eorum bona in ampla forma, & adhibitis opportunis clausulis & renuntiis; Ita tamen, quod præsens evictionis promissio non intelligatur facta pro dato, & facto, opere & obligatione, contractu, vel quasi Excellentissimi D. Ducis Vespasiani, vel majorum suorum, neque supradictæ Excellentissimæ D. Principissæ, & prout & in dicto primo Instrumento conventionum continetur, nam sic prout supra pariter conclusum extitit, ac conventum. Et promiserunt ac convenerunt prædictus Illustris & Excellens J. C. Doctor Franciscus Clussianus dicto procuratorio nomine agens, & dicti Illustrissimi D. D. Pyrrhus & Ferrantes fratres de Gonzaga suis & nomine prædicti Illustrissimi Dni Cardinalis agentes, cum constitutione & promissione rati prout supra, & quælibet partium prædictarum sibi ipsis præsentibus & stipulantibus & nobis Notariis respective ut supra stipulantibus præsentem declarationem pretii, stabilimentum ac promissiones, & conventiones, ac pacta respective, de quibus supra, singula singulis congrue & apte referendo, ac omnia & singula prædicta & subscripta, & eorum singula in præsenti Instrumento contenta semper & omni tempore futuro habere, & tenere ratas, gratas, & firmas, ac rata, grata & firma, eaque attendere, adimplere, efficaciter & inviolabiliter observare, & contra ea, vel ipsorum aliquod non facere, dicere, opponere, allegare, vel venire, revocare, vel retractare, divertere, vel pervertere, interrumpere, vel violare, aut aliter in contrarium prætendere, vel impedire, aliqua ratione, occasione, vel causa, justa, vel injusta, opinata, vel inopinata; pro quibus omnibus & singulis firmiter per dictos D. D. fratres, & dictos D. Principes jugales, & eorum & cujuslibet eorum hæredes, & Successores attendendis, adimplendis, ac efficaciter & inviolabiliter observandis, & contra non veniendo, allegando, seu opponendo dicti Illustrissimi Dni fratres agentes suo & dicto nomine, & cum promissione rati, & dictus Illustris D. Procurator dictorum D. Jugalium sponte obligaverunt sese, & dictos Excellentissimos D. D. Jugales, ac verbum & fidem eorundem, & cujuslibet eorum, uti verorum, ac realium Principum, nec non eorum Hæredes & Successores respective, & bona omnia mobilia & stabilia, Burgensatica, sive allodialia, & feudalia, etiam titulata quocunque titulo tam sita in Provincia Lombardiæ, quamque in Regno Neapolis, & ubique locorum consistentia, jura, actiones, recolligentias, credita, legata, dictas debitasque nomenque & nomina debitorum, & alia cujuscunque vocabuli appellatione distincta, ac etiam ea, quæ sine speciali pacto obligari non possunt usque ad legem & præter legem, & quæ in generali non transeunt hypotheca, Sacræ Cæsareæ Majestatis & etiam Catholicæ respective beneplacito, & assensu pro feudalibus desuper obtento, & impetrato, & quatenus opus sit de novo obtinendo & impetrando, semperque salvo & reservato, & non aliter sibi ipsis ad invicem, & nobis Notariis uti publicis personis præsentibus, videntibus & stipulantibus ut supra sub pœna & ad pœnam dupli valoris rerum, de quibus agitur, duplique omnium damnorum, interesse, & expensarum litis, & extra pro reali observatione omnium & singulorum præmissorum & voluerunt prædicti Illustrissimi Domini fratres suo, & cum promissione rati ut supra & dictus Illustris D. Procurator, quod pœna ipsa toties committatur, petatur & exigatur cum effectu a dictis partibus earumque hæredibus & Successoribus quoties fuerit forte exinde quomodolibet contraventum. Dictaque pœna commissa vel non commissa, exacta, vel non exacta, aut gratiose remissa, præsens nihilominus instrumentum cum omnibus, quæ in se continet, in suo robore semper & efficaciter perseveret, rato manente pacto cum refectione & integra restitutione omnium & singulorum damnorum, interesse & expensarum litis, & extra litem, quæ fierent propterea quoquo modo. De quibus damnis, interesse, & expensis stari, & credi debeat simplici assertioni cum juramento tantum dictarum partium, vel eorum hæredum, & Successorum, nulla alia probatione quæsita. Ita quod reduci non possit ad arbitrium boni viri, nec quomodolibet appellari, aut aliter exinde reclamari, aut quoquomodo supplicari. Quodque in casu contraventionis præmissorum, vel alicujus ex eis pro integra satisfactione & observatione omnium & singulorum, & damnis, expensis, & interesse prædictis licitum sit & liceat prædictis Dominis Principibus, & prædictis Dominis fratribus & cuilibet eorum respective eorumque hæredibus & Successoribus, quandocunque de cætero voluerint, per se, vel alium, seu alios eorum nomine, authoritate propria, absque jussu, vel licentia judicis, magistratus, seu prætoris, & sine decreto Curiæ, vel Mandato, manu etiam armata, & militari, si expedierit, solum præsentis Instrumenti, & pacti vigore capere & apprehendere de bonis quibuscunque prædictarum partium, & earum hæredum, & Successorum mobilibus, & stabilibus, Burgensaticis, sive allodialibus, & feudalibus, & titulatis quocunque titulo, præsentibus, & futuris, juribus, actionibus & nominibus debitorum, ut latius superius obligatis, prout maluerint, & in eis reale munus injectionem habere, & in continenti, si voluerint, vendere, & alienare, vel in solutum, & pro soluto, aut loco pignoris appretiatis, vel non appretiatis ea retinere, vel alteri dare, prout elegerint liquidato negotio, sive non, quod satisfiat eis integre, de

de præmissis, nulla denuntiatione, seu citatione præmissa, nulloque intervallo temporis exspectato, nec aliqua juris vel facti solennitate servata, quæ in talibus requiruntur. Et interim constituerunt prædictæ partes ad invicem se eorumque hæredes, Successores & dicta bona sua omnia sic generaliter obligata ut supra precario nomine & pro parte dictarum partium respective earumque hæredum, & Successorum præmissorum occasione tenere, ac etiam possidere licitum sit, & liceat eisdem partibus, earumque hæredibus, & Successoribus quandocunque de cætero voluerint per sese vel alium, seu alios eorum nomine autoritate propria & sine solennitate qualibet, etiam sola voluntate revocare, & ad se advocare, & seu bona ipsa taliter obligata, in toto, vel in parte, per quascunque manus ambulaverint, seu ad quemcunque tertium, vel ulteriorem possessorem pervenerint, jure, usu, constitutione & consuetudine qualibet non obstante, quia sic dictæ partes voluerunt, & contentæ extiterunt coram nobis. Et renuntiaverunt prædicti Illustrissimi Dni fratres suis & dicto nomine, & cum promissione rati ut supra, & dictus D. Glussianus dicto procuratorio nomine coram nobis super præmissis, & quolibet præmissorum ex eorum scientia certa, voluntate legitime & expresse sibi ipsis ad invicem dictis nominibus stipulantibus ut supra exceptioni & actioni doli mali, vis, metus, & in factum, præsentis non sic celebrati contractus, & rei prædicto & subscripto modo non gestæ, seu aliter habitæ, quam ut superius, & inferius particulariter continetur, & est expressum, Privilegio fori, canonico, & civili, scripto & non scripto, impetrato, vel impetrando, competenti ut competiture, & in corpore utriusque juris clauso, & non clauso, ac concesso, vel concedendo, beneficio restitutionis in integrum, condictionis indebiti ob causam, & sine causa, nulla, turpi, & ex injusta causa, exceptioni non facti præsentis accordii, ac declarationis, promissionis, conventionis & pactorum non factorum, non habitorum, & non executorum realiter modo præmisso, L. secundæ de rescindenda venditione, quæ incipit: Rom. majoris pretii, aliisque juribus, legibus, auxiliis & beneficiis, per quas & quæ deceptis ultra dimidiam justi pretii subvenitur, licet revera ut dicti Illustrissimi D. fratres dixerunt, nulla in præmissis deceptio intervenerit, cum sciverint, ac recognoverint, ac sciant & recognoscant dictum pretium fuisse verum & justum. Nec non & renuntiaverunt prædicti contrahentes beneficio novarum constitutionum de pluribus reis debendi, Epistolæ Divi Hadriani, divisionis debiti, & cedendarum actionum, ac legi dicenti probationis modum non esse angustandum, & bona capta in continenti vendi non posse, sed certum tempus exspectari debere ad illa vendenda, legi prohibenti pœnam in contractibus in fraudem usurarum apponi, comitti, exigi, & exposci, literis, privilegiis, rescriptis, moratoriis, dilatoriis & salvis conductibus, aut de bonis dandis in solutum, & cessionis eorum quibuslibet in contrarium impetratis, vel impetrandis, sub quacunque forma, serie, & expressione verborum ipsisque obtentis, aut proprio motu cujuscunque Principis, vel D. concessis vel concedendis, quantumvis favorabilibus, etiam si de præsenti Instrumento facerent expressam mentionem, promiserunt dictæ partes non uti, nec uti facere, palam, publice, vel occulte, usibus, consuetudinibus, constitutionibus quibuscunque præmissis, vel præmissorum alicui in contrarium adversantibus, ac omnibus legibus, exceptionibus & beneficiis legum, quibus & propter quæ dictæ partes, earumque hæredes, & Successores contra prædicta vel prædictorum aliquod venire possent quoquomodo, vel ab ipsorum observantia, & se ipsas tueri de jure vel de facto, in judicio, vel extra, jurique dicenti generalem renuntiationem non valere, nisi præcesserit specialis, de quibus omnibus beneficiis ipsi Dni fratres, & de effectibus eorum antequam renuntiarent, fuerunt, ut dixerunt, a jurisperito certificati, & dictus Dominus Glussianus Procurator, uti legum Doctor, dixit esse bene informatum. Et nihilominus dicti Illustrissimi Dni fratres, & dictus Glussianus Procurator pro majori observatione tactis corporaliter scripturis, videlicet prædictus Illustrissimus D. Pirrhus & Glussianus, dictus vero Illustrissimus D. Ferrantes tacta cruce, quam in pectore gestabat, & gestat more equitum Sancti Jacobi a Spada, de cujus ordine ipse fuit, & est, videlicet quod dicti fratres in animas proprias, & dictus D. Glussianus in animam primorum suorum præceptorum ad Sancta Dei Evangelia ad delationem nostrorum Notariorum jurant prædicta omnia & singula fore, & esse vera, eaque perpetuo, & omni tempore attendere & observare & non contrafacere per se se vel alios ut supra sub pœna & obligationibus prædictis, ac sub vinculo & virtute præsentis sibi ipsis, & cuilibet eorum præstiti, ac delati Juramenti.

Tenor procuraturæ, de qua supra, est talis; videlicet Procura Illustrissimorum & Excellentissimorum D. D. Principum Hostiliani.

In Christi &c.

Ego Franciscus q. D. Ludovici de Calettis publicus Imperator. autoritate Notarius, ac Notarius de collegio spectabilium D. Notariorum Cremonæ & Sablonetæ, in Archivioque Romanæ Curiæ descriptus prædictum instrumentum accordii, pactorum, & compositionis ac aliorum, de quibus principaliter, & in solidum una cum Spectabili & egregio Notario D. Petro Raymundo Notario Sancti Martini infradicto, uti etiam habilitatus ab Illustrissimo D. Pyrrho de Gonzaga Marchione tractavi, confeci, & rogatus scripsi, ideo in præmissorum robur cum attestatione mea solita subscripsi una cum dicto D. Raymundo, de quo infra. Ego Petrus filius quondam Domini Jo. Comini Raymundis habitator terræ Sancti Martini præfati publicus Imperatoria auctoritate Notarius supradictum Instrumentum accordii, pactorum & compositionis

ac

ac aliorum de quibus in supradicto Instrumento principaliter, & in solidum una cum supradicto multum Magnifico D. Francisco de Calettis Notario Sablonetæ habilitato ab Illustr. D. Pyrrho de Gonzaga Marchione D. meo colendissimo ex hodiernis rogitibus mei Notarii infrascripti tractavi, confeci, scripsi & de eo rogatus extiti, & in fidem me solita cum attestatione subscripsi.

III.

Decretum Rudolphi II. Romanorum Imperatoris, quod Julius Cæsar Gonzaga, Bozuli Princeps, ad standum secundæ Conventioni die 1. Julii An. 1591. super pretio feudi Sablonettæ, mutuo a tribus fratribus unanimi consensu approbato, initæ, cogi non possit, d. d. 12. Martii, An. 1592.

Rudolphus Secundus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus.

Ex parte Sacræ Cæsareæ Majestatis Domini nostri Clementissimi significandum, Illustrissimi Domini Hostiliani Principis in Aula Cæsarea Agenti Domino Pio, Advocato, Juris Utriusque Doctori: Quod cum Majestas Sua contractum super bonis & hæreditate Illustrissimi quondam Sablonetæ Ducis prima vice initum Decreto suo Cæsareo benigne approbarit ac ratificarit, ejusdemque contractus pretii quidem de Civitate Sablonetæ numerandi determinatio in Majestatis Suæ Arbitrium remissa fuerit, ipse vero Dominus Hostiliani Princeps nihilominus superinde cum Illustrissimis Principibus Dominis Marchionibus de Gonzaga, altero eorundem fratre Illustrissimo D. Julio Cæsare absente & postea contradicente transegerit, Majestas utique Sua eundem Dominum Marchionem invitum ad acceptandum hujusmodi transactionem, & conventionem de jure adigere non possit: Ac proinde cum jam ad ea quæ memorato contractu priori continentur deveniendum sit, Majestas Sua ab ipso Domino Agente clementer postulat, ut quid hoc loci tam memorati pretii assicurationis quam etiam Scripturarum editionis, in specie autem redituum notulæ ratione a supradicto Illustrissimo Domino Principali in mandatis habeat, quam primum exponere velit, ad hoc ut Majestas Sua desuper decernere possit, quod rei convenire videbitur, exequuturus in eo benignam Majestatis Suæ voluntatem. Decretum per Imperatorem die 12. Martii Anno 1592.

IV.

Laudum Dominorum Arbitrorum, Commissariorumque Cæsareorum, in causa pretii Jurisdictionis Civitatis Sablonettæ æstimationem atque liquidationem concernente, qua inter Dominum Julium Cæsarem, Sacri Rom. Imperii Principem ac Marchionem de Gonzaga, tanquam arctorem, ex una; Dominumque Aloysium Caraffam de Marca & Dn. Isabellam de Gonzaga Columnam, conjuges, Sablonettæ Duces, & Hostiliani Principes, utpote reos, ex altera parte, hucusque agitata fuit, d. d. 5. Febr. An. 1596.

In Christi nomine.

Nos N. & N. Consules & Provisores Civitatis Tritendinæ, tanquam Judices, Commissarii, Arbitri & Arbitratores electi & deputati ab Invictissimo Domino Rudolpho, Romanorum Imperatore semper Augusto, Dominoque nostro clementissimo &c. in causa æstimationis & liquidationis pretii jurisdictionis Civitatis Sablonetæ in Lombardia vertente inter Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Julium Cæsarem Principem Sacri Imperii & Marchionem de Gonzaga ex una actorem, & Illustrissimos ac Excellentissimos Dn. Aloysium Caraffam de Marca, & Dn. Isabellam de Gonzaga Columnam, jugales, Duces Sablonetæ & Principes Hostiliani, partibus ex altera se se defendentes mediantibus Excell. ambarum partium Dominis Procuratoribus, nec non & super aliis, de quibus in pluribus delegationis litteris, per Nos diligenter visis & consideratis, postquam & earum vigore, ac ex officio nostro, quod enixe facere & tractare desiderabamus, compositio subsequi, imo neque inter partes ex contradictione unius, ut ex actis constat, & quæ nisi post receptas informationes a Nobis tractari non poterat, non valuit, eratque propterea deveniendum ad sententiam, laudum, arbitrium ac liquidationem, solum Deum Omnipotentem præ oculis habentes, visis ac mature consideratis, & pro parte a Nostris Collegis, quos hac de causa instante Illustrissimo & Excellentissimo Domino Julio Cæsare ad Civitatem ipsam Sablonetæ pro visione maxime facienda, & recipiendis informationibus destinavimus, ad plenum informati de qualitate ipsius Civitatis, ejus Arcis, fortalitiorum, ædificiorum, status ac similium, quæ ad oculum inspici debebant, visis inquam & consideratis quæ pro parte dicti Illustrissimi & Excellentissimi Domini Julii Cæsaris deducta & ostensa fuerunt, ut pretium prædictum ad summam de qua in ejus precibus coram Sacra Cæsarea Majestate præsentatis & apud Nos reproductis redigeretur, & signanter diversimodis attestationibus super quantitate tum redituum dictæ Jurisdictionis Sablonetæ tum super venditione feudorum Imperialium & Catholicæ Majestatis in Ducatu Mediolani, nec non visis pluribus notulis tam ipsorum reddituum quam venditionis bladorum, personarum, domorum & Focolariorum sæpedictæ Civitatis Sablonetæ Villarum, & illius Territorii ac deductione quod hujus

hujusmodi feudum ex causa Civitatis & tituli Ducalis, quem recuperare sive & habere facile a Sacra Cæsarea Majestate proposuit Illustrissimus & Excellentissimus Dominus actor, nobilius esse debeat quam sint feuda Castrorum, Baronum, Comitum & Marchionum, nec non & diligenter perpensis aliis, quæ longa serie adducta & deducta fuerunt, pro hujusmodi causa tam Pragæ quam coram nobis pro parte ejusdem Illustrissimi & Excellentissimi Domini Marchionis; e diverso quoque visis ac ut supra consideratis, quæ pro parte Illustrissimorum & Excellentissimorum Dominorum Conthoralium Ducum Sablonetæ & Principum Hostiliani, producta, deducta & allegata ad longum fuerunt, ubi ante ad diminutionem pretii, & specialiter visis attestationibus similibus super redditibus jam dictæ Jurisdictionis & Civitatis Sablonetæ nec non & venditione Feudorum Imperialium & aliorum extra prope tamen Lumbardiam, sub diversis tamen pretiis, superque qualitate domorum, onerum, damnorum & expensarum ac custodiæ quæ fieri debent ex causa talis Civitatis, & propter inundationes aquarum quæ aliquando occurrunt in Territorio, visisque compluribus documentis venditionum feudorum præcitatorum diversimodis pretiis, instrumentisque venditionis pactorum, conventionumque super tali venditione & relaxatione jurisdictionis Sablonetæ & Castrorum, Villarum, ac donationis bonorum quæ possessa fuerunt per quondam Illustriss. & Excellentissimum D. Ducem Vespasianum usque ad tempus ejus mortis, & quorum magna pars fuit habita per Illustrissimos & Excellentissimos Dominos Venditores, & demum visis ac perpensis inter Nos omnibus, quæ in hac causa hinc inde fuerunt deducta, proposita & allegata & quæ de jure erunt perpendenda una cum admonitione pro præsenti die &c.

Christi nomine repetito.

Quum pro parte & portione tantum tangentibus & spectantibus Illustrissimo & Excellentissimo Domino Julio Cæsari circa pretium Jurisdictionis Sablonetæ & ut in aliis delegationis, videatur mota controversia, quandoquidem alii sui Illustrissimi & Excellentissimi Domini fratres sese composuerunt & convenerunt pro eorum portionibus & quorum feudum non potuit ex subsecuto decreto Suæ Sacræ Majest. alteri fratri præjudicare; Dicimus, sententiamus, laudamus, & arbitramur ac liquidamus pretium & valorem, qui & quod solvi debet ab Illustrissimis & Excellentissimis Dominis Emptoribus eidem Illustrissimo & Excellentissimo Domino Julio Cæsari pro ejus quota & persona tantum esse debere & sic illum & illud taxamus & liquidamus in scutis argenteis Mediolanensibus pro numero tantum quinquaginta quinque mille, computato interesse, quod deberi potuisset ex æquitate & dispositione *l. curabit C. de act. emp.* siquidem de alio nobis non constitit, & quod esse non poterat ultra valorem reddituum feudi venditi deductis expensis & oneribus ordinariis, de quibus tamen a nobis non fuit habita ratio neque haberi volumus ad diminutionem summæ ut supra liquidatæ quæ venit & est solvenda ab ipsis Illustrissimis & Excellentissimis Dominis Emptoribus eidem Illustrissimo & Excellentissimo Domino Julio Cæsari juxta tenorem Instrumenti venditionis & transactionis inter partes factarum & celebratarum, & sub cautionibus, modis & pactis observatis per Illustrissimos & Excellentissimos Dominos fratres venditores, in levatione & solutione suarum portionum, ad quas & quæ relatio habeatur, & non aliter ex consensu nobis dato ab Excellentibus Dominis Procuratoribus ambarum partium, quas ab expensis coram nobis factis mutuo absolutas esse volumus, ita ut unaquæque suas sustineat, salvo honorario nostro ab eis æqualiter numerando, & ita dicimus, laudamus & arbitramur ac liquidamus omni meliori modo, declarantes tamen in nostra hac liquidatione non fuisse comprehensa neque comprehendi tormenta bellica, & minus munitiones ac alia similia, quæ & pulchra ac ad satis notabilem numerum & quantitatem in Arce ipsa Sablonetæ visa fuerunt sub insignibus tamen ut plurimum quondam Illustrissimi & Excellent. Domini Ducis Vespasiani, & ab eo ut relatum fuit præparata, & quæ æstimari non potuerunt ex contradictione, & super quibus reservamus decisionem per Sacram Cæsaream Majestatem faciendam, ne dum de his, verum etiam de melioramentis ac exhibitione, & inventario scripturarum, de quibus in præcitato Instrumento venditionis, cui in aliquo præjudicatum esse nolumus per præsens nostrum laudum & arbitrium, sive & hanc nostram sententiam, quam & quod exequi desideramus a partibus, sub pœnis injungendis a Sua Sacra Cæsarea Majestate, quam prænominatam esse volumus integritate studioque æquitatis ac ut illi, prout par erat, obsequendi & satisfaciendi, nec non & quanto citius fieri potuit causam dans fuisse expeditam & terminatam, sub ejusdem tamen correctione, si in aliquibus defecimus & ita &c. relaxantes executionem pro dimidia Salarii contra partem non solventem &c. omni &c. Ad laudem Dei.

Ego Joseph Gaudentus Utr. Jur. Doctor & Consul subscripsi.

Odoricus Baurnfeind Jur. Utr. Doct. & Consul confirmat.

Franciscus Cazuffius Consul approbat ut supra.

Joannes Stettner, Consul contentus est & laudat ut supra.

Lata, data, lecta, hæc suprascripta sententia sive laudum per antelatos Clarissimos Dominos Consules civitatis Tridenti & per Clarissimum Dominum Josephum Gaudentum de aliorum consensu scripta, lecta & publicata in Civitate Tridenti in Stuba Consilii magnificæ Communitatis Tridenti, sub die Sabbathi quarta mensis Novembris 1595. Indictione octava præsentibus

tibus Excellente Domino Manfredo de Albertis Doctore, Excellente Domino Paulo de Ceschis Doctore, Excellente Domino Joanne Baptista Columbino, Domino Francisco Perotio & Conrado Simone Margono Testibus ad suprascripta vocatis & rogatis.

Ego Joannes quondam Domini Bernardi de Pompeatis civis & habitator Tridentinus publicus Imperiali authoritate Notarius subscriptæ publicationi & prolationi sententiæ latæ & publicatæ per antefatos Clarissimos Dominos Consules & Cæsareos Commissarios præsens fui, & rogatus scripsi in fidem me subscripsi & signum officii consvetum apposui ad laudem omnipotentis Dei.

Præsens dictus Excellens Dominus Job Procurator, ut in actis, acceptavit dictam sententiam in favorabilibus, contrariis non consentiendo, & quatenus pars contraria appellat, inhæsit appellationi suæ respectu contrariarum.

Dictus Excellentissimus Dominus Hieronymus de Gradeis Procurator, ut supra, acceptavit dictam sentenentiam in favorabilibus & contrariorum respectu repetita protestatione nullitatis ad Sacratissim. Cæsaream Majestatem, seu ad quem &c. viva voce appellavit, salvo jure semper proponendi in scriptis appellationem ipsam si & quaten9, petendo nunc Apostolos de Expens.

Claris. Dni Consules ac Cæsarei Commissarii admiserunt prædicta si & in quantum de jure &c.

Præsentibus antedictis Testibus vocatis & rogatis.

Ego Joannes Pompeatus Notarius Tridenti, præmissis interfui & rogatus scripsi in fidem me subscripsi & signum officii solitum & consuetum apposui ad laudem omnipotentis Dei.

Die lunæ 6. mensis Novembris 1595. Indictione octava Tridenti in Stuba Consilii Magnificæ civitatis & coram nobis & Magnificis Dominis Consulibus, sedentibus &c. hora tertiarum.

Præsentibus nobis Domino Laurentio Basso, Domino Vincentio Consoleto, Thesaurario, D. Petro Tonieto & Antonio de Christopholinis Testibus ad infrascripta vocatis & rogatis.

Comparuit Excellentissimus Dominus Hieronymus de Gradeis, tanquam Procurator Illustrissimorum & Excellentissimorum Dominorum Ducum Sablonetæ ac Principum Hostiliani, inhærendo appellationi viva voce interpositæ illam in scriptis produxit instando admitti & Apostolos reverentiales sibi decerni & exhiberi, quos sæpe & sæpius petit & petita esse vult, instantius ac instantissime instando illos sibi tradi, quia illos recipere est paratus, aliter protestatur, se tamen iter arrepturum sine Apostolis ipsis cum nuda appellatione, quam registrari petiit.

Magnifici Dni Consules ac Cæsarei Commissarii admiserunt prædicta si & in quantum de jure &c. & Apostolos petitos decreverunt, mandantes quanto citius exhiberi omni meliori modo.

Ego Jo. Pompeatus Notarius & civis Tridenti præmissis interfui & rogatus scripsi in fidem me subscripsi & signum consvetum apposui ad laudem omnipotentis Dei.

Nos Sempronius Joachimus Jur. Cons. Parmensis, & Civitatis Tridenti Prætor per Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Tridenti universis fidem facimus & attestamur suprafatum egregium Dominum Joannem, Pompeatum, qui de suprascripta sententia rogatus extitit, fuisse & esse publicum, legalem & authenticum Notarium Collegiatumque Tridenti, cujus scripturis publicis hic plena fides adhibetur, & ubique locorum adhibenda venit, in quorum fidem & Testimonium has nostras fieri jussimus nostrique sigilli impressione muniri mandavimus. Datum Tridenti in Palatio nostræ Residentiæ, die lunæ 5. mensis Februarii 1596.

(L. S.)

Faustinus Bertellus Notarius Tridenti.

V.

Rudolphi II. Romanorum Imperatoris Monitorium ad Dominum Aloysium Caraffam de Marra, & Dominam Isabellam de Gonzaga Columnam, Sablonettæ Duces, ut Domino Julio Cæsari, Bozzuli Principi atque Marchioni, e familia Gonzagana oriundo, cautionem atque solutionem, in causa civitatis Sablonettæ præstandam, post tam multa atque diuturna subterfugia, tandem aliquando præstare haud intermittant, d. d. 10. Januar. An. 1600.

Rudolphus Secundus Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus &c. Illustris fidelis dilecte. Quas & quantas ad Dilectionem tuam hactenus & quidem ab anno nonagesimo secundo usque ad nonagesimum octavum inclusive dederimus litteras in negotio cautionis de pretio civitatis Sablonetæ per ipsam Dilectionem tuam, ejusdemque conjugem nostro, & Sacri Imperii Principi fideli dilecto, Julio Cæsari, Principi Bozzuli, Marchioni, Gonzagæ, & Hostiliani, Comiti Pomponisci præstandæ, recenti id eandem Dilectionem tuam memoria tenere existimamus.

Etsi vero Dilectiones Vestræ memoratam cautionem Venetiis faciendam primo elegerant, illam tamen postea quantumvis a nobis serio subque gravissima indignatione nostra Cæsarea bis injunctam, variis excusationibus ac subterfugiis utendo retractarunt dictique pretii solutionem (taxatione ejus facta) in urbe Romæ numerandam sponte obtulerunt.

Unde secundum est quod nos illi Dilectionum Vestrarum oblationi acquiescentes iisdem anno nonagesimo septimo, die scilicet secunda mensis Augusti iterum serio subque pœna amissionis, prænarrati feudi Sablonetæ mandaverimus, ut hujusmodi cautionem in ipsa tandem urbe citra ullam moram aut longiorem cunctationem adeoque in termino trium mensium realiter præstarent.

Verum cum Dilectiones Vestræ, nec isti mandato

dato nostro Cæsareo parerent, iisdem anno sequenti nonagesimo octavo, die nimirum vigesima septima mensis Januarii sæpedictam cautionem denuo injunximus Romæ in spatio duorum mensium peremptorie faciendam, nisi velint in pœnam comminatam declarari, id quod Dilectiones vestras meminisse arbitramur.

Dum autem nobis inde pollicebamur Dilectiones Vestras seriis illis mandatis nostris citra ulteriorem aliquam excusationem, aut renitentiam obsequenter esse satisfacturas, accidit præter omnem expectationem nostram, quod ille, mutata sententia priori, novam de solutione quidem in urbe Romæ, de cautione vero in civitate & Camera nostra Imperiali Genua præstandis, oblationem facerent.

Quam quidem oblationem nos tanto magis admisimus, ut vel ea demum ratione longioribus subterfugiis ansa præscinderetur, & extrema negotio manus imponeretur. Verum intelligimus non absque singulari animi molestia necdum ullum a proximo mandato nostro die decima septima Augusti anni 98. emanato hucusque rei effectum esse secutum. Quo fit, ut pro munere nostro Cæsareo præterire nequeamus, quin prioribus inhærendo has etiam nunc ad Dilectiones Vestras, ex superabundanti demus litteras, quibus cum easdem sui hac in parte officii commonefacimus, tum vero ipsis denuo sub gravissima privationis feudi Sablonetæ declaratione firmiter serioque mandamus, ut cautionem istam nunc pro ea pretii summa quam valere dictam Sablonetæ Civitatem judicaverimus, absque ulla longiori cunctatione, vel tergiversatione, aut quibuscunque subterfugiis, in ipsa civitate Genua, solutionem vero in urbe Romæ realiter præstent. Quin etiam præfatum Bozuli Principem (quod & ante hac monuimus) sub termino competenti ad ipsum cautionis actum citari faciant, seque tam obsequentes hoc loci præbeant, ne sæpefato Principi justa amplius de mora conquerendi nobisque invitis etiam superinde, quod juris norma dictaverit, in contumaciam statuendi causa detur.

De paritione autem secuta intra spacium duorum mensium a die quo præsentes Dilectionibus Vestris insinuatæ fuerint immediate sequentium (quem quidem terminum ipsis pro ultimo ac peremptorio assignamus) fideliter doceant. In quibus rem se dignam expressamque & seriam voluntatem nostram exequentur. Datum in civitate nostra Filsnæ, die decima mensis Januarii anno Domini Millesimo sexcentesimo, Regnorum nostrorum Romani vigesimo quinto, Hungarici vigesimo octavo & Bohemici itidem vigesimo quinto.

Rudolphus.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Vidit Corraducius.

VI.

Sententia Ferdinandi III. Romanorum Imperatoris, qua Dominam Annam, Medinæ Turrium Ducissam, ab actione adversus illam per Dn. Scipionem, Principem Bozuli, instituta absolvit, illamque in Ducatus feudique Imperialis Sablonettæ possessione esse defendendam atque conservandam pronuntiat, d. d. 2. Maji, An. 1640.

SAcra Cæsarea Majestas, Dominus meus clementissimus in causa controversæ successionis ac reluitionis prætensæ Ducatus, & Feudi Imperialis Sablonetæ inter Illustrissimum Dominum Scipionem, Principem Bozuli, actorem ex una, & Illustrissimam Dominam Annam Ducissam Medinæ Turrium ream ex altera partibus, visis, lectis, & accurate examinatis omnibus actis & scripturis desuper conclusis & submissis, decrevit & declaravit, decernit & declarat, casum reluitionis pro dicto Domino Actore nondum evenisse, & ideo præfatam Dominam Ream ab instituta actione absolvendam, & in possessione dicti Ducatus, & feudi Imperialis Sablonetæ, omniumque ejus pertinentiarum manutenendam esse, prout memorata Sua Cæsarea Majestas eam per hanc sententiam definitivam absolvit, & respective manutenendam jubet, compensatis expensis. Pronuntiatum in Consilio Imperiali Aulico secunda die mensis Maji, anno Millesimo sexcentesimo quadragesimo. Locus sigilli Imperialis.

Vt. Ferdinandus, Comes Curtius.

Joannes Walderode, Secret.

VII.

Decretum Ferdinandi III. Rom. Imp. quo Dn. Scipioni Gonzagæ, Sablonettæ Duci, Bozulique Principi, acriter severeque injungit, ut a querimoniis & expostulationibus haud quaquam necessariis, quæ ad Comitia Imperii sint delatæ, quantocius desistat, causasque suas Consilio Imperiali aulico, ordine moreque solito, dijudicandas atque decidendas committat, d. d. 4 Aug. An. 1641.

CUm ad notitiam Sacræ Cæsareæ Majestatis, Domini nostri clementissimi, pervenerit, ab Illustrissimo & Excellentissimo Domino Scipione Gonzaga, Duce Sablonetæ, Principe Bozuli nuperis diebus Dominis Consiliariis, ac Legatis Reverendissimorum & Serenissimorum Principum Electorum Imperii in præsentibus Comitiis congregatis memoriale, sive scripturam quamdam porrectam fuisse, qua ipse dictus Dominus Dux conqueratur, sibi a dicta Sacra Cæsarea Majestate, sive ejusdem Consilio Imperiali aulico justitiam æqua lance administratam non fuisse, requirendo eosdem Dominos Consiliarios ac legatos, ut ipsi considerato præjudicio, quod non ipsi solum, & toti familiæ Gonzagicæ, sed & Germaniæ, & universo Sacro Romano Imperio

perio hujusmodi exemplo sententiæ inferatur; habita etiam ratione Justitiæ omnino servandæ; præsertim quia cæteri Principes & Vassalli Imperiales Itali, quibus nota sit supplicantis Justitia, in exitum hujus causæ oculos avide intendant, ut nisi illa secundum terminos Justitiæ ex supra adductis notissimos decidatur, non amplius ad Aulam Cæsaream sint reversuri, spe Justitiæ consequendæ frustrati, nec non ut tum publicis, tum privatis incommodis præcaveatur, propriis officiis, & quidem efficacissimis, & cum effectu, ut res exigat, intendere velint, ut Majestas Cæsarea dictam sententiam revocari mandet. Memorata Sac. Cæs. Majestas probe sciens, ac memor non modo, quod prælibata sententia, re prius in dicto Consilio suo Imperiali diligenter, matureque deliberata, omniumque consentientibus suffragiis conclusa, ac postmodum ab eadem Sac. Cæs. Majest. rite approbata lataque; verum etiam deinceps eidem Domino Duci justitia nedum negata, vel dilata, sed quoties res tulit quam expeditissime administrata, quin etiam ad ipsiusmet Domini Ducis instantiam cognitio super petita ab ipso restitutione in integrum hactenus suspensa fuerit: Summopere, ac merito sane miratur, sæpe dictum Dominum Ducem, pendente etiamnum ea suspensione, animum ad ejusmodi querelas eo loci expromendas inducere potuisse. De quo eidem hisce indicari voluit, serio, ac clementer præcipiendo, ut ab ejusmodi minime necessariis querimoniis, & expostulationibus quantocyus desistat, ac causam, sive causas suas coram dicto Consilio suo Imperiali Aulico ordine, ac more agat, & deducat, earundemque decisionem ex Justitiæ præscripto, quæ ipsi sine mora administrabitur, à dicta Sacra Cæsarea Majestate expectet. Per Imperatorem in Consilio suo Secreto. Ratisbonæ die 4. Augusti, An. 1641.

VIII.

Decretum Ferdinandi III. Rom. Imperat. quo Sententiam, in favorem Ducissæ Medinæ Turrium die secunda Maji An. 1640. in causa prætensæ reluitionis Ducatus Sablonettæ latam, denuo confirmat, d. d. 4. Julii, An. 1642. cui aliud jam antea d. 25. April. An. 1638. emanatum, quo eidem possessio dicti Ducatus interim fuit confirmata, adjunctum est.

Sacra Cæsarea Majestas, Dominus noster Clementissimus.

Visis & lectis iis omnibus, quæ Excellentissimus Scipio Gonzaga Princeps Bozuli pro restitutione in integrum sive quocunque alio remedio contra sententiam die secunda Maji anno millesimo sexcentesimo quadragesimo in causa controversæ successionis, & prætensæ reluitionis Ducatus Sablonetæ feudi Imperialis pro Excellentissima Domina Anna Caraffa, Sablonetæ & Medinæ Turrium Ducissam latam obtinendo, diversis scripturis ac memorialibus produxit, deduxit, ac supplicavit, reque in Consilio Suo Imperiali Aulico diligenter & exacte deliberata decrevit, ac declaravit, prælibatæ petitioni non esse locum, ac proinde tam dictam restitutionem in integrum, quam alia proposita media deneganda esse, prout hisce denegantur, sententia prædicta in suo robore permanente. Decretum in dicto Consilio Imperiali Aulico, die 4. mensis Julii, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo.

Ferdinandus, Comes Curtius.

Locus Imperialis Sigilli.

Joa. Walderode S.

Sacra Cæsarea Majestas, Dominus noster Clementissimus, super iis, quæ Domina Anna Ducissa Medinæ de las Torres Principissa Hostiliani per Dominum Clementem del Pezzo, sive ejusdem substitutum Procuratorem legitimum ratione Ducatus Sablonetæ rogavit, benigne decrevit, ac declaravit, dictam Dominam Ducissam in possessione memorati Ducatus Sablonetæ tam diu & eatenus manutenendam esse, donec & quatenus vigore pactorum 6. Martii Anno millesimo, quingentesimo nonagesimo, & 4. Julii anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo inter tum temporis contrahentes initorum casum reluitionis venisse, iisdemque pactis plene satisfactum esse doctum fuerit. Decrevit præterea ac declaravit eadem Majestas Cæsarea præfatam Dominam Ducissam de eodem Ducatu Sablonetæ investiendam, demum etiam titulo Ducissæ Sablonetæ ornandam esse, sic tamen & non aliter, nec alio modo hæc omnia intelligenda, quam salvis dictæ Sacræ Cæsareæ Majestatis ac Sacri Roman. Imperii, nec non aliorum quorumcunque juribus, ac nominatim conventis pactis ante memoratis in suo vigore permanentibus, & prout in Diplomate Investituræ desuper propediem expediendo pluribus constabit, de quo dicto Domino Clementi del Pezzo hisce benigne significare voluit. Per Imperatorem Viennæ, die 25. Aprilis, A. 1638.

Joa. Walderode S.

IX.

Confirmatio Ferdinandi III. Rom. Imperat., à Rudolpho II. Rom. Imperatore, editi Diplomatis, quo hic Castrum Civitatemque Sablonettæ ad Ducatus dignitatem evexit, d. d. 26. Sept. An. 1646.

Ferdinandus Tertius &c.

Ad perpetuam rei memoriam, agnoscimus & tenore præsentium notum facimus universis; Quod cum Illustrissimi Ramirus Philippus de Gusman, Dux Medinæ Turrium & Sablonetæ, atque Anna Helena Aldobrandina, Ducissa Montis Dragonis, tanquam Tutores Illustrissimi Nicolai Caraffæ de Gusman, Ducis Sablonetæ Medinæ Turrium & Principis Hostiliani, per honorabilem doctum nostrum & Sacri Imperii fidelem dilectum, Vitum Sartorium J. V. D. eorundem Procuratorem legitimum, humil-

lime nobis exponi curaverint, Illustrissimos quondam Aloysium Caraffam de Marcha, & Isabellam Gonzagam de Calumna de Arragonia, Duces Sablonetæ & Principes Hostiliani, Conjuges, Proavum & Proaviam dicti Ducis Nicolai litteras investituræ & renovatæ erectionis Castri & Civitatis Sablonetæ in Ducatum ab Augustissimæ memoriæ Rudolpho secundo Roman. Imperatore die decima mensis Octobris An. 1592. obtinuisse, quæ litteræ subsequenter à D. olim Imperatore Matthia gloriosissimæ recordationis, ac post à Ferdinando secundo Domino Genitore & Prædecessore nostro Colendissimo, tum à nobis quoque confirmatæ fuerint, quarum tenor sequitur in hæc verba;

Ferdinandus Tertius, &c.

Nunc porro suppliciter nos dicti Tutores rogarint, quandoquidem Illustrissima quondam Anna Ducissa Sablonetæ & Principissa Hostiliani mater dicti Nicolai ultimo investita de dicto Ducatu Sablonetæ nuper extremum suum diem obierit, ac per ejusdem decessum idem Ducatus Sablonetæ ad ipsum Nicolaum tanquam filium legitimum, ejus successorem & hæredem pertinere dignoscatur, (prout ex Testamento in forma avthentica nobis exhibito constet) in cujus ac pactorum super dicto Ducatu erectorum vim prænominati Tutores possessionem prælibati Ducatus Sablonetæ & pertinentiarum pro ipso Duce Nicolao apprehenderint, ut non modo dictam apprehensionem clementer approbare & confirmare, verum etiam sæpe dictum Ducem Nicolaum de sæpe memorato Ducatu & pertinentiis (pactis conventis tamen prælibatis in suo vigore permanentibus) clementer investire dignaremur. Nos sane benignam rationem habendam censentes sinceræ ac incorruptæ fidei, devotionis insigniumque obsequiorum, quæ quondam Illustrissimus Vespasianus de Gonzaga Columna, Dux Sablonetæ, laudatissimus Princeps prædecessoribus Nostris Rom. Imperatoribus cum belli tum pacis tempore præstitit; Considerantes etiam præclaras, quibus non minus sæpedicta Mater sua Anna, quam prædicti Illustrissimi Principes Aloysius Caraffa & Isabella Gonzaga ipsius Conjux, & filia antefati Vespasiani, Duces Sablonetæ, Principes Hostiliani claruerint laudibus, minimeque dubitantes, quin præmemoratus Illustr. Nicolaus horum omnium vestigiis in omni virtutum genere insistens, deinceps omnem constantiam promptumque erga nos, Sacrumque R. Imperium animum re ipsa declaraturus sit, humilibus ipsorum precibus benigne annuendum duximus; Ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano Procerum nostrorum & Sacri Imperii fidelium accedente Consilio, authoritate nostra Cæsarea, & de potestatis Imperialis plenitudine approbantes & confirmantes antenominatorum Tutorum pro prænominato Duce Nicolao apprehensionem factam possessionis sæpedicti Ducatus & pertinentiarum Sablonetæ, jubentes etiam firma & rata esse omnia & singula in præinsertis latius comprehensa, eundem Illustr. Nicolaum, Ducem Sablonetæ (præstito nobis per supra nominatum Procuratorem suum, vigore mandati constitutionis exhibiti, nomine, loco, & in animam dictorum Tutorum debito & consveto fidelitatis, obedientiæ & homagii Juramento) de prædicto Ducatu, Castro & Civitate Sablonetæ, cum mero & mixto Imperio ac omnimoda Jurisdictione, gladii potestate, & aliis facultatibus & concessionibus, tum nostris tum prædecessorum nostrorum in feudum nobile & honorificum investivimus, & concessimus ac tenore præsentium investimus, &, quatenus opus est, de novo concedimus, nec non omnes & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones & alia quæcunque privilegia, pacta, conventiones & renuntiationes, ac renuntiationum confirmationes, in supradicti Vespasiani Ducis, prædecessorum ejus & successorum suorum favorem, per Divos Fridericum, Maximilianum Primum, Carolum V. Ferdinandum, Maximilianum Secundum, Rudolphum Secundum, Matthiam & Ferdinandum itidem secundum Rom. Imperatores, Prædecessores Nostros, concessas, & confirmatas, approbamus, confirmamus, ac pari modo, quatenus opus sit, de novo concedimus. Indulgentes insuper expresse ipsi Illust. Nicolao Duci Sablonetæ, ejusque legitimis hæredibus, primo genitis, ut supra, quod ipsi, sive nunc sæpememorati Ducis Nicolai nomine ejusdem Tutores possint ac valeant in prædicto Ducatu ac ejus territorio & pertinentiis ea facere, quæ nos & Rom. Imp. ac Reges facere possumus, salvis tamen nostris & S. R. Imperii, nec non aliorum quorumcunque Juribus, ac nominatim pactis conventis sexta Martii An. 1590., & quarta Julii An. 1591. inter tum temporis contrahentes initis in suo vigore permanentibus. Præterea cum prælibati Divi quondam Imper. Ferdinandus, & Maximilianus Secundus Augustissimæ memoriæ supradictum Ducem Vespasianum, tum etiam Rudolphus Secundus felicissimæ recordationis præfatos Illust. Principes Aloysium & Isabellam Conjuges Duces Sablonetæ, una cum suis terris locis hominibus ac incolis, & omnibus eorum bonis & rebus mobilibus & immobilibus, præsentibus & futuris legitimo titulo acquisitis & acquirendis, domibus, villis, agris, prædiis & possessionibus in S. R. Imperii tutelam & salvamgvardiam receperint & assumpserint; Nos sane volumus ac tenore præsentium ex certa nostra scientia & animo deliberato, sano ad hoc accedente consilio decernimus, quod etiam ipsi Tutores una cum Duce Nicolao & eorundem hominibus deinceps in protectionem nostram & Imperialis nostræ Aquilæ recepti, salvi & securi esse debeant, ab omni oppressione, gravamine & molestia, maxime vero militum & stipendiariorum, possintq; & debeant uti, frui, & gaudere omnibus & singulis privilegiis, gratiis, Franchesiis, immunitatibus, libertatibus ac prærogativis, quibus alii sub nostra & Sac. Imperii protectione & salvagvardia constituti utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, quomodolibet consvetudine, vel de

de jure, & in testimonium publicum & ad majorem omnium evidentiam in portis, locis, & domibus suis, ubi opus fore duxerint, arma & insignia nostra & S. Imperii pro Salvaguardia & libertate solita affigendi pro arbitrio potestatem habeant & auctoritatem, dummodo tamen unicuique actionem contra se habenti in locis debitæ jurisdictionis respondeant. Quocirca serio & expresse mandamus universis & singulis Electoribus, aliisque S. Imperii Principibus Ecclesiasticis & Secularibus, Archiepiscopis & Episcopis, Ducibus, Marchionibus &c. ut supradictum Illustrissimum Nicolaum Ducem Sablonetæ ejusque hæredes ex legitimo matrimonio descendentes primogenitos masculos, & primogenitorum primogenitos, iisque deficientibus secundo genitos eodemque modo & ordine tertio & quarto genitos & nascituros in infinitum ex hoc tempore in futurum, ac perpetuo Duces Sablonetæ nominent, reputent & honorent, ipsosque dictis privilegiis, juribus, honoribus, dignitatibus, insignibus, libertatibus, regalibus, præeminentiis, exemptionibus, prærogativis, gratiis & indultis, libere, pacifice & sine omni impedimento & molestatione gaudere, uti, frui & potiri sinant, nec aliquo pacto in iis impediant seu perturbent, sed potius tueantur, manuteneant, & defendant, ac contrarium non faciant, nec fieri procurent, vel permittant quovis modo.

Mandamus item expresse & serio, ut ipsum Illustrissimum Ducem Nicolaum una cum suis terris, locis & hominibus & incolis, atque omnibus eorum bonis & rebus mobilibus & immobilibus, præsentibus & futuris legitimo titulo acquisitis & acquirendis in hac protectione & Salvaguardia nostra integre conservent & manuteneant, conservarique & manuteneri faciant, nec adversus eam illum impediant, molestent, vel aliquod damnum quoquo modo eis inferant directe &c.

Datum in Arce nostra Regia Posonii, die vigesima sexta Septembris Anno Domini 1646. Regnorum nostrorum Romani decimo, Hungarici vigesimo primo, Bohemici vero nono.

X.

Consilii Imperialis Aulici Declaratio, in qua fas atque æquum censetur, ut Decreta Imperatoris, ad Ecclesiæ cujuscunque, in Sablonettæ Territorio sitæ, valvas promulgata, valida atque legitima habeantur, d. d. 15. Martii, An. 1657.

Cum Sacræ Cæsareæ Majestati, Domino nostro Clementissimo Excellentissimus Dominus Scipio, Dux Sablonettæ, ejusque Domini fratres, Marchiones de Gonzaga, humillime supplicaverint pro declaratione, quatenus communicatio scripturarum in puncto reluitionis, nec non quartæ partis pretii ratione Civitatis, & Ducatus Sablonettæ contra Excellentissimum D. Nicolaum, filium Domini Ramiri de Gusman, Ducis Medinæ Turrium, sive eundem D. Ramirum die vigesima nona Januar. nuperi decretæ ad valvas alicujus Ecclesiæ in Territorio dictæ Civitatis Sablonetæ, cum copia demississime insinuare possit, & talis insinuatio valere debeat, dicta sua Majestas ejusmodi precibus tanquam æquitati consentaneis clementer annuit, ac proinde declarat, quod talis insinuatio ad valvas alicujus Ecclesiæ in Territorio Sablonetano facta pro valida & legitima haberi debeat vigore hujus decreti Sigillo Cæsareo muniti. Viennæ, die decima quinta Martii, Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo. &c. VS.

Ferdinandus, Comes Curtius. (L. S.)

Joh. Walderode S. scripst.

Attestor & fidem facio ego Franciscus f. q. D. Annibalis.

XI.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Diplomatum a Rom. Imperatoribus, nominatim Matthia d. 1. April. An. 1613. Ferdinando II. d. 2 Octobr. An. 1620. & Ferdinando III. die 8. Mart. An. 1638. denuo approbatorum confirmatio, in quibus divus Rom Imperator Rudolphus II. ad Julii Cæsaris, Marchionis de Gonzaga, instantiam An. 1593. d. 14. Octobr. divisionem bonorum Paternorum, inter fratres factam, non solum ratam habuit, verum etiam jus Primogenituræ in portionem terrarum antea dicti Julii Cæsaris Marchionis introduxit, prætereaque terram Bozuli dignitate Principatus, locum vero Pomponisci bonore Comitatus die 10. Febr. An. 1594. donavit, ac de iisdem laudatum Julium Cæsarem Marchionem, ejusque legitimos Successores investivit, d. d. 11. Augusti, An. 1659.

Leopoldus, Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Luxemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgrafius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c. Ad futuram rei memoriam agnoscimus, & vigore præsentium notum facimus universis: Cum demisse nobis expositum fuerit, pro parte Illustrissimi nostri, & Sacri Imperii Principis fidelis dilecti Scipionis, Marchionis de Gonzaga, Ducis Sablonetæ, Principis Bozuli, & Comitis Pomponisci, sese de Civitate, & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, ac terra Comissadii, item de Castro Riparoli foris, Villa Cividalis, Insula Dovariensium, Castro S. Martini ab aggere, & jurisdictione Cantaranæ, una cum Boecchis, Villis, aquis currentibus, & stagnantibus, & pertinentiis suis, meroque, & mixto Imperio, ac omni-

mnimoda Jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus, & facultatibus quibuscunque ab Augustissimæ memoriæ Imperatore Ferdinando Tertio, Domino Genitore & Prædecessore nostro colendissimo sub die octava Mensis Martii, Anni millesimi sexcentesimi trigesimi octavi clementer investitum fuisse, juxta tenorem diplomatum Imperialium hic subinsertorum:

Ferdinandus Tertius Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c. Ad futuram rei memoriam agnoscimus, & vigore præsentium notum facimus universis: Cum demisse nobis expositum fuerit pro parte Illustrissimi nostri, & sacri Imperii Principis fidelis dilecti Scipionis, Marchionis de Gonzaga, Ducis Sablonettæ, Principis Bozuli, & Comitis Pomponisci, sese de Civitate, & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, ac terra Commissadii; item de Castro Riparoli foris, villa Cividalis, Insula Dovariensium, Castro S. Martini ab Aggere, & Jurisdictione Cantaranæ una cum Rocchis, villis, aquis currentibus, & stagnantibus, & pertinentiis suis, meroque & mixto Imperio ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunque ab Augustæ memoriæ Imperatore Ferdinando Secundo, Domino Genitore, & Prædecessore nostro colendissimo sub die secunda mensis Octobris Anni millesimi sexcentesimi vigesimi investitum fuisse juxta tenorem Diplomatum Imperialium hic subinsertorum:

Ferdinandus Secundus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux, Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris, & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Ad futuram rei memoriam agnoscimus, & vigore præsentium notum facimus universis: Cum demisse nobis expositum fuerit pro parte Illustrissimi nostri, & Sacri Imperii Principis fidelis dilecti Scipionis, Marchionis de Gonzaga, Principis Bozuli, & Comitis Pomponisci, sese medio matris tutricis, aut curatricis suæ Isabellæ Marchionissæ de Gonzaga, de Civitate & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, ac terra Commissadii, una cum Rocchis, Villis, aquis currentibus & stagnantibus, & pertinentiis suis, meroque, & mixto imperio, ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunque ab Augustæ memoriæ Imperatore Matthia, Domino Patruele, & Prædecessore nostro colendissimo investitum fuisse, juxta tenorem diplomatis Imperialis hic subinserti:

Matthias Divina favente Clementia elect. Rom. Imp. semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Rom. Imp. Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ & Salinarum &c.

Ad futuram rei memoriam agnoscimus, & vigore præsentium notum facimus universis: Cum demisse nobis expositum fuerit pro parte Ill. devotæ nobis gratæ Isabellæ de Gonzaga, Marchionissæ relictæ viduæ Ill. quond. nostri, & Sac. Imp. Principis fidelis dilecti Ferrantis, Marchionis de Gonzaga, ac matris tutricis & curatricis testamentariæ Ill. nostri, Sacrique Imp. Principis fidelis dilecti Scipionis, Marchionis de Gonzaga, Principis Bozuli & Comitis Pomponisci, filii primogeniti & hæredis dicti Ill. Ferrantis, memorati pupilli, sive minoris quondam patruum Ill. itidem nostrum, Sacrique Imperii Principem fidelem dilectum Julium Cæsarem de Gonzaga, Principem Bozuli, certa bonorum divisione cum fratribus suis inita, atq; Augustæ memoriæ Imperatoris Rudolphi Secundi, Domini fratris, & Prædecessoris nostri colendissimi approbatione, & ratificatione Cæsarea, die decima quarta Octobr. Anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio confirmata, de terra, & Castro Bozuli, terraque Commissadii, nec non & Marchionatu Hostiani, pro se, suisque hæredibus, ac descendentibus masculis legitimis, tanquam de feudo nobili, & honorifico cum omnibus juribus, privilegiis, gratiis, honoribus, dignitatibus, consuetudinibus, immunitatibus, præeminentiis, nobilitate, potestate, libertate, & authoritate, mero & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione, & gladii potestate, nec non & aliis facultatibus olim majoribus ejusdem per Divos Prædecessores nostros concessis, ab eodem felicis recordationis Imperatore Rudolpho Secundo clementer investitum, eidemque jus primogenituræ, sive certum in memoratis feudis succedendi modum, & ordinem benignitate sua Imperiali indultum, & confirmatum esse, qui quidem Imperator anno deinde proxime subsequente millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, die decima mensis Februarii motus singulari, & præclaro supradicti Ill. Julii Cæsaris de ipso, Sacroq;

Im-

Imperio quavis occasione benemerendi studio, insignem terram Bozuli in novum insignem, & honorabilem Principatum, ac Civitatem, qui Principatus, ac Civitas Bozuli nuncupetur, erexerit, sublimarit, ac decorarit, ipsumque Illustriss. Julium Cæsarem, ejusque hæredes & successores masculos, legitimo duntaxat matrimonio natos in dicto Dominio Bozuli legitime successuros in infinitum, dicto titulo, & dignitate Principatus ornarit, & insigniverit, eosdemque Principes Bozuli fecerit, crearit, & extulerit, aliorumque Sacri Imperii Principum numero, cœtui & consortio aggrearit, Locum vero Pomponisci, qui Comitatus dignitati facile respondeat, in novum ac vere nobilem Comitatum Imperialem, qui Pomponisci Comitatus nuncupetur, erexerit, extulerit, & illustrarit, ipsumque quondam Illustr. Julium Cæsarem, ejusque hæredes, & successores masculos legitimo conjugii fœdere ortos, atque orituros, & in memoratis bonis pro tempore legitime successuros, titulo, & dignitate Comitis Pomponisci honorarit, & condecorarit, iisque plenam & omnimodam Comitum Imperii authoritatem, atque præeminentiam concesserit, contulerit, aliaque regalia, & privilegia benigne, clementerque elargitus sit: quarum quidem approbationis, ratificationis, confirmationis, Investituræ, primogenituræ, erectionis in Principatum, & respective Comitatum, aliorumque privilegiorum tenor sequitur, & est talis.

Rudolphus Secundus Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus, ac notum facimus tenore præsentium universis, quod cum anno superiori nonagesimo primo Illustrissimus *Vespasianus de Gonzaga Columna, Dux Sablonettæ, Marchio Hostiani, & Comes Rothingi*, Consanguineus & Princeps Noster charissimus, Deo sic volente, ex hoc sæculo migrarit, nullis post se hæredibus masculis relictis, ante suum vero decessum condito testamento, filiam suam legitimam, Donnam Isabellam, Illustrissimi sincere Nobis dilecti, Don Aloysii Caraffæ de Marca, Principis Hostiliani conjugem, universalem rerum, ac bonorum suorum hæredem instituerit, indeque secutum fuerit, quod eo defuncto, Illustrissimus Vincentius, Dux Mantuæ & Montisferrati, Consobrinus, ac Princeps Noster charissimus, necnon Reverendissimus quondam in Christo Pater, ac Illustres Nostri, Sacrique Imperii Principes, & fideles dilecti, Dominus Scipio, S. R. E. Cardinalis, ejusdemque Fratres, Pirrhus, Ferdinandus, & Julius Cæsar, Marchiones de Gonzaga, filii quondam Illustris Caroli, pro mutua potius concordia, ac benevolentia stabilienda, perpetuoque conservanda, quam perniciosis aliquibus dissidiis, ac simultatibus invicem concitandis, & fovendis, talem cum prænominato defuncti Sablonettæ Ducis Genero Hostiliani Principe, ejusdemque Conjuge Donna Isabella prædicta super hæreditate, præsertim quoad bona feudalia Contractum (reservato tamen assensu, & beneplacito nostro Cæsareo) unanimiter inierint, quod prædictis Hostiliani conthoralibus memoratæ Sablonetæ Civitas, una cum sua jurisdictione, & pertinentiis quibuscunque certis modis, formis, pactis, & conditionibus vendita, tenenda, & possidenda relinqueretur: Mantuæ vero Duci Comitatus Rothingi, & Locus Ripaltæ cum juribus, & pertinentiis æque suis, ipsisque demum fratribus de Gonzaga, tanquam proximioribus defuncti agnatis, reliqua bona feudalia, nimirum terra, ac Castrum Riparoli foris, cum villa Cividalis, & Terra Bozuli, cum Arce, & terra Commissadii in Diœcesi Cremonensi existentia, Terra item ac Castrum Hostiani in Diœcesi Brixiensi situm, una cum universis quoque eorundem arcibus, curiis, pertinentiis, & juribus assignarentur; uti quidem id publico instrumento sexta nimirum die mensis Martii, anni illius nonagesimi primi superinde per Franciscum de Calettis, Petrum de Raimundis, & Franciscum de Malferris Notarios publicos rogato, & coram Nobis in authentica forma producto (cujus tenorem hic pro sufficienter expresso haberi volumus) uberius patet. Nos etiam exinde duodecima scilicet die mensis Martii sequentis anni nonagesimi secundi, memoratum contractum, juxta communem partium instantiam decreto nostro Cæsareo (ad quod relatio habeatur,) per omnia ratificaverimus. Nunc vero Nobis ex parte prædicti Julii Cæsaris humiliter expositum fuerit, ab eo tempore evenisse, quod Pyrrhus Frater absque hæredibus masculis legitimis ex vita hac decesserit, hincque non solum ea portio, quæ ipsi ex prænarrata demortui Sablonetæ Ducis hæreditate, verum & illa, quæ eidem ex fraterna bonorum olim patrimonialium divisione, in Castro Sancti Martini ab Aggere, & jurisdictione Cantaranæ competebat, in ipsos tres fratres superstites jure successionis transierit, qui quidem fratres exinde, ne quandoque discordia aliqua inter eorum hæredes, ratione hæreditatis istius oriri contingat, ad fraternam hujusmodi bonorum divisionem condescenderint, in qua Cardinalis prædictus ex sincero amoris affectu portiones ad se, tam ex patris quondam Caroli Marchionis, quam Sablonetæ Ducis, ac Pyrrhi fratris morte delatas, ipsis Ferranti & Julio Cæsari Marchionibus (salvo tamen assensu nostro Cæsareo) renunciarit ac cesserit, nihil sibi in eis, præter usumfructum, & jurisdictionem totius

terræ & Castri Sancti Martini, cum jurisdictione Cantaranæ ad vitam, reservando, unde ipse Julius Cæsar, ac Ferdinandus alteri ipsorum fratri Venerabili Principi devoto Nobis dilecto Francisco, tunc Cefaludensi, exinde Papiensi, nunc vero Mantuano Episcopo, in signum benevolentiæ & dilectionis fraternæ, terram Hostiani cum juribus, & pertinentiis suis, vita ejus durante, possidendam titulo donationis inter vivos (sub nostro itidem beneplacito, & consensu Cæsareo) assignarint, redditibus tamen regalibus exceptis, sibique reservatis. Hac insuper lege, & conditione expressa, quod eveniente casu mortis prædictorum Cardinalis, & Episcopi fratrum, ipsi Ferdinandus & Julius Cæsar in eorundem locum, Ferdinandus nimirum in possessionem totius Castri Sancti Martini ab aggere, & Jurisdictionis Cantaranæ, Julius Cæsar autem in Marchionatu Hostiani, ac pertinentiis suis immediate succederent; Cum igitur non ita pridem Cardinalis quoque prædictus obierit, Ferdinando Marchioni in eadem divisione Castrum Riparoli cum arce, curia, ac pertinentiis suis, Villaque Cividalis, nec non & Castrum Sancti Martini ab aggere cum jurisdictione Cantaranæ, omnibusque eorundem juribus, ac pertinentiis ex memorata Cardinalis, ac Pyrrhi fratrum cessione, ac hæreditate obvenisse, Julio autem Cæsari Castrum Bozuli cum arce munita, curia, villis, terraque Commissadii, ac omnibus æque juribus, ac pertinentiis suis obtigisse, prout hæc instrumento publico superinde, per supradictum Petrum de Raimundis, & Camillum de Garbagnatis Notarios duodecima mensis Martii, anni superioris nonagesimi secundi rogato, Nobisque in authentica, ac fide digna forma exhibito latius patet: Ac proinde idem Julius Cæsar de Gonzaga Marchio demisse supplicarit, quatenus authoritate nostra Cæsarea hujusmodi bonorum divisionem benigne approbare, & ratificare, ipsumq; de iisdem bonis, terra nimirum, & Castro Bozuli, terraque Commissadii, nec non & Marchionatu Hostiani, ex nunc, prout ex tunc, ubi casus purificatæ conditionis supradictæ evenerit, pro se suisque hæredibus, ac descendentibus masculis legitimis tanquam de feudo nobili, & honorifico cum omnibus juribus, privilegiis, gratiis, honoribus, dignitatibus, consuetudinibus, immunitatibus, præeminentiis, nobilitate, potestate, libertate, & authoritate, mero, & mixto Imperio, omnimodaque Jurisdictione, & gladii potestate, nec non & aliis facultatibus, olim majoribus ejusdem per Divos Prædecessores nostros concessis, & præsertim in Serenissimi quondam Maximiliani primi Romanorum Regis Abavi nostri colendissimi inclitæ recordationis investitura, ac privilegiis Illustri quondam Pyrrho Ludovico, & Federico fratribus, filiis, hæredibusque, ac descendentibus Illustris olim Joannis Francisci de Gonzaga nati, & descendentis ex Illustri quondam Ludovico Marchione Mantuæ expressis, & exinde a divis Carolo quinto, Ferdinando, & Maximiliano Secundo Romanorum Imperatoribus Dominis Magno Patruo, Avisque paternis & maternis, ac Genitore nostris colendissimis Augustæ memoriæ confirmatis, clementer investire, quin etiam jus primogenituræ, sive certum in illis succedendi modum, ac ordinem instituere gratiose dignaremur. Nos igitur benigna ratione habita summæ fidei, observantiæ & sinceræ devotionis, plurimorumque egregiorum obsequiorum, quibus ista Illustr. familia Marchionum de Gonzaga, Divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, & Reges, atque Nos ipsos etiam, ac Sac. Rom. Imperium quoquo tempore coluit, & demereri studuit, ac Nobis omnino persuasum habentes, dictum quoque Julium Cæsarem Marchionem pari Nos, ipsumque Sac. Romanum Imperium, dehinc etiam fide, observantia, ac integritate prosecuturum esse, humilibus ejusdem precibus clementer annuendum duximus. Quopropter ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, & de Imperialis nostræ potestatis plenitudine, memoratam divisionem, in quantum illa prædictos Julium Cæsarem, & Ferdinandum Marchiones concernit, per omnia ratam, & gratam habentes, eundem Julium Cæsarem de Gonzaga, pro se, suisque hæredibus masculis, ex legitimo dumtaxat matrimonio natis (recepto tamen prius a legitimo ipsius procuratore, honorabile Docto nostro & Sacri Imperii fidele dilecto Joanne de Rubeis, Vailatens. J. U. D. consueto superinde fidelitatis & subjectionis juramento) de memoratis Castris & Locis, videlicet Marchionatu Hostiani, Castro Bozuli, ac Terra Commissadii, eorundemque arcibus, curiis, juribus, & pertinentiis, mero & mixto imperio, omnimodaque Jurisdictione, gladii potestate, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunque olim super iisdem castris, terris, & locis Illustr. Pyrrho, Ludovico, & Federico Marchionibus, filiis, & heredibus Joannis Francisci de Gonzaga nati & descendentis ex Illustr. olim Ludovico Marchione Mantuæ per prælibatos quondam Divos Romanorum Imperatores, Maximilianum primum, & Carolum quintum, ac postmodum quoque prædicti Pyrrhi Senioris filiis, Carolo & Federico per eundem Carolum quintum Imperatorem successive etiam ipsis Caroli supranominati filiis ac hæredibus, mediante persona Ill. Æmiliæ, Marchionissæ de Gonzaga relictæ ejusdem Caroli Marchionis viduæ, tanquam ipsorum Scipionis, Pyrrhi, Ferdinandi & Julii Cæsaris fratrum matris, legitimæque tutricis, & curatricis testamentariæ per Divum quondam Ferdinandum, ac novissime iisdemmet fratribus per Divum quoque Maximilianum Secundum, Dominos Abavum, Magnum Patruum, Avos, ac Genitorem, Prædecessoresque Nostros colendissimos Augustissimæ memoriæ concessis, & confirmatis, in feudum nobile & honorificum clementer investivimus atque infeudavimus, ac tenore præsentium

tium investimus, infeudamus, ac, quatenus opus est, ea omnia (reservato tamen in Marchionatu Hostiani supradicto Francisco fratri, Episcopo Papiensi, ad vitam suam, usufructu, illi in divisione, ut supra, assignato) eidem Julio Cæsari Marchioni de novo concedimus: nec non omnes, & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones & alia quæcunque in supradictis privilegiis expressa & contenta clementer approbavimus & confirmavimus, sicuti etiam tenore præsentium ea omnia approbamus ratificamus & confirmamus, illisque & præmissis omnibus plenam Cæsarei roboris firmitatem adjicimus, cæterum cupientes quorumcunque nostrorum & Sacr. Imp. fidelium subditorum commoda per omnem occasionem promoveri, benigneque considerantes, quantum ad conservationem non minus feudorum Imperialium, quam familiarum dignitatis faciat, si res per unum potius, quam per plures gubernentur; equidem pro singulari nostra erga præfatum Jul. Cæsarem de Gonzaga Marchionem clementiæ affectione humillime ejusdem petitioni hac quoque in parte deesse noluimus. Ac proinde ex certa pariter scientia, animoque bene deliberato, & de Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine, ipsi Jul. Cæsari Marchioni in prænominatis feudis Hostiani, Bozuli & Commissadii ex divisione, ut præmittitur, ad ipsum spectantibus, nec non & in Castro Pomponisci, quod antehac tenuit, & possedit, illorumque pertinentiis universis primogenituræ jus, sive certam in illis succedendi legem, & ordinem inter posteros, ac descendentes suos masculos legitimos (legitimatis etiam per subsequens matrimonium semper exclusis) inviolabiliter observandum benigne concessimus, ereximus, & introduximus, prout tenore præsentium concedimus, erigimus & introducimus; Volentes, & Cæsareo nostro dicto firmiter statuentes, quod si præfatum Julium Cæsarem de Gonzaga liberos quandoque legitime suscipere contigerit, primogenitus ejusdem masculus, ex vero & legitimo dumtaxat matrimonio, ut supra natus, eoque decedente filius ejusdem primogeniti primogenitus pariter masculus legitime procreatus, sicque de primogenito in primogenitum, quoad linea ejusdem primogeniti durabit, in prædictis feudis succedere debeat: Deficiente autem linea prædicti primogeniti tunc successio in iisdem bonis feudalibus ad filium prædicti Julii Cæsaris secundogenitum, legitimo thoro ortum, ipsoque e vivis sublato, ad ejusdem secundogeniti primogenitum, & sic deinceps eodem, quo supra modo, de primogenito in primogenitum transeat, illud idem intelligendo de tertio & quarto, & ulterius genitis ordine successivo usque in infinitum, quoad linea dicti Julii Cæsaris duraverit, lege primogenituræ semper salva, ita tamen quod ii, qui sic in dictis feudis Marchionatu Hostiani, Castro Bozuli, terra Commissadii, & castro Pomponisci, eorumque arcibus, curiis, juribus & pertinentiis successuri sunt, teneantur aliis fratribus suis legitimis, ac naturalibus, qui tunc aderunt, in hujusmodi bonis paternis legitimam jure naturæ debitam (cui quidem per hanc primogenituram derogare neutiquam intendimus) relinquere, & alias condecenter providere, alimenta quoque victum & amictum suppeditare, filiabus vero, si quas Julium Cæsarem, vel ejus in memoratis feudis successores habere contigerit, de condigna sustentatione, ac dote, pro eo, ac gradus, dignitatisque conditio, & æquitatis ratio id exigere videbitur, debito modo prospicere; quibus quidem ita præstitis decernimus ipsos secundo, tertio, quarto, & ulterius genitos masculos, & fœminas debere quietos, & contentos esse: ipsis super cæteris, quæ hæreditatem hujusmodi feudorum & pertinentiarum concernunt, perpetuo silentio imposito. Casu vero, quo prædictus Julius Cæsar absque filiis masculis legitimis decesserit, aut linea sua quocunque modo defecerit, tunc memorata feuda, in suprascripta primogenitura contenta, in filium, qui tunc supervixerit Ferdinandi prædicti Primogenitum cadant, ipsique jure cecidisse intelligantur. Volentes & statuentes præmissa omnia & singula rata, valida, firma, ac perpetua esse, & censeri, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter semper observari debere: Supplentes ex eadem nostra scientia, & authoritate quoscunque defectus, tam juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut intevenisse quovis modo dici, allegarive possint, non obstantibus in contrarium facientibus, quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis & expressa mentio fieri deberet. Quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent, pro hac vice dumtaxat, derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus per præsentes: Nostris tamen, & Sacri Romani Imperii, ac aliorum quorumcunque juribus in præmissis omnibus, & singulis semper salvis, & illæsis. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ existat, liceat hanc nostram investituræ, concessionis, confirmationis, primogenituræ, suppletionis, derogationis, decreti, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire: Si quis autem id attentare præsumpserit, is nostram, & Sacri Imperii indignationem gravissimam ac pœnam quinquaginta marcarum auri puri toties, quoties contraventum fuerit, se noverit ipso facto irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Cæsareo nostro Fisco, reliquam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ, die decima quarta mensis Octobris, anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Regnorum nostrorum Romani decimo octavo, Hungarici vigesimo secundo, Bohemici vero decimo nono.

Rudolphus Secundus Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucembur-

burgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Tecke, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Ad futuram rei memoriam recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis: Etsi nos pro innata nobis benignitate, clementiaque, summi, & immortalis Dei, qui cœlestis suæ liberalitatis thesauros in universum hominum genus largissime diffundit, exemplo, postquam ab ipsius Divina Majestate ad Majestatem hanc humanam, & sublimitatem Cæsareæ dignitatis vocati, atque evecti sumus, hoc inprimis curæ habemus, ut quo inclitus, & excelsus Thronus noster magis conspicuus reddi, & decorari solet, munificentia nostra in nostros, & S. R. I. subditos, quorum id virtus, & fides merentur, amplissime extendatur, exerceaturque; decere tamen omnino existimamus, ut diligens, & singularis habeatur ratio, quo præmia cuique, pro cujusque meriti debito discrimine conferantur, ut scilicet unus ab altero quibusdam quasi gradibus distinguatur, ut qui clariori loco nati nobilitatem a majoribꝰ acceptam nobilibus & præclaris actionibus, ac virtutum studiis, pro patria, pro Principibus suis, pro Republica strenue laborando magis magisque illustrant, amplioris honoris & dignitatis eminentia decorentur, sic enim ratio æquitatis & justitiæ habetur, ut reliqui mortales ad honestissimum virtutis & gloriæ certamen pulcherrimis exemplis invitentur. Nos igitur considerantes pervetustam, atque Illustrem originem Illustris Nostri, & Sacri Imperii Principis fidelis dilecti Julii Cæsaris Principis Bozuli, Marchionis Gonzagæ, & Hostiani, Comitis Pomponisci, rara atque insignia merita, ob quæ majores illius, majoribus & antecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, ac Regibus, Augustæque Domui nostræ Austriæ in primis chari & accepti, & magni apud illos habiti, multisque privilegiis & libertatibus, in singularis gratiæ documentum ab illis aucti & decorati fuerint, præclaras deinde & excellentes ipsius Julii Cæsaris Virtutes, animique, & ingenii dotes, quæ in illo variis indiciis & documentis, ac platearum incrementis amplificarit, atque in pulchram formam redegerit, ac denique præclaram terram Bozuli magnam ambitu, & antiquam sedem, & alumnam virorum fortium, qui exercitus ductarint, magis, magisque exornarit & decorarit, quo fit ut nobis omnino persuasum habentes, ipsum Illustrem Julium Cæsarem ab hoc tam honesto, ac laudabili, seque dignissimo studio imposterum non discessurum, sed ad extremum usque vitæ spiritum in eodem non tantum perseveraturum, sed etiam si quid amplius addi possit, illud enixe præstiturum, neque de nobis, aut de Sacro Romano Imperio, inclitaque domo nostra Austriaca bene merendi occasionem unquam neglecturum, quin potius totis viribus in hoc incubiturum esse, ut suam in nos, Sacrumque Imperium, & in eandem inclytam domum nostram fidem magis, magisque probet, quemadmodum annis elapsis insigniter probavit, cum ipse sese promptissimum nobis obtulit, ut in Hungaria nobis hoc sacro, quod cum Turca gerimus, bello, si dignus ipso locus vacasset, militaret. Nos sane haud prætermittendum duximus quin dictum Julium Cæsarem aliis etiam titulis, & ornamentis decorandum, & augendum susciperemus, quæ scilicet non ipsi solum, sed & hæredibus, & successoribus ipsis legitimis in perpetuum luculentissimo nostræ in ipsum voluntatis, & gratiæ, benignissimoque affectus argumento, testimonioque sint. Motu itaque proprio, ex certa nostra scientia, animo deliberato, sanoque accedente consilio, authoritate nostra Cæsarea, ac de potestatis nostræ plenitudine: In nomine Dei omnipotentis, a quo omnis Principatus, honos & dignitas promanat, prænarratam insignem terram Bozuli, in novum, insignem, illustrem & honorabilem Principatum ac Civitatem, qui Principatus, ac Civitas Bozuli nuncupetur, ereximus, sublimavimus & decoravimus, ipsumque Illustrem Julium Cæsarem, ejusque hæredes & successores masculos, legitimo dumtaxat matrimonio natos, in dicto Dominio Bozuli legitime successuros in infinitum dicto titulo, & dignitate Principatus insignivimus & decoravimus, eosdemque Principes Civitatis Bozuli fecimus, creavimus & extulimus, aliorumque nostrorum, ac Sacri Imperii Principum numero, cætui, & consortio aggregavimus, prout per præsentes erigimus, sublimamus, illustramus, exaltamus, facimus, creamus, extollimus & aggregamus, locum vero Pomponisci, qui Comitatus dignitati facile satisfaciat, in novum, ac vere nobilem Comitatum Imperialem, qui Pomponisci Comitatus nuncupetur, ereximus, extulimus & illustravimus, ipsumque Illustrem Julium Cæsarem, ejusque hæredes, & successores masculos legitimo conjugii fœdere ortos, æternaque serie orituros, & in memoratis bonis pro tempore legitime successores, titulo, & dignitate Comitis Pomponisci insignivimus & decoravimus, iisque plenam, & omnimodam Comitum Imperii authoritatem, atque præeminentiam concessimus, contulimus & elargiti sumus, sicuti vigore præsentium erigimus, attollimus, illustramus, insignimus & condecoramus. Decernentes, & hoc Cæsareo nostro edicto firmissime statuentes, quod dicta loca Dominii, ac Civitatis Bozuli, nec non locus Pomponisci perpetuis posthac temporibus pro Illustri, vero, honorabili ac nobili Principatu, & Comitatu Imperiali habeantur, teneantur, reputentur, nominentur & vocentur ab omnibus & singulis, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, seu dignitatis extiterint, ita ut D. Ill. Jul. Cæsar, & ejusdem hæredes, ac successores masculi legitimi in dicto Dominio Civitatis Bozuli, & loco Pomponisci legitime successuri, virtute hujus nostræ erectionis, sublimationis, illustrationis & exaltationis ab hac hora in perpetuum nominentur, nuncupentur, & reputentur, tam in scriptis, quam viva voce, & alias quotiescunque & quomodolibet illius mentio facienda erit, Principes Civitatis Bozuli, &

Comi-

Comites Pomponisci salutentur, nominentur, atque honorentur, salvis tamen semper, & in suo statu permanentibus antiquis & genuinis titulis, & dignitatibus ipsius Illust. Julii Cæsaris ab ipso, & à majoribus ipsius per manus acceptis, quodque præterea tanquam Principes Bozuli proxime assideant Ducibus Sacri Imperii, induti, ac vestiti eorundem Ducum in solemnibus usitato amictu, omnibusque & singulis honoribus, dignitatibus, prærogativis, exemptionibus, præeminentiis, libertatibus, juribus, privilegiis, insignibus, gratiis, indultis regalibus, & aliis quibuscunque in judicio & extra, in omnibus rebus, statibus & causis, tam spiritualibus, quam temporalibus, Ecclesiasticis, quam profanis, sessionibus, & alias ubique, & in locis omnibus gaudere, ac frui debeant, ac possint, quibus alii nostri, ac S. R. Imp. Principes per universum Romanum Imperium, & ubique locorum, ac terrarum in dandis, & recipiendis juribus, conferendisque, & suscipiendis feudis, & aliis omnibus & singulis statum & conditionem Illustrium Principum, ac Nobilium Comitum concernentibus utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent & hactenus usi, fruiti, potiti, & gavisi sunt, quomodolibet consvetudine, vel de jure; Salvis tamen tum nostrâ, & Sacri Imperii superioritate, & directo Dominio, tum aliorum quorumvis juribus, quibus per hanc nostram erectionem nullatenus cogitamus, vel intendimus in aliquo derogare, seu præjudicium adferre, quin potius volumus ea, quoad hunc effectum firma, & inviolata permanere, perinde ac si præsens constitutio facta non esset; Volentes, ac statuentes præmissa omnia, & singula rata, valida, firma, ac perpetua esse, & censeri, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter semper observari debere. Supplentes ex eadem nostra scientia, & authoritate quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut intervenisse quovis modo dici, allegarive possent; Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis, & expressa mentio fieri deberet; Quibus omnibus, & singulis de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine expresse, & specialiter derogamus, ac sufficienter derogatum esse volumus per præsentes. Porro ut nostram erga sæpedictum Illust. Julium Cæsarem singularem animi benevolentiam, & propensionem aliis etiam beneficiis, honoribus & ornamentis contestemur, talibus nimirum, per quæ hujusmodi nostra præclarissima, propensissima in ipsum voluntas universis ipsius hæredibus, & successoribus legitimis, in omne ævum memoriæ commendetur, & ne aliquibus in posterum super præmissa illustratione, erectione, & sublimatione Principatus Civitatis Bozuli, & Comitatus Pomponisci aliquod dubium suboriri contingat: Nos de abundantiori plenitudine, ex gratia speciali, motuque proprio, & ex certa scientia, animoque bene deliberato, prædicto Illust. Julio Cæsari, omnibusque hæredibus & successoribus ipsius legitime ex matrimonii fœdere natis, & nascituris in infinitum, antiqua, & gentilitia armorum insignia non solum approbavimus, confirmavimus, & ratificavimus, verum etiam cum Illustre Stemma familiæ de Bautio, sive ejus insignia per Illust. quondam Jo. Francisci, Marchionis Mantuæ uxoris Illust. Antoniæ de Bautis mortem, extincta fuerint, nostro beneficio, & ne tam præclaræ Familiæ nobilitatis memoria obliteretur, sed in ipso Illust. Julio Cæsare, & posteris ejus reviviscat, Bautiorum insigniis, & aliis quibusdam ornamentis augenda, & locupletanda duximus, sicuti vigore præsentium eadem approbamus, ratificamus, confirmamus, augemus, locupletamus, & ornamus, ac perpetuis deinceps temporibus, eo, quo sequitur modo, habenda, gestanda, & deferenda concedimus, atque elargimur. Ita nimirum, ut scutum candidum, sive argenteum cruce rubra distinctum, & quatuor aquilis nigris, alis ad dexteram, lævamque late extensis, caudis depressis, pedibus divaricatis, rostris apertis, lingvis rubeis exertis, coronis aureis insignitis dextrorsumque prospicientibus refertum, ex gratia nostra speciali Corona Regia aurea diversicoloris lapidibus pretiosis splendida superimposita decoretur, Crux deinde rubra supradicta gentilitiis Illustr. Familiæ de Bautio armorum insigniis, clypeo scilicet parvo robri coloris, stella candida sexdecim radiis coruscante, in medio decoretur, ea vero, quæ in dicto parvo clypeo prius continebantur insignia, una cum aliis in ornamentum totius clypei, & armorum decem vexillis, circum circa scutum ambientibus, ut in exemplo posita sunt, usurpare possint, quemadmodum hæc omnia in medio hujus nostri diplomatis Imperialis coloribus suis rectius, & ad vivum quasi depicta visui objecta apparent. Volentes & edicto hoc nostro Cæsareo firmissime statuentes, quod sæpenominatus Ill. Julius Cæsar, omnesque & singuli ejus hæredes, & successores masculi legitimi, & naturales, cum in Principatu Civitatis Bozuli, tum Comitatu Pomponisci, modo præscripto successuri, jam descripta, & sic per Nos aucta, ornata, & locupletata armorum insignia, ex hoc perpetuo deinceps tempore in omnibus, & singulis locis, atque Principibus viris maxime dignis, & convenientibus, negotiis, actibus, exercitiis, & expeditionibus, pro rei necessitate, & voluntatis arbitrio, aliorum Illust. atque nobilium Sac. Imp. Principum, & Comitum more, libere, quiete, & sine ullo prorsus impedimento uti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, omni contradictione penitus sublata, atque remota. Quocirca serio, & expresse mandamus universis & singulis Electoribus, aliisque Sac. Imp. Principibus Ecclesiasticis, & secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Ignobilibus, Clientibus, Capitaneis, & Vice-Dominis, Præfectis, Magistratibus, Procuratoribus, Officialibus, Quæstoribus, Civium Magistris, Judicibus, Consulibus, Heroaldis, Caduceatoribus, Civibus, Municipiis, & omnibus denique nostris, & Sac. Rom. Imp. subditis, ac fidelibus dilectis, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis & præeminentiæ extiterint, ut sæpe nominatum Illust.

Julium Cæsarem, dictosque ejus hæredes, & successores legitimos in infinitum ex hoc tempore in futurum, ac perpetuo Principes, ac Comites Sac. Imp. nominent, reputent & honorent, ipsosque dictis privilegiis, juribus, honoribus, dignitatibus, libertatibus, insigniis, regalibus, præeminentiis, exemptionibus, prærogativis, gratiis, & indultis libere, pacifice, & sine omni impedimento, & molestatione gaudere, uti, frui, & potiri sinant, nec aliquo pacto in iis impediant, seu perturbent, sed potius tueantur, manuteneant, & defendant, ac contrarium non faciant, nec fieri procurent, vel permittant quovis modo, quatenus nostram, & Sac. Imp. indignationem gravissimam, & quingentarum marcarum auri puri mulctam, pro dimidia Imperiali Fisco, seu Ærario nostro, pro reliqua verò parte injuriam passi, seu passorum usibus, toties, quoties contraventum fuerit, irremissibiliter applicandam evitare maluerint; Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ, die decima mensis Februarii, Anno Domini millesimo quingentesimo, nonagesimo quarto, Regnorum nostrorum, Romani decimo nono, Hungarici vigesimo secundo, Bohemici itidem decimo nono.

Porro supranominato Illustr. quondam Julio Cæsare absque liberis, vel descendentibus legitimis & naturalibus, Deo sic volente, vita functo, prædicta, omniaque alia bona feudalia à S. R. Imperio dependentia, & per ipsum aliquando possessa, vigore juris primogenituræ in iisdem authoritate nostra Cæsarea constituti, & corroborati ad supranominatæ Illustr. Isabellæ filium minorennem Illustrem Scipionem, tanquam proximiorem sæpedicti quondam Illustr. Julii Cæsaris agnatum, & ex fratre olim suo Ferrante nepotem, successionis jure devenisse. Ac proinde suppliciter Nos rogari curarit antenominata Illust. Devota Nobis grata Isabella de Gonzaga Marchionissa, ut sæpedictum Illustrem Filium suum Scipionem, in minori adhuc ætate constitutum, mediante ipsius Matris, tutricis & curatricis persona de Principatu, & Civitate Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, terraque Commissadii, cum omnibus juribus, privilegiis, gratiis, honoribus, dignitatibus, consvetudinibus, immunitatibus, præeminentiis, nobilitate, potestate, libertate, & authoritate, mero & mixto Imperio, omnimodaque Jurisdictione & gladii potestate, nec non & aliis facultatibus olim ipsi Illustr. Julio Cæsari, & ejusdem majoribus per Divos Prædecessores nostros, Augustissimæ memoriæ concessis, & confirmatis clementer investire, quin etiam jus primogenituræ aliaque privilegia præinserta benigne laudare, & approbare dignaremur. Nos sane benigna ratione habita, summæ fidei, observantiæ, & sinceræ devotionis, plurimorumque egregiorum obsequiorum, quibus ista Illust. Familia Marchionum de Gonzaga, Divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, ac Reges, atque Nos ipsos etiam, & Sac. Rom. Imp. quoquo tempore coluit, & demereri studuit, ac Nobis omnino persvasum habentes, dictum quoque Ill. Scipionem Principem Bozuli pari Nos ipsumque Sac. Rom. Imp. dehinc etiam fidei observantia & integritate prosecuturum, nec quicquam à laudabilibus majorum suorum vestigiis exorbitaturum esse, humilibus supradictæ Isabellæ precibus clementer annuendum duxerimus, uti vigore præsentium annuimus. Ac proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, & de Imperialis nostræ potestatis plenitudine, memorata privilegia, per omnia, & in omnibus confirmantes, prædictam Ill. Isabellam de Gonzaga Marchionissam matrem, tutricem, & curatricem ante nominati filii sui primogeniti, ac minorennis Illust. Scipionis, tutorio & curatorio nomine (recepto tamen prius à legitimo ejusdem procuratore, sive actore, honorabile docto fidele nobis dilecto Antonio Morello J. U. D. sufficiente ad id mandato instructo, debito, & consveto fidelitatis juramento) de memorata Civitate, & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, ac terra Commissadii, una cum Rochis, Villis, aquis currentibus, & stagnantibus, & pertinentiis suis, cum mero, & mixto imperio, ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus, & facultatibus quibuscunque, quæ in præinsertis litteris latius continentur, investivimus, & infeudavimus, uti vigore præsentium clementer investimus & infeudamus, nec non omnes & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, & concessiones, & alia quæcunque in supradictis privilegiis expressa & contenta approbamus, confirmamus, ac, quatenus opus sit, de novo concedimus. Volentes & expresse indulgentes, ut prædicta Ill. Isabella, dicto tutorio, & curatorio nomine, & ipse minorennis Illust. Scipio possit, & valeat in prænominatis Civitate, Castris & locis ea facere, ac statuere, quæ Nos ipsi, aliique Rom. Imper. ac Reges facere, & statuere possent, tum etiam ut cætera omnia, & singula præmissa rata, valida, firma, ac perpetua sint & censeantur, atque ab omnibus, ad quos spectant, inviolabiliter semper observentur; Supplentes ex certa nostra scientia, & authoritate quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut quovis modo intervenisse dici, vel allegari possent, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis & expressa mentio fieri deberet; quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent, vel obstare quovis modo possent, pro hac vice dumtaxat derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus per præsentes: Nostris tamen & Sac. Rom. Imper. ac aliorum quorumcunque juribus in præmissis omnibus & singulis semper salvis & illæsis. Hac etiam conditione adjecta, quod prædictus Illustris Scipio de Gonzaga, Princeps Bozuli, quam primum ad legitimæ ætatis annos pervenerit, à Nobis, aut Nostro in Imperio successore, investituræ hujus renovationem pro se, & hæredibus suis legitimis de novo petere, & recipere teneatur. Nulli

ergo

ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ existat, liceat hanc nostræ investituræ, concessionis, confirmationis, primogenituræ, suppletionis, derogationis, decreti, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Siquis autem id attentare præsumpserit, is præter nostram, & Sacri Imperii indignationem gravissimam, pœnam quinquaginta marcarum auri puri, toties, quoties contraventum fuerit, se noverit ipso facto incursurum, quarum medietatem Fisco nostro Cæsareo, fraudis Vindici, reliquam vero partem injuriam passi usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Vienna, die vigesima prima mensis Martii, Anno Domini millesimo, sexcentesimo decimo tertio, Regnorum nostrorum Romani primo, Hungarici quinto, Bohemici vero secundo.

Nunc porro demisse nobis supplicarit idem supradictus Illustris Scipio, Marchio de Gonzaga, Princeps Bozuli, & Comes Pomponisci, postquam supremi numinis benignitate, & concordibus Electorum Principum suffragiis ad excelsum Majestatis Imperialis thronum evecti simus, ipseque, prout fidelem Imperii Principem, & obedientem Vasallum decet, nos in supremum, atque directum Dominum suum recognoscere desideret, ut ipsum August. memoriæ Prædecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum, & Regum exemplo, de Principatu & Civitate Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, terraque Commissadii, cum omnibus juribus, privilegiis, gratiis, honoribus, dignitatibus, consuetudinibus, immunitatibus, præeminentiis, nobilitate, potestate, libertate, & authoritate, mero, & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione, & gladii potestate, nec non & aliis facultatibus olim Illustri Julio Cæsari, & ejusdem majoribus, per Divos Prædecessores nostros August. memoriæ concessis sibique Illustri Scipioni, medio matris, Tutricis, & Curatricis suæ confirmatis, clementer investire, quin etiam jus Primogenituræ, aliaque privilegia præinserta benigne laudare, & approbare dignaremur. Nos sane benigna ratione habita summæ fidei, observantiæ & sinceræ devotionis, plurimorumque egregiorum obsequiorum, quibus ista Illustris familia Marchionum de Gonzaga divos Prædecessores nostros Romanor. Imperatores, ac Reges, atque nos ipsos etiam, & Sacrum Romanum Imperium quoquo tempore coluit, & demereri studuit, ac nobis omnino persuasum habentes, dictum quoque Illustrem Scipionem Principem Bozuli, pari nos, ipsumque Sacrum Romanum Imperium dehinc etiam fide, observantia, & integritate prosecuturum, nec quicquam a laudabilibus majorum suorum vestigiis exorbitaturum esse, humilibus ejusdem precibus clementer annuendum duxerimus, uti vigore præsentium annuimus. Ac proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, & de Imperialis nostræ potestatis plenitudine, memorata privilegia, per omnia, & in omnibus confirmantes, prædictum Illustrem Scipionem, Marchionem de Gonzaga, Principem Bozuli, & Comitem Pomponisci (recepto tamen prius a legitimo ejusdem Procuratore nostro, & Sacri Imperii fidele dilecto Pyrrho Carnevali, sufficiente ad id mandato instructo, debito, & consueto fidelitatis juramento,) de memorata Civitate, & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, ac terra Commissadii, una cum Rochis, Villis, aquis currentibus, & stagnantibus, & pertinentiis suis, cum mero, ac mixto Imperio, ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus, & facultatibus quibuscunque, quæ in præinsertis litteris latius continentur, investivimus, & infeudavimus, utroque vigore præsentium clementer investimus, & infeudamus, nec non omnes, & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, & concessiones, & alia quæcunque in supradictis privilegiis expressa, & contenta approbamus, confirmamus, ac, quatenus opus sit, de novo concedimus. Volentes & expresse indulgentes, ut prædictus Illustris Scipio, Princeps possit, & valeat in præmminatis Civitate, Castris, & Locis ea facere, ac statuere, quæ nos ipsi, aliique Romanor. Imperatores, ac Reges facere, & statuere possent, tum etiam, ut cætera omnia, & singula præmissa rata, valida, firma, perpetuaque sint, & censeantur, atque ab omnibus, ad quos spectant, inviolabiliter semper observentur. Supplentes ex certa nostra scientia, & authoritate quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut quovis modo intervenisse dici, vel allegari possent, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis, & expressa mentio fieri deberet, quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent, vel obstare quovis modo possent, pro hac vice dumtaxat derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus per præsentes, nostris tamen, & Sacri Romani Imperii, ac aliorum quorumcunque juribus in præmissis omnibus, & singulis semper salvis, & illæsis. Hac etiam conditione adjecta, quod prædictus Illustris Scipio de Gonzaga, Princeps Bozuli, & vigore supradictæ primogenituræ in memoratis Principatu, Marchionatu, Comitatu, Castris, locis, villis, jurisdictionibus, & pertinentiis, quandocunque successuri, & quotiescunque casus tulerit, aut a nobis, aut nostris in Imperio Successoribus investituræ hujus renovationem de novo petere, & recipere teneantur. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ existat, liceat hanc nostræ investituræ, concessionis, confirmationis, primogenituræ, suppletionis, derogationis, decreti, voluntatis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, is, præter nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam pœnam quinquaginta Marcharum auri

puri, toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit ipso facto incursurum, quarum medietatem fisco nostro Cæsareo, fraudis vindici, reliquam vero partem injuriam passi usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum; Datum in Civitate nostra Vienna die secunda mensis Octobr. Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo, Regnorum nostrorum Romani secundo, Hungarici tertio, Bohemici vero quarto.

Ferdinandus Secundus, Divina favente clementia electus Roman. Imp. semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goriziæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum.

Ad perpetuam rei memoriam agnoscimus, & vigore præsentium notum facimus universis; quod cum Illustris noster, & Sacri Imperii Princeps fidelis dilectus Scipio, Marchio de Gonzaga, Princeps Bozuli, Marchio Hostiani, Comes Pomponisci demisse nobis exponi curarit sese olim, medio matris tutricis, seu curatricis suæ Isabellæ Marchionissæ de Gonzaga, ab August. memoriæ Imperatore Matthia, Domino Patruele, & Prædecessore nostro colendissimo de Castro Riparoli foris, ac villa Cividalis, Castro Insulæ Dovariensium, nec non Castro S. Martini ab aggere, & jurisdictione Cantaranæ, omnibusque eorundem arcibus, curiis, juribus & pertinentiis ad se devolutis, & legitime spectantibus investitum fuisse, necessariasq; desuper & opportunas investituræ litteras cum aliis privilegiis, & jure primogenituræ, sive certo in iisdem bonis succedendi ordine obtinuisse, quemadmodum ex subinserti diplomatis tenore latius constet:

Matthias, Divina favente clementia electus Rom. Imp. semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sac. Rom. Imp. Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c.

Ad perpetuam rei memoriam agnoscimus, & vigore præsentium notum facimus universis; quod cum Illustris devota nobis grata Isabella de Gonzaga, Marchionissa, relicta vidua Ill. quondã Ferrantis, ex Marchionibus de Gonzaga, mater, tutrix, & curatrix testamentaria Illustris nostri, ac Sacri Imperii fidelis dilecti Scipionis, Marchionis de Gonzaga, & Sac. Rom. Imp. Principis, filii primogeniti, ac hæredis prædicti quondã Ferrantis, demisse nobis exponi curarit, maritum olim suum jam nominatum Ferrantem Marchionem de Gonzaga, super variis Castris, & locis a nobis, & Sac. Rom. Imp. in feudum dependentibus, videlicet Castro Riparoli foris, ac Villa Cividalis, Castro Insulæ Dovariensium, nec non Castro Sancti Martini ab aggere, & jurisdictione Cantaranæ, omnibusque eorundem arcibus, curiis, juribus, & pertinentiis, tam per mortem patris olim sui Caroli, quam & per obitum fratrum suorum, Scipionis, & Pyrrhi, Marchionum de Gonzaga, aut alias quoquo modo ad eum devolutis, ab Augustæ memoriæ Imperatore Rudolpho Secundo, Dno fratre, & Prædecessore nostro colendissimo legitime investitum esse, necessariasque, & opportunas desuper investituræ litteras, cum aliis privilegiis, & jure primogenituræ, sive certo in iisdem bonis succedendi ordine obtinuisse, quemadmodum ex jam dictis investituræ litteris ad verbum hic insertis latius videre liceat.

Rudolphus Secundus, Divina favente clementia electus Rom. Imp. semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sac. Rom. Imp. Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c.

Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus, & notum facimus tenore presentium universis; quod cum anno superiori nonagesimo primo Ill. Vespasianus de Gonzaga Columna, Dux Sablonetæ, Marchio Hostiani, & Comes Rotingi, consanguineus, ac Princeps noster charissimus, Deo sic volente, ex hoc sæculo migrarit, nullis post se hæredibus masculis relictis, ante suum vero decessum condito testamento filiam suam legitimam, Donnam Isabellam Ill. syncere nobis dilecti, Don Aloysii Caraffæ de Marca, Principis Hostiliani conjugem universalem rerum ac bonorum suorum hæredem instituerit, indeque secutum fuerit, quod eo defuncto Ill. Vincentius Dux Mantuæ & Montisferrati, Consobrinus, ac Princeps noster charissimus, nec non & Reverendiss. quondam in Christo Pater, ac Ill. nostri, Sacriq; Imp. Principes fideles dilecti, Dn. Scipio, S. R. E. Cardinalis, ejusdemque fratres Pyrrhus, Ferdinandus, & Julius Cæsar, Marchiones de Gonzaga, filii quondam Illustris Caroli pro mutua potius concordia, ac benevolentia stabilienda, perpetuoque conservanda, quam perniciosis aliquibus dissidiis, ac simultatibus invicem concitandis, & fovendis, talem cum prænominato defuncti Sablonetæ Ducis Genero, Hostiliani Principe, ejusdemque conjuge Donna Isabella prædicta super hæreditate, præsertim quoad bona feudalia contractum (reservato tamen assensu, & beneplacito nostro Cæsareo) unanimiter inierint, quod præfatis Hostiliani contoralibus memorata Sablonetæ Civitas

tas una cum sua jurisdictione, & pertinentiis quibuscunque certis modis, formis, pactis, & conditionibus vendita, tenenda, ac possidenda relinqueretur, Mantuæ vero Duci Comitatus Rotingi, & Locus Ripaltæ cum juribus, ac pertinentiis æque suis, ipsiusque demum fratribus de Gonzaga, tanquam proximioribus defuncti agnatis, reliqua bona feudalia, nimirum terra, ac Castra Riparoli foris cum Villa Cividalis, & terra Bozuli cum Arce, & terra Commissadii in Diœcesi Cremonæ existentia, terra item, & Castrum Hostiani in Diœcesi Brixiensi situm, una cum universis quoque eorundem arcibus, curiis, pertinentiis, & juribus assignarentur, uti quidem id publico Instrumento, sexta nimirum die Mensis Martii, anni illius nonagesimi primi superinde per Franciscum de Calettis, Petrum de Raimundis, & Franciscum de Malferis, Notarios publicos rogato, & coram Nobis in authentica forma, & fide digna producto (cujus tenorem hic pro sufficienter expresso haberi volumus) uberius patet. Nos etiam exinde duodecima scilicet die mensis Martii sequentis anni nonagesimi secundi, memoratum Contractum juxta communem partium instantiam, Decreto nostro Cæsareo, ad quod relatio habeatur, per omnia ratificaverimus & confirmaverimus. Nunc vero Nobis ex parte præfati Ferdinandi Marchionis humiliter expositum fuerit, ab eo tempore evenisse, quod Pyrrhus frater absque hæredibus masculis legitimis ex vita hac decesserit, hincque non solum ea portio, quæ ipsi ex prænarrata demortui Ducis Sablonetæ hæreditate, verum & illa, quæ eidem ex fraterna bonorum olim patrimonialium divisione, in Castro Sancti Martini ab aggere, & jurisdictione Cantaranæ competebat, in ipsos tres fratres superstites jure successionis transierit, qui quidem fratres exinde, ne quandoque discordia aliqua inter eorum hæredes, ratione hæreditatis istius oriri contingat, ad fraternam hujusmodi bonorum divisionem condescenderint; in qua Cardinalis præfatus ex sincero amoris affectu portiones ad se, tam ex patris quondam Caroli, Marchionis, quam Sablonetæ Ducis, & Pyrrhi fratris morte delatas, ipsis Ferranti, & Julio Cæsari Marchionibus (salvo tamen assensu nostro Cæsareo) renunciarit & cesserit, nihil sibi in eis, præter usumfructum, & jurisdictionem totius terræ, & Castri St. Martini, cum jurisdictione Cantaranæ, ad vitam reservando, unde ipse Ferdinandus, & Julius Cæsar alteri ipsorum fratri, Venerabili Principi devoto Nobis dilecto Francisco, tunc Cefaludens. exinde Papiens. nunc vero Mantuano Episcopo, in signum benevolentiæ, & dilectionis fraternæ, terram Hostiani cum juribus, ac pertinentiis suis, vita ejus durante, possidendam titulo donationis inter vivos (sub nostro itidem beneplacito, & consensu Cæsareo) assignaverint, redditibus tamen regalibus exceptis, sibique reservatis; Hac insuper lege, & conditione expressa, quod, eveniente casu mortis prædictorum Cardinalis, & Episcopi fratris, ipsi Ferdinandus & Julius Cæsar in eorundem locum, Ferdinandus nimirum in possessione totius Castri St. Martini ab aggere, & jurisdictione Cantaranæ, Julius Cæsar autem in Marchionatu Hostiani, ac pertinentiis suis immediate succederent: Cum igitur non ita pridem Cardinalis prædictus obierit, Ferdinando Marchioni in eadem divisione Castrum Riparoli cum Arce, Curia, ac pertinentiis suis, Villaque Cividalis, nec non & Castrum St. Martini ab aggere cum jurisdictione Cantaranæ, omnibusque eorundem juribus, ac pertinentiis, ex memorata dictorum Cardinalis, ac Pyrrhi fratrum cessione, ac hæreditate obvenisse, Julio autem Cæsari Castrum Bozuli cum arce munita, curia, villis, terraque Commissadii, ac omnibus æque juribus, & pertinentiis suis obtigisse, prout hæc instrumento publico superinde per supradictum Petrum de Raimundis, & Camillum de Garbagnatis, Notarios, die decima mensis Martii, anni superioris nonagesimi secundi rogato, Nobisque in authentica, ac fide digna forma exhibito latius patet. Ac perinde Nobis idem Illustris Ferdinandus de Gonzaga, Marchio, demisse supplicaverit, quatenus authoritate nostra Cæsarea hujusmodi bonorum divisionem benigne approbare, & ratificare ipsumque de iisdem bonis, Castro nimirum Riparoli, Villaque Cividalis, nec non & Castro St. Martini ab aggere cum jurisdictione Cantaranæ pro se, suisque hæredibus, ac descendentibus masculis legitimis, tanquam de feudo nobili, & honorifico, cum omnibus eorundem arcibus, curiis, pertinentiis, juribus, privilegiis, gratiis, honoribus, dignitatibus, consuetudinibus, immunitatibus, præeminentiis, nobilitate, potestate, libertate, & authoritate, mero & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione, & gladii potestate, nec non & aliis facultatibus, olim majoribus ejusdem, per Divos Prædecessores nostros concessis, & præsertim in Sereniss. quondam Maximiliani primi Romanorum Regis, Abavi nostri colendissimi inclitæ recordationis, investitura, ac privilegiis Illustr. quondam Pyrrho, Ludovico, & Federico fratribus, filiis, hæredibusque, ac descendentibus Illustr. olim Joannis Francisci de Gonzaga, nati, & descendentis ex Illustr. quondam Ludovico Marchione Mantuæ expressis, & exinde a divis Carolo quinto, Ferdinando, & Maximiliano Secundo Romanorum Imperatoribus, Dominis Magno Patruo, Avisque paternis & maternis, ac Genitore Nostris colendissimis august. memoriæ confirmatis, clementer investire, quin etiam jus primogenituræ, sive certum in illis succedendi modum, ac ordinem instituere gratiose dignaremur.

Nos igitur benigna ratione habita summæ fidei, observantiæ & sinceræ devotionis, plurimorumque egregiorum obsequiorum, quibus ista Illustris familia Marchionum de Gonzaga Divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, & Reges atque Nos ipsos etiam, ac Sacrum Romanum Imperium quoquo tempore

 coluit,

coluit, & demereri studuit, ac Nobis omnino persuasum habentes, dictum quoque Ferdinandum Marchionem pari Nos, ipsumque Sacrum Romanum Imperium dehinc etiam fide, observantia, ac integritate prosequuturum esse, humilibus ejusdem precibus clementer annuendum duximus. Quapropter ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, & de Imperialis nostræ potestatis plenitudine memoratam divisionem, in quantum illa præfatos Ferdinandum, & Julium Cæsarem Marchiones concernit, per omnia ratam & gratam habentes, eundem Ferdinandum de Gonzaga pro se, suisque hæredibus masculis, ex legitimo dumtaxat matrimonio natis (recepto tamen prius a legitimo ipsius procuratore, Honorabile docto nostro, & Sacri Imperii fidele dilecto Joanne de Rubeis Vailat, J. U. D. sufficienti ad id mandato instructo, consueto superinde fidelitatis, & subjectionis juramento) de memoratis Castris & locis, videlicet Castro Riparoli foris, ac Villa Cividalis, nec non Castro St. Martini ab Aggere, & jurisdictione Cantaranæ, omnibusque eorum arcibus, curiis, juribus, & pertinentiis, mero & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione, gladii potestate, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus, & facultatibus quibuscunque olim super iisdem castris, terris, & locis Illustr. Pyrrho, Ludovico & Federico Marchionibus, filiis, & hæredibus quondam Ill. Joannis Francisci de Gonzaga nati, ac descendentis ex Illustri olim Ludovico Marchione Mantuæ per prælibatos quondam divos Romanorum Imperatores Maximilianum primum, & Carolum quintum, ac postmodum quoque prædicti Pyrrhi senioris filiis Carolo, & Federico per eundem Carolum quintum Imperatorem, successive etiam ipsis Caroli supranominati filiis, ac hæredibus mediante persona Ill. Emiliæ, Marchionissæ de Gonzaga, relictæ ejusdem Caroli Marchionis Viduæ, tanquam ipsorum Scipionis, Pyrrhi, Ferdinandi & Julii Cæsaris Fratrum matris, legitimæque tutricis, & curatricis testamentariæ, per divum quondam Ferdinandum, ac iisdemmet fratribus per divum quoque Maximilianum Secundum, D. D. Abavum, Magnum Patruum, Avos, ac Genitorem, Prædecessoresque nostros colendissimos august. memoriæ concessis, & confirmatis in feudum nobile & honorificum clementer investivimus, atque infeudavimus, ac tenore præsentium investimus, & infeudamus, ac, quatenus opus est, ea omnia ipsi Ferdinando Marchioni de novo concedimus, nec non omnes, & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones & alia quæcunque in supradictis privilegiis expressa & contenta approbavimus, ratificavimus, & confirmavimus, sicuti & tenore præsentium ea omnia approbamus, ratificamus, & confirmamus, illisque, & præmissis omnibus plenam Cæsarei roboris firmitatem adjicimus. Cæterum cupientes quorumcunque nostrorum, & Sacri Romani Imperii fidelium Subditorum commoda per omnem occasionem promoveri, benigneque considerantes, quantum ad conservationem non minus feudorum imperialium, quam familiarum dignitatis faciat, si res per unum potius, quam per plures gubernentur, equidem pro singulari nostra erga præfatum Ferdinandum de Gonzaga, Marchionem, clementiæ affectione humillimæ ejusdem petitioni hac quoque in parte deesse noluimus. Ac proinde ex certa pariter scientia, animoque bene deliberato, & de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, ipsi Ferdinando Marchioni in prænominatis feudis, Castro Riparoli foris, Villaque Cividalis, nec non Castro St. Martini ab Aggere & jurisdictione Cantaranæ ex divisione, ut præmittitur, ad ipsum spectantibus, tum & in Castro Insulæ Dovariensium, quod antehac tenuit & possedit, illorumque pertinentiis universis ut supra primogenituræ jus sive certam in illis succedendi legem & ordinem inter posteros, ac descendentes suos masculos legitimos (legitimatis etiam per subsequens matrimonium semper exclusis) inviolabiliter observandum benigne concessimus, ereximus, & introduximus, prout tenore præsentium concedimus, erigimus, & introducimus. Volentes, & Cæsareo nostro edicto firmiter statuentes, quod si præfatum Ferdinandum de Gonzaga liberos quandoque legitime suscipere contigerit, primogenitus ejusdem masculus ex vero, & legitimo dumtaxat matrimonio, ut supra, natus, eoque decedente filius ejusdem primogeniti primogenitus pariter masculus legitime procreatus, sicque de primogenito in primogenitum, quoad linea ejusdem primogeniti duraverit, in prædictis feudis succedere debeat. Deficiente autem linea prædicta primogeniti, tunc successio in iisdem bonis feudalibus ad filium præfati Ferdinandi secundogenitum legitimo thoro ortum, ipsoque e vivis sublato, ad ejusdem secundogeniti primogenitum legitime prognatum, & sic deinceps eodem, quo supra modo, de primogenito in primogenitum transeat, illud idem intelligendo de tertio, quarto, & ulterius genitis, ordine successivo usque in infinitum, quoad linea dicti Ferdinandi duraverit, lege primogenituræ semper salva. Ita tamen, quod ii, qui sic in dictis feudis Castro Riparoli, Villaque Cividalis, nec non Castro Sancti Martini ab Aggere, & jurisdictione Cantaranæ, tum & in Castro Insulæ Dovariensium, eorundemque arcibus, curiis, juribus & pertinentiis successuri sunt, teneantur aliis fratribus suis legitimis, & naturalibus, qui tunc aderunt, in hujusmodi bonis paternis legitimam jure naturæ debitam (cui quidem per hanc primogenituram derogare neutiquam intendimus) relinquere, & alias condecenter providere, alimenta quoque, victum, & amictum suppeditare, filiabus vero, si quas ipsum Ferdinandum, vel ejus in memoratis feudis successores habere contigerit, de condigna sustentatione, ac dote pro eo, ac gradus, dignitatisque conditio & æquitatis ratio id exigere videbitur,

tur debito modo prospicere. Quibus quidem ita præstitis, decernimus ipsos secundo, tertio, quarto, & ulterius genitos masculos & fœminas debere quietos & contentos esse, ipsis super cæteris, quæ hæreditatem hujusmodi feudorum & pertinentiarum concernunt, perpetuo silentio imposito; casu vero, quo præf. Ill. Ferdinandus absque filiis masculis legitimis discesserit, aut linea sua quocunque modo defecerit, tunc memorata feuda in suprascripta primogenitura contenta in filium, qui tunc supervixerit, Ill. Jul. Cæsaris prædicti primogenitum legitimum cadant, ipsoque jure cecidisse intelligantur. Volentes, ac statuentes præmissa omnia, & singula rata, valida, firma, ac perpetua esse, & censeri, atque ab omnibus, ad quos spectant, inviolabiliter semper observari debere. Supplentes ex eadem authoritate & scientia nostra quoscunque defectus tam juris, quam facti, siqui in præmissis intervenissent, aut intervenisse quovis modo dici allegarive possent, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præmissis specialis, & expressa mentio fieri deberet; Quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent, seu obstare quovis modo possent, pro hac vice dumtaxat derogamus, ac sufficienter derogatum esse volumus per præsentes, nostris tamen & S. I. R. ac aliorum quorumcunque juribus semper salvis & illæsis. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ existant, liceat hanc nostram investituræ, concessionis, confirmationis, primogenituræ, suppletionis, derogationis, decreti, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit is nostram, & Sacr. Imp. indignationem gravissimam, ac pœnam quinquaginta marcharum auri puri, toties, quoties contraventum fuerit, se noverit ipso facto irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Cæsareo nostro Fisco, reliquam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ die decima quarta mensis Octobris, Anno Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Regnorum nostrorum Romani decimo octavo, Hungarici vigesimo secundo, Bohemici vero decimo nono.

Porro prædicto Ill. Marchione Ferrante defuncto, omnia prænominata feuda vigore juris primogenituræ in iisdem constitutæ, atque authoritate Cæsarea confirmatæ, ad filium ipsius primogenitum Ill. Scipionem Marchionem de Gonzaga Sacrique Rom. Imp. Principem pleno successionis jure fuisse devoluta, quæ etiam medio, & interventu prædictæ Illust. Isabellæ Gonzagæ, matris, tutricis & curatricis suæ ab august. memoriæ Imperatore, Rudolpho II. Dn. fratre & prædecessore nosto colendissimo recognoverit, quæque etiamnum a nobis, & Sacr. Rom. Imp. in feudum teneat & recognoscat, ideoque ex parte ejusdem Ill. Isabellæ humiliter nobis supplicatum fuerit, ut antenominatum Ill. Scipionem Marchionem filium suum primogenitum, mediante dicta ipsius matris, tutricis & curatricis persona, de ipsis castris, & locis cum mero & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, pertinentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunq; juxta seriem investituræ, ac privilegii præinserti alias per aug. mem. Imp. Rudolphum II. quondam Ill. Ferranti Gonzagæ concessi, clementer investire, omniaque & singula in prædicto privilegio contenta similiter approbare, ratificare, confirmare, & quatenus opus esset, gratiose concedere dignaremur. Nos sane habita benigna ratione constantis fidei observantiæ ac sincere devotionis, plurimorumque obsequiorum, quibus Illust. illa familia Marchionum de Gonzaga Sacr. Rom. Imp. divosque prædecessores nostros, & nos ipsos etiam quoquo tempore coluit, & demereri studuit, nobisque omnino persuasum habentes dictum quoque Ill. Scipionem Marchionem de Gonzaga, quando Dei beneficio pervenerit ad ætatem, qua id præstare poterit, atque debebit, nos & successores nostros eadem fide, observantia & integritate prosecututum esse, haud gravatim memoratis precibus Ill. matris ipsius nomine nobis oblatis annuendum duxerimus, uti vigore hujus nostri diplomatis clementer annuimus. Quapropter ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, & de Imperialis nostræ potestatis plenitudine, prædictam Ill. Isabellam de Gonzaga Marchionissam, matrem, tutricem & curatricem ante nominati filii sui primogeniti Ill. Scipionis tutorio nomine, & curatorio (recepto tamen prius à legitimo ejusdem procuratore, sive actore, nostro, & Sacr. Imp. fidele dilecto, Antonio Morello, sufficienti ad id mandato instructo, debito, & consueto fidelitatis juramento) de memoratis castris & locis, videlicet castro Riparoli foris, ac Villæ Cividalis, castro Insulæ Dovariensium, castro S. Martini ab aggere, & jurisdictione Cantaranæ, omnibusque eorundem arcibus, curiis, juribus & pertinentiis, mero & mixto Imperio, omnique jurisdictione, gladii potestate, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunque olim super iisdem castris, terris & locis, Ill. Pyrrho, Ludovico & Federico Marchionibus, filiis hæredibus quondam Ill. Jo. Francisci de Gonzaga nati, & descendentis ex Ill. olim Ludovico Marchione Mantuæ per divos quondam R. Imp. Maximilianum I. & Carolum V. ac postmodum quoque prædicti Pyrrhi senioris filiis Carolo & Federico, per eundem Carolum V. Imp. successive etiam ipsis Caroli supranominati filiis, ac hæredibus, mediante persona Ill. Æmiliæ, Marchionissæ de Gonzaga relictæ ejusdem Caroli Marchionis viduæ, tanquam ipsorum Scipionis, Pyrrhi, Ferrantis & Jul. Cæsaris fratrum matris, legitimæque tutricis, & curatricis testamentariæ, per divum quondam Ferdinandum, ac iisdem fratribus, per divum olim Rudolphum II. Dominos Abavum, Magnum Patruum, Avum, Genitorem, & Fratrem, ac prædecessores nostros colendissi-

dissimos august. mem. concessis & confirmatis in feudum nobile & honorificum clementer investivimus, & infeudavimus, ac vigore præsentium investimus & infeudamus, ac quatenus opus est, de novo concedimus, nec non omnes & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones & alia quæcunque in prædictis privilegiis expressa, tum vel maxime, & in specie jus primogenituræ, sive certam in nominatis bonis succedendi legem, & ordinem supra inserto privilegio Cæsareo Ill. quondam Ferranti de Gonzaga benigne concessum, & constitutum, clementes approbavimus, ratificavimus & confirmavimus, sicuti etiam vigore præsentium ea omnia approbamus, ratificamus & confirmamus, illisque & præmissis omnibus plenam Cæsarei roboris firmitatem adjicimus. Volentes, & expresse concedentes, ut prædicta Ill. Isabella dicto tutorio & curatorio nomine, & ipse pupillus Ill. Scipio Marchio de Gonzaga possit, & valeat in præmemoratis castris, & locis ea facere & statuere, que nos ipsi, aliique Romanorum Imperatores, ac Reges facere, sive statuere possent, tum etiam ut cætera omnia, & singula præmissa rata, valida, firma ac perpetua sint, & censeantur, atque ab omnibus, ad quos spectant, inviolabiliter semper observentur. Supplentes, ex eadem nostra scientia & authoritate, quoscunque defectus, tam juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut intervenisse quovis modo dici, vel allegari possent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis, & expressa mentio fieri deberet; Quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent, seu obstare quovis modo possent, pro hac vice dumtaxat derogamus, ac sufficienter derogatum esse volumus per præsentes. Nostris tamen, & Sacr. Imp. Rom. ac aliorum quorumcunque juribus in præmissis omnibus, & singulis semper salvis, & illæsis; hac etiam conditione adjecta, quod prædictus Ill. Scipio Marchio de Gonzaga, quam primum ad legitimæ ætatis annos pervenerit, a nobis renovationem hujus investituræ pro se, & hæredibus suis legitimis de novo petere, & recipere teneatur. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut præeminentiæ existant, liceat hanc nostram investituræ, concessionis, confirmationis, primogenituræ, suppletionis, derogationis, decreti, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire: Si quis autem id attentare præsumpserit, is nostram, & Sac. Imp. indignationem gravissimam ac pœnam quinquaginta marcarum auri puri toties, quoties contraventum fuerit, se noverit ipso facto irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Cæsareo nostro Fisco, reliquam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in civitate nostra Viennæ, die prima mensis Aprilis, anno Dni Millesimo sexcentesimo decimo tertio, Regnorum nostrorum Romani primo, Hungarici quinto, Bohemici vero secundo.

Nunc porro suprамemoratus Ill. Scipio, Marchio de Gonzaga, Princeps Bozuli, Marchio Hostiani, Comes Pomponisci suppliciter nos rogarit, postquam ad Excelsum Maj. Imper. fastigium feliciter evecti simus, ipseque nos, quemadmodum fidelem Principem, & obedientem Vasallum decet, pro supremo & directo Domino suo recognoscere desideret, ut se proinde de supradictis castris & locis cum mero & mixto Imperio, & omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunque, juxta seriem investituræ, ac privilegii præinserti alias per august. mem. Imper. Matthiam, Dominum Patruelem, & prædecessorem nostrum colendissimum, sibi ipsi Principi Scipioni medio matris suæ concessi clementer investire, omniaque, & singula in prædicto privilegio contenta similiter approbare, ratificare, confirmare, & quatenus opus esset, gratiose concedere dignaremur. Nos sane habita benigna ratione constantis fidei, observantiæ, ac sinceræ devotionis, plurimorumque obsequiorum, quibus Ill. illa Familia Marchionum de Gonzaga Sac. Rom. Imp. divosque Prædecessores nostros, & nos ipsos etiam quoquo tempore coluit, & demereri studuit, nobisque omnino persuasum habentes, dictum quoque Ill. Scipionem, Marchionem de Gonzaga, nos, & successores nostros, eadem fide, observantia & integritate prosecuturum esse, haud gravatim memoratis precibus ipsius nomine nobis oblatis annuendum duxerimus. Quapropter ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, ac de Imperialis nostræ potestatis plenitudine, Prædictum Ill. Scipionem, Marchionem de Gonzaga, Principem Bozuli, Marchionem Hostiani, & Comitem Pomponisci (recepto tamen prius a legitimo ejusdem procuratore, nostro & Sacri Imperii fidele dilecto Pyrrho Carnevali, sufficiente ad id mandato instructo, debito, & consueto fidelitatis juramento) de memoratis castris & locis, videlicet castro Riparoli foris, ac Villæ Cividalis, castro Insulæ Dovariensium, castro St. Martini ab Aggere, & jurisdictione Cantaranæ, omnibus eorundem arcibus, curiis, juribus, & pertinentiis, mero & mixto Imperio, omnique jurisdictione, gladii potestate, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunque olim super iisdem castris, terris & locis, Illustribus Pyrrho, Ludovico & Federico Marchionibus filiis & hæredibus quondam Illustris Joannis Francisci de Gonzaga nati, & descendentis ex Illustri olim Ludovico Marchione Mantuæ, per divos quondam Romanorum Imperatores Maximilianum Primum, & Carolum Quintum, ac postmodum quoque prædicti Pyrrhi Senioris filiis Carolo & Federico per eundem Carolum Quintum Imperatorem successive etiam ipsis Caroli supranominati filiis, ac hæredibus, mediante persona Illustris Æmiliæ, Marchionissæ de Gonzaga relictæ ejusdem Caroli Marchionis viduæ, tanquam ipsorum Scipionis, Pyrrhi, Ferrantis, & Julii Cæsaris fratrum matris, legitimæque tutricis & curatricis testamentariæ

tariæ per divum quondam Ferdinandum, ac iisdem fratribus per divum quondam Maximilianum secundum, & dicto Ferranti per divum olim Rudolphum Secundum, nec non huic Scipioni medio matris tutricis, & curatricis suæ per Imperatorem Matthiam, Dominos Abavum, Magnum Patruum, Avum, Patruum, Patrueles, ac Prædecessores nostros colendissimos augustissimæ memoriæ concessis, & confirmatis, in feudum nobile & honorificum clementer investivimus, atque infeudavimus, ac vigore præsentium investimus, & infeudamus, ac, quatenus opus est, de novo concedimus, nec non omnes, & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones, & alia quæcunque in prædictis privilegiis expressa, tum vel maxime, & in specie jus primogenituræ, sive certam in nominatis bonis succedendi legem, & ordinem supra inserto privilegio Cæsareo Illustri quondam Ferranti de Gonzaga benigne concessam, & constitutam clementer approbavimus, ratificavimus, & confirmavimus, sicuti etiam vigore præsentium ea omnia approbamus, ratificamus, & confirmamus, illisque & præmissis omnibus plenam Cæsarei roboris firmitatem adjicimus. Volentes, & expresse concedentes, ut prædictus Illust. Scipio Princeps possit & valeat in prænominatis Castris, & locis ea facere, & statuere, quæ Nos ipsi, aliique Romanorum Imperatores ac Reges facere, sive statuere possent, tum etiam, ut cætera omnia, & singula præmissa rata, valida, firma, & perpetua sint, & censeantur, atque ab omnibus, ad quos spectant, inviolabiliter semper observentur. Supplentes ex eadem nostra scientia, & authoritate quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut intervenisse quovis modo dici, allegarive possent, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis & expressa mentio fieri deberet. Quibus omnibus, & singulis, quatenus obstarent, seu obstare quovis modo possent, pro hac vice dumtaxat derogamus, ac sufficienter derogatum esse volumus per præsentes. Nostris tamen, & Sac. Imp. Rom. ac aliorum quorumcunque juribus in præmissis omnibus, & singulis semper salvis. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ existant, liceat hanc nostram investituræ, concessionis, confirmationis, primogenituræ, suppletionis, derogationis, decreti, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, is nostram, & Sacri Imperii indignationem gravissimam, & pœnam quinquaginta marcarum auri puri, toties quoties contraventum fuerit, se noverit ipso facto irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Cæsareo nostro Fisco, reliquam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum Viennæ die secunda Octobris anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo, Regnorum nostrorum Romani secundo, Hungarici tertio, Bohemici quarto.

Nunc porro demisse Nobis supplicarit idem supradictus Illustrissimus Scipio, Marchio de Gonzaga, Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli, & Comes Pomponisci, postquam supremi Numinis benignitate, & concordibus Electorum Principum suffragiis ad excelsum Majestatis Imperialis thronum evecti simus, ipseque, prout fidelem Imperii Principem, & obedientem Vasallum decet, Nos in supremum, atque directum Dominum suum recognoscere desideret, ut ipsum augustissimæ memoriæ Prædecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum, & Regum exemplo, de Principatu, & Civitate Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, terraque Commissadii, item de Castro Riparoli foris, Villa Cividalis, Insula Dovariensium, Castro S. Martini ab Aggere, & jurisdictione Cantaranæ, cum omnibus juribus, privilegiis, gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, nobilitate, potestate, libertate, & authoritate, mero, & mixto imperio, omnimodaque jurisdictione, & gladii potestate, nec non & aliis facultatibus, olim Illustr. Julio Cæsari, & ejusdem majoribus per divos Prædecessores nostros augustissimæ memoriæ concessis, sibique Illustrissimo Scipioni confirmatis, clementer investire, quin etiam jus primogenituræ, aliaque privilegia præinserta benigne laudare, & approbare dignaremur. Nos sane benigna ratione habita non solum fidei, summæ observantiæ, & sinceræ devotionis, plurimorumque egregiorum obsequiorum, quibus ista Illustris familia Marchionum de Gonzaga divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, ac Reges, atque Nos ipsos etiam & Sac. Rom. Imperium quoquo tempore coluit, & demereri studuit, verum etiam præclaræ virtutis, rerum usus, & prudentiæ, qua ipsemet Illustrissimus Scipio Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli Nobis sese cum obeunda per spatium aliquot annorum Legatione ordinaria apud summum Pontificem, & Sanctam Sedem Apostolicam, tum aliis quibuscunque occasionibus illustri cum laude sua, & ad plenam nostram satisfactionem, probavit, adeoque Nobis omnino persuasum habentes sæpedictum Illustrissimum Scipionem, Ducem Sablonetæ, ac Principem Bozuli deinceps quoque pari Nos, Sacrum Romanum Imperium, ac universam Domum nostram Austriacam fide, observantia, & integritate prosecuturum, nec quicquam à laudabilibus majorum suorum vestigiis exorbitaturum esse, humilibus ejusdem precibus clementer annuendum duxerimus, uti vigore præsentium annuimus. Ac proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, & de Imperialis nostræ plenitudine potestatis, memorata privilegia per omnia, & in omnibus confirmantes, prædictum Illustrissimum Scipionem, Marchionem de Gonzaga, Ducem Sablonetæ, Principem Bozuli, & Comitem Pomponisci

ponisci (recepto tamen prius ab Honorabile, docto, fideli nobis dilecto Luca Stupant J. V. D. in locum Honorabilis quoque, docti, fidelis Nobis dilecti Petri Petrucii, Canonici Olomucensis sufficienti ad id mandato instructi, legitime substituto Procuratore, debito, & consueto fidelitatis juramento) de memorata Civitate, & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, ac Terra Commissadii, nec non de Castro Riparoli foris, Villa Cividalis, Insula Dovariensium, Castro St. Martini ab Aggere, & jurisdictione Cantaranæ, una cum Rocchis, villis, aquis currentibus & stagnantibus, & pertinentiis suis, cum mero & mixto imperio, ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus, & facultatibus quibuscunque, quæ in præinsertis litteris latius continentur, investivimus, & infeudavimus, prout vigore præsentium clementer investimus, & infeudamus, nec non omnes, & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, & concessiones, & alia quæcunque in supradictis privilegiis expressa, & contenta approbamus, confirmamus, ac quatenus opus sit, de novo concedimus: Volentes, & expresse indulgentes, ut prædictus Illustrissimus Scipio Princeps possit, & valeat in prænominatis Civitate, Castris, & locis ea facere ac statuere possent, tum etiam, ut cætera omnia & singula præmissa rata, valida, firma, ac perpetua sint, & censeantur, atque ab omnibus, ad quos spectant, inviolabiliter semper observentur: Supplentes ex certa nostra scientia, & authoritate quoscunque defectus, tam juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut quovis modo intervenisse dici, vel allegari possent. Non obstantibus in contrarium facientibus quibus nque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis, & expressa mentio fieri deberet; Quibus omnibus, & singulis, quatenus obstarent, vel obstare quovis modo possent, pro hac dumtaxat vice derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus per præsentes. Nostris tamen, & Sac. Rom. Imp. ac aliorum quorumcunque juribus in præmissis semper salvis, & illæsis; Hac etiam conditione adjecta, quod prædictus Illustrissimus Scipio de Conzaga, Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli, & Comes Pomponisci, & vigore supradictæ primogenituræ in memoratis Principatu, Marchionatu, Comitatu, Castris, locis, villis, jurisdictionibus, & pertinentiis quandocunque successuri, dum, & quotiescunque casus tulerit, à Nobis, aut à Nostris in Imperio successoribus Investituræ hujus renovationem de novo petere, & recipere teneantur. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ existat, liceat hanc nostræ investituræ, concessionis, confirmationis, primogenituræ, suppletionis, derogationis, decreti, voluntatis, & gratiæ, paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, is præter nostram, & Sac. Imp. indignationem gravissimam pœnam quingentarum marcarum auri puri, toties, quoties contraventum fuerit, se noverit ipso facto incursurum, quarum medietatem Fisco nostro Cæsareo, fraudis vindici, reliquam vero partem injuriam passi usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennæ, die octava mensis Martii, Anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo octavo, Regnorum nostrorum, Romani secundo, Hungarici decimo tertio, Bohemici vero undecimo.

Ac nunc porro demisse Nobis supplicarit idem supradictus Illustrissimus Scipio, Marchio de Gonzaga, Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli, & Comes Pomponisci, postquam supremi Numinis benignitate, & concordibus Electorum Principum suffragiis, ad excelsum Majestatis Imperialis thronum evecti simus, ipseque, prout fidelem Imperii Principem, & obedientem Vasallum decet, Nos in supremum, atque directum Dominum suum recognoscere desideret, ut ipsum Augustissimæ memoriæ Prædecessorum nostrorum Rom. Imper. & Regum exemplo, de dicto Principatu, & Civitate Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, terraque Commissadii, item de Castro Riparoli foris, villa Cividalis, Insula Dovariensium, Castro S. Martini ab Aggere, & jurisdictione Cantaranæ cum omnibus juribus, privilegiis, gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, nobilitate, potestate, libertate, & authoritate, mero & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione, & gladii potestate, nec non & aliis facultatibus olim Illust. Julio Cæsari, & ejusdem majoribus per divos Prædecessores nostros Aug. mem. concessis, sibique Ill. Scipioni confirmatis, clementer investire, quin etiam jus primogenituræ, aliaque privilegia præinserta benigne laudare, & approbare dignaremur. Nos sane benigna ratione habita, non solum summæ fidei, observantiæ, & sinceræ devotionis, plurimorumque egregiorum obsequiorum, quibus ista Illust. familia Marchionum de Gonzaga divos Prædecessores nostros Rom. Imperat. ac Reges, ac Sac. Rom. Imperium quoquo tempore coluit, & demereri studuit, verum etiam præclaræ virtutis, rerum usus, & prudentiæ, qua ipsemet Illustrissimus Scipio Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli divo Prædecessori, & Domino Patri nostro colendissimo inclitæ recordationis, sese cum obeunda per spatium aliquot annorum legatione ordinaria apud summum Pontificem, & Sanctam sedem Apostolicam, tum aliis quibuscumque occasionibus Illustri cum laude sua, & ad plenam ejusdem satisfactionem probavit, adeoque Nobis omnino persvasum habentes, sæpedictum Illustrissimum Scipionem, Ducem Sablonetæ ac Principem Bozuli deinceps quoque pari Nos, Sacrum Romanum Imperium, ac universam domum Nostram Austriacam, fide, observantia, & integritate prosecuturum, nec quicquam a laudabilibus majorum suorum vestigiis exorbi-

exorbitaturum esse, humillimis ejusdem precibus clementer annuendum duxerimus, uti vigore præsentium annuimus. Ac proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, & de Imperialis nostræ potestatis plenitudine, memorata privilegia per omnia, & in omnibus confirmantes, prædictum Illustrissimum Scipionem, Marchionem de Gonzaga, Ducem Sablonetæ, Principem Bozuli, & Comitem Pomponisci, (recepto tamen prius ab honorabile docto, fidele nobis dilecto Martino Hegelin, J. V. Doctore in locum Illustr. nostri, & Sacri Imperii Principis fidelis dilecti Annibalis, Marchionis de Gonzaga, aurei Velleris Equitis, Consiliariique nostri intimi, & Consilii nostri bellici Vice-Præsidis, sufficienti ad id mandato instructi, legitime substituto Procuratore, debito & consueto fidelitatis juramento) de memorata Civitate, & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci, ac Terra Commissadii, nec non de Castro Riparoli foris, Villa Cividalis, Insula Dovariensium, Castro S. Martini ab aggere, & jurisdictione Cantaranæ, una cum Rochis, Villis, aquis currentibus, & stagnantibus, & pertinentiis suis, cum mero & mixto Imperio, ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunq;, quæ in præinsertis litteris latius continentur, investivimus, & infeudavimus, prouti vigore præsentium clementer investimus, & infeudamus, necnon omnes, & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, & concessiones, & alia quæcunque in supradictis privilegiis expressa, & contenta approbamus, confirmamus, ac quatenus opus sit, de novo concedimus. Volentes, & expresse indulgentes, ut prædictus Illustrissimus Scipio Princeps possit, & valeat in prænominatis Civitate, Castris, & locis ea facere, & statuere, quæ nos ipsi, aliique Romanorum Imperatores, ac Reges facere, ac statuere possent, tum etiam ut cætera omnia, & singula præmissa rata, valida, firma, ac perpetua sint, & censeantur, atque ab omnibus, ad quos spectant, inviolabiliter semper observentur: Supplentes ex certa nostra scientia, & authoritate quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut quovis modo intervenisse dici, vel allegari possent, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis, & expressa mentio fieri deberet; Quibus omnibus, & singulis, quatenus obstarent, vel obstare quoquomodo possent, pro hac vice dumtaxat derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus per præsentes, nostris tamen & Sacri Rom. Imperii, ac aliorum quorumcunque juribus in præmissis omnibus, & singulis, semper salvis, & illæsis. Hac etiam conditione adjecta, quod prædictus Illustrissimus Scipio de Gonzaga, Dux Sablonettæ, Princeps Bozuli, & Comes Pomponisci, & vigore supradictæ Primogenituræ in memoratis Principatu, Marchionatu, Comitatu, Castris, locis, villis, jurisdictionibus, & pertinentiis quandocunque successuri, dum & quotiescumque casus tulerit, a nobis, aut a nostris in Imperio Successoribus Investituræ hujus renovationem de novo petere, & recipere tenantur. Nulli ergo omnino hominum, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ existat, liceat hanc nostræ Investituræ, concessionis, confirmationis, primogenituræ, suppletionis, derogationis, decreti, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, is præter nostram, & Sac. Imperii indignationem gravissimam, pœnam quinquaginta marcarum auri puri, toties, quoties contraventum fuerit se noverit ipso facto incursurum, quarum medietatem Fisco nostro Cæsareo fraudis vindici, reliquam vero partem injuriam passi usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum.

Datum in Civitate nostra Viennæ, die undecima Augusti, anno Domini millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo nono, regnorum nostrorum Romani secundo, Hungarici quinto, Bohemici vero quarto &c.

Leopoldus.

Georgius Ulricus, Comes a Wolckenstein.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Jo. Walderode.

XII.

Leopoldi, Rom. Imp. Literarum, in quibus Ferdin. II. Rom. Imp. Scipionem, Bozuli Principem, die 16. Junii, An. 1636. de Ducatu Sablonettæ, ejusdemq; pertinentiis investivit, confirmatio, d. d. 4. Junii, An. 1660.

LEopoldus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c.

Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis; Quod cum nobis Illustrissimus noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus Scipio, Dux Sablonettæ, Princeps Bozuli humillime exponendum curarit, a Divo quondam Imperatore Ferdinando secundo Domino Prædecessore & Avo nostro colendissimo augustissimæ memoriæ sibi juxta singularem conventionem quondam sexta Martii, anno millesimo, quingentesimo, nonagesimo, & quarta Julii anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo, inter tum temporis contrahentes initam, atque ab Imperatore Rudolpho Secundo con-

confirmatam, & sub omnibus conditionibus in dicta conventione expressis, in eventum scilicet, quo Isabellam Ducissam Sablonettæ, & Principem Hostiliani sine omni prole mascula e vivis decedere contingeret, & quandoquidem ipsa sibi Successorem, ac hæredem suum declarari, eundemq; adhuc se vivente ad præscindendam ansam omnibus scandalis & malis quæ tempore mortis suæ in contrarium casum subsequi posse verebatur, investiri petierat, fortalitium, Civitatemque, & Ducatum Sablonettæ, cum omnibus, & singulis ejusdem pertinentiis, in feudum nobile & honorificum ea plane forma, qua quondam Vespasianus Dux de eodem investitus fuit die decima sexta Junii, Anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto benigne, clementerque concessum fuisse, cujus investituræ tenor sequatur in hæc verba:

Ferdinandus Secundus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis; quod cum nobis Illustrissimus Scipio, Princeps Bozuli humiliter exposuerit, feudum nostrum Imperiale Sablonettæ, nunc Ducatus titulo gaudens, fuisse, & esse feudum nobile & honorificum, cujus successio ad solos masculos pertineat, demisse supplicando, quandoquidem Antonius quondam Aloysii Dux Mondragonii, & Princeps Hostiliani, cujus pater, atque mater Illustrissima Isabella Ducissa Sablonettæ & Princeps Hostiliani, adhuc vivens, ex singulari conventione inter ipsos, & quondam Patrem, ac patruos dicti Scipionis inita, & auctoritate Imperiali postmodum confirmata, in dicto feudo, & Ducatu Sablonettæ sub certis conditionibus in prælibata conventione expressis successerant, deque eo investiti fuerant, jam pridem nulla prole mascula, sed filia unica Illustrissima Anna Caraffa, superstite relicta ex hac vita decesserit, neque spes sit ex prænominata Ducissa Isabella ob ejus gravem ætatem, aliam prolem nasci posse, atque idcirco dicti feudi, & Ducatus successio ad se, præfatum Scipionem Principem Bozuli tanquam proximiorem agnatum, vi tam communis juris feudalis, quam investiturarum æque recentium, atque antiquarum, nec non & ex lege supramemoratæ conventionis, aliisque de causis spectare dignoscatur, ut se in eventum prælibatum, quo dicta Ducissa Isabella sine prole mascula decedat, ad hoc, ut scandalis & malis qui tempore mortis sæpedictæ Ducissæ Isabellæ subsequi possent, nisi adesset investitus Successor, ansa præcidatur, & quia ipsamet Ducissa Isabella Successorem sibi declarari petat, ex nunc prout ex tunc de dicto feudo, fortalitio, Civitate, & Ducatu Sablonettæ, omnibusq; & singulis ejusdem pertinentiis juxta formam investituræ quondam Vespasiano Duci concessæ, clementer investire, omniaq; & singula privilegia, pacta, & conventiones ea conditione, & declaratione, quod superstiti Ducissæ Isabellæ jura omnia sua salva, & illæsa reserventur, atq; hæc investitura in eventum obitus ejusdem Ducissæ Isabellæ plenum effectum sortiri debeat, benigne sibi confirmare dignaremur: Nos re in Consilio nostro Imp. Aulico diu, multumq; deliberata, habitaq; benigna ratione cum egregiæ fidei, & devotionis, quam pater, & majores, ipsaq; adeo tota familia præfati Consiliarii nostri arcani, Camerarii, & Oratoris ordinarii Antecessoribus nostris Rom. Imp. & Regibus semper singularem in modum comprobare enisa fuit, quamq; tum fratres ejusdem Aloysius, Hannibal & Camillus in diversis functionibus, & commissionibus Castrensibus, tum ipse etiam præfatus Scipio in prælibato officio Oratoris nostri ordinarii ad gratam satisfactionem nostram etiamnum contestari, & comprobare non desistunt, quamq; in posterum etiam, quavis data occasione, sæpedictus Scipio Princeps Bozuli comprobare poterit, ac debebit, attento etiam, quod sæpedicta Ducissa Isabella jam nunc tempestive Successorem, ad quem post obitum suum sæpememoratum feudum, & Ducatus de jure spectet, declarari petierit, in preces præfati Scipionis, Principis Bozuli in hunc, qui sequitur, modum clementer annuendum, ipsumq;, ac ipsius descendentes legitimos (præstito Nobis per ipsius procuratorem honorabilem devotum nobis dilectum Joannem Petrum Petruccium sufficienti ad hoc mandato instructum nomine, loco, & in animam ipsius debito, & consueto fidelitatis, obedientiæ, & homagii juramento) in eventum prænarratum ex nunc, prout ex tunc de dicto feudo, fortalitio, Civitate & Ducatu Sablonettæ cum territorio, juribus, & pertinentiis suis, cum mero & mixto Imperio, ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, & aliis facultatibus, & concessionibus nostris & Prædecessorum nostrorum, juxta formam priorum investiturarum, ac præsertim ejus, quæ sæpedictæ Ducissæ Isabellæ ultimo, super dicto feudo, & Ducatu concessa fuit (quam, & quas omnes hic pro insertis haberi volumus) in feudum nobile, & honorificum clementer investiendum duxerimus, prout ideo præsentium tenore ex certa scientia, animoque bene deliberato, ex plenitudine auctoritatis nostræ Imperialis investimus, nec non omnes & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones & alia quæcumq; privilegia, pacta, conventiones, & renuntiationes, & renuntiationum confirmationes, in quondam Vespasiani Ducis Sablonettæ, & prædecessorum ejus, ac Successorum favorem per Divos quondā Fridericum, Maximilianum I. Carolum V. Ferdin. I. & Maximilianum ac Rudolphum II. Matthiamq; Rom. Imp. & nos ipsos concessas, & confirmatas approbamus, confirmamus, ac pari modo, quatenus opus sit, de novo concedimus, indulgentes eidem Sci-

Scipioni Principi Bozuli, ejusque legitimis descendentibus successoribus, quod possint & valeant in nominato Ducatu, & ejus territorio, ac pertinentiis ea facere, quæ Nos & Rom. Imperatores, ac Reges facere possumus; salvis tamen Nostris, & Sacri Romani Imperii, nec non aliorum quorumcunque juribus, ac nominatim pactis conventis supra allegatis sexta Martii Anno millesimo quingentesimo, nonagesimo, & quarta Julii Anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo inter tum temporis contrahentes initis in suo vigore permanentibus. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli Nostri appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate Nostra Lincii, die decima sexta Junii, Anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo sexto, Regnorum Nostrorum Romani decimo septimo, Hungarici decimo octavo, Bohemici vero decimo nono &c.

Nunc porro Nobis prædictus Scipio Dux Sablonettæ humillime supplicarit, ut quandoquidem Divina adspirante gratia, ad Majestatis Imperialis supremum fastigium evecti simus, Nosque ipse in supremum, & immediatum atque directum Ducatus Sablonettæ, suumque Dominum recognoscere, nobisque debitum ac solitum fidelitatis juramentum, aliaque præstanda præstare desideret, ipsi prædictam investituram renovare, atque præfatum Ducatum Sablonettæ de novo in feudum benigne concedere dignaremur. Nos benigna ratione habita, cum egregiæ fidei, & devotionis, quam Pater & majores, ipsaque adeo tota Familia præfati Scipionis Ducis Sablonettæ, Antecessoribus Nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus semper singularem in modum comprobare enisa fuit, quamque tum fratres ejusdem Aloysius, Hannibal, & Camillus in diversis functionibus, & commissionibus Castrensibus, tum ipse etiam præfatus Scipio in officio Oratoris Cæsarei ordinarii ad gratam satisfactionem Divi Prædecessoris, & Patris Nostri contestati sunt, Nobisque etiamnum comprobare non desistunt, & quam in posterum etiam quavis data occasione sæpedictus Scipio, Princeps Bozuli comprobare poterit, ac debebit, re quoque in Consilio Nostro Imperiali Aulico, a tempore primæ investituræ eidem Scipioni concessæ mature deliberata, in preces præfati Scipionis Ducis Sablonettæ & Principis Bozuli, in hunc, qui sequitur, modum clementer annuerimus, ipsumque ac ipsius descendentes legitimos (præstito Nobis per ipsius Procuratores Antonium Calori, & Petrum Viso de Moylevau, Consiliarium Nostrum, & ad Aulam Nostram Cæsaream Agentem, sufficienti ad hoc mandato instructos, nomine, loco, & in animam ipsius Scipionis, debito & consueto fidelitatis, obedientiæ, & homagii juramento,) in eventum prænarratum, ex nunc prout ex tunc, de dicto feudo, fortalitio, Civitate & Ducatu Sablonettæ, cum territorio, juribus, & pertinentiis suis, cum mero & mixto Imperio, ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, & aliis facultatibus, ac concessionibus Nostris & Prædecessorum Nostrorum, tanquam de feudo nobili & honorifico, juxta formam priorum investiturarum, ac præsertim ejus, quæ sæpedictæ Ducissæ Isabellæ ultimo super dicto feudo, & Ducatu concessa fuit (quam, & quas omnes hic pro insertis haberi volumus) de novo clementer investiverimus, prout tenore præsentium ex certa scientia, animoque bene deliberato, & de plenitudine auctoritatis Nostræ Imperialis eundem investimus, nec non omnes, & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones, & alia quæcunque privilegia, pacta, conventiones, & renunciationes, & renunciationum confirmationes in quondam Vespasiani Ducis Sablonettæ & Prædecessorum ejus, ac Successorum favorem, per divos quondam Fridericum, Maximilianum Primum, Carolum Quintum, Ferdinandum Primum, & Maximilianum, ac Rudolphum Secundum, Matthiamque, & Ferdinandum Secundum Romanorum Imperatores concessas, & confirmatas approbamus, confirmamus, ac pari modo, quatenus opus sit, de novo concedimus, indulgentes eidem Scipioni Principi Bozuli, ejusque legitimis descendentibus successoribus, quod possint, & valeant in nominato Ducatu, & ejus territorio, ac pertinentiis ea facere, quæ Nos & Romani Imperatores ac Reges facere possumus; sic tamen, quod hæc nostra investitura non aliter, nec alio modo intelligi debeat, quam quatenus præfatus Dux in processu judicialiter instituto plene, & sufficienter probarit, & demonstrarit, quod vigore prædictorum pactorum, & instrumentorum sexta Martii Anno millesimo quingentesimo nonagesimo, & quarta Junii Anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo inter tum temporis contrahentes initorum, & a prælibato quondam Imperatore Rudolpho Secundo inclytæ recordationis confirmatorum, casus successionis evenerit, feudumque ad se devolutum sit, ac tum deinde reliquas in iisdem pactis, & instrumentis contentas conditiones sua ex parte adimpleverit; salvis nostris, Sacrique Romani Imperii, & aliorum quorumcunque juribus, quibus per hanc investituram Nostram, & priorum investiturarum confirmationem nullatenus præjudicare intendimus. Harum testimonio litterarum, manus Nostræ subscriptione, & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur in Civitate Nostra Viennæ, die quarta mensis Junii, Anno Domini millesimo, sexcentesimo sexagesimo. Regnorum Nostrorum Romani secundo, Hungarici quinto, Bohemici vero quarto &c.

Leopoldus.

V. F. Wildericus L. Baro de Walderdorf.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

J. Walderode.

XIII.

Decretum Consilii Imperialis Aulici, in causa Domini Scipionis, Sablonettæ Ducis, & Bozuli Principis, contra Dominum Nicolaum de Guzman, Ducem Medinæ Turrium, qui de reluitione, quartaque Civitatis atque Ducatus Sablonettæ pretii parte invicem contenderunt, promulgatum, d. d. 14. Novembr. An. 1669.

SAcra Cæsarea Majestas, Dominus Noster Clementissimus, viso libello supplici sibi nomine Excellentissimi Domini Scipionis, Ducis Sablonettæ, Principis Bozzuli, contra Excellentissimum Dominum Nicolaum de Guzman, Ducem Medinæ Turrium, quondam Raimiri ex Domina Anna Caraffa, Ducissa Sablonettæ procreatum, in puncto reluitionis, nec non quartæ partis pretii, ratione Civitatis & Ducatus Sablonettæ die undecima Mensis Octobris proxime præterlapsi exhibito, clementer decrevit, prout vigore hujus decernit, dictum libellum Domino Reo, prædicto Nicolao de Guzman sub termino sex Mensium ab insinuatione hujus Cæsarei Decreti computandorum ad respondendum uti & Procuratorem ad dictas causas constituendum, esse communicandum. Signatum in Consilio Imperiali Aulico sub sigillo altememoratæ suæ Majestatis Secreto, Viennæ die decima quarta Novembris, Anno 1669.

V^t. Leopoldus Guillielmus, Comes in Kinigseggk.

Christoph Beuer.

XIV.

Diploma Ferdinandi, Guastallæ Ducis, & Johannis Francisci, Bozuli Principis, quo mentem suam circa transactionem cum Comite Sigismundo Dietrichsteinio, de hæreditate Hannibalis, Bozuli quondam Principis, ineundam declarant, d. d. 15. April. An. 1671.

NEl trattato di concordia col Signore Conte Sigismondo di Dietristein, che Sa Maestà della Imperatrice Leonora, Nostra Clementissima Signora, si è benignamente degnata di appoggiare al Sign. Conte Alberto di Zinzendorff, suo Maggiordomo Maggiore, riverentemente si supplica di rifletterfi, che questa Casa tiene ragioni molto vive sopra i beni d' Italia non solo, mà sopra quelli di Germania ancora, come può chiaramente vedersi dalle scritture che si sono prodotte, e dalle informationi, che si mandano al medesimo Signor Conte di Zinzendorff. Contuttocio per usare un' atto della dovuta riverenza verso delle benignissime gratie di S. Maestà, e per far apparire il rigardo, che si hà di procedere verso del Signor Conte di Dietristein con maniere se più dolci, e facili, che sia possibile, come per tenere quelle vie, che sono più proprie della Parentela, e per corrispondere insieme a gli atti d' humanità, che in diverse occorrenze hà esso Signor Conte Sigismondo usato verso di Noi, ci induremo à rinunciare al beneficio del Fedecommesso, ancora che rilievi, può dirsi, un mezo milione, ed in consideratione di questo pare, che dovrebbe il Signor Conte aggiustarsi di buona voglia à depotre la speranza de pochi beni de' Italia, e consegnare interamente i Legati, tanto delle Sisie, ed argenti lasciati alli Signori Duca e Marchese di Pomà, Nostro Padre e Zio, come i Crediti, ch' esso Signor Prencipe D. Annibale tenea con i sodetti Ssri; e questa è la mente nostra circa lo trattato, che dovrà d' ordine della Maestà della Imperatrice Leonora intraprendere il Signor Conte di Zinzendorff, al quale in tal conformità diamo ampla facoltà di trattare, è conchiudere con esso Signor Conte di Dietristein. In fede &c. Bozolo 15. Aprile, 1671.

Ferdinando, Duca di Sabioneta mppr. (L. S.)
D. Giov. Fran. Gonzaga mppr. (L.S.)

XV.

Confirmatio Leopoldi, Roman. Imperatoris illarum Literarum, in quibus Ferdinandus II. Roman. Imperator, Scipionem, Bozuli Principem, de Ducatu Sablonettà, ejusdemque annexis die 16. Junii An. 1636. investiverat, pro Ferdinando, Duce Sablonetta, expedita, d. d. 27. April. An. 1671.

LEopoldus &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis; quod cum nobis Illustrissimus Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Ferdinandus, Dux Sablonettæ, Princeps Bozuli humillime exponendum curarit a Nobis ad Imperialis dignitatis fastigium erectis, Patri quondam suo Duci Scipioni juxta singularem quondam conventionem, sexta Martii anno millesimo quingentesimo nonagesimo, & quarta Julii anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo, inter tum temporis contrahentes initam, atque ab Imperatore Rudolpho Secundo confirmatam, & sub omnibus conditionibus in dicta conventione expressis, in eventum scilicet, quo Isabellam Ducissam Sablonetæ, & Principem Hostiliani sine omni prole mascula e vivis decedere contingeret, & quandoquidem ipsa sibi Successorem, & hæredem suum declarari eundemque, adhuc se vivente, ad præscindendam ansam omnibus scandalis & malis quæ tempore mortis suæ in contrarium casum subsequi posse verebatur, investiri petierat, fortalitium Civitatemque & Ducatum Sablonetæ, cum omnibus & singulis ejusdem pertinentiis in feudum nobile & honorificum, ea plane forma, qua quondam Vespasianus

nus Dux de eodem investitus fuit die 16. mensis Junii, anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto, benigne clementerque concessum fuisse, cujus Investituræ tenor sequitur in hæc verba:

Inseratur hic Litera Investituræ an. 1660. 4. Jun. a Leopoldo Imp. confirmata supra inserta.

Nunc porro nobis prædictus Ferdinandus Dux Sablonettæ humillimæ supplicarit, ut quandoquidem prædicto Patre suo Duce Scipione nunc fatis functo ipse eidem in dicto feudo & Ducatu successerit, Nosque supremum & immediatum atque directum ejusdem Ducatus Sablonetæ suumque Dominum recognoscere, nobisque debitum ac solitum fidelitatis juramentum, aliaque præstanda præstare desideret, ipsi prædictam investituram renovare atque præfatum Ducatum Sablonettæ de novo in feudum benigne concedere dignaremur. Nos benigna ratione habita cum egregiæ fidei & devotionis, quam majores ipsaque adeo tota familia præfati Ferdinandi Ducis Sablonettæ antecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus semper singularem in modum comprobare enisa fuit, quamque tum patrui ejusdem Aloysius, Hannibal & Camillus in diversis functionibus & commissionibus castrensibus, tam ipse etiam pater Scipio in officio Oratoris Cæsarei ordinarii ad gratam satisfactionem Divi Prædecessoris & Patris nostri contestati sunt, & quam in posterum sæpius dictus etiam Dux Ferdinandus quavis data occasione comprobare poterit, ac debebit, re quoque in consilio nostro Imperiali Aulico mature deliberata, in preces ejusdem in hunc qui sequitur modum clementer annuerimus, ipsumque ac ipsius descendentes legitimos (præstito nobis per ipsius Procuratores Illustr. & Magnificum nostrum Sacrique Imperii fidelem dilectum Consiliarium Imperialem Aulicum, & Ducatus nostri Carinthiæ hæreditarium Pincernam, Capitaneum Provincialem & Camerarium Sigismundum Helfridum Comitem a Dietrichstein, & honorabilem doctum itidem nostrum & Sacri Imperii fidelem dilectum Bonaventuram Gisgonium J. U. D. Consiliarium nostrum, Comitem Palatinum, atque ad Aulam nostram Cæsaream Agentem, sufficienti ad hoc mandato instructos, nomine, loco, & in animam ipsius Ducis Ferdinandi debito & consveto fidelitatis, obedientiæ, & homagii juramento,) in eventum prænarratum, ex nunc, prout ex tunc, de dicto feudo, fortalitio, Civitate & Ducatu Sablonetæ, cum territorio, juribus & pertinentiis suis, cum mero & mixto Imperio ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, & aliis facultatibus, ac concessionibus nostris, & prædecessorum nostrorum, tanquam de feudo nobili & honorifico juxta formam priorum investiturarum, ac præsertim ejus, quæ sæpe dictæ Ducissæ Isabellæ ultimo super dicto feudo & Ducatu concessa fuit (quam & quas omnes hic pro insertis haberi volumus) de novo clementer investiverimus, prout tenore præsentium ex certa scientia, animoque bene deliberato, & plenitudine autoritatis nostræ Imperialis eundem investimus, nec non omnes & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones, & alia quæcunque privilegia, pacta, conventiones & renuntiationes, & renuntiationum confirmationes in quondam Vespasiani Ducis Sablonettæ, & prædecessorum ejus, ac successorum favorem per Divos quondam Fridericum, Maximilianum Primum, Carolum Quintum, Ferdinandum Primum & Maximilianum ac Ruldolphum Secundum, Matthiamque & Ferdinandum Secundum, Romanorum Imperatores concessas & confirmatas, approbamus, confirmamus, ac pari modo, quatenus opus sit, de novo concedimus, indulgentes eidem Ferdinando Principi Bozuli, ejusque legitimis descendentibus, successoribus, quod possint & valeant in nominato Ducatu & ejus territorio ac pertinentiis ea facere, quæ nos & Romani Imperatores ac Reges facere possumus; sic tamen quod hæc nostra investitura non aliter, nec alio modo intelligi debeat, quam quatenus præfatus Dux in processu judicialiter instituto plene & sufficienter probarit & demonstrarit, quod vigore prædictorum pactorum & instrumentorum sexta Martii anno Millesimo quingentesimo nonagesimo, & quarta Junii anno Millesimo quingentesimo nonagesimo primo inter tum temporis contrahentes initorum, & a prælibato quondam Imperatore Rudolpho Secundo inclytæ recordationis confirmatorum, casus successionis evenerit, feudumque ad se devolutum sit, ac tum deinde reliquas in iisdem pactis & instrumentis contentas conditiones, sua ex parte adimpleverit; salvis nostris, Sacri Romani Imperii & aliorum quorumcunque juribus, quibus per hanc investituram nostram & priorum investiturarum confirmationem nullatenus præjudicare intendimus. Harum testimonio litterarum manus nostræ subscriptione & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ, die vigesima septima Aprilis anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, Regnorum nostrorum Romani decimo tertio, Hungarici decimo sexto, Bohemici vero decimo quinto.

Leopoldus.

Vt. Leopoldus Guilielmus, Comes in Kinigsegg.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Christoph. Beuer.

XVI.

Leopoldi, Rom. Imper. Diploma, in quo confirmationem literarum investituræ de Sablonetta Ducatu ejusque annexis antea insertam, in Johannis Francisci, Marchionis de Gonzaga, Ducisque Sablonettæ emolumentum, denuo stabilivit; d. d. 14. Julii, An. 1673.

Leopoldus

Leopoldus &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis; Quod cum Nobis Illustrissimus noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Joannes Franciscus, Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli, humillime exponendum curarit a Nobis Fratri quondam suo Duci Ferdinando juxta singularem quandam conventionem sexta Martii, anno Millesimo quingentesimo nonagesimo, & quarta Julii anno Millesimo quingentesimo nonagesimo primo, inter tum temporis contrahentes initam atque ab Imperatore Rudolpho Secundo confirmatam & sub omnibus conditionibus in dicta conventione expressis, in eventum scilicet, quo Isabellam Ducissam Sablonetæ & Principem Hostiliani, fine omni prole mascula, e vivis decedere contingeret, & quandoquidem ipsa sibi successorem ac hæredem suum declarari eundemque adhuc se vivente, ad præscindendam ansam omnibus scandalis & malis, quæ tempore mortis suæ, in contrarium casum subsequi posse verebatur, investiri petierat, fortalitium civitatemque & Ducatum Sablonetæ, cum omnibus & singulis ejusdem pertinentiis in feudum nobile & honorificum ea plane forma qua quondam Vespasianus Dux de eodem investitus fuit die vigesima septima Aprilis anno superiore Millesimo sexcentesimo septuagesimo primo benigne clementerque concessum fuisset, cujus investituræ tenor sequitur in hæc verba:

Inseratur confirmatio Leopoldi Imperatoris de dato 27. April. 1671.

Nunc porro Nobis prædictus Joannes Franciscus, Dux Sablonetæ, humillime supplicarit, ut quandoquidem prædicto fratre suo, Duce Ferdinando, nunc fatis functo, ipse eidem in dicto feudo & Ducatu successerit, nosque in supremum & immediatum atque directum ejusdem Ducatus Sablonetæ suumque Dominum recognoscere, nobisque debitum ac solitum fidelitatis juramentum aliaque præstanda præstare desideret, ipsi prædictam investituram renovare atque præfatum Ducatum Sablonetæ de novo in feudum benigne concedere dignaremur.

Nos benigna ratione habita cum egregiæ fidei & devotionis, quam majores ipsaque adeo tota familia præfati Joannis Francisci Ducis Sablonetæ antecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus semper singularem in modum comprobare enisa fuit, quamque tum patrui ejusdem Aloysius, Hannibal & Cammillus in diversis functionibus & commissionibus Castrensibus, tum ipse etiam pater Scipio in officio Oratoris Cæsarei ordinarii ad gratam satisfactionem Divi Prædecessoris & Patris nostri contestati sunt, & quam imposterum sæpius dictus etiam Dux Joannes Franciscus quavis data occasione comprobare poterit ac debebit, re quoque in Consilio nostro Imperiali Aulico mature deliberata, in preces ejusdem in hunc, qui sequitur, modum clementer annuerimus ipsumque ac ipsius descendentes legitimos (præstito nobis per ipsius Procuratores Nostros Sacrique Imper. fideles dilectos Joannem de Lilio & Forni, ac honorabilem doctum Bonaventuram de Gisgoni, Consiliar. nostrum, Comit. Palat. atque ad Aulam nostram Cæsaream Agentem sufficienti ad hoc mandato instructos, nomine, loco & in animam ipsius Ducis Joannis Francisci debito & consveto fidelitatis, obedientiæ & homagii juramento) in eventum prænarratum, ex nunc, prout ex tunc, de dicto feudo, fortalitio, Civitate & Ducatu Sablonettæ, cum territorio, juribus & pertinentiis suis, cum mero & mixto Imperio ac gladii potestate, & aliis facultatibus ac concessionibus nostris & prædecessorum nostrorum, tanquam de feudo nobili & honorifico juxta formam priorum investiturarum ac præsertum ejus, quæ sæpedictæ Ducissæ Isabellæ ultimo super dicto feudo & Ducatu concessa fuit (quam & quas omnes hic pro insertis haberi volumus) de novo clementer investiverimus, prout tenore præsentium, ex certa scientia animoque bene deliberato & plenitudine authoritatis nostræ Imper. eundem investimus, nec non omnes & singulas gratias, libertates, indulta, facultates, concessiones, & alia quæcunque privilegia, pacta, conventiones & renunciationes, & renunciationum confirmationes in quondam Vespasiani Ducis Sablonettæ & prædecessorum ejus, ac successorum favorem, per Divos quondam Fridericum, Maximilianum I. Carolum V. Ferdinandum I. & Maximilianum ac Rudolphum II. Matthiamque & Ferdinandum II. Rom. Imp. concessas & confirmatas approbamus, confirmamus, ac pari modo, quatenus opus sit, de novo concedimus, indulgentes eidem Jo. Francisco Principi Bozuli, ejusque legitimis descendentibus, successoribus, quod possint & valeant in nominato Ducatu, & ejus territorio ac pertinentiis ea facere, quæ nos & Rom. Imp. ac Reges facere possumus, sic tamen quod hæc nostra investitura non aliter nec alio modo intelligi debeat, quam quatenus præfatus Dux in processu judicialiter instituto plene & sufficienter probarit & demonstrarit, quod vigore prædictorum pactorum & instrumentorum 6. Martii anno MDXC. & 4. Junii anno MDXCI. inter tum temporis contrahentes initorum & a prælibato quondam Imper. Rudolpho II. inclytæ recordationis confirmatorum casus successionis evenerit feudumque ad se devolutum sit, ac tum deinde reliquas in iisdem pactis & instrumentis contentas conditiones sua ex parte adimpleverit: Salvis nostris Sacrique Rom. Imp. & aliorum quorumcunque juribus, quibus per hanc investituram nostram & priorum investiturarum confirmationem nullatenus præjudicare intendimus. Harum testimonio litterarum manus nostræ subscriptione & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ die XIV. mensis Julii anno Domini MDCLXXIII. Regnorum nostrorum Romani XV. Hungariæ XIX. Bohemici vero XVII.

Leopoldus.

Vt. Leopoldus Guilielmus, Comes a Kinigseggk.

Ad Mandatum Sacræ Cæsar. Majest. proprium.

Christoph. Beuer.

XVII.

XVII.

Juramentum fidelitatis, quod Bonaventura Gisgoni J. V. D. in animam Principis sui, Dn. Jo. Francisci, Ducis Sablonettæ, Bozulique Principis, cum hic de Civitate & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci ac terra Commissadii, &c. investiretur, Leopoldo Rom. Imperatori præstitit, d. d. 10. Maji, An. 1673.

EGo Bonaventura de Gisgoni J. V. D. juro ad hæc Sancta Dei Evangelia, quæ hic corporaliter tango, vice & nomine atque in animam Jo. Francisci Principis Bozuli, vigore mandati procuratorii, in Excelso Consilio Imp. Aulico per me exhibiti, quod Dn. Princeps Jo. Franciscus, ratione Principatus Bozuli, Marchionatus Hostiani & Comitatus Pomponisci, cum eorum juribus & pertinentiis feudorum immediatorum Imperialium, de quibus nunc de novo Clementer investitus fuit, Seren. & Potent. atque Invict. Principi ac Dn. Leopoldo, Electo Rom. Imp. semper Augusto, omnibusque ejusdem Successoribus, Rom. Imp. & Regibus legitime intrantibus, adeoque S. R. Imp. fidelis & obediens erit ac esse debebit, commoda Sac. Cæsar. Majest. Sacrique Imperii fideliter promovebit, damna vero monebit, & avertet, neque unquam sciens per se vel alium in Consilio seu tractatu erit, consensu vel facto, ubi aliquid contra Sac. Cæsar. Majest. Vestræ personam, honorem, dignitatem & statum quocunque modo agetur seu concludetur; & si quid ejusmodi tractari intellexerit, id ipsum pro viribus impediet, & ad Sac. Cæs. Majest. notitiam sine mora perferri curabit, eaque omnia præstabit ac faciet, quæ fidelis Imperii Vasallus Dn. Suo Rom. Imp. ac Regi facere ac præstare tenetur de consvetudine, vel de jure omni dolo ac fraude semota, ita eundem Jo. Franciscum Principem Bozuli Deus adjuvet, & hæc S. Dei Evang.

XVIII.

Leopoldi, Rom. Imp. Diploma, in quo Investituræ Literas Ferdinando, Duci Sablonettæ, de Civitate & Principatu Bozuli atque Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci ac terrà Commissadii &c. die 15. Maji, An. 1671. exhibitas, in Jo. Francisci, Sablonettæ Ducis, emolumentum iterum confirmavit, d. d. 10. Maji, An. 1673.

LEopoldus &c. ad futuram rei memoriam agnoscimus & vigore præsentium notum facimus universis: cum demisse nobis expositum fuerit pro parte Ill. nostri & Sac. Imp. Princ. fidelis dilecti Jo. Francisci Marchionis de Gonzaga, Ducis Sablonetæ, Principis Bozuli & Comitis Pomponisci, fratrem quondam suum Duc. Ferdinandum de civitate & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci ac terra Commissadii, item de Castro Riparoli foris, villa Cividalis, Insula Dovariensium, Castro St. Martini ab Aggere & Jurisdictione Cantaranæ, una cum Rocchis, Villis, Aquis currentibus & stagnantibus & pertinentiis suis, meroque & mixto imperio ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunque à Nobis sub die 15. mens. Maji A. MDCLXXI. clementer investitum fuisse juxta tenorem Diplomatum Imper. hic subinsertorum:

Inferatur Diploma, de d. 15. Maji 1671.

Ac nunc porro demisse Nobis supplicarit idem supradictus Illustr. Jo. Franciscus Marchio de Gonzaga, Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli ac Comes Pomponisci, postquam prædicto fratre suo quondam Duce Ferdinando fatis functo ipse eidem in prædictis feudis jure primogenituræ successerit, Nosque prout fidelem Imper. Principem & obedientem Vasallum decet, in supremum atque directum Dominum suum recognoscere desideret, ut ipsum Aug. mem. prædecessorum nostrorum Rom. Imper. & Regum exemplo de dicto Principatu & civitate Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci terraque Commissadii, item de Castro Riparoli foris, Villa Cividalis, Insula Dovariensium, Castro St. Martini ab aggere & Jurisdictione Cantaranæ cum omnibus juribus, privilegiis, gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, nobilitate, potestate, libertate & auctoritate, mero & mixto Imperio omnimodaque jurisdictione & gladii potestate, nec non & aliis facultatibus olim Ill. Julio Cæsari & ejusdem majoribus per divos prædecessores nostros Aug. memoriæ concessis dictoque quondam patri suo confirmatis clementer investire, quin etiam jus perpetuæ primogenituræ aliaque privilegia præinserta benigne laudare & approbare dignaremur. Nos sane benigna ratione habita, non solum summæ fidei, observantiæ & syncereæ devotionis plurimorumque egregiorum obsequiorum, quibus ista Illustris familia Marchionum de Gonzaga Divos Prædecessores Nostros Rom. Imp. ac Reges & S. R. Imp. quoquo tempore coluit & demereri studuit, verum etiam præclaræ virtutis, rerum usus & prudentiæ, qua Dux Scipio supplicantis Genitor Divo prædecessori & Domino patri nostro colendissimo inclytæ recordationis sese cum in obeunda per spacium aliquot annorum Legatione ordinaria apud summum Pontificem & Sanct. sedem Apostolicam, tum aliis quibuscunque occasionibus illustri cum laude sua & ad plenam ejusdem satisfactionem probavit, ut adeo nobis omnino persvasum habeamus sæpedictum quoque Illustr. Jo. Franciscum Ducem Sablonetæ ac Principem Bozuli exemplo Patris ac Majorum suorum, pari Nos, S. R. Imper. ac universam Domum nostram Austriacam, fide, observantia & integritate prosecuturum, nec quicquam à laudabilibus illorum vestigiis exorbitaturum esse, humillimis ejusdem precibus clementer annuendum duxerimus, uti vigore præsentium annuimus. Ac proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio & de Imp. nostræ potestatis plenitudine memorata privilegia per omnia & in omnibus confirmantes, prædictum

dictum Illust. Jo. Franciscum Marchionem de Gonzaga, Ducem Sablonetæ, Principem Bozuli & Comitem Pomponisci (recepto tamen prius ab Honorabili docto fideli Nobis dilecto Consiliario Nostro, Bonaventura Gisgonio J. U. D. & Comite Palatino atque ad Aulam nostram Cæsaream Agente sufficiente ad id mandato instructo debito & consveto fidelitatis juramento) de memorata civitate & Principatu Bozuli, Marchionatu Hostiani, Comitatu Pomponisci ac terra Commissadii, nec non de Castro Riparoli foris, Villa Cividalis, Insula Dovariensium, Castro St. Martini ab aggere & jurisdictione Cantaranæ una cum Rocchis, Villis, aquis currentibus & stagnantibus, & pertinentiis suis, cum mero & mixto Imperio ac omnimoda jurisdictione, gladii potestate, juribus, præeminentiis, prærogativis, gratiis, privilegiis, indultis, concessionibus & facultatibus quibuscunque, quæ in præinsertis litteris latius continentur, investivimus & infeudavimus, prout vigore præsentium clementer investimus & infeudamus, nec non omnes & singulas gratias, libertates, indulta, facultates & concessiones & alia quæcunque in supradictis privilegiis expressa & contenta approbamus, confirmamus, ac quatenus opus sit, de novo concedimus, volentes & expresse indulgentes, ut prædictus Illust. Jo. Franciscus Princeps possit & valeat in prænominatis Civitate, castris & locis ea facere & statuere, quæ Nos ipsi aliique Rom. Imp. ac Reges facere ac statuere possent. Tum etiam ut cætera omnia & singula præmissa rata, valida, firma ac perpetua sint & censeantur, atque ab omnibus, ad quos spectant, inviolabiliter semper observentur; supplentes ex certa nostra scientia & authoritate quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent aut quovis modo intervenisse dici, vel allegari possent: Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis & expressa mentio fieri deberet, quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent vel obstare quoquo modo possent, pro hac vice dumtaxat derogamus & sufficienter derogatum esse volumus per præsentes nostris tamen & S. R. Imp. ac aliorum quorumcunque juribus in præmissis omnibus & singulis semper salvis & illæsis. Hac etiam conditione adjecta, quod prædictus Ill. Jo. Franc. de Gonzaga Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli & Comes Pomponisci &c. uti & omnes vigore supradictæ, in memoratis Principatu, Marchionatu, Comitatu, Castris, locis, Villis, jurisdictionibus & pertinentiis quandocunque successuri, dum & quotiescunque casus tulerit, à Nobis, aut à nostris in Imperio successoribus investituræ hujus renovationem de novo petere & recipere teneantur.

Nulli ergo omnino hominum cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ existat, liceat hanc nostræ Investituræ, concessionis confirmationis, primogenituræ, suppletionis, derogationis, decreti, voluntatis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire: si quis autem id attentare præsumserit, is, præter nostram & Sac. Imp. indignationem gravissimam, pœnam quinquaginta marcharum auri puri toties, quoties contraventum fuerit, se noverit ipso facto incursurum, quarum medietatem Fisco nostro Cæsareo fraudis vindici, reliquam vero partem injuriam passi usibus decernimus applicandam. Harum testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Dat. in Civitate nostra Viennæ, die decima mensis Maji, An. Domini M DC LXXIII. Regnorum nostrorum, Romani XV. Hungarici XVIII. Bohemici vero XVII.

LEOPOLDUS.

V[t]. Leopold Wilhelm, Graff zu Kœnigseggk.

Ad mandatum Sac. Cæs. Maj. propr.

Christoph. Beuer.

XIX.

Requisitoriales Consilii Imperialis Aulici ad Consilium Aulicum Imperiale Bellicum exarata, ut Führenschildium, Præsidii militaris Viennensis Secretarium, ob Attestatum in causa hereditatis Principis Hannibalis Gonzagæ ab ipso perhibitum, examinent, d. d. 7. Junii, An. 1673.

Der Rœm. Kays. Mayt. Lœbl. Hoff-Kriegs-Rath in hiebei khommendter Abschrifft in Freundschafft zu erinnern, was in Sachen der weyl. Fürstl. Hannibal-Gonzagischen Verlassenschafft allhiesigen Statt-Guardi-Regiments Secretarius, Ferdinand Ignatius Führenschildt vor eine Attestation Berichtsweiss von sich gegeben habe. Wann dann einige Strittigkheiten über yetzgedachte Gonzagische Verlassenschafft zwischen dem Fürsten von Gonzaga-Bozuli, und Graffen Sigmund von Dietrichstein, uxorio nomine, der Zeit beym Lœbl. Reichs-Hof-Rath schweben, zu deren besseren Ausfindung dann In Nahmen ietzgedachtes Fürsten von Gonzaga-Bozuli gebetten, vnd aber von Ihrer Kays. Maj. zu Beförderung der Justiz bewilliget worden, daß ermeldter Secretarius Führenschildad perpetuam rei memoriam majusque Veritatis robur, über ermelte seine Attestation aydtlich solle vernohmen werden; als wird wohlermeldter Lœbl. Kays. Hof-Krieges-Rath, als deme besagter Führenschildt, seiner Instantz nach, vndergeben ist, hiemit in Freundschafft ersucht, denselben über obgedachten Puncten vnnd seinen darüber erstatteten Bericht vnnd Attestation in Beysein der Partheyen oder dern Anwaldten, da sy darzu erscheinen wolten, aydtlich zu vernemen, vnnd solliche sein beschworne Aussage widerumb herumb vnschwer zum Lœbl. Reichs-Hof-Rath zu remittiren, der dann wohlermelten Hof-Kriegs-Rath hinwiderumb in dergleichen unndt andern Begebenheiten zu Erweisung angenehmer Dienst-Freundschafft willig verbleibet.

Ex Cons. Imp. Aulico 7. Junii 1673.

XX.

Juramentum, quo Führenschildius antenominatus coram Consilio Aulico Imp. bellico ea, quæ de Principis Hannibalis Gonzagæ ultima voluntate attestatus erat, confirmavit, d. d. 21. Aug. An. 1673.

Ich

Ich schwvehre einen Aydt zu GOtt der Allerheiligsten Dreyfaltigkeit, daß die von Ihr Hoch Fürstl. Gnaden Herzogen von Sablionetha und Fürsten zu Pozulo verlangte Puncta oder Project, worüber von weyland Herrn Don Hannibal, Fürsten von Gonzaga, numehr Seel. ein Testament hette verfassen lassen sollen, sovil in wällischer Sprach versetzt ist, mir also von Ihr Hochwürden Herrn Pater Hermanno Horst S. J. und Ihr Majest. der verwittibten Kayserin Beicht-Vater, zu diesem Ende, in meinem aignen Hauß, zugestellt worden, das Deutsche aber Seine Fürstl. Gnaden Seel. mir selbsten dictirt haben. So wahr mir GOtt helff und alle Heiligen.

Collationat.

Daß gegenwehrtige Abschrifft dem Kays. Kriegs-Gerichts-Protocoll eingetragenem Original nach gleichlautendt collationirt worden, bezeugt mein hierunter gestellte Handschrifft und Petschaffts-Fertigung. Actum Kays. Kriegs-Gerichts in Wien, den 21. Augusti, 1673.

(L. S)

H. Khrumbachr Kayserl. Kriegs-Gerichts-Schultheis.

Copia Projecti.

Per li Sri Nipoti, che sono duoi Ferdinando e Francesco, figlivoli del Prencipe di Bozzolo lascio li beni stabili, e mobili, che possiedo in Italia, la metà per uno.

L'heredità che tengo qui in Germania, come la Casa in Vienna, & il giardino fuori della Città, mobili, gioce, argento, dinari, quanto in contanti, e crediti, lascio alla mia figlivola, Contessa di Dietrichstein, con questa però conditione, che quando venisse ella à morire senza figlivoli ò figlivole, torni tutto à miei Nipoti Ferdinando e Francesco, e li heredi di questi.

Desidero esser sepolito appresso Padri Franciscani di San Gieronimo, appresso le mie care moglie, e figlivoli, nell'istesso sepolcro da me preparato.

Che subito doppo la mia morte siano lette sei milla messe per l'anima mia, & à questo fine lascio trè milla fiorini, in oltre tre milla fiorini di distribuere à i poveri.

Ordino ancora, che siano dati al Padre Hermanno Horst cinque mille Ducati in specie, con i quali siano fondate due messe perpetue, & altre opere pie perpetue.

Et à tutti miei Servitori lascio un anno di Salario oltra quello, che li serà dovuto fino alla mia morte.

Li miei Sri Nipoti siano obligati di fondare due messe perpetue; l'una per me, e l'altra per la mià prima moglie.

Li legati per li miei Sri fratelli saranno specificati.

Alli miei paggi sia dato un Cavallo per uno, e cinquanta talleri per uno.

Daß alsobalden nur immer müglich, mein und der Fürstin seel. Schulden solten bezahlt werden.

Euch Fürnschildt schenckhe ich 1000. fl. dem Christophen 500. fl.

Meinem vielgeliebten Herrn Brudern dem Duca zur Gedachtnuß:

Erstlich alles was er mir schuldig ist.

Zum andern die 2. grosse silberne Kuell-Kössel, sambt denen Kandlen.

Hernach die 6. grosse Schisseln.

Die 2. glatte rundte Gießpöckh vergult.

Die 12. gantz vergulte Obst-Schalen auf den hohen Füssen, sambt dem Duzet Messer, Gabel und Löffeln.

Die 4. vergulte Trinck-Geschir, oder Schallen.

Mehr meine Spänische Kleinodien, und den grossen Diamant-Ring, und dieses alles mit der expressen Condition, daß er nichts davon verkauffen noch versetzen solte, sondern daß alles bey dem Hauß und denjenigen, so regieren werden, als ein Fidei-Commiß ewig verbleiben solte.

Meinem andern Herrn Brudern den Marchesen di Pome verschaff ich alles was er mir schuldig ist, und meinen andern grossen Diamant-Ring.

Meinen beeden Vettern des Duca Söhnen, meine 2. Indianische Ketten, und solle der Aeltere nehmen welche er will.

Collationata hæc copia Projecti cum suo originali, concordat de verbo ad verbum in omnibus. In cujus rei fidem appono meum chyrographum & sigillum. Debantur quinta Martii, 1670.

(L.S.)

Joannes Carolus Abele à Lilienberg, Sac. Cæs. Regiæque Majestatis Cancellariæ Aulæ Bellicæ Expeditor.

XXI.

Compromissum Dn. Joannis Francisci Gonzagæ, Sablonettæ Ducis, Bozulique Principis, in Domini Baronis Joannis Pauli Hocher, Sacræ Cæsareæ Majest. Intimi Consiliarii, & supremi Aulæ Cancellarii, personam, ut Lites, inter dictum Ducem, ejusque Consobrinam atque Domini Comitis Sigismundi Dietrichsteinii conjugem, propter Domini Hannibalis, Bozuli quondam Principis, hæreditatem motas, pro suo arbitrio dirimat atque decidat, d. d. 19. Febr. An. 1674.

Decimo, occorrendo, che Sua Eccellenza redimesse ed affrancasse la metà del sudetto censo, dovrà in tal caso, subito seguita la ricupera, intendersi anco finita la presente locatione per la metà de sudetti Beni, & in tal caso si dovrà deputare concordemente un Agente, che tenga distincto conto di tutte le entrate, la metà delle quali detratte prima le spese, che occorreranno per Argini, reparamenti, escavationi & altro, si dovrà à Sua Eccellenza, e l'altra metà restarà in mano del Signor Persio in pagamento del ressiduo del sudetto censo annuo non redento, overo di come concordia, se si affitassero li sudetti beni, si divideranno per metà gli affitti e le spese egualmente trà Sua Eccellenza, & esso Signor Caracci.

Undecimo, volendo Sua Eccellenza alienare e vendere in tutto, ò in parte li sodetti beni, e loro raggioni, dovrà Sua Eccellenza ad egual partito preferire esso Signor Persio se vi vorrà applicare.

Duodecimo, & alienando Sua Eccellenza tutti li sudetti beni, dovrà anche prima e nell'istesso tempo redimere tutto il sudetto censo, ma alienandone solo la metà, anche solo la metà del sudetto censo dovrà ricuperare, occorrendo poi, che l'alienatione di parte de sudetti beni eccedesse la metà del annuo affitto da esser giudicato da due periti da ellegersi uno per parte, dovrà sua Eccellenza in tal caso ricuperare tutto il sudetto censo con lo sborso effettivo delle doppie otto milla d'Italia effettive, come sopra.

Decimo terzo, puotrà il Signor Caracci e come sopra, sublocare li sudetti beni e sue raggioni tutti ò parte sempre, & ogni volta che vorrà, e vi sarà buona occasione, e con quali parti e condizioni che pareranno ad esso Signor Persio e suoi Eredi, purche non siano prejudiziali à sudetti beni ed à Sua Eccellenza & siegua in persona ò persone di sodisfattione della medesima Eccellenza, la quale però mai intende per qualsivoglia con-

consenso prestato di disobligare esso Signor Persio precipale Conduttore in conto alcuno.

Decimo quarto, occorrendo riparamenti di fabriche ò altre spese alle quali non fosse obligato detto Signor conduttore, dovrà esso Signor Persio ò suoi &c. avisare li Ministri, & Agenti di sua Eccellenza in Bozolo acciò mandino à farle fare, & il Signor Caracci li somministrerà denari per il bisogno, e non venendo, ne mandando nel termine d'un mese, esso Signor Persio le puotra far fare, con tenere conto esatto di tutte le spese: come anche, se per qualsisia accidente, si di fuoco come d'altro pensato ò non pensato, si dirupasse ò consumasse, ò cadesse alcuna fabrica ò parte, se col medesimo aviso non saranno pronti nel detto termine à rifarle e reparle, ciò puotrà fare esso Signor Caracci, come stimerà il bisogno, col spendere de suoi denari e tenere conto esatto e chiaro, che li doveranno essere rimborsati da Sua Eccellenza solamente quando ricuperarà il sudetto annuo censo, ò parte ne primi denari, che à detto effetto li saranno pagati e s'borsati.

Decimo quinto, non puotrà esso Signor Caracci pretendere, ne haver da sua Eccellenza frutto alcuno per li sudetti denari, che havesse spesi del suo per le cause espresse nel sudetto 14° Capitolo, se non all' hora quando assendessero alla somma e quantità di Dobble cinquecento d' Italia, e più, che Sua Eccellenza sarà obligata alla responsione delli annui frutti à raggione del sei per cento, così per patto espresso da pagarsi ad ogni requisitione del medesimo Signor Persio annualmente.

Decimo sesto, dovrà Sua Eccellenza mantenere e diffendere tutti li sudetti beni e sue raggioni &c. liberi e disbrigati da chi sisia, e da qualsivogliono aggravii, debiti ò imposizioni, che sopra d'essi puotessero essere fondati, & imposti da chi si sia, e per qualsivoglia causa, perche per tali liberi e spediti li loca & assegna al medesimo Signor Persio.

Decimo settimo, vuole sua Eccellenza esser tenuta à far havere à sue spese al Signor Persio rilevati in autentica forma, tutti l' instromenti e rogiti publici fatti, & che occorreranno farsi trà le parti, per occasione del sudetto censo, sua ricupera, locatione, & qualsivoglia altra causa dependente, mentre la loro stipulatione sequira in Bozolo, ò in altro Stato di Sua Eccellenza.

E tutte le predette cose e singule contenute & espresse nel presente Instromento e ne sodetti Capitoli protestorono e dissero li sudetti Signori contrahenti alli nomi prescritti essere vere, e perciò à loro reciproca stipulazione & accettatione promisero per se &c. e per detta Sua Eccellenza rispettivamente, suoi Eredi e Successori haver rate, grate, e ferme & inviolabilmente attendere & osservare sotto la pena del doppia del presente contratto &c. la quale pena pagata, ò non pagata, restara il presente contratto ed instromento nella sua valida fermezza e vigore, e la quale si paghera e si essigera &c. tante volte, quante sarà contrafatto &c. ed anche sotto la reciproca refettione di tutti li danni e spese ed interessi da esser liquidati col semplice giuramento delle parti, e per l' osservanza di che obligorone, cioè detto Signor Zambelli, sua Eccellenza di lei eredi e beni tutti, non solo feudali di sua Eccellenza, allodiali, e di qualsivoglia altra sorte e spetie, presenti e futuri, come similmente detto Signor Persio obligò se stesso, suoi beni tutti, non solo feudali, allodiali e di qualsivoglia altra sorte & spetie, presenti e futuri, con le obligazioni ancora d' entramenti à nomi, come sopra, di tutti li beni mobili, se moventi, raggioni, nomi de debitori & attioni siano oveunque si voglingo, e sotto qualsivoglia titolo nominati in forma essecutiva di Camera Apostolica, Imperiale, & generalmente in ogni più valida & amplissima forma &c. li quali beni tutti si constituirono, come sopra, rispettivamente facendo, tenere & possedere fino all' intiera & totale osservazione e essecutione di tutte le cose come sopra, promesse, e perciò rinonciorono ad ogni qualsivoglia eccettione di dolo, e che il presente contratto non sia così, ò sia diverso, e generalmente ad ogni e qualsivoglia altra opposizione ed eccettione, che in qualsivoglia modo &c. si puotesse sotto qualsivoglia pretesto, quesito e colore opporre & in ogni miglior modo &c.

E finalmente per maggior e più fedel osservanza di tutte e singole le sudette cose, e di quanto nel presente instromento si contiene, affermando dette parte, come sopra, essere tutte vere, e quelle per tal dover essere sempre tenute, ed inviolabilmente osservate di Sign. Zambelli e Caracci e cadauno di essi, toccate le scritture à delazione di me Notaro infrascritto, cioe detto Signor Zambelli in anima dell' Eccellenza sua, e detto Signor Persio, in anima propria hanno giurato &c. pregando me Notaro &c.

Li Beni come sopra locati sono li sottoscritti, cioè:

Una corte posta e situata nel Contado di Bologna &c. ut supra in Procuratorio Domini Ducis Sablonettæ recensentur, quæ recensio finit: Appresso la via publica e detti Signori Pepoli, salvi &c.

Segue il tenero del mandato di Procura sopromemorato, cioè:

Procura di Sua Eccellenza il Sign. Duca Signor Nostro Celsissimo nel Signor Antonio Zambelli, maestro di casa di Sua Eccellenza.

Nel nome di nostro Signor Giesù Christo, correndo l' anno della Natività del medesimo 1677. Indictione XV. questo di Sabbatho tre del mese di Luglio, regnando l' Invittissimo Leopoldo primo, per divina Clemenza Rè de Romani, Imperatore Eletto sempre Augustissimo, nella città di Bozolo e nella Casa della solita habitatione del Signor Dottore Francesco Piccioni

ni, ſituata nella contrata Maeſtra d'occidente dominio dell'infraſcritto Eccellentisſimo Sign. Duca, alla continua preſenza del molt' Illuſtre & Eccell. Signor Giurisconſulto Franceſco del qv. Sign. Ippolito Piccioni, Avocato Fiſcale della Camera di Sua Eccell. Signor Giuglio Ceſare qv. Giov. Franceſco Canoni, & Sign. Filippo qv. Franceſco Landini, tutti habitanti in Bozolo, teſtimonii noti & idonei quali &c.

Ivi l'Illmo & Ecc^mo Signor Don Giov. Franceſco Gonzaga, Duca di Sabioneta, Prencipe di Bozolo &c. nato dal fù di glorioſa memoria Illuſtr. & Eccell. Sign. Don Scipione Gonzaga, che fù parimente Duca di Sabioneta, Prencipe di Bozolo &c. preſente per ſe, ſuoi Eredi &c. e qualonque de ſuoi Succeſſori ſpontaneamente con ogni miglior modo &c. intento alla più celere e più commoda ſodisfattione de futuri annui cenſi e rendite cenſuali della ſomma annua di doppie cinque cento ſeſſante, della ſtampe d'Italia, di bello & buon oro, e di giuſto peſo, che anderanno decorrendo ſopra un capitale di cenſo di ſimili Doppie otto milla dà imporſi, crearſi, e conſtituirſi per Sua Eccellenza col mezzo di ſuo legitimo procuratore di brevi ſopra l'infraſcritti ſuoi bene proprii, e da venderſi & alienarſi all infraſcritto Signor Perſio Caracci &c. come diffuſamente ſi vedrà da rogito di me Notario infraſcritto al quale, quando ſarà di biſogno, s' habbia piena relazione &c. e coſi per Sua Eccell. di ſemeſtre in ſemeſtre al tenore del precitato inſtromento da celebrarſi come ſopra, al detto Signor Caracci & à ſuoi &c. da darſi e preſtarſi &c. & ad ogn' altro miglior fine & effetto &c. & con ogni più efficace, e più valido modo &c. non revocando &c. ma piu toſto confirmando, l' iſteſſa Sua Eccellenza facendo, come ſopra, ha fatto creato, conſtituito ed ordinato, fà, crea &c. ſuo Procuratore, Attore, Negotiatore e Nuncio ſpetiale e generale, di modo, che la ſpecialità non derroghi alla generalità, e vice verſa, e ciò che meglio &c. e con ogni miglior modo &c. il molt' Illuſtre Signor Antonio Zambelli Maeſtro di Caſa di Sua Eccellenza, conſtituente preſente ed accettante &c. ſpecialmente, nominatamente & eſpreſſamente ad in nome del medeſimo Eccellentiſſimo Signor Duca e de ſuoi, come ſopra &c. per il medeſimo affittare & ad affitto e con titolo di locatione da incomminciarſi il dì della celebrazione dell' iſteſſa locatione, e che habbia da durare tanto tempo, quanto durerà l'impoſizione e conſtituzione del ſopraſcritto cenſo di Capitale, come ſopra eſpreſſo, di Doppie otto milla, e di annua rendita, come ſopra di dobble cinque cento ſeſſanta ſimili, come ſopra, e fin à tanto, che l' iſteſſo cenſo ſarà ſtato eſtinto e redento &c. non altrimenti, ne in altro modo &c. dare e concedere al medeſimo molt' Illuſtre Signor Perſio del qv. Franceſco Caracci Nobile di Guaſtalla, che condurra in affitto, per ſe ſuoi Eredi &c. con ogni miglior modo &c.

Tutti ſingoli e qualonque beni ſtabili, poſſeſſioni & haveri infraſcritti ed infraſcritte, e che ſaranno deſcritti, e qualificati qui abbaſſo, con tutti li edificii e fabriche ſopra eſiſtenti à medeſimi beni, giaccenti e ſituati nell territorio di Bologna ſotto à termini e confini da eſprimerſi, come ſopra &c. e con tutte e ſingole le ragioni, attioni e pertinenze, adjacenti, conneſſi, e qualonque dependenti di tutti li medemi beni infraſcritti, & ancora con tutti li capituli delle ſementi, beſtiami, & altri di qualſivoglia genere, e ſpecie, deſcritti e contenuti in duoi inſtromenti delli Locationi di tutti li ſopradetti beni, e come ſopra, per la medeſima Eccellenza fatte al Signor Annibale Orſatti, Bologneſe, ricevuti, l' uno in Bologna per il Sign. Seleuco Pelegrini, Cauſidico e Notaro publico di Bologna, ſotto il dì 15. Ottobre 1670. e l' altro da me Notaro infraſcritto ſotto il dì 20 Novembre 1674. al detto Signor Perſio agli infraſcritti effetti, & altri da darſi &c. & à quali ambi Inſtromenti &c. quando ſia biſogno &c. e con ogni &c. e con clauſole ad havere, tenere, godere, fruire & à ricevere e percipere tutti li frutti e qualonque entratte di tutti gli antedetti beni, poſſeſſioni, e come ſopra d' affitarſi con piena ragione per tutto il tempo della locatione predetta, & à migliorare più toſto, che à deteriorare &c. per l'annuo affitto, e penſione annua di tutti gli antedetti beni poſſesſioni come ſopra, e di tutti gli edificii, fabriche & altro di qualſivoglia ſorte, come ſopra, eſpresſi &c. niente eccettuato &c. in tutto e per tutto di doppie cinque cento ſeſſanta ſei, e due terzi d'un altra ſimile doppia d'Italia, d' oro bello e buono, e di giuſto peſo &c. alla prelibata Eccellenza Sua conſtituente ogn' anno, durando la detta locatione per detto Signor Caracci da darſi e preſtarſi, ove ſia, come meglio &c. e come qui abaſſo da compenſarli &c. & con ogni miglior modo &c.

Item & à nome della medeſima Sua Eccellenza, e come ſopra, adeſſo per all'hora, e vice verſa, & tante volte, quante &c. e durando la detta locatione à rilaſciare all'iſteſſo Sgnor Perſio e ſuoi come ſopra &c. li detti annui affitti & annue penſione che caderanno di tempo in tempo, e di termine in termine, e di ſemeſtre in ſemeſtre, &c. in pagamento e ſottisfattione del ſudetto annuo cenſo, e cenſual rendita delle dette Doppie cinque cento ſeſſanta decorrende, & che matureranno à favore del predetto Signor Caracci, & à carico & onere di Sua Eccellenza conſtituente all effetto preſcritto del precitato Inſtromento da rogarſi da me, e come ſopra &c. e coſo à dare al detto Signor Caracci ogni & qualconque mandato irrevocabile à fare la rettentione de medeſimi annui affitti e penſioni ſodette in pagamento e ſottisfattione del iſteſſo Signor Perſio, come ſopra de detti annui cenſi, e come ſopra, di modo, che ogn' anno & à tempi e termini ſodetti, durando la detta locatione, e come ſopra, compenſati li detti annui cenſi con li predetti annui affitti e penſioni, e come ſopra, detto Sign. Caracci reſtara debitore di Sua Eccellenza

lenza nella ragione di detti annui affitti di simili dobble sei e due terzi d'un altra Doppia, come sopra, e così à nome sudetto à stipulare la promissione del detto Signor Carracci di dare e prestare ogn'anno, detta locatione durando, le dette dobble 6⅔. all'istessa Eccellenza Sua, & à suoi &c. & ogni &c.

Item à nome di Sua Eccellenza constituente à convenire, pattuire e promettere, come sopra, al detto Signor Caracci e come sopra, d'haver sempre ferma e rata la predetta locatione, & quella durante, come sopra, detti beni & altri tutti, come sopra, d'affittarsi, non far altra locatione, ò altr'atto in pregiudizio del medesimo Signor Caracci conduttore, salvi però, e con gl' infrascritti altri patti, e convenzioni sequenti, cioe:

Primo, che trovandosi detti beni tutti affitarsi, come sopra, al sudetto Signor Annibale Orsatti (la condotta di cui per anche non è finita) per altro simile annuo affitto di simili Doppie cinque cento sessanta sei, e due terzi d'un altra simile Dobbla, dovrà e puotrà esso Signor Orsatti proseguire in detta condotta fino al fine della forma del precitato Instromento 1674. & così però da qui avanti, principiando dal giorno della detta locatione da farsi, come sopra, pagherà altresi esso Signor Orsatti essi annui affitti al detto Signor Persio, ò à suoi &c. in tutto, & per tutto nelle forme, modi, e termini, e tenuto verso Sua Eccellenza, come in detto Instromento 1674. così seguitando detto Signor Orsatti fino alla fine d'essa sua condotta &c. dando perciò Sua Eccellenza, ò per lui detto Signor suo Procuratore al detto Signor Carracci, che stipulerà, come sopra, ogni opportuno mandato, irrevocabile contro detto Orsatti e suoi &c. ad erigendum detti annui affitti tutti da correre, come sopra, nelle forme e modi sopra espressi &c. e promettendo di mantenere esso Orsatti vero, reale, e pontual debitore e pagatore, come in fatti detto Orsatti di consenso e con espressa commissione di Sua Eccellenza constituente si è obligato à detto Signor Caracci per la prestatione di detti annui affitti, e come sopra, e anche per la piena consignatione de detti Capituli delle sementi, bestiami e altro di cui in detto instromento 1674. da farsi nel fine d'essa locatione &c. di tal obligazione, promissione, commissione e consenso sudetti apparendone per adempimento delle antedette cose publico instromento rogato da me Notaro sotto il dì 26. mese di Giugn. prossimamente passato, al quale &c. al detto Signor Caracci da darsi e consignarsi in valida forma &c. anzi Sua Eccellenza principaliter & in solidum per se, e come sopra, colle debite rinonzie dell'Epistola dell Imperator Adriano nove e vecchie constitutioni de duobus &c. *auth. present. C. de fidejuss.* dell'escussione &c. & ad ogni altro beneficio &c. vuole esser tenuta col detto Orsatti per la corresponsione sudetta, di tutti li detti annui affitti & altro da farsi, come sopra, dal sudetto Signor Orsatti, di modo tale, che sarà in libertà del Signor Caracci, conseguire tutte le sue ragioni da chi più delli due à lui parerà e piacerà.

II. Che il Signor Caracci sii tenuto, con suoi &c. tenere e godere detti beni tutti & altro, come sopra, tutto il tempo di essa locatione lecitamente, & ad arbitrio di huomo da bene, e di laudabile conduttore, & in ogni miglior modo &c.

III. Sua Eccellenza per se & come sopra, constituisse, ò dovrà esse suo Signor Procuratore constituire il detto Signor Caracci, e come sopra, Procuratore irrevocabile di Sua Eccellenza per la custodia e diffesa d'essi beni, ragioni, attioni, ed altro tutto sopradetto, e sue entrate, e di sue immunità, e prerogative contra di chi si sia, e si in giudizio, come fuori, & in ogni miglior modo &c.

IV. Che il Signor Caracci accetti la sodetta locatione con tutti li patti, conditioni, & altro, con quali l'hà & è obligato detto Signor Orsatti verso Sua Eccellenza alla forma de sudetti due instromenti 1670. & 1674. à quali s' habbia relazione, de quali esso Signor Caracci n' ha già havuta piena notizia, & in ogni miglior modo &c.

V. Che il Signor Caracci sii tenuto fare al detto Signor Orsatti ogni ristoro, che puotesse occorrere di guerre, peste, innondazioni, tempeste, & altro simile, come anche compensarle, qualonque spese occorressero farsi per causa d'argini, ressarcimenti & escavationi per servizio d'essi beni, & à che Sua Eccellenza fosse obligata, verso detto Signor Orsatti, alla forma de sodetti instromenti, da comminciarsi il giorno della stipulatione dell'instromento della presente locatione, da farsi al Signor Carracci, fino alla fine della condotta del Signor Orsatti senza che sua Eccellenza sia tenuta per tutto ciò contenuto in questo quinto capitolo à cosa alcuno verso il Signor Caracci sodetto.

VI. Che Sua Eccellenza non sii tenuta durando la locatione da farsi, come sopra, ne in alcun modo obligata verso il Signor Persio, suoi Eredi, ad alcun ristoro, tanto per tempestà, guerra, ò peste & innondazioni d'aque, quanto per qualsivoglia altra cosa, & accidente, pensato ò non pensato, che possa succedere che danneggiasse in qualsivoglia modo le rendite & intrate annue de sudetti beni, e che però il Signor Caracci, e come sopra, sii soggetto ad ogni e qualsisia danno puotesse patire per le cause sodette.

VII. Che il Signor Caracci, e come sopra, durando la presente da farsi locazione sii tenuto far fare, e mantenere à tutte sue spese li Argini, reparamenti, escavationi & altro, à che fosse obligata e tenuta sua Eccellenza per diffesa, e manutenzione de sudetti beni, e come faranno li convicini per simile bisogno, senz' altr' incommodo, danno, ò molestia di Sua Eccellenza.

VIII. Che nel fine della condotta del Signor Orsatti, e così nel farsi da questo la restituzione de sodetti beni, sue raggioni & altro alla forma de sopr'acennati instromenti nelle mani di detto Signor Caracci, dovrà assisterci un Agente di Sua Eccel-

Eccellenza, se così sarà di giusto e commodo del Signor Caracci.

IX. Volendo Sua Eccellenza redimere tutto il sudetto censo, ò la metà di esso, dovrà prima fare, che siano pagati tutti li suoi frutti decorsi, fino al tempo della detta redentione, & ancora pagare tutti li bonificamenti, che saranno stati fatti per tutto il tempo della detta locazione del medesimo Signor Persio nelle fabriche essistenti sopra detti beni, eseguendo detta redentione in tempo, che li frutti non fossero stati raccolti dal detto Signor Conduttore, dovranno anche cessare gli affitti quell'anno rispettivamente, in cui seguirà detta redenzione, e resteranno li sudetti beni à Mezzadria col detto Signor Persio.

X. Occorrendo, che Sua Eccellenza redimesse od affrancasse la metà del sudetto censo, dovrà dal caso subito seguita la ricupera intendersi, anco finita la presente locatione per la meta de sodetti beni, & in tal caso si dovrà deputare concordemente un Agente che tenga distinto conto di tutta l'entrata, la metà della quale, dettratte prima le spese, che occorreranno per Argini, reparamenti, escavationi, & altro, si dovrà à sua Eccellenza e l'altra metà resterà in mano del Signor Persio in pagamento del residuo del sudetto censo annuo non redento, overo di come concordia, se si affitassero li sudetti beni, si divideranno per metà gl' affitti e le spese egualmente trà Sua Eccellenza & al Signor Caracci.

XI. Volendo Sua Eccellenza vendere, & alienare in tutto ò in parte li sudetti beni, e loro ragioni dovrà ad egual partito preferire esso Signor Persio, se vi vorra applicare.

XII. Alienando Sua Eccellenza tutti li sudetti beni, dovrà anche prima, e nell'istesso tempo redimere tutto il sudetto censo, ma alienandone solo la metà, anche solo la metà del sudetto censo dovrà recuperare: Occorrendo poi, che l'alienatione di parte de sodetti beni eccedesse la metà dell'annuo affitto da esser giudicato da duoi periti da elleger si uno per parte, dovrà Sua Eccellenza in tal caso ricuperare tutto il sudetto censo, con lo sborso effettivo delle Doppie otto milla d'Italia effettive.

XIII. Puotrà il Signor Caracci, e come sopra, sublocare li sudetti beni e sue ragioni tutti, ò parte, à chi più le piacerà, e con quelli patti e conditioni le pareranno, purche non siino pregiudiziali à Sua Eccellenza, e si egua in persona, ò persone di Sodisfattione di Sua Eccellenza, la quale però mai intende, per qualsivoglia consenso prestato di disobligare il sudetto Signor Caracci, Principale Conduttore in conto alcuno.

XIV. Occorrendo riparamenti di fabriche ò altre spese, alle quali non fosse obligato il Signor Conduttore, dovrà esso Signor Persio, e come sopra, avisare li Ministri & Agenti di Sua Eccellenza in Bozzolo, acciò mandino à farle fare, & il Signor Persio le somministrerà denari per il bisogno, e non venendo ne mandando nel termine d'un mese, esso Signor Persio le puotrà far fare con tener conto essatto di tutta la spesa, come anche, se per qualsisia accidente, si di fuoco, come d'altro pensato ò non pensato, si dirupasse, consumasse, ò cadesse alcuna fabricha, ò parte delle sudette, se col medesimo aviso non saranno pronti nel detto termine à rifarle ò ripararle, ciò puotra fare esso Signor Caracci, come stimerà il bisogno, col spendere de suoi denari, e tenerne conto essatto che si dovranno esser rimborsati da Sua Eccellenza, solamente quando ricuperara il sudetto annuo censo, ò parte ne primi denari, che à detto effetto li saranno pagati e sborsati.

Non puotra il Signor Caracci pretendere ne havere da Sua Eccellenza frutto alcuno per li sudetti denari, che havesse spesi del suo, per le cause espresse nel sudetto 14. capitolo, se non all'hora, quando assendessero alla somma e quantità di doppie cinque cento d'Italia e più, che Sua Eccellenza sara obligata alla responsione degli annui frutti à ragione del sei per cento, così per patto espresso da pagarsi ad ogni requisitione del medesimo Signore Caracci annualmente:

Dovrà Sua Eccellenza mantenere e diffendere tutti li sudetti beni e sue ragioni liberi e disbrigati da chi si sia, e da qualsivoglia aggravii, debiti e imposizioni, che sopra d'essi puotessero esser fondati & imposti da chi si sia, & per qualsivoglia causa, perche per tali liberi e spediti intende locarli & assignarli Sua Eccellenza al sudetto Signor Persio.

XVII. Vuol Sua Eccellenza esser tenuta far havere à sue spese al Signor Caracci rilevati in authentica forma tutti gl'instromenti e rogiti publici fatti e che occorreranno farsi trà le parti per occasione del sudetto censo sua ricupera, & per qualsivoglia altra causa dependente, mentre la loro stipulatione seguirà in Bozolo, ò altro Stato di Sua Eccellenza.

E sopra tutte e cadauna dell'antedette cose, uno & più instrumenti à celebrarsi & à far celebrare, & a stipulare uno, ò più instromenti per publico Notaro, che di essi si rogarà con tutte le loro e di loro necessarie, bisognevoli & opportune clausole e cautele, non tanto promesse & antedette, mà con qualonque altre opportune, e particolarmente oltre la solita e consueta della generalità di tutti e qualonque li beni feudali di Sua Eccellenza, allodiali, e di qualsivoglia altra sorte e specie presenti e futuri, con le obligazioni ancora in forma di Camera Apostolica, Imperiale e piu ampla &c. con la clausola di constituito &c. e col giuramento e giuramenti da prestarsi in anima di Sua Eccellenza, ò con la clausola, che ha forza del giuramento, & altra più congrua e confacevole alla qualità e natura del fatto, & altre che meglio pareranno al sudetto suo Signor Procuratore &c. e giusta il stilo del Notaro, ò Notari &c. & con ogni miglior modo &c.

E generalmente &c.

dando

dando &c. con piena libera & ampla &c. promettendo à me Notaro stipulante per tutti quelli, à quali &c. d' haver rato tutto ciò e quanto, come sopra è stato scritto, notato, & sarà fatto dal detto suo Sigr Procuratore &c. relevando &c. obligando li beni presenti &c. & tutto ciò sotto la fede e parola di vero & leal Prencipe, pregando me &c.

Seguono li beni sopra mentionati.

Una Corte posta e situata nel Contado di Bologna &c. ut supra in Procuratorio Domini Ducis Sablonettani recensentur, quæ recensio sequentem in modum clauditur: Appresso la via publica, e detti Signori Pepoli, salvis &c.

Ego Paulus Særonus, olim Domini Pauli filius, Civis & Imperiali authoritate publicus Bozuli & Cameræ Ducalis Notarius, suprascriptis omnibus & singulis præsens fui, eaque de Mandato præ libati Excellentissimi DD. Ducis publice scripsi, ideoque in fidem hic me solita mea cum attestatione subscripsi, salvo &c.

L. † S.

Ego Paulus Særonus, olim Domini Pauli filius, Civis & Imperiali authoritate publicus Bozuli & Cameræ Ducalis Notarius, suprascriptis omnibus & singulis præsens fui, eaque ab antedictis partibus rogatus publice scripsi, ideo in fidem hic me solita mea cum attestatione subscripsi salvo &c.

L. † S.

Nos Clemens Hieronymus Rota J. V. D. Nobilis Urbini, & Eques aureatus pro Illustrissimo & Excellentissimo DD. Joanne Francisco Gonzaga, Duce Sablonetæ, Principe Bozuli &c. Vicarius Generalis Civitatis Bozuli totiusque ejus status &c. attestamur, fidemque facimus, suprascriptum egregium Dominum Paulum de Særonis de præmisso instrumento rogatum, esse Notarium authenticum legalem ac fide dignum, & Collegiatum in eadem Civitate Bozuli, illiusque scripturis, sic ut supra, authenticis, hic in judicio & extra semper adhibitam fuisse, indiesque magis adhiberi fidem, meritoque ubique locorum fore & esse adhibendam, in quorum &c. Datum Bozuli ex Palatio nostræ solitæ residentiæ hac die 14. mensis Julii 1677. indictione decima quinta.

L. † S. Ego Hieronymus de Rubertis in hac parte Cancellarius subscripsi de mandato &c.

Præsentem Instrumenti copiam fuisse per me Notarium infrascriptum licet aliena mihi tamen fida manu desumptam & exemplatam ab alia simili copia authentica & in legali ac probanti forma redacta, ut in ea, nihil addito vel diminuto, quod sensum mutet, variet, aut vitiet; sed prout jacet, scriptum est & legitur in eadem copia authentica penes Illustrissimum Dominum Comitem Persium Curaccium, Nobilem Guastallæ existente & mihi Notario ad effectum præmissum exhibita, factaque diligenti auscultatione & incontro cum eadem authentica omnimode concordare, cunctis fidem facio & attestor Ego Franciscus filius qu. D. Joannis Francisci de Paveriis, Civis & habitator Guastallæ, publicus Imperiali authenticus Notarius, in quorum fidem hic me subscripsi, & ut soleo, signavi, ad Laudem Dei & ejus Genitricis Virginis Mariæ, hac die decima Decembris An. 1703. indictione undecima.

(L. S.)

Nos J. C. Angelus de Philippis Ducalis prætor Civitatis Guastallæ &c. Universis &c. fidem facimus & attestamur suprascriptum egregium Dominum Franciscum de Paveriis, qui dictam attestationem fecit, fuisse & esse publicum, legalem ac fide dignum Notarium talemque, qualem se supra fecit &c. Cujus scripturis in authenticam formam, ut supra redactis &c. hic semper adhibitam fuisse fidem, indiesque magis adhiberi, prout Nos adhibemus in judicio & extra, meritoque ubique locorum fore adhibendam, in quorum &c. Datum Guastallæ ex palatio nostræ solitæ Residentiæ hac die decima Decembris 1703.

(L. S.) *Angelus de Philippis, Prætor.*

Franciscus Cattaneus, Notarius & Cancellarius de Mandato.

XXV.

Decretum Leopoldi, Roman. Imperat. quo personis in ipso Decreto nominatis committit, ut controversiam de Sablonettæ feudo atque Ducatu, inter Dominum Ducem Sablonettanum, Principemque Bozzuli, actorem, ex una; ac Dn. Nicolaum Gusman, Medinæ Turrium Ducem, reum, ex altera parte, tam in puncto reluitionis, quam ratione restantis quartæ partis pretii, intercedentem, amicabili compositione sopire contendant, d. d. 16. Novembr. An. 1682.

Sacræ Cæsareæ Majestatis, Domini Nostri Clementissimi nomine, Consiliariis ejusdem arcanis & respective Camerario Domino Paulo Hocher, Baroni ab Hohengran, Cancellario Aulico Austriaco, & Domino Leopoldo Gvillielmo Comiti de Königsegg Sacri Imperii Vice-Cancellario, Velleris Aurei equiti, nec non Domino Francisco Frederico ab Andlern, Consiliario ejusdem Imperiali Aulico hisce intimandum, iisdem cum pridem vel ex ipso decreto Cæsareo septima Februarii Anni 1672. actisque Sablonetanis compluribus ab hinc annis coram excelso Consilio Imperiali Aulico ventilatis innotuerit, quid litis differentiarumque de feudo ac Ducatu Sablonetano in Italia sit, inter Dominum Ducem Sablonetæ Principem Gonzagam Bozuli actorem ex una, & Don Nicolaum Gusman Ducem Medinæ Turrium, ex altera

altera partibus, tum in puncto reluitionis feudi, quam ratione restantis quartæ partis pretii hucusque intercesserit, quemque in modum altememorata Majestas sua Cæsarea gravibus permota rationibus litem illam amicabili compositione sopiendam antedictis Cæsareis Commissariis suis demandaverit:

Cum vero interea partim ob constiturorum utrinque Plenipotentiariorum discessum ac mutationem, partim interlapsas temporum injurias, res ista in hunc usque diem infecta resederit, ac nunc denuo pars utraque novas plenipotentias in Excelso Consilio Imperiali Aulico exhibuerit, & quidem ut adjectæ earum docent copiæ Dominus Princeps Bozuli Sacræ Cæsereæ Majestatis Consiliarium intimum Aulæque Mareschallum, Aurei Velleris Equitem, Dominum Albertum, Comitem à Zinzendorff, Dominus Dux Medinæ Turrium autem Dominum Marchionem de Borgomainero eum in finem denominarit; adeoque sacra Cæsarea Majestas Sua causam hanc per antedictos suos Commissarios Cæsareos jam tum deputatos denique velit amicabiliter compositam, eadem rursus clementer jubet, ut iidem pro comperta sua prudentia ac solertia, rerumque gerendorum dexteritate, cum dictis partium Plenipotentiariis ut primum conveniant, inque id sedulo gnaviterque incumbant, quo desideratus litis hujus tam longevæ finis, amicabili compositione utriusque bono tandem consequatur; Executuri in eo benignam expressamque voluntatem Cæsaream, quibus gratiam suam Cæsaream benigne confirmat. Signatum in Cancellaria Imperialis Aulæ sub sigillo Sacræ Cæsareæ Majestatis secreto die 12. Novembris, 1682.

XXVI.

Litera Leopoldi, Roman. Imper. ad Carolum II., Hispaniarum Regem, exaratæ, in quibus rogat, velit Medinæ Turrium Ducem monere, ut litem, de Ducatu Sablonetano exortam, amicabili compositione dirimere, diutius haud cunctetur, d. d. 25. Octobr. An. 1687.

LEopoldus &c. Serenitati Vestræ Legati illinc subinde Nostri, præsertim vero Comes a Mansfeld uberius explicuerunt quam ardenter Bozuli Princeps controversiam cum Medinæ Turrium Duce ratione reluendi Sablonetæ Ducatus & restantis quartæ partis pretii, multis jam annis agitatam, Juris via tandem definiri continuo flagitaverit, quanquam Nos eandem amicabili potius tractatione compositiri, partes adhortandas esse duxerimus: Verum cum hucusque Medinæ Dux, non sine gravi sensu Nostro, jussui huic Nostro Cæsareo non paruerit, indignumque adeo sit Bozuli Principem, ob non tolerandas Adversarii protelationes, Justitiæ remedio diutius destitui, Consilio Nostro Imperiali Aulico districte præcepimus, ut illam tandem promoveat, causamque sententia dirimat, sed quemadmodum ingens actorum acervus non finit, ut eorum relatio tam cito absolvatur, eoque Medinæ Duci sat adhuc temporis suppetat, quo compositionis tractatum inire possit, Nos Serenitatem Vestram ea de re certiorem faciendam duximus, quo ipsum pro postrema denique vice monere queat, ut eodem opportune utatur, talesque Mandatarios constituat, qui non uti alias, vel discessui proximi vel negotiis præpediti tractationi vacare possint, sibi cæteroquin imputaturus, quando longius cunctatus causam interea definitam intellexerit, & Nos quod reliquum est Serenitati Vestræ &c. Viennæ, die 25. Octobr. 1687.

XXVII.

Rescriptum Leopoldi, Rom. Imperatoris, ad Comitem Henricum Franciscum à Mansfeld, ejus in Aula Hispanica Legatum, in quo ei injungit, ut in hanc sedulo incumbat curam, quo literarum antea insertarum contenta exoptatum sortiantur eventum, d. d. 28. Octobris, An. 1687.

LEopoldus &c. *Tit.* Non exiguo nobis tædio fuit, quod tot rescriptis Nostris Cæsareis de amicabili, quam inter Bozuli Principem & Medinæ Ducem, ratione reluendi Sablonetæ Ducatus, & restantis quartæ partis pretii moliebamur compositione, ad te datis, aliquot jam annis ne responderis quidem, nedum ea quæ jusseramus executus fueris. Unde cum ardentibus juxta & æquissimis Principis Bozuli precibus, Jus, Justitiamque denegare, vel quod idem sit, diutius differre nefas sit, Consilio Nostro Imperiali Aulico promptam illius administrationem actorumque relationem injunximus, atque illud ipsum Regi Hispaniarum, sicut ex copia patet, per annexum eo fine duximus indicandum, ut Medinæ Dux ea de re certior factus intercalari hoc amicabilem compositionem ineundi tempore, si prospicere sibi voluerit oportune, uti valeat, quod sicut a te nomine Nostro ipsi quantocius, serioque intimatum volumus, ita districte quoque mandamus, ut qui literas Nostras Hispaniarum Regi porrexeris, quidque penes Medinæ Ducem effeceris, non inter cœtera, sicut forte fieri solet, sed seorsim separatimve Nobis utprimum certoque referas, seriam benignissimamque jussionem voluntatemque Nostram executurus. Qui quod reliquum est &c. Viennæ, die 28. Octobr. An. 1687.

XXIIX.

XXIIX.

Litera a Leopoldo, Rom. Imperat. ad Carolum II. Hispaniarum Regem, scripta, quibus eum, tanquam declaratum Medinæ Turrium Ducis hæredem, requirit, ut, casu reluitionis Ducatus Sablonettani seposito, reliquas quod attinet prætensiones, amicabilem compositionis viam cum Bozuli Principe inire velit, d. d. 6. April, An. 1689.

LEopoldus &c. *Tit.* Viguit ab antiquo gravis quædam inter Medinæ Turrium Duces & Principes Bozuli de Ducatu & Feudo Nostro Imperiali Sablonettano, ejusdemque reluitione controversia, quam ut amicabili tandem Partium tractatu finiremus, jam dudum, pro muneris nostri Cæsarei ratione, curam adhibuimus, sed rebus ad optatum compositionis finem haud deductis, Medinarum stirpe jam denique extincta ex Illustrissimi nostri & Sacri Romani Imperii fidelis dilecti, Joannis Francisci Ducis Sablonetæ, Principis Bozuli &c. precibus pro Investitura Nobis oblatis intelleximus, Serenitatem Vestram ab ultimo Medinæ Duce per conditas Testamenti tabulas scriptam esse hæredem, ideoque feudum hoc nostrum, licet illud sub institutione testamentaria comprehendi neutiquam possit, à Gubernatore tamen Mediolanensi, Præsidio Regio fortiori quam antehac fuerit, esse munitum. Unde cum ea res Principem Bozuli magnopere teneat sollicitum, eo quod iste Ducatus velut immediatum Imperii feudum a nobis Sacroque Imperio clientelari jure dependeat, ejusque reluitionis casus juxta tenorem pactorum de anno millesimo quingentesimo nonagesimo, & nonagesimo primo, jam nunc indubitate evenerit, ut desuper nulla amplius controversia superfit, nisi forte a Serenitate Vestra ex capite & titulo hæredis pretium reluitionis a defuncti majoribus expositum, aut aliud quidpiam prætenderetur; ac præterea pretium nunquam præstitum fuerit integrum, sed ejus quarta pars adhuc exsolvenda remanserit, unde vicissim ejus partis ratione præfatus Bozuli Princeps suam moveat prætensionem: Nos equidem non potuimus non pro mutuo, qui nobis cum Serenitate Vestra intercedit affectu, eandem amanter hisce requirere, ut, seposito nunc reluitionis casu, tantum super aliis prætensionibus, si Serenitas Vestra aliquas prosequi vellet, cum præfato Principe Bozuli amicabilem compositionis viam inire, atque Gubernatori suo Mediolanensi, quo is ab omni novitate in construendo sumptuoso fortalitio abstineat, quin potius Principem Bozuli in feudi quietam introducat possessionem, serio præcipere, nec non Regio Oratori Suo ad Aulam nostram commoranti, vel alii cuicunque negotium hoc eum in finem committere velit, ut intra quatuor menses ab harum notitia proximos cum sæpedicto Principe, quantum præmemoratas adhuc restantes causas concernit, amici tractatus instituí, atque ad felicem compositionis eventum deduci possint. Erit hoc, uti justitiæ æquitatique consonum, ita parti etiam utrique peropportunum, & quieti publicæ conservandæ necessarium, nobisque pergratum. Qui de reliquo Serenitati Vestræ &c. Viennæ 6. Aprilis, 1689.

XXIX.

Leopoldi, Rom. Imperat. Litera ad Gubernatorem Mediolanensis Ducatus Hispanicum exarata, ejusdem ferme cum antea insertis argumenti, d. d. 6. April. An. 1689.

LEopoldus &c. Pro Imperiali nostra solicitudine, qua non modo pacatum, & tranquillum Italiæ statum, sed & illibata fidelium nostrorum Vasallorum Jura conservari cupimus, jam dudum anisi sumus, ut antiquam inter Medinæ Turrium Duces & Principes Bozuli de Ducatu & feudo nostro Imperiali Sablonettano, ejusque reluitione controversiam amico tandem partium tractatu componeremus. Postquam vero hactenus hæc salutaris intentio nostra sperato fine destituta fuit, intelligimus nunc ex moderni Principis Bozuli querelis & precibus pro Investitura nobis exhibitis, quem in modum Medinæ Turrium familia cum ultimo Duce defuncto expirarit, atque hinc a vobis nomine Serenissimi Regis Hispaniarum Nepotis, Affinis, & Fratris Nostri Charissimi, quod is præfato Duci Testamento hæres existat, feudum hoc nostrum Imperiale, quamvis illud sub institutione testamentaria comprehendi neutiquam possit, Regio tamen Hispanico Præsidio fortiori occupatum sit. Ea res uti curam nostram merito adauget, eo quod iste Ducatus, tanquam immediatum Imperii feudum, ad Nos & Sacrum Romanum Imperium clientelari jure pertineat, ejusque reluitionis casus, juxta tenorem pactorum de an. 1590. & 91. jam nunc indubitate evenerit, ut desuper nulla amplius controversia superfit, nisi forte a Serenissimo Rege, ex capite & titulo hæredis pretium reluitionis a defuncti majoribus expositum, aut aliud quidpiam prætenderetur, ac præterea pretium nunquam præstitum fuerit integrum, sed ejus quarta pars adhuc exsolvenda remanserit, unde vicissim ejus partis ratione præfatus Bozuli Princeps suam moveat prætensionem, ita dicto Serenissimo Regi desuper mentem nostram aperuerimus, ac Eundem, ut, seposito reluitionis casu, tantum super aliis prætensionibus, si aliquas prosequi vellet, amicabilem compositionis viam ingrederetur Paterne requisivimus.

Quare dum non dubitemus, quin & vos salutare desiderium hoc nostrum pro singulari prudentia vestra promoturi siti, a vobis clementer poscimus, ut nomine Serenissimi Regis vestri intra quatuor menses ab harum notitia proximos,

mos, sive per Oratorem Regium hic commorantem, sive alium qui Serenitati Suæ placuerit, cum prædicto Principe Bozuli, quantum præallegatas adhuc restantes causas concernit, amicabiliter conveniatis, ab omni novitate in construendo sumptuoso fortalitio abstineatis, sed potius Principem Bozuli in feudi quietam introducatis possessionem, facturi in eo rem æquitati congruam, quieti publicæ stabiliendæ opportunam, & nobis gratissimam, qui de reliquo vobis &c. Viennæ 6. Aprilis 1689.

XXX.

Rescriptum Leopoldi, Roman. Imperat. ad Johannem Franciscum, Sablonettæ Ducem, Bozulique Principem, in quo ei non solum, quid ad Hispaniarum Regem, itemque Gubernatorem Mediolanensem de Ducatu Sablonettano, in controversiam vocato, scripserit, refert, verum etiam de rebus porro faciendis illum instruit, d. d. 6. April. An. 1689.

LEopoldus &c. Illustrissime, fidelis dilecte; Quas ad nos Dilectio Tua querelas & preces, tum pro evocatione Præsidii a Gubernatore Mediolanensi in Ducatum & feudum nostrum Imperiale Sablonettæ introducti, tum pro concedenda sibi desuper Investitura Imperiali submisse detulit, humillime nobis referri curavimus, grato animo acceptum ferentes, quod in iis quartam partem pretii feudalis a primis emptoribus nunquam soluti nobis offerendo, devotum suum erga nos animi sensum & obsequii Zelum indicare voluerit. Postquam igitur de instituendo hac super re amicabilis compositionis tractatu, (tit.) Hispaniarum Regi Catholico, ut & Gubernatori Mediolanensi, vigore annexi utriusque exempli rescripsimus, nos porro Dilectionem Tuam hinc voluimus reddere certiorem, benigne volentes, ut Dilectio Tua intra quadrimestre abharum notitia proximum, sua etiam pro parte pacificæ transactioni huic prompte, & ea quidem ratione ac sollicitudine concurrat, quæ Imperialis authoritatis nostræ interpositioni, quietisque publicæ maxime correspondeat, & Nos de reliquo Dilectioni Tuæ gratiæ & benevolentiæ nostræ Cæsareæ affectum confirmamus. Datum Viennæ 6. Aprilis, 1689.

XXXI.

Litera Leopoldi, Rom. Imperatoris, ad Carolum II. Hispaniarum Regem, data, in quibus eum requirit, velit operam dare, ut Gubernator Mediolanensis, in Ducatus Sablonettani, utpote feudi Imperialis controversi causa, omni posthabita novitate, atque judicatura, partes prætendentes ad Judicium Imperiale Aulicum remittat, d. d. 22. Maji, An. 1690.

LEopoldus &c. *Tit.* Annos jam tum quadraginta excurrit, quod coram Nobis & Tribunali nostro Imperiali Aulico inter Duces quondam Medinæ Turrium & Principes Bozuli de Ducatu & feudo nostro Imperiali Sablonettano, ejusque reluitione agitata sit controversia, quam cum 6ta Aprilis anno proxime superiore amicabili partium tractatu tandem finitam cuperemus, Serenitatem Vestram peramanter requisivimus, ut, tanquam Successor ultimi Medinæ Ducis, seposito, qui jam evenit, reluitionis casu, super aliis tantum prætensionibus, si quas forte Serenitas Vestra ex capite & titulo hæredis ratione pretii reluitionis a defuncti majoribus expositi vel aliam ob causam prosequi vellet, per Regium Oratorem suum vel alium quemcunque coram nobis sive prædicto judicio nostro Aulico cum Illustrissimo & Sacri Imperii fideli dilecto, Johanne Francisco, Duce Sablonettæ, Principe Bozuli, amicæ compositionis viam iniret, eumque in finem Feudum prædictum, quod sub dicti Medinæ Turrium Ducis testamentaria dispositione comprehendis neutiquam possit, per Gubernatorem suum Mediolanensem Regio Hispanico præsidio vacuari, & dicto Principi de Bozulo plene restitui curaret. Conqueritur autem Nobis ulterius prædictus Bozuli Princeps prætensionem super dicto Feudo etiam a præfati Ducis defuncti vidua moveri sibique præterea per Serenitatis Vestræ Ministros significatum fuisse, quod causa hæc Madriti tractari, ipseque Princeps rationes suas ibidem deducere & per Genealogiam probare deberet, an a venditoribus dicti feudi prodiret. Quod sane cum in grave Imperii & Officii nostri Cæsarei detrimentum cedat, Nos id etiam a Serenitatis Vestræ voluntate & æquissimo animo plane alienum, atque eam ipsius mentem potius esse arbitramur, ut Jurium & feudorum nostrorum Imperialium cognitio non nisi a nobis clientelæ jure dependens, extra forum ordinarium non trahatur. Ac proinde prætermittere non possumus, quin Serenitatem Vestram denuo fraterne & amanter requiramus, ut juxta ordinationem nostram anno præterito emanatam per Gubernatorem suum Mediolanensem ab omni novitate & judicatura abstineri, viduamque præmemoratam, si quid forte jure prætenderit, ad Nos, Consiliumve nostrum Imperiale Aulicum remitti haud gravatim curet, super prætensionibus autem, quas Serenitas Vestra, seposito reluitionis casu, prosequendas duceret, intra quatuor mensium spatium ab harum notitia proximum ad præstitutos amicæ compositionis tractatus Oratorem suum Regium ad Aulam nostram commorantem (si ita Serenitati Vestræ placuerit) expresso mandato legitimare, atque ita longiorem hujus controversiæ

versiæ & justitiæ remoram evitare velit, id quod a Serenitate Vestra omnino præstitum iri confidimus, ne sequiorem in eventum Nobis necesse sit causam hanc ex præscripto juris definire. Nos de reliquo Serenitati Vestræ &c. Laxenburgi 22. Maji 1690.

XXXII.

Rescriptum Leopoldi, Roman. Imperat., ad Comitem Henricum Franciscum a Mansfeld, quo ei injungit, ut literas antea insertas, debito loco, consignet, ac pro solita sua dexteritate negotium eis contentum repræsentet, d. d. 22. Maji, An. 1690.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Quid in causa feudum Nostrum Imperiale Sablonettæ concernente tum Serenissimo & Potentissimo Regi Catholico, tum Gubernatori Mediolanensi, rescripserimus, habes hic tam in originali quam exemplo annexum. Quamobrem dum litteras nostras debito loco consignabis, simul negotium hoc, pro solita dexteritate tua, repræsentare eoque dirigere, satages, ut controversiam istam coram Consilio Nostro Imperiali Aulico amicabiliter componendam Regio Hispanico Oratori ad Aulam Nostram Cæsaream commoranti, mandatum concedatur, quo facilius ac promptius ea res optatum compositionis effectum sortiri queat.

Cæterum gratia Nostra Cæsarea tibi perseverat. Laxenburgi die 22. Maji 1690.

XXXIII.

Rescriptum Leopoldi, Romanorum Imperatoris, ad Comitem de Lobkovviz, ipsius in Aula Hispanica Legatum, quo ei in mandatis dat, ut ad literas antea insertas apud Regem Hispaniarum Mediolanique Gubernatorem resolutionem urgeat, d. d. 23. Octobr. An. 1690.

LEopoldus &c. Illustris & Generose fidelis dilecte. Quid nuper sub dato 22. Maji tam ad Serenissimum & Potentissimum Hispaniarum Regem & Gubernatorem Mediolani, quam ad Generosum Comitem de Mansfeldt, Nostrum illic antea Oratorem, ratione feudi Nostri Imperialis Sablonetæ rescripserimus, habes hic in exemplis adjectum; Quare cum hactenus nullum a dicto Oratore Nostro responsum acceperimus, hisce tibi benigne injungere voluimus, ut in conformitate dictorum Rescriptorum resolutionem apud Serenissimum Regem Hispaniarum & Gubernatorem urgeas, & Nos de successu mature informes, Nos tibi de reliquo gratiam Nostram Cæsaream confirmamus. Datum in Civitate nostra Viennæ die 23. Octobris An. 1690.

XXXIV.

Literæ Leopoldi, Rom. Imperatoris, ad Carolum II. Hispaniarum Regem, de Ducatus feudique Imperialis Sablonettani reluitione hactenus agitata, scriptæ, d. d. 17. Novembr. An. 1690.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Carolo Secundo Hispaniarum Regi &c. (tit.) Salutem ac mutuæ benevolentiæ omnisque felicitatis continuum ac perpetuum incrementum. Serenissime ac Potentissime Princeps, Nepos, Affinis & Frater Charissime. Annos jamtum quadraginta excurrit, quod coram Nobis & Tribunali Nostro Imperiali Aulico inter Duces quondam Medinæ Turrium & Principe Bozuli de Ducatu & feudo Nostro Imperiali Sablonettano, ejusque reluitione agitata sit controversia, quam cum sexta Aprilis, Anno proxime superiore, amicabili partium tractatu tandem finitam cuperemus, Serenitatem Vestram peramanter requisivimus, ut tanquam Successor ultimi Medinæ Ducis, seposito, qui jam evenit, reluitionis casu, super aliis tantum prætensionibus, si quas forte Serenitas Vestra ex capite & titulo hæredis ratione pretii reluitionis a defuncti Majoribus expositi, vel aliam ob causam prosequi vellet, per Regium Oratorem suum vel alium quemcunque coram Nobis sive prædicto Judicio Nostro Aulico cum Illustrissimo Nostro & Sacri Imperii fideli dilecto, Joanne Francisco, Duce Sablonettæ, Principe Bozuli, amicæ compositionis viam iniret, eumque in finem feudum prædictum, quod sub dicti Medinæ Turrium Ducis Testamentaria dispositione comprehendi neutiquam possit, per Gubernatorem suum Mediolanensem Regio Hispanico præsidio vacuari, & dicto Principi de Bozulo plenarie restitui curaret; conqueritus autem nobis ulterius prædictus Bozuli Princeps prætensionem super dicto feudo etiam a præfati Ducis defuncti vidua movere, sibique præterea per Serenitatis Vestræ Ministros significatum fuisse, quod causa hæc Madriti tractari, ipseque Princeps rationes suas ibidem deducere, & per Genealogiam probare deberet, an a venditoribus dicti feudi prodiret, quod sane cum in grave Imperii & officii Nostri Cæsarii detrimentum cedat, Nos id etiam a Serenitatis Vestræ voluntate & æquissimo animo plane alienum, atque eam ipsius mentem potius esse arbitramur, ut jurium & feudorum Nostrorum Imperialium cognitio non

non nisi a Nobis clientelæ jure dependens, extra forum ordinarium non trahatur, ac proinde intermittere non possumus, quin Serenitatem Vestram denuo fraterne & amanter requiramus, ut juxta ordinationem Nostram anno præterito emanatam, Gubernatorem suum Mediolanensem ab omni novitate & judicatura abstineri viduamque præmemoratam, si quid jure forte prætenderet, ad Nos consiliumve Nostrum Imperiale aulicum remitti haud gravatim curet, super prætensionibus autem, quas Serenitas Vestra, seposito reluitionis casu, prosequendas duceret, intra quatuor mensium spatium ab harum notitia proximum ad præstitutos amicæ compositionis tractatus Oratorem Suum Regium ad Aulam Nostram commorantem, si ita Serenitati Vestræ placuerit, expresso mandato legitimare atque ita longiorem hujus controversiæ & justitiæ remoram evitare velit, id quod a Serenitate Vestra omnino præstitum iri confidimus, ne sequiorem in eventum nobis necesse sit causam hanc ex præscripto juris definire. Nos de reliquo Serenitati Vestræ omnem prosperitatis cumulum a Deo ter Optimo Maximo evenire optamus. Datum Viennæ 17. Novembr. 1690.

XXXV.

Literæ a Leopoldo Rom. Imperat. ad Gubernatorem Mediolanensem exaratæ, controversiam de reluitione Ducatus Sablonettæ hactenus motam concernentes, d. d. 17. Novembr. An. 1690.

LEopoldus &c. *Tit.* Pendet ultra 40. annos coram Nobis & Consilio Nostro Imperiali controversia quædam inter Duces quondam Medinæ Turrium & Principes Bozuli de Ducatu & feudo Nostro Imperiali Sablonettano ejusque reluitione ventilata & partim decisa, cujus tandem amico compositionis remedio penitus abolendæ causa Nos 6ta Aprilis anno proxime superiore, tum Serenissimo & Potentissimo Regi Hispaniarum, Nepoti, Affini & Fratri Nostro charissimo, tum etiam Vobis mentem Nostram prolixius aperuimus, quippe eo directam, ut seposito, qui jam evenit, reluitionis casu, & Illustrissimo Joanne Francisco Principe Bozuli in feudi hujus possessionem immisso, super aliis tantum prætensionibus, si quas forte Serenitas Sua ex capite & titulo hæredis (quo ultimo Medinarum Duci successit) ratione pretii a defuncti majoribus expositi, vel aliam ob causam prosequi vellet, coram præfato Judicio Nostro Aulico amicabiles cum dicto Principe tractatus instituerentur. Postquam vero nobis ulterius a præfato Principe Bozuli humiliter expositum est, prætensionem super dicto feudo etiam a præfati defuncti Ducis vidua moveri, sibique præterea significatum fuisse per Serenitatis Suæ Ministros, quod causa hæc Madriti tractari, ipseque Princeps rationes suas ibidem deducere, nec non per Genealogiam probare deberet, an a venditoribus dicti feudi prodiret; Pro muneris Nostri ratione merito vigilandum existimamus, ne jurium & feudorum Nostrorum Imperialium cognitio, non nisi ad Nos clientelari Jure pertinens, ad forum alienum pertrahatur; Ideoque a vobis denuo hisce clementer postulamus, ut juxta emanatam anno præterito ordinationem Nostram ab omni novitate & judicatura abstineatis, viduamque antedictam, si forte quid haberet quod jure prætenderet, ad Nos Consiliumve Nostrum Imperiale aulicum remittatis, super prætensionibus autem, quas Serenitas Sua, seposito reluitionis casu, prosequi vellet, intra 4. mensium spatium ab harum notitia proximum ejusdem Serenitatis Suæ nomine amicabilem compositionis tractatum ipsi vel per Oratorem Regium ad Aulam Nostram commorantem (si ita Serenitati Suæ placuerit) cum sæpefato Principe Bozuli ineatis, eoque causam hanc tam diuturnam tandem finiri satagatis, ne sequiorem in eventum necesse Nobis sit, causam hanc ex præscripto Legum determinare. Nos de reliquo vobis Gratiæ Nostræ Cæsareæ affectum confirmamus. Viennæ 17. Novembris, 1690.

XXXVI.

Rescriptum ejusdem ad Comitem de Lobkowiz, ipsius in Aula Hispanica Legatum, in quo ei mandat, ut, secundum Literarum hactenus ad Regem Hispaniæ atque Mediolani Gubernatorem scriptarum sententiam, resolutionem urgeat, d. d. 17. Novembr. An. 1690.

LEopoldus &c. *Tit.* Rescripta Nostra Cæsarea, quæ sub 23tia Octobris nuperi ad Serenissimum & Potentissimum Hispaniarum Regem & Gubernatorem Mediolanensem ratione feudi Nostri Imperialis Sablonettæ dedimus in hodiernum transcripta flagitante Illustrissimo Johanne Francisco Duce Sablonettæ & Principe Bozuli eo fine hisce tum in originali, tum in exemplis annectimus, ut alterum Serenissimo Regi exhibeas, alterum Gubernatori Mediolanensi transmittas, & secundum utriusque sensum resolutionem urgeas, Nobisque utprimum significes, & Nos quod reliquum est gratiam Nostram Cæsaream tibi confirmamus. Viennæ 17. Novembris, 1690.

XXXVII.

Literæ Leopoldi, Rom. Imperatoris ad Carolum II. Hispaniarum Regem, in quibus instantias tot literis hactenus repetitas prosequitur, eumque, ut ne Ducatum Sablonettanum ad Cameram Mediolanensem violenter trahi, aut alienari patiatur, requirit, d. d. 9. Julii, An. 1691.

LEopoldus &c. *Tit.* Ex quo tempore (Tit.) Joannem Franciscum Ducem Sablonettæ, Principem Bozuli, feudi Nostri Imperialis Sablonettani possessione destitutum vidimus, merito dignas munere Nostro partes existimavimus, & Nostris & ejusdem ceu Vasalli Nostri juribus serio providere, quo minus exinde authoritati & supremo Domino Nostro Imperiali ulla ex parte derogari posset: Quam ob rem etsi desuper Serenitati Vestræ tum Anno 1689. tum etiam proxime superiore, mentem nostram peramanter explicavimus, uti nimirum præfatum Principem plene restitutum cuperemus, ex repetitis tamen ejusdem querelis intelligimus per Serenitatis Vestræ Gubernatorem Mediolanensem feudum istud una cum Archivo, reditibus, & gubernatione a directo & competenti Dominio nostro ad Cameram Regiam Mediolanensem pertrahi, quin & venditionem ejusdem in Ducem de Sancto Pietro tercentenorum millium Scutorum pretio ineundam intendi, eumque in finem subditos ejusdem feudi, Cremonensium ad instar, insolitis oneribus prægravari, cui quidem negotio, licet dicta Camera Mediolanensis prætensa quædam melioramenta obtendat, vicissim tamen alias sæpedicti Principis prætensiones, utpote anteriores, haud propterea posse terminari & tolli, priusquam sibi quarta pars pretii nunquam soluti & septuaginta quinque mille Florenis aureis æstimati cum fructibus per 90. annos perceptis præstaretur, ideoque & ipsum Principem hac in re, ut & omnibus aliis creditoribus jure præferendum, neque aliud jam, finito reluitionis casu, residuum esse, quam ut in possessionem dicti feudi immitteretur. Quemadmodum igitur partium nostrarum est, ut ne quid rerum aut jurium nostrorum per ejusmodi alienationis actus, a directa, quæ nobis solis competit, superioritate & Corona Imperiali avellatur, ita Serenitatem vestram denuo hisce fraterne ac amanter requirendam duximus, quo Gubernatori suo Mediolanensi prædictam feudi venditionem, omnemque alium alienationis actum serio inhibere velit, simulque amicabiles cum Principe Bozuli tractatus, quippe super aliis solum prætensionibus (si quas forte Serenitas Vestra ex capite & titulo hæredis ratione pretii reluitionis a defuncti majoribus expositi vel aliam ob causam prosequi vellet) ineundos haud gravatim ad effectum deduci, Principemque in feudi quietam possessionem immitti curet; Erit hoc Serenitatis Vestræ æquissimo animo maxime consentaneum nobisque pergratum. Qui de reliquo &c. Viennæ 9. Julii, 1691.

XXXVIII.

Ejusdem Literæ ad Gubernatorem Mediolanensem in eadem causa scriptæ, d. d. 9. Julii, An. 1691.

LEopoldus &c. *Tit.* Ulteriores ad Nos ab Illustrissimo nostro, Sacrique Imperii fideli dilecto Principe Bozuli, delatæ sunt querelæ, tam etsi Gubernatorem Mediolanensem, Prædecessorem vestrum, repetitis litteris ad feudum nostrum Sablonetanum eidem restituendum commonuerimus, eundem tamen jussibus hisce nostris non obtemperasse, & quod gravius, vos tanquam illius Successorem, feudum istud una cum Archivo, reditibus & Gubernatione, ad Cameram Regiam Mediolanensem trahere, venditionemque illius, in Ducem de Sancto Pietro tercentenorum millium Florenorum pretio intendere, nec non ejusdem feudi subditos Cremonensium, ad instar, insolitis oneribus prægravare, cui quidem intentioni, quamvis prætensa quædam melioramenta à prædicta Camera obtendantur, vicissim tamen alias ejusdem Principis prætensiones, utpote anteriores, ita comparatas esse, ut priusquam sibi quarta pars pretii nunquam soluti, & septuaginta quinque mille Florenis æstimati, sarciatur, tolli, terminarive non possint, proinde & hac in re aliis creditoribus se juste præferendum, neque jam finito reluitionis casu aliud potissimum superesse, quam ut in pacificam supra nominati feudi possessionem inducatur, quod vero cum in summum nostrum, Sacrique Imperii præjudicium vergat, Serenissimo Regi Catholico, Fratri & Affini nostro Charissimo, ea de re vigore adjecti exempli peramanter rescribimus, ac vobis porro etiam hisce prædictam feudi venditionem, omnemque alium alienationis actum serio inhibemus, denuo clementer jubentes, ut sæpe nominatum Bozuli Principem in quietam feudi hujus possessionem introducatis, etsi forte Serenitas Sua, prætensiones quasdam, ex capite hæredis ratione pretii reluitionis ac defuncti Majoribus expositi, vel aliam ob causam prosequi vellet, amicabiles ea de re tractatus (prout alias Serenitati Suæ rescripsimus) ex parte quoque vestra ad effectum perducatis; Quod uti a prudentia vestra omnino expectamus, ita vobis de reliquo gratiæ nostræ Cæsareæ affectum confirmamus. Viennæ die 9. Julii, Anno 1691.

XXXIX.

Ejusdem Literæ ad Carolum II. Hispaniarum Regem, in quibus, ut Ducatus Sablonettanus legitimo ejus possessori restituatur, denuo postulat, d. d. 11. Martii, An. 1693.

Leopoldus

Leopoldus &c. *Tit.* Ex Serenitatis Vestræ litteris vigesima quinta Octobris nuperi datis uberius intelleximus, quid in reluendi feudi Nostri Imperialis Sablonettani causa sentiat, quidque difficultatum ratione tum debitorum tum præsidii in Ducatus Mediolanensis securitatem obmoveat. Quemadmodum vero Princeps Bozuli ad omnia ea, quæ juste liquidari possunt, se offerat, præsidiumque etiam illic in securitatem Ducatus Mediolanensis certo modo tolerare non detrectat, ita non videmus, qua ratione diutius a reluitione ac recuperatione dicti feudi arceri queat, quin potius illum propediem immittendum rati, Legato illic nostro, Comiti de Lobkovitz in commissis damus, ut mente nostra reique æquitate ac justitia Serenitati Vestræ exactius explicata, restitutionem promoveat, quo tandem effectus consequatur, & ne sequiorem in eventum, ad ulteriores dicti Principis preces, ad ea media invitî condescendere cogamur, quæ jus ac justitia muneri nostro Cæsareo dictaverit. Unde Serenitas Vestra memorato Principi feudum illud Sablonettæ tandem, sine ulteriore mora, restituere ac porro circa ea, quæ ejus causa jure postulat, quendam ad prætensiones suas cum dicto Principe liquidandas intra terminum trium mensium huc legitimare ac instruere non gravetur, quod ita certo futurum confisi, Serenitati Vestræ secundos armorum & rerum successus a Deo ter optimo Maximo evenire optamus. Datum Viennæ die undecima mensis Martii anno 1693.

XL.

Rescriptum Leopoldi, Romanor. Imperatoris, ad Joannem Franciscum, Sablonettæ Ducem, Bozulique Principem, in quo ei partim, quid ad Regem Hispaniarum in causa Sablonettana scripserit, significat, partim de rebus in posterum agendis ipsum instruit, d. d. 11. Martii, An. 1693.

Leopoldus &c. *Tit.* Justis Dilectionis tuæ precibus ac libellis ratione restituendi & reluendi feudi nostri Imperialis Sablonettani benigne annuentes, æquum esse existimamus, ut tandem in dictum Ducatum Sablonettanum immittaris, ac prætensiones, quas Serenissimus ac Potentissimus Hispaniarum Rex Catholicus in illud sibi competere asserit, in Aula nostra mandatariis utrimque ad Nos legitimatis ac instructis, componantur; Unde sicut eo fine Serenitati Suæ vigore annexi exempli rescripsimus, ita & Dilectionem Tuam monitam volumus, ut ipsa etiam quendam ad Aulam nostram Cæsaream intra terminum trium mensium ad difficultates hasce tandem sublevandas, legitimet ac instruat.

Quod reliquum est Dilectioni Tuæ gratiæ ac benevolentiæ nostræ Cæsareæ affectum confirmamus. Viennæ die 11. Martii, Anno 1693.

XLI.

Rescriptum Leopoldi, Rom. Imp. ad Ducem S. Petri, in quo eum, ut a coemptione Ducatus Sablonettani abstineat, exhortatur, d. d. 11. Mart. An. 1693.

Leopoldus &c. *Tit.* Vos memineritis, quem in modum Vobis, tum per Plenipotentiarium quondam nostrum Comitem Caraffam, tum per Gubernatorem Mediolanensem, Ducatus Sablonettæ ad Principem Bozuli de jure spectantis coemtionem inhiberi fecerimus.

Cum autem rumor increbrescat, Cameram Mediolanensem ac Vos ejusmodi tractatui adhuc dum insistere.

Nos Vobis hisce rursus serio stricteque inhibendum duximus, ne memorati feudi nostri Sablonettani coemptionem, utpote non minus in nostrum, velut Domini directi, quam Bozuli Principis, ceu Vasalli, præjudicium vergentem, ulterius tentetis, quin potius ab illa tanquam ex se nulla, & irrita, plane abstineatis: Cui sicuti Vos obtemperaturos confidimus, ita gratiam & benevolentiam nostram Cæsaream vobis constare cupimus.

Datum Viennæ die 11. Martii, Anno 1693.

XLII.

Ejusdem ad eundem Rescriptum, in quo denuo prohibet, ut ne in Ducatus Sablonettani coemptionem, aliumve tractatum, consentiat, d. d. 3. Junii, An. 1693.

Leopoldus &c. *Tit.* Postquam Vobis sub undecima Martii nuperi rescripsimus, ut a Ducatus Sablonettani coemptione desisteretis, Nobis Princeps Bozuli humillime exposuit, Serenissimum Regem Catholicum interea omnes, quas in memoratum Ducatum format prætensiones, Vobis cessisse, ac proinde Gubernatori suo Mediolanensi præcepisse, ut Vos erga ducentorum millium scutorum exsolutionem, nec non alia centies, & quinquagies mille scuta, post obtentum consensum Cæsareum, pendenda, in memorati feudi possessionem immitteret.

Cum autem priori sententiæ nostræ quaqua versum inhæreamus, nec ullo modo ejusmodi alienationi, utpote ex se ipsa nulli, assentiri, quin potiùs omnino velimus, ut Ducatus ille justo Domino suo, dicto nimirum Bozuli Principi, restituatur; rursus vobis hisce serio inhibemus, ne in Ducatus hujus coemptionem, aut tractatum aliquem condescendatis, sed inde plane desistatis, seriam voluntatem nostram impleturi: Qui vobis, quod reliquum est, gratiæ ac benevolentiæ nostræ Cæsareæ affectum continuamus. Datum Laxenburgi die 3. Junii, Anno 1693.

XLIV.

XLIII.

Literæ Leopoldi, Roman. Imperat. ad Carolum II. Hispaniarum Regem, in quibus, se Duci Sancti Petri sub gravi pœna injunxisse significat, ut legitimo possessori Ducatum Sablonettanum restituere haud cunctetur, d. d. 19. Aug. An. 1693.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Dum Serenitatem Vestram sub tertia Junii nuperi requireremus, ne Ducatus Sablonettæ Duca di Sancto Pietro venderetur, nec traderetur, quin potius legitimo Vasallo ac Domino suo, nimirum Principi Bozuli, cum omni causa restitueretur, hic porro Nobis submisse conquestus recensuit, non modo venditionis cessionisve contractum successisse, sed etiam Ducatus illius possessionem dicto Duca di Sancto Pietro jam tum fuisse concessam.

Quanta vero nobis, ac communi Domui nostræ Austriacæ, tum apud Sacri Romani Imperii Status, tum totam Italiam odia, quamque graves sequalas illegitimæ ejusmodi feudorum ac Jurium Imperialium usurpationes conciliare queant, Legato illic nostro, Comiti de Lobkowitz, ut rationibus ac argumentis Serenitati vestræ propositis uberius aperiat, in Mandatis dedimus: neque minus interea ad sinistra ejusmodi avertenda, pro officii nostri Cæsarei munere, prioribus jussis nostris Cæsareis inhæsimus ac imprimis dicto Duci Sancti Pietri memorati Ducatus restitutionem, sub gravi pœna, injunximus, certo nobis à Serenitatis vestræ æquanimitate pollicentes, fore, ut non solum ordinationibus nostris Imperialibus acquiescere, sed etiam Gubernatori suo Mediolanensi, in mentis nostræ justissimam sequelam rescribere non gravetur: Qui Serenitati vestræ, quod reliquum est, prosperrimum rerum successum apprecamur. Datum Viennæ, die 19. Augusti, 1693.

XLIV.

Rescriptum Leopoldi, Roman. Imperat. ad Comitem de Lobkowiz, ipsius in Hispania Legatum, in quo illum, ut contenta literarum antea insertarum convenienti loco, pro sua virili parte promoveat, exhortatur, d. d. 19. Aug. An. 1693.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Postquam tibi clementer rescripsimus, ut tam Regi Catholico, quam ejus Ministris, ubivis opus videretur, officiis tuis ac argumentis opportunis id ageres, quo Ducatus Sablonettæ Bozuli Principi, utpote legitime investito, ac indubitato Domino utili restitueretur, præsidium vero in Ducatus Mediolanensis ejusque limitum securitatem à Milite nostro sumeretur: Ducatum illum, non attentis repetitis inhibitionibus nostris, à Camera Mediolanensi Duci Sancti Petri, non modo certa pecuniarum summa divenditum, sed etiam, deductis inde prius Tormentis bellicis ac apparatu militari, jam tum traditum esse, nobis Bozuli Princeps humillime retulit. Cum itaque causa hæc in alium, & eum quidem statum devenerit, quo non solum amplius cum Camera Mediolanensi, sed Duca de Sancto Petro rem habeamus, utpote qui nostrum sacrique Imperii feudum vindicaturi, detentorem illius quemcunque impetendum existimamus, non intermisimus, quin hodierna die, vigore annexi Mandati, Duci de Sancto Pietro, ut Ducatum illum Principi quamprimum, cum omni causa, restitueret, sub ducentarum Marcarum auri prætensionumque suarum amittendarum pœna præcepimus, nec non & subditis Sablonettanis per annexas patentes obedientiam Bozuli Principi præstandam injunximus, eoque fine Generali quoque nostro bellico Comiti Caprara, ac Gubernatori Mediolanensi per adjunctas rescripsimus ac proinde etiam Regem Catholicum per annexas requirimus, ut jussis illis nostris justissimis acquiescere non gravetur:

Quod vero ut eo magis consequamur, pro nota dexteritate tua, tum apud Regem tum ejus Ministros ex iis, quarum ad memoratum Comitem Caprara meminimus, aliisque rationibus & fundamentis efficies, gratiam nostram Cæsaream eo magis conciliaturus, quam tibi promptam volumus. Datum Viennæ, die 19. Augusti, Anno 1693.

XLV.

Rescriptum Leopoldi, Roman. Imperat. ad Comitem Capraram, Generalem ejus in Italia militantem, in quo eum partim certiorem reddit, se Duci Sancti Petri sub gravi pœna injunxisse, ut legitimo possessori Ducatum Sablonettanum restituat, partim, ut restitutionem memoratam omnibus modis promovere studeat, hortatur, d. d. 19. Aug. An. 1693.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Constare tibi non ambigimus, quid inter Bozuli Principem, & Cameram Regiam Mediolanensem, ratione Ducatus Sablonettæ hucusque intercesserit controversiarum. Quamquam igitur omnia, pro negotii circumstantiis, statuerimus, quæ Justitiæ munerique nostro Cæsareo congruunt, ideoque Gubernatori Mediolanensi diversis vicibus rescripserimus, ut dicto Bozuli Principi, tanquam legitimo vasallo, ac rite investito memoratus Ducatus restitueretur, nec Duci St. Petri divenderetur, quamquam etiam ipsimet Duci huic inhibuerimus, ne rei huic se immisceret, nec feudum illud, velut non ad Cameram Mediolanensem, sed ad verum legitimumque Dominum suum Bozuli Principem jam spectans ac debitum, relinqueret inemptum intactumque; eo tamen hic processit audaciæ, ut, non obstantibus

tibus inhibitionibus illis nostris, memoratum feudum Sablonettæ, à Camera Mediolanensi, certa pecuniarum summa comparaverit, ejusque possessionem jam tum apprehenderit:

Cum vero dictus Dux Sancti Petri alienis perperam inhiando, & legitimi Sablonettæ Ducis Jura gravissime lædat, & nostra atque Imperii quoque provicaci non minus, ac animadversione digno ausu contrectet; eidem per mandatum annexum sub ducentarum marcarum auri, ac omnium, quas forte habet, prætensionum amittendarum, indignationisque nostræ gravissimæ pœna, sæpe dicti Ducatus Sablonettæ restitutionem injungimus, neque minus ejusdem feudi subditis, per litteras patentes, hic in triplo adjunctas, districte mandamus, ut solum Principem Bozuli pro Domino suo agnoscant, nec Ducem Sancti Petri, nec alium quemcunque respiciant.

Quæ vero, ut eo certiorem sortiantur effectum, finemque, quem intendimus, eo promptius consequantur, benigne jubendum duximus, ut quamprimum dictas patentes diversis Ducatus Sablonettæ locis affigi, mandatumque jam memoratum Duci Sancti Petri, nomine nostro, insinuari, utque eidem, nisi graviora præstoletur, omnino pareat, nuntiari cures, neque minus interea simul etiam Gubernatori Mediolanensi gravia, quæ domui nostræ Austriacæ, tam Germaniæ, quam Hispaniæ, apud Imperii Status, æque ac totam Italiam per illegitimas ejusmodi feudorum Imperialium usurpationes concilientur odia, difficilesque consequentias uberius demonstres, cumque eo, qua potes dexteritate, ac diligentia agas, ut & ipse vel eo magis, quod non amplius cum Camera, sed Sancti Petri Duce nobis res sit, jussis hisce nostris acquiescat, & condescendat, pro ut etiam hoc fine non solum eidem per annexas à te illi reddendas rescribimus, sed Regem Catholicum etiam hodierna requirimus, nulli dubitantes, quin hæc omnia sine strepitu, & ulteriore motu facile sis consecuturus, utpote qui officiorum tuorum promptitudine, fiduciam, quam in te ponimus, tantopere confirmasti, ut nihil non hujusmodi te posse nobis persvadeamus: Gratiam nostram Cæsaream, quod reliquum est, tibi firmam cupientes. Datum Viennæ, die 19. Augusti, Anno 1693.

XLVI.

Ejusdem Rescriptum ad Gubernatorem Mediolanensem, restitutionis Sablonettanæ causam concernens, d. d. 19. Aug. An. 1693.

Leopoldus, &c. (*Tit.*) Quanquam nihil minus à vobis expectaveramus, quam, ut vilipensis repetitis Rescriptis nostris Cæsareis circa Ducatum Sablonettæ, utpote non ad Cameram Mediolanensem, sed, ipso Rege Catholico in litteris suis ad Nos datis ita contestante, ad Nos sacrumque Imperium spectantem, Duci Sancti Petri vendi, sublatisque prius tormentis bellicis, apparatuque militari, tradi fecissetis; tantum nihilominus in vobis ponimus fiduciæ, ut cum Dux Sancti Petri hoc feudum contra nostras Cæsareas ordinationes injuste plane ac illicite occupaverit, ex argumentis ac rationibus nostris, cum jam tum notis, tum per Generalem nostrum, Comitem Caprara, ulterius deducendis, satis acquieturi, imo & curaturi, ut feudum illud Principi Bozuli, utpote legitimo investito, cum omni causa restituatur, eoque præveniatur, ne, sequiorem in eventum, necessitemur, ad ea media apprehendenda, quæ in Imperii constitutionibus sunt præscripta, & quæ ad tuenda nostra sacrique Imperii Jura, defendendasque fidelium Vasallorum nostrorum fortunas ac ditiones, pro muneris nostri Cæsarei debito incumbunt.

Quæ vero sicuti non dubitamus, quin pro æquitatis Justitiæque zelo sitis aversuri, ita finem hunc promptumque successum nobis certo pollicemur: Gratiæ ac benevolentiæ nostræ Cæsareæ affectum vobis confirmantes. Viennæ, die 19. Augusti, 1693.

XLVII.

Literæ Patentes Leopoldi, Rom. Imperatoris, ad Ducatus Sablonettæ subditos directæ, in quibus eos ab obsequio Gubernatori Mediolanensi, aut Duci Sancti Petri præstando dehortatur, atque ut solius Bozuli Principis, tanquam Domini sui legitimi, potestati sese subjiciant, præcipit, d. d. 19. Aug. An. 1693.

Leopoldus &c. Nostris & Sacri Imperii fidelibus dilectis N. N. Ducatus Sablonettæ, feudi nostri Imperialis, Prætoribus, Consulibus, Judicibus, Justitiariis, Officialibus & tam Ecclesiasticis & Nobilibus, quam Civibus & Rusticis quocunque nomine censeantur & universis dicti Ducatus & appertinentiarum Subditis & Incolis gratiam nostram Cæsaream & omne bonum. Celare vos non possumus, partimque etiam jam antea vos latere nequit, dictum feudum nostrum, post diuturnas ac graves controversiarum ac processuum difficultates, tandem post obitum Nicolai Gusman Medinæ Ducis in Principem Bozuli, Successionis Jure, fuisse devolutum, subinde vero accidisse, quod Gubernator Regius Mediolanensis feudum illud, tametsi memoratum Bozuli Principem de illo appertinentiisque ejus legitime investiverimus, nihilominus, haud attentis jussionibus ac rescriptis nostris Imperialibus, eidem non restituerit, quin potius non ita pridem non modo Duci Sancti Petri

certa

certa pecuniarum summa vendiderit ac tradiderit, sed hic etiam non attentis inhibitionibus ac rescriptis nostris Cæsareis in alienas facultates & fortunas inhiando, Ducatus ejusdem possessionem contra jus fasque apprehendere, eoque jura nostra Imperialia, ausu non minus temerario quam graviter puniendo contrectare non destiterit.

Quemadmodum igitur, pro authoritate nostra Cæsarea eidem Duci, vigore serii mandati nostri Imperialis, sub 200. marcarum auri, ac omnium prætensionum suarum amittendarum pœna, hodierno die stricte præcepimus, ut sæpe dictum Ducatum appertinentiasque Domino Vestro Bozuli Principi, tanquam legitime investito, quamprimum cum omni causa restituat.

Ita & vobis quoque omnibus ac singulis districte serioque & sub gravissima indignatione nostra Cæsarea aliisque pœnis in refractarios atque inobedientes Imperii subditos statutis, firmiter inhibemus, ne Gubernatori Mediolanensi, præfatove Duci Sancti Petri ullo modo vos submittatis, obedientiamque præstetis, neque hunc ad feudi hujus possessionem admittatis, in eave quiete relinquatis, aut ullum ipsi tributum, censumve ac reditum pendatis, sed soli Bozuli Principi, velut legitimo Vasallo nostro ac Domino vestro, obtemperetis, nec ullius alterius præter hujus Dominium ac feudalem superioritatem, protectionem ac tutelam quocunque modo recognoscatis, alteriusve, quam hujus jurisdictioni ac Dominio vos submittatis, quatenus Sacri Imperii jura vobis conservari nec in prædictas constitutionibus Imperialibus sancitas pœnas contra vos indispensabiliter procedi volueritis, facturi in eo, quod fideles Imperii subditos decet, quodque a vobis inprimis de contestata alias fide obedientiaque ac devotione vestra in executionem seriæ expressæque ac justissimæ voluntatis nostræ expectamus, de qua vos hisce benigne constare voluimus, quæ dabantur Viennæ 19. Augusti, Anno 1693.

XLIIX.

Decretum Cæsareum, in commodum Bozuli Principis, contra Ducem Sancti Petri, in causa Ducatus Sablonettani, Consilio Bellico Imperiali Aulico transmissum, d. d. 3. Junii, An. 1694.

Es bleibt dem Löbl. Kays. Hof-Kriegs-Rath in Freundtschafft ohnverhalten, vvas gestalt Ihro Kays. Majest. Unser allergnädigster Herr, auf unterthänigstes Anlangen des Herrn Fürsten von Bozulo, als Hertzogen zu Sablonetta, vvider den Duca di Sancto-Pietro, umb vvillen dieser vvider allerhöchst gedachter Ihro Kays. Majest. ergangene Verboth berichtest Hertzogthumb Sablonettæ an sich gezogen, und andere Attentata verübt hat, eine Citationem fiscalem erkannte habn; vvie nun aber ervvehnter Herr Fürst von Bozulo dieselbe an besagten Duca di Sancto Pietro ohne Difficultet und Gefahr nicht bringen lassen kan, und dahero gebeten, die Insinuation all solcher Citation durch den daselbst commandirenden Kays. General berichten zu lassen: Als vvird Löbl. Kays. Hof-Kriegs-Rath hiemit in Freundtschafft ersucht, ob derselbe sich belieben lassen möchte, dem in Italien commandirenden General aufzutragen, damit er zur Beförderung der heilsamen Justitz ervvehnte und von Herrn Fürsten von Bozulo zu empfangen habende Citation dem Herrn Duca di S. Pietro gebührend insinuiren, und ihme Herrn Fürsten von Bozulo ein Documentum der beschehenen Insinuation hinvvieder ertheilen möchte, deme der Kays. Reichs-Hof-Rath zu Ervveisung angenehmer Dienst-Freundtschafft vvillig verbleibet.

Ex Consilio Imperiali Aulico
Viennæ 3. Junii, 1694.

XLIX.

Litera Leopoldi, Roman. Imperat. ad Carolum II. Hispaniarum Regem, in quibus eum, ut aliquem, ad continuandos de restitutione Ducatus Sablonettani tractatus, sufficienter instruat, requirit, d. d. 28. April. An. 1694.

Leopoldus &c. Serenissime ac Potentissime Princeps, Nepos, Affinis, ac Frater charissime. Serenitas Vestra meminerit, quid eidem circa Ducatum Sablonettæ, sub tertia Junii & decima nona Augusti nuper, tum Ipsi rescripsimus, tum per Legatum illic nostrum exponi curaverimus: Cui, tametsi non dubitemus, quin pro æquanimitate sua, se facile sit accommodatura, noluimus tamen, quin ulterius Serenitatem Vestram ad promovendum interea etiam amicabilis compositionis tractatum adhortaremur, fraterne requirentes, ut quendam eo fine, mandato sufficiente, instruere velit, qui Serenitati Vestræ, quod reliquum est, prosperrimum rerum successum apprecamur &c. Viennæ die 28. Aprilis, Anno 1694.

L.

Monitorium Leopoldi Roman. Imperat. ad Franciscum Mariam Spinolam, Ducem S. Petri, ut a Ducatus Sablonettani usurpatione desistat, eundemque cum omnibus annexis legitimo possessori confestim restituat, d. d. 21. Januar. An. 1696.

LEopoldus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ,& Wirtembergæ, Comes Tyrolis &c. Illustri sincere nobis dilecto Francisco Mariæ Spinolæ, Duca di Sancto Pietro gratiam nostram Cæsaream & omne bonum. Probe vobis constat, postquam feudo nostro Imperiali Sablonettæ, contra sæpius repetitas inhibitiones nostras Cæsareas a Camera Mediolanensi, tametsi non Domina, coëmpto, possessionem ejusdem, legibus aperte reluctantibus, apprehendissetis, Nos ad temerarium ausum illum serio coërcendum, sub decima nona Augusti Anni millesimi sexcentesimi nonagesimi tertii mandatum pœnale contra vos decrevisse, omnemque prætensum emptionis, alienationis, aut cessionis contractum actumque apprehensæ possessionis, utpote nullo jure justificabilem, irritasse & annullasse. Cum autem denuo nobis Illustrissimus Joannes Franciscus, Dux Sablonettæ, Princeps Bozuli conquerendo exposuerit, quemadmodum vos prædicto Mandato nostro non attento, in pristina adhuc contumacia & ejusdem feudi possessione perseveretis, imo & nova attentata attentatis cumulando, spoliatis & expulsis compluribus subditis, ædificia & fortalitia exstruatis, maximamque & minime ferendam vobis licentiam & authoritatem ibidem arrogare præsumatis, Nos sane audaciam illam in tam apertum authoritatis nostræ Imperialis vilipendium, atque in scandalum & perniciosum aliorum Vasallorum Imperii exemplum redundantem diutius tolerare non possumus, ac proinde harum vigore authoritate nostra Cæsarea serio & districte, subque ducentarum Marcarum auri puri mulcta, pro semisse parti imploranti, pro altero vero semisse fisco nostro, seu ærario Cæsareo irremissibiliter inferendarum, nec non amissione omnium, quas forte super memorato feudo Sablonettæ Ducatu haberetis, prætensionum vobis denuo mandamus, ut Ducatum Sablonettanum, una cum ejus appertinentiis omnique causa prædicto Bozuli Principi, tanquam legitime infeudato Vasallo ac Domino restituatis, subditis spoliatis bona reddi, damnaque illata resarciri iis curetis, expulsos tuto ad sua redire sinatis, atque ab ædificiis fortalitiisque exstruendis aliisque omnibus in supremi Dominii nostri contemptum a vobis cœptis & perpetratis penitus abstineatis, nec quidquam in Ducatu illo appertinentiisque ejus innovetis, aut agatis, quod in ejusdem Principis Bozuli, subditorumque aut bonorum Sablonettanorum præjudicium, aut detrimentum vergere queat, omniaque interea innovata, attentata, aut facta extemplo revocetis, infectaque ac nulla reddatis, quin potius omnia in pristinum statum restituatis, & memorato Vasallo dimittatis, quatenus præfatam pœnam ducentarum Marcarum auri puri, indignationemque nostram evitare malueritis, quidquid enim in contrarium feceritis, æque ac illud, quod jam factum fuerit, irritum, innane, cassum, nulliusque roboris esse atque fore, jam nunc decernimus & declaramus. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appressione munitarum, quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ die vigesima prima mensis Januarii Anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, regnorum nostrorum, Romani trigesimo octavo, Hungarici quadragesimo primo, Bohemici vero quadragesimo.

Leopoldus.

Sebastianus Wunibaldus,
Comes a Zeyll.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Franciscus Winandus de Bertram.

LI.

Literæ Leopoldi, Rom. Imperat. ad Carolum II. Hispaniarum Regem, in quibus non solum ei significat, cur Ducis S. Petri, investituram de Ducatu Sablonettano petentis, desiderio satisfacere non possit, sed etiam eum requirit, ut hanc tam diuturnam controversiam amicabili compositione tandem terminari patiatur, d. d. 21. Januar. An. 1696.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Quæ mens hactenus nostra fuerit, in causa Sablonettana, coram Nobis & Tribunali nostro Imperiali Aulico hucusque maturo consilio discussa, & deliberata, jam ante perspectum est Serenitati Vestræ, tum ex rescriptis nostris sæpius repetitis, tum ex iis, quæ Oratori isthic nostro Comiti de Lobkovvitz apud Aulam Serenitatis Vestræ agenda & exponenda injunximus: Unde sane præter spem Nobis accidit, ex litteris Serenitatis Vestræ 6. Octobris nuperi datis intelligere feudi Sablonettæ Investituram ab eadem etiamnum in favorem Francisci Mariæ Spinolæ, Duca di Sancto Pietro flagitari, ex eo motivo, quod is paratus sit, ad erogandam centum quinquaginta millium Imperialium summam, quæ pro præsentis belli necessitate, sumptuumque angustia Ducis Sabaudiæ subsidiis exsolvendis destinata sit. Sed Serenitatem Vestram vicissim fraterne celare non possumus, Nos citra apertam legum & justitiæ læsionem ab intentione illa nostra ex causæ meritis concepta dimoveri non posse, multo minus in Nobis, aut potestate nostra esse, ut Serenitatis Vestræ desiderio, quod in aliis quibuscunque rebus libentissime facimus, hac in parte deferamus. Neque enim committere possumus, ut feudum illud in summum detrimentum Principis

pis

pis Bozuli, tanquam indubitati & legitimi Successoris & Vasalli Nostri, quemque talem esse ipsa Serenitas Vestra agnoscit, prædicto Spinolæ conferatur; Quippe cujus credita liquida nondum sunt respectu dicti Bozuli Principis, cum hic ad omnium eorum, quæ huc spectant, liquidationem, exsolutionem in ære parato, si qua opus fuerit, sese obtulerit; deinde supervacaneum ducimus hic allegare Serenitatis Vestræ, Augustæque Nostræ Domus non interesse, quis Vasallus sit, quisque redditus ex eo feudo percipiat, sed rem consistere in puncto præsidii, cum Bozuli Princeps jam dudum se declaraverit, de præsidiis Hispanicis Serenitatis Vestræ sumptibus in dicto feudo relinquendis, vel Cæsareis Nostris ibidem suscipiendis; Porro considerandum Nobis est, esse hoc feudum Imperii, neque sine magno Authoritatis Nostræ Imperialis præjudicio & contemptu ab Imperio divelli, neque hoc pacto ad Principes Serenitatis Vestræ subditos transferri posse; ad quod si accideret, quid alii pari clientelæ Jure Nobis Sacroque Romano Imperio in Italia obstricti? quid præcipue Imperii Status, Electores & Principes sensuri essent? Serenitas Vestra ipsamet prudentissimo suo Judicio æstimare posset. Quare hoc in negotio id Nobis inprimis curæ esse debet, ut Justitiam æqua lance administremus, neque ulli unquam locum credendi relinquamus, quasi mutuis necessitudinis Nostræ studiis inter Nos & Serenitatem Vestram Austriacæ Domus Nostræ causa intercedentibus, ea quæ Jura statuunt, posthabuissemus. Novimus æquum Serenitatis Vestræ animum, atque etiam sollicitudinem, quam Nobiscum communem gerit, uti semper & in omnibus, ita potissimum in hac gravi bellorum tempestate, quæ Serenitatem Vestram & Nos undique circumdat & involvit, Justitiam accurate servandi, cultu cujus laudatissimo, Armorum suorum successibus provehendis & secundandis, Auram benedictionis divinæ indefesse conciliat, unde facile videt, difficilius forte eundem finem assecuturos Serenitatis Vestræ aliosque exercitus, si pecuniæ tales cum Tertii jactura & in Justitiæ protractionem erogatæ, eorum usibus impenderentur; Quamobrem dum unicus Nobis scopus semper fuit eritque, ut hæc tam diuturna & plus quam centum quinque annis ventilata controversia tandem, aut amicabili tractatu, aut decisione ex legum præscripto, terminetur, omnino Nobis pollicemur, fore, ut Serenitas Vestra ad salutarem hanc intentionem Nostram ultro Consilia sua conformet, eumque in finem, postquam Serenitatis Vestræ Oratoris Borgomaineri obitus hic intercessit, in sequelam ultimi Nostri Rescripti die 18. Februarii proxime elapsi anni ad eandem dati fiscalem suum Regium Balazzolum apud Aulam Nostram Cæsaream morantem sufficiente ad processum prosequendum mandato instruat, donec alii Oratori, quem Serenitas Vestra huc mittet, ea, quæ sibi hac in materia convenire arbitrabitur, injungere possit, Nos interea supradicto Spinolæ Duca di Sancto Pietro severo Mandato Cæsareo hodie decreto, omnia rursus attentata inhibemus, præcipimusque, ut Ducatum Sablonettanum cum pertinentiis omnique causa sæpe dicto Principi Bozuli actutum restituat, subditis spoliatis adempta bona reddat, damna iisdem allata resarciat, expulsos tuto ad sua redire sinat, atque ab ædificiis & fortalitiis extruendis, aliisque omnibus, in supremi Nostri Dominii vilipendium, tum etiam in scandalum, ac perniciosum aliorum Vasallorum exemplum noviter cæptis & perpetratis sub interminata ducentarum marcarum auri puri pœna, ut & amissione omnium, si quas forte super eo feudo haberet, prætensionum penitus abstineat; Unde a Serenitate Vestra fraterne ac impense poscimus, quo sua quoque ex parte eidem omnia prædicta serio & districte injungere, & attentata quæcunque inhibere velit; Quæ quidem justissima voluntas Vestra, si debitum non sortiatur effectum, aliter certe pro munere Nostro Imperiali non possumus, quin liberum Justitiæ cursum relinquamus, eaque decernamus remedia, quæ a legibus & Constitutionibus Imperii salubriter sunt præscripta; de reliquo Serenitati Vestræ omnem veræ felicitatis cumulum ex animo optamus. Datum in Civitate Nostra Viennæ die 21. Mensis Januarii, Anno 1696.

LII.

Literæ Leopoldi, Romanorum Imperatoris, ad Carolum II. Hispaniarum Regem, in quibus eum requirit, ut Ministros suos, Viennæ commorantes, sufficienti Mandato instruat, quo, tot tantisque impedimentis superatis, reluitioni Ducatus Sablonettani controversæ ultima tandem manus imponi possit, d. d. 22. Febr. An. 1698.

LEopoldus &c. Serenitas Vestra probe meminerit, quoties, quamque ardenter, tum per litteras, tum Legatos ac Ministros illic Nostros desideravimus, ut Sablonettæ Ducatum Principi Bozuli, utpote de eodem legitime investito, erga conditiones ab ipso oblatas restitueret, aut saltem Ministros in Aula Nostra commorantes mandato, ad prætensiones utrinque liquidandas sufficiente instrueret. Postquam vero dictus Sablonettæ Dux hucusque neutrum successisse conquestus supplicavit, ut adversus Ducem de Sancta Petro, tanquam injustum ejus detentorem, debito juris rigore procedere, eumque ad illius restitutionem, mediis severioribus adigere dignaremur: Nos quidem haberemus, qui pro officii Cæsarei munere, post tot dilationes ac remoras, justis ejus precibus tandem annueremus; leniori tamen adhuc via pergendum ac Serenitatem Vestram denuo fraterne amiceque requirendam duxi-

mus, ut suum apud Nos Legatum, ut & Fiscalem Palazuolo, mandato, ad antedictam prætensionum mutuarum liquidationem, debite instituendam, sufficiente, quantocius instruere velit, ne sequiorem in eventum ad ea demum media, quæ Nobis jus, justitiaque, præsertim vero Sacri Romani Imperii Constitutiones dictaverint, progredi cogamur. Qui quod reliquum est Serenitati Vestræ prosperrimum rerum successum apprecamur, Fratrisque Avunculi & Affinis amantissimi affectum conservamus. Datum Viennæ die 22da Februarii, Anno 1698.

LIII.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Literæ ad Principem de Vaudemont, Mediolani Gubernatorem, ejusdem cum antea insertis argumenti, d. d. 22. Februar. An. 1698.

LEopoldus &c. *Tit.* Inter Principem Bozuli ceu Ducem Sablonettæ, ex una, & Cameram Mediolanensem, jam vero Ducem de Sancto Petro, ex altera parte, ratione dicti Ducatus Sablonettæ, a Serenissimo Rege eidem Duci de Sancto Petro subinde cessi, multis abhinc annis graves agitatæ sunt controversiæ, cumque hinc inde prætensiones obmoverentur, Serenissimum Hispaniarum Regem sæpius tum Ipsi per litteras, tum per Legatos Nostros requisivimus, ut Principi Bozuli memoratum Sablonettæ Ducatum restitueret, aut saltem Legatum ac Fiscalem suum Mediolanensem Palazuolo in Aula Nostra degentem, mandatis ad prætensiones illas liquidandas instrueret; Cum vero neutrum horum hucusque consecutum sit, ad ulteriores justissimasque memorati Ducis Sablonettani preces hodierna die denuo Serenissimo Hispaniarum Regi rescripsimus, ut tandem antedictos Ministros suos mandatis ejusmodi propediem instruere non gravaretur, ne sequiorem in eventum ad ea demum media progredi necesse foret, quæ justitia Sacrique Imperii Leges & Constitutiones adhibenda jubent: Ut itaque & tua Dilectio hoc in negotio justissimam mentem hanc nostram suis quoque officiis prosequatur, justitiamque tanta jam annorum serie dilatam promoveat, hisce benigne benevoleque contendimus: Dilectionem vestram, quod reliquum est, gratiæ ac benevolentiæ Cæsarei affectu complectentes. Datum Viennæ die 22. Febr. Anno 1698.

LIV.

Ejusdem Rescriptum ad Comitem de Harrach, ipsius in Aula Hispanica Legatum, in quo ei injungitur, ut Hispaniarum Regem ejusque Ministros sollicite impellat, quo literarum, huic exemplo annexarum, argumento fiat satis, d. d. 22. Februar. An. 1698.

LEopoldus &c. *Tit.* Ex actis & Archivo Legationis illic Nostræ pluribus intelliges, quid controversiarum inter Principem Bozuli, ceu Ducem Sablonettæ, & Cameram Mediolanensem, jam vero Ducem de Sancto Petro ratione dicti Ducatus Sablonettæ, a Serenissimo Hispaniarum Rege eidem Duci de Sancto Petro porro cessi, jam a pluribus annis intercesserit, quemque in modum prioribus Legatis ac Ministris illic Nostris commiserimus, ut cum ex parte Cameræ Mediolanensis quædam obmoveantur prætensiones, penes Serenissimum Hispaniarum Regem, ejusque Aulam agerent, quo dictus Ducatus eidem Bozuli Principi restitueretur, aut Ministri Regii in Aula Nostra commorantes mandato, ad dictarum prætensionum liquidationem sufficienti, instruerentur.

Quemadmodum autem Nobis dictus Princeps Bozuli denuo graviter conquestus supplicaverit, ut cum nec unum nec alterum hucusque effectui mandatum fuerit, mediis severioribus adversus Ducem Sancti Petri, velut injustum detentorem & usurpatorem procederemus; Ita quidem ex æquitate foret, ut justas ejus preces majore cum efficacia prosequeremur; pro eo tamen ac Serenissimum Hispaniarum Regem eisdem suapte sponte demum assensurum existimamus, lenius procedendum, eundemque per annexum rescriptum, cujus tenorem ab Exemplo intelliges, denuo requirendum duximus, ut ambos Legatum scilicet & fiscalem suum in Aula Nostra commorantes, mandatis ad memoratam liquidationem debite instituendam sufficienter quantocius instruat. Quod igitur, ut prompte fiat, officiis tuis penes Eundem Ministrosque illius Regios, ubivis opus fuerit, sollicite urgebis, Nosque ut primum de successu reddas certiores, qui tibi, quod reliquum est, gratiam Nostram Cæsaream conservamus. Viennæ die 22da Febr. Anno 1698.

CAP. IV.

De Principibus ab Auria, vulgo *Doria* nuncupatis.

I.

Literæ Maximiliani II. Roman. Imperatoris, quibus Johannem Andream ab Auria de Marchionatu Turriliæ ejusque annexis, nec non de Vicariatu Imperiali in eodem Marchionatu investivit, & illustris Familiæ Auriana Privilegia confirmavit, d. d. 8. Julii, An. 1575.

Maxi-

MAximilianus Secundus, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teccæ, Princeps Sveviæ, Comes Absburgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus pro Nobis & nostris in Imperio successoribus Romanorum Imperatoribus ac Regibus notum facientes tenore præsentium universis; Quod cum divus olim Imperator Carolus Quintus, Patruus & socer noster carissimus felicissimæ memoriæ superioribus annis Illustri quondam Andreæ ab Auria Principi Melphi & Marchioni Turriliæ omnia & singula castra, loca, terras, feuda, bona & jura, quæ quondam Comes Joannes Aloysius, nec non Hieronymus, & alii fratres de Flisco tenebant & possidebant, sive ex successione quondam Comitis Sinibaldi de Flisco eorum patris ac Hieronymi eorum patrui ad eos devoluta, sive alias quoquo modo acquisita & ob notoriam infidelitatem, proditionem, rebellionem, & læsæ Majestatis crimen in eumdem Divum Patruum & Socerum nostrum Carolum Quintum Imperatorem & Sacrum Romanum Imperium propter occisum proditione quondam Joannetinum ab Auria classis Cæsareæ præfectum & invasam per eos ipsam classem, nec non Cameram & Civitatem nostram Imperialem Genuam (in cujus criminis executione dictus Comes Joannes Aloysius interiit) ad Fiscum nostrum Imperialem devoluta, præcedente justa declaratione & privatione, donaverit: reservatis tamen aliquot castris, locis, terris & juribus in eadem donatione nominatis. Ea etiam addita lege, quod ipse Illustris Princeps Andreas ab Auria eadem castra, loca, terras, feuda, bona & jura, & sic donata a Dilectione, & Majestate Sua ac ejusdem successoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac Sacro Romano Imperio in feudum recognoscere, fidelitatis juramentum præstare, & alia omnia facere deberet, & teneretur, ad quæ noster & Sacri Imperii Vasallus de jure vel consvetudine tenetur, & aliis insuper conditionibus appositis, prout tunc etiam ipse Ill. Princeps Andreas ab Auria ab eodem Divo Patruo & Socero nostro Carolo Quinto de iisdem castris, locis, terris, bonis & juribus, omnibusque & singulis eorum pertinentiis & sub onere in donatione expressis investitus fuit, ita quod ipse Illustris Princeps Andreas ab Auria prædicta castra, terras, loca & feuda cum omnibus eorum regalibus, præeminentiis, territoriis, jurisdictionibus & pertinentiis, & aliis in donationis & subsecutæ Investituræ litteris expressis perpetuo in feudum nobile antiquum, avitum & paternum a Sacro Romano Imperio tenere & possidere ac de illis libere in beneficium filiorum prædicti quondam Joannetini ab Auria tam inter vivos quam in ultima voluntate disponere possit, & valeat; Hoc tamen servato ordine quod post mortem ipsius Illustris Andreæ ab Auria juxta dispositionem per eum factam memorata castra, loca, terræ & feuda cum omnibus eorum regalibus, præeminentiis, territoriis, jurisdictionibus, juribus, pertinentiis & aliis & cum suo onere tam feudi, quam hypothecæ secundum formam dictæ Cæsareæ donationis transirent ad Illustrem Paganum ab Auria antedicti quondam Joannetini filium legitimum & naturalem, & post mortem ipsius Pagani ad ejus filium primogenitum masculum legitimum & naturalem & de legitimo matrimonio natum, & sic ordine successivo de primogenito in primogenitum masculum legitimum & naturalem, & de legitimo matrimonio natum usque in infinitum. Et casu quo Paganus sine filiis masculis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis decederet, quod tunc dicta castra, terræ, loca & feuda cum memoratis eorum regalibus, præeminentiis, territoriis, jurisdictionibus, juribus, pertinentiis & aliis in donationis & investituræ litteris, expressis, & cum dicto suo onere tam feudi, quam hypothecæ transferrent & pervenirent ad Illustrem Joannem Andream, fratrem dicti Pagani, sive ad ipsius Joannis Andreæ filios legitimos & naturales & de legitimo matrimonio natos, dicto ordine primogenituræ servato, prout hæc omnia in literis declarationis, privationis, donationis, concessionis & investituræ ejusdem Divi Caroli Quinti latius continentur. Quam quidem declarationem, privationem & donationem divus quondam Imperator Ferdinandus Dominus Genitor noster colendissimus augustæ memoriæ non solum confirmaverit, ratificaverit & approbaverit, verum etiam ad bona & jura nobilis nostri & Imperii Sacri fidelis dilecti Scipionis Comitis de Flisco, Fratris dicti quondam Aloysii extenderit, quandoquidem & ipse ob conjurationem postea factam cum Julio Cybo Marchione Marcæ contra eandem nostram Cameram & Civitatem Imperialem Genuam ac classem Cæsaream, ipsumque Illustrem Andream ab Auria ejusdem classis generalem Præfectum declaratus fuerit rebellis & læsæ Majestatis reus, ac omnibus feudis, gratiis & privilegiis, quæ a Sacro Romano Imperio habebat, privatus, sicuti ex sententia per Cæsareum Delegatum Gomezium Suarez de Figueroa lata clare constat, ita ut ipsum quoque Comitem Scipionem, & descendentes ejus voluerit in perpetuum excluti a prædictis feudis, gratiis & privilegiis, juribusque, si quæ habuisset, vel adhuc habere prætenderet in dictis castris, locis, terris, bonis & juribus præfato Andreæ ab Auria donatis, ac proinde Illustrem eumdem Andream ab Auria Principem Melphi non modo de omnibus & singulis hujusmodi castris, locis, terris,

bonis

bonis & juribus investiverit, verum etiam castris & locis Turriliæ & Carreghæ cum omnibus eorum curiis, territoriis, districtibus, juribus, jurisdictionibus & pertinentiis in unum & indivisibile corpus reductis, eadem in verum Marchionatum, ac titulum & dignitatem veri Marchionatus erexerit ac Marchionatum Turriliæ nuncupari voluerit, ipsumque Illustrem Principem Andream ab Auria ejusque in dictis locis successores Marchiones Turriliæ fecerit, creaverit & nominaverit, prout tam in ejusdem divi Imperatoris Ferdinandi investituris, quam memorata Marchionatus erectione plenius continetur; Postmodum vero sequutum sit, ut memoratus Comes Scipio de Flisco rem coram nobis in judicio deduxerit, ubi causa aliquandiu ventilata habitaque tandem super iis, quæ a partibus hinc inde allegata productaque fuerunt, matura deliberatione prædictum Illustrem Paganum ab Auria per sententiam nostram definitivam die secunda mensis Augusti anno septuagesimo quarto proxime præterito latam ab instituta contra eum ratione dictorum castrorum, locorum, terrarum, bonorum & jurium actione absolverimus, ac deinde non multis post diebus idem Paganus ab Auria in fortalitii Tunetani contra vim Turcicam per aliquot dies fortiter defensi expugnatione occubuerit, ac sine liberis discesserit, sicque vigore memoratæ donationis hujusmodi feuda ad prænominatum Illustrem Joannem Andream ab Auria devoluta sint, ac proinde nobis idem Illustris Joannes Andreas, cupiens memoratis conditionibus satisfacere, humiliter supplicaverit, ut ipsum de prædictis castris, locis, terris, bonis & juribus ut supra donatis, signanter vero de memoratis castris & locis Turriliæ & Carreghæ, item castris & terris montis Favani, Calessis, Veppi, Cremontis, Grundonæ, Crucis, Vallis Trebiæ, Galbaniæ, Varghi, Montisacuti, Cariseti & Lodani, item de mero & mixto imperio, & jurisdictione plenaria castrorum & terrarum Marsolariæ, Appaxedis, Vivoloni, cum omnibus & singulis eorundem castrorum & terrarum hominibus, locis, curiis, territoriis, districtibus, juribus & pertinentiis, redditibus, prærogativis, homagiis, pedagiis, daciis, emolumentis, aquarum decursibus, nemoribus, pascuis, venationibus, regalibus, jurisdictionibus, meroque & mixto Imperio, quemadmodum dicti Joannes Aloysius, Hieronymus & fratres de Flisco tempore commissi delicti, eorumque prædecessores, ac deinceps memorati quondam Andreas & Paganus ab Auria ea omnia tenuerunt & possederunt, investire atque regalia hujusmodi castrorum & terrarum auctoritate nostra benigne concedere, ac memorata loca omnia & singula dicto Marchionatui unire, ita ut in futurum sint, ac esse debeant in eodem comprehensa & incorporata, neque ab illis separari, vel alienari queant, atque insuper cum a nobilibus nostris, & Imperii Sacri fidelibus dilectis Marchionibus Malaspinis quartam partem Casanovæ acquisiverit, hujusmodi acquisitionem benigne approbare, ac partem illam acquisitam dicto Marchionatui eodem modo, quo de aliis suprascriptis feudis dictum est, unire dignaremur. Nos sane perpendentes grata, fidelia atque utilia obsequia a prædicto Illustre Joanne Andrea ab Auria Nobis & Sacro Imperio totique Reipublicæ Christianæ sæpe hactenus posthabitis quibusquoque vitæ periculis strenue, fortiterque præstitit, quæque etiamnum in dies, non sine magna heroicæ virtutis a majoribus suis per manus sibi traditæ comendatione præstat, ac imposterum non minori cura, atque studio præstiturum esse plane confidimus; Ac proinde desiderantes pro solito instituto nostro bene merentibus viris gratia, & liberalitate nostra respondere, ut dignis virtutum, & obsequiorum suorum præmiis invitati, alacrius & ferventius nobis & Sacro Imperio fideles esse possint & debeant, motu proprio, animo deliberato, ex certa nostra scientia, sano & maturo procerum nostrorum, & Imperii Sacri fidelium accedente consilio, autoritate nostra Cæsarea, & de plenitudine potestatis, ac alias omni meliori modo, via, jure & forma, quibus validius & efficacius fieri potest ac debet, eumdem Illustrem Joannem Andream ab Auria Marchionem Turriliæ de prædictis castris & terris cum omnibus & singulis eorumdem hominibus, locis, curiis, territoriis, districtibus, juribus & pertinentiis, redditibus, prærogativis, homagiis, pedagiis, datiis, emolumentis, aquarum decursibus, nemoribus, pascuis, venationibus, regalibus, jurisdictionibus, meroque & mixto Imperio, quemadmodum olim dicti Comites de Flisco eorumque progenitores, ac deinceps memorati quondam Andreas, & Paganus ab Auria ea omnia tenuerunt & possederunt, & cum dicto suo onere tam feudi, quam hypothecæ investivimus, & in feudum nobile, antiquum, avitum, & paternum concedimus, ac memorata loca omnia & singula, nec non quartam partem Casanovæ, cujus acquisitionem unacum instrumento vel instrumentis desuper editis ac omnibus in iisdem contentis, quæ pro expressis haberi volumus, eadem Cæsarea authoritate nostra approbamus & ratificamus, dicto Marchionatui Turriliæ unimus, quicquid in his de æquitate & gratia dare, concedere, & unire possumus & debemus, ita quod ipse Illustris Joannes Andreas ab Auria prædicta castra, terras, loca & feuda cum omnibus eorum regalibus, præeminentiis, territoriis, jurisdictionibus, pertinentiis & aliis, nec non cum dicto suo onere tam feudi, quam hypothecæ perpetuo in feudum nobile, antiquum, avitum & paternum a Nobis, & Sacro Romano Imperio tenere & possidere possit, & valeat, illaque omnia & singula in futurum sint, ac esse debeant in eodem Marchionatu Turriliæ comprehensa, & incorporata, neque ab illo alienari, vel separari queant; Reservantes nihilominus prædicto Illustri Joan. Andreæ ab Auria liberam facultatem supradicta loca, Calicis, Veppi, & Lodani, tanquam a dicto Marchionatu disjun-

disjuncta & separata, quandoque ei libuerit vendendi in totum, seu pro parte, & præsertim agros quos habet in loco Lodani, etiamsi feudales essent, tanquam essent allodia, ita tamen quod illorum pretium convertatur in emptionem locorum dicto Marchionatui Turriliæ adjacentium. Declaramus insuper ac statuimus, quod juxta supramemoratam donationem & Investituram Cesaream, ac dispositionem per quondam Andream ab Auria factam post ipsius Illustris Joannis Andreæ ab Auria mortem eadem castra, terræ, loca, & feuda una cum omnibus eorum Regalibus, præeminentiis, territoriis, Jurisdictionibus, & pertinentiis aliisque præmissis, & cum dicto suo onere tam feudi, quam hypothecæ secundum formam memoratæ Cæsareæ donationis transire debeant ad ejus filium primogenitum masculum, legitimum, & naturalem & de legitimo matrimonio natum & sic ordine successivo de primogenito in primogenitum masculum legitimum & naturalem, & de legitimo matrimonio natum, usque in infinitum, salva tamen, ac reservata ipsi Illustri Joanni Andreæ ab Auria libera facultate disponendi de acquisitis, & acquirendis in secundogenito, aut aliter, quam facultatem eidem concedimus, atque insuper ipsius primogenitum habitum, & idoneum facimus, quod cum primum pubertatem excesserit, possit cum consensu duorum proximiorum Agnatorum, seu sangvine conjunctorum Juribus vigore hujusmodi primogenituræ sibi in dicto Marchionatu competentibus uni ex fratribus suis, quem ipse pater maluerit, renunciare; deficiente autem eorum linea masculina, volumus eadem castra, terras loca, & feuda cum suis Regalibus, præeminentiis, territoriis, Jurisdictionibus, & pertinentiis, aliisque præmissis, & cum dicto suo onere tam feudi, quam hypothecæ transire ad fæminas, unam aut plures, & earum masculos descendentes secundum formam ab ipso Joanne Andrea ab Auria constituendam. Præterea damus & concedimus dicta authoritate Cæsarea & potestatis nostræ plenitudine Joanni Andreæ ab Auria facultatem in memoratis locis, aut aliquo eorum pro arbitrio suo, salvo tamen jure tertiis, & citrà alterius æmulationem, fortalitium, sive arcem construendi, & muniendi, nec non castra antiqua diruendi; item super fructibus dicti Marchionatus, quotiescunque sibi visum fuerit, constituendi annuos census perpetuos, cum pacto tamen redimendi perpetuo pro illis quantitatibus, quibus melius ei visum fuerit, & placuerit, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque; nostris tamen, & Sacri Imperii, & aliorum quorumcunque extra tamen descendentes ab ipso Joanne Andrea ab Auria Juribus semper salvis. Cumque supra memorati quondam Comites de Flisco possessores dictorum Feudorum, vigore privilegiorum suorum fuerint Vicarii Imperiales in Italia, eademque nec non alia quæcunque ipsorum Comitum de Flisco privilegia in sæpe fatum quondam Illustrem Andream ab Auria, & successores translata fuerint, Nos hujusmodi tam Vicariatus, quam aliorum quorumcunque privilegiorum translationem authoritate Cæsarea confirmantes, ita ut prædictus, Joannes Andreas ab Auria, & filius suus primogenitus, nec non ab eodem descendentes primogeniti, vel is ex fratribus, qui per renunciationem primogeniti Marchionatum illum Turriliæ tenuerit & possederit, iisdem privilegiis omnibus & singulis, ac tam monetæ cudendæ, quam aliis eodem modo, quo dicti Comites de Flisco, ac deinceps prædictus Andreas ab Auria illis usi & gavisi sunt, vel uti & gaudere potuerunt, uti, frui, & gaudere possint & debeant, sæpenominatum Jo. Andream ab Auria & Descendentes suos antedictos in Vicarios Imperiales in eodem Marchionatu, nec non omnibus illius locis, castris, terris, & feudis, & Jurisdictionibus, acquisitis & acquirendis constituimus, creamus, & eligimus cum omnibus privilegiis, Jurisdictionibus, honorantiis, dignitatibus, gratiis, indultis, præeminentiis, franchisiis, immunitatibus, libertatibus, & aliis quibuscunque prærogativis, & emolumentis cæteris nostris Vicariis Imperialibus quomodolibet spectantibus consvetudine vel de Jure. Denique ut sæpedictus Joannes Andreas ab Auria, ac ejusdem in dicto Marchionatu Successores supradictis concessionibus, privilegiis, & indultis liberius uti possint, eosdem una cum omnibus hujusmodi Marchionatus Castris, Terris, & locis eorumque pertinentiis, quæ quidem omnia à Nobis & Sacro Imperio immediate recognosci debere decernimus ac aliis quibuscunque bonis à nobis & Sacro Imperio in feudum dependentibus, acquisitis & acquirendis, nec non ipsorum hominibus, colonis, & subditis in nostram ac Sacri Imperii clientelam, protectionem, & salvamgvardiam, in qua & antehac dictus Marchionatus fuit, ac etiamnum est, denuo suscepimus, & assumpsimus, suscipimus, & assumimus harum vigore litterarum, volentes & decernentes, quod idem Johannes Andreas ab Auria & Successores ejus Marchiones Turriliæ sint, censeantur, & esse debeant, una cum memoratis suis Castris, terris & locis, eorumque pertinentiis à Nobis, & Sacro Imperio in feudum dependentibus, ac aliis quibuscunque bonis, acquisitis, & acquirendis, nec non ipsorum hominibus, Ministris, colonis, & subditis, sub hac speciali protectione, tuitione & salvagvardia nostra, & Imperialis Aquilæ nostræ perpetuo salvi, protecti, & securi, possintque & valeant deinceps uti, frui, potiri, & gaudere omnibus & singulis immunitatibus, gratiis, & prærogativis, quibus alii, qui in hujusmodi nostra, & Sacri Imperii salvagvardia, ac protectione constituti sunt, de jure, vel consvetudine utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, citra cujusquam impedimentum, & contradictionem; Neque etiam vel ipsi, vel dicti eorum homines, coloni, & subditi occasione prænominatorum castrorum, terrarum, locorum, feudorum & pertinentiarum, a quocunque hominum coram alio Judice, quam coram nobis, & successoribus nostris, aut iis, quibus hujusmodi

di controversias, & differentias, si quas aliquando inter ipsos & eorum homines, colonos & subditos ex una, ac alias quaslibet personas ex altera parte active, vel passive oriri contigerit, nomine nostro cognoscendas, atque determinandas delegaverimus & commiserimus, in Judicio conveniri, sicque inviti ad aliud Tribunal, quam Imperiale culmen trahi possint, eodem modo quo supradicti Comites de Flisco, ac eorum majores hujusmodi privilegio, ac exemptione fori usi & gavisi sunt; non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia essent de quibus mentionem specialem fieri oporteret, nos enim iis omnibus, & singulis derogamus & derogatum esse volumus per præsentes. Decernentes etiam omnia attentata & attentanda irrita esse & fore, nulliusque roboris & momenti, atque ea omnia hac semper lege quod ipsius Illustris Joannis Andreæ ab Auria hæredes, qui vigore hujus Investituræ nostræ successuri sunt, quotiescunque hujusmodi Marchionatus feuda vacaverint, vel alias casus postulaverit, illa à Nobis & successoribus nostris Romanorum Imperatoribus, vel Regibus recognoscant, & eorum prout moris est Investituram accipiant debitumque homagii & fidelitatis juramentum præstent: Quemadmodum in præmissorum omnium per Nos concessorum recognitionem honorabilis Doctus noster, & Imperii Sacri fidelis dilectus Petrus Baptista Maresanus J. U. D. prædicti Illustris Joannis Andreæ ab Auria procurator legitimus nomine & in animam ipsius plene ad id mandato instructus præstitit. Nulli ergo omnino cujuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existat ac quacunque fulgeat præeminentia, & dignitate, liceat hanc nostram Investituræ, concessionis, unionis, incorporationis, approbationis, ratificationis, declarationis, confirmationis, creationis, salvagvardiæ, exemptionis, assumptionis, voluntatis, decreti & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id tentare, aut attentare præsumpserit, præter nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam pœnam sexaginta marcarum auri puri pro dimidia Imperiali Fisco seu ærario nostro, reliqua vero parte injuriam passi, seu passorum usibus irremissibiliter applicandam se noverit ipso facto incursurum. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ die octava mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, Regnorum nostrorum Romani decimo tertio, Hungarici duodecimo, Bohemici vero vigesimo septimo.

II.

Diploma Rudolphi II. Roman. Imperatoris, quo Joannem Andream ab Auria, Marchionem Turriliæ, ejusque posteros alias nullibi, quam coram Romanorum Imperatoribus, eorundemque Commissariis in jus vocari debere, omnesque in contrarium datas, aut dandas constitutiones nullius esse aut fore momenti ac ponderis, declarat, d. d. 24. Sept. An. 1579.

RODOLPHUS Secundus, Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtemberghæ & Comes Tyrolis &c.

Recognoscimus pro Nobis, & successoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac notum facimus tenore presentium universis; Quod cum Nobis Illustris noster, & Imperii Sacri fidelis dilectus Joannes Andreas ab Auria, Princeps Melphi, Marchio Turriliæ, & Comes Lodani humiliter exposuerit se à Nobis, & Sacro Romano Imperio diversa bona in feudum tenere, nominatim vero Marchionatum Turriliæ, cum aliis eidem Marchionatui unitis & incorporatis, videlicet Castra & loca Carreghæ, Casanovæ, Cariseti, Calesis, Veppi, Cremontis, Grundonæ, Crucis, Vallis Trebiæ, Galbaniæ, Vargi Diocesis Dertonens. & Lunens. Item Lodanum cum suis pertinentiis à dicto Marchionatu, cum eidem unitum fuisset, nuper Cæsarea auctoritate nostra separatum, & distinctum, ac in Comitatum erectum; Nobis humiliter supplicando, ut cum dictus Marchionatus Turriliæ, una cum prænominatis locis eidem unitis, nec non Comitatus Lodani à Nobis, & Sacro Imperio immediate in feudum dependeant, ipseque Joannes Andreas ab Auria, Princeps Melphi, Marchio Turriliæ, & Comes Lodani eorum ratione hactenus neminem alium, quam antecessores nostros Romanorum Imperatores & Reges ac Nos ipsumque Sacrum Imperium recognoverit iisdemque debitam subjectionem præstiterit; vereatur autem, ne quid quicquam concedi contingat, quod in suorum Jurium, & Libertatum, prærogativarum, & immunitatum per eosdem Prædecessores nostros ac Nos præfati Joannis Andreæ ab Auria majoribus, ipsi, & posteris suis concessarum, præsertim vero immediatæ istius recognitionis, & subjectionis iisdem prædecessoribus nostris, Nobis, & Sacro Imperio dumtaxat hucusque præstitæ, quamque deinceps etiam, ut tenerentur, præstituri sint, præjudicium vergat, ipsius Joannis Andreæ ab Auria & hæredum suorum indemnitati hac in parte consulere dignaremur: Nos sane attendentes imprimis multiplicia inconcussæ fidei, & sinceræ devotionis studia, quibus familia hæc prædecessores nostros semper prosecuta est, & quæ tam ipse Joannes Andreas, quam majores sui iisdem prædecessoribus nostris, ac Nobis etiam, Sacroque Imperio, & Inclitæ Domui

mui Austriacæ præstiterunt & deinceps una cum Hæredibus & Successoribus suis non minori effectu, atque studio (uti se paratissimum offert) præstare poterit, & debebit, tum etiam nostra, ac Sacri Romani Imperii interesse, ne quid contra dictum Joannem Andream ab Auria ratione memoratorum bonorum feudalium de facto attentetur, animo deliberato, motu proprio, de Imperialis nostræ potestatis plenitudine, ex certa scientia, ac sano & maturo nostrorum & Imperii Sacri fidelium accedente consilio, non improvide, aut per errorem declarandum duximus, prout etiam declaramus harum vigore litterarum: Quod uti supra nominatus Jo. Andreas ab Auria ratione dictorum bonorum a Nobis & Sacro Imperio immediate in feudum dependentium hactenus divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores & Reges, ac Nos Sacrumque Imperium recognovit, ita tam ipse quam Hæredes, & Posteri sui, nec deinceps quemquam alium præter Nos & Successores nostros Romanorum Imperatores & Reges recognoscere, vel ullam cuiquam alii subjectionem, ut quam Nobis & iisdem Successoribus nostris reservatam esse volumus per præsentes, præstare debeant, vel etiam eorundem feudorum ratione coram quocunque alio Judice, sive Magistratu, quam coram Nobis, & Successoribus nostris antedictis, nostrisque & eorundem Commissariis ad hoc deputandis conveniri possint, & valeant; revocantes & declarantes nullum & inane, si quid contra harum tenorem a quoquam attentatum, vel innovatum fuerit, non obstantibus ullis Privilegiis, ac aliis concessionibus cuicunque Collegio, Universitati, aut personæ, cujuscunque gradus, dignitatis & conditionis illa sint, etiamsi Ducali, vel Regia fulgeant dignitate, sub quocunque prætextu seu colore fiendis, ac sub quibuscunque verborum formis, & expressionibus conceptæ sint, quæ in parte, ut in totum tollerent, aut labefactarent immediatam illam recognitionem, & subjectionem, quam dictus Joannes Andreas ab Auria ratione memoratorum feudorum Nobis & Sacro Romano Imperio dumtaxat secundum continuatam suarum investiturarũ seriem debet, ac aliis quibuscunque contrarium facientibus; Nos enim iis omnibus & singulis, etiamsi talia forent, quæ specialem, & expressam mentionem requirerent, hac in parte scienter, ac de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ declarationis, voluntatis, reservationis, & derogationis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. si quis autem id attentare præsumpserit, is præter nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam pœnam centum Marcarum auri puri, pro medietate Imperiali fisco, seu ærario nostro, reliquam vero partem sæpefato Joanni Andreæ ab Auria, ac ipsius Successoribus toties quoties contrafactum fuerit, irremissibiliter applicandum se noverit ipso facto incursurum. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum.

Datum in Arce nostra Regia Pragæ die XXIV. mensis Septembris Anno Domini millesimo quingentesimo, septuagesimo nono. Regnorum nostrorum quarto, Hungariæ septimo, Bohemiæ quinto &c.

Rudolphus.

III.

Litera Leopoldi, Rom. Imperatoris, quibus Principem Joannem Andream ab Auria Landi, minorennem, de loco & Marchionatu S. Stephani Vallis Avanti omnibusque ejusdem juribus investivit, ipsique Privilegia a Divis Roman. Imperatoribus indulta confirmavit, d. d. 18. Sept. An. 1659.

LEopoldus Divina favente Clementia electus Romanor. Imperator, semper Augustus &c. Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis; Quod cum Nobis Illustris devota nobis grata Violanta Principissa Doria Lomellina, demisissime exponendum curarit a Divo quondam Imperatore Ferdinando Tertio, Domino Prædecessore, & Patre nostro Colendissimo Augustæ memoriæ sibi tanquam matri & tutrici testamentariæ filii sui minorennis Principis Joannis Andreæ ab Auria Landi super loco, & Marchionatu Sancti Stephani Vallis Avanti cum omnibus ejusdem juribus renovationem Investituræ die nona mensis Martii anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo quinto tutorio nomine clementer fuisse concessam, prout ex subinserto diplomatis exemplo liquidius constet.

Ac nunc porro Nos eadem Principissa Violanta Doria Lomellina suppliciter rogarit, quandoquidem Divino aspirante numine in supremo Majestatis Imperialis throno collocati simus, Nosque in supremum, immediatum & directum Dominum suum recognoscere desideret, uti Nos ipsam tanquam matrem, tutricem, ac curatricem filii sui adhuc minorennis primogeniti, mediante persona legitimi Procuratoris, ac Mandatarii sui honorabilis docti nostri, & Sacri Imperii fidelis dilecti Dominici ab Ecclesia, J. V. D. de eodem Marchionatu Sancti Stephani Vallis Avanti & omni ejus districtu, finibus, limitibus, & territoriis, meroque & mixto Imperio, ac gladii potestate, omnimodaque jurisdictione, & aliis juribus, ac pertinentiis suis universis, quocunque vocabulo, appellatione distinctis, & cum omnibus illis privilegiis, prærogativis, potestatibus, auctoritatibus, præeminentiis, libertatibus, immunitatibus, commodis, redditibus & proventibus, quibus quondam Andreas ab Auria præfati Principis Joannis Andreæ minorennis Pater illa omnia tenuit & possedit, benigne investire, atque insuper alia

lia etiam quæcunque privilegia, ac libertatum, prærogativarum, honorumque ornamenta, quæ iisdem concessa, approbata, & confirmata fuerunt, concedere, approbare & confirmare dignaremur. Nos sane perbenigne considerantes plurima, eaque præstantissima Illustris familiæ Auriacæ merita grata inprimis, fidelia atque utilia, quæ cum Divis Prædecessoribus nostris Dominis Avo & Genitori nostro Colendissimis felicissimæ recordationis, tum Sacro Romano Imperio, Augustæ Domui nostræ, atque universæ adeo Reipublicæ Christianæ, quondam Jo. Andreas, & novissime Andreas ab Auria, pater & filius, exulceratissimis hisce temporibus præclara majorum suorum legendo vestigia, egregie, ac pro virili sua præstitit servitia, Nobisque persuasum habentes prædictum Principem Jo. Andream, dum ad legitima pervenerit, uti rerum, & bonorum ab iisdem relictorum hæredem, ita etiam accerrimum paternarum avitarumque virtutum æmulatorem a præclaris progenitorum suorum vestigiis haud usquam recessurum, sed illis firmiter insistendo omnes eo nervos intensurum esse, ut finem Principi, ac Patriæ debitam laudabili majorum suorum exemplo virtuteque duce, cunctis spectatam reddat, & acceptum ab illis decus domesticum non solum ab interitu vindicet, verum etiam propriis in Rempublicam meritis adauctum magis, & illustratum posteritatis suæ memoriæ concedat; equidem pro singulari nostra erga ipsum animi affectione humilibus ejusdem matris precibus deesse haud quaquam potuerimus: Ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano, ac maturo accedente consilio, de Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine, & omni alias meliori modo, via, jure, & forma, quibus validius & efficacius fieri potest, ac debet, eamdem Illustrem Violantam Doriam Lomellinam, uti matrem, tutricem, atque curatricem sæpedicti filii sui minorennis Illustris Jo. Andreæ ab Auria Landi, Principis Melphi, Marchionis Turriliæ & Sancti Stephani Vallis Avanti, una cum titulo, dignitate, honore, præeminentiis, exemptionibus, libertatibus, jurisdictionibus, mero & mixto Imperio, aliisque regalibus, juribus, & pertinentiis antedictis eo plane modo, quo Illustris quondam Andreas ab Auria Pater ipsius, aliique ejusdem majores ea omnia tenuerunt, & possederunt, clementer investimus, atque ea ipsi in feudum nobile, avitum, & paternum pro se, filiis, hæredibusque suis masculis legitimis, & de legitimo matrimonio, lineaque masculina natis, eo scilicet inter liberos suos, quem ipse in ultima voluntate, vel inter vivos duxerit nominandum, modo concedimus quæcumque in his de æquitate, & gratia dare, & concedere possumus & debemus, ita quod ipsa ante nominata Violanta Doria Lomellina nomine tutorio & curatorio prædictum, & feudum Sancti Stephani Vallis Avanti cum memorata ejus dignitate, titulo atque honore Marchionali, item universo ejus districtu, finibus, limitibus, & territorio, meroque & mixto Imperio, gladii potestate & omnimoda jurisdictione, aliisque juribus & pertinentiis suis universis, quocunque vocabulo, & appellatione distinctis, cumque omnibus illis privilegiis, prærogativis, potestatibus, auctoritatibus, præeminentiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, commodis, redditibus, & proventibus, aliisque pertinentiis suprascriptis perpetuo in feudum nobile, antiquum, avitum, & paternum a Nobis, & Sacro Romano Imperio habere, tenere & possidere, ac suo tempore modo præscripto libere de illo inter filios suos, tam inter vivos, quam in ultima voluntate disponere possit, ac valeat, reservata tamen Nobis & Sacro Romano Imperio superioritate, & obsequio feudali, ea nimirum lege, ac conditione, ut ipsa Violanta Doria Lomellina, uti tutrix & curatrix filii sui minorennis, ipsiusque hæredes & descendentes, qui ex forma suprascripta ei in præfato Marchionatu & feudo successuri sunt, eundem Marchionatum, quotiescunque res, & occasio postulaverit, a Nobis, & Successoribus nostris, Romanorum Imperatoribus, vel Regibus, & Sacro Romano Imperio in feudum recognoscant, & super ipso, ut juris, morisque est, investituram accipiant; quemadmodum in præmissorum omnium per Nos concessorum recognitionem supranominatus Dominicus ab Ecclesia, J. U. D. prædictæ Violantæ Doriæ Lomellinæ, uti matris, Tutricis ac Curatricis filii sui minorennis Illustris Joannis Andreæ ab Auria Actor, sive Procurator legitimus nomine, & in animam ipsius pleno ad id mandato instructus, solitum ac debitum homagii ac fidelitatis cum humillima reverentia præstitit Juramentum, quod videlicet ex nunc in antea, Nobis nostrisque Successoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus legitime intrantibus & Sacro Romano Imperio erit fidelis & obediens, nostrumque & Sacri Romani Imperii commodum fideliter promovebit, & quando senserit aliquid contra personam, honorem, & Statum nostrum tractari, pro viribus illud impediet, atque avertet, & Nos de eo quamprimum obsequenter admonebit, ac omnia alia & singula faciet, quæ ratione horum feudorum Domino eorundem supremo, & directo, Romanorum Imperatori de jure, vel consuetudine fieri, ac præstari debent omni dolo ac fraude semota. Porro ut sæpementionatæ Violantæ Doria Lomellinæ Matri, Filii sui minorennis Joannis Andreæ ab Auria, singularem benigni nostri in eam animi propensionem uberius declaremus, scientia & authoritate, quibus supra, confirmamus, ratificamus, approbamus etiam facultatem, protestatem & auctoritatem a Divo quondam Domino Ferdinando primo olim Antonio ab Auria clementer impertitam & concessam, ac successive postmodum per Divos Imperatores, Prædecessores nostros Maximilianum Secundum, Rudolphum Secundum, Matthiam, Ferdinandum Secundum & Ferdinandum Tertium, Dominum Patrem

trem nostrum venerandæ memoriæ, approbatam, & confirmatam, videlicet per totum Romanum Imperium & ubilibet Terrarum Notarios publicos, seu Tabelliones faciendi, Doctores, Magistros & Baccalaureos promovendi, Equites auratos creandi, naturales, Bastardos & similes legitimandi, officinam monetariam exædificandi, atque instruendi, & monetam auream, argenteam & æream cujuscunque generis, sortis, & valoris cudendi, prout hæc omnia in Divorum Imperatorum Diplomatibus, quæ hic pro expresse insertis haberi volumus, prolixe continentur; Ita quod ipsa Violanta Doria Lomellina, tanquam mater, Tutrix & Curatrix filii sui minorennis Joannis Andreæ ab Auria ejusdemque Successores in dicto Loco, & Marchionatu Sancti Stephani Vallis Avanti sint semper, & perpetuo sub sola, & immediata protectione & obedientia nostra Sacrique Romani Imperii, & non alterius, etiam Vicarii Locumtenentis præfati Sacri Romani Imperii, seu cujusvis alterius habentis facultatem, auctoritatem, dignitatem, seu quamlibet aliam potestatem, a prædicto Sacro Romano Imperio, nisi forte a Nobis Commissarii nostri ad sæpedictam Violantam Doriam Lomellinam, uti matrem, Tutricem & Curatricem filii sui ejusdemque Successores specialiter deputentur, quo quidem casu se coram iis sistere tenebuntur. Et quoniam Illustris quondam Andreas ab Auria maritus suus, & præfati minorennis Pater una cum eodem Marchionatu, omnibusque, & singulis ejus bonis, Juribus, rebus ac pertinentiis in Sacri Romani Imperii Clientelam, protectionem, & salvamguardiam assumptus, & susceptus fuit; volumus, ac tenore præsentium, authoritate Nostra Cæsarea, firmiter statuimus, & decernimus, quod sæpedicta quoque Violanta Doria Lomellina, uti mater, Tutrix, & Curatrix filii sui minorennis Illustris Joannis Andreæ ab Auria Landi, Principis Melphi, Marchionis Turriliæ, & Sancti Stephani Vallis Avanti, ejusque in nominato Marchionatu heredes, & Successores legitimi cum eodem Marchionatu atque ejusdem hominibus, subditis, Vassallis, pertinentiis, bonis, redditibus, Vassallagiis & rebus omnibus, quocunque nomine appellentur, deinceps quoque, & inperpetuum sub hac speciali protectione, tutela & salvaguardia nostra, & Imperialis Nostræ Aquilæ sint, & esse possint, valeant, debeant, & teneantur salvi, protecti, tuti, ac securi ab omni gravamine, oppressione, & onere hospitandorum militum, & stipendiariorum, atque uti, frui, potiri & gaudere omnibus & singulis immunitatibus, gratiis & prærogativis, quibus alii in hujusmodi nostra, & Sacri Imperii salvaguardia, & protectione constituti, de jure, vel consuetudine utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, citra cujusquam impedimentum, & contradictionem: Ita tamen, quod prædicta Violanta Doria Lomellina, & Successores in sæpememorato Marchionatu, quotiescunque ab aliquo conventi fuerint, in Judicio coram competente Judice sese sistere debeant, & teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Investituræ, infeudationis, concessionis, gratiæ, libertatis, prærogativæ, protectionis, salvæguardiæ, derogationis, voluntatis, decreti, & mandati paginam infingere, aut eam quovis ausu temerario violare, vel convellere sub pœna nostræ & Sacri Imperii indignationis gravissimæ, & mulcta ducentarum marcarum auri puri pro dimidia parte Fisco nostro Cæsareo, pro reliqua vero parti læsæ, omni veniæ & remissionis spe sublata, ex æquo solvenda totiens, quotiens contra hoc nostrum Cæsareum Diploma peccatum fuerit, & quod hæc rata, valida, & firma haberi velimus. In rei evidens testimonium præsentibus manu nostra subscriptis, sigillum nostrum Cæsareum appendi jussimus. Datum in Arce nostra Regia Posonii die decima octava Mensis Semptembris anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, Regnorum Nostrorum Romani secundo, Hungarici quinto, Bohemici vero quarto &c.

IV.

Literæ Leopoldi, Romanorum Imperat. quibus Principem Johannem Andream ab Auria Landi de Marchionatu, Castris, atque feudis Turriliæ, eorumque annexis, necnon aliis locis in ipsis literis in medium adductis, investivit, in ejusque emolumentum Privilegia a Roman. Imperatoribus indulta confirmavit, d. d. 18. Sept. An. 1659.

LEopoldus &c. Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum Nobis Illustris devota Nobis grata Violanta, Principissa Doria Lomellina, demississime exponendum curarit, a Divo quondam Imperatore Ferdinando Tertio, Domino Prædecessore ac Patre Nostro colendissimo Augustissimæ memoriæ sibi tanquam Matri & Tutrici testamentariæ Filii sui minorennis Principis Joannis Andreæ ab Auria Landi super Marchionatu, Castris, locis, & feudis Turriliæ, Carreghæ, Montis Favani, Calestis, Veppi, Cremontis, Grondunæ, Crucis Vallis, Trebiæ Galbaniæ, Varghi, Montis Acuti, Cariseti Londani, item de mero & mixto Imperio, & jurisdictione plenaria, Castrorum, & Terrarum Marsolanæ, Apaxedis, Vivoloni, cum omnibus & singulis eorundem Castrorum, terrarum, & locorum hominibus, curiis, territoriis, districtibus, prærogativis, homagiis, pedagiis, datiis, emolumentis, aquarum decursibus, nemoribus, pascuis, venationibus, regalibus, jurisdictionibus,

bus, meroque & mixto Imperio, una cum Casæ novæ feudo dicto Marchionatui Turriliæ, alias per gloriosæ memoriæ Imperatorem Rudolphum Secundum unito, investituræ renovationem, aliorumque simul privilegiorum confirmationem obtinuisse, prout ex subinserto, sub die nona Mensis Martii Anni 1655. expediti Diplomatis Nostri Cæsarei exemplo liquidius videre est:

Inserantur investituræ d. d. 9. Mart. 1655.

Ac nunc porro Nobis Domina Principissa Violanta humiliter supplicarit, quandoquidem Divina aspirante gratia ad muneris Imperialis dignitatem, & Augustæ Majestatis Fastigium assumpti simus Nosque in supremum, & directum Dominum suum recognoscere desideret, ut ipsam tanquam matrem, ac tutricem filii sui primogeniti adhuc impuberis, & minorennis Principis Joannis Andreæ ab Auria de eodem Marchionatu, Castris, terris, locis ac feudis Turriliæ & cæteris supradictis, una cum omnibus eorundem pertinentiis, juribus, jurisdictionibus, ac regalibus clementer investire, atque insuper alia etiam quæcunque privilegia, indulta, ac libertatum, prærogativarum, honorumque ornamenta, quæ marito quondam suo Illustri Andreæ ab Auria concessa, approbata, ratificata, & confirmata fuerunt, concedere, approbare, ratificare, & confirmare clementer dignaremur; Nos sane perbenigne considerantes plurima eaque præstantissima Illustris familiæ Auriacæ merita tam grata, inprimis fidelia, atque utilia, quæ cum Divis Prædecessoribus Nostris Dominis Avo, & Patri Nostro colendissimo felicissimæ memoriæ, tum Sacro Romano Imperio, Augustæ Domui Nostræ, atque universæ adeo Reipublicæ Christianæ quondam Joannes Andreas, ac novissime Andreas ab Auria Pater & Filius exulceratissimis hisce temporibus præclara majorum suorum legendo vestigia egregie, ac pro virili sua præstitit, atque Filium quoque suum Minorennem Joannem Andream præstiturum confidimus, servitia, submississimis matris ipsius precibus clementer annuendum duxerimus, ut vigore præsentis nostri diplomatis Cæsarei annuimus. Ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio, & de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, & omni alias meliori modo, via, jure, & forma, quibus validius & efficacius fieri potest, ac debet, Illustrem devotam nobis gratam Violantam Principissam Doriam Lomellinam, uti matrem ac tutricem atque curatricem filii sui minorennis Joannis Andreæ ab Auria Landi, Principis Melphi, Marchionis Turriliæ, & Sancti Stephani Vallis Avanti, de prædictis Marchionatu, castris & locis Turriliæ, Carreghæ, Montis Favani, Calessis, Veppi, Cremontis, Grondunæ, Crucis, Vallis, Trebiæ, Galbaniæ, Varghi, Montisacuti, Cariseti, Lodani, Marsolanæ, Apaxedis, Vivoloni, & Casanovæ cum omnibus & singulis eorundem hominibus, curiis, locis, territoriis, districtibus, juribus, & pertinentiis, redditibus, prærogativis, homagiis, pedagiis, datiis, emolumentis, aquarum decursibus, nemoribus, pascuis, venationibus, regalibus, jurisdictionibus, meroque & mixto Imperio, quemadmodum dictus quondam maritus ipsius præfati Principis minorennis Pater, Andreas ab Auria, ea omnia tenuit, & possedit, clementer investivimus, & in feudum nobile, antiquum, avitum, & paternum concedimus, & memorata loca omnia, & singula, cum toto Castro Casanovæ, dicto Marchionatui Turriliæ, quatenus opus sit, de novo unimus, & quidquid in his de æquitate, & gratia dare, concedere, & elargiri possumus ac debemus, damus, concedimus, atque largimur, ita quod Illustris Violanta Doria Lomellina, prædicta Castra, terras, loca & feuda cum omnibus eorum regalibus, præeminentiis, territoriis, jurisdictionibus, atque aliis perpetuo in feudum nobile, antiquum, avitum, & paternum a Nobis, & Sacro Romano Imperio, tutorio, & curatorio nomine tenere, & possidere possit, & valeat, illaque omnia, & singula sint & esse debeant in eodem Marchionatu Turriliæ comprehensa & incorporata, neque ab illo alienari, vel separari queant.

Reservantes nihilominus prædictæ Violantæ Doriæ Lomellinæ liberam facultatem nomine filii sui minorennis Principis Joannis Andreæ, supradicta loca Callesis Veppi, & Lodani, tanquam in dicto Marchionatu distincta & separata, quandocunque ei libuerit, vendendi in totum seu pro parte, & præsertim in agros, quos habet in loco Lodani, etiamsi feudales forent, tanquam essent allodia, ita tamen, ut illorum pretium convertatur in emptionem locorum dicto Marchionatui adjacentium.

Præterea cum Augustissimus quondam Imperator Maximilianus Secundus pientissimæ memoriæ declaraverit, ac statuerit quod juxta donationem, & investituram Cæsaream ac dispositionem per quondam Joannem ab Auria factam, post ipsius Illustris quondam Joannis Andreæ ab Auria mortem eadem castra, terræ, loca & feuda transire debeant ad ejus filium primogenitum masculum legitimum, & naturalem, eo modo, forma, reservatione, & habilitatione, quibus in supranominato Diplomate continetur, quod insuper deficiente linea masculina, eadem Castra, terræ, loca, & feuda Marchionatus Turriliæ transire debeant ad fœminas, unam aut plures, & earum descendentes masculos, juxta formam ab ipso Joanne Andrea instituendam, & propterea facultatem concesserit, in memoratis locis, aut aliquo eorum pro arbitrio suo (salvis tamen jure tertii & citra alterius æmulationem) fortalitium sive arcem constituendi & muniendi, nec non castra antiqua diruendi, item super fructibus dicti Marchionatus Turriliæ quotiescunque sibi visum fuerit, annuos census perpe-

perpetuos constituendi, cum pacto tamen redimendi, perpetuo cum illis quantitatibus quibus melius ei visum fuerit & placuerit; Ac denique Vicariatus Imper. in Italia, nec non alia quæcunque per qvondam Corvitum de Glisco obtenta & possessa privilegia, utpote in Illustrem quondam Andream ab Auria, ejusdemque successores translata confirmaverit, quorum etiam privilegiorum approbatio, ratificatio ac confirmatio, cum a Sacratissimis Imperatoribus Rudolpho Secundo, Matthia & Ferdinandis Secundo & Tertio, Dominis Avo, Genitore, Agnatis & Prædecessoribus nostris colendissimis, augustissimæ memoriæ, humillime petita, ac benigne sit concessa; Nos itidem prænominatæ Illustri Violantæ Doriæ Lomellinæ, uti matri, tutrici ac curatrici Filii sui minorennis, Principis Joannis Andreæ benignius inclinati, illa omnia & singula inmemorati Divi Imperatoris Maximiliani Secundi diplomate copiosius expressa una cum privilegio, sive exemptione fori, ex certa scientia, authoritate nostra Cæsarea & de Imper. potestatis plenitudine, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, verborum expressionibus, approbamus, confirmamus, & quatenus opus est, de novo concedimus. Postremo ut sæpedicta mater filii sui minorennis Joannis Andreæ ab Auria, Principis Melphi, & Marchionis Turriliæ supra scriptis concessionibus, privilegiis, & indultis, atque hac confirmatione nostra liberius uti possit, eandem cum omnibus ejusdem Marchionatus castris, terris & locis eorumque pertinentiis, quæ quidem omnia a Nobis & Sacro Romano Imperio immediate recognosci debere decernimus, ac aliis quibuscunque a Nobis, & Sacro Imperio bonis in feudum dependentibus, acquisitis & acquirendis, nec non ipsorum hominibus, colonis & subditis, in nostrum & Sacri Imperii clientelam, protectionem & Salvamguardiam, in qua & ante hac dictus Marchionatus fuit, & etiamnum est, denuo suscepimus & assumpsimus, suscipimus & assumimus, harum vigore litterarum. Volentes ac decernentes, quod ejusdem filii minorennis Principis Joannis Andreæ ab Auria Mater una cum memoratis suis castris, terris & locis eorumque pertinentiis a Nobis & Sacro Romano Imperio in feudum dependentibus, & aliis quibuscunque bonis acquisitis & acquirendis, nec non ipsorum hominibus, ministris, colonis & subditis sub hac speciali protectione, tuitione, & Salvaguardia nostra & Aquilæ nostræ perpetuo salva, protecta, & secura ab omni gravamine, oppressione & onere hospitandorum militum & stipendiariorum esse debeat, possitque deinceps uti, frui, potiri, & gaudere omnibus, & singulis immunitatibus, gratiis & prærogativis, quibus alii in hujusmodi nostra & Sacri Imperii Salvaguardia, ac protectione constituti de jure vel consvetudine utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, citra cujusquam impedimentum, & contradictionem, non obstantibus in contrarium quibuscunque, etiamsi talia essent, de quibus mentionem specialem fieri oporteret: Nos enim iis omnibus & singulis derogamus & derogatum esse volumus per præsentes. Decernentes etiam omnia attentata & attentanda irrita esse & fore, nulliusque roboris & momenti, atque ea omnia hac semper lege, quod ipse Illustris Joann. Andreas ab Auria, quamprimum ad legitimæ ætatis suæ annos pervenerit, ipseque per se rebus suis præesse poterit, investituræ hujus Imperialis renovationem petere debitumque hoc nomine homagium de novo præstare teneatur, quem ad modum in præmissorum omnium per nos concessorum recognitionem supradictæ Illustris Violantæ Doriæ Lomellinæ, uti matris, Tutricis ac Curatricis filii sui minorennis Principis Joannis Andreæ, Actor, sive Procurator legitimus, honorabilis, doctus noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Dominicus ab Ecclesia, J. U. D. nomine & in animam ejusdem pleno ad id mandato instructus præstitit.

Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis & conditionis existat, ac quocunque fulgeat præeminentia & dignitate liceat hanc nostræ Investituræ, concessionis, unionis, incorporationis, approbationis, ratificationis, declarationis, confirmationis, protectionis & salvæguardiæ, exemptionis, assumptionis, voluntatis & gratiæ paginam infringere, violare, contemnere, aut ei quovis ausu temerario contraire, si quis autem id attentare præsumpserit, is, præter quod nostram & Sacri Imperii indignationem incurret gravissimam, trecentarum quoque marcarum auri puri probi, uno ex semisse nobis, sive Fisco nostro Imperiali, & ex altero semisse injuriam passi, seu passorum usibus applicandarum, omni remissionis ac veniæ spe præcisa, mulctam dare jam nunc damnatus esto. Harum &c. Quæ dabantur in arce nostra Regia Possonii 18. Septembris, 1659.

V.

Scipionis Gonzagæ, Ducis Sablonettæ, Commissarii Cæsarei, in causa limitis cujusdam, inter Joannem Andream Principem ab Auria, & Marchionem Spinulam, controversi, sententia interlocutoria, d. d. 8. Febr. An. 1670.

Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Scipio Gonzaga, Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli &c. & in hac causa Judex delegatus, & Commissarius Imperialis visis & consideratis &c. cum ex omnibus hinc inde deductis, reproductis & exhibitis, quoad Judicium summariissimi possessorii, ex parte Illustrissimi Domini Marchionis Neapolionis Spinulæ promoti contra Excellentiam Domini Joannis Andreæ, Principis ab Auria, sive Illustrissimam & Excellentissimam Violantem Lomellinam ab Auria, Matrem & curatricem ejusdem Domini Principis, statui

bus, meroque & mixto Imperio, una cum Casæ novæ feudo dicto Marchionatui Turriliæ, alias per gloriosæ memoriæ Imperatorem Rudolphum Secundum unito, investituræ renovationem, aliorumque simul privilegiorum confirmationem obtinuisse, prout ex subinserto, sub die nona Mensis Martii Anni 1655. expediti Diplomatis Nostri Cæsarei exemplo liquidius videre est:

Inserantur investituræ d. d. 9. Mart. 1655.

Ac nunc porro Nobis Domina Principissa Violanta humiliter supplicarit, quandoquidem Divina aspirante gratia ad muneris Imperialis dignitatem, & Augustæ Majestatis Fastigium assumpti simus Nosque in supremum, & directum Dominum suum recognoscere desideret, ut ipsam tanquam matrem, ac tutricem filii sui primogeniti adhuc impuberis, & minorennis Principis Joannis Andreæ ab Auria de eodem Marchionatu, Castris, terris, locis ac feudis Turriliæ & cæteris supradictis, una cum omnibus eorundem pertinentiis, juribus, jurisdictionibus, ac regalibus clementer investire, atque insuper alia etiam quæcunque privilegia, indulta, ac libertatum, prærogativarum, honorumque ornamenta, quæ marito quondam suo Illustri Andreæ ab Auria concessa, approbata, ratificata, & confirmata fuerunt, concedere, approbare, ratificare, & confirmare clementer dignaremur; Nos sane perbenigne considerantes plurima eaque præstantissima Illustris familiæ Auriacæ merita tam grata, inprimis fidelia, atque utilia, quæ cum Divis Prædecessoribus Nostris Dominis Avo, & Patri Nostro colendissimo felicissimæ memoriæ, tum Sacro Romano Imperio, Augustæ Domui Nostræ, atque universæ adeo Reipublicæ Christianæ quondam Joannes Andreas, ac novissime Andreas ab Auria Pater & Filius exulceratissimis hisce temporibus præclara majorum suorum legendo vestigia egregie, ac pro virili sua præstitit, atque Filium quoque suum Minorennem Joannem Andream præstiturum confidimus, servitia, submissisimis matris ipsius precibus clementer annuendum duxerimus, ut vigore præsentis nostri diplomatis Cæsarei annuimus. Ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio, & de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, & omni alias meliori modo, via, jure, & forma, quibus validius & efficacius fieri potest, ac debet, Illustrem devotam nobis gratam Violantam Principissam Doriam Lomellinam, uti matrem ac tutricem atque curatricem filii sui minorennis Joannis Andreæ ab Auria Landi, Principis Melphi, Marchionis Turriliæ, & Sancti Stephani Vallis Avanti, de prædictis Marchionatu, castris & locis Turriliæ, Carreghæ, Montis Favani, Calessis, Veppi, Cremontis, Grondunæ, Crucis, Vallis, Trebiæ, Galbaniæ, Varghi, Montisacuti, Cariseti, Lodani, Marsolanæ, Apaxedis, Vivoloni, & Casanovæ cum omnibus & singulis eorundem hominibus, curiis, locis, territoriis, districtibus, juribus, & pertinentiis, redditibus, prærogativis, homagiis, pedagiis, datiis, emolumentis, aquarum decursibus, nemoribus, pascuis, venationibus, regalibus, jurisdictionibus, meroque & mixto Imperio, quemadmodum dictus quondam maritus ipsius præfati Principis minorennis Pater, Andreas ab Auria, ea omnia tenuit, & possedit, clementer investivimus, & in feudum nobile, antiquum, avitum, & paternum concedimus, & memorata loca omnia, & singula, cum toto Castro Casanovæ, dicto Marchionatui Turriliæ, quatenus opus sit, de novo unimus, & quidquid in his de æquitate, & gratia dare, concedere, & elargiri possumus ac debemus, damus, concedimus, atque largimur, ita quod Illustris Violanta Doria Lomellina, prædicta Castra, terras, loca & feuda cum omnibus eorum regalibus, præeminentiis, territoriis, jurisdictionibus, atque aliis perpetuo in feudum nobile, antiquum, avitum, & paternum a Nobis, & Sacro Romano Imperio, tutorio, & curatorio nomine tenere, & possidere possit, & valeat, illaque omnia, & singula sint & esse debeant in eodem Marchionatu Turriliæ comprehensa & incorporata, neque ab illo alienari, vel separari queant.

Reservantes nihilominus prædictæ Violantæ Doriæ Lomellinæ liberam facultatem nomine filii sui minorennis Principis Joannis Andreæ, supradicta loca Callesis Veppi, & Lodani, tanquam in dicto Marchionatu distincta & separata, quandocunque ei libuerit, vendendi in totum seu pro parte, & præsertim in agros, quos habet in loco Lodani, etiamsi feudales forent, tanquam essent allodia, ita tamen, ut illorum pretium convertatur in emptionem locorum dicto Marchionatui adjacentium.

Præterea cum Augustissimus quondam Imperator Maximilianus Secundus pientissimæ memoriæ declaraverit, ac statuerit quod juxta donationem, & investituram Cæsaream ac dispositionem per quondam Joannem ab Auria factam, post ipsius Illustris quondam Joannis Andreæ ab Auria mortem eadem castra, terræ, loca & feuda transire debeant ad ejus filium primogenitum masculum legitimum, & naturalem, eo modo, forma, reservatione, & habilitatione, quibus in supranominato Diplomate continetur, quod insuper deficiente linea masculina, eadem Castra, terræ, loca, & feuda Marchionatus Turriliæ transire debeant ad fœminas, unam aut plures, & earum descendentes masculos, juxta formam ab ipso Joanne Andrea instituendam, & propterea facultatem concesserit, in memoratis locis, aut aliquo eorum pro arbitrio suo (salvis tamen jure tertii & citra alterius æmulationem) fortalitium sive arcem constituendi & muniendi, nec non castra antiqua diruendi, item super fructibus dicti Marchionatus Turriliæ quotiescunque sibi visum fuerit, annuos census perpe-

perpetuos constituendi, cum pacto tamen redimendi, perpetuo cum illis quantitatibus quibus melius ei visum fuerit & placuerit; Ac denique Vicariatus Imper. in Italia, nec non alia quæcunque per qvondam Corvitum de Glisco obtenta & possessa privilegia, utpote in Illustrem quondam Andream ab Auria, ejusdemque successores translata confirmaverit, quorum etiam privilegiorum approbatio, ratificatio ac confirmatio, cum a Sacratissimis Imperatoribus Rudolpho Secundo, Matthia & Ferdinandis Secundo & Tertio, Dominis Avo, Genitore, Agnatis & Prædecessoribus nostris colendissimis, augustissimæ memoriæ, humillime petita, ac benigne sit concessa; Nos itidem prænominatæ Illustri Violantæ Doriæ Lomellinæ, uti matri, tutrici ac curatrici Filii sui minorennis, Principis Joannis Andreæ benignius inclinati, illa omnia & singula in memorati Divi Imperatoris Maximiliani Secundi diplomate copiosius expressa una cum privilegio, sive exemptione fori, ex certa scientia, authoritate nostra Cæsarea & de Imper. potestatis plenitudine, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, verborum expressionibus, approbamus, confirmamus, & quatenus opus est, de novo concedimus. Postremo ut sæpedicta mater filii sui minorennis Joannis Andreæ ab Auria, Principis Melphi, & Marchionis Turriliæ supra scriptis concessionibus, privilegiis, & indultis, atque hac confirmatione nostra liberius uti possit, eandem cum omnibus ejusdem Marchionatus castris, terris & locis eorumque pertinentiis, quæ quidem omnia a Nobis & Sacro Romano Imperio immediate recognosci debere decernimus, ac aliis quibuscunque a Nobis, & Sacro Imperio bonis in feudum dependentibus, acquisitis & acquirendis, nec non ipsorum hominibus, colonis & subditis, in nostrum & Sacri Imperii clientelam, protectionem & Salvamguardiam, in qua & ante hac dictus Marchionatus fuit, & etiamnum est, denuo suscepimus & assumpsimus, suscipimus & assumimus, harum vigore litterarum. Volentes ac decernentes, quod ejusdem filii minorennis Principis Joannis Andreæ ab Auria Mater una cum memoratis suis castris, terris & locis eorumque pertinentiis a Nobis & Sacro Romano Imperio in feudum dependentibus, & aliis quibuscunque bonis acquisitis & acquirendis, nec non ipsorum hominibus, ministris, colonis & subditis sub hac speciali protectione, tuitione, & Salvaguardia nostra & Aquilæ nostræ perpetuo salva, protecta, & secura ab omni gravamine, oppressione & onere hospitandorum militum & stipendiariorum esse debeat, possitque deinceps uti, frui, potiri, & gaudere omnibus, & singulis immunitatibus, gratiis & prærogativis, quibus alii in hujusmodi nostra & Sacri Imperii Salvaguardia, ac protectione constituti de jure vel consvetudine utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, citra cujusquam impedimentum, & contradictionem, non obstantibus in contrarium quibuscunque, etiamsi talia essent, de quibus mentionem specialem fieri oporteret: Nos enim iis omnibus & singulis derogamus & derogatum esse volumus per præsentes. Decernentes etiam omnia attentata & attentanda irrita esse & fore, nulliusque roboris & momenti, atque ea omnia hac semper lege, quod ipse Illustris Joann. Andreas ab Auria, quamprimum ad legitimæ ætatis suæ annos pervenerit, ipseque per se rebus suis præesse poterit, investituræ hujus Imperialis renovationem petere debitumque hoc nomine homagium de novo præstare teneatur, quem ad modum in præmissorum omnium per nos concessorum recognitionem supradictæ Illustris Violantæ Doriæ Lomellinæ, uti matris, Tutricis ac Curatricis filii sui minorennis Principis Joannis Andreæ, Actor, sive Procurator legitimus, honorabilis, doctus noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Dominicus ab Ecclesia, J. U. D. nomine & in animam ejusdem pleno ad id mandato instructus præstitit.

Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis & conditionis existat, ac quocunque fulgeat præeminentia & dignitate liceat hanc nostræ Investituræ, concessionis, unionis, incorporationis, approbationis, ratificationis, declarationis, confirmationis, protectionis & salvæguardiæ, exemptionis, assumptionis, voluntatis & gratiæ paginam infringere, violare, contemnere, aut ei quovis ausu temerario contraire, si quis autem id attentare præsumpserit, is, præter quod nostram & Sacri Imperii indignationem incurret gravissimam, trecentarum quoque marcarum auri puri probi, uno ex semisse nobis, sive Fisco nostro Imperiali, & ex altero semisse injuriam passi, seu passorum usibus applicandarum, omni remissionis ac veniæ spe præcisa, mulctam dare jam nunc damnatus esto. Harum &c. Quæ dabantur in arce nostra Regia Possonii 18. Septembris, 1659.

V.

Scipionis Gonzagæ, Ducis Sablonettæ, Commissarii Cæsarei, in causa limitis cujusdam, inter Joannem Andream Principem ab Auria, & Marchionem Spinulam, controversi, sententia interlocutoria, d. d. 8. Febr. An. 1670.

Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Scipio Gonzaga, Dux Sablonetæ, Princeps Bozuli &c. & in hac causa Judex delegatus, & Commissarius Imperialis visis & consideratis &c. cum ex omnibus hinc inde deductis, reproductis & exhibitis, quoad Judicium summariissimi possessorii, ex parte Illustrissimi Domini Marchionis Neapolionis Spinulæ promoti contra Excellentiam Domini Joannis Andreæ, Principis ab Auria, sive Illustrissimam & Excellentissimam Violantem Lomellinam ab Auria, Matrem & curatricem ejusdem Domini Principis, statui

ſtatui nequeat, quinam ex contendentibus fuerit in poſſeſſione ſitus controverſi ante contentionem hanc, imo nec principium ejuſdem contentionis clare habeatur, Excellentia Sua inhærendo mandatis Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, de quibus in ejuſdem litteris delegationis, mandavit ut ab uſu exercitioque juris in ſitu controverſo, de quo in delineatione picta ſub Littera O. tam dictus Dominus Princeps ab Auria ſive dicta Domina Principiſſa dicto nomine, quam dictus Dominus Marchio Spinula, & eorum ſubditi ſub pœnis contentis in inhibitoriis Majeſtatis Suæ Cæſareæ ipſis jam præſentibus omnino abſtineant, donec ſuper finibus loci controverſi, ut ſupra, verificandis & reintegrandis cognitum fuerit, & interim fructus ex terris in dicto ſitu controverſo exiſtentes percipiendos penes perſonam per Excellentiam Suam nominandam deponi & ſequeſtrari mandavit, & ſucceſſive terminum unius menſis a die notificationis præſentis inchoando ambabus partibus ad eligendum unum, vel plures compromiſſarios in hac re peritos, quatenus velint, ad effectum verificandi & reintegrandi confinia loci controverſi cum opportuna facultate ac promiſſione exequendi, quicquid ab arbitris eligendis fuerit deſuper laudatum, cum renunciatione omnium jurium laudo gravatis competentium præfixit & aſſignavit, alias dicto termino elapſo & electione prædicta non facta, Excellentia Sua obtulit ſe promptam pro ulteriori litterarum & commiſſionis Cæſareæ executione & Ita &c.

Item quoad expenſas ſubdelegato & Notario debitas & alias hucusque factas ambas partes pro virili condemnavit & ſatisfieri mandavit, & Ita &c. omni &c.

Scipio &c.

Quæ ſententia ſuprascripta lecta, lata & in his ſcriptis promulgata fuit per prælibatum Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum Dominum Ducem, Judicem Commiſſarium, ut ſupra, ſedentem, & per me Notarium & Cancellarium infraſcriptum de mandato &c. publicata & rogata die & anno ſupraſcriptis præſentibus ibidem Perilluſtri Domino Mauritio quondam Domini Hipoliti de Piconis, & Domino Julio Cæſare, filio Joannis Franciſci de Caronis, ambobus Bozuli habitatoribus, teſtibus, qui &c.

Ego Paulus Saronus, Notarius & Cancellarius rogatus.

VI.

Leopoldi, Rom. Imper. literæ, quibus Joanni Andreæ ab Auria Caretti, Duci Turſii, Marchionatum ac loca Calicis & Veppi in feudum contulit, d. d. 25. Aug. An. 1672.

LEopoldus, Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quod cum Nobis nomine Illuſtris noſtri & Sacri Imperii fidelis dilecti, Joannis Andreæ ab Auria Caretti, Ducis Turſi pupilli, ab ejuſdem Tutricibus & Curatricibus, Tutoreque ac Curatore, Illuſtribus, devotis, nobis gratis ac fidelibus dilectis Conſtantia ab Auria Caretti, Joanna Gonzaga ab Auria, Duciſſa Turſi, & Pagano ab Auria, per conſtitutum ſuum Mandatarium humillime expoſitum fuerit, a Nobis ad Imperialis dignitatis faſtigium evectis dicti pupilli Patruum Joannettinum ab Auria ſuper Marchionatu & locis Calicis & Veppi feudo Imperiali die trigeſima prima Octobris anni Milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi noni clementer inveſtitum fuiſſe, prout ex ſubinſertæ Inveſtituræ tenore liqueat:

Inſerantur priores Inveſtituræ.

Qui quidem Joannettinus ab Auria cum die ſexta menſis Martii anni proxime ſuperioris Milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi primi, nulla relicta naturali ac legitima prole, diem ſuum obierit, dictumque nepotem ſuum ex Avo paterno Joannem Andream ab Auria, condito teſtamento, unicum ac univerſalem hæredem ſuum ac ſucceſſorem in bonis omnibus, tam feudalibus, quam allodialibus inſtituerit, ac proinde demiſſiſſime ſupplicatum fuerit, ut non ſolummodo dictam inſtitutionem teſtamentariam benigne approbare, verum ejus vigore etiam dictum Joannem Andream ab Auria, uti proximum defuncti Joannettini Agnatum, cum Nos ipſe in ſupremum, immediatum, ac directum Dominum ſuum recognoſcere, fidelitatisque juramentum atque alia obedientis Vaſalli debita ſervitia, Nobis, ea qua par eſt ſubmiſſione, omnia præſtare deſideret, de prædicto feudo Imperiali Marchionatu Calicis & Veppi cum omnibus ſuis pertinentiis juxta modum & formam inveſtiturarum ab auguſtiſſimæ memoriæ prædeceſſoribus noſtris ac nobis ipſis conceſſarum gratioſe inveſtire dignaremur.

Nos attendentes inſignia merita, quibus univerſæ Auriacorum ac Spinularum familiæ, ac ſpeciatim dictus Joannettinus ab Auria, Divos Prædeceſſores noſtros, & Sacrum Romanum Imperium excoluerunt, grataque fidelitatis & obedientiæ obſequia, quibus Nobis, noſtriſque in Imperio Succeſſoribus deinceps quoque majorum ſuorum exemplo graviter præſtandis, ſupradictus Joannes Andreas ab Auria, Thurſi Dux ſe probare poterit, ac debebit; Humillimæ ejuſmodi ſupplicationi benigne annuendum duximus, uti vigore præſentium annuimum. Proinde ex certa ſcientia, animoque bene deliberato, & alias omni meliori modo, via & forma, quibus validius & efficacius fieri poteſt, prædictam à quondam Joannettino factam Agnati ſui Joannis Andreæ ab Auria teſtamentariam inſtitutionem in omnibus ſuis clauſulis, capitibus, ſententiis, articulis & punctis clementer laudamus, approbamus & confirmamus, omnia

omniaque sub ea contenta rata, fixa, firma, ac valida pronunciamus, atque authoritatis nostræ munimine corroboramus, quemadmodum pariter ex eadem scientia, potestate, atque authoritate sæpe fato Joanni Andreæ ab Auria supplicatum Marchionatum cum omnibus ejusdem pertinentiis ac Juribus quibuscunque in feudum nobile & antiquum dedimus, & concessimus, ipsumque de omnibus & singulis investivimus, prout vigore harum damus, concedimus & investimus, quidquid ipsi in præmissis dare, concedere, investire possumus, vel debemus, recepto tamen prius debito ac consveto fidelitatis & homagii Juramento, quod Nobis legitimus ejusdem Joannis Andreæ ab Auria, supradictorumque ejusdem Tutricum, Curatricum, Tutorisque ac Curatoris sufficienti mandato instructus Procurator, loco, nomine ac vice, atque in animam eorum, honorabilis, doctus noster, & fidelis dilectus atque ad Aulam nostram Cæsaream Agens Joannes Franciscus de Bernhardi J. V. Doctor solemniter præstitit, supplentes omnes & quoscunque defectus tam Juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut quovis modo intervenisse dici, vel allegari possent, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, quæ specialem hic & individuam mentionem requirerent, quibus omnibus & singulis pro hac vice duntaxat authoritate & scientia prædictis derogamus & derogatum esse volumus, nostris tamen & Sacri Imperii atque aliorum Juribus semper salvis & illæsis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Cæsareæ nostræ laudationis, approbationis, confirmationis, ratificationis, investituræ, infeudationis, suppletionis, derogationis, voluntatis, decreti, & gratiæ paginam infringere, violare, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem secus facit, is præterquam quod nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam incurret, viginti marcarum auri puri probi ex semisse in ærarium nostrum Imperiale sive fiscum inferendarum, ex altero vero semisse injuriam passi seu passorum usibus applicandarum omni remissionis ac veniæ spe præcisa mulctam dare jam nunc damnatus esto. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum.

Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ. Die vigesima quinta mensis Augusti, Anno Millesimo, sexcentesimo, septuagesimo secundo, Regnorum nostrorum Romani decimo quinto, Hungarici decimo octavo, Bohemici vero decimo sexto.

VII.

Juramentum fidelitatis nomine Joannis Andreæ ab Auria Landi, Principis Melphi, per ejus Mandatarium, Bonaventuram de Gisgone, Josepho, Roman. Imperatori præstitum, die 27. Sept. An. 1706.

EGo Bonaventura de Gisgone juro ad hæc Sancta Dei Evangelia, quæ hic corporaliter tango, vice ac nomine atque in animam Joannis Andreæ Principis ab Auria Landi, vigore mandati procuratorii in Excelso hoc Consilio Imperiali Aulico per me exhibiti, quod dictus Joannes Andreas ratione Marchionatuum S^ti Stephani Vallis Avanti, & Turriliæ, cum omnibus eorundem Juribus & pertinentiis feudorum Imperialium, de quibus clementer investitus est, Serenissimo & Potentissimo atque Invictissimo Principi ac Domino, Domino Leopoldo Rom. Imperatori Augusto, omnibus ejusdem Successoribus Rom. Imperatoribus ac Regibus legitime intrantibus, adeoque Sacro Romano Imperio perpetuo fidelis & obediens erit ac esse debebit, commoda Sacræ Cæsareæ Majestatis Sacrique Imperii fideliter promovebit, damna vero monebit & avertet, neque unquam sciens per se, vel per alium in consilio vel tractatu erit consensu vel facto, ubi aliquid contra Sacræ Cæsareæ Majestatis personam, honorem, dignitatem & statum quocunque modo agetur, seu concludetur: Et si quid ejusmodi tractari intellexerit, id ipsum pro viribus impediet & ad Sacræ Cæsareæ Majestatis notitiam sine mora perferri curabit, eaque omnia præstabit & faciet, quæ fidelis Imperii Vasallus Domino suo Romanorum Imperatori ac Regi facere & præstare tenetur de consvetudine vel de jure, omni dolo & fraude semotis. Ita eundem Joannem Andream Principem ab Auria Landi Deus adjuvet & hæc Sancta ejus Evangelia.

VIII.

Literæ Josephi, Roman. Imperatoris, quibus Joannem Andream ab Auria Landi, Principem Melphi, de Marchionatu, Castris & Feudis Turriliæ aliisque locis in ipsis literis nominatis, investivit, d.d. 27. Sept. An. 1706.

JOsephus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Nobis Illustris Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Joannes Andreas ab Auria Landi, Princeps Melphi, demississime exponendum curarit, ab Augusto Prædecessore Romanorum Imperatore ac Patre Nostro Leopoldo gloriosissimæ memoriæ Anno 1679. die 27. Febr. sibi super Marchionatu, Castris, Locis & Feudis Turriliæ, Carreghæ, Montis Tavani, Calesiis, Veppi, Cremontis, Grondonæ, Cru-

ſtatui nequeat, quinam ex contendentibus fuerit in poſſeſſione ſitus controverſi ante contentionem hanc, imo nec principium ejuſdem contentionis clare habeatur, Excellentia Sua inhærendo mandatis Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, de quibus in ejuſdem litteris delegationis, mandavit ut ab uſu exercitioque juris in ſitu controverſo, de quo in delineatione picta ſub Littera O. tam dictus Dominus Princeps ab Auria ſive dicta Domina Principiſſa dicto nomine, quam dictus Dominus Marchio Spinula, & eorum ſubditi ſub pœnis contentis in inhibitoriis Majeſtatis Suæ Cæſareæ ipſis jam præſentibus omnino abſtineant, donec ſuper finibus loci controverſi, ut ſupra, verificandis & reintegrandis cognitum fuerit, & interim fructus ex terris in dicto ſitu controverſo exiſtentes percipiendos penes perſonam per Excellentiam Suam nominandam deponi & ſequeſtrari mandavit, & ſucceſſive terminum unius menſis a die notificationis præſentis inchoando ambabus partibus ad eligendum unum, vel plures compromiſſarios in hac re peritos, quatenus velint, ad effectum verificandi & reintegrandi confinia loci controverſi cum opportuna facultate ac promiſſione exequendi, quicquid ab arbitris eligendis fuerit deſuper laudatum, cum renunciatione omnium jurium laudo gravatis competentium præfixit & aſſignavit, alias dicto termino elapſo & electione prædicta non facta, Excellentia Sua obtulit ſe promptam pro ulteriori litterarum & commiſſionis Cæſareæ executione & Ita &c.

Item quoad expenſas ſubdelegato & Notario debitas & alias hucuſque factas ambas partes pro virili condemnavit & ſatisfieri mandavit, & Ita &c. omni &c.

Scipio &c.

Quæ ſententia ſupraſcripta lecta, lata & in his ſcriptis promulgata fuit per prælibatum Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum Dominum Ducem, Judicem Commiſſarium, ut ſupra, ſedentem, & per me Notarium & Cancellarium infraſcriptum de mandato &c. publicata & rogata die & anno ſupraſcriptis præſentibus ibidem Perilluſtri Domino Mauritio quondam Domini Hipoliti de Piconis, & Domino Julio Cæſare, filio Joannis Franciſci de Caronis, ambobus Bozuli habitatoribus, teſtibus, qui &c.

Ego Paulus Saronus, Notarius & Cancellarius rogatus.

VI.

Leopoldi, Rom. Imper. literæ, quibus Joanni Andreæ ab Auria Caretti, Duci Turſii, Marchionatum ac loca Calicis & Veppi in feudum contulit, d. d. 25. Aug. An. 1672.

LEopoldus, Divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quod cum Nobis nomine Illuſtris noſtri & Sacri Imperii fidelis dilecti, Joannis Andreæ ab Auria Caretti, Ducis Turſi pupilli, ab ejuſdem Tutricibus & Curatricibus, Tutoreque ac Curatore, Illuſtribus, devotis, nobis gratis ac fidelibus dilectis Conſtantia ab Auria Caretti, Joanna Gonzaga ab Auria, Duciſſa Turſi, & Pagano ab Auria, per conſtitutum ſuum Mandatarium humillime expoſitum fuerit, a Nobis ad Imperialis dignitatis faſtigium evectis dicti pupilli Patruum Joannettinum ab Auria ſuper Marchionatu & locis Calicis & Veppi feudo Imperiali die trigeſima prima Octobris anni Milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi noni clementer inveſtitum fuiſſe, prout ex ſubinſertæ Inveſtituræ tenore liqueat:

Inſerantur priores Inveſtituræ.

Qui quidem Joannettinus ab Auria cum die ſexta menſis Martii anni proxime ſuperioris Milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi primi, nulla relicta naturali ac legitima prole, diem ſuum obierit, dictumque nepotem ſuum ex Avo paterno Joannem Andream ab Auria, condito teſtamento, unicum ac univerſalem hæredem ſuum ac ſucceſſorem in bonis omnibus, tam feudalibus, quam allodialibus inſtituerit, ac proinde demiſſiſſime ſupplicatum fuerit, ut non ſolummodo dictam inſtitutionem teſtamentariam benigne approbare, verum ejus vigore etiam dictum Joannem Andream ab Auria, uti proximum defuncti Joannettini Agnatum, cum Nos ipſe in ſupremum, immediatum, ac directum Dominum ſuum recognoſcere, fidelitatisque juramentum atque alia obedientis Vaſalli debita ſervitia, Nobis, ea qua par eſt ſubmiſſione, omnia præſtare deſideret, de prædicto feudo Imperiali Marchionatu Calicis & Veppi cum omnibus ſuis pertinentiis juxta modum & formam inveſtiturarum ab auguſtiſſimæ memoriæ prædeceſſoribus noſtris ac nobis ipſis conceſſarum gratioſe inveſtire dignaremur.

Nos attendentes inſignia merita, quibus univerſæ Auriacorum ac Spinularum familiæ, ac ſpeciatim dictus Joannettinus ab Auria, Divos Prædeceſſores noſtros, & Sacrum Romanum Imperium excoluerunt, grataque fidelitatis & obedientiæ obſequia, quibus Nobis, noſtriſque in Imperio Succeſſoribus deinceps quoque majorum ſuorum exemplo graviter præſtandis, ſupradictus Joannes Andreas ab Auria, Thurſi Dux ſe probare poterit, ac debebit; Humillimæ ejuſmodi ſupplicationi benigne annuendum duximus, uti vigore præſentium annuimum. Proinde ex certa ſcientia, animoque bene deliberato, & alias omni meliori modo, via & forma, quibus validius & efficacius fieri poteſt, prædictam à quondam Joannettino factam Agnati ſui Joannis Andreæ ab Auria teſtamentariam inſtitutionem in omnibus ſuis clauſulis, capitibus, ſententiis, articulis & punctis clementer laudamus, approbamus & confirmamus, omnia

omniaque sub ea contenta rata, fixa, firma, ac valida pronunciamus, atque authoritatis nostræ munimine corroboramus, quemadmodum pariter ex eadem scientia, potestate, atque authoritate sæpe fato Joanni Andreæ ab Auria supplicatum Marchionatum cum omnibus ejusdem pertinentiis ac Juribus quibuscunque in feudum nobile & antiquum dedimus, & concessimus, ipsumque de omnibus & singulis investivimus, prout vigore harum damus, concedimus & investimus, quidquid ipsi in præmissis dare, concedere, investire possumus, vel debemus, recepto tamen prius debito ac consveto fidelitatis & homagii Juramento, quod Nobis legitimus ejusdem Joannis Andreæ ab Auria, supradictorumque ejusdem Tutricum, Curatricum, Tutorisque ac Curatoris sufficienti mandato instructus Procurator, loco, nomine ac vice, atque in animam eorum, honorabilis, doctus noster, & fidelis dilectus atque ad Aulam nostram Cæsaream Agens Joannes Franciscus de Bernhardi J. V. Doctor solemniter præstitit, supplentes omnes & quoscunque defectus tam Juris, quam facti, si qui in præmissis intervenissent, aut quovis modo intervenisse dici, vel allegari possent, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, quæ specialem hic & individuam mentionem requirerent, quibus omnibus & singulis pro hac vice duntaxat authoritate & scientia prædictis derogamus & derogatum esse volumus, nostris tamen & Sacri Imperii atque aliorum Juribus semper salvis & illæsis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Cæsareæ nostræ laudationis, approbationis, confirmationis, ratificationis, investituræ, infeudationis, suppletionis, derogationis, voluntatis, decreti, & gratiæ paginam infringere, violare, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem secus facit, is præterquam quod nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam incurret, viginti marcarum auri puri probi ex semisse in ærarium nostrum Imperiale sive fiscum inferendarum, ex altero vero semisse injuriam passi seu passorum usibus applicandarum omni remissionis ac veniæ spe præcisa mulctam dare jam nunc damnas esto. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum.

Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ. Die vigesima quinta mensis Augusti, Anno Millesimo, sexcentesimo, septuagesimo secundo, Regnorum nostrorum Romani decimo quinto, Hungarici decimo octavo, Bohemici vero decimo sexto.

VII.

Juramentum fidelitatis nomine Joannis Andreæ ab Auria Landi, Principis Melphi, per ejus Mandatarium, Bonaventuram de Gisgone, Josepho, Roman. Imperatori præstitum, die 27. Sept. An. 1706.

EGo Bonaventura de Gisgone juro ad hæc Sancta Dei Evangelia, quæ hic corporaliter tango, vice ac nomine atque in animam Joannis Andreæ Principis ab Auria Landi, vigore mandati procuratorii in Excelso hoc Consilio Imperiali Aulico per me exhibiti, quod dictus Joannes Andreas ratione Marchionatuum S^ti^ Stephani Vallis Avanti, & Turriliæ, cum omnibus eorundem Juribus & pertinentiis feudorum Imperialium, de quibus clementer investitus est, Serenissimo & Potentissimo atque Invictissimo Principi ac Domino, Domino Leopoldo Rom. Imperatori Augusto, omnibus ejusdem Successoribus Rom. Imperatoribus ac Regibus legitime intrantibus, adeoque Sacro Romano Imperio perpetuo fidelis & obediens erit ac esse debebit, commoda Sacræ Cæsareæ Majestatis Sacrique Imperii fideliter promovebit, damna vero monebit & avertet, neque unquam sciens per se, vel per alium in consilio vel tractatu erit consensu vel facto, ubi aliquid contra Sacræ Cæsareæ Majestatis personam, honorem, dignitatem & statum quocunque modo agetur, seu concludetur: Et si quid ejusmodi tractari intellexerit, id ipsum pro viribus impediet & ad Sacræ Cæsareæ Majestatis notitiam sine mora perferri curabit, eaque omnia præstabit & faciet, quæ fidelis Imperii Vasallus Domino suo Romanorum Imperatori ac Regi facere & præstare tenetur de consvetudine vel de jure, omni dolo & fraude semotis. Ita eundem Joannem Andream Principem ab Auria Landi Deus adjuvet & hæc Sancta ejus Evangelia.

VIII.

Literæ Josephi, Roman. Imperatoris, quibus Joannem Andream ab Auria Landi, Principem Melphi, de Marchionatu, Castris & Feudis Turriliæ aliisque locis in ipsis literis nominatis, investivit, d. d. 27. Sept. An. 1706.

JOsephus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Nobis Illustris Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Joannes Andreas ab Auria Landi, Princeps Melphi, demississime exponendum curarit, ab Augusto Prædecessore Romanorum Imperatore ac Patre Nostro Leopoldo gloriosissimæ memoriæ Anno 1679. die 27. Febr. sibi super Marchionatu, Castris, Locis & Feudis Turriliæ, Carreghæ, Montis Tavani, Calesis, Veppi, Cremontis, Grondonæ, Cru-

cis, Vallis, Trebiæ, Galbaniæ, Vaighi, Montis acuti, Cariseti, Lodani, item de mero & mixto imperio & jurisdictione plenaria castrorum & terrarum Mazzolariæ, Apaxedis, Vivoloni, cum omnibus & singulis eorundem castrorum, terrarum & locorum, hominibus, Curiis, territoriis, districtibus, prærogativis, homagiis, pedagiis, emolumentis, aquarum decursibus, nemoribus, pascuis, venationibus, regalibus, jurisdictionibus, meroque & mixto Imperio, una cum Casanovæ feudo dicto Marchionatui Turriliæ alias per gloriosissimæ memoriæ Imperatorem Rudolphum secundum unito investituræ renovationem aliorumque simul privilegiorum confirmationem concessam esse, prout ex subinserto Diplomatis Nostri Cæsarei desuper expediti exemplo liquidius videre est.

Inseratur memoratum investitura diploma.

Ac nunc porro Nobis post altissimæ dictæ suæ Cæsareæ Majestatis obitum ad Imperii culmen elevatis dictus Princeps Joannes Andreas ab Auria Landi humiliter supplicaverit, ut cum & Nos in supremum & directum Dominum suum recognoscere desideret, se etiam de eodem Marchionatu, castris, terris, locis ac Feudis Turriliæ & cæteris supradictis una cum omnibus eorundem pertinentiis, juribus, jurisdictionibus, ac Regalibus clementer investire, atque insuper alia etiam quæcunque Privilegia, Indulta ac libertatum, prærogativarum, honorumque ornamenta, quæ patri quondam suo Illustri Andreæ ab Auria concessa, approbata, ratificata & confirmata fuerunt, concedere, approbare, ratificare & confirmare clementer dignaremur: Nos sane perbenigne considerantes plurima eaque præstantissima illustris Familiæ Auriacæ merita, tum grata imprimis fidelia, atque utilia, quæ cum Divis Prædecessoribus Nostris Dominis Proavo, Avo & Patri Nostro Colendissimis felicissimæ recordationis, tum Sacro Romano Imperio, Augustæ Domui Nostræ atque universæ adeo Reipublicæ Christianæ quondam Joannes Andreas ac novissime Andreas ab Auria Pater & filius exulceratissimis temporibus istis præclara Majorum suorum legendo vestigia egregie ac pro virili sua præstitit, atque prædictum Illustrem Joannem Andream porro præstiturum confidimus servitia, submississimis ipsius precibus clementer annuendum duximus, cui vigore præsentis Nostri Diplomatis Cæsarei annuimus. Ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio & de Cæsareæ Nostræ potestatis plenitudine, & omni alias meliori modo, via, jure & forma, quibus validius & efficacius fieri potest, ac debet, Illustrem Nostrum & Sacri Romani Imperii fidelem dilectum Joannem Andream ab Auria Landi, Melphi Principem, Marchionem Turriliæ & Sancti Stephani, Vallis Avanti, de prædictis Marchionatu, castris, terris & locis Turriliæ, Carreghæ, Montis Tavani, Calessis, Veppi, Cremontis, Grondonæ, Crucis, Vallis, Trebiæ, Galbaniæ, Vaighi, Montis acuti, Cariseti, Lodani, Marsolanæ, Apaxedis, Vivoloni & Cassanova cum omnibus & singulis eorundem hominibus, curiis, locis, territoriis, districtibus, juribus & pertinentiis, redditibus, prærogativis, homagiis, pedagiis, datiis, emolumentis, aquarum decursibus, nemoribus, pascuis, venationibus, regalibus, Jurisdictionibus, meroque & mixto Imperio, quemadmodum dictus quondam Pater ipsius Andreas ea omnia tenuit, & possedit, clementer investivimus & in Feudum concessimus ac tenore præsentium investimus, & in Feudum nobile, antiquum, avitum & paternum concedimus, & memorata Loca omnia & singula cum toto castro Cassanovæ dicto Marchionatui Turriliæ, quatenus opus sit, de novo unimus & quicquid in his de æquitate & gratia dare & concedere, & elargiri possumus ac debemus, damus, concedimus atque elargimur, ita, quod dictus Illustris Princeps Joannes Andreas ab Auria Landi prædicta castra, terras, loca & feuda cum omnibus eorum Regalibus, præeminentiis, territoriis, jurisdictionibus, atque aliis perpetuo in Feudum nobile, antiquum, avitum & paternum à Nobis & Sacro Romano Imperio tenere & possidere possit & valeat, illaque omnia & singula sint & esse debeant in eodem Marchionatu Turriliæ comprehensa & incorporata, neque ab illo alienari vel separari queant. Reservantes nihilominus prædicto Principi Joanni Andreæ liberam facultatem supradicta loca, Calessis, Veppi & Lodani, tanquam in dicto Marchionatu disjuncta & separata, quandocunque ei libuerit, vendendi, in totum, seu pro parte, & præsertim agros, quos habet in loco Lodani, etiamsi feudales forent, tanquam essent allodia, ita tamen, ut illorum pretium convertatur in emtionem locorum dicto Marchionatui adjacentium. Præterea cum Augustissimus quondam Imperator Maximilianus secundus, pientissimæ memoriæ, declaraverit ac statuerit, quod juxta donationem & investituram Cæsaream ac dispositionem per quondam Joannem ab Auria factam, post Illustris quondam Joannis Andreæ ab Auria mortem, eadem castra, terræ, loca & feuda transire debeant ad ejus filium primogenitum, masculum, legitimum & naturalem, eo modo, forma, reservatione & habilitatione, quibus in supra nominato Diplomate continetur, quod insuper deficiente Linea Masculina, eadem castra, terræ, loca & Feuda Marchionatus Turriliæ transire debeant ad fœminas unam, aut plures, & earum descendentes Masculos, juxta formam ab ipso Joanne Andrea instituendam, & præterea facultatem concesserit in memoratis locis, aut aliquo eorum pro arbitrio suo (salvo tamen jure tertii & citra alterius æmulationem) fortalitium sive arcem construendi & muniendi, nec non castra antiqua diruendi, item super fructibus dicti Marchionatus Turriliæ, quotiescunque sibi visum fuerit, annuos census perpetuos constituendi, cum pacto tamen redimendi perpetuo cum illis qualitatibus, quibus melius ei visum fuerit & placuerit, ac denique

Vica-

Vicariatus Imperialis in Italia, necnon alia quæcunque per quondam Comitem de Flisco obtenta & possessa privilegia, utpote in illustrem quondam Andream ab Auria ejusdemque Successores translata, confirmaverit, quorum etiam privilegiorum approbatio ac confirmatio, cum a Sacratissimis Imperatoribus Rudolpho Secundo, Matthia & Ferdinandis Secundo & Tertio, atque Leopoldo, Dominis Proavo, Avo, Genitore, Agnatis & Prædecessoribus nostris colendissimis Augustæ memoriæ humillime petita ac benigne sit concessa: Nos itidem prænominato Illustri Principi Joanni Andreæ benignius inclinati illa omnia & singula in memorati Divi Imperatoris Maximiliani Secundi diplomate copiosius expressa, una cum privilegio sive exemptione fori, ex certa scientia, authoritate nostra Cæsarea & de Imperialis potestatis plenitudine in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, verborum expressionibus, approbamus, confirmamus, &, quatenus opus est, de novo concedimus. Postremo ut sæpius dictus Joannes Andreas ab Auria Princeps Melphi & Marchio Turriliæ supradictis concessionibus, privilegiis & indultis, atque hac confirmatione nostra liberius uti possit, eundem cum omnibus ejusdem Marchionatus castris, terris & locis, eorum pertinentiis, quæ quidem omnia a Nobis & Sacro Romano Imperio immediate recognosci debere decernimus, ac aliis quibuscunque a Nobis & Sacro Imperio bonis in feudum dependentibus, acquisitis & acquirendis, nec non ipsorum hominibus, colonis & subditis in nostram & Sacri Imperii clientelam, protectionem & salvam guardiam, in qua & antehac dictus Marchionatus fuit & etiamnum est, denuo suscepimus & assumimus harum vigore iterum volentes & decernentes, quod idem Princeps Joannes Andreas ab Auria una cum memoratis suis castris, terris & locis eorumque pertinentiis a Nobis & Sacro Romano Imperio in feudum dependentibus, & aliis quibuscunque bonis acquisitis & acquirendis, nec non ipsorum hominibus, Ministris, colonis & subditis sub hac speciali protectione, tuitione & salva guardia nostra & Imperialis Aquilæ nostræ perpetuo salvus, protectus & securus ab omni gravamine, oppressione & onere hospitandorum militum & stipendiariorum esse debeat, possitque deinceps uti, frui, potiri & gaudere omnibus & singulis immunitatibus, gratiis, & prærogativis, quibus alii, qui in hujusmodi nostra & Sacri Imperii salvaguardia ac protectione constituti sunt, de jure vel consuetudine utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, citra cujusquam impedimentum & contradictionem, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia essent, de quibus mentionem specialem fieri oporteret; Nos enim iis omnibus & singulis derogamus & derogatum esse volumus per præsentes. Decernentes etiam, omnia attentata & attentanda irrita esse & fore, nulliusque roboris & momenti, atque ea omnia hac semper lege, quod ipse Illustris Princeps Joannes Andreas omnesque ejus Successores, quotiescunque casus tulerit, Investituræ hujus Imperialis renovationem petere, debitumque hoc nomine homagium de novo præstare teneatur, quandoquidem in præmissorum omnium per Nos concessorum recognitionem supradicti Illustris Principis Joannis Andreæ Actor sive Procurator legitimus, honorabilis Consiliarius Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Bonaventura de Gisgone a Carthagine, nomine & in animam ejusdem pleno ad id Mandato instructus præstitit. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis & conditionis existat, ac quibuscunque fulgeat præeminentia & dignitate, liceat hanc nostræ Investituræ, concessionis, unionis, incorporationis, approbationis, ratificationis, declarationis, confirmationis, protectionis, & salvæguardiæ, exemptionis, assumptionis, voluntatis & gratiæ paginam infringere, violare, contemnere, aut ei quovis ausu temerario contraire, si quis autem id attentare præsumpserit, is præter quod nostram & Sacri Imperii indignationem incurret gravissimam, trecentorum quoque Marcarum auri puri, probi, sui, ex semisse ærario sive Fisco Nostro Imperiali & ex altero semisse injuriam passi seu passorum usibus applicandarum, omni remissionis ac veniæ spe præcisa, mulctam dare nunc damnas esto. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli Nostri Cæsaræi appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate Austriæ Vienna die 27. Septembris Anno Domini 1706. Regnorum nostrorum Romani XVII. Hungarici XIX. Bohemici Secundo.

Josephus.

V. Fridr. C. Comes de Schönborn.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium,

Lutzo Dolberg.

IX.

Literæ Josephi, Roman. Imperatoris, quibus Joanni Andreæ ab Auria Landi, Principi Melphi, Marchionatum Sancti Stephani Vallis Avanti, cum omnibus ejusdem juribus, in feudum dedit, d. d. 27. Sept. An. 1706.

JOsephus, Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium, quod cum Nobis Illustris Noster & Sacri Romani Imperii fidelis dilectus, Joannes Andreas ab Auria Landi Princeps Melphi de-mis-

missfissime exponendum curavit, ab Augusto Prædecessore Romanorum Imperatore ac Patre Nostro Leopoldo gloriosissimæ memoriæ sibi supra loco & Marchionatu S. Stephani Vallis Avanti cum omnibus ejusdem juribus, renovationem Investituræ die 27. Febr. Anno 1679. clementer fuisse concessam, prout ex subinserto Diplomatis Exemplo liquidius constet:

Inseratur Diploma de Anno 1679.

Ac nunc porro Nos post altissime dictæ Suæ Cæsareæ Majestatis obitum ad Imperii culmen elevatos, dictus Princeps Joannes Andreas ab Auria Landi suppliciter rogaverit, ut, cum & Nos in supremum immediatum & directum Dominum suum recognoscere desideret, Nos ipsum mediante persona legitimi Procuratoris, ac Mandatarii sui, honorabilis Consiliarii Nostri & Sacri Imperii fidelis dilecti, Bonaventuræ de Gisgone a Carthagine de eodem Marchionatu St. Stephani, Vallis Avanti, & omni ejus districtu, finibus, limitibus & territoriis, meroque & mixto Imperio, ac gladii potestate, omnimodaque jurisdictione, & aliis juribus ac pertinentiis suis universis quocunque vocabulo & appellatione distinctis, & cum omnibus illis privilegiis, prærogativis, potestatibus, auctoritatibus, præeminentiis, libertatibus, quibus quondam Andreas ab Auria Pater suus illa omnia tenuit & possedit, benigne investire, atque insuper alia etiam quæcunque privilegia ac libertatum, prærogativarum, honorumque ornamenta, quæ iisdem concessa, approbata & confirmata fuerunt, concedere, approbare & confirmare dignaremur: Nos sane perbenigne considerantes plurima, eaque præstantissima Illustris familiæ Auriacæ merita, tum grata imprimis, fidelia, atque utilia, quæ cum Divis Prædecessoribus Nostris, Dominis Patruo, Avo, & Genitori Nostro Colendissimis, felicissimæ recordationis, tum Sacro Romano Imperio, Augustæ Domui Nostræ, atque universæ adeo Reipublicæ Christianæ quondam Andreas, & novissime Joannes Andreas ab Auria, ejus filius, exulceratissimis temporibus illis, præclara majorum suorum legendo vestigia, egregie ac pro virili sua præstitit servitia, nobisque persuasum habentes, prædictum Principem Joannem Andream, uti verum rerum & bonorum ab iisdem relictorum hæredem, ita etiam acerrimum paternarum avitarumque virtutum æmulatorem a præclaris progenitorum suorum vestigiis haud usquam recessurum, sed illis firmiter insistendo omnes eo nervos intensurum esse, ut fidem summo Principi ac Patriæ debitam laudabili majorum suorum exemplo, virtuteque duce cunctis spectatam reddat, acceptum ab illis decus domesticum non solum ab interitu vindicet, verum etiam propriis in Rempublicam meritis adauctum magis & illustratum posteritatis suæ memoriæ commendet; equidem pro singulari nostra erga ipsum animi affectione humillimis ejusdem precibus deesse haudquaquam potuimus. Ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio & de Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine, & omni alias meliori modo, via, jure & forma, quibus validius & efficacius fieri potest ac debet, eundem Illustrem Joannem Andream ab Auria Landi, Principem Melphi, Marchionem Turriliæ & Sancti Stephani Vallis Avanti, de prædicto loco, & Marchionatu, Sancti Stephani Vallis Avanti, una cum titulo, dignitate, honore, præeminentiis, exemptionibus, libertatibus, jurisdictionibus, mero & mixto Imperio, aliisque regalibus, juribus & pertinentiis antedictis, eo plane modo, quo Illustris quondam Andreas ab Auria Pater ipsius, aliique ejusdem majores ea omnia tenuerunt & possederunt, clementer investimus, atque ea ipsi in feudum nobile, antiquum, avitum & paternum, pro se, filiis, hæredibus suis masculis legitimis & de legitimo matrimonio, lineaque masculina natis, eo scilicet inter liberos suos, quem ipse in ultima voluntate vel inter vivos duxerit nominandum, modo, concedimus, quæcunque in his de æquitate & gratia dare & concedere possumus & debemus, ita quod ipse antenominatus Princeps Joannes Andreas ab Auria Landi prædictum Marchionatum & Feudum St. Stephani Vallis Avanti, cum memorata ejus dignitate, titulo atque honore Marchionatus, item universo ejus districtu, finibus, limitibus & territorio, meroque & mixto Imperio, gladiique potestate & omnimoda jurisdictione, aliisque juribus, & pertinentiis suis universis quocunque vocabulo & appellatione distinctis, cumque omnibus illis privilegiis, prærogativis, potestatibus, auctoritatibus, præeminentiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, commodis, redditibus & proventibus, aliisque pertinentiis suprascriptis perpetuo in feudum nobile, antiquum, avitum & paternum a Nobis & Sacro Romano Imperio habere, tenere & possidere, ac suo tempore, modo præscripto, libere de illo inter filios suos, tum inter vivos, quam in ultima voluntate disponere possit ac valeat, reservata tamen Nobis & Sacro Romano Imperio superioritate & obsequio feudali, ea nimirum lege ac conditione, ut ipse Princeps Joannes Andreas ipsiusque hæredes & descendentes, qui ex forma suprascripta & in præfato Marchionatu & Feudo successuri sunt, eundem Marchionatum, quotiescunque res & occasio postulaverit, a Nobis & successoribus nostris Romanorum Imperatoribus, vel Regibus, & Sacro Rom. Imperio in Feudum recognoscant & super ipso, ut juris morisque est, investituram accipiant, quemadmodum in præmissorum omnium per Nos concessorum recognitionem Consiliarius Noster Bonaventura de Gisgone, actor suus sive Procurator legitimus, nomine & in animam ipsius ad id Mandato instructus, solitum ac debitum Imperio fidelitatis cum humillima reverentia præstitit juramentum, quod videlicet ex nunc in antea Nobis Nostisque Successoribus Romanorum Imperatori-

toribus & Regibus legitime intrantibus, & Sacro Romano Imperio erit fidelis & obediens, Nostrumque & Sacri Imperii Romani commodum fideliter promovebit, & quando sciet aliquid contra Personam Nostram & Statum Nostrum tractari, pro viribus illud impediet, admonebit, ac omnia alia & singula, quæ ratione horum feudorum Domino eorundem supremo & directo Romanorum Imperatori de jure vel consuetudine fieri ac præstari debent, omni dolo ac fraude semota. Porro, ut sæpementionato Joanni Andreæ ab Auria singularem benigni Nostri erga se animi propensionem uberius declaremus, scientia & auctoritate quibus supra confirmamus, ratificamus & approbamus etiam facultatem, potestatem & auctoritatem a divo quondam Domino Ferdinando Primo olim Antonio ab Auria clementer impertitam & concessam, ac successive postmodum per Divos Imperatores, Prædecessores Nostros Maximilianum Secundum, Rudolphum Secundum, Matthiam, Ferdinandum Secundum, Ferdinandum Tertium & Leopoldum D. Patrem Nostrum venerandæ memoriæ approbatam & confirmatam, videlicet per totum Romanum Imperium & ubilibet terrarum Notarios publicos seu Tabelliones faciendi, Doctores, Magistros & Baccalaureos promovendi, Equites auratos creandi, Naturales, Bastardos, & similes legitimandi, officinam monetariam exædificandi atque instruendi, & monetam auream, argenteam & æream, cujuscunque generis, sortis & valoris cudendi, prout hæc omnia in divorum Imperatorum Diplomatibus, quæ hic pro expresse insertis haberi volumus, prolixe continentur, ita quod ipse Princeps Joannes Andreas ejusdemque Successores in dicto loco & Marchionatu St. Stephani Vallis Avanti sint semper & perpetuo sub sola & immediata protectione & obedientia Nostra, Sacri Rom. Imperii, & non alterius, etiam Vicarii locum tenentis præfati Sacri Imperii Romani, seu cujuslibet alterius habentis facultatem, auctoritatem, dignitatem, seu quamlibet aliam potestatem a prædicto Sacro Romano Imperio, nisi forte a Nobis Commissarii Nostri ad sæpedictum Principem Joannem Andream ejusdemque Successores specialiter deputentur, quo quidem casu se coram eis sistere tenebuntur. Et quoniam Illustris quondam Andreas ab Auria Pater suus una cum eodem Marchionatu omnibusque & singulis ejus bonis, ejusque juribus, rebus & pertinentiis in Sacri Imperii clientelam, protectionem & salvam guardiam assumptus & susceptus fuit, volumus, ac tenore præsentium auctoritate Nostra Cæsarea firmiter statuimus & decernimus, quod sæpedictus quoque Illustris Joannes Andreas ab Auria Landi Princeps Melphi, Marchio Turriliæ & Sancti Stephani Vallis Avanti, ejusque in nominato Marchionatu hæredes & successores cum eodem Marchionatu atque ejusdem hominibus, subditis, Vasallis, pertinentiis, bonis, redditibus, vasallagiis, & rebus omnibus, quocunque nomine appellentur, deinceps quoque & in perpetuum sub hac speciali protectione, tutela & salvaguardia Nostra protecti, tuti ac securi ab omni gravamine, molestia, oppressione, & onere hospitandorum militum & stipendiariorum, atque uti, frui, potiri ac gaudere omnibus & singulis immunitatibus, gratiis & prærogativis, quibus alii in hujusmodi Nostro & Sacri Imperii salva guardia & protectione constituti de jure vel consuetudine utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, citra cujusquam impedimentum & contradictionem, ita tamen, quod prædictus Princeps Joannes Andreas & Successores in sæpememorato Marchionatu, quotiescunque ab aliquo conventi fuerint, in judicio coram competente Judice se sistere debeant & teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Nostræ investituræ, infeudationis, concessionis, gratiæ, libertatis, prærogativæ, protectionis, salvæ guardiæ, derogationis, voluntatis, Decreti & Mandati paginam infringere, aut eam quovis ausu temerario violare vel convellere, sub pœna nostræ & Sacri Imperii indignationis gravissimæ & mulcta ducentarum marcarum auri puri, pro dimidia parte Fisco Nostro Cæsareo, pro reliqua vero parti læsæ, omni veniæ ac remissionis spe sublata, ex æquo solvenda toties, quoties contra hoc Nostrum Cæsareum Diploma peccatum fuerit. Et quod hæc rata, valida & firma haberi velimus, in rei evidens testimonium præsentibus manu nostra subscriptis Sigillum Nostrum Cæsareum appendi jussimus. Datum in Civitate Nostra Viennæ d. 27. Sept. Anno 1706. Regnorum Nostrorum Romani XVII. Hungarici XIX. Bohemici vero Secundo.

Josephus.

V[t]. Frider. Carolus Com. a Schœnborn.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Lutzo Dolberg.

X.

Diploma, in quo Carolus VI. Romanorum Imperator, Andreæ ab Auria, Marchioni de Torrilia, officii magni citerioris Siciliæ Prothonotarii, post parentis ipsius obitum capessendi atque administrandi plenariam committit atque elargitur potestatem, d. d. 9. Septembr. An. 1709.

Carolus, Dei Gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, Utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galleriæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Corduvæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algeciræ, Gibraltaris,

ris, Insularum Canariæ, nec non Indiarum Orientalium, & Occidentalium Insularum, ac Terræ firmæ, Maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Abspurgii, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchio Oristani, Comes Goccearii, &c. Illustri Don Andreæ Doriæ Marchioni de Torrilla fideli Nobis dilecto Gratiam Nostram Regiam, ac bonam voluntatem; Regiæ munificentiæ est benemerentibus, ac præclaris Viris præmia rependere, ut cæteri ad memoranda facinora excitentur. Nos igitur revolventes perantiqua Illustris Prosapiæ tuæ obsequia Sceptro, ac Præcessoribus nostris præstita, nec non perpendentes illam incontaminatam animi fidem, qua tu laudabile Ascendentium tuorum exemplum subsequens, nostras essecutus partes, Tibi cum qualitatibus, ac in forma infrascripta officium magni Prothonotarii Citerioris nostræ Siciliæ Regni, quod Progenitores tui per longam annorum seriem obtinuerunt, & ad præsens Illustris Princeps Andreas Doria Parens tuus inservit, conferre decrevimus. Tenore igitur præsentium, ex certa scientia, Regiaque Auctoritate nostra, deliberate, & consulto, ac ex gratia speciali, de nostraque potestatis plenitudine, tibi prædicto Illustri Don Andreæ Doriæ, Marchioni de Torrilla vita tua durante damus, donamus, concedimus, & elargimur præfatum citerioris nostræ Siciliæ Regni officium Magni Prothonotarii, ut in id post Patris tui obitum subintres, Teque magnum Citerioris Nostri Siciliæ Regni Prothonotarium ad tuam vitam, ac dum de nostra mera, & libera voluntate processerit, ex nunc pro tunc facimus, constituimus, creamus, & solenniter ordinamus; Tibi dantes, & concedentes honores, præeminentias, prærogativas, immunitates, Auctoritatem, jura, lucra, emolumenta, & alia quæcunque, quibus Pater tuus ratione prædicti officii nunc gaudet, ut eisdem, cum in ipsius locum subintrare habeas, gaudere queas, investientes propterea te ex nunc pro tunc de hujusmodi officiis, & ejus gratia, & concessione per præsentium expeditionem, ut moris est, quam investituram vim, robur, & efficaciam veræ, realis, & corporalis possessionis, & effectualis assecutionis volumus, & decernimus obtinere, decernentes, & volentes expresse, quod præsens nostra gratia, & concessio tibi sit, & esse debeat stabilis, realis, valida, atque firma, nullumque in judiciis, aut extra sentiat impugnationis objectum, defectus incommodum, aut noxæ cujuslibet alterius detrimentum, sed in suo semper robore, ac firmitate persistat, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus; & ut præmissa, quem volumus, sortiantur effectum, Illustribus propterea Spectabilibus, Nobilibus, Magnificis, Dilectis, Consiliariis, & fidelibus Nostris Proregi Locumtenenti, & Capitaneo Generali Nostro, Magno Camerario, Prothonotario, Magistro Justitiario, eorumque Locatenentibus, Sacro Nostro Castri Capuanæ Consilio Præsidentibus, & Rationalibus Cameræ Nostræ Summariæ Regenti, & Judicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Thesaurario nostro generali, seu id officium Regenti, Advocatis quoque, & Procuratoribus Fiscalibus, cæterisque demum officialibus, & Subditis Nostris majoribus, & minoribus, quocumque nomine nuncupatis, titulo, officio, auctoritate, & potestate fungentibus, tam præsentibus, quam futuris in eodem Regno constitutis, & constituendis dicimus, præcipimus, & jubemus, quatenus forma præsentium per eos, & eorum quemlibet diligenter inspecta, illam tibi teneant firmiter, & observent, tenerique, & inviolabiliter observari faciant per quoscumque, contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua, sive causa, si Gratiam nostram charam habent, & præter iræ, & indignationis nostræ incursum pœnam ducatorum mille nostris inferendorum ærariis, cupiunt evitare. In cujus rei testimonium præsentes fieri jussimus nostro magno negotiorum præfati Citerioris Siciliæ Regni Sigillo impendenti munitas. Datum in Civitate Nostra Barcinonis die nona mensis Septembris, Anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo nono.

Yo el Rey.

Dominus Rex mandavit mihi

Dn. Joanni Antonio Romeo, & Anderaz.

XI.

Apocha, in qua Johannes Christophorus Kindsperg ab Erdorff, Cæsarei in Italia bellici ærarii Tribunus, Principem ab Auria, utpote Imperii feudatarium, in militis Cæsarei commodum ac emolumentum, 500. aureos sibi exsolvisse testatur, d. d. 2. April. An. 1711.

IO Giovanni Cristofforo Ferdinando Kindsperg d'Erdorff, Cassiere di Guerra di S. M. Cesarea in Italia, confesso d' âver âvuto & realmente ricevuto in denari contanti da S. E. Signor Prencipe Doria e per esso dalle mani del Signor Dottore Carlo Francesco Faccioli doppie cinquecento delle cinque stampe à lire ventiquattro correnti di Milano cadauna à scarico de feudi di detto Signor Prencipe in conto delle doppie mille imposte à feudi di detto Signore Prencipe da S. E. il Signor tenente Marescallo, Barone di Zumjunghen, come sostituito Cammessario Imperiale da S. M. Cesarea, in assenza di S. E. il Signor Conte di Castelbarco & in essecuzione della Commissione âvuta dalla medesima M. Cesarea per le contribu-

tributioni adossate à feudi di detto Signore Prencipe Doria sino e per tutto l'anno corrente 1711. in sussidio del mantenimento dell'Armata Cesarea, & per le doppie cinquecento da lire ventiquattro come sopra pagate, quitto detto Signor Prencipe Doria, suoi feudi e chi spetta. In fede &c. Milano li 2. Aprile 1711.

(L.S.) *G. C. Kindsperg d'Erdorff.*

Nota, Similes & ferme ejusdem tenoris apochæ laudato Auriæ Principi ab eodem ærarii tribuno, die 17. Jul. 1709. die 1. Nov. 1709. die 31. Maji 1710. & die 4. Julii 1710. traditæ fuerunt.

CLASSIS III.

CAP. I.

De Comitibus ab Auria.

I.

Decretum Consilii Imperialis Aulici de literis commendatitiis, quas Carolus ab Auria, S. Christophori Comes, in causa Serravallensi ad Gubernatorem Mediolanensem expetierat, denegandis agens, d. d. 14. Maji, An. 1647.

Die Martis 14. Maji, Anno 1647.

SErravallis feudum Imperiale: Sive Carolus D'oria per Lucam Stupanum sub præstito 10. hujus exponit Patrem suum Joannem Ambrosium D'oria, & post illum se dicto feudo fuisse investitum, nunquam tamen possessionem ejus feudi consecutum, eo quod Rex Catholicus illud a Ducatu Mediolanensi moveri contendat; Fuisse quidem ab Imperatore Ferdinando Secundo gloriosissimæ memoriæ dicto Patri suo concessas commendatitias ad Gubernatorem Mediolanensem ad tractatum aliquem super eo feudo ineundum & concludendum, qui tamen effectum suum non fuerit consecutus. Petit igitur quandoquidem dictum feudum a moderno Gubernatore Mediolanensi venum exponatur, ut sibi similes, ut olim Patri suo, dentur commendatitiæ ac ut provideatur, ne sæpedictum feudum ad aliam personam transeat, offerendo quod si ita Majestati Suæ placeat, ipse illud etiam a Statu Mediolanensi velit recognoscere.

Denegantur petitæ commendatitiæ in Exc° Consilio Imperiali Aulico die, mense & anno ut supra.

Joannes Scheffer de Leoncastro
manu propria.

II.

Ejusdem Decretum, quod circa literas commendatitias, in causa Serravallensi, ad Gubernatorem Mediolanensem a Carolo ab Auria, S. Christophori Comite, petitas, eidemque nunc demum concedendas, versatur, d. d. 3. Junii, An. 1647.

Die Lunæ 3. Junii, Anno 1647.

SErravallis feudum Imperiale: Sive Carolus ab Auria per Lucam Stupanum, de præstito prima hujus: Replicat ad nuperum conclusum, & declarat, quod non ab alio, quam a Sac. Cæs. Majestate dictum feudum recognoscat, & imposterum recognoscere velit seque pro fidelissimo & obsequentissimo Vasallo gerere; Petit commendatitias ad Gubernatorem Mediolanensem juxta tenorem litterarum a quondam Divo Ferdinando Secundo Ratisbonæ 3. Januarii anno 1623. datarum & huic memoriali annexarum sibi concedi & expediri.

Dentur commendatitiæ modo jam petito in Excel° Consilio Imperiali Aulico die, mense, & anno ut supra.

Joannes Scheffer de Leoncastro
manu propria.

III.

Literæ commendatitiæ a Ferdinando III. Rom. Imperatore, ad Gubernatorem Mediolanensem, de feudo Serravallis, in commodum atque emolumentum Caroli ab Auria, S. Christophori Comitis scriptæ, d. d. 3. Jun. An. 1647.

FErdinandus Tertius &c. Illustris syncere dilecte. Augustalis benignitas ea fidelium Sacri Imperii Vasallorum desideria clementer suscipit provehenda, quæ ejusdem Imperii Majestatem non imminuere, & supplicantium commoda adaugere dignoscuntur. Cum itaque nobilis Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Carolus ab Auria Comes Sancti Christophori super feudo Imperiali Serravallis, quod Patri quondam suo, Joanni Ambrosio ab Auria Comiti Sancti Christophori post decessum quondam Oberti Spinulæ avunculi sui ex benigna concessio-

cessione Imperatoris Rudolphi Secundi augustissimæ memoriæ obvenit atque is a divis Prædecessoribus Nostris Romanorum Imperatoribus ac Regibus, uti & ipse a Nobis & Sacro Imperio immediate recognovit atque etiam nunc recognoscit, licet neque dictus parens ipsius, nec ipse feudi illius possessionem unquam fuerint adepti, nonnulla Nobiscum tractare desiderat, quæ fortassis & grata Nobis & Serenissimo Regi Catholico opportuna, & rationibus commodisque suis non inutilia sint futura; Nos pro gratiæ Nostræ Cæsareæ affectu, quo dictum ab Auria ob tam avita, quam propria constantis erga Nos, Sacrum Imperium & Augustam Domum nostram fidei, devotionis & obsequii merita complectimur, Cæsareæ hujus nostræ suffragationis subsidio censuimus adjuvandum, adeoque vos benigne requirimus, ut ad optatum tractationis illius effectum facilius consequendum eum, quem hæc nostra meretur commendatio, ipsi impertiatis favorem, non dubitantes utrobique & Juris & dignitatis Imperialis justam habitum iri rationem, quibus salvis & illæsis, quicquid Serenissimo Regi Catholico in Italia accedet, hoc Nobis accrevisse judicabimus, qui gratiam Nostram Cæsaream vobis prolixe offerimus. Datum Possonii die 3. Junii, 1647.

IV.

Litera commendatitia a Ferdinando III. Rom. Imperatore, ad Marchionem de Grana, de feudo Serravallis, in commodum atque emolumentum Caroli ab Auria, S. Christophori Comitis, exarata, d. d. 2. Septembr. An. 1647.

FErdinandus Tertius &c. Illustris fidelis dilecte. Quid ad Serenissimum Hispaniarum Regem Catholicum fratrem consobrinum & affinem nostrum charissimum ad humillimam implorationem atque in favorem nobilis nostri, & Sacri Imperii fidelis dilecti Caroli ab Auria super nostro & ejusdem Sacri Imperii feudo, castro atque oppido Serravallis perscribamus, ex inclusarum literarum nostrarum apposito exemplo fusius poteris cognoscere. Quum igitur, cum Imperatoris nostri muneris ratio postulat, ut accurate advigilemus, ne quid Imperio subtrahatur, tum dicti Caroli ab Auria spectata fides & devotio mereatur, ut ipsum, resque ipsius benignius tuendas suscipiamus: Idcirco Nobis visum hisce tibi clementer committere, prout committimus, ut inclusas litteras Serenissimo Regi tradas simulque omnia efficaciora nostro nomine interponas officia, idque agas sedulo, ut Serenitas Sua opportuna ad Gubernatorem Ducatus Mediolanensis det mandata, ne ullus super dicto feudo Serravallis venundando alienandove in fraudem Nostrorum jurium & Sacri Imperii tractatus suscipiatur, immo illud dicto Carolo ab Auria, tamquam legitime ab eodem investito, absque ulla ulteriori detentione tradatur possidendum. Id si pro cognita tua prudentia, ac dexteritate sedulo confeceris, benignam nostram voluntatem rite adimplebis, qui de cætero gratiam nostram Cæsaream tibi clementer confirmamus. Datum Pilsenæ, altera Septembris, an. 1647.

V.

Litera commendatitia a Ferdinando III. Rom. Imperatore, ad Philippum IV. Hispaniarum Regem, de feudo Serravallis, in commodum atque emolumentum Caroli ab Auria, S. Christophori Comitis, directa, d. d. 2. Septembr. An. 1647.

FErdinandus Tertius &c. (*Tit.*) Serenissime Princeps, consobrine, affinis, & frater charissime. Singularem erga universum Augustum Austriacum nomen ac Sacrum Romanum Imperium fidem, ac devotionem suam cum vetusta stirps Auriaca a multis retro actis ætatibus, tum consequens ejusdem propago continenti per alios aliosque traduces porrecta serie, atque inprimis Carolus ab Auria, tam præclaris rerum probavit documentis, ut quæ ad ipsius commoda & ornamenta pertinere videntur Cæsarei Nostri favoris subsidio benigni lubentes suscipiamus provehenda. Quum itaque is Nobis humillime curarit exponendum, castrum atque oppidum Serravallense, in Liguria situm, antiquissimum Sacri Romani Imperii beneficium a quondam Henrico Septimo Imperatore Opicino Spinulæ, cum mero & mixto Imperio, & omnimoda jurisdictione iisque privilegiis, quæ vulgo regalia vocantur, possidendum, post a Carolo Quinto, augustissimæ memoriæ, confirmatis iisdem privilegiis Christophoro Spinulæ concessum, deinde a Christophoro ad Joannem Baptistam, & ab hoc ad Hubertum Spinulam successionis jure, ac serie, & ab hoc absque liberis anno supra sesqui millesimo sexto & nonagesimo defuncto ad Imperialem Fiscum devolutum & a quondam Rudolpho Secundo Imperatore gloriosissimæ recordationis, patri quondam suo Ambrosio ab Auria, Comiti Sancti Christophori, tanquam dicti Uberti Spinulæ ex legitima sorore nepoti fiduciario item jure attributum, & ab eodem tandem sibi cum omnibus juribus & pertinentiis cessum fuisse ac donatum; & licet super eodem, tam parens ipsius a Divis Prædecessoribus nostris, Romanorum Imperatoribus ac Regibus, quam a Nobis etiam ipse legitime fuerit investitus, illudque a Nobis & Sac. Imper. immediate recognoverit, atque etiam nunc recognoscat, possessionem tamen ejus-

ejusdem omni Jure ac ratione sibi debitam, propter objecta à Serenitatis Vestræ Ministris Mediolanensem provinciam procurantibus impedimenta hactenus obtinere non potuisse, quantumvis ad omnia, quæ citra Cæsareæ Nostræ authoritatis imminutionem Sacrique Imperii jurisdictionis detrimentum fieri possunt, præstanda promptum se ac paratum obtulerit atque etiam nunc offerat, quin immo ex adverso intellexisse non attenta nostra Cæsarea ad Serenitatis Vestræ Proregium Status Mediolani Gubernatorem Illustrem sincere nobis dilectum Bernardinum de Velasco & Fouar, Castellæ Comitem stabilem, sub tertia Junii nuper expedita benigna requisitione, uti dicto Carolo ab Auria cum ipso super possessione dicti Feudi consequenda tracturo, facilem accessum omnemque opem præberet, nihilo secius de eodem venundando Mediolani tractatus ferventius agitari atque adeo à Nobis submisissime petierit, uti huic gravissimo fortunarum suarum dispendio prævertendo Cæsareæ Nostræ suffragationis præsidio clementer dignaremur subvenire; id ei tanto magis impertiendum duximus, quanto certius liquet, ejusmodi susceptos tractatus in nostrorum & Sacri Imperii jurium fraudem, ac decrementum cedere, tum Imperatorii muneris nostri partes & solemnis dicti Sacramenti religio à nobis postulat, ut omni attentiori cura in id invigilemus, ne quid res Imperii publica detrimenti capiat; atque id circo à Serenitate Vestra pro solita nostra fiducia mutuaque arctissimæ conjunctionis necessitudine benevole atque amanter poscimus, ut quemadmodum Serenitatis Vestræ mentem non esse certo scimus, ut ejusdem ministri Nobis & Sacro Imperio quicquam præter jus fasque subtrahant, ita eidem Gubernatori suo status Mediolani serio velit injungere, ne quid in Cæsareæ Nostræ authoritatis ac jurisdictionis fraudem, tum fidelis clientis & subditi nostri irreparabile damnum super sæpe memorato Feudo tractari ac confici patiatur, sed potius id agat, ut ipsi nostro & Sacri Imperii Vassallo debita sine ulteriori mora tradatur possessio ; In eo Serenitas Vestra præstabit rem & juri & rationi consentaneam, tum Nobis apprime gratam, Sacrum Romanum Imperium insuper nominatim demerituram; De cætero Serenitati Vestræ constantem, & sincerum benevolentissimi fratris, consobrini & affinis affectum amanter offerentes eandem diutissime sospitem, beatam, ac florentem vivere ex animo vovemus. Datum Pilsenæ, die secunda Septembris, anno 1647.

VI.

Litera commendatitia à Ferdinando III. Romanorum Imperatore, ad Marchionem de Grana, de Feudo Serravallis, in commodum atque emolumentum Caroli ab Auria, S. Christophori Comitis, data, d. d. 25. Sept. An. 1648.

FErdinandus Tertius, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus &c. Illustris fidelis dilecte. Memineris absque dubio etiamnum probe, quid ad Serenissimum Regem Catholicum Hispaniarum, consobrinum, affinem, generum & fratrem nostrum charissimum super nostro, & Sacri Imperii Feudo indubitato Serravalle, pro nobilis nostri, ac Sacri Imperii fidelis dilecti Caroli ab Auria, Comitis Sancti Christophori & Domini Serravallis, de eodem legitime investiti jure tuendo debitaque ipsi possessione impetranda sub altera die Septembris anno proximo superiore supra mille sexcentos septimo & quadragesimo perscripserimus, & quemadmodum tibi, ut eundem in finem omnia nostro nomine efficaciora interponeres officia, clementer commisserimus : Verum quum prædictus Carolus ab Auria Nobis denuo queribunde curarit exponendum, quod dum speravit à Serenissimo Rege Catholico juxta benignam mentem nostram atque impensiorem requisitionem convenientia, & opportuna mandata pro tradenda ipsi quam primum possessione dicti feudi ad proregium Mediolanensem Gubernatorem expeditum iri, negotium tamen istud ad supremum Senatum Italicum sit remissum, ut matura habita super eodem, Cæsareisque nostris postulatis deliberatione, id, quod ejusdem judicio æquum visum fuerit, statuatur; adeoque ipse timens, ne res à Ministris Regiis amplius atque amplius protrahatur, & ipse ulterius debito præcluso ac prærepto sibi tot jam ab inde usque annis possessionis fructu defraudetur, benignum patrocinii Nostri Cæsarei præsidium humillime imploravit, ac Imperatorii Nostri Muneris ratio postulet, ut in id omni attentiori cura invigilemus, ne istiusmodi Nostra, & Sacri Imperii feuda ab eodem abstrahantur: Idcirco tibi denuo clementer committimus, ut apud S. Serenitatem id agas ac procures, quo Serenitas Sua celerem hujus negotii deliberationem Senatui Suo Italico injungere, & Mediolanensi Gubernatori velit mandare, ne ullum super dicto feudo Imperiali venundando tractatum instituat ac conficiat: sed potius, prout juris & æquitatis postulat ratio, sæpedicto Carolo ab Auria, tamquam nostro, & Sacri Imperii Vassallo de eodem legitime investito, ejusdem absque ulla ulteriori cunctatione tradatur possessio.

Ea in re recto ordine peragenda, uti tua est dexteritas & solertia, benignam atque omnimodam

modam nostram adimplebis voluntatem; Qui de cætero gratiam Nostram Cæsaream tibi clementer confirmamus. Dat. in Civitate Nostra Viennæ, die 25. Septembris, Anno 1648.

VII.

Instrumenta atque Documenta publica, in causa Oppidi Serravallis & Dominorum Comitum ab Auria, ratione censuum, promulgata, de An. 1647. & 1648.

IN nomine Domini, Amen! Anno à Nativitate ejusdem millesimo, sexcentesimo, quadragesimo septimo, Indictione decima quinta, die Sabbati, vigesima tertia mensis Novembris. Coram Egregio J. C. D. Bartholomæo Frescarello Prætore Serravallis sedente &c. Convocati & congregati infrascripti DD. Bartholomæus Raymundus, Dominicus Ferrarius, Julius Cæsar Beccarius, Joannes Baptista Grillus, Joseph Montessorius, Hercules Campaster, Joannes Paulus Costa, Georgius Baffetus, Joannes Baptista Costa, Antonius Piccaluga, & Bartholomæus Ferrarius Consules & Consiliarii Magnificæ Communitatis Serravallis currentis anni, nec non DD. Stator major Silvester Ferrarius, Joannes Campaster, Camillus Costa, Joseph Vacarius, Gregorius Pallodius, Joannes Raymundus, Jacobus Antonius Ferrarius, Laurentius Carpanus, Tobias Gallianus, Jacobus Sinibaldus, Joannes Grondona, Antonius Ferrarius, Antonius Grondona, & Laurentius Costa, electi & deputati ad infrascripta pro adjunctis dictis DD. Consulibus, & Consiliariis pro majori corroboratione infrascriptorum, cum ampla, & libera facultate, & bailia infrascripta peragendi, ut ex libro ordinationum præfatæ Mag. Communitatis, ad quem &c. repræsentantes totum Consilium, & Universitatem dicti Oppidi &c. scientes, & notitiam habentes de Instrumento annui census annuorum Ducatonorum quinquaginta quinque pro capitale Ducatonorum mille centum Mediolani impositi & constituti super bonis descriptis, & enunciatis in Instrumento, de quo infra, per DD. Herculem Campastrum, & Antonium Carbonariam Procuratores præfatæ Magnificæ Communitatis & Universitatis præsentis Oppidi Serravallis, & venditi Illustrissimo Domino Comiti Carolo ab Auria, sub modis, formis, pactis, & aliis fusius in eo contentis, recepto in Civitate Genuæ, die 6. Augusti præsentis anni per Joannem Franciscum Lavagninum Notarium publicum, cujus tenor talis est, videlicet:

In nomine Domini, amen! Cum verum sit, quod sub die 19. Martii præsentis anni per Dominos Consules, Consiliarios, & alios de populo Oppidi Serravallis, constituentes totum Consilium, & Universitatem dicti Oppidi, legitime congregatos facta fuerit deliberatio super bonis ejusdem Communitatis, ac etiam cum fidejussione & obligatione particularium personarum annuos census, seu perpetuos redditus redimibiles, tamen constituendi pro summis, & capitale in dicta deliberatione contentis, & cum clausulis, obligationibus & cautelis in ipsa expressis, cui in omnibus sit relatio &c.

Sitque etiam pariter verum, quod vigore dictæ deliberationis supplicaverint Excellentissimum Gubernatorem, sive Senatum Mediolani dictæ Civitatis, & Dominii, quatenus illis promitteret hac de causa ad personas exteras non subditas, atque Januenses confugere, atque ab illis, mediante venditione census super Molendino ipsius Communitatis constituendi pecunias accipere, quibus Communitatis suprascriptæ necessitati subveniretur, concessionemque reportaverint, quod possent tuto, & valide accipere dictas pecunias à personis superius expressis, & in omnibus, ut continetur, & apparet ex diplomate dictæ concessionis dato Mediolani, sub die 3. Julii præsentis anni, cui pariter &c.

Sitque etiam, quod exinde dicti Consules, & Consiliarii dicti Oppidi Serravallis, aliique electi, & deputati, vigore etiam suprascriptæ deliberationis diei 19. Martii præsentis anni legitime congregati sub die 31. Julii proxime elapsi denuo deliberaverunt occasione cujusdam compositionis actæ & conclusæ Mediolani pro se, dictaque Communitate ad eximendum à quadam Infeudatione, quæ, non obstantibus dictæ Communitatis, aliorumque privilegiis, & prætensionibus videbatur de proximo facienda Ducatonorum mille centum, Stampæ Mediolani, boni argenti, & justi ponderis, accipere ab Illustrissimo Domino Comite Carolo ab Auria sive alia quacunque, persona mediante venditione annui census Ducatonorum quinquaginta quinque dictæ qualitatis, & in omnibus etiam, ut apparet ex scriptura dictæ deliberationis, cui &c.

Cumque etiam sit, quod dicti Consules, Consiliarii, aliique deputati, & adjuncti, legitime etiam congregati sub dicta die 31. & ultima dicti mensis Julii Procuratores suos constituerint D. Herculem Campastrum, filium Joannis, unum ex suprascriptis Consiliariis, & Caus. Antonium Carbonaria, quondam Domini Francisci, ambo de prædicto Oppido Serravallis, cum facultatibus in dicta scriptura mandati expressis, & præcipue ad infrascripta, & prout ex ea recepta per Dominum Julium Cæsarem Beccarium Notarium, quæ simul cum dictis scripturis superius enunciatis in præsenti asservantur.

Hinc

Hinc igitur est, quod suprascripti D. D. Hercules Campastrus, filius dicti D. Joannis, & Caus. Antonius Carbonaria, qv. D. Francisci mihi Notario noti relatione R. P. Joannis Antonii Semini, qv. Rolandi, & D. Marci Antonii de Ferrarii, D. Joannis Francisci, attestantium cum juramento eos esse, quos se supra nominaverunt, Procuratores prædicti ex scripturis superius enunciatis, & ex omni facultate, & bailia eis attributa, & competenti vigore præmemoratarum scripturarum, & cujusvis earum, eoque utendo &c.

Pro se dicto nomine, hæredes, & successores quoscunq; dictorum hominum Communitatis dicti Oppidi Serravallis, & cujusvis eorum in solidum &c.

Jure proprio, & in perpetuum &c. sponte, voluntarie, & omni meliori modo &c.

Imposuerunt, & constituerunt annuum, & perpetuum censum, & redditum annuorum Ducatonorum quinquaginta quinque Mediolanensium boni argenti, & justi ponderis, in & super omnibus bonis immobilibus dictæ Communitatis sitis super territorio Serravallis sub eorum respective notoriis confinibus, & singnanter, ita tamen &c. super Molendino dicti Oppidi Serravallis sito extra portam superiorem ejusdem Oppidi, cui cohæret glarea fluminis Scripiæ ab una, & ab alia jura D. Julii Cæsaris Beccarii, & si qui &c. ita quod error &c.

Item & super avaria, seu collecta, quam dicta Communitis Oppidi Serravallis quotannis exigit, & exigere potest ab hominibus & bonis ejusdem loci, & jurisdictionis, per dictam Communitatem, & illius agentes imponenda, & taxanda a præsenti die in futurum, & super quibuscunq; fructibus, pensionibus, redditibus, & emolumentis eorundem bonorum, & avaria, quæ sunt propria dictæ Communitatem & hominum, præsentium, & futurorum, libera, & exempta ab omnibus oneribus, & obligationibus, vinculis, fideicommissis purificatis, seu purificandis, & sufficientia pro dicto annuo redditu, & longe ultra, prout sic dicti D. D. Hercules Campastrus, & Antonius Carbonaria Procuratores ut supra dicto nomine præfato D. Comiti Carolo absenti, hæredibusque suis, me quoque Notario &c. manutenere promittunt, qualibet contraria exceptione remota &c. sub hypotheca, & obligatione bonorum dictæ Communitatem & hominum particularium ejusdem, & cujusvis eorum in solidum, præsentium, & futurorum &c. Renunciantes omni, & cuicunq; exceptioni &c. dictumque annuum censum, & perpetuum redditum dictorum Ducatonorum quinquaginta quinque dictæ qualitatis dicti D. D. Hercules, & Antonius dicto nomine vendiderunt, & titulo & ex causa venditionis dederunt, cesserunt, tradiderunt, & mandaverunt, vendunt, dant, cedunt, tradunt, & mandant, seu quasi dicto Illustrissimo D. Carolo, ut supra, absenti, præsente & pro eo acceptante Antonio M. Ursini, & pro eo de rato promittente, & quod ratificabit &c. meque Notario &c. ad habendum, tenendum, gaudendum, & possidendum &c.

Ita quod a præsenti die in antea dictus annuus, & perpetuus census, & redditus transeat pleno jure in perpetuum in dominio, proprietate, perceptione, & possessione dicti D. Comitis Caroli, suorumque hæredum, & successorum quorumcunque, me dicto Notario &c. cum omnibus & singulis suis juribus &c. liberum, francum, exemptum, & expeditum, dictaque bona, super quibus fuit impositus & constitutus dictus annuus census, ab omni onere, vinculo, ac genere servitutis & obligationis, nulla penitus exempta, ac etiam a quibuscunque impensis quantumvis necessariis pro manutentione, restauratione, cultura, & reparatione dictorum bonorum, & jurium, quæ omnia fieri debeant pro dicta Communitate, & homines, eorumque hæredes, & successores, prout sic ipsi D. D. Hercules, & Antonius dicto nomine eidem D. Comiti Carolo, ejusque hæredibus & successoribus, me Notario &c. promiserunt, & promittunt, eum ab eis indemnem, & penitus sine damno conservare, & relevare dictum D. Comitem Carolum suosque hæredes, & successores in omnibus ut supra, quem annuum censum, & perpetuum redditum dictorum Ducatonorum quinquaginta quinque dictæ qualitatis dicti D. D. Hercules & Antonius dicto nomine eidem D. Comiti Carolo, suisque hæredibus &c. absentibus, me Notario &c. dare, & solvere promiserunt, & promittunt in præsenti Civitate Genuæ, sive in loco Sancti Christophori cujuslibet anni fine, inchoandi a præsenti die, & sic eisdem Procuratoribus dicto nomine repræsentantibus Consules, & Consiliarios, aliosque deputatos ac universos homines Communitatis prædictæ, & eorum personis, & ministerio mediantibus eisdem omnibus, & singulis hominibus, & incolis dicti Oppidi, & jurisdictionis, tam præsentibus, quam futuris, & cujusvis eorum in solidum, statutus est terminus, seu termini per MM. DD. Auditores Rotæ Civilis Genuæ, sive per M. D. Prætorem Genuæ, & per quoscumque alios judices, & Magistratus hujus Civitatis præsentes, & futuros, quorum, & aliorum quorumvis Judicum, & Magistratuum cujusvis alterius loci, jurisdictioni & coercitioni se se dicto nomine & personas dictorum hominum, & cujusvis eorum in solidum submiserunt, & submittunt, prorogantes, & extendentes eorundem jurisdictionem contra dictos homines, & incolas dicti Oppidi, & jurisdictionis, renuntiantes, & cum juramento privilegio fori, non sui & incompetentis judicis, *L. si convenerit ff. de jurisdict. omn. judic. L. ubi captum*

ptum de judic. & quibuscunque aliis legibus, & earum beneficiis, quibus contra prædicta se tueri, vel prævalere possent, quo termino, & terminis &c. possit dictus D. Comes Carolus, suique hæredes, & successores quicunque habere suam licentiam expeditam absque aliqua citatione, nec præcepto, sed ex officio Notarii &c. sub &c. renuntiantes &c. & hanc census constitutionem, impositionem, & venditionem dicti D. D. Hercules, & Antonius dicto nomine fecerunt, & faciunt dicto D. Comiti Carolo, ut supra, absenti, præsente & pro eo & suis acceptante dicto Antonio Maria, & me Notario &c.

Pro pretio, & nomine veri, justi, finiti, & conventi pretii, Ducatonorum mille centum boni argenti, stampæ & ligæ Mediolani, quos sponte &c. dicti D. D. Hercules, & Antonius confitentur, & recognoscunt dicto D. Comiti Carolo ut supra absenti, me Notario &c. ab eo habuisse, & recepisse, prout vere, realiter, & cum effectu habent, & recipiunt, in tot Ducatonis, & effectivis eis numeratis, & traditis per dictum D. Antonium Mariam solventem, ut declarat, de pecuniis dicti D. Comitis Caroli ad præsentiam mei Notarii, & testium infrascriptorum, quos, nobis videntibus, asportaverunt, & de iis, & pretio capitalis præsentis census eundem D. Comitem Carolum, ut supra absentem, me Notario &c. quitant, & se se bene solutos vocant, facientes de pretio prædicto finem, & quitationem &c. Promittentes &c. sub &c. renunciantes &c. & si plus valet dictus annuus & perpetuus census & redditus pretio suprascripto, scientes dicti Hercules, & Antonius dicto nomine illius verum pretium, illud supra plus, quantumcumque foret, eidem D. Comiti Carolo ut supra absenti, me Notario &c. donaverunt, & remiserunt, donant, & remittunt, & quidem titulo donationis irrevocabilis, & inter vivos, quæ vitio ingratitudinis, aut alio quovis jure infringi, seu revocari minime possint, facientes de dicto supra pluri finem &c. Promittentes &c. sub &c. renunciantes &c. & præcipue cum juramento Beneficio *L. rem majoris pretii*, *C. de rescind. vendit.* qua deceptis ultra dimidiam justi pretii subvenitur, *L. si unquam*, & *tot. tit. C. de revoc. donat. ac L. dicentis donationem ob ingratitudinem revocari posse*, & ultra quingentos aureos facta absque judicis insinuatione non valere, ipsique insinuationi, & omni alii juri, & legum auxilio certiorati, &c.

Et promittunt dicto nomine dicto D. Comiti Carolo, ut supra, absenti dictum annuum & perpetuum censum dare, & solvere quolibet anno, & in fine cujuslibet anni in omnibus ut supra, dictaque bona cum juribus, & pro quibus fuit impositus perpetuo, legitime defendere, tam in judicio, quam extra, & tam in dominio, quam in possesione, etiam si evictio sequeretur, in totum, seu in parte emendare evictionem cum omnibus damnis, expensis, & interesse passis, & patiendis, litis, & extra, quia sic &c.

Acto & declarato, quod quotiescunque dicti Homines dictæ Communitatis tam præsentes, quam venturi, & quilibet eorum in solidum, suique hæredes, & successores cessarent solvere dictum annuum censum dictorum Ducatonorum quinquaginta quinq; in fine cujuslibet anni, quod possit eo casu dictus D. Comes Carolus, suique hæredes & successores &c. habere jus, ingressum, & regressum ad bona prædicta, cum juribus, & pertinentiis eorundem, fructus, & pensiones illorum exigere, salvo etiam pacto causa onerum, quæ deberentur, contento, & expresso in diplomate obtento, superius enunciato, cui &c. ad cautelam relatio habeatur, & simul etiam cum facultate variandi semel, & pluries, pro omni eo, quod ipsi deberetur ex causa præsentis census, damnorumque & impensarum, & pro contentis in præsenti Instrumento, & quas pensiones, fructus, redditus, collectas, atque avarias dicti D. D. Hercules, & Antonius dicto nomine, ex nunc pro tunc, & e contra casu prædicto virtute præsentis cesserunt & cedunt, ac mandaverunt & mandant dicto D. Comiti Carolo, ejusque hæredibus, ac jus illos, & illas habendi, & percipiendi a quibuscunque conductoribus, & exactoribus eorundem, quibus ordinant, & mandant, quod dictos fructus, & pensiones, & collectas, & avarias solvant, & exbursent annuatim dicto D. Carolo, & suis hæredibus & successoribus &c. me Notario &c. usque ad integram solutionem, & satisfactionem annui census, omniumque damnorum, interesse, & impensarum secutorum, & patiendorum, ut supra, &c. Ita quod dicti fructus, redditus, pensiones, & avariæ casu prædicto pleno jure spectent ad dictum D. Comitem Carolum, ejusque hæredes, & successores, qui possit & possint propria auctoritate & sine licentia, decreto, seu notitia alicujus judicis, seu Magistratus intrare, ingredi, & capere possessionem dictorum bonorum, & cujusvis partis eorum, & quosvis ex eis expellere, & ea quibusvis locare, & in affictum dare semel, & pluries, & per multiplicatas vices, & toties, quoties opus fuerit, pro quibusvis temporibus, & pensionibus, dictasque pensiones, & fructus exigere & percipere, & pro eis quitare, & in se retinere usque ad integram solutionem dicti annui census, ut supra, & damnorum omnium, interesse, & impensarum, secutorum ob solutionem non factam, & quidem prædicta absque licentia, citatione, notificatione, interpellatione, seu requisitione etiam extrajudicialiter facienda dictæ Communitati, & hominibus,

bus, nec alicui eorum, minusque eorum hæredibus & successoribus, quinimo ad hunc effectum eundem D. Comitem Carolum, suosque hæredes, & successores absentes, me Notario &c. dicti DD. Hercules, & Antonius dicto nomine Procuratores suos, & quidem irrevocabiles fecerunt, constituerunt, ut in rem, & causam propriam, adeo ut istud mandatum minime possit revocari quavis de causa, nec etiam per mortem constituentis, seu constitutorum, vel alicujus eorum, & volunt, quod mandatum transeat de hærede, & successore in hæredes, & successores in perpetuum, & semper, & quando ad actum revocationis deveniretur, intelligatur reiteratum, & denuo factum, & semper cum debitis, & opportunis clausulis, ac solennitatibus & possit a me Notario & alio quolibet extendi, non mutata substantia, quandocunque ad requisitionem dicti D. Comitis Caroli, suorumque hæredum, & successorum, etiam separatim a præsenti Instrumento, cum facultate ad habendum, & intrandum in realem, actualem, & corporalem possessionem, dominium, & tenutam dictorum honorum, & jurium, & cujusvis partis eorum, & ea quibusvis locandum semel, & pluries, & per multiplicatas vices, pro quibusvis temporibus, & pensionibus, pensionesque ipsas exigendum, & proinde quitandum, & quitationes faciendum cum facultate etiam ad lites in amplissima forma, quinimo dicta bona, & avarias, illorumque fructus, & pensiones ipsi dicto nomine supposuerunt, & supponunt, ac supposita esse volunt oneri, & obligationi istius census, & contentorum in præsenti Instrumento, & super eis jus reale constitutum, & volunt, quod cum isto onere, & obligatione transeant in quosvis pervenerint quocumque titulo, perinde, ac si ab illis præsens census super eis impositus, & constitutus fuisset, adeo ut non possint dicta bona, nec aliqua illorum pars, nec avariæ transire, nisi cum dicto onere, ad quoscunque successores, etiamque possessores eorundem, non secus, ac si super eis præsens census constitutus fuisset, minusque possint vendi, obligari, pignorari, vel in alium, seu alios quoquo titulo transferri in præjudicium istius census, & contentorum in præsenti Instrumento, pro quorum observatione dicta bona, & avarias specialiter, & pro speciali pignore, & hypotheca obligant, & hypothecant dicto D. Comiti Carolo, & suis hæredibus, & successoribus, me Notario &c. Ita tamen &c.

Item acto &c. quod dicti homines dictæ Communitatis, & quilibet eorum in solidum, illorumque, & cujuslibet eorum in solidum hæredes, & successores teneantur, & obligati sint, ut sic ipsi dicto nomine eidem D. Comiti Carolo, & suis &c. promittunt, manutenere dictum annuum censum, & perpetuum redditum fuisse, & esse bene impositum, & constitutum, dictaque bona cum juribus, & avarias, super quibus constitutus fuit, conservare, & custodire, nedum in bono, & decenti statu, prout modo sunt, quinimo illa in meliorem statum reducere, & bonificare suis sumptibus, ac expensis, & laboribus, & demum pro conservatione & manutentione eorundem facere opere, & effectu, quæ quilibet diligentissimus Paterfamilias faceret, & facere solet rebus suis, occurrereque cuicumque sinistro casui, cui humana providentia occurrere, & providere potest &c. Casus autem inopinati, & fortuiti, quibus humana providentia occurrere, & providere haud potest, remaneant, & sint omnino excepti, & exclusi, ac etiam sint, & intelligantur excepti alii casus, & pericula, quæ debent excludi ex forma Bullæ felic. record. Papæ Pii Quinti super censibus emanatæ anno 1568. 14. Kal. Februarii, seu alio veriori tempore, quia etiam sic &c.

Item acto &c. quod teneantur, & obligati sint homines dictæ Communitatis, & quilibet eorum in solidum ac eorum, & cujusvis ipsorum in solidum hæredes, & successores, ut sic dicti Procuratores eidem D. Comiti Carolo promittunt manutenere dicta bona, & avarias, super quibus dictus census impositus, & constitutus fuit, esse propria dictæ Communitatis & hominum, ac suorum hæredum, & successorum libera, & exempta, ac expedita, & nemini vendita, nec subjecta alicui alteri censui, canoni, aut Terratico purificato, seu purificando quomodolibet impedienti præsentis census constitutionem, sufficientiaque pro dicto annuo reddito, & longe ultra, & quatenus quovis tempore reperiretur dicta bona, vel aliquam illorum partem esse obnoxiam, vel obligatam, vel obnoxia, & obligata alicui alteri censui, canoni, terratico, & fideicommisso, aut hypothecæ anterioritati præsenti, promittunt dicto nomine illa liberari, & eximi facere ab omnibus, & singulis obligationibus, seu, consentiri facere eos, quibus obligatæ essent, ad omnem dicti D. Comitis Caroli, & suorum hæredum, & successorum voluntatem, & simplicem requisitionem, alias restituere dictum pretium, capitale cum fructibus usque tunc debitis, & non solutis, quia sic &c.

Item acto peracto &c. quod hæredes & successores dictorum hominum, & cujusvis eorum in perpetuum teneantur, & obligati sint pro contentis in præsenti Instrumento, nec possint allegare beneficium Inventarii, & quod attinet ad præsens Instrumentum conventum est prodesse non posse suis hæredibus, & successoribus, & quatenus ipsi, vel aliquis ipsorum in perpetuum vellent se juvare beneficio divisionis, & Inventarii & allegare, quod non teneantur, nisi proportionibus hæreditariis conventum est, quod quantum ad ipsos attinet hæreditas prædicta dictorum hominum non ten-

censeatur adita, si ita placuerit dicto D. Comiti Carolo, & suis, quia sic &c.

Item acto &c. quod iste census sit perpetuo redimibilis, imo quod possit redimi in qualibet anni parte absque ulla notificatione, & intimatione, & in duas sive tres pagas, quarum duæ sint Ducatonorum quingentorum pro singula, & altera Ducatonorum centum, si ita placuerit dictæ Communitati, & hominibus, quod procedit ex mera liberalitate dicti D. Comitis Caroli, & quod in casu redemptionis, & solutionis sint deducendi redditus ad ratam summæ solutæ & temporis, quo fiet dicta redemptio, quia sic &c.

Item pacto, quod quatenus ex quacumque causa, sive cogitata, vel incogitata, & penitus ignorata annuus fructus, & redditus istius census minueretur, seu minui, & abassari, vel difalcari tentaretur quomodocumque & qualitercumque, etiam ex causis privilegiatis, quod eo casu quælibet abassatio, diminutio, & difalcatio, quæ tentaretur vel motu proprio, aut aliter concederetur, non valeat, nec admitti possit contra præsens Instrumentum, & obligationem contentam in eo de solvendo dicto annuo redditu in dicta summa & quantitate annua, ut supra, conventa, sed proinde illa omnia habeantur ac si nunquam petita, tentata, nec obtenta fuissent, sed ipsi DD. Procuratores dictis nominibus, obligandoque etiam se ipsos tanquam de Communitate, ac personas omnes principalium suorum, hæredes, & successores uniuscujusque ex eis in solidum ad faciendam integram dictam annuam solutionem, non obstantibus prædictis, ut sic promittunt, & se se & suos principales in solidum ut supra obligant, quibus omnibus cum juramento renunciaverunt, & renunciant, cum maxime per diligentias non exiguas, immo magnas, & frequentissimas per ipsos Procuratores factas pro inveniendis pecuniis prædictis minori damno, & incommodo dictæ Communitatis & hominum, neminem alium reperuerint, quamvis multos, & multos requisiverint, qui, visa auctoritate ipsis competenti de capiendis pecuniis prædictis ad censum ac rationem septem pro centenario, ut constat diplomate facultatis & bailiæ per ipsos homines obtento ab Excellentissimo Gubernatore, seu Senatu Mediolani, ipsis dare voluerit pecunias prædictas, licet oblato fructu septem pro centenario, ut in eo diplomate continetur, præter ipsum Comitem Carolum, qui benigne pro juvandis hominibus dictæ Communitatis inclinavit ad sic faciendum &c. & quia dictos homines, & universitatem singulari amore, & benevolentia prosequitur &c.

Item dicti DD. Procuratores juxta particulam, de qua in eorum mandato, dicunt, protestantur & declarant, & promittunt pro viribus dictæ Communitatis, & hominum Serravallis, quod dicta Communitas, & homines per præsentis census constitutionem, & venditionem, licet pretium ipsius ut supra receptum erogaretur, & implicaretur in obtinenda qualibet exemptione, & liberatione a quacumque infeudatione facienda, vel fieri prætensa, denuo de feudo dicti Oppidi Serravallis cuicumque alteri personæ seu personis in aliquo non volunt, nec intendunt præjudicare, nec modo, nec ullo unquam tempore juribus competentibus dicto Illustrissimo D. Comiti Carolo ab Auria emptori dicti census, ejusque Successoribus, & quæ ipsi, & suis quomodocumque, & quolibet jure competunt, seu competere ei potuerunt, ac competere prætendit, & prætendere potest super dicto Oppido Serravallis, quia illa pro ejusdem Communitatis, & hominum dicti Oppidi Serravallis facto semper remanere illæsa, & intacta conservare intendunt, & volunt, & solemniter protestantur &c.

Item acto &c. quod præsens contractus, & omnia in hoc Instrumento contenta intelligantur, & sint facta ad formam, & tenorem, & juxta continentiam memoratæ Bullæ fel. Record. Papæ Pii Quinti, & alterius Gregorii XIII. & cujusvis alius Summi Pontificis super censibus emanatæ seu emanatarum, illaque omnia juxta dictam Bullum, seu bullas, & illius, seu illarum tenorem, & continentiam regulant, & accommodant, et si quid magis, aut minus in se contineret, ita ut si adesset aliquod pactum, clausula, seu aliquid aliud contra seriem, & formam illarum, aut illi, vel illis non congruens, censeatur tale pactum, clausulæ, seu quid aliud, quod contra eam, vel eas esset, pro non apposito, convento, nec scripto in præsenti Instrumento, sed omnia prædicta reducantur & reduci debeant juxta formam, & tenorem illarum, & sic juxta illas, vel illam constitutio istius census facta intelligatur, & si quid deesset, pro scripto, & contento, & quid superesset, pro non scripto in præsenti Instrumento respective habeantur, quia sic &c.

Quæ omnia &c. attendere &c. sub pœna dupli &c. & cum refectione &c. Rati &c. & proinde &c. De quibus omnibus &c.

Per me Joannem Franciscum Lavagninum Notarium &c.

Actum Genuæ in mediano domus, & habitationis mei Notarii infrascripti in contrata Nob. de Promontorio, Anno a Nativitate Domini Millesimo, Sexcentesimo, Quadragesimo Septimo, Indictione decima quarta secundum Genuæ cursum, die Martis, sexto Augusti, in tertiis, præsentibus testibus Jo. Dominico Roccataliata Michaelis, & Marcello de Cella D. Angeli Antonii ad prædicta vocatis, & rogatis &c.

Sub-

Subscriptum: Joannes Franciscus Lavagninus, quondam D. Baptistæ, publicus Januens. Notarius in præmissorum fidem hic me subscripsi tabellionatus mei signo apposito &c.

Locus ✠ Sigilli.

Philippus Quartus, Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ Rex, & Mediolani Dux III. &c. Consiliarii & Consules Communitatis Seravallis dederunt nobis preces sequentes videlicet:

Potentissime Rex. Pendet jam diu coram Magistratu ordinariorum redditunm Status Mediolani lis & controversia inter Fiscum, & Communitatem Serravallis occasione vectigalis semiassis in singulos sextarios vini, & aliorum onerum, & Gabellarum, seu Datiorum impositorum in hoc Statu Mediolani, a quibus ipsa Communitas prætendit se esse omnino immunem & exemptam, virtute suorum privilegiorum concessorum tam ab Imperatoribus, quam a Ducibus Mediolani, & a M. V. prædecessoribus confirmatorum, & insuper cum agatur coram Magistratu extraordinariorum redditunm hujus Status de infeudando ipsum Oppidum, prætendit Communitas illud in feudum concedi non posse, nec convenire; quamvis autem Jura Communitatis sint clara, & optimis fundamentis, & Juribus fulcita, vellet ad evitandas omnes expensas, & molestias transigere cum Regia Camera Majestatis Vestræ, & nomine transactionis aliquam pecuniarum summam erogare eidem Cameræ Majestatis Vestræ, ut imposterum cesset omnis molestia occasione dictorum Datiorum, Gabellarum & onerum, nec possit amplius aliquo prætextu gravari, nec molestari pro dicto vectigali vini, aliis oneribus, & Gabellis, seu arbitriis impositis, & imponendis in futurum cujuslibet generis. Verum cum Communitas ipsa exhausta remaneat, omnem diligentiam adhibuit, ut inveniret in hoc Statu aliquem subditum, qui necessitati Communitatis subveniret, sed frustra laboravit, unde cogitur hac de causa confugere ad personas Januenses, & ab illis pecunias accipere, mediante venditione census constituendi super molendino ipsius Communitatis in rationem quinque pro centenario, cum pacto, quod ullo unquam tempore reduci ad minus possit. Cum autem id fieri non possit sine dispensatione Majestatis Vestræ, dum agitur de venditione census, seu redditus, facienda non subdito huic dominio; Ideo Consules, & Consiliarii dictæ Communitatis fideles Majestatis Vestræ Serenissimæ, cum molendinum, super quo constituendus est census, longe a confinibus distet, & pecuniæ accipiendæ convertendæ sint in servitium & utilitatem Majestatis Vestræ, ad eandem confugiunt humiliter supplicando, velit litteris suis patentibus edicere, & dispensare, posse supplicantes nomine dictæ Communitatis tuto & vilide accipere ad censum scuta ter mille pro obtinenda dicta transactione & evitanda dicta infeudatione, censusque constituere, & vendere personis Januensibus, non obstante quod agatur de censibus, sive redditibus vendentis personis non subditis, ac aliis quibuscunque in contrarium facientibus, quibus derogare dignetur, quod &c.

Quibus in Senatu lectis, unacum Fisci voto, harum serie ex ipsius ordinis sententia concedimus, & dispensamus supplicantes nomine dictæ Communitatis tuto, & valide accipere ad censum dicta scuta ter mille pro obtinenda dicta transactione & infeudatione evitanda, censusque constituere, & vendere personis Januensibus, non obstante quod agatur de censibus, sive redditibus vendendis personis non subditis, modo dictus census non constituatur in rationem plus septem in singulo centum; & duæ partes ex tribus sustinentes onera cum dicta Communitate, vocatis prius omnibus, expressa causa consentiant, & in reliquis serventur servanda nullumque pactum ponatur de præservando emptore immune a solutione onerum aut per quod ullo modo derogetur potestati Principis, sub pœna nullitatis contractus, & modo, quandocunque propter non solutos redditus census committatur venire, debeat Incola hujus dominii &c. Decernentes ipsum contractum sic factum valere & effectum suum sortiri debere, allegatis in precibus contrarium disponentibus non attentis, quibus hac dumtaxat parte derogamus. In quorum fidem præsentes sigillo nostro munitas fieri & registrari jussimus. Mediolani die 3. Julii, 1647.

Locus ✠ Sigilli.

Ca. Comes Majoraggius.

1647. die Mercurii 31. Julii.

Coram I. C. D. Prætore Serravalli sedente &c. Convocati, & congregati infrascripti DD. Consules, & Consiliarii præsentis anni, ac alii electi, & deputati, ut infra &c. prius præmisso sono Campanæ, ac citationibus pro infrascriptis peragendis negotiis Communitatis, ut Nuntius retulit &c.

Quorum

Quorum nomina sunt hæc, videlicet:

M. Bartholomæus Raymundus & *Dominicus Ferrarius*	Consules.
Julius Cæsar Beccarius *Joannes Bernardus Bertorottus* *Joannes Baptista Grillus* *Joannes Baptista Costa, &* *Bartholomæus Ferrarius.*	*Joannes Paulus Costa* *Georgius Raffettus* *Hercules Campaster.* *Antonius Piccaluga.*

Consiliarii.

Item & DD. Gregorius Pallodius *Joannes Franciscus Pallodius* *Camillus Costa* *Joannes Campaster* *Laurentius Carpanus.*	*Cajus Sylvester Ferrarius* *Joannes Raymundus* *Laurentius Costa* *Tobias Gallianus.*

Qui omnes sunt specialiter electi, & deputati à toto consilio generali ad infra scripta peragenda vigore præsentis congregationis factæ sub die 19. Martii labentis anni 1647.

Nella qual congregatione è stato proposto dal Dottore Bartolomeo Raimondo primo console, che da Milano sono venuti li Signori Dr Francisco Pallodio, & Hercole Compastro, quali hanno da riferire, quello si è fatto in Milano in materia de nostri privileggii, & infeudatione, per tanto si è fatto radunare le Sigrie è loro ad effetto vedino, e sentine quello seque:

Il che sentito da detti DD. Dr Francisco Pallodio, & Hercole Campastro hanno riferto, e riferiscono nel modo seguente cioè:

Repræsentantes totum Consilium & Universitatem &c. atque etiam dicti DD. Jo. Baptista Grillus qv. D. Lucæ, Silvester Ferrarius qv. D. Francisci, Stator major, ut supra, Laurentius Carpanus qv. D. Bassani, Antonius Ferrarius qv. D. Jo. Baptistæ, & Gregorius Pallodius qv. D. Joannis, tam communi nomine, & ex electis, ut supra, quam proprio, & privato nomine, tanquam requisiti, & rogati, à dictis DD. Congregatis cum infrascriptis promissionibus, & obligationibus per ipsos dicto nomine factis, & sine quibus non annuissent dictis precibus & instantiis, prout protestantur &c. sponte &c. & alias omni meliori modo &c. dictis respective nominibus, & tam conjunctim, quam divisim &c. & utroque modo &c. & prout melius &c.

Fecerunt, constituerunt, creaverunt, & solemniter deputaverunt, faciunt &c. eorum & dictæ Communitatis, ac particularium certum verum, & indubitatum Nuntium missum Procuratorem, & negotiorum gestorem, ac quidquid melius fieri, dici, & esse potuit, & potest in eorumque, & dictæ Communitatis ac particularium locum posuerunt & ponunt D. Herculem Campastrum filium D. Joañis præsentis Oppidi Serravallis ibidem præsentem, & onus præsentis mandati in se suscipientem generaliter & expresse &c. Ita quidem generalitas specialitati non deroget ad & pro dictis DD. Congregatis, ac deputatis atque dicta Communitate, ac ipsis *DD.* particularibus Grillo, Ferrario, Carpano, & Pallodio ad se conferendum ad Civitatem Januæ ad imponendum & constituendum annuum, & perpetuum ac redimibilem censum Ducatonorum nonaginta quinque, seu illius valutæ &c. In & super bonis Juribus, & æstimo, ac collectis dictæ M. Communitatis, ac illius sigularium personarum, & potissime in perticis sexaginta terrae arativae & affilaneatae, castaneativae & ronchivae cum aedificio intus positis super Territorio Serravallis loco dicto in Valle sub cohaerentiis *D.* Mariae Tornerae, uxoris *D.* Bernardi Grilli & Baptistæ Pallavicini, & in aliis perticis sex terrae Castagneti positae in praesenti Territorio l. d. in Val feriore sub confinib⁹ dictæ *D.* Mariae Tornerae, & viae vicinalis Juris dicti *D.* Jo. Baptistae Grilli pro valore *D*ucatonorum quinque centum. Item in alio pretio terrae arativae affilaneatae dicti *D.* Laurentii Carpani positae in eodem territorio l. d. à S. Andrea, cohaerenti *D.* Jo. Jacobus Costa, et Andreas Gavahana pro valore *D*ucatonorum quatuor centum. Item in perticis quadraginta quinquae terrae Campivae dicti *D.* Silvestri Ferrarii jacentibus in eodem territorio l. d. in Praga, cohaerent Haeredes n. qv. *D.* Philippi Raymundi, *D.* Baptistae de Cruce, et dicti *D.* Laurentii Carpani pro valore *D*ucatonorum quinque centum. Item in perticis decem octo dicti *D.* Antonii Ferrarii terrae arativae affil. l. d. al Posarello, et al Campallo ejusdem territorii Serravallis, cohaerent *D*ominicus, et fratres *D*alii, M. R. *D.* P. Bassanus Ferrarius, et R. PP. Augustiniani, Franciscus et fratres Soncini pro valore *D*ucatonorum ducentum. Item et in perticis viginti quatuor *D.* Gregorii Pallodii terrae Campivae positae in eodem territorio l. d. al Molino di feriolo sub confinibus *D.* Caroli Grilli, *D.* Camilli Costae, et viae ad dictum Molen-

lendinam di Jericho pro valore ducatonorum tercentum, prout dicti DD. Grillus, Palladius Carpanus, & Ferrarius præsentes requisiti & rogati, ut supra, & intuitu infrascriptæ promissionis per dictos DD. Congregatos nominibus, de quibus supra, factæ, de eos & eorum bona indemnes, & indemnia conservando pro tenore præsentis Instrumenti dictum annuum, & perpetuum, ac redimibilem censum in dictis eorumque respective bonis constituunt. Item ad vendendum dictum annuum & perpetuum ac redimibilem censum dictorum Ducatonorum nonaginta quinque, seu illorum valutam Illustr. D. Comiti, D. Carolo ab Auria, filio Ill. D. Comitis, D. Jo. Ambrosii ab Auria, Civi Januens. pro capitali pretii Ducatonorum mille novem centum, sive illorum valuta cedendum, promittendum, obligandum, jurandum & renunciandũ, & cum omnibus clausulis & cautelis opportunis & necessariis, & in similibus contractibus apponi solitis & partib⁹ benevisis &c.

Item ad nominibus, de quibus supra, recipiendum dictum pretium dictorum Ducatonorum mille novem centum, seu illorum valutam, & de eis quamcunque opportunam confessionem, liberationem & quitationem in ampla juris forma prædicto Illustr. D. Comiti, seu illius Procuratori per publicũ Instrumentum à dicto D. Hercule Procuratore constituto ut supra rogari curandum à publico Notario faciendum ad effectum dictos Ducatonos, seu illorum valutam inplicandi, & solvendi Illustriss. Magistratui Ordinario Mediolani pro confirmatione immunitatis & privilegiorum dictæ M. Communitatis Serravallis &c.

Item ad dictis nominibus solvere promittendum & obligandum dictum annuum redditum & censum Ducatonorum nonaginta quinque, seu illorum valutam præfato Illustr. D. Comiti Carolo ab Auria, prout etiam ex nunc dictum redditum præfati DD. Congregati communi, & *privato nomine*, prout supra solvere & præstare promittunt, erga me Notarium stipulantem nomine & vice dicti Illustriss. D. Comitis ab Auria, seu &c. sub &c.

Item & ad pro dicta Communitate se transferendum Mediolanum, & quamcumque opportunam compositionem, requisitionem, oblationem pecuniarum præfato Illustriss. Magistratui pro confirmatione suorum Privilegiorum & Jurium antiquorum dictæ Communitatis concessorum *ab Imperatoribus*, & prout ex eis &c. faciendum, & super eis tollendam quamcumque litem &c. transigendum, componendum, paciscendum. Item ad deducendum & exhibendum dicta *Privilegia*, ac Jura præfato Illustriss. Tribunali, & ea confirmari petendum & procurandum, atque etiam supplicandum, & preces porrigendum, litteras & Decreta obtinendum, & intimari faciendum, & obtentis & intimatis respondendum, nec non allegandum & demonstrandum, ac concludendum, prout magis eidem videbitur expedire dictæ Communitati, & illius juribus &c.

Item ad pro dicta Communitate solvendum & tradendum quamcumque pecuniarum summa conveniendam thesaurario præfati Illustriss. Magistratus seu cui alii ab eo deputato etc.

Item ad pro dicta Communitate et super dictis DD. particularibus quodcumque opportunum Instrumentum, seu Instrumenta, tam pro celebratione supradicti contractus census ad formam Bullæ emanatæ à Summis Pontificibus in materia census, quam pro executione conventionis, tractationis et compositionis in eundem inter dictam Communitatem mediante dicto D. Procuratore, et præfatum Illustriss. Magistratum occasione dictorum privilegiorum in valida juris forma à publico Notario et Notariis confici, et rogari faciendum ad majus beneficium dictæ Universitatis, et ut supra, promittentes dicti DD. Congregati nominibus, de quibus supra pro observatione, de qua supra, dictos *DD. de Ferrariis, Carpanum, Grillum & Palladium*, et illorum bona indemnes, et indemnia conservare, et relevare à quacumque molestia etc. sub etc. obligantes etiam infrascripta eorum bona erga ipsos, et pro illorum indemnitate etc. videlicet: Præfati DD. Bartholomæus ejus partem domus existentis extra Portam Pontis præsentis Oppidi in capite Astridi in via publica, cohærent ab omnibus ejus fratres pro summa Ducatonorum quinquaginta. Jo. Raymundus ejus frater pariter ejus partem dictæ domus cum horto eidem contiguo pro Ducatonis centum. D. Jo. Bernardus Bertorottus perticas duas terræ arativæ, affilaneatæ ejusdem territorii, cohærent dictus D. Silvester Ferrarius et hæredes qv. Alberti Dodi pro Ducatonis quinquaginta. Jo. Paulus Costa tantum ejus domum jacentem in præsenti oppido, cohærent Franciscus Richinus, Antonius Costa pro Ducatonis quinquaginta. Jo. Baptista Costa ejus domum solitæ habitationis positam in præsenti oppido in contrata superiori, cohærent Franciscus Richinus, et dictus D. Antonius Ferrarius pro Ducatonis centum. Bartholom. Ferrarius ejus Capsinam positam in præsenti Oppido, cohaerent Bartholomaeus Borrascius et Bartholom. Grondona, pro Ducatonis quinquaginta. Georgius Raffetus tantam partem terrae arativae affilaneatae, positam in præsenti territorio l. d. in Frascheta, cohaerent via vicinalis D. Franciscus Gallianus pro Ducatonis 50. Jacobus Antonius Ferrarius ejus domum acquisitam à Bernardino Ferrario positam in præsenti oppido pro Ducatonis quinquaginta. Camillus Costa perticas decem terrae arativae et affilaneatæ, positas in Garrollo ex majori pretio, cohærent Jo. Baptista Costa ejus nepos, hæredes Bartholom. Grondonæ, A. Joannes Turris, & Dominicus Sentrasius pro Ducatonis centum. Jo. Tobias Gallianus perticas decem terræ arativæ & affilaneatæ, cohærent hæredes nunc qv. D. Francisci Romanæ, & hæredes qv. D. Petri Piscii, pro Ducatonis centum. D. Jo. Campaster perticas quadraginta terræ arativæ affilaneatæ & prativæ positas super præsenti territorio alla Cassina di Vaccarella ex majori pretio, cohærent Andreas Camblasius, Dominicus Lericanus, Franciscus, & fratres Soncini, & Jacobus Savignonus. Joseph. Stella ejus domum

mum solitæ habitationis positam in præsenti oppido, cohærent H. A. Bernardini Ferrarii, & hæredes D. Petri Piscii, pro ducatonis quinquaginta. D. Laurentius Costa pratum positum super præsenti territorio l. d. à Romasore, cohærent Jura ecclesiæ S. Martini, D. Joseph. Vacarius, & H. dicti D. Francisci Romanæ, pro ducatonis centum, constituentes &c. donec &c. Dicentes dicta bona, ut supra, respective obligata non esse alicui hypothecata, esseque valoris, prout supra, esse capacia &c. sub &c.

Item ad substituendum unum vel plures Procuratores cum eadem vel magis limitata facultate, & demum ad omnia alia & singula dicendum, faciendum, exequendum & procurandum, quæ in præmissis & circa præmissa, & ab inde dependentibus &c. dicere, facere, exequi & procurare possent dicti DD. Congregati nominibus, de quibus supra, si præsentes & personaliter interessent, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent generalius vel specialius, quam in præsenti Instrumento continetur. Dantes & concedentes &c. *cum plena & libera* &c. pro dictis respective nominibus &c. intercedentes &c. sub hypotheca, de qua supra &c. Renunciantes &c. jurantes &c. volentes &c. et inde etc.

Actum in Palatio Praetorio sub suis notoriis confinibus etc.

Testes Augustus de Allegro qv. Bartholomaei, et Dominicus Dalius qv. Francisci, ambo praesentis oppidi Serravallis ibidem praesentes noti, idonei et vocati etc.

Expletum licet per alium mihi tamen Notario negotiis impedito, prout jacet in originali meo salvo.

Ego Julius Caesar Beccarius publicus ampla Imperiali auctoritate Serravallis Notarius, et de dicto Instrumento rogatus pro fide etc.

Nos. Jo. Bernardus Bertorottius L. T. J. C. Praetoris oppidi Serravallis fidem facimus et attestamur omnibus cujusvis generis supradictum *D.* Julium Caesarem Beccarium de suprascripti mandati Instrumento rogatum, fuisse et esse publicum, legalem, et fide dignum praesentis oppidi Serravallis Notarium, ejusque Instrumentis ac aliis Scripturis publicis sic ut supra ab eo subscriptis plenam semper et indutatam adhibitam fuisse fidem, indiesque adhiberi in judicio, et extra. In quorum fidem praesentes has nostro sigillo solito muniri jussimus. *Dat.* in Praetorio Serravallis die 14. Nov. 1621.

† Signatum: *Jo. Bertorottus, Fiscalis Proprætor.*

Locus Sigilli. Subscriptum: Ego Ant. Carbonaria, publicus oppidi Serravallis Notarius et Actuarius, pro fide hic me subscripsi etc.

Ex consimilibus infilatis in suprascripto Instrumento census, et quia concordat cum originali, hic me pro fide et veritatis testimonium hic me subscripsi

Idem Idem Joannes Franciscus Lavaginus, Notarius Genuæ etc.

Julius Cæsar Borea, J. V. *D.* Protonotarius Apostolicus in Archiepiscopatu Genuæ Vicarius Generalis, cunctis attestamur dictum *D.* Jo. Francisc. Lavagninum, qui dictum Instrumentum recepit, et manu sua propria duobus in locis subscripsit, ac primo in loco suo solito tabellionatus signavit, fuisse et esse publicum, autenticum, et fide dignum Notarium Collegiatum Genuae scripturisque publicis per eum confectis, et subscriptis continuo in judicio, et extra plenam fidem exhibitam fuisse, et adhiberi. Genuae in Archiepiscopali Palatio 1647. die 21. Novembris.

Subscriptum: *Jo. Baptista Aronius, Notarius & Curiæ Archiepiscopalis Genuæ Cancellarius &c. cum Sigillo.*

Quorum Instrumentorum et cujusvis eorum tenorem audiverunt praedicti omnes Congregati, et ut dixerunt illa, et in illis contenta intellexerunt, cum illa fuerint per me Notarium infrascriptum eidem ut supra congregatis lecta vulgari sermone etc.

Volentes gesta per dictos *DD.* respective procuratores, et unumquemque eorum acceptare, et ad cautelam ratificare, propterea sponte, voluntarie, et omni meliori modo etc.

Illos duos añuos census et redditus, et quemlibet eorum respective omniaque et singula in ejus, et eorum quolibet contenta, promissaque et stipulata per eosdem resp. Procuratores, et quemvis eorum nomine, et pro computo dictæ Communitatis et Universitatis, ac dictarum particularium personarum dicti oppidi Serravallis, et signanter illarum particularium personarũ, quae in procura pro celebratione praedicti census bona sua specifice obligaverunt, et alia omnia et singula in eisdem Instrumentis, et eorum quolibet scripta, et annotata tanquam facta de voluntate, ordine & mandato, expressoque consensu ipsorum, sponte &c. & omni meliori modo &c. versus præfat. Illustr. D. Comitem Carolum ab Auria, licet absentem me Notario infrascripto uti persona publica, officio publico fungente pro eo stipulante, acceptaverunt, & ad cautelam ratificaverunt, confirmaverunt & approbaverunt, acceptant, ratificant, confirmant & approbant in omnibus, & per omnia, ut in eis, & eorum quolibet continetur, & etiam ad uberiorem cautelam, & quatenus expediat, & opus sit, & non aliter, nec alio modo illa omnia & singula promittunt, & ad illa sese, & illorum, & cujusvis ipsorum resp. hæredes & successores in solidum obligaverunt, promittunt & obligant prout per eosdem DD. respect. Procuratores in eis & eorum quolibet factum fuit omni exceptione remota &c. sub hypotheca & obligatione &c. citra tamen semper aliquã novationem & præjudicium promissorum gestorum & factorum per eosdem DD. Procuratores respective in Instrumentis superius insertis; Renunciantes &c.

Quam quidem ratificationem, omniaque & singula in eisdem Instrumentis, & quovis eorum contenta à prima usq; ad ultimam lineam inclusive asserunt esse vera, & promittunt illa observare, & contra in aliquo non facere, dicere, vel venire, per se nec interpositam personam, & sic tactis scripturis in manibus mei Notarii infrascripti juraverunt &c. sub pœna perjurii ac dupli valimenti toties ejus & quanti

quanti &c. quæ & quanto contrafieret, et non observaretur, & cum refectione omnium damnorum, interesse & impensarum litis, & extra, ratis tamen semper, & firmis nihilominus remanentibus omnibus & singulis in dictis Instrumentis, & quovis eorum contentis, & proinde pro eorum observatione seipsos, eorumque hæredes & successores in solidum, & bona omnia & signanter superius descripta pignori obligaverunt & hypothecaverunt, obligant & hypothecant etiam cum clausula constituti, & precarii, & alias omni meliori modo, prout utilius præfato Ill. D. Carolo, & suis hæredibus futurum est &c. Renunciãtes &c. & inde de prædictis &c.

Actum in oppido Serravallis, & in Sala Palatii Prætorii, ubi solent DD. Consules & Consiliarii sese congregare pro negotiis Communitatis coram præfato D. Prætore ut supra sedente super ejus solita Cathedra.

Testes Bernardinus Oliverius qv. D. Pantalini dicti Oppidi Serravallis, & Petrus Chiapella qv. Georgii, habitator Serravallis noti, idonei.

Extractum ab originali meo prout jacet per me Notarium infrascriptũ salva collatione &c.

† Q. Ego Jo. Bernardus Bertorottus publ. *Locus Sigilli.* Serravallis Imper. auctoritate Notarius de prædictis rogatus hic pro fide me subscripsi, & solito signo mei tabellionatus apposito &c.

Nos J. C. Julius Cæsar Guidobonus, Prætor dicti Oppidi Serravallis fidem facimus, & attestamur omnibus & singulis præsentes inspecturis &c. suprascriptum Jo. Bernardum Bertorottum, qui de suprascripto ratificationis, seu ratificationum Instrumento rogatus fuit, & ut supra se subscripsit, fuisse & esse Notarium publicum, legalem & fidelem, ejusq; Instrumentis & Scripturis in publicam formam redactis semper adhibitam, indiesq; adhiberi plenã & indubitatã fidem in judicio, & extra. In quorum fidem &c. Dat. ex prætorio Serravallis die 17. Augusti 1648.

Ego *Guidobonus* Prætor.

C. Jo. Jacobus Costa, Notarius & in hac parte Cancellarius D. Prætoris pro fide subscripsi.

VIII.

Instrumenta atque Documenta publica, in causa Oppidi Serravallis & Dominorum Comitum ab Auria, ratione censuum, publicata, de An. 1650.

IN nomine Domini amen. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo, sexcentmo quinquagesimo primo, Inditione IV. die verò Jovis quinta mensis Januarii, &c. Coram J. C. D. Carolo Francisco Fontana, Prætore Oppidi Serravallis sedente, &c. Ibique &c. convocati, & congregati infrascripti *DD.* Stator Major, Silvester Ferrarius, Hercules Campaster, Jo. Bertorottus, Jo. Tobias Gallianus, Jo. Baptista Costa, Jo. Baptista Becarius, Franciscus de Curte, Jo. Grondona, Bernardinus Oliverius, Hieronymus Grondona, & Paulus Emilius Dodus, Consules, & Consiliarii, noviter electi pro præsenti ãno 1651. nec non et DD. Dominicus Ferrarius quond. Baptistæ, J. C. Philippus Grillus, qv. Baptistæ, Jul. Cæsar Beccarius qv. Baptini, Jo. Andr. de Curte qv. Joannis Belli, suprascripti Jo. Baptista Costa qv. Domitii, & Jo. Grondona qv. Simonis, Sebastianus Pernigotus, qv. Joãnis Baptistæ, Hieronymus Piccaluga, qv. Baptistæ, Baptista de Cruce, qv. Gulielmini, Laurentius Costa qv. Domitii, Antonius Piccaluga qv. Bartholomei, & Joseph Montesarius qv. Antonii, omnes de dicto Oppido Serravallis, & qui se specialiter obligaverunt pro Ducatonis centũ pro quolibet ipsorum erga Illmum D. Comitem Carolum ab Auria, prout infra dicetur &c. Item & DD. Jo. Baptista Grillus, qv. D. Lucæ, Bartœus Raymundus qv. Baptistæ, & Jo. Paulus Costa, qv. Joannis specialiter deputati à Consilio generali vigore ordinationis rogatæ per me Notarium & Cancellariũ infrascriptum, existentis in libro dæ Commtis; cui &c. & qui omnes ut supra congregati repræsentant totam Universitatem præsentis Oppidi Serravallis, scientes, & plenam notitiam habentes de Instrumento annui census Ducatorum sexaginta Impressionis Mediolanensis pro capitali Ducatonorum mille ducentum ejusdem impressionis impositi, & constituti super bonis descriptis, & enunciatis in Instrumento, de quo infra per *D.* Herculem Campastrum tam uti procuratorem prædictæ Magnificæ Communitatis, seu illius *DD. D*eputatorum, quam etiam suprascriptorum DD. Particularium specialiter obligatorum pro sumis respective, de quibus in infrascripto Instrumento mandati &c. & venditis præfato Illmo D. Comiti Carolo ab Auria sub modis, formis, pactis, de quibus fusius in eo recepto in Oppido Gavii die 31. Octobris anni proxime elapsi 1650. per D. Jo. Franciscum Lavagninum, Notarium publicum Civitatis Genuæ, cujus tenor talis est, videlicet:

In nomine Domini amen. Cum verum sit, quod per Dnos Consules, Consiliarios, & alios de populo Oppidi Serravallis constituentes totum Consilium & Universitatem dicti Oppidi sub die 17. Mensis Julii præsentis anni legitime congregatos facta fuerit deliberatio super bonis ejusdem Commtis, nec non et avariis, taleis & aliis redditibus dictæ Commtis, ac etiam super bonis particularium personarum cum illarum obligatione ad formam obligationum per dictas particulares personas factarum annuos census, seu perpetuos redditus redimibiles tamen constituendi pro summis, & capitale in dicta deliberatione contentis, cum clausulis, obligationibus, & cautelis in ipsa expressis, cui in omnibus sit relatio recepta per D. Antonium Carbonariam, Notarium & Actuarium dictæ Commtis, Cumq; etiam pariter verum sit, quod vigore dictæ deliberationis supplicaverint Excellentiss. D. Gubernatorem, sive Senatum Mediolani dictæ Civitatis, & Dominii, quatenus illis permitteret hac de causa, ut posset Commtas illa accipere ad censum, etiam à personis Genuensibus, sive à D. Comite ab Auria Ducatonos mille ducentum juxta jam decreta à Consilio generali dictæ Comunitatis, à duabus partibus ex

ex tribus dictæ totius Universitatis, concessionemque reportaverint, quod posset tuto & valide accipere dictas pecunias a dicto DD. Comite Carolo ab Auria, Genuensi, et in omnibus ut continetur et apparet ex diplomate dictae Concessionis datae Mediolani sub die 30. Septembris praesentis anni subscripto Jacobus Juagnes, cui pariter etc. Sitque etiam quod vigore suprascriptae deliberationis die 17. Mensis Julii proxime elapsi DD. deputati specialiter â Consilio generali dictae Universitatis, nec non DD. Dominicus Ferrarius qv. Baptistae, Jo. Baptista Costa, qv. Domitii, JC. D. Philippus Grillus, qv. Baptistæ, Julius Caesar Beccarius, qv. Baptini, Jo. Andreas de Curte qv. Joannis Belli, Jo. Grondona, qv. Simonis, Sebastianus Pernigotus, qv. Jo. Baptistae, Hieronymus Piccaluga qv. Baptistæ, Baptista de Cruce qv. Guilielmi, Laurentius Costa qv. Domitii, Antonius Piccaluga qv. Bartholomaei, et Joseph Montesorius, qv. Jo. Antonii, Procuratorem suum constituerint *D.* Herculem Campastrum, filium D. Joannis de praedicto Oppido Serravallis cum facultatibus in dicta Scriptura mandati expressis, et praecipue ad infrascripta, & prout ex ea recepta per D. Antonium Carbonariam, Notarium, quæ simul cum dictis Scripturis superius enunciatis in præsenti adservatur.

Hinc igitur est, quod supradictus D. Hercules Campastrus filius dicti *D.* Joannis mihi Notario notus etc. Procurator prædictus ex scripturis superius enunciatis, et ex omni facultate, et bailia ei attributa, & competenti vigore praememoratarum scripturarum, et cujusvis earum, eisque utendo etc.

Per se dicto nomine hæredes et successores quoscumque dictorum hominum Comm^{tis} dicti Oppidi Serravallis, et cujusvis eorum in solidum, nec non dictarum particularium personarum superius nominatarum tam simul, quam divisim, et utroque modo, prout melius etc.

Jure proprio, et in perpetuum etc. sponte, voluntarie, et omni meliori modo etc.

Imposuit et constituit añuum et perpetuum censum, et redditum ducatonorũ sexaginta impressionis Mediolanensis boni argenti et justi ponderis in et super omnibus bonis imobilibus dictæ Comm^{tis} sitis super territorio Serravallis, sub eorum respective notoriis confinibus, et signanter ita tamen etc. super molendinis dicti Oppidi Serravallis sitis extra portam superiorem ejusdem Oppidi sub confinibus enunciatis in aliis Instrumentis inter partes infrascriptas celebratas, et si qui etc. Ita quod error etc.

Item et super avaria seu collecta, taleis et aliis dictae Communitatis, et quam quidem avariam, collectam, taleas, aliosque redditus praedictos dictae Communitatis Oppidi Serravallis quotannis exigit, et exigere potest ab hominibus et bonis ejusdem loci et Jurisdictionis, dictaque avaria, collecta, taleis et redditibus similibus per dictam communitatem, et illius agentes imponenda et taxanda, seu imponendis et taxandis a praesenti die in futurum, et super quibuscumque fructibus, pensionibus, redditibus, et emolumentis eorundem bonorum, et avariarum, talearum, aliorumque datiorum in futurum imponendorum, quæ sunt propria dictæ Comunitatis & hominum præsentium & futurorum, libera & exempta ab omnibus oneribus & obligationibus, vinculis, fideicommissis purificatis, seu purificandis, præterquam ab aliis censibus sive obligationibus ad favorem ipsius DD. Comitis Caroli factis nomine dictæ Communitatis, & sufficientia pro dicto annuo redditu, & longe ultra prout sic dictus D. Hercules Campastrus procurator ut supra nomine dictæ Communitatis, & hominum particularium prædictorum præfato DD. Comiti Carolo absenti, hæredibusque suis, me Notario pro eis stipulante manutenere promittit qualibet contraria exceptione remota &c. sub hypotheca & obligatione omnium bonorum dictæ Communitatis & hominum particularium ejusdem, & cujusvis eorum in solidum, dictorumque duodecim particularium superius nominatorum, & in scriptura per eos facta expressorum præsentium & futurorum &c.

Renuncians omni, & cuicumque exceptioni &c. Item & super bonis inferius describendis pro capitali ducatonorum centum pro singulo petio terræ, & domo respective infrascriptorum particularium, videlicet:

1. Super perticis quatuordecim terræ Boschivæ et Castaneativæ, sitæ super territorio Serravallis l. d. in le Vaie Juris dicti D. Dominici Ferrarii, quibus cohæret ipse ex majori pretio, et R. P. Jo. Angelus Grossolietus salvo &c. pro capitali ducatonorum centum &c.

2. Item super domo una sita in dicto Oppido in Platea ejusdem, cui cohæret ab una hæredes D. Jo. Baptistæ Ferrarii, ab alia D. Jo. Paulus Costa, et ab alia contrata appellata quelli Costa salvo &c. obligata etiam pro capitali ducatonorum centum Juris D. Laurentii Costæ &c.

3. Item super alia domo sita ut supra in contrata superiori, cohæret ab una Petrus Rosa, & ab alia Petrus Chiapella, retro DD. Fratres Campani, ante dicta contrata, salvo &c. Juris D. Jo. Baptistæ Costæ, pariter obligata pro capitali ducatonorum centum &c.

4. Item et super uno petio terræ arativæ assilaneatæ perticarum septem in circa sitis super territorio Serravallis l. d. su L'ertine, o sia lago stagnone, cohærent D. Jo. Baptista Campaster ab una, ab alia Joannes Grondona, Hieronymus Piccaluga, ac Jo. Ferrarius qv. Ambrosii salvo &c. Juris JC. D. Philippi Grilli obligato pro capitali ducatonorum centum etc.

5. Item et super perticis decem prati sitis ut supra l. d. nel riale della Pieue, cohæret Jura ecclesiæ S. Martini, ab alia jura SS. Petri et Pauli, et via publica salvo etc. Juris D. Julii Cæsaris Beccarii, obligata etiam pro capitali ducatonorum centum etc.

6. Item super perticis decem terræ arativæ assilaneatæ sitis ut supra l. d. al Campasso Juris Antonii Piccalugæ; cohæret ab una D. Jo. Baptista Grillus, et à duabus Antonius Ramironus salvo etc. obligata pariter pro capitali aliorum ducatonorum centum etc.

7. Item

7. Item & super perticis septem terræ arativæ et affilaneatæ sitis ut supra l. d. al Possarello, cohærent hæredes Petri Piscii, ab alia D. Antonius Ferrarius, et Jac. Antonius Ferrarius ac via vicinalis, salvo etc. Juris Josephi Montesorii, obligata pariter pro capitali ducatonorum centum etc.

8. Item super perticis decem terræ arativæ et affilaneatæ sitis supra l. d. in Frascheta Juris D. Jo. Andreæ de Curte, cohærent hæredes D. Petri Piscii, jura Sancti Blasii, hæredes qv. D. Joseph Vaccarii, ac via vicinalis, salvo etc. obligata etiam pro capitali ducatonorum centum etc.

9. Item super perticis viginti terræ affilaneatæ, sitis ut supra l. d. in Cappellezza Juris D. Jo. Grondonæ, cohæret ab una D. Bartæus Grillus, et ab alia Clara filia D. Jul. Cæsaris Beccarii, et Fratres de Buccis, ac via Salvo etc. obligata pariter pro capitali aliorum ducatonorum centum etc.

10. Item super perticis octo terræ arativæ affilaneatæ sitis ut supra l. d. al lago stagnone Juris D. Sebastiani Pernigotti, cohæret ab una D. Bassanus Carpanus, et ab alia Antonius Grondona, ac via vicinalis salvo etc. obligata etiam pro capitali ducatonorum centum etc.

11. Item super perticis decem terræ arativæ affilaneatæ, sitis in l. d. in Camporiolo Juris D. Hieron. Piccalugæ, cohæret ab una hæredes Petri Piscii, ab alia Juris Conventus S. Mariæ de succursu, ac via vicinalis, salvo etc. obligatis etiam pro capitali ducatonorum centum etc.

12. Item et super perticis septem terræ arativæ affilaneatæ, ex majori pretio, sitis ut supra, l. d. su L'ergine Juris D. Baptistæ de Cruce, cohæret ab una D. Jo. Romana, ac via vicinalis in capite, salvo etc. obligatis etiam pro capitali aliorum ducatonorum centum etc.

Quæ duodecim summæ Ducatonorum centum pro singulis, pro quibus respective obligantur ut supra bonis superius descriptis, constitutioni et impositioni præsentis census in totum simul junctæ faciunt, et constituunt summam capitalis ducatonorum mille ducentum, et serviunt etiam tanquam bona immobilia, super quæ sit, et remaneat constitutus et impositus dictus annuus et perpetuus redditus dictorum annuorum ducatonorum sexaginta qualitatis suprad. ad favorem dicti DD. Comitis Caroli absentis, hæredibusq; suis, me Notario etc.

Dictus D. Hercules Campastrus Procurator ut supra manutenere etiam promittit, et libera dicta duodecim corpora terrarum superius descriptarum à quibuscumque aliis censibus, obligationibus, et aliis resistentibus legitime suppositioni eorum præsenti censui, et in eo contentis, et quatenus reperirentur bona prædicta postremo loco descripta, et quælibet pars eorum subjecta aliquibus aliis obligationibus, hypothecis, et vinculis consentiri facere eos, quibus obligata essent, vel restituere capitale ejusdem cum fructibus ejusdem usque tunc decursis, et non solutis, qualibet contraria exceptione remota &c. sub hypotheca pariter, & obligatione omnium bonorum dictæ Communitatis, & hominum particularium ejusdem in solidum præsentium, & futurorum, nec non & dictarum particularium personarum superius nominatarum, & tam simul, quam divisim, & utroque modo, & prout melius &c. Renuncians omni, & cuicumque exceptioni &c.

Dictumque annuum censum, & perpetuum redditum ducatonorum sexaginta dictæ qualitatis dictus *D.* Hercules dictis nominibus vendidit, & titulo, & ex causa venditionis dedit, cessit, tradidit, & mandavit, vendit, dat, cedit, tradit, & mandat, seu quasi dicto *DD.* Comiti Carolo ut supra absenti, præsente, & pro eo acceptante D. Matthæo Rubeo Benedicti majore annis viginti quinque, & qui &c. ut cum juramento &c. & pro eo de rato promittente, & quod ratificabit præsens Instrumentum, & in eo contenta semper, & ad omnem dicti D. Herculis dictis nominibus voluntatem, & simplicem requisitionem, alias &c. sub &c. Renuncians &c. & juri de principali &c. meque Notario pro eodem *DD.* Comite Carolo, & suis &c. stipulante &c.

Ad habendum, tenendum, gaudendum, et possidendum &c. Ita quod à præsenti die in antea, dictus annus, et perpetuus census, et redditus transeat pleno jure, in perpetuum in dominio, proprietate, perceptione, et possessione dicti DD. Comitis Caroli, suorumque hæredum, et successorum quorumcumque, me dicto Notario &c. cum omnibus, et singulis suis juribus &c. liberum, francum, exemptum, et expeditum, dictaque bona, super quibus fuit impositus, & constitutus dictus annuus census ab omni onere, vinculo, ac genere servitutis, & obligationis, nulla penitus exempta, ac etiam à quibuscumque impensis quantumvis necessariis pro manutentione, restauratione, cultura et reparatione prædictorum omnium bonorum, et jurium, quæ omnia fieri debeant per dictam Commtem. et homines etiam particulares, eorumque hæredes, et successores, prout sic ipse D. Hercules dictis nominibus eidem D. D. Comiti Carolo absenti, præsente, et pro eo dicto D. Matthæo cum dicta rati promissione, et me Notario etc. Promisit et promittit, et ab eis indemnem, et penitus sine damno conservare et relevare dictum DD. Comitem Carolum, suosque hæredes, et successores in omnibus ut supra. Quem annuum censum, et perpetuum redditum dictorum Ducatonorum sexaginta dictæ qualitatis dictus D. Hercules dictis nominibus eidem DD. Comiti Carolo, suisque hæredibus etc. absentibus &c. me Notario &c. dare, & solvere promisit, et promittit in Civitate Genuæ, seu in Oppido Sti Christophori in cujuslibet anni fine incohandi à præsenti die, et sic eidem D. Herculi dictis nominibus repræsentanti tam consules, et consiliarios, aliosque deputatos, ac Universos homines Comtis prædictæ, quam etiam dictas duodecim personas particulares ut supra nominatas, et ejus persona, et ministerio mediante eisdem omnibus, et singulis hominibus, et Incolis dicti Oppidi, et Jurisdictionis, tam præsentibus, quam futuris, et cuivis eorum in solidum statutus est terminus,

nus, seu termini per M. D. Auditores Rotæ civilis Genuæ, sive per M. D. Prætorem Genuæ et per quoscumque alios Judices, et Magistratus dictæ Civitatis præsentes, et futuros, quorum, et aliorum quorumcumque Judicum et Magistratuum cujusvis alterius loci, jurisdictionis, et cohercitionis dictis nominibus, et personas dictorum hominum, et cujusvis eorum in solidum submisit, et submittit, &c.

Prorogans et extendens eorundem, et cujusvis ipsorum jurisdictionem contra dictos homines et Incolas dicti Oppidi et jurisdictionis &c. Renuncians et cum juramto privilegio fori non sui, et incompetentiæ Judicis *l. si convenerit ff. de Jurisdict. omn. Judic. l. ubi captum de Judic.* et quibuscumque aliis legibus, et earum Beneficiis, quibus contra prædicta se tueri, vel valere posset, quo termino, et terminis &c. Possit dictus DD. Comes Carolus, suique hæredes, & successores quicumque habere suam licentiam expeditam absque citatione, nec præcepto sed ex officio Notarii &c. sub &c. Renuncians &c.

Et hanc census constitutionem, impositionem, & venditionem dictus D. Hercules dictis nominibus fecit, & facit dicto D.D. Comiti Carolo, ut supra absenti, præsente dicto D. Matthæo Rubeo cum dicta rati promissione, me Notario &c. Pro pretio, & nomine veri, justi, finiti, & conventi pretii ducatonorum Mille ducentorum boni argenti stampæ, & ligæ Mediolani, quos sponte &c. dictus D. Hercules dictis nominibus confitetur, & recognoscit dicto DD. Comiti Carolo ut supra absenti, me Notario &c.

Ab eo habuisse, & recepisse, prout verè realiter, & cum effectu habet, & recipit in tot monetis partim auri, & partim argenti, boni auri, & argenti respectivè, & justi ponderis ei numeratis & traditis per dictum Matthæum præsentem &c. solventem, & exbursantem, ut declarat de pecuniis dicti D.D. Comitis Caroli facientibus justum & integrum valorem dictorum Ducatonorum mille ducentorum, prout sic dictus D. Hercules dictis nominibus, qui illos recepit, & asportavit, sic verum esse dixit, & confessus est omni exceptione etc.

Et de eis, et pretio Capitalis præsentis census eundem D. Comitem Carolum ut supra absentem, præsente do D. Matthæo, et me Notario ut supra stipulante quitat &c. et se bene solutum vocat, faciens de pretio prædo finem, & quitationem &c. Promittens &c. sub &c. renuntians &c.

Et si plus valet dictus annuus & perpetuus census & redditus pretio prædicto, sciens dictus D. Hercules dictis nominibus illius verum pretium, illud supra plus quantumcumque foret, licet dimidiam justi pretii excederet donavit, & remisit eidem DD. Comiti Carolo ut supra absenti, præsente dicto D. Matthæo, & me Notario, & quidem titulo donationis irrevocabilis, & inter vivos, quæ vitio ingratitudinis, aut alio quovis jure infringi seu revocari minime possit &c. faciens de dicto supraplui finem &c. promittens &c. sub &c. renuncians &c.

Et præcipuè cum juramento Beneficio *l. rem majoris pretii C. de revoc. donat.* ac l. dicenti donationem ob ingratitudinem revocari posse, & ultra quingentos aureos factam absque Judicis insinuatione non valere, ipsique insinuationi, ac omni alii juris, & legum auxilio, certioratus &c. & promittit dictus D. Hercules dictis nominibus dicto DD. Comiti Carolo ut supra absenti dictum annuum & perpetuum censum dare, & solvere quolibet anno, & in fine cujuslibet anni in omnibus ut supra, dictaque bona cum Juribus, super quibus fuit impositus perpetuo legitime defendere, tam in judicio, quam extra, & tam in dominio, quam in possessione &c. cum omnibus damnis, expensis, & interesse passis & patiendis litis, & extra, quia sic &c.

Acto & declarato, quod quotiescunque dicti homines dictæ Communitatis, tam præsentes, quam venturi, & quilibet eorum in solidum, ac dicti duodecim homines particulares, & eorum respectivè hæredes & successores cessarent solvere dictum annuum & perpetuum censum, & redditum dictorum Ducatonorum sexaginta qualitatis prædictæ in fine cujuslibet añi, quod possit eo casu dictus DD. Comes Carolus, suiq; hæredes & successores &c. habere jus, ingressum & regressum ad bona prædicta cum Juribus & pertinentiis eorundem fructus & pensiones illorum exigere, salvo etiam pacto ad cautelam, & non aliter causa onerum, quæ deberentur, cõtento, & expresso in diplomate obtento superius enunciato, cui &c. ad cautelam relatio habeatur, & simul etiam cum pacto variandi semel & pluries pro omni eo, quod ipsi deberetur, ex causa præsentis census, damnorumq;, & impensarum, & pro contentis in præsenti Instrumento, & quas pensiones, fructus, redditus, collectas, atque avarias dictus Hercules dictis nominibus ex nunc pro tunc, & è contra casu prædicto virtute præsentis cessit, & cedit, ac mandavit, & mandat dicto D.D. Comiti Carolo, ejusque hæredibus, ac jus illos, & illas habendi, & percipiendi à quibuscunque conductoribus & exactoribus eorundem, quibus ordinat, & mandat, quod dictos fructus, pensiones, collectas & avarias solvant, et exbursent annuatim dicto D.D. Comiti Carolo, & suis hæredibus et successoribus &c. me Notario &c. usque ad integram solutionem et satisfactionem dicti annui census, omniumque damnorum, interesse, et expensarum sequutorum et patiendorum ut supra etc. Ita quod dicti fructus, redditus, pensiones, collectæ, et avariæ casu prædo pleno jure spectent ad dictum DD. Comitem Carolum, ejusq; hæredes et successores, qui possit, et possint propria auctoritate, et sine licentia, decreto, seu notitia alicujus Judicii, seu Magistratus intrare, ingredi, & capere possessionem dictorum bonorum, & cujusvis partis eorum, & quosvis ex eis expellere, & ea quibusvis locare, & in affictum dare semel & pluries, & per multiplicatas vices, & toties, quoties opus fuerit, & ei videbitur pro quibusvis temporibus, & pensionibus, dictasque pensiones, & fructus exigere & percipere, & pro eis quitare, & in se retinere usque ad integram summam, solutionem, & satisfactionem dicti annui census, ut supra, damnorumque

rumque omnium, interesse, & impensarum sequutorum ob solutionem non factam, & quidem prædicta absque licentia, interpellatione, citatione, notificatione, seu requisitione, etiam extrajudicialiter facienda dictæ Communitati & hominibus, nec alicui eorum, minusque eorum hæredibus & successoribus; Quinimo ad hunc effectum eundem D.D. Comitem Carolum, suosque hæredes & successores &c. me Notario &c. dictus D. Hercules dictis nominibus procuratores suos, & quidem irrevocabiles fecit, & constituit, ut in rem & causam propriam, adeo, ut istud mandatum revocari minime possit quavis de causa, nec etiam per mortem constituentis, seu constitutorum, vel alicujus eorum, & vult, quod mandatum ipsum transeat de hærede & successore in hæredes & successores in perpetuum, & semper, & quando ad actum revocationis deveniretur, intelligatur reiteratum, & denuo factum, & semper cum debitis & opportunis clausulis & solemnitatibus, & possit à me Notario, & alio quolibet extendi, non mutata substantia quandocumque ad requisitionem dicti D.D. Comitis Caroli, suorumque hæredum, & successorum etiam separatim à præsenti Instrumento cum facultate ad habendum & intrandum in realem, actualem, & corporalem possessionem, dominium, & tenutam dictorum bonorum & Jurium, & cujusvis partis eorum, & ea quibusvis locandum semel, & pluries per multiplicatas vices pro quibusvis temporibus & pensionibus, pensionesque ipsas exigendum, & de eis quitandum, & quitationes faciendum cum facultate, & ad lites in amplissima forma; Quinimo dicta bona, & avarias, & alia bona prædicta, illorumque fructus & pensiones ipse dictis nominibus supposuit, & supponit oneri, & obligationi istius census, & contentorum in præsenti Instrumento, & super ejus jus reale constituit, quod cum isto onere, & obligatione transeant in quosvis pervenerint quocumque titulo perinde, ac si ab illis præsens census super eis impositus, & constitutus fuisset, adeo, ut non possint dicta bona, nec aliqua illorum pars transire, nisi cum dicto onere ad quoscumque successores, etiamque possessores eorundem, non secus, ac si super eis præsens census constitutus fuisset, minusque possint vendi, obligari, pignorari, vel in alium, seu alios quoquo titulo transferri in præjudicium istius census, & contentorum in præsenti Instrumento, pro quorum observatione dicta bona specialiter, & pro speciali pignore, & hypotheca obligat, & hypothecat dicto D. D. Comiti Carolo, & suis hæredibus & successoribus, Ita tamen &c.

Item acto &c. quod dicti homines dictæ Communitatis, & eorum quilibet in solidum, illorumque, & cujuslibet illorum in solidum, hæredes & successores teneantur & obligati sint, ut sic ipse dictis nominibus eidem D.D. Comiti Carolo, & suis &c. Promittit manutenere dictum annuum censum, ac perpetuum redditum fuisse, & esse bene impositum, dictaque bona cum Juribus, & avariis, super quibus constitutus fuit conservare, & custodire, nedum in bono & decenti statu prout modo sunt, quinimo illa in meliorem statum reducere, & bonificare suis sumptibus, & expensis & laboribus, & demum pro conservatione, & manutentione eorundem facere opere, & effectu, quæ quilibet diligentissimus Paterfamilias faceret & facere solet rebus suis, occurrereque cuicumque sinistro casui, cui humana providentia occurrere & providere potest: Casus autem inopinati & fortuiti, quibus humana providentia occurrere & providere haud potest, remaneant & sint omnino excepti & exclusi, ac etiam sint & intelligantur excepti alii casus & pericula, quæ debent excludi ex forma Bullæ fel. record. Papæ Pii Quinti super censibus emanatæ anno 1586. 14. Kal. Febr. seu alio veriori tempore, quia etiam sic &c.

Item acto &c. quod teneantur & obligati sint homines dictæ Communitatis, & quilibet eorum in solidum hæredes & successores, ut sic dictus Procurator eidem DD. Comiti Carolo promittit manutenere dicta bona & avarias, super quibus dictus census impositus, & constitutus fuit esse propria dictæ Communitatis & hominum, ac suorum hæredum & successorum, & hominum prædictorum respective libera & exempta, & nemini vendita, nec subjecta alicui alteri censui, canoni aut terratico purificato, seu purificando quomodolibet impedienti præsentis census constitutionem præter aliis duobus annuis censibus cum eodem D.D. Comite Carolo confectis de licentia ad cautelam &c. ex Instrumentis manu meo notarii infrascripti receptis anno 1647. die 6. Augusti, & 19. Novembris, quibus &c. Sufficientiaque pro dicto annuo censu, & longe ultra, & quatenus quovis tempore reperirentur dicta bona, vel aliquam illorum partem esse obnoxiam, vel obligatam alicui alteri censui præter prædictis canoni terratico, aut fidei commisso, aut hypothecæ promittit dicto nomine illa liberari, & eximi facere ab omnibus & singulis obligationibus vel consentiri facere eos, quibus obligata essent ad omnem dicti D.D. Comitis Caroli voluntatem & simplicem requisitionem, alias restituere dictum pretium capitale cum fructibus usque tunc debitis, & non solutis, quia etiam sic &c.

Item acto &c. quod hæredes & successores dictorum hominum, & cujusvis eorum in perpetuum teneantur & obligati sint pro contentis in præsenti Instrumento, nec possint allegare beneficium Inventarii, & quod attinet ad præsens Instrumentum conventum est, prodesse non posse suis hæredibus & successoribus, & quatenus ipsi vel aliquis ipsorum in perpetuum vellent se juvare beneficio divisionis & Inventarii, & allegare quod non teneantur nisi pro portionibus hæreditariis, conventum est quod quantum ad ipsos attinet hæreditas prædicta dictorum hominum non censeatur adita, si ita placuerit dicto D. D. Comiti Carolo & suis &c. quia sic &c.

Item acto &c. quod iste census sit perpetuo redimibilis, imo quod possit redimi in qualibet anni parte absque ulla notificatione, & intimatione aliqua facienda dicto D. D. Comiti Carolo nec suis &c. ac etiam conventum est illam fieri posse per dictum D. Herculem dictis nominibus, & homines, ut supra, in duabus vicibus æqualibus, nempe ducatonorum sexcentorum similium singula paga, sive vice, quod procedit ex mera liberalitate ejusdem D. D. Comitis Caroli, & quod in casu redemptionis & solutionis sint deducendi redditus ad ratam summæ solutæ, & temporis, quo fiet dicta redemptio, quia sic &c.

Item acto &c. quod quatenus ex quacumque causa sive cognita, vel incognita, & penitus ignorata annui fructus, & redditus illius census minuerentur, seu minui, & abassari tentaretur quomodocumque, & qualitercumque, etiam ex causis privilegiatis, quod eo casu quælibet abassatio, diminutio, & disfalcatio, quæ tentaretur, vel motu proprio, aut aliter concederetur, non valeat, nec admitti possit contra præsens Instrumentum & obligationem contentam in eo de solvendo dicto annuo redditu in dicta summa, & quantitate annua, ut supra, conventa, sed perinde illa omnia habeantur, ac si unquam petita fuissent, nec obtenta, sed ipse D. Procurator dictis nominibus, obligandoque etiam se ipsum tanquam de Communitate, ac personas omnes dictorum principalium suorum hæredes, & successores uniuscujusque ex eis in solidum ad faciendum integre dictam annuam solutionem, non obstantibus prædictis; ut sic promittit, & se, & suos principales, ut supra, obligat, quibus omnibus cum juramento renunciat cum maxime per diligentias non exiguas, in o magnas, & frequentissimas per ipsum factas pro inveniendis pecuniis prædictis minori damno, & incommodo dictæ Communitatis, & hominum neminem alium repererit, quamvis multos, & multos perquisiverit, qui, visa auctoritate ipsi competenti de capientis pecuniis prædictis ad censum ad rationem, de qua supra, ut constat diploma facultatis, & bailiæ per ipsos homines obtento ab excellentissimo D. Gubernatore, seu Senatu Mediolani ipsis dare voluerit pecunias prædictas; licet oblato fructu supradicto de quinque pro centenario, ut in eo diplomate continetur præter ipsum Comitem Carolum, qui benigne pro juvandis hominibus dictæ Communitatis inclinavit ad sic faciendum &c. quia dictos homines & universitatem singulari amore & benevolentia prosequitur &c. Item dictus Procurator, tam suo, quam nominibus prædictis, & unoquoque eorum dicit, declarat, & protestatur, ac promittit nomine & vice etiam dictæ Communitatis, ac aliorum particularium, ut supra, pro viribus dictæ Communitatis & hominum Serravallis, quod dicta Communitas & homines per præsentis census constitutionem & venditionem in aliquo volunt, neque intendunt prædicare, nec modo, nec ullo unquam tempore Juribus competentibus dicto D. D. Comiti Carolo emptori dicti census, ejusque successoribus, & quæ ipsi & suis &c. quomodocumque & quolibet jure competunt, seu competere ei poterunt, ac competere prætendit, & prætendere potest super dicto Oppido Serravallis, quia illa pro ejusdem Communitatis & hominum dicti Oppidi Serravallis facto semper remanere illæsa, & intacta conservare intendunt, & solemniter ita protestatur &c.

Item acto &c. quod præsens Contractus, & omnia in hoc Instrumento contenta intelligantur, & sint facta ad formam & tenorem memoratæ Bullæ fel. Record. Papæ Pii Quinti, & alterius Gregorii XIII. super censibus emanatæ, seu emanatarum, illaque omnia juxta dictam Bullam, seu Bullas, & illius, seu illarum tenorem & continentiam regulant & accommodant, & si quid magis aut minus in se contineret, ita, ut si adesset aliquod pactum, clausula, seu quid aliud contra seriem & formam illarum, aut illi non congruens, *censeatur tale pactum, clausula, seu quid aliud pro non apposito, convento, nec scripto in præsenti Instrumento*, sed omnia prædicta reducantur, & reduci debeant juxta formam & tenorem illarum, & sic juxta illas, vel illam constitutio hujus census facta intelligatur, & si quid deesset pro scripto, & convento, & quod superesset pro non scripto in præsenti Instrumento respective habeatur, quia sic &c. quæ omnia &c. attendere &c. sub pœna dupli &c. & cum refectione &c. Ratis &c. & proinde &c.

Tenor trium Scripturarum superius memoratarum sequitur ut infra: An. 1650. die Dominica 17. Mensis Julii.

Coram D. Prætore Serravallis sedente &c.

Convocati & Congregati infrascripti D. D. Consules & Consiliarii labentis anni, & capita domorum pro infrascriptis negotiis Communitatis peragendis, præmisso prius sono Campanæ, & citationibus ad omnia loca publica alta voce preconis, & cuilibet de populo personaliter, ut Andreas de Mediolano nuntius retulit, &c. quorum Congregatorum nomina sunt hæc, videlicet:

D. D. Dominicus Ferrarius, Joannes Paulus Costa, Bartholomeus Raymundus, Il. Philippus Grillus, Julius Cæsar Beccarius, Joannes Bª Grillus, Antonius Piccaluga, Georgius Raffetus, Ruffinus Ferrarius, Joseph. Montessorius.

Qui omnes sunt plusquam duo ex tribus partibus Consilii ordinarii, & D. D. Joannes Campaster, Antonius Ferrarius, Laurentius Costa, Camillus Costa, Bassanus Carpanus, Joannes Grondona, Sebastianus Pernigottus, Silvester Ferrarius, Antonius Grondona, Stephanus Costa, Joannes Andreas de Curte, Hieronymus Marsenarius, Jacobus Sinibaldus, Joannes Franciscus Costa, Jo. Thomas Gallianus, Galeatius de Comite, Cæsar Mainus, Carolus

Carolus Grillus, Bartᵉᵘˢ Ferrarius, Franciscus Richinus, Benedictus Campora, Hieronymus Piccaluga, Jo. Baptista Beccarius, Joannes Baptista Raymundus, Joannes Baiulus, Joannes Ferrarius qu. Ambrosii, Blasinus Bailus, Stephanus Lealis, Baptista de Cruce.

Qui omnes sunt plusquam duo ex tribus partibus capitum domorum nunc existentium in præsenti Oppido &c. Nella qual congregatⁿᵉ è stato proposto dalli D. D. Domᶜᵒ Ferraro, e Gio. Paulo Costa Consoli per il presente anno, che con Laiuto per il Sigʳᵉ Iddio è passato, concluso e stabilito in Magistrato di venire, & fare una translatⁿᵉ con la Regᵃ Camera per la confirmatⁿᵉ de nostri privileggii, per la cui confermatⁿᵉ vien scritto dal nostro Procuʳᵉ di Milano, ch' è necessario pagar in Camera lire dieci milla di Milano, con più due altre millia lire, e per ottenere la licenza da S. E. e per leuare gl' opportuni ricapiti, che per ciò fare, & poter hauere detti denari, *stante che delli scuti tre millia già presi à censo dal Sigr. Co. Carlo Doria non vi è in Milano più di Ducatoni settecento cinquanta in circa*, hanno li medᵐⁱ D. D. Consoli con participatⁿᵉ per il conseglio ordinario mandato dal medᵐᵒ Sʳᵉ Co. Carlo Doria il Sʳᵉ Hercole Campastro per vedere, (conforme si è sempre compiaciuto fauorire la nostra Commᵗᵃ) darne à censo *ancora* ducatoni mille e ducento, con li quali *compreso li di sopra*, che sono in Milano fanno la somma delle lire dodeci millia in circa, & hauendo il medesimo Sigʳᵉ Conte Carlo gratiato la nostra Cmmᵗᵃ di darne detti denari, mentre se li dij le douute cautioni, & come da vna forma consignata al medᵐᵒ Sigʳᵉ Campastro da leggersi alle Sigʳᵉ loro. Per tanto per stabilir il tutto hanno fatto congregare il Consiglio generale, si per che habbino notitia di quanto segue, & fà bisogno nella nostra causa, & per l' ultimatione d' essa, si anche perche con questa occasione si vedino di trouare vno e più particulari, quali obligano li loro beni per cautione, & Sicurezza d' esso Sigʳᵉ Conte Carlo Doria, & per tutta la Commᵗᵃ assicuri, e prometti releuare di tali, che s'obligheranno verso di dᵒ Sigʳᵉ Conte Carlo, accio' si possi prouedere, & hauere detti denari, & mandarli à Milano per l' effetto come sopra, la qual nota è del tenor seguente, cioè: La Commᵗᵃ desidera à censé ducatoni 1200. effettiui. Si fonderà il Capitale, e reddito de censi sopra tutti li beni della Communità, & in specie soprà li beni de particulari, con riserua che siano obligati in subsidium sopra le auarie solite, e datij, che imponeranno sopra le macine & altre concernenti alle conuentioni fatte con l' Illᵐᵒ Magistrato, *& per maggiore cautela, & anco per togliere, e leuar ogni disputa si debba ottenere la dispensa il Senato Eccᵐᵒ di Milano*. Circa le clausule, si riveda gl' Instrumᵗⁱ già passati, & si facci nuoua minuta, la qual si transmetti à me non solo con esse clausule, mà più ample se sarà necessario: Cujus originale fuit etiam consignatum præfato D. Herculi Campastro, la qual proposta sentita da detti D. D. Congregati tutti unanimi, e concordi, e senza discrepanza alcuna, hauendo prima sentito leggere quanto vien preteso dal Sigʳᵉ Conte Carlo Doria, nella soprastᵃ nota hanno ordinato, & ordinano, che si debba prendere à censo detti Ducatoni 1200. dal medemo Sigʳᵉ Conte Carlo Doria, & essi insiemo li Ducatoni settecento cinquanta, quali sono in Milano, si debbano pagare alla Regᵃ Camera per la confirmatⁿᵉ de nostri priuileggi con farli fare il douuto Instromento di transattione con la medema, con li patti, e capitoli già stabiliti in Milano con il nostro Procuʳᵉ Sigʳᵉ Gio. Giacomo Costa, & per potere prendere detti denari à censo, & cautione per il medemo Sigʳᵉ Conte Carlo hanno ordinato, & ordinano li detti D. D. Congregati, che si debbi obligare, come obligano à fauore, & per cautione per il medemo Sigʳᵉ Conte Carlo tutti li beni della Commᵗᵃ presenti, e futuri, come anche le auarie, taglie, & altre entrate della medema, tanto presenti, quanto quelle, che s' imponeranno in auenire, *con di più che per maggior cautela si debbi prendere*, o' sia ottener dispensa del Senato Eccᵐᵒ accio detto Sigʳᵉ Conte Carlo come Cauaglier Genouese possi constituire dᵒ censo soprà beni della nostra Commᵗᵃ com' anco dell' infrascritti particolari, quali acciò resti maggiormᵗᵉ cauto detto Sigʳᵉ Co. Carlo s' offeriscano obligare tanto de loro beni respettiuamᵗᵉ per la sudᵃ somma di Ducatoni mille, e ducento nel modo infrascritto cio è li D. D. Lorenzo Costa Ducatoni cento, Domᶜᵒ Ferrari Ducatoni cento, Gio. Baptista Costa Ducatoni cento, Dʳ Filippo Grillo Ducatoni cento, Giulio Cesare Beccari Ducatoni cento, Antonio Piccaluga Ducatoni cento, Gio. Andrea Corte Ducatoni cento, Gio. Grondona Ducatoni cento, Sebast. Pernigotto Ducatoni cento, Geronimo Piccaluga Ducatoni cento, Battista Croce Ducatoni cento, & Giuseppe Monteforo per Ducatoni cento, quali particolari, & ogn' vn di essi nell' Instromento di procura da farsi al D. Hercole Campastro deputato, & che deputano per andar à pretendere detti denari à censo, & à far l' Instromento con le douute cautioni, clausule, & obligatⁿⁱ, & promissioni in amplissima forma da estendersi per il qual effetto li danno ogni, opportuna facolta, & bailia, si offeriscano, & promettano obligare respettiuamᵗᵉ ogn' vn di essi tanto de loro beni, come da quella, alla quale s' habbi relatione &c. & quali D. D. particolari come sopra obligati per la somma come sopra tutti li sudetti D. D. Congregati hanno promesso, & promettono, obligando tanto li loro beni, quanto quelli della Commᵗᵃ di rileuarli & conseruarli indenni, e senza danno per dᵃ obligatⁿᵉ, per il qual effetto anco e per poter nell' Instromento di procura da farsi come sopra, obligare li beni della Communita, tanto

tanto per cautione d' esso Sig^re Co. Carlo, quanto de detti particolari obligati come sop^a, hanno deputato, e deputano li DD. Gio. Paulo Costa Console, Bart^eo Raimondo Raggionato, e Gio. Battista Grillo Magistrate, quali possino, e debbino far d^a procura tanto al detto Sig^re Campastro per riceuer detti denari e farli douuti Instromenti di cautione al medemo Sig^re Co. Carlo con tutte le cautioni, obligat^ni, e promissioni, & juramenti douuti, necessarii, e soliti respettiuam^te, & che faranno in sodisfatt^ne d'esso Sig^re Co. Carlo, et anco per li sudetti particulari, quanto anco per poter fare qualsiuoglia Instrumento di procura al detto Sig^re Gio. Giacomo Costa per poter transigere con d^a reg^a Camera, pagarli detti Denari, & fare tutto quello sarà necessario per espeditione, e total esecutione della nostra causa, che per cosi fare d^i DD. Congregati danno ogni opportuna autorità facoltà, e bailia alli sud^i DD. Costa e Raimondo, & Grillo di poter fare nella presente causa, & meriti, & progressi di essa tutto quello, che potrebbe fare tutta l' universita legitimam^te congregata, per che cosi e la mente di detti DD. Congregati, & l' autorità, che intendono & vogliano habino li sud^i DD. dantes, & concedentes, & promittentes &c. sub &c. renunciantes &c. & inde de prædictis &c.

(L. S.) Ita est in libro Ordiuationum Consilii Oppidi Serravallis, salvo tamen &c.

Ego Antonius Carbonaria publicus dicti Oppidi Notarius & Actuarius de supradicta Ordinatione & rogatus pro fide me subscripsi.

Philippus IV. Dei gratia Hispaniarum utrius Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

COmmunitas & homines Serravallis obtulerunt nobis preces sequentes, videlicet:

Potentissimæ Rex.

Anno 1647. proxime effluxo die 3. Julii, ad introclusas preces Communitatis & hominum Oppidi Serravallis M. V. ex sententia Senatus Excellentissimi audito Phisco concessit, & dispensavit dictam Communitatem posse tuto & valide accipere ad censum Scuta ter mille pro evitanda infeudatione ejusdem Oppidi, & obtinenda transactione à Regiæ M. V. Camera super litibus & controversiis jamdiu inter Phiscum & Communitatem ipsam vertentibus occasione vectigalis semi assis in singulos sextarios vini minutim vendendi, & aliorum onerum, seu dationum, & Gabellarum impositorum in hoc statu Mediolani, à quibus ipsa Communitas prætendit se esse omnino immunem, & exemptam virtute suorum privilegiorum. Dispensavitque ex causis adductis censum prædictum constituere posse, & vendere *personis Genuensibus*, non obstante quod agatur de censibus ac redditibus vendendis personis non subditis, & ut ex dicta dispensatione *introclusi exempli*, cujus virtute Communitas ipsa accepit ad censum dicta scuta tria mille in rationem quinque pro centenario à Comite Carolo ab Auria nobili Januense, quam summam sperabat sufficere pro se eximenda à dicta infeudatione, & obtinenda narrata transactione, verum cum pro exemptione sola ab infeudatione coacta fuerit erogare scuta circiter mille ducentum, & alias ingentes impensas facere ascendentes ad alia scuta fere ducentum, diuque, & per biennium, & ad hunc usque diem super dicta transactione inter Communitatem maximis quidem suis impensis, & Phiscum coram Magistratu Ordinario discussum fuerit, & tandem illa obtinuerit, dummodo solvat libras decem mille Regiæ Cameræ *atque suis pecuniis Communitas ipsa redimat vectigal prædictum* vini minuti, quod medio tempore Regia Camera jam vendiderat cum facultate redimendi, quam nunc Communitati concedit, *in cujus redemptione veniunt solvenda alia scuta mille*; pro prædictis omnibus peragendis, adhuc desunt Communitati saltem Ducatoni mille ducentum, quos cum aliunde habere non possit, nisi ad eundem Censum, neque modo reperiat aliquem subditum huic dominio, qui velit hunc acquirere, requisivit eundem Comitem Carolum ab Auria, Januens. qui obtulit se quoque paratum, accedente eadem M. V. dispensatione dictam summam dare ad censum dictæ Communitati, *& particularibus* ejusdem Oppidi in eandem rationem quinque pro Centenario *cum pacto, quod ullo unquam tempore reduci minus possit, ut in priori censu actum fuit* super Bonis, Juribus, Redditibus, & æstimo dictæ Communitatis in subsidium super quibuscumque avariis, & datiis, & redditibus, ac æstimo dictæ Communitatis præsentibus, & futuris, & specialiter etiam super bonis *aliquorum particularium, qui pro ipsa Communitate se obligent*, prout jam pro prædictis omnibus peragendis duæ partes ex tribus onera sustinentium in dicto communi prius legitime vocati expresse consenserint. Cum autem militet, & duret eadem causa, *& necessitas*, quibus M. V. mota fuit ad concedendum primam dispensationem aliorum scutorum trium mille, ut posset Communitas illa accipere ad censum, & à *personis Januensibus*, denuo pro dicto residuo ad M. V. dicta Communitas confugit &c.

Humiliter supplicando velit quoque eisdem de causis concedere, & dispensare, quod agentes dictæ Communitatis nomine ipsius, *ac etiam homines particulares nominibus propriis* in eadem causa juxta jam decreta, in consilio generali à duabus partibus ex tribus totius Universitatis possint & valeant tuto, & valide accipere ad eundem censum alios ducatonos mille ducentum, qui desunt pro obtinenda dicta transactione à dicto D. Comite Carolo ab Auria Januens. & ei vendere dictum Censum *modo quo supra narrato*, non obstante, quod agatur de venditione census

sus

ſus vendendi forenſibus, & non ſubditis, ac aliis quibuſcunque in contrarium facientibus, quibus M. V. quoque derogare dignetur, ut ſperatur. *Quibus viſis una cum memorata diſpenſatione noſtra* per has noſtras concedimus, & diſpenſamus agentes dictæ Communitatis ejus nomine, ac etiam homines particulares nominibus propriis *in eandem cauſam* juxta jam decreta in conſilio generali à duabus partibus ex tribus totius Univerſitatis poſſe tuto & valide accipere ad eundem cenſum ducatos mille ducentum pro obtinenda dicta tranſactione à dicto D. Comite Carolo ab Auria *Januenſe*, & ei vendere dictum cenſum, *uti petitur*, non obſtante, quod agatur de vendendo cenſu forenſibus, & non ſubditis, modo pretium convertatur in narratam cauſam, & in contractu faciendo nullum pactum ponatur de præſervando emptore immune ab oneribus, vel per quod ullo modo derogetur poteſtati Principis ſub pœna nullitatis contractus, & modo quandocumque propter non ſolutos redditus cenſus committatur venire debeant Incolæ hujus dominii, decernentes dictum contractum poſtquam ſicut ſupra factus fuerit, valere, nec ei contraveniri poſſe, *allegatis in precibus contrarium diſponentibus non attentis*, quibus hac tamen in parte derogamus. In quorum fidem præſentes ſigillo noſtro munitas fieri, & regiſtrari juſſimus. Datum Mediolani die 30. Septembris 1650.

(Locus Sigilli.)

Ca. Jac. Inagnes.

IN nomine Domini amen. Anno à Nativitate ejuſdem Milleſimo Sexcenteſimo quinquageſimo die vero Lunæ decima octava menſis Julii, coram D. Jo. Bernardo Bertorotto Prophætore & fiſcali, ſedente, ut infra Ibique &c. Conſtituti coram me Notario, & teſtibus infraſcriptis DD. Jo. Paulus Coſta qv. Joannis, Bartholomeus Raymundus qv. Baptiſtæ, ac Joannes Baptiſta Grillus qv. Lucæ Oppidi Serravallis, & ſpecialiter deputati à Conſilio generali, vigore Ordinationis factæ ſub die 17. Menſis Julii, cui parte una ac DD. Dominicus Ferrarius qv. Baptiſtæ, Joannes Baptiſta Coſta qv. Domitii, Il. D. Philippus Grillus qv. Baptiſtæ, Julius Cæſar Beccarius, qv. Baptini, Jo. Andreas de Curte qv. Joannis Belli, Joannes Grondona qv. Simonis, Sebaſtianus Pernigotus, qv. Jo. Baptiſtæ, Hieronymus Piccaluga, qv. Baptiſtæ, Baptiſta de Cruce qv. Gulielmini, Laurentius Coſta qv. Domitii, Antonius Piccaluga qv. Bartholomei, & Joſeph Monteſſorius qv. Antonii omnes ejuſdem Oppidi *nominibus propriis* &c. parte altera &c. & tam ſimul, quam diviſim, ac utroque modo, & prout melius &c. ſponte, & voluntarie &c. ac alias omni meliori modo &c. fecerunt & conſtituerunt, & creaverunt, ac deputaverunt, ac faciunt &c. eorum reſpective certum, verum, & indubitatum miſſum, Nuntium, actorem, & Procuratorem &c. In eorumque reſpective locum, & ſtatum poſuerunt, & ponunt &c. D. Herculem Campaſtrum filium D. Joannis ejuſdem Oppidi abſentem tanquam præſentem &c. Generaliter, & expreſſe &c. Ita quod &c. ad pro dictis DD. deputatis, ſeu pro dicta Communitate Serravallis, nec non & pro ſupraſcriptis DD. particularibus, & ſingulis eorum nominibus propriis etc. ſe conferendum ad Civitatem Genuæ, ac ad omnia loca, ubi &c. ad imponendum, & conſtituendum annuum, & perpetuum cenſum redimibilem Ducatonorum ſexaginta, ſeu illius valuta in & ſuper omnibus bonis, Juribus, redditibus, & æſtimo dictæ Communitatis, ac in ſubſidium ſuper quibuſcumque avariis, & datiis, tam impoſitis, quam imponendis in dicto Commune Serravallis, durantibus juribus dicti annui cenſus à die Conſtitutionis dicti redditus, & cenſus etc. & ſpecialiter etc. Ita quod Specialitas Generalitati non deroget, & è contra etc. ad pro prædictis DD. Particularibus imponendum, & conſtituendum dictum annuum cenſum dictorum Ducatonorum ſexaginta, ſeu illius valuta ſuper infraſcriptis bonis ſpecialiter obligandis pro capitali Ducatonorum centum pro ſingulo pretio terræ, & domo reſpective infraſcriptorum particularium, videlicet:

Super perticis quatuordecim terræ boſchivæ, & caſtaneativæ ſitæ ſuper territorio Serravallis l. d. in le Vaie Juris dicti D. Domini Ferrarii, cohæret ipſe ex majori pretio, & R. P. Jo. Angelus Groſſolictus Salvo etc. obligandum pro ducatonis centum capitalis. Item ſuper domo una ſita in dicto Oppido in Platea ejuſdem, cohæret ab una H. H. D. Jo. Baptiſtæ Ferrarii, ab alia D. Jo. Paulus Coſta, & ab alia Contrata appellata delli Coſta Salvo &c. Juris D. Laurentii Coſtæ obligando pro Ducatonis centum.

Item ſupra alia domo ſita ut ſupra, & in contrata ſuperiori, cohæret ab una Petrus Roſa, & ab alia Petrus Chiapella, retro DD. fratres Carpani, ante dicta contrata Salvo etc. Juris dicti D. Jo. Baptiſtæ Coſtæ obliganda pro ſumma ut ſupra.

Item & ſuper pretio uno terræ arativæ, affilaneatæ perticarum ſeptem in circa ſito ſuper territorio Serrivallis l. d. ſu l' Erzine, o ſia al lago ſtagnone, cohæret D. Joannes Campaſter, ab una, & ab alia D. Joannes Grondona, Hieronymus Piccaluga, & Joannes Ferrarius qv. Ambroſii Salvo etc. Juris Il. D. Philippi Grilli obligando pro dicta ſumma Ducatonorum centum pro capitale ut ſupra etc. Item ſuper perticis decem prati, ſiti ut ſupra l. d. nel Riale della Pieue, cohærent Jura Eccleſiæ Sancti Martini, ab alia Jura Sanctorum Petri & Pauli, & via publica Salvo etc. Juris D. Julii Cæſaris Beccarii pro ſumma ut ſupra obligandis. Item ſuper perticis decem terræ arativæ affilaneatæ ſitis ut ſupra l. d. al Campaſſo Juris Antonii Piccalugæ, cohæret ab una D. Jo. Baptiſta Grillus, & à duabus Antonius Ramironus Salvo &c. obligandis pro ſumma ut ſupra etc.

pra &c. Item super perticis septem terræ arativæ, affilaneatæ, sitæ ut supra l. d. al Possarello, cohærent hæredes Petri Piscii, ab alia D. Antonius Ferrarius, & Jacobus Antonius Ferrarius, ac via vicinalis &c. Juris Josephi Montesorii obligandis pro summa ducatonorum centum ut supra &c. Item super perticis decem terræ arativæ affilaneatæ sitæ ut supra l. d. in Frascheta Juris D. Jo. Andreæ de Curtæ, cohærent hæredes D. Petri Piscii, Jura Sancti Blasii, hæredes D. Josephi Vacarii, ac via vicinalis, Salvo &c. pro summa ut supra obligandis. Item super perticis viginti terræ affilaneatæ sitæ ut supra l. d. in Cappellezza Juris D. Joannis Grondonæ, cohæret ab una Bernardinus Grillus, ab alia Clara filia, D. Julius Cæsar Beccarius, & fratres de Bucii, ac via Salvo &c. pro summa ut supra obligandis.

Item & super perticis octo terræ arativæ affilaneatæ sitæ ut supra l. d. al lago stagnone Juris *D.* Sebastiani Pernigoti, cohærent ab una D. Bassanus Carpanus, ab alia Antonius Grondona, & via vicinalis salvo &c. pro summa ut supra &c. Item super perticis decem terræ arativæ affilaneatæ sitæ ut supra l. d. in Camporiolo Juris Hieronymi Piccalugæ, cohærent ab una hæredes Petri Piscii ab alia Jura Conventus Sanctæ Mariæ de succursu ac via vicinalis, salvo &c. obligandis pro summa ut supra &c. Item et super perticis septem terræ arativæ affilaneatæ ex majori pretio sitæ ut supra l. d. su Lerzine Juris dicti D. Baptistæ de Cruce, cohæret ab una D. Joannes Roniana, ac via vicinalis in capite salvo &c. obligandis pro capitali Ducatonorum centum ut supra &c. Constituentes in totum dictæ partitæ simul junctæ dictam summam dictorum Ducatonorum mille ducentum capitalis &c. pro quibus infrascriptis DD. Ferrarius, Laurentius & Joañes Baptista de Iostis, Ill. D. Grillus, Beccarius, Piccaluga, Montesorius, de Curte, Grondona, Pernigotus, Hieronymus Piccaluga, & Baptista de Cruce ibidem præsentes requisiti, & rogati à Consilio generali, & intuitu infrascriptæ promissionis per dictos DD. deputatos, nominibus ut supra fiendæ, de eis, & eorum bona indemnes & indemnia conservandis tenore præsentis Instrumenti dictum annuum, & perpetuum, ac redimibilem censum in dictis eorum bonis pro dicta respective summa constituerunt, & constituunt &c. Item ad vendendum dictum annuum, & perpetuum, ac redimibilem censum dictorum Ducatonorum sexaginta Illustrissimo D. Comiti Carolo ab Auria, qv. Illustrissimi D. Comitis Jo. Ambrosii, Patritii Januensis pro capitali pretii, Ducatonorum mille ducentum, seu illorum valuta cedendum, promittendum, obligandum, jurandum, & renunciandum, & cum omnibus clausulis, cautelis, juramentis, & aliis opportunis, & necessariis, & in similibus contractibus apponi solitis, tum de Jure cum de stylo, ac dicto D. Procuratori Bene visis &c. Item ad omnibus de quibus supra recipiendum dictum pretium, seu capitale dictorum Ducatonorum mille ducentum, seu illorum valutam, & de eis quamcunque opportunam confessionem, liberationem, & quitationem in amplissima Juris forma faciendam præfato Illustrissimo D. Comiti Carolo seu illius Procuratori per publicum Instrumentum à d. D. Hercule Procuratore ut supra rogari curandum à publico Notario conficiendum ad effectum dictos Ducatonos, seu illorum valutam implicandi, seu solvendi D. Jo. Jacobo Costæ, Procuratori ejusdem Comunitatis pro illis exinde solvendis Illustrissimo Magistratui pro ordinario Mediolani pro confirmatione Immunitatis & privilegiorum dictæ magnificæ Communitatis Serravallis &c. Item ad dictis nominibus solvere promittendum & obligandum dictum annuum redditum, & censum dictorum Ducatonorum sexaginta singulo anno, seu illorum valutam Præfato Illustrissimo D. Comiti Carolo ab Auria, seu cui ipse mandabit &c. prout dictum annuum redditum dicti DD. Constituti Communi, & privato respective nominibus prout supra in solidum solvere, & præstare promittunt erga me Notarium stipulantem & acceptantem nomine & vice Prædicti Illustriss. D. Comitis Caroli seu &c. sub &c. Item & ad pro dicta Commune & DD. Particularibus cedendum, & transferendum dominium dictorum bonorum ut supra obligatorum &c. ac jurandum in Anima ipsorum DD. constitutorum dicta bona esse libera, & nullibi obligata, nec aliter cessa, & esse capacia, & longe ultra dicto & infrascripto censu &c. Item & ad dictis nominibus quodcumque opportunum Instrumentum seu Instrumenta tam pro celebratione suprascripti contractus census ad formam Bullæ emanatæ à Papa Pio Quinto in Materia censuum, quam pro quacumque alia de causa adhuc dependenti etiam in solvendis dictis Ducatonis mille Ducentum præfato D. Jo. Jacobo Costæ in valida juris forma à publico Notario confici, & rogari faciendum ad majus tam beneficium dictæ Communitatis, & dictorum DD. Particularium &c. Item ad constituendum pactum cum præfato Illustrissimo D. Comite Carolo de eximendo dicta Communitate, & prædictis DD. Particularibus semper, & quando &c. à dicto annuo reddito, in pluribus vicibus cum declaratione minuendi redditum ad ratam &c. Item ad constituendum pactum quod dicti census non possint minui, nec auferri vigore quarumcunque proclamationum DD. Superiorum status Mediolani, ac renunciandum illorum beneficio &c. cum debitis clausulis, & obligationibus &c. & demum ad ea omnia, & singula alia dicendum, faciendum, instandum, gerendum, procurandum, promittendum, exequendum, & obligandum, quæ in præmissis, & circa præmissa gerere, facere, promittere, exequi, procurare & obligare posset tota Universitas Serravallis legitime congregata, ac dicti DD. Particulares si præsentes essent,

essent, et personaliter interessent, etiamsi talia forent, quæ mandatum magis generale vel plus speciale exigerent, quam hic est expressum, quia eorum mens et intentio fuit, et est quod præsens mandatum ad præmissa agendum sit amplissimum, et ad libitum ipsius D. Constituentis pro majori cautione, et satisfactione præfati Illustrissimi D. Comitis Caroli etc. Insuper præfati DD. Joannes Paulus Costa, Bartholomæus Raymundus, et Joannes Baptista Grillus ad hoc, et alia de quibus latius in ordinatione generali peragenda specialiter deputatis etc. Ibidem præsentes etc. promiserunt, et promittunt, relevare, et conservare præfatos DD. Particulares, et quemlibet ipsorum, ut supra obligatos pro dictis Ducatonis mille ducentum pro dicta communitate ac eorum bona indemnia conservare a dictis obligatione, et census constitutione; ut supra fienda de eorum propriis bonis ergà præfatum Illustrissimum D. Comitem Carolum, obligantes proinde omnia bona dictæ Communitatis præsentia et futura, quæ dictis nominibus constituunt tenere etc. Donec etc. renunciantes etc. jurantes etc. Dantes et concedentes etc. tam prædicti DD. Deputati, quam suprascripti omnes Particulares dictis nominibus etc. Intercedentes etc. sub hypotheca etc. volentes etc. sub simili etc. renunciantes dictis respective nominibus etc. Jurantes etc. super quibus omnibus, sicut supra in actis etc. præfatus D. Joannes Bertorottus Proprætor, et Fiscalis sedens super ejus solita cathedra Lignea sita in sala Prætorii, ubi consilium dicti Oppidi congregari solet etc. suam, et communis dicti Oppidi Serravallis auctoritatem atque decretum interposuit, et interponit etc. laudans, et approbans etc. ac supplens quibuscumque defectibus si qui etc. et ita etc. et inde de prædictis etc.

Actum in Oppido Serravillis, et in dicta sala Palatii Prætorii sita, ut supra sub suis notoriis confinibus etc. Testes DD. Camillus Costa qv. Capⁿⁱ Jo. Baptistæ Antonius Remironus qv. Bartholomei et Ruffinus Ferrarius qv. Jacobi omnes præsentis oppidi Sarravallis noti, idoneique.

(L.S.)

Exactum per mihi fidum, prout jacet in originali rogatum per me Notarium infrascriptum salvo tamen etc.

Ego Antonius Carbonaria publicus Imperiali autoritate oppidi Serravallis Notarius de suprascripto mandati Instrumento rogatus pro fide hic me subscripsi.

De quibus omnibus per me Joannem Franciscum Lavagninum Notarium etc. actum in oppido Gavii, in Sala domus habitationis M. Julii Montagnæ Notarii publici in dicto Oppido in Contrata prope Ecclesiam RR. Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Carmine, anno à Nativitate Domini Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo, Indictione tertia, secundum Genuæ cursum die lunæ trigesima prima Octobris in tertiis præsentibus testibus eodem D. Julio Montagna, D. Raphaele Benegassi de dicto Oppido Notariis, & D. Antonio Francisco Candia qv. Capⁿⁱ Pantaleonis ad prædicta vocatis & rogatis.

Subscriptum Joannes Franciscus Lavagninus qv. Jo. Baptistæ publicus Januensis Notarius in præmissorum fidem hic me subscripsi tabellionatus mei signo apposito.

Antonius de Possentibus cunctis attestamur dictum D. Joannem Franciscum Lavagninum, qui dictum Instrumentum recepit, & manu sua propria subscripsit, ac suo tabellionatus signo signavit, fuisse, & esse publicum, authenticum, & fide dignum Notarium Collegiatum Genuensem, Scripturisque publicis per eum convectis, & subscriptis continuo plenam fidem in judicio, & extra adhibitam fuisse & adhiberi. Datum Genuæ in Palatio Archiepiscopali 1650. die 9. Decembris.

Subscriptum Jo. Baptista Badaranus, Notarius & Curiæ Archiepiscopalis Genuæ Cancellarius. Et cujus Instrumenti & omnium in eo contentorum tenore prædicti omnes DD. Congregati ut supra dixerunt, & protestati fuerunt, ac dicunt illum, & illa intellexisse, cum fuerint per me Notarium infrascriptum eisdem DD. Congregatis lectum vulgari sermone &c. Volentes gesta per dictum D. Campastrum Procuratorem ut supra acceptare, & ad cautelam ratificare &c.

Propterea præfati DD. Consules, Consiliarii, Particulares obligati, ac alii specialiter deputati ut supra, debite, & respective referendo sponte, & voluntarie &c. ac alias omni meliori &c. Dictum, & suprascriptum annuum censum, & redditum & omnia, & singula in suprascripto Instrumento contenta, promissaque & stipulata per præfatum D. Herculem Campastrum nomine, & pro computo tam dictæ Communitatis quam suprascriptorum DD. Particularium dicti Oppidi contentorum in suprascripta Procura, qui bona sua pro celebratione dicti census specifice obligarunt, & omnia alia & singula in dicto Instrumento scripta, & annotata tanquam facta ad voluntatem, ordine, & mandato expressoque consensu ipsorum sponte, & omni meliori modo &c. versus præfatum Illustrissimum D. Carolum ab Auria licet absente, præsente tamen me Notario infrascripto, uti persona publica, officio publico fungente pro eo stipulante &c. acceptaverunt, & ad cautelam ratificaverunt, confirmaverunt, & approbaverunt, ac acceptant, ratificant, & approbant in omnibus, & per omnia, ut in eo continetur, & etiam ad abundantem cautelam, & quatenus opus sit, & non aliter, nec alio modo illa omnia & singula, & ad illa sese, & illorum, & cujuslibet ipsorum respective hæredes & successores obligaverunt, promittunt, et obligant etc. prout per dictum D. Campastrum factum fuit in dicto

cto Instrumento omni exceptione remota etc. sub hypotheca, & obligatione &c. citra tamen semper aliquam novationem, et præjudicium præmissorum gestorum, et factorum per dictum D. Procuratorem in Instrumento superius inserto, renunciantes &c.

Quam quidem ratificationem, omniaque et singula in dicto Instrumento contenta, et ut supra, asserunt esse vera, et promittunt illa observare, & contra in aliquo non facere, dicere, vel venire per se se, nec per interpositas personas, & sic tactis scripturis, in manibus mei Notarii infrascripti juraverunt &c. sub pœna perjurii, ac dupli valimenti totius ejus, et quanti &c. quæ et quanto contrafieret, et non observaretur, et cum refectione omnium damnorum, expensarum, et interesse litis, et extra, ratis tamen semper, et firmis nihilominus remanentibus omnibus, et singulis in dicto Instrumento contentis, et proinde pro eorum observatione se ipsos, eorumque hæredes, et successores, bona omnia, et signanter superius descripta pignori obligaverunt, et hypothecaverunt, obligant, et hypothecant, etiam cum clausula constituti, et perjurii, et alias omni meliori modo prout melius, et utilius præfato Illustrissimo D. Comiti Carolo ab Auria, et illius hæredibus futurum est, renunciantes &c. Insuper prædicti DD. Consules, et Consiliarii dictis nominibus nec non et prædicti D. Joannes Baptista Grillus, Bartholomeus Raymundus, ac Joannes Paulus Costa specialiter deputati, ut supra, promittunt relevare, et conservare indemnem, et sine damno Illustr. D. Philippum Grillum, ac alios Particulares, ut supra obligatos pro obligatione per eum et eos respective facta dictorum scutorum, Ducatonorum centum pro quolibet erga præfatum Illustrissimum D. Comitem Carolum, sub &c. obligantes dictis nominibus etc. bona quæ &c. Donec &c. renunciantes etc. Jurantes &c.

Actum in Oppido Serravallis, et in Sala Palatii Pretorii, ubi solent DD. Consules, et Consiliarii, congregati pro negotiis Communitatis coram præfato Ill. D. Prætore ut supra sedente super ejus solita Cathedra.

Testes Bartholomeus Ferrarius qv. Augustini, et Bartholomeus Bruca qv. Joannis omnes præsentis Oppidi noti, idoneique etc.

(L.S.)

Extractum per mihi fidum, prout jacet in orginali rogato per me Notarium infrascriptum, salvo tamen etc.

Ego Antonius Carbonaria publicus Imperiali auctoritate oppidi Serravallis Notarius de supra scripto ratificationis Instrumento rogatus, pro fide hic me subscripsi etc.

IX.

Josephi Romanorum Imperatoris Diploma, in quo Comitem Leonardum ab Auria de Castro & Feudo Serravallis non solum investivit, verum etiam literas investituræ Antecessoribus ipsius ab Imperatoribus Romanis An. 1598. 1613. 1620. 1630. & 1680. *concessas, atque huic Diplomati insertas, denuo confirmavit, d. d. 6. Januar. An.* 1707.

JOSEPHUS Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurpi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum.

Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum demisse nobis exponi curavit nobilis noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus Leonardus, Comes ab Auria, se una cum fratribus suis Joanne Ambrosio, & Leopoldo, a Domino Genitore, ac Prædecessore nostro Romanorum Imperatore, Leopoldo, Gloriosissimæ memoriæ, de Castro & Feudo Serravallis rite & legitime investitum fuisse, cujus quidem Investituræ tenor sequatur in hæc verba:

LEopoldus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferrettis, Kiburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum.

Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum demisse nobis exponi curarint nobiles nostri, & Sacri Imperii fideles dilecti, Joannes Ambrosius, Leonardus & Leopoldus, fratres, Comites ab Auria, Patrem quondam suum, Carolum, Comitem ab Auria, a Nobis de Castro & Feudo Serravallis, cum assensu Divi quondam Imperatoris Ferdinandi Tertii, Domini Patris & Prædecessoris nostri Colendissimi, Gloriosissimæ

simæ memoriæ, eidem à Joanne Ambrosio, Comite ab Auria, Patre suo, tanquam filio unico & legitimo, tunc donatis, rite & legitime investitum fuisse, cujus quidem Investituræ tenor sequatur in hæc verba:

LEopoldus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferrettis, Kiburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum.

Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum demisse nobis exponi curavit nobilis noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus Carolus, Comes ab Auria, se à Divo quondam Imperatore Ferdinando Tertio, Domino Patre ac Prædecessore nostro Colendissimo, Gloriosissimæ memoriæ, de Castro & Feudo Serravallis, assensu prædicti Prædecessoris & Patris nostri à Joanne Ambrosio, Comite ab Auria, Patre suo, sibi tanquam filio unico tunc donato, rite & legitime investitum fuisse, cujus quidem Investituræ tenor sequatur in hæc verba:

FErdinandus Tertius, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum.

Agnoscimus, et notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum demisse nobis exponi curarit nobilis noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus Carolus, Comes ab Auria, a Joanne Ambrosio, Comite ab Auria, Patre suo, sibi, tanquam filio unico & legitimo, Imperiali Rescripto quondam Domini Patris, & Prædecessoris nostri Colendissimi, Gloriosissimæ recordationis, non solum quoad honores, sed etiam quoad Successionem, tam ab intestato, quam ex testamento bonorum omnium, cum allodialium, tum feudalium habilitato, sub reservatione benignissimi assensus nostri Cæsarei inter alia Feuda, Castra & & loca, Castrum & Feudum Serravallis, de quo quidem ipse Joannes Ambrosius Pater illius à Divis quondam Romanorum Imperatoribus Prædecessoribus nostris, Augustissimæ memoriæ, gratiose investitus fuerit, donatum fuisse, cujus quidem Investituræ tenor sequatur in hæc verba:

FErdinandus Secundus, Divina favente Clementia electus Romanor. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurpi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum.

Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum demisse nobis exposuerit nobilis noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus, Joannes Ambrosius ab Auria, sese ab Augustissimæ memoriæ Imperatore Matthia, Domino Patruele, & Prædecessore nostro Colendissimo, de Castro & loco Serravallis, cum universis Juribus ac pertinentiis suis, renovationem Investituræ olim sibi per Imperatorem Rudolphum Secundum itidem Dominum Patruelem, & Antecessorem nostrum inclytæ recordationis, gratiose concessæ obtinuisse, juxta formam subsequentis Diplomatis:

MAtthias, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferrettis, Kiburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum.

Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum demisse nobis exposuerit nobilis noster, et Sacri Imperii fidelis dilectus Joannes Ambrosius ab Auria sese post mortem quondam Huberti Spinulæ, Avunculi sui ab Augustissimæ memoriæ Imperatore Rudolpho Secundo, Domino fratre, et Prædecessore nostro Colendissimo, de Castro et loco Serravallis, cum universis Juribus, ac pertinentiis suis per supradictum quondam Hubertum Spinulam possessis, die decima quarta mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, quingentesimo nonagesimo octavo certis quibusdam Conditionibus Investituram obtinuisse, quemadmodum ex ejusdem Instrumento, cujus tenor hic insertur, latius constare possit:

RUdolohus Secundus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper

per Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, etc. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris, et inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, et Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferrettis, Kiburgi et Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris, et inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, et Salinarum.

Recognoscimus, et notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum nobis humiliter expositum fuerit, majores quondam Huberti Spinulæ, à Divis Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus et Regibus, præsertim Henrico septimo, præclarissimæ memoriæ de diversis Castris, et locis in Liguria sitis, ac inter alia de Castro et Burgo Serravallis, ejusdemque Juribus, et pertinentiis, tanquam de feudo recto, et gentili, cum mero et mixto Imperio, et omnimoda Jurisdictione, ac regaliis omnibus, libero tamen, et exempto à quibusvis gravaminibus, et superimpositionibus investitos fuisse, prout ex serie privilegiorum prælibati Henrici Septimi sub dato Anno Millesimo tricentesimo decimo tertio, et aliorum clare apparere dicitur, quæ quidem privilegia Divus quoque Imperator Carolus Quintus Dominus magnus Patruus, et Avus noster maternus Colendissimus Augustæ memoriæ successive ratificarit, ac in personam olim Christophori Spinulæ confirmarit, eundemque de memorato Castro, & Burgo Serravallis, omnibusque pertinentiis, ac Juribus suis pari modo tanquam de feudo recto, & gentili investiverit, id quod ex ejusdem Imperiali Rescripto desuper, Anno Millesimo, quingentesimo, quadragesimo tertio, in Oppido Bruxellis dato, liquidò constet, ad quod relatio habeatur; Exinde vero post obitum prædicti Christophori supradictum Castrum, & Burgum Serravallis ad Joannem Baptistam, uti filium, & hæredem illius legitimum, ac per aliud prælibati Divi Caroli Quinti Rescriptum Anno Millesimo, quingentesimo quadragesimo septimo in Civitate nostra Imperiali Augustæ Vindelicorum emanatum, ad Successionem vocatum, & declaratum, eoque defuncto ad ipsius ex fratre Paulo nepotem supranominatum Hubertum Spinulam, tanquam proximiorem Agnatum jure Successionis fuisse devolutum. Qui quidem Hubertus Spinula cum superiori anno nonagesimo sexto è vivis sine liberis, & hæredibus legitimis decesserit, hincque secutum sit, quod fiscus noster Cæsareus, uti in aliis feudis Imperialibus ab eo relictis, ita super ipso quoque Castro, & Burgo Serravallis, ac omnibus ejusdem pertinentiis, tanquam ad nos ritè devolutis jus prætenderit, interim verò Nobis humiliter admodum supplicavit Nobilis noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus, Joannes Ambrosius ab Auria, filius Ambrosii, Huberti supradicti ex legitima Sorore nepos, quatenus ex benignitate nostra Cæsarea quæcumque Jura & actiones Nobis, uti Romanorum Imperatori, super memoratis feudis competentia, & competentes sibi certis sub conditionibus, certoque pretio cedere, seque de illis eo modo, ac forma, quibus olim prædictus Hubertus Spinula, sive Progenitores ejusdem infeudati fuerunt, investire, omniaque illorum privilegia nunc in se quoque, & Successores suos extendere, & confirmare dignaremur, idque eo magis, quod Benedictina, & Isabella ejusdem Huberti Sorores eidem Joanni Ambrosio cesserunt, & donarunt omnia Jura, & actiones, quæ eis in dicta feuda competere quomodocumque possunt; Nos sanè considerantes tum præclaram supradicti Joannis Ambrosii ab Auria generis originem, tum eximiam illam fidei ac observantiæ devotionem, grataque obsequia, quibus nos, ac Divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, ac Reges, ipsumque Sacrum Imperium, ac inclytam nostram Austriæ Domum Auriana familia semper coluit, ac demereri studuit, nobisque persuasum habentes, dictum Joannem Ambrosium, vel insigni Progenitorum suorum exemplo, vel ipsa virtute duce non facile quicquam in se desiderari passurum esse, quod ad suam in nos æque & Sacrum Romanum Imperium, inclytamque nostram Austriæ Domum sinceram constantemque fidem, ac bene merendi promptitudinem, quam hactenus semper præ se tulit, fidelibus obsequiis magis magisque comprobandam pertinere videbitur, uti quidem se facturum obtulit, beneque facere poterit, ac debebit, humilibus ejusdem precibus gratiose annuendum duximus. Quapropter ex certa scientia animo bene deliberato, sano accedente consilio, deque Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine eidem Joanni Ambrosio ab Auria quæcumque Jura, & actiones nostras, quæ & quas super memorato Castro & Burgo Serravallis, aliisque prædicti Huberti feudis ex eorundem devolutione habemus, vel quomodolibet habere prætendimus certis quibusdam conditionibus, modis, pretio, pactis, ac formis, quæ in decretis nostris Cæsareis superinde emanatis (ad quæ relatio habeatur, & quæ pro hic insertis haberi volumus) contenta sunt, benignè cessimus, ac tradidimus, adeoque memorata privilegia, concessiones prænominatorum Antecessorum nostrorum, Divorum quondam Romanorum Imperatorum Henrici Septimi, Maximiliani Primi, & Caroli Quinti confirmavimus & approbavimus, prout tenore præsentium approbamus & confirmamus, ipsumque Joannem Ambrosium ab Auria (recepto prius ab eo consueto fidelitatis juramento) de sæpedicto Castro & loco Serravallis cum universis Juribus ac pertinentiis suis, quibus supranominatus olim Christophorus, Avus ipsius Huberti, ac Prædecess-

decessores ejus infeudati fuerunt, investivimus, ac tenore præsentium investimus & infeudamus; Remittentes omnem caducitatem, quam prædicti quondam Huberti Majores, ob causam Recognitionis feudi ab alio, quam à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Prædecessoribus nostris & Sacro Imperio factæ quovis modo contraxisse, aut incurrisse dici possint; Restituentes ac ponentes ipsum Joannem Ambrosium ab Auria in pristinum statum, & ad pristina Jura ac privilegia ab iisdem Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, prædecessoribus nostris colendissimis Augustissimae memoriae, Progenitoribus supradicti olim Huberti Spinulæ concessa & indulta. Decernentes insuper atque hoc edicto statuentes, quod ipse Joannes Ambrosius ab Auria, ejusque filii & heredes, ac descendentes naturales ac legitimi, atque legitimo matrimonio prognati in praedicto Castro & Burgo Serravallis Successores eodem feudo, nec non Juribus & privilegiis, ut supra, concessis, ex nunc in antea liberè uti, frui, & gaudere possint ac debeant, quemadmodum praedecessores saepefati Huberti Spinulae ante recognitionem à Ducibus Mediolani per ipsum & supradictum Christophorum factam usi & gavisi sunt, vel uti, frui, & gaudere potuissent consuetudine, vel de Jure, omni impedimento & contradictione cessante, ac non obstante praenarrata recognitione, & aliis in contrarium facientibus quibuscumque, nostris tamen & Sacri Imperii, ac aliorum Juribus semper salvis. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, ac Sigilli nostri Caesarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragae die decima quarta Mensis Novembris Anno Domini Millesimo, quingentesimo nonagesimo octavo, Regnorum nostrorum Romani vigesimo quarto, Hungarici vigesimo septimo, & Bohemici itidem vigesimo quarto.

Nunc porro demisse nobis supplicavit, postquam præpotentis Dei beneficio ad supremum dignitatis Imperatoris fastigium evecti simus, ipseque nos in suum verum, directum, & supremum Dominum recognoscere desideret, ut laudabili Prædecessorum nostrorum exemplo, ipsum quoque de supradictis benigne investire, omnia & singula privilegia præinserto Diplomate contenta sibi gratiose renovare, & confirmare dignaremur; Nos sane considerantes tum præclaram supradicti Joannis Ambrosii ab Auria generis originem, tum eximiam illam fidei, ac observantiæ devotionem, grataque obsequia, quibus nos, ac Divos Prædecessores nostros, Romanorum Imperatores ac Reges, ipsumque Sacrum Imperium, inclytamque nostram Austriæ Domum Auriana familia semper coluit, ac demereri studuit, nobisque persuasum habentes, dictum Joannem Ambrosium, vel insigni Progenitorum suorum exemplo, vel ipsa virtute duce non facile quicquam in se desiderari passurum esse, quod ad suam in nos æque ac Sacrum Romanum Imperium, inclytamque nostram Austriæ Domum sinceram, constantemque fidem, ac bene merendi promptitudinem, quam hactenus semper prae se tulit, fidelibus obsequiis magis magisque comprobandam pertinere videbitur, uti quidem se facturum obtulit, beneque facere poterit, ac debebit, humilibus ejusdem precibus clementer annuendum duximus, uti vigore praesentium annuimus. Quapropter ex certa scientia animo bene deliberato, sano accedente Consilio, deque Caesareae potestatis nostrae plenitudine eidem Joanni Ambrosio ab Auria supramemoratas Concessiones & Privilegia Antecessorum nostrorum Divorum quond. Imperatorum Henrici Septimi, Maximiliani Primi, Caroli Quinti & Rudolphi Secundi, confirmavimus & approbavimus, prout tenore praesentium confirmamus & approbamus, ipsumque Joannem Ambrosium ab Auria (recepto prius ab eo consveto fidelitatis juramento) de saepedicto Castro & Loco Serravallis cum universis Juribus & pertinentiis suis, quibus supranominatus olim Christophorus Avus dicti quondam Huberti, ejusque Praedecessores, atque ipsimet Joannes Ambrosius infeudati fuerunt, investivimus, ac tenore præsentium investimus & infeudamus; remittentes omnem caducitatem, quam prædicti quondam Huberti majores, ob causam recognitionis feudi ab alio, quam à Divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus Prædecessoribus nostris, & Sacro Imperio factæ quovis modo contraxisse, aut incurrisse dici possint. Restituentes ac ponentes ipsum Joannem Ambrosium ab Auria in pristinum statum, & ad pristina Jura ac Privilegia, ab iisdem Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Prædecessoribus nostris Colendissimis, Augustissimæ memoriæ, Progenitoribus supradicti olim Huberti Spinulæ concessa & indulta. Decernentes insuper, atque hoc edicto statuentes, quod ipse Joannes Ambrosius ab Auria, ejusque filii, & hæredes, ac descendentes naturales ac legitimi, æque legitimo matrimonio prognati in prædicto Castro & Burgo Serravallis Successores eodem Feudo, necnon Juribus & Privilegiis, ut supra concessis, ex nunc in antea libere uti, frui & gaudere possint ac debeant, quemadmodum Prædecessores sæpefati Huberti Spinulæ ante recognitionem à Ducibus Mediolani per ipsos, & supradictum Christophorum factam usi & gavisi sunt, vel uti, frui, & gaudere potuissent consvetudine, vel de jure, omni impedimento & contradictione cessante, ac non obstante prænarrata recognitione, & aliis in contrarium facientibus quibuscumque, nostris tamen, & Sacri Imperii, ac aliorum Juribus semper salvis. Harum testimonio Litterarum manu nostra subscriptarum, ac Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Imperiali Ratisbonæ, die vigesima quarta mensis

mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, sexcentesimo decimo tertio, Regnorum nostrorum Romani secundo, Hungarici quinto, & Bohemici tertio.

Nunc porro demisse nobis supplicavit, ut postquam praepotentis Dei beneficio ad excelsum dignitatis Imperatoriae fastigium evecti simus, ipseque nos in suum verum, directum, & supremum Dominum recognoscere desideret, laudabili Praedecessorum nostrorum exemplo ipsum quoque de supradictis benigne investire, omnia & singula Privilegia praeinserto Diplomate contenta sibi gratiose renovare, & confirmare dignaremur. Nos sane considerantes tum praeclaram supradicti Joannis Ambrosii generis originem, tum eximiam illam fidei, ac observantiae devotionem, grataque obsequia, quibus nos, ac Divos Praedecessores nostros, Romanorum Imperatores, ac Reges, ipsumque Sacrum Imperium, ac inclytam nostram Austriae Domum, Auriana familia semper coluit, ac demereri studuit, nobisque persvasum habentes, dictum Joannem Ambrosium ab Auria, vel insigni Progenitorum suorum exemplo, vel ipsa virtute duce, non facile quicquam in se desiderari passurum esse, quod ad suam in nos aeque & Sacrum Romanum Imperium, inclytamque nostram Austriae Domum sinceram, constantemque fidem, ac benemerendi promptitudinem, quam hactenus semper prae se tulit, fidelibus obsequiis magis magisque comprobandam pertinere videbitur, uti quidem se facturum obtulit, beneque facere poterit, ac debebit, humilibus ejusdem precibus clementer annuerimus, uti vigore praesentium annuimus. Quapropter ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, deque Caesareae potestatis nostrae plenitudine eidem Joanni Ambrosio ab Auria supra memoratas Concessiones & Privilegia Antecessorum nostrorum Divorum quondam Imperatorum Henrici Septimi, Maximiliani Primi, Caroli Quinti, & Rudolphi Secundi confirmavimus & approbavimus, prout tenore praesentium confirmamus & approbamus, ipsumque Joannem Ambrosium ab Auria (recepto prius ac consveto fidelitatis juramento) de supradicto Castro, & Loco Serravallis cum universis Juribus & pertinentiis suis, quibus supranominatus olim Christophorus Avus dicti quondam Huberti, ejusque Praedecessores, atque ipsemet Joannes Ambrosius infeudati fuerunt, investivimus, ac tenore praesentium investimus, & infeudamus; remittentes omnem caducitatem, quam praedicti quondam Huberti majores, ob causam recognitionis feudi ab alio, quam à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Praedecessoribus nostris, & Sacro Imperio factae, quovis modo contraxisse, aut incurrisse dici possint; Restituentes, ac ponentes ipsum Joannem Ambrosium ab Auria in pristinum statum, & ad pristina Jura ac Privilegia ab iisdem Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Praedecessoribus nostris Colendissimis, Augustae memoriae, Progenitoribus supradicti olim Huberti Spinulae concessa & indulta. Decernentes insuper, atque hoc edicto statuentes, quod ipse Joannes Ambrosius ab Auria, ejusque filii, haeredes, ac descendentes naturales, ac legitimi, atque legitimo matrimonio prognati in praedicto Castro, & Burgo Serravallis Successores eodem feudo, nec non Juribus, & Privilegiis, ut supra concessis ex nunc in antea libere uti, frui & gaudere possint ac debeant, quemadmodum praedecessores saepefati Huberti Spinulae ante recognitionem à Ducibus Mediolani per ipsos, & supradictum Christophorum factam usi & gavisi sunt, vel uti, frui, & gaudere potuissent, consvetudine, vel de Jure, omni impedimento & contradictione cessante, ac non obstante praenarrata recognitione, & aliis in contrarium facientibus quibuscumque, nostris tamen, & Sacri Imperii, ac aliorum Juribus semper salvis. Harum testimonio Litterarum manu nostra subscriptarum, ac Sigilli nostri Caesarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennae, die quarta Mensis Augusti, Anno millesimo sexcentesimo vigesimo, Regnorum nostrorum Romani primo, Hungarici tertio, Bohemici vero quarto.

Atque idcirco demisse nos rogarit, ut prædictam donationem juxta modum & formam fide digno Instrumento nobis exhibitam clementer approbare, ratificare et confirmare, seque de dicto Castro, & Loco Serravallis benigne investire, omniaque & singula privilegia præinserto diplomate contenta sibi gratiose renovare & confirmare dignaremur; Nos sane considerantes eximiam illam fidei, ac observantiæ devotionem, grataque obsequia, quibus nos, ac Divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores ac Reges, ipsumque Sacrum Imperium, & inclytam nostram Austriæ Domum Auriana familia semper coluit, ac demereri studuit, nobisque persuasum habentes dictum Comitem Carolum ab Auria, insigni Progenitorum suorum exemplo, vel ipsa virtute Duce non facile quicquam in se desiderari passurum esse, quod ad suam in nos æque & Sacrum Romanum Imperium, augustamque nostram Austriæ Domum sinceram constantemque fidem, ac benemerendi promptitudinem, quam hactenus semper præ se tulit, fidelibus obsequiis magis magisque comprobandam pertinere videbitur, uti quidem se facturum obtulit, beneque facere poterit, ac debebit, humilibus ejusmodi precibus clementer annuendum duxerimus, uti tenore præsentium annuimus. Quapropter ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente Consilio, deque Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine in favorem ejusdem Caroli Comitis ab Au-

Auria commemoratæ donationi, assensum & beneplacitum nostrum dedimus, atque præstitimus, ac Instrumentum desuper confectum & editum in omnibus suis punctis, articulis, clausulis, sententiis, & verborum expressionibus, perinde ac si præsentibus de verbo ad verbum insertum esset, aliaque omnia & singula privilegia eidem Patri suo, Joanni Ambrosio, Comiti ab Auria suisque majoribus à Divis Antecessoribus nostris quondam Imperatoribus Henrico Septimo, Maximiliano Primo, Carolo quinto, Ferdinando Primo, Maximiliano & Rudulpho Secundo, Matthia, & Ferdinando itidem Secundo, Dominis Patre, Agnatis, Majoribus & Prædecessoribus nostris Colendissimis Augustæ memoriæ concessa confirmavimus, & approbavimus, prout tenore præsentium confirmamus & approbamus, ipsumque Carolum ab Auria (recepto prius ab Honorabili Docto nostro & Sacri Imperii fideli dilecto, Petro Panicalio, J. U. Doctore ad hoc legitime constituto, consueto fidelitatis juramento) de sæpedicto Castro & loco Serravallis cum universis Juribus & pertinentiis suis, de quibus supranominatus olim Christophorus Avus dicti quondam Huberti, ejusque Prædecessores, adeoque ipsemet Joannes Ambrosius ab Auria, infeudati fuerunt, investivimus, ac tenore præsentium investimus & infeudamus; Remittentes omnem Caducitatem, quam prædicti quondam Huberti majores, ob causam recognitionis Feudi ab alio, quam à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus Prædecessoribus nostris, & Sacro Imperio factæ quovis modo contraxisse, aut incurrisse dici possint. Restituentes, ac ponentes ipsum Comitem Carolum ab Auria in pristinum statum, & ad pristina Jura, ac privilegia ab iisdem Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Prædecessoribus nostris colendissimis August. memoriæ Progenitoribus supradicti olim Huberti Spinulæ concessa & indulta. Decernentes insuper, atque hoc edicto statuentes, quod ipse Carolus, Comes ab Auria, ejusque filii, hæredes, ac descendentes legitimi, & naturales, æque legitimo matrimonio prognati in prædicto Castro & Burgo Serravallis successores eodem feudo, nec non Juribus & privilegiis, ut supra concessis, ex nunc in antea libere uti, frui & gaudere possint ac debeant, quemadmodum Prædecessores sæpefati Huberti Spinulæ ante recognitionem à Ducibus Mediolani per ipsos, & supradictum Christophorum factam usi & gavisi sunt, vel uti, frui & gaudere potuissent, consuetudine vel de Jure, omni impedimento & contradictione cessante, ac non obstante prænarrata recognitione, & aliis in contrarium facientibus quibuscumque, nostris tamen & Sacri Imperii, ac aliorum Juribus semper salvis. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, ac Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragæ, tertia die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, sexcentesimo trigesimo septimo, Regnorum nostrorum Romani Primo, Hungarici duodecimo, Bohemici vero decimo.

Nunc porro humillime nos rogarit, ut postquam præpotentis Dei beneficio ad excelsum dignitatis Imperatoriæ fastigium evecti sumus, ipseque nos in suum verum, immediatum, directum ac supremum Dominum recognoscere desideret, laudabili Prædecessorum nostrorum exemplo se de dicto Castro & loco Serravallis benigne investire, omniaque & singula privilegia præinserto diplomate contenta sibi gratiose renovare & confirmare dignaremur. Nos sanè considerantes eximiam illam fidei ac observantiæ devotionem, grataque obsequia, quibus nos, ac Divos Prædecessores nostros, Romanorum Imperatores, ac Reges, ipsumque Sacrum Imperium, & inclytam nostram Austriæ Domum Auriana familia semper coluit, ac demereri studuit, nobisque persuasum habentes, dictum Comitem Carolum ab Auria, tum insigni Progenitorum suorum exemplo, tum ipsa virtute duce non facile quicquam in se desiderari passurum esse, quod ad suam in nos, Sacrumque Romanum Imperium, & Augustam nostram Austriæ Domum sinceram constantemque fidem, ac benemerendi promptitudinem, quam hactenus semper testatam fecit, fidelibus obsequiis magis magisque comprobandam pertinere videbitur, uti quidem se facturum obtulit, beneque facere poterit, ac debebit, humilibus ejusdem precibus clementer annuendum duxerimus, uti tenore præsentium annuimus. Quapropter ex certa scientia animo bene deliberato, sano accedente consilio, deque Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine prædictum Comitem Carolum ab Auria (recepto prius ab Honorabili Consiliario nostro, Sacrique Imperii fideli dilecto, Petro Viso de Moylenau ad hoc legitime constituto, & acceptato Mandatario, consueto fidelitatis juramento) de sæpedicto Castro & loco Serravallis cum universis Juribus & pertinentiis suis, de quibus quondam Joannes Ambrosius ab Auria, Pater suus, à Prædecessoribus Romanorum Imperatoribus investitus fuit, investivimus, ac tenore præsentium investimus; Remittentes omnem caducitatem, quam Huberti Spinulæ majores ob causam recognitionis Feudi ab alio, quam à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac Sacro Imperio factæ quovis modo contraxisse, aut incurrisse dici possint; Restituentes in pristinum statum Joannis Ambrosii, ac deinde etiam Caroli Comitum ab Auria, nec non donationem super hoc feudo Serravallis ipsi Carolo à prædicto Joanne Ambrosio Comite ab Auria Patre suo cum assensu Domini Prædecessoris ac Patris nostri Colendissimi Augustissimæ recordationis factam, ac si Instrumentum desuper confectum in omnibus suis punctis, articulis, clausulis, sententiis, & verborum expressionibus de verbo ad verbum præsentibus

ſentibus inſertum eſſet, aliaque omnia & ſingula privilegia eidem Patri ſuo, Joanni Ambroſio, Comiti ab Auria ſuiſque majoribus à Divis Anteceſſoribus noſtris Romanorum quondam Imperatoribus, Henrico Septimo, Maximiliano Primo, Carolo Quinto, Ferdinando Primo, Maximiliano & Rudulpho Secundo, Matthia, & Ferdinando itidem Secundo, atque etiam Ferdinando Tertio, Dominis Patre, Avo, Agnatis, Majoribus & Prædeceſſoribus noſtris Colendiſſimis Divæ memoriæ conceſſa benignè approbantes & confirmantes; Decernentes inſuper, atque hoc edicto ſtatuentes, quod ipſe Carolus, Comes ab Auria, ejuſque filii, hæredes, deſcendentes legitimi & naturales ſimul in prædicto Caſtro & Burgo Serravallis Succeſſores eodem Feudo, nec non Juribus & privilegiis, ut ſupra conceſſis ex nunc in antea libere uti, frui & gaudere poſſint ac debeant, quemadmodum Huberti Spinulæ majores ante recognitionem à Ducibus Mediolani per ipſos, & Chriſtophorum Spinulam factam uſi & gaviſi ſunt, vel uti, frui & gaudere potuiſſent, conſuetudine vel de Jure, omni impedimento & contradictione ceſſante, ac non obſtante prænarrata recognitione, & aliis in contrarium facientibus quibuſcumque, ſalva tamen in quemlibet caſum mortis, ſeu Domini, ſeu Vaſalli continua Inveſtituræ renovatione, aliiſque noſtris & Sacri Romani Imperii, atque aliorum quorumcumque Juribus. Harum teſtimonio litterarum, manu noſtra ſubſcriptarum, ac Sigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Dabantur in Civitate noſtra Viennæ, die decima tertia Februarii, Anno Domini Milleſimo, Sexcenteſimo, quinquageſimo nono, Regnorum noſtrorum Romani primo, Hungarici quarto, Bohemici vero tertio.

Nunc porro ſupradicti Joannes Ambroſius, Leonardus & Leopoldus fratres, Comites ab Auria, demiſſe nos rogarint, ut cum ſupradictus eorum Pater Carolus, anno proximè elapſo Milleſimo Sexcenteſimo Septuageſimo nono die vigeſima ſeptima Decembris humanis exceſſerit, ſeque tres fratres, tanquam filios ſuos naturales & legitimos dicti Caſtri & loci Serravallis, omniumque in præinſertis Inveſtituris contentarum ejuſdem pertinentiarum ac Jurium Succeſſores reliquerit; ipſique nos in ſuum verum, immediatum, directum ac ſupremum Dominum recognoſcere deſiderent, laudabili Prædeceſſorum noſtrorum exemplo ſe de dicto Caſtro & loco Serravallis benigne inveſtire, omniaque & ſingula privilegia præinſerto diplomate contenta ſibi gratioſe renovare & confirmare dignaremur. Nos ſanè conſiderantes eximiam illam fidei ac obſervantiæ devotionem, grataque obſequia, quibus nos, ac Divos Prædeceſſores noſtros, Romanorum Imperatores ac Reges, ipſumque Sacrum Imperium, & inclytam noſtram Auſtriæ Domum Auriana familia ſemper coluit, ac demereri ſtuduit, nobiſque perſuaſum habentes, dictos Comites Joannem Ambroſium, Leonardum, & Leopoldum ab Auria, tum inſigni Progenitorum ſuorum exemplo, tum ipſa virtute duce non facile quicquam in ſe deſiderari paſſuros eſſe, quod ad ſuam in nos, Sacrumque Romanum Imperium, & Auguſtam noſtram Auſtriæ Domum ſinceram conſtantemque fidem, ac benemerendi promptitudinem, quam hactenus ſemper teſtatam fecerunt, fidelibus obſequiis magis magiſque comprobandam pertinere videbitur, uti quidem ſe facturos offerunt, beneque facere poterunt, ac debebunt, humilibus eorundem precibus clementer annuendum duxerimus, uti tenore præſentium annuimus. Quapropter ex certa ſcientia, animo bene deliberato, ſano accedente conſilio, deque Cæſareæ poteſtatis noſtræ plenitudine prædictos Comites Joannem Ambroſium, Leonardum, & Leopoldum ab Auria (recepto prius ab Honorabili docto, Sacrique Imperii fideli dilecto, Joanne Franciſco de Bernardis, J.U. Doctore ad hoc legitime conſtituto, & acceptato Mandatario, conſueto fidelitatis juramento) de ſæpedicto Caſtro & loco Serravallis cum univerſis Juribus & pertinentiis ſuis, de quibus quondam Joannes Ambroſius, Avus, ac Carolus Comes ab Auria, Pater eorum, à Prædeceſſoribus Romanorum Imperatoribus, nobiſque olim inveſtiti fuerunt, inveſtivimus, ac tenore præſentium inveſtimus; Remittentes omnem caducitatem, quam Huberti Spinulæ majores ob cauſam recognitionis Feudi ab alio, quam à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac Sacro Imperio factæ, quovis modo contraxiſſe, aut incurriſſe dici poſſint, Reſtituentes in priſtinum ſtatum Joannis Ambroſii, ac deinde etiam Caroli, ut et nunc Comitum ab Auria, nec non donationem ſuper hoc feudo Serravallis ipſi Carolo à prædicto Joanne Ambroſio, Comite ab Auria, Patre ſuo, cum aſſenſu Domini Prædeceſſoris ac Patris noſtri Colendiſſimi Auguſtiſſimæ recordationis factam, ac ſi Inſtrumentum deſuper confectum in omnibus ſuis punctis, articulis, clauſulis, ſententiis, & verborum expreſſionibus de verbo ad verbum præſentibus inſertum eſſet, aliaque omnia et ſingula privilegia eidem Patri ſuo, Joanni Ambroſio, Comiti ab Auria, ſuiſque Majoribus à Divis Anteceſſoribus noſtris, Romanorum quondam Imperatoribus, Henrico Septimo, Maximiliano Primo, Carolo Quinto, Ferdinando Primo, Maximiliano, & Rudol-

Rudolpho Secundo, Matthia, & Ferdinando itidem Secundo, atque etiam Ferdinando Tertio, Dominis Patre, Auo, Agnatis, Majoribus & Prædecessoribus nostris Colendissimis divæ memoriæ concessa benigne approbantes, & confirmantes. Decernentes insuper atque hoc edicto statuentes, quod ipsi Joannes Ambrosius, Leonardus & Leopoldus Comites ab Auria, eorumque filii, hæredes, descendentes legitimi & naturales simul in prædicto Castro, & Burgo Serravallis Successores, eodem feudo, nec non Juribus, & privilegiis, ut supra concessis ex nunc in antea libere uti, frui, & gaudere possint, ac debeant, quemadmodum Huberti Spinulæ Majores ante recognitionem à Ducibus Mediolani per ipsos & Christophorum Spinulam factam usi & gavisi sunt, vel uti, frui & gaudere potuissent, consuetudine vel de Jure, omni impedimento & contradictione cessante, ac non obstante prænarrata recognitione, & aliis in contrarium facientibus quibuscumque, salva tamen in quemlibet casum mortis, seu Domini, seu Vassalli continua Investituræ renovatione, aliisque nostris, & Sacri Romani Imperii, atque aliorum quorumcumque Juribus. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, ac sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in arce nostra Lincii, die decima nona Novembris, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo Octuagesimo.

Nunc porro supradictus Leonardus, Comes ab Auria, demisse nos rogarit, ut cum dicti Fratres sui Joannes Ambrosius, et Leopoldus sine prolibus masculis fatis cesserint, eorumque portiones in se devolutæ fuerint, nosque ipse Leonardus post altissime dicti Patris, ac Prædecessoris nostri obitum in suum verum, immediatum, directum, & supremum Dominum recognoscere desideret, laudabili Prædecessorum nostrorum exemplo se de dicto Castro, & loco Serravallis benigne investire, omniaque, & singula privilegia præinserto diplomate contenta sibi gratiose renovare, & confirmare dignaremur. Nos sane considerantes eximiam illam fidei, & observantiæ devotionem, grataque obsequia, quibus nos, ac Divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, ac Reges, ipsumque Sacrum Imperium, & inclytam nostram Austriæ Domum Auriana familia semper coluit, ac demereri studuit, nobisque persuasum habentes dictum Comitem Leonardum ab Auria, tum insigni Progenitorum suorum, tum ipsa virtute duce non facile quicquam in se desiderari passurum esse, quod ad suam in nos, sacrumque Romanum Imperium, & Augustam nostram Austriæ Domum sinceram, constantemque fidem, ac benemerendi promptitudinem, quam hactenus semper testatam fecit, fidelibus obsequiis magis magisque comprobandam pertinere videbitur, uti quidem se facturum offert, beneque facere poterit ac debebit, humilibus ejus precibus clementer annuendum duxerimus, uti tenore præsentium annuimus. Quapropter ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, deque Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine prædictum Comitem Leonardum ab Auria (recepto prius ab Honorabili docto, Sacrique Imperii fidele dilecto Joanne Jacobo Joannelli, Consilii nostri Imperialis Aulici Agente adhoc legitime constituto, & acceptato Mandatario, consueto fidelitatis juramento) de sæpedicto Castro, & loco Serravallis cum universis Juribus, & pertinentiis suis, de quibus quondam Joannes Ambrosius Avus, ac Carolus Comes ab Auria, Pater ejus, à Prædecessoribus Romanorum Imperatoribus olim investiti fuerunt, investivimus, ac tenore præsentium investimus, remittentes omnem Caducitatem, quam Huberti Spinulæ Majores ob causam recognitionis Feudi ab alio, quam à Divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ac Sacro Imperio factæ quovis modo contraxisse, aut incurrisse dici possint, restitutionem in pristinum statum Joannis Ambrosii, ac deinde etiam Caroli, ut & nunc Comitum ab Auria, nec non donationem super hoc Feudo Serravallis ipsi Carolo à prædicto Joanne Ambrosio Comite ab Auria Patre suo, cum assensu Domini Prædecessoris ac Avi nostri Colendissimi, Augustissimæ recordationis factam, ac si Instrumentum desuper confectum in omnibus suis punctis, articulis clausulis, sententiis, & verborum expressionibus de verbo ad verbum præsentibus insertum esset, aliaque omnia & singula privilegia Supplicantis Avo Joanni Ambrosio, Comiti ab Auria, suisque Majoribus à Divis Antecessoribus nostris, Romanorum quondam Imperatoribus, Henrico Septimo, Maximiliano primo, Carolo quinto, Ferdinando primo, Maximiliano & Rudolpho Secundo, Matthia & Ferdinando itidem Secundo, atque etiam Ferdinando III. & Leopoldo, Dominis Patre, Avo, Proavo, Agnatis, Majoribus & Prædecessoribus nostris Colendissimis, divæ memoriæ concessa benigne approbantes & confirmantes. Decernentes insuper, atque hoc edicto statuentes, quod ipse Leonardus, Comes ab Auria, ejusque filii, hæredes descendentes legitimi, & naturales simul in prædicto Castro, & Burgo Serravallis Successores eodem feudo, nec non juribus, & privilegiis, ut supra, concessis ex nunc in antea libere uti, frui, et gaudere possint, ac debeant, quemadmodum Huberti Spinulæ majores ante recognitionem à Ducibus Mediolani per ipsos, & Christophorum Spinulam factam usi, & gavisi sunt, vel uti frui & gaudere potuissent, consuetudine vel de Jure, omni impedimento & contradictione cessante, ac non obstante prænarrata recognitione, & aliis in contrarium facientibus quibuscumque, salva tamen, in quemlibet casum mortis, seu Domini, seu Vasalli, continua Investituræ renovatione, aliisque nostris & Sacri Romani Imperii,

rii, atque aliorum quorumcumque Juribus. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, ac Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ, die vigesima sexta Januarii, Anno Millesimo, septingentesimo septimo, Regnorum nostrorum Romani decimo octavo, Hungarici vigesimo, Bohemici vero secundo.

JOSEPHUS.

Vt. *Frid. Carol. Comes de Schönborn.*

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium,
Lutzo Dolberg, mppria.

Registratum & collatum,
Rab. Herm. de Bertram, Secret. Archivi.

X.

Literæ pro Comite Leonardo ab Auria in Feudi Serravallis possessionem immittendo, An. 1707. & 1709. scriptæ.

Josephus etc.

QUem in modum Nobilis noster & Sacri Imperii fidelis Dilectus Leonardus, Comes ab Auria, supplicaverit, ut, cum ad Juramentum ratione Feudi Serravallis jam pridem admissus sit, Italia ab hostibus Gallo-Hispanis jam liberata, sibi dicti Feudi possessionem clementissime concederemus, id ex supplici ejus libello hic annexa constat. Prius vero quam eidem annuamus, cum enucleatius informari cupiamus, hinc benignissime jubemus, ut in conformitate Rescripti nostri Cæsarei nuper ad te dati, nos de ipsiusmet supplicantis fidelitate reddas certiores: Qui quod superest, gratiam tibi nostram Cæsaream conservamus.

Datum Viennæ die 20. Julii, Anno 1707.

Illustri & Generoso Consiliario nostro Arcano Commissariatus Imperialis Commissario & Plenipotentiario per Italiam, Sacrique Imperii fideli dilecto, Joanni Baptistæ, Comiti de Castelbarco, quatuor Vicariatuum Baroni, & Domino in Gresta,

Augustissime.

JAm ab anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo mei ascendentes Comites ab Auria super Feudo & Castro Serravallis rite investiti fuerunt, & in hodiernum usque diem hujus Feudi Imperialis veri & legitimi Vasalli permanserunt, prout ego ipsemet ultimus descendens ex dictis Comitibus ab Auria Leonardus, quondam Caroli Comitis ab Auria quarta Aug. nuperi vigore adjacentis conclusi sub A. ad consvetum fidelitatis Juramentum dicti Imperialis Feudi & Castri Serravallis clementissime admissus fui, & desuper taxam ordinariam rite persolvi, prout ex Documento sub B. videre est.

Cum vero Omnipotens Deus Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis Vestræ justissimis in Italia armis adeo benedixerit, ut Gallo-Hispani ex dicto Serravallis Feudo & Castro feliciter & omnino modo jam expulsi fuerint, egoque in ejusdem possessionem, ut verus & legitimus Vasallus jure & legitime immittendus sim; Hinc Sacram Cæsaream Regiamque Majestatem Vestram hisce per quam humillime rogo atque obsecro, quattenus eadem Serenissimo Sabaudiæ Principi Eugenio Supremo in Italia armorum Imperialium Generali, vel Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis Vestræ Plenipotentiario in Italia Illustrissimo & Excellentissimo D. Marchioni de Priè, ut me supplicantem, utpotè verum & legitimum Vasallum in sæpedicti feudi & Castri Serravallis possessionem quam primum rite & legitime immittant, rescribere, & committere clementissime dignetur, ob quam gratiam Deum Ter Optimum Maximum pro ulterioribus Sacræ Cæsareæ Regiæque Majestatis Vestræ felicissimis armorum processibus, omniumque rerum eventibus ferventissime ex corde exorare non deero

Sacræ Cæsareæ Regiæque
Majestatis Vestræ

Humillimus ac devotissimus
Leonardus Comes ab Auria,
qv. Caroli, ejusque nomine humillime exhibet
Joannes Jacobus Joannelli.

Quod in Archivio Imperiali aulico reperiatur Dominos Comites ab Auria non solum anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo super Feudo & Castro Serravallis investitos fuisse, necnon in continua hujus feudi possessione ad modernum usque tempus permansisse: Verum nuperrime etiam Dominum Leonardum, Comitem ab Auria, quarta die mensis Augusti anni currentis ratione feudi prædicti ad consvetum fidelitatis Juramentum admissum esse, desuperque taxam ordinariam rite persolvisse hac manus propria subscriptione & Sigilli soliti oppressione testatum volo.

Viennæ 4ta Octobris, A. 1706.

(L.S.)

Rab. Herm. de Bertram, &c.
Secr. & Archiv. &c.

Augu-

Augustissime, Potentissime, ac Invictissime Romanorum Imperator, nec non Germaniæ, Hungariæ Bohemiæq; Rex, &c. Domine Domine Clementissime.

PLacuit Sacræ Cæsareæ Majestati Vestræ mihi sub die 20. Julii anni proxime præterlapsi clementissime injungere ut in Leonardi Comitis ab Auria fidelitatem, quatenus eadem durante hoc belli tempore erga Sacram Majestatem vestram servaverit, inquirerem, quo eidem immissio in possessionem feudi Serravallis decerni queat; Cum ego itaque hic abesse nequiverim, et Cæsareo-Aulicus Fiscalis Sacri Romani Imperii Joannes Thomas de Quentel modo in illis partibus subsistat, eundem ad humillimam dicti Cæsarei Rescripti executionem subdelegavi, & quid mihi retulerit, ipsumet illius originale hic annexum pluribus declarabit. Unde nullus dubitandi locus relinquitur quo Sacra Cæsarea Majestas vestra ejusdem humillimo petito Clementissime deferre possit, & ita Cæsareis gratiis me humillime commendo. Datum Mantuæ die 2. Sept. 1709. &c.

Illustrissime & Excellentissime Comes, Domine Colendissime.

POstquam Excell^tia vestra in Clementissima Commissione Cæsarea hic copialiter adjuncta, quod nimirum de fidelitate Leonardi, Comitis ab Auria jam pridem ad juramentum ratione feudi Imperialis Serravallis admissi, et accepta investitura pro immissione in possessionem præfati feudi supplicantis S. C. Majestatem enucleatius informare & certiorem reddere debeat, me subdelegavit, non intermisi hac in re diligentissime inquirere, & reperi jam dictum Comitem Leonardum ab Auria, non tantum nulla infidelitatis nota esse contaminatum, sed etiam eundem in omnibus occasionibus fidelitatem suam demonstrasse, imo tam post, quam ante liberationem Turini (quo ultimo tempore Gallo-Hispani in Feudis Imperialibus in territorio Januensi sitis dominabantur) à fidelitate devotioneque sua, quam S. C. Majestati debet, nullatenus recessisse; Ideoque gratiam Cæsaream, immissionemque in possessionem feudi sui Serravallis bene mereri, quod Excellentiæ vestræ ego, uti ejusdem hac in causa subdelegatus eum in finem referre debui, ut desuper S. C. Majestatem humillime certiorem reddere possit, quod reliquum est continuis Excellentiæ vestræ favoribus me unice commendo &c. *Excellentiæ vestræ* &c. Januæ 15. Augusti 1709. &c.

XI.

Caroli VI. Roman. Imperat. Diploma, in quo Leonardo Comiti ab Auria Castrum & Comitatum S. Christophori, tertiam partem Burgi Furnariorum, item participationem Buzallæ, & aliam Burgi Furnariorum tertiam partem, in Feudum francum, liberum atque exemtum dedit, eique Comitis Sac. Rom. Imp. dignitatem ac privilegia, nec minus Sacri Palatii Comitivam contulit, d. d. 22. Februar. An. 1714.

AGnoscimus et notum facimus tenore præsentium universis, quod cum demisse nobis Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Leonardus, Comes ab Auria, à Domino fratre Prædecessoreque nostro quondam Romanorum Imperatore Josepho gloriosissimæ Memoriæ se de Castro & Comitatu Sancti Christophori, tertia parte Burgi Furnariorum, item participatione Buzallæ & alia Burgi Furnariorum tertia parte investitum fuisse; Adeoque demisse nos rogarit, ut cum nos ad fastigium Imperialis dignitatis evectos præfatorum, feudorum nomine in supremum Directumque Dominum suum, prout juris ac consvetudinis est, recognoscere desideret, se de iisdem feudis nunc investire omniaque & singula Privilegia à Divis Romanorum Imperatoribus Antecessoribus suis concessa sibi quoque clementer approbare & confirmare dignaremur. Nos sane considerantes eximiam illam fidei atque observantiæ devotionem, grataque obsequia, quibus nos ac divos Prædecessores nostros Romanorum Imperatores & Reges, ipsumque Sacrum Imperium & inclitam nostram Austriæ Domum semper coluit, ac demereri studuit, Nobisque persuasum habentes dictum Leonardum Comitem ab Auria, tum insigni Progenitorum suorum exemplo, tum ipsa virtute Duce non facile quicquam in se desiderari passurum esse, quod ad suam in nos & Sacrum Romanorum Imperium, Augustamque nostram Austriæ Domum sinceram constantemque fidem ac bene merendi promptitudinem, quam præ se fert, fidelibus obsequiis magis magisque comprobandam pertinere videbit, uti quidem facturum se offert, beneque facere poterit, ac debebit humillimis ejus precibus annuendum duximus uti vigore præsentium annuimus. Quapropter ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente Consilio, deque Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine, donationem ac Instrumentum à quondam Joanne Ambrosio, Comite ab Auria in favorem filii sui Caroli inter cætera super præfatis feudis confectum & Augustæ Memoriæ Domino Imperatori Ferdinando tertio editum in omnibus suis punctis, Articulis, clausulis, sententiis, & verborum expressionibus perinde ac si præsentibus de verbo ad verbum insertum esset, aliaque omnia & singula Privilegia Patri ejus Carolo, & Avo Joanni Ambrosio ab Auria ejusque majoribus à Divis Antecessoribus nostris quond. Romanorum Imperatoribus Henrico Septimo, Maximiliano primo, Carolo quinto, Ferdinando, Maximiliano & Rudolpho secundo, Matthia & Ferdinando itidem secundo Ferdinando tertio, Leopoldo & Josepho, Domino Fratre, Patre, Avo, Proavo, Agnatis, Majoribus, & Prædecessori-

foribus nostris colendissimis, inclitæ recordationis concessa confirmavimus & approbavimus, prout tenore præsentium confirmamus & approbamus, ipsique Leonardo Comiti ab Auria pro se, legitimisque & naturalibus suis hæredibus ac successoribus dicta Castra, terras, loca & participationes, videlicet totum Castrum S. Christophori cum suo territorio & finibus, qui sunt in loco, qui vocatur à monte pagano veniendo per Costam longam usque in flumen arbiosum, eundo & veniendo per ipsum flumen usque ad Clapam Bussarolam, & inde eundo per Disuliam usque per Cimeralem, sicut apparet per quædam publica Instrumenta desuper confecta ac coram quondam Domino Imperatore Ferdinando primo producta, & cum tertia parte Burgi Furnariorum per mortem quondam Petri Baptistæ: Item participatione Buzallæ, & alia Burgi Furnariorum tertia parte per mortem olim Hieronymi & Caroli jam pridem ex humanis sublatorum, ad Hubertum Spinulam devolutis, cum eorum omnimoda jurisdictione, mero ac mixto Imperio ac gladii potestate, aliisque juribus, redditibus, territoriis ac pertinentiis *secundum formam dictorum Instrumentorum in feudum francum, liberum & exemptum dedimus* & concessimus, & illum de iis omnibus & *singulis investivimus*, ac virtute harum literarum nostrarum damus, concedimus & investimus, quidquid illi de jure, vel ex gratia speciali in præmissis confirmare, approbare, dare, concedere, & investire possumus, vel debemus, ita nimirum, ut memorata bona nihilominus in omnibus sapiant naturam *Allodii quodque de iisdem possit ipse Leonardus Comes ab Auria, & Successores ejus disponere pro libitu voluntatis tam in ultimis voluntatibus, quam inter vivos*; elargientes quoque & dantes, concedentesque eidem Leonardo Comiti ab Auria ac successoribus ejus in recitatis Castris, terris, locis & participationibus omnem potestatem nobis competentem, ita *quod in eis omnia agere & exercere possit & valeat, quæ nos ipsimet agere & exercere possumus & valemus, nihil nobis penitus retinentes præter solam Superioritatem Cæsaream, quam Nobis* ac Nostris in Imperio successoribus, & quibus ea specialiter demandata fuerit, reservamus, cum subjectionis, fidelitatis, & Homagii Juramento, quod Nobis vice ac nomine ejusdem Leonardi Comitis ab Auria noster Sacrique Imperii fidelis dilectus Adamus Ignatius nobilis ab Heunisch, Consilii Imperialis nostri Aulici Agens, vigore acceptati procuratorii præstitit, supplentes quoscunque defectus, tam juris, quam facti, si qui in prædictis intervenerint, non obstantibus quibuslibet legibus, Constitutionibus, consvetudinibus & feudalibus statutis, decretis ac ordinationibus, aliisque in contrarium facientibus, quibus omnibus ac singulis pro hac vice duntaxat, authoritate & scientia prædictis derogamus & derogatum esse volumus, nostris tamen & Sacri Imperii, ac aliorum Juribus semper salvis. Porro cum divus quondam Dominus Proavus & Prædecessor noster colendissimus Imperator Ferdinandus secundus inclitæ recordationis ob excellentes virtutes ac fidelia & præclara sibi à sæpe dicti Leonardi Comitis ab Auria Avo Joanne Ambrosio Comite ab Auria præstita servitia prædictum feudum & Castrum Sancti Christophori cum ejus districtu, territorio & pertinentiis in verum Comitatum erexerit, ipsumque Joannem Ambrosium ab Auria Comitem Sancti Christophori crearit, & nominarit, nos sane condignam habentes rationem eximiæ liberalitatis antefatorum Domini Proavi, Avi & Parentis nostri, uberioribus ejusdem Joannis Ambrosii memoriam gratiis, indultis, honoribus & præmiis amplificari atque ornari, ejusque in promerenda gratia quondam exhibitam sedulitatem cæteris exemplo proponi desiderantes, & specialem sæpius dicti Leonardi Comitis gratiam, adeoque ex certa scientia animoque bene deliberato, de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, maturo & sano accedente Consilio, dicti Castri, feudi ac loci jurisdictionisque S. Christophori cum ejus districtu et territorio, ac pertinentiis erectionem, in Comitatum ipsamque prænominati Avi, ac sæpe dicti Leonardi Comitis ab Auria, tanquam in dicto feudo et Castro hæredis, & successoris legitimi creationem in Comitem S. Christophori benigne laudavimus & approbavimus, ipsumq; in eum gradum, dignitatem & honorem, quo nostri & Sacri Imperii Comites præditi et exornati sunt, constituimus & ereximus, consortioq; & coetui aliorum nostrorum, & Sacri Romani Imperii vere natorum & procreatorum Comitum una cum hæredibus & successoribus suis ex legitimo matrimonio descendentibus adjunximus, & aggregavimus, omnibusque & singulis gratiis, honoribus, dignitatibus, libertatibus, privilegiis præeminentiis, juribus & consuetudinibus, quibus cæteri nostri & S. Rom. Imperii Comites, utuntur, fruuntur, & gaudent, donavimus & impertivimus, prout tenore præsentium, ita confirmamus, &, quatenus opus, de novo creamus, erigimus, nominamus, constituimus, & eum, ejusque in sæpe dicto Castro, feudo, loco, & jurisdictione Sancti Christophori in Comitatum erecto, hæredes & Successores ex legitimo matrimonio descendentes ad recipiendum, utendum, fruendum omnibus & singulis cæterorum nostrorum & Sacri Imperii Comitum honoribus, dignitatibus, gratiis, libertatibus, privilegiis, præeminentiis antelationibus, juribus, & consvetudinibus de nostræ Cæsareæ Potestatis plenitudine, vigore præsentium habiles, idoneos & participes reddimus; Statuentes hoc nostro edicto Cæsareo, quatenus ex nunc in antea perpetuis temporibus prædictum Castrum, feudum, locus et jurisdictio Sancti Christophori cum omnibus Dominiis, Juribus & pertinentiis suis veri Comitatus dignitatem præ-

præ se ferre ac præfatus Leonardus ab Auria, ejusque in eodem Comitatu Successores ut supra nostrorum & Sacri Romani Imperii Comitum nomen & dignitatem assequi & obtinere ac tam in litteris, quam nuncupatione verbali, nec non in rebus spiritualibus, & temporalibus, Ecclesiasticis et profanis, et quibuscunque aliis negotiis & actibus pro ejusmodi Comitibus censeri, haberi & teneri debeant, ac generaliter omnibus & singulis honoribus, dignitatibus, gratiis libertatibus, Privilegiis, indultis, juribus & consuetudinibus, quibus cæteri nostri & Sacri Romani Imperii Comites utuntur fruuntur, potiuntur, & gaudent, uti, frui, potiri, & gaudere possint & valeant, omnibus Impedimentis & controversiis sepositis.

Mandantes idcirco universis & singulis Electoribus, Principibus, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, Archi-Episcopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Vice-Dominis, Præfectis, Castellanis, Locumtenentibus, Officialibus, Heroaldis, Caduceatoribus, Burgi-Magistris, Judicibus, Consulibus, Civibus, & generaliter omnibus & singulis nostris & Sacri Romani Imperii subditis ac fidelibus dilectis, cujuscunque dignitatis, gradus, ordinis ac præeminentiæ existant, hoc edicto nostro, ut sæpedictum Leonardum ab Auria, illiusque in eodem Castro, feudo, loco, & jurisdictione, Sancti Christophori suprascriptos hæredes & successores universos, in infinitum descendentes, in dicti Comitatus per nos concessi fastigio, titulo & & honore nec non gratiis & libertatibus, ut præfertur, quiete & pacifice, uti, frui & gaudere sinant, & permittant, & alios quoque pro viribus cohibeant, ne aliquid in contrarium tentent, aut moliantur. Postremo, quemadmodum divus Pater ac Prædecessor noster, piissimæ recordationis, Leonardi Patrem, dictum Carolum, Comitem ab Auria, ejusque in dicto feudo Sancti Christophori Successores Sacri Lateranensis Palatii, Aulæque nostræ Cæsareæ & Imperialis Consistorii Comites fecit, creavit, erexit, & Comitatus Palatini Titulo insignivit, ita & nos ejus filium Leonardum in talem, tenore præsentium, confirmamus, &, si opus, de novo facimus, creamus, erigimus, & insignimus atque aliorum Comitum Palatinorum numero & Consortio aggregamus, & adscribimus, decernentes & hoc Imperiali statuentes Edicto, quod ex nunc in antea omnibus & singulis Privilegiis, gratiis, juribus, immunitatibus, honoribus, exemptionibus, & libertatibus, uti, frui & gaudere possit, & valeat, quibus Cæteri Sacri Lateranensis Palatii Comites hactenus potiti sunt, seu quomodolibet potiuntur, consvetudine vel de jure, confirmantes, & si opus sit, de novo concedentes ipsi Leonardo, Comiti ab Auria amplam facultatem & potestatem, qua possit & valeat, per totum Romanum Imperium & ubique terrarum facere atque creare publicos Notarios, seu tabelliones & judices ordinarios, ac universis personis, quæ fide dignæ, habiles & idoneæ sint (super quo conscientiam ejus oneramus) Notariatûs, seu tabellionatûs & judicatus ordinarii officium dare & concedere, eosque & quemlibet eorum per pennam & calamarium (prout moris est) de præfatis investire, dummodo tamen ab ipsis Notariis publicis seu tabellionibus & Judicibus ordinariis per ipsum (ut præmittitur) creandis, & à quolibet eorum vice & Nomine nostro & Sacri Romani Imperii debitum fidelitatis accipiat corporale & proprium Juramentum, in hunc modum videlicet, quod erunt nobis & Sacro Romano Imperio & omnibus Successoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus legitime intrantibus fideles, nec unquam erunt in Consilio, ubi nostrum periculum tractetur, sed bonum & salutem nostram defendent fideliter, & promovebunt, damna nostra pro sua possibilitate vetabunt & avertent, Instrumenta tam publica, quam privata, ultimas voluntates, Codicillos, Testamenta, quæcunque judiciorum acta & omnia alia & singula, quæ cuilibet ipsorum ex debito officiorum dictorum, facienda occurrent, vel scribenda juste, pure, fideliter, omni simulatione, machinatione, falsitate & dolo remotis scribent, legent, facient atque dictabunt, non attendendo odium, pecuniam, vel munera, aut alias passiones, vel favores; Scripturas vero, quas debebunt in publicam formam redigere, in membranis mundis, non chartis abrasis, aut papireis fideliter, secundum locorum consvetudinem conscribent, legent, facient, atque dictabunt, causasque Hospitalium & miserabilium personarum nec non pontes & stratas publicas pro viribus promovebunt, sententiasque & dicta testium, donec publicata fuerint, & approbata, sub decreto fideliter retinebunt, ac omnia & singula rite, juste, pureque facient, quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebunt, consvetudine vel jure, quodque hujusmodi Notarii publici, seu Tabelliones & judices ordinarii, per sæpedictum Leonardum Comitem ab Auria creandi, possint & valeant per totum Romanum Imperium & ubilibet terrarum facere, scribere, & publicare Contractus, Judiciorum acta, Instrumenta, & ultimas voluntates Decreta & Authoritatem interponere, & quibuscunque contractibus requirentibus illa, vel illas, ac alia omnia facere, publicare, & exercere, quæ ad dictum officium publici Notarii, seu Tabellionis aut Judicis ordinarii pertinere & spectare noscuntur. Decernentes ut omnibus Instrumentis & Scripturis per hujusmodi Notarios per antefactum Leonardum, Comitem ab Auria, ut præmittitur, creandos confectis, & conficiendis plena fides ubilibet adhibeatur, constitutioni-

tionibus, ordinationibus, statutis, vel aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Insuper sicut Dominus Parens Noster, ipsi præfato Carolo, Comiti ab Auria, ita & nos relicto ejus filio sæpe nominato Leonardo, Comiti ab Auria, concedimus & elargimur, quod possit & valeat naturales Bastardos, Spurios, manseres, nothos, incestuosos copulative vel disjunctive, vel quoscunque alios ex illicito & damnato coitu procreatos & procreandos masculos & fœminas quocunque nomine censeantur viventibus vel etiam mortuis eorum parentibus legitimare (Illustrium tamen Principum, Comitum & Baronum filiis duntaxat exceptis) & eos ac eorum quemlibet ad omnia & singula jura legitima restituere & reducere, omnemque geniturae maculam penitus abolere, ipsos restituendo & habilitando ad omnia & singula jura, successionum & hæreditatum bonorum paternorum & maternorum, etiam ab intestato Cognatorum & Agnatorum atque ad honores, dignitates & singulos actus legitimos tam ex Contractu, quam ex ultima voluntate et alio quocunque modo tam in Judicio quam extra, ac si essent de legitimo matrimonio procreati, objectione illegitimæ prolis penitus quiescente, quodque illorum legitimatio, ut supra, facta, pro legitime facta maxime habeatur & teneatur, ac si foret cum omnibus juris solemnitatibus, quorum defectus speciali authoritate Imperatoriali suppleri volumus & intendimus, dummodo tamen legitimationes hujusmodi non præjudicent filiis & hæredibus legitimis & naturalibus, & quod ipsi legitimandi postquam, ut supra, legitimati fuerint, sint & esse censeantur ac nominentur, et nominari possint, & debeant ubique locorum, tanquam legitimi & legitimæ nati de domo, familia & agnatione parentum suorum, ac arma & insignia eorum portare et ferre possint, & valeant, quin imo efficiantur nobiles, si parentes eorum nobiles fuerint, non obstantibus aliquibus legibus, quibus cavetur, quod naturales Bastardi, Spurii, Manseres, nothi, et incestuosi, copulative vel disjunctive, vel alii quicunque ex illegitimo coitu procreati, vel procreandi, nec possint, nec debeant, legitimari, liberis naturalibus legitimis existentibus vel sine consensu et voluntate filiorum naturalium et legitimorum, aut agnatorum, aut feudi Dominorum, et specialiter in authentica quibus modis naturales efficiuntur legitimi, et quibus modis naturales effic. sui, per totum et §. naturales filii, si de feudo defuncti contentio sit. inter Dom. et Agnat. & *L. jubemus* Cod. *de emancipat. liber.* et aliis similibus quibus legibus et cuilibet ipsarum volumus expresse et ex certa scientia derogari, etiam non obstantibus in præmissis aliquibus contrahentium dispositionibus & defunctorum ultimis voluntatibus, aut Legibus aliis et locorum constatutis et consvetudinibus, etiamsi tales essent, quæ deberent exprimi et de illis mentio fieri specialis, quibus obstantibus et obstare volentibus in hoc casu duntaxat ex certa scientia et de plenitudine Cæsareæ potestatis totaliter derogamus & derogatum esse volumus.

Ulterius ut eidem Comiti Carolo ab Auria, ita & filio ejus sæpe dicto Leonardo, Comiti ab Auria hanc quoque gratiam fecimus, & plenam potestatem & facultatem concessimus, facimusque & concedimus, per præsentes videlicet quod, ut supra, possint & valeant nomine, loco & autoritate nostra Cæsarea facere constituere & creare nobiles, ipsisque nobilium armorum insignia conferre, nec non Doctores & Poëtas laureatos facere, promovere, & ordinare adhibitis tamen in qualibet creatione Doctoris, ad minus, tribus ejusdem facultatis eximiis Doctoribus, qui, mediante rigoroso examine, promovendos gradu isto dignos sufficientes & idoneos judicent, declarent, & collaudent, atque postquam tales judicati & probati fuerint, ipse Leonardus autoritatem interponendo, consueta illis ornamenta atque insignia Doctoralia, Poëtis vero, quorum eruditio per viros doctos approbanda erit, sertum laureum, more & Ceremoniis in studiis generalibus desuper observari solitis nomine & auctoritate nostra tractet, & conferet, decernentes & expresse statuentes præsentium vigore, quod præfati nobiles per eundem Leonardum Comitem ab Auria ejusque in dicto Comitatu Sancti Christophori Successores, ut præfertur, creandi, aut creati, possint & valeant, in quibuscunque actibus iisdem Privilegiis, præeminentiis, authoritatibus & prærogativis uti, frui et gaudere, quibus cæteri nobiles per nos & qualitercunque facti & creati utuntur, fruuntur, & gaudent, consuetudine, vel de jure, similiterque Doctores & Poëtæ ab ipso ejusque Successoribus promoti vel promovendi in omnibus Civitatibus studiis Generalibus, locis & terris Sacris Romani Imperii & ubique gentium libere debeant & possint omnes actus Doctorales & Poëticos, legendi, docendi, scribendi, interpretandi & glossandi facere & exercere, omnibus & singulis privilegiis, prærogativis, exemptionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, præeminentiis, favoribus & indultis & quibuscunque aliis gratiis uti, potiri & gaudere, quibus alii Doctores & Poëtæ in Bononiensi, Patavino, Papiensi, Viennensi, & quibuslibet aliis Universitatibus ac generalibus studiis privilegiatis, promoti utuntur, fruuntur, gaudent, non obstantibus quibuscunque legibus aut Constitutionibus Canonicis, aut statutis, decretis, reformationibus, rescriptis, Privilegiis, Beneficiis, exemptionibus, gratiis & prærogativis quocunque nomine censeantur & cujuscunque tenoris existant, tam factis quam fiendis, tam

tam per nos quam Prædecessores & Successores Nostros, vel per quoscunque Principes, Duces, Marchiones, Comites, Universitates, vel alios Dominos, seu potestates aut regentes per Civitatem & Rectores ejus vel Officiales, Generis seu Conditionis cujuscunque vel quorumcunque locorum & terrarum, sub quibuscunque clausulis & expressione verborum latis & editis, etiamsi talia essent, de quibus de verbo ad verbum necesse esset, hic fieri mentionem specialem, non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus, quibus omnibus & singulis ex certa nostra scientia animo, motu, et potestate, prædictis derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes; Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis ac dignitatis fuerit, liceat hanc nostram confirmationis, approbationis, ratificationis, corroborationis, suppletionis, derogationis, investituræ, concessionis, remissionis, ordinationis, erectionis, creationis, nominationis, constitutionis, adjunctionis, aggregationis, indueti, gratiæ, Privilegii, Voluntatis & Decreti paginam infringere, aut eam quovis ausu demerario violare, quisquis vero id attentare præsumpserit, nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam & pœnam 13. Marcarum auri puri, pro dimidia Imperiali Fisco seu ærario nostro, reliqua vero parte injuriam injuriam passi aut passorum usibus absque omni spe veniæ vel remissionis applicandam se noverit facto ipso incurrisse. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennæ, vigesima secunda Februarii Anno millesimo, septingentesimo decimo quarto, Regnorum Nostrorum Romani tertio, Hispaniarum undecimo, Hungariæ & Bohemici vero pariter tertio.

XII.

Decretum Caroli VI. Roman. Imperatoris, in quo Serravallensibus serio præcipit, ut Comiti Leonardo ab Auria censum in controversiam hactenus vocatum, non solum quantum præteritos concernit annos, citra moram & retinentiam exsolvant; verum etiam annis subsecuturis exsolvere nullatenus recusent, partim etiam illa, quæ eidem jure summo debentur, submisse atque effective præstarent, d. d. 9. mens. Sept. A. 1716.

Sacræ Cæsareæ Majestatis, Caroli sexti, Domini nostri Clementissimi nomine Communitati & subditis Serravallensibus benigne intimandum: Sibi à Domino Leonardo, Comite ab Auria humillime expositum esse, quem in modum dicta Communitas subditique sui neminem, qui necessitati eorum succurreret, reperientes, Patri suo quondam Comiti Carolo ab Auria censum annuum, quanquam redimibilem, pro quatuor mille atque ducentorum Ducatonum, sic dictorum, summam vendiderint, huncque censum in bonis suis constituerint, sese, ac bona sua cum generaliter, tum specialiter & pro sorte, & pro censu isthoc obligarint, hypothecarint, atque paratissimæ executioni subjecerint: Nec minus licet prænominatum Dominum Comitem Leonardum, qua Patris Creditoris filium pro hærede & in hoc Capitali, ac censu successorem; simul atque pro Domino suo utpote de Castro & feudo Serravallis investitum agnoscere teneantur, eo nihilominus audaciæ, ac temeritatis devenerint, ut non modo ab omni submissione, homagio, subjectione, ac debito erga Dominum suum se se subtrahere, verum etiam in solutione memorati census refractarios, & contumaces, prout hæc omnia ex annexis libelli documentorumque eidem annexorum exemplis pluribus patent, exhibere præsumpserint: Submisse orando ut altissime dicta Sacra Cæsarea Majestas contra ejusmodi temerario ausus, pro legum dictamine, supremo auxilio suo eidem succurrere dignaretur.

Cum igitur subditis submissionem, atque obsequium Domino suo præstandum, nec minus implementum eorum, quæ inter Partes justis pactis conventa sunt, omne jus statuat. Hinc sua Sacra Cæsarea Majestas prælibatæ Communitati & subditis vigore hujus decreti serio præcipit, ut non modo prærepetitum censum tam de præterito, quam quotannis in futurum supranominato Comiti, juxta formam, & pacta in præcitatis Instrumentis comprehensa citra omnem moram aut renitentiam solvant. Verum etiam eidem, qua Domino suo, ea, ad quæ de jure obstricti sunt, submisse atque effective præstent, quatenus severam animadversionem Cæsaream, & ulteriorem magis seriam ordinationem, pœnasque jure, atque constitutionibus Imperii statutas evitare voluerint. Decretum in Consilio Imperiali Aulico & Signatum sub suæ Sacræ Cæsareæ Majestatis Sigillo secreto. Viennæ die nona mensis Septembris, Anno Domini 1716.

XIII.

Ejusdem literæ patentes ad Communitatem oppidi Serravallis, in quibus ei serio ac severe mandat, ut non solum propria contra Comitem Leonardum ab Auria acta pariter atque facta retractet, verum etiam omne adhibeat studium ac diligentiam, quo repressalia à Ducatus Mediolanensis Magistratu, contra laudatum Comitem exacta, confestim relaxentur, revocentur, penitusque tollantur, addita hac lege atque conditione, ut ab his aliisque similibus ausis in posterum abstineatur, d. d. 17. Novembr. Adjunctum est his Rescriptum Cæsareum in eadem causa ad Comitem Carolum Borromeum exaratum, d. d. 17. Novembr. Anno 1716.

CAROLUS &c. Subditis & Communitati feudi nostri Imperialis Serravallis præsentibus notum facimus, Nobis à nob. nostro & Sacri Imperii fideli dilecto Leonardo, Comite ab Auria humillime expositum esse, quod licet in Constitutionibus Sacri Romani Imperii, & alias sub severissimis pœnis vetitum esset, ne à competente Judice ad alium haberetur recursus, nihilominus dicta Communitas & subditi, dum eosdem prænominatus Comes ad præstandam annui census sibi debiti solutionem, & a nobis vigore decreti nostri Cæsarei 9. Septembris nuperi emanati demandatam adigere voluerit, alioque remedio proniore deficiente, juxta pacta contra illos processerit, spreta nostra Cæsarea, qua supremi & immediati illius feudi Domini, Consiliique Imperialis Aulici jurisdictione ad Magistratum Ducatus nostri Mediolanensis illico recurrerint, atque inde suis machinationibus non modo repressalia sic dicta, effective impetrarint; verum etiam contumaciasi hac sua adhærentia in conflictum, & collisionem status cum statu procurarint, ut Vasallis nostris Imperialibus, simul atque Nobilibus Genuensibus ab eodem Magistratu Mediolanensi ulteriora Repressalia minitata sint omni oblata occasione exequenda. Cum igitur Recursus ejusmodi illicitus, & ea, quæ eo nomine impetrata sunt, in præjudicium supremæ Jurisdictionis, authoritatisque nostræ Cæsareæ tendant, ac proinde sine gravi nostra, Juriumque & Constitutionum Imperii læsione haud pati possint; Hinc memoratæ Communitati, subditisque præfati feudi nostri Imperialis Serravallis vigore harum serio præcipimus, ut sub pœna indignationis nostræ Cæsareæ, ac viginti marcarum auri, non modo propria acta, & facta retractent, verum etiam præcitata repressalia exacta continuo relaxari, revocari, ac tolli, imposterumque ab his, & similibus aliis desisti procurent, & ab ulterioribus machinationibus, recursu, atque illicita adhærentia abstineant; Sed si quas rationes relevantes in causa principali obmovendas habeant, illas in Consilio nostro Imperiali Aulico exponant, & ab hoc desuper decisionem, justitiæque administrationem præstolentur. De quo sæpius dictam Communitatem & subditos Serravallenses certiores reddere voluimus per præsentes manu nostra subscriptas, & Sigillo nostro Cæsareo munitas. Viennæ 17. Novembris, 1716.

Carolus &c.

TIt. Quid Nobis Nobilis Noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus, Leonardus, Comes ab Auria, contra Communitatem, & subditos feudi nostri Imperialis Serravallis ratione recursus ab his ad Magistratum Ducatus Nostri Mediolani illicite habiti, & de Repressaliis sic dictis, ibidem actu impetratis, ulterioribusque minitatis humillime conquestus fuerit, quasque Patentes desuper nunc, & quid in causa principali ante hac nempe in puncto annuorum censuum prænominato Comiti debitorum die nona Septembris nuperi benigne decreverimus, patet uberius ex annexis.

Et cum ejusmodi temerariis ausibus cursum sistere, aut jam factis oportuno remedio occurrere supremi Imperatorii muneris ratio à Nobis exposcat. Hinc tibi benigne injungimus, ut antefactas Patentes prælibatæ Communitati & subditis Serravallensibus publicari, affigique facias, & ipsos authoritate nostra Cæsarea ab omni ulteriori illicito recursu serio dehorteris. Impleturus es in eo benignam voluntatem nostram, Qui &c.

Viennæ die decima septima mensis Novembris 1716.

XIV.

Rescriptum Caroli VI. Romanorum Imperatoris, in causa Particularium Communitatis Serravallensis, per Genuenses, instinctu Leonardi Comitis ab Auria, gravatorum, ad supremum Statum Mediolanensis Consilium, sive Senatum conscriptum, d. d. 23. Septembris An. 1716.

Don Carolos &c.

Illustres, Magnifici, fideles, & dilecti nostri!

SUb 20. Martii anni præteriti 1715. nos informavit Senatus repræsentationis, quam vobis fecit eadem die, in qua retulit perdistincte omnia officia, quæ usque tunc temporis sæpius interposuerat apud rempublicam Genuensem, ad hoc, ut non permitteret, quod super

super instantiis Comitis Leonardi ab Auria continuaretur molestia in particulares Communitatis Serravallis, qui negotiabuntur in ditione Genuensi, ratione Census, -------- qui constitutus fuit supra Territorium Serravallis, imo, ut adstringeret mentionatum Comitem ad deducendum jura sua coram senatu Mediolanensi Judice territoriali, ubi eadem Communitas jam produxerat sua, vi quorum prætendebat, non solum esse exstinctum census Capitale, sed & quod respective creditrix permaneret non exiguæ Summæ contra dictum Comitem Leonardum ab Auria, ex ratione, quod obligaverit Communitatem singulo anno ad solvendum integrum quinque pro Centum, non obstante reductione generali, quæ per regiam pragmaticam anno 1672. stabilita fuit.

Cumque ausa sint tribunalia Januensia concedere Mandata exequutiva, & eadem in executionem deducere contra meos subditos Serravallis, qui eorum interesse & Commercii publici causa ditionem Januensem ingrediebantur, cum sensibili offensione regiæ meæ jurisdictionis & supremæ authoritatis, & gravi damno meorum Vasallorum, adstringendo Communitatem ad integram solutionem quinque pro Centum mediantibus supradictis violentiis & extorsionibus, merces scilicet & mobilia particularibus Communitatis appertinentia apprehendendo, & hoc ex eo motivo (quod vero admitti non potest, nec vim ullam habet) quod in Contractu impositionis census stipulatum sit, quod communitas conveniri possit, coram quocunque Tribunali extraneo: & cernens Senatus, quod neque responsa reipublicæ, neque Comitis Leonardi ab Auria concludebant Cathegoricam & promptam satisfactionem: & quod propositionibus amicabilis compositionis intenderent evitare redintegrationem gravaminum talibus attentatis inflictorum regiæ meæ Jurisdictioni & vasallis meis, vobis consuluit finaliter, ut dum revera, dictus Comes Leonardus ab Auria, ad cujus instantiam supramemorata facta sunt, omnino nihil sub meo statu Mediolanensi possideret, sine majore cunctatione per Magistratum ordinarium (quemadmodum illud jam in aliis consuetis repræsentaverat) ad sequestrationem bonorum & redituum cujusdam de subditis reipublicæ procederetur.

Dum in hoc meo Consilio supremo penderet examen dictæ Consultationis, qua Senatus præcedentem relationem mihi fecerat, scripserunt duo Ablegati Januenses, Marchio Spinola & Marchio Clemens ab Auria, ad Comitem Regentem Modegnani Schedulam (cujus copia hic remittitur) in qua consentiunt, quod ad amborum eorum repræsentationem præceperit Respublica, ne ullum Mandatum â Tribunalibus Genuensibus contra Particulares dictæ Communitatis Serravallis obtentum exequeretur, & quod pariter intimaverit Comiti Leonardo ab Auria, ut recurreret ad mea Tribunalia, ad quæ in isto (scilicet Mediolanensi) statu pertinet, ad terminandam hanc Controversiam attentaque hac dispositione Reipublicæ petierunt, ut Sequestrum Cassani in præjudicium Marchionis franci Imperialis Lercarii factum removeretur, & intellectis his omnibus mihi visum est, vobis injungere & committere, prouti id facio, quatenus ordinem detis Senatui, et primario quidem, ut curando indemnitatem Regiæ meæ jurisdictionis, & plenariam restitutionem ejus, in quo & in quantum passa est ex eo, quod Tribunalia Genuæ sese in talem cognitionem ingesserint, debita sollicitudine procedat ad Examen & decisionem dictæ Causæ, Communitatem Serravallis audiendo tam super reductione Census, quam super prætensione, quam format, quod Creditrix permaneat, ex eo, quod obligata fuerit ad plus solvendum: Et similiter super illo, quod contra unum & alterum Comes Leonardus ab Auria habebit ad allegandum, excitando ipsum eum ad finem, & procedendo secundum jura, in casum renitentiæ vel contumaciæ. Et quia etiam in considerationem deductum est præjudicium, *quod hinc in Marchionem francum Imperialem Lercarium redundat, scilicet cum eodem non posse ex Causa sequestri procedi* ad distractionem fructuum bonorum, qui eidem Cassani in sequestrum capti sunt: ideo pariter mihi visum, vobis injungere, quemadmodum injungo, ut convenienter ordines detis, ad hoc, ut eidem permittatur illos vendi curare assistente persona, quam Senatus nominabit, eum in finem, ut totum pretium, quod ex iis recipietur, usque ad summam, cujus prætendit dicta Communitas se esse Creditricem, tam pro eo, quod coacta fuerit plus justi sui debiti solvere, quam pro damnis, quæ particulares Serravallis pati debuerunt, per extorsiones, quæ ex isto Capite in Genuensi ditione ipsis illatæ sunt, in deposito permaneat ad dispositionem Senatus, usque ad definitivam Causæ sententiam, ad hoc, quo Communitas Serravallis, ejusque particulares indemnes reddi possint, casu quo ab illo tribunali judicialiter cognosceretur, & declaretur justum esse, & quod ita excutum sit, me certiorem reddetis. Viennæ 23. Septembris 1716.

YO EL REY.

Copia Schedulæ ad Comitem regentem Modognani scriptæ.

DUo ablegati Serenissimæ Reipublicæ Genuæ notificant Domino Comiti Regenti Modegnani, quod super repræsentationibus ab ipsis factis prædicto Serenissimo Gubernio, in Causa vertente inter Dnum Comitem Leonardum ab Auria, & Communitatem Serravallis, quod, licet supradictum Gubernium nullam in ea unquam

unquam habuerit, nec minimam adhuc habeat partem, nec ingerentiam, tamen intuitu Tribunalium Suæ Majestatis Cæsareæ & Catholicæ ordinaverit, ne exequantur quæcunque mandata, quæ per dictum Comitem fuissent obtenta à Tribunalibus Genuæ contra homines dictæ Communitatis: & ulterius intimari fecerit dicto Comiti, ut recurrat ad Tribunalia Suæ Majestatis, *ad quæ spectare potest*: ad sopiendam istam controversiam: in cujus consequentiam rogant Dominum Comitem Modegnani ita agere, ut removeatur sequestrum factum in loco Cassani in præjudicium Marchionis franci Imperialis Lercarii: & eum devote reverentur

devotissimi & obligatissimi famuli,

Dominicus Maria Spinola.

Clemens ab Auria.

XV.

Contractus Venditionis, quem Comes Urbanus Fliscus, tanquam venditor, cum Comite Stephano ab Auria, genero suo, tanquam emptore, super feudo Imperiali Vergnano, ejusque juribus atque annexis iniit, d. d. 12. Jul. An. 1717.

IN nomine Domini Amen. Illustrissimus & Excellentissimus D. Comes Urbanus Fliscus, sciens habere, & possidere ex munificentia Cæsarea Feudum Vergagnum cum pertinentiis, Juribus ac privilegiis, ut ex Imperiali Diplomate dato in Civitate Viennæ sub die vigesima tertia mensis Martii anni 1713. cui relatio habeatur &c.

Quodque cupiens alienare, prævio tamen Imperiali assensu, quem tam favore infrascripti Excellentissimi Emptoris, quam favore infrascriptæ Illustrissimæ D. Lauræ Fliscæ, ejus Sororis, sive Illustrissimi D. Baptistæ Spinulæ, ejus Sororii, pro omnibus & singulis in præsenti Instrumento contentis, obtinere impensis suis quamprimum curabit, prout promittit remanente infrascripto Excellentissimo Domino emptori obligatione capiendi propriis impensis Investituram. Sponte, animoque deliberato, & omni meliori modo vendidit, & vendit Illustrissimo ac Excellentissimo Domino Stephano de Auria ejus Genero, præsenti ac acceptanti pro se, suisque hæredibus & Successoribus &c. Dictum feudum Vergagnum situatum in Valle Borberiæ territorii Mongiardini, constans præcipue ex Loco & Castro Vergagni, ac bonis, Vassallis, Vassallorumque redditibus, corporibus & redditibus, nedum in dicto loco Vergagni ●tis, verum etiam in pluribus aliis locis ac territoriis, prout habetur in notula seu bilancio subscripto in calce ejusdem à dicto Excellentissimo Domino Urbano, & ab ipso tradito dicto Excellentissimo D. Stephano, ut asseritur in apoca inter ipsos inita in Civitate Viennæ sub die decima Junii anni proxime elapsi 1716. Pro cujus bilancii justificatione nunc per eumdem Excellentissimum Dominum Urbanum traditur & consignatur dicto Excellentissimo D. Stephano præsenti, & recipienti ad præsentiam mei Notarii, & testium infrascriptorum, Liber Cameralis reddituum dicti feudi, Constans folii - - quinquaginta septem, incipiens Bouello, Silvestro Fereri qv. Pietro &c. Et finiens resto che deue &c. à me Notario pro identitate antequam traderetur subscriptus. Hac tamen conditione & pacto, quod quatenus aliquis ex debitoribus notatis in dicto Libro doceret de insubsistentia debiti, & respective crediti, teneatur eo casu dictus D. Urbanus erga dictum Excellentissimum Dominum Stephanum ad reintegrationem prout de jure, quia sic &c.

Cum omnibus pertinentiis adjacentibus, connexis, Vassallis, redditibus omnibus & singulis terris, pratis, nemoribus, sylvis, herbis, vitibus, arboribus, possessionibus, domibus, casamentis, molendinis, aquarumductibus, & juribus aquarum aliisque juribus, & Patronatus jurisdictionibus, homagiis, feudis, servitutibus, honoribus, oneribus, avariis, fictibus, angariis, pedagiis, decimis, collectionibus, & aliis quibuscumque introitibus dicto loco, & locis debitis, & debendis, nunc & in futurum, quovis modo, & nomine, & ex quacumque causa &c.

Et cum dominio, Jurisdictione, & potestate mero, ac mixto Imperio, gladii potestate, Jure utilis & directi dominii, civilis & naturalis, & aliis omnibus ad ipsum locum, & loca, dictumque Excellentissimum Venditorem quomodolibet spectantibus, & omni meliori modo &c. Nec non cum omnibus attretiis & mobilibus, quæ ad præsens reperiuntur pro guarnimento dicti Castri. Ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, disponendum &c. Salvo Jure Superioritatis & alti dominii &c. Dictaque bona tam feudalia quam allodialia, redditus, ac jura libera, franca, exempta, disobligata ab omni vinculo, onere, conditione, obligatione, gravamine, fideicommisso purificato, sive purificando, & aliis quibuscumque subjectionibus, obligationibus, specialibus & generalibus, &c.

Et hanc venditionem fecit & facit pro pretio Librarum centum septuaginta millium monetæ Genuæ currentis solvendarum, & compensandarum ut infra. Nempe libras sexaginta octo mille biscentum viginti quatuor 1. 7. mandat & ordinat dictus Excellentissimus Dominus Urbanus dicto Excellentissimo Domino Stephano, quod compenset & in se retineat

retineat pro totidem per eum debitis dicto Excellentissimo Domino Stephano, scilicet libris triginta quatuor mille quingentis sexaginta quinque 14. 1. pro resto dotium, nunc qv. Excellentissimæ Mariæ Hieronymæ Dominicæ ejus filiæ, & uxoris dicti Excellentissimi Domini Stephani promissarum per dictum Excellentissimum Dominum Urbanum ex instrumento rogato Genuæ die 21. Aprilis anni 1702. per Notarium Cæsarem Ravanum &c. & libris triginta tribus mille sexcentum quinquaginta octo 7. 6. pro resto scutorum quatuor millium tercentorum auri marcarum, ac fructuum debitorum per nunc quond. Illustrissimam Mariam Hieronymam Carmagnolam matrem dicti Excellentissimi Domini Urbani cum ejusdem fidejussione, ut ex instrumentis receptis Genuæ per Notarium Alexandrum Alfonsium sub diebus 30. Junii & 11. Novembris 1704. & 17. Julii anni 1706.

At quia in dictis L. 34565. 14. 1. resto prædictarum dotium comprehensæ remanent libræ decem novem mille, ad quarum solutionem non tenetur dictus Excellentissimus D. Urbanus, nisi post ejus vitam, ut ex dicto instrumento dotali recepto per Notarium Cæsarem Ravanum. Ideo dictus Excellentissimus D. Urbanus confitetur, & declarat ob dictam anticipatam solutionem sive compensationem fuisse in dicto resto dotium minus computatas sive relaxatas de consensu Libras Mille monetæ Genuæ currentis, ob quam relaxationem de qua cautum & contentum se vocat &c. renuncians exceptioni erroris calculi, cuilibet læsioni, etiam enormissimæ, quittat & absolvit, & liberat dictum Excellentissimum Dominum Stephanum præsentem & acceptantem, dictamque Excellentissimam nunc qv. Mariam Hieronymam Dominicam, ejus filiam, eorumque respective hæredes me Notario stipulante &c. Ab omni eo & toto, quod prætendere posset ob dictam anticipatam solutionem, sive compensationem, ad quem motus etiam fuit aliis de causis quodque uberius dicit, citra onus &c. fatetur etiam atque declarat dictus Excellentissimus Dominus Urbanus fuisse in dictis L. 33658. 7. 6. resto dictorum L. 4300. auri marcarum sibi abonatas & relaxatas Libras Mille Centum viginti, monetæ Genuæ currentis, quæ eidem Excellentissimo Domino Urbano inserviunt scilicet L. 760. quæ sunt Scuta centum argenti coronæ, & stampæ Genuæ, pro valore horologii eidem Excellentissimo Domino Urbano legati à dicta nunc quond. Excellentissima D. Maria Hieronyma Dominica, prout ex ejus ultima dispositione præsentata sub die 22. Octobris 1714. penes Notarium Alexandrum Alfonsium in Civitate Genuæ, & L. 360. pro totidem debitis à dicta nunc quond. Excellentissima Maria Hieronyma Dominica, Excellentissimæ D. Miminæ, sive Hieronymæ Mariæ Fliscæ, ejus uxoris, ut ex declaratione inita per dictam nunc qv. Excellentissimam D. Mariam Hieronymam Dominicam in dicto ejus ultimo testamento cui &c. Quare dictus Excellentissimus Dominus Urbanus tam nomine proprio, quam uti vir, & legalis procurator dictæ Excellentissimæ Miminæ ejus uxoris cedit, & avellat dicto Excellentissimo Domino Stephano præsenti & acceptanti omnia Jura, rationes & actiones sibi, & dictæ Excellentissimæ ejus uxori competentes, contra bona, hæreditatem, & hæredes dictæ qv. Excellentissimæ Mariæ Hieronymæ Dominicæ, virtute dicti Legati, ac declarationis debiti &c. nihil retinens &c. minusque exercitium actionum directarum &c. Constituens dictum Excellentissimum Dominum Stephanum præsentem Procuratorem irrevocabilem ut in rem & causam propriam &c. & ad cautelam promittit dictus Excellentissimus Dominus Urbanus, quod intra menses quatuor proxime venturos dicta Excellentissima ejus uxor ratam habuerit dictam cessionem dictarum L. 360. Cum declaratione, quod totidem fuere solutæ, sive abonatæ dicto Excellentissimo Domino Urbano, ejus viro à dicto Excellentissimo D. Stephano, & cum promissione de amplius eas non petendo &c.

Reliquas vero Libras Centum unam mille septingentas septuaginta quinque 18. 5. mandat & ordinat dicto Excellentissimo Domino Stephano, quod eas solvere debeat intra annos decem proxime venturos Illustrissimæ D. Lauræ Fliscæ Spinulæ, ejus Sorori, sive Illustrissimo Domino Baptistæ Spinulæ, ejus Sorori, sive Illustrissimo Domino Baptistæ Spinulæ, ejus viro, pro totidem dicto Illustrissimo Domino Baptistæ, sive dictæ Illustrissimæ Dominæ Lauræ debitis pro resto tam Capitalis quam alimentorum, sive fructuum dotium promissarum per nunc quond. Illustrissimum Dominum Hieronymum, Patrem dicti Excellentissimi Domini Urbani, ut ex instrumento recepto Genuæ, sub die 20. Novembris 1684. per Notarium Michaelem Gattum, & ex altero instrumento obligationis susceptæ per dictum Excellentissimum Dominum Urbanum sub die 30. Novembris 1702. rogato Genuæ per Notarium Cæsarem Ravanum &c.

Præterea deducendo in scriptis ea, quæ oretenus fuere principaliter conventa, promittit dictus Excellentissimus Dominus Urbanus pro majore cautione evictionis dicti feudi, omniumque bonorum & jurium, ut supra venditorum obtinere impensis suis intra menses octo proxime venturos à S. Majestate Cæsarea assensum de obligando & hypothecando favore dicti Excellentissimi Domini Stephani, ejusque hæredum & successorum &c. Prout ex nunc pro tunc cum protestatione, quod per specialem hypothecam generali non derogetur nec è contra &c. Obligat & hypothecat dicto Excellentissimo Domino Stephano præsenti & acceptanti pro se suisque hæredibus & successoribus

ſoribus &c. In caſu evictionis dicti feudi bonorum redditưum ut ſupra venditorum, ſive alicujus partis eorum feudum Savignoni, omniaq; bona allodialia & feudalia, præſentia & futura in dicto territorio Savignoni & ejus adjacentibus ſita. Atque promittit, ita quod faciendo poſſibilia non excuſetur, quia ſic &c.

Intra menſes novem proxime venturos præbere ſive præberi facere impenſis ſuis dicto Excellentiſſimo Domino Stephano præſenti &c. Imperiale Diploma, ex quo plene & legitime apparet de dicto Imperiali aſſenſu, de hypothecando & obligando dictum feudum Savignoni ejuſdemque redditus, jura, & adjacentia pro cautione evictionis prædictæ, quia ſic &c.

Inſuper ſciens dictus Excellentiſſimus Dominus Urbanus, quod dicta Excellentiſſima nunc qv. Maria Hieronyma Dominica ejus filia in dicto ejus ultimo Elogio præſentato ſub die 22. Octobris anni 1714. penes dictum Notarium Alfonſium in caſu præmorientiæ filiorum dictæ qv. Excellentiſſimæ Mariæ Hieronymæ Dominicæ ante completum annum vigeſimum tertium ſine filiis legitimis & naturalibus ſubſtituerit in ejus bonis Excellentiſſimum Dominum Hieronymum fratrem dictæ Teſtatricis, ac filium dicti Excellentiſſimi D. Urbani, ut fuſius ex dicta ejus ultima diſpoſitione apparet. Sciensque, quod in computum dotis dictæ qv. Excellentiſſimæ Mariæ Hieronymæ Dominicæ ejus filiæ aſſignaverit inter alia dicto Excellentiſſimo D. Stephano rus cum Palatio, domibus a colono, & aliud dervutum rus ibi contiguum cum alia Domuncula, & nemus cum arboribus Caſtaneis ſub eorum confinibus ſita in territorio Nerui ſive Colungo, Juriſdictionis Capitaneatus Biſamnii Genuæ. Et prædicta bona pro ſumma librarum quinquaginta quinque millium biſcentum monetæ Genuæ, ut apparet ex dicto Inſtrumento dotali recepto per dictum Notarium Ravanum &c. Et ſciens etiam, quod prædicta omnia bona à dicto Excellentiſſimo D. Stephano fuere ſub die nona Junii 1704. alienata ac vendita pro juſto valore librarum triginta duorum millium biſcentum quadraginta duarum 15. 9. monetæ Genuæ currentis. Ideoque gerendo ea, quæ æqua ſunt, ne in damnum dicti Excellentiſſimi D. Stephani reſultare unquam poſſit, quod digna contemplatione Excellentiſſimæ nunc qv. ejus uxoris paſſus eſt, promittit dicto Excellentiſſimo D. Stephano præſenti & acceptanti pro ſe ſuiſque &c. Et vult, quod in caſu, quo locus eſſet dictæ ſubſtitutioni, ut ex dicto teſtamento, quod dictus Excellentiſſimus D. Stephanus ejuſque hæredes &c. obligatus, ſive obligati tantum remaneant loco dictorum bonorum immobilium, ſive eorum pretii ad ſummam L. 32242. 15. 9. monetæ Genuæ currentis, pro quibus fuere ut ſupra per dictum Excellentiſſimum Dominum Stephanum vendita, quia ſic &c. Atque promittit ita, quod faciendo poſſibilia non excuſetur, quod dictus Excellentiſſimus D. Hieronymus ejus filius intra annos decem proxime venturos ratum legitime habuerit hunc actum & promiſſionem ſub &c. Renuncians legi, quod factum alienum promitti non poſſit omnibusque aliis legibus in contrarium diſponentibus, quia ſic &c.

Quibus omnibus & ſingulis attentis, et non aliter, nec alio modo dictus Excellentiſſimus Dominus Stephanus (prævia proteſtatione, quod in caſu cujuſvis evictionis, illæſa & intecta reſervare vult, & intendit omnia Jura, rationes, anterioritates, hypothecas quomodolibet ſibi competentes vigore quarumcunque ſcripturarum & citra innovationem priorum Jurium anterioritatum, & hypothecarum, prout ſic ſolemniter proteſtatur) Inprimis compenſat dictas L. 68224. 1. 7. & de eis firma, & cum efectu manente dicta compenſatione & non aliter nec alio modo quittat, & abſolvit ac liberat non ſolum dictum Excellentiſſimum Dominum Urbanum, verum etiam dictam qv. Illuſtriſſimam Mariam Hieronymam Carmagnolam ejus matrem ejuſque bona, & hæredes ab omni eo, & toto, quod vigore prædictorum inſtrumentorum prætendere poſſit. Me Notario &c. faciens finem &c.

Fatentes dictus Excellentiſſimus D. Urbanus ex una, & dictus Excellentiſſimus D. Stephanus ex altera fuiſſe bene, & diligenter facta, & examinata omnia computa inter ipſos quocunque tempore & loco inita, eaque ſolidata & extincta manere, media dicta compenſatione, cum ſola reſervatione jurium, anterioritatum, & hypothecarum in caſu evictionis, & in omnibus, ut ſupra dictum eſt &c. Renunciantes exceptioni erroris calculi, cuilibet reviſioni, omnique ei, & toto, quod in contrarium dicere poſſent. Jurantes non contravenire &c. Et exinde dictus Excellentiſſimus D. Stephanus inhærendo mandatis dicti Excellentiſſimi D. Urbani, & firma, & cum effectu manente præſenti venditione, & non aliter &c. nec alio modo &c. promiſit & promittit dictæ Illuſtriſſimæ D. Lauræ ſive Illuſtriſſimo D. Baptiſtæ Spinulæ ejus viro præſenti, & atteſtanti pro ſe, dictæ Illuſtriſſ. D. Lauræ, eorumque reſpective Hæredibus & Succeſſoribus, animo tamen acquirendi jurium ceſſionem, & ſubingrediendi in eorum juribus, anterioritatibus, privilegiis, & hypothecis vigore quarumcunque ſcripturarum ipſis competentibus, & non aliter &c. Dare, & ſolvere iiſdem Illuſtriſſimæ Dn. Lauræ, ſive Illuſtriſſimæ D. Baptiſtæ infra annos decem proxime venturos dictas L. 101775. 18. 5. reſiduum prætii dicti Feudi, ac bonorum, ut ſupra, venditorum omni contradictione & exceptione remota ſub hypotheca &c. Et interim durante dicto decemnio ſolvere dictæ Illuſtriſſimæ D. Lauræ, ſive dicto Illuſtriſſimo D. Baptiſtæ fructus ad rationem duorum, & trium

trium quartarum partium alterius pro singulo centanario et anno incepto sub die decima quinta Junii proxime elapsi, et in fine cujuslibet anni, quia sic etc. sub hypotheca etc. Et in specie, ita quod tamen etc. sub hypotheca dicti feudi Vergagni cum dictis omnibus et singulis suis pertinentiis præsentis et futuris, attento assensu, ut supra, favore ipsorum Illustrissimorum Jugalium à præfata Cæsarea Majestate impetrando. Dans et concedens dictæ Illustrissimæ D. Lauræ, sive dicto Illustrissimo Baptistæ præsenti et stipulanti, ut supra facultatem in casu retardatæ solutionis tam capitalis, quam fructuum capiendi de facto, nullaque juris aut statutorum servata solemnitate, & authoritate propria possessionem dicti feudi cum pertinentiis, eoque & eis fruendi usque ad integram solutionem, & crediti satisfactionem constituens &c. Donec &c. quia sic &c.

Dictaque promissione attenta, & quatenus suum sortiatur effectum mediante reali & effectiva solutione dicti Capitalis, & fructuum temporibus ut supra respective conventis, & sic moneta exacta, & irrevocabiliter permanente, & non alias, aliter, nec alio modo &c. Dictus Illustrissimus Dominus Baptista suo & dicto nomine, & uti Dominus dictarum dotium Illustrissimæ Dominæ Lauræ ejus uxoris nunc pro tunc, cum sequuta erit solutio prædicta, liberavit & liberat (salva infrascripta cessione) bona & hæreditatem, & hæredes dicti nunc quond. Illustrissimi Domini Hieronymi Flisci, ejus Soceri, & dictum Excellentissimum Dominum Urbanum, ejus Sororium ab obligatione dictæ summæ, sive ejus partis, quæ soluta fuerit, etiam per Aquilianam stipulationem, & cum pacto de ulterius quidquam non petendo &c. Cessitque ac cedit dicto Excellentissimo Domino Stephano præsenti &c. pro se, suisque &c. nunc etiam pro tunc, & pro concurrenti quantitate totius ejus quod fuerit ut supra solutum, omnia & singula jura, rationes sibi quomodolibet competentes &c. Nil in se retento &c. neque etiam exercitio &c. Promittens ea vera, neque de eis disposuisse in præjudicium præsentis cessionis in reliquis talia, qualia, quia sic &c.

Possessionem cujus quidem feudi, ac omnium prædictorum bonorum venditorum dictus Excellentissimus Dominus Urbanus dedit & tradidit, dat ac tradit dicto Excellentissimo Domino Stephano præsenti & acceptanti cum expressa declaratione & conditione, quod fructus dicti feudi, omniumque dictorum bonorum, ac redditus incipiant favore dicti Excellentissimi Domini Stephani à die prima Januarii proxime elapsi 1717. sicque à dicta die in venturum omnino spectent ad dictum Excellentissimum D. Stephanum, quamvis fructus super residuo solvendo dictis Illustrissimis Jugalibus Spinulis incipiant à die 15. Junii proximè elapsi tantum, quia sic &c. Transtulitque ac transfert in dictum Excellentissimum Dominum Stephanum præsentem &c. omne jus, dominium, licentiam & facultatem plenam, omnimodam percipiendi corporalem possessionem dicti feudi, bonorumque omnium ut supra venditorum propria aucthoritate, sine licentia, vel decreto Judicis & omni meliori modo &c. & acceptam perpetuo retinere cum pleno dominio, salvo Jure Superioritatis & alti Dominii tantum &c. Constituens &c.

Insuper cessit, atque cedit dicto Excellentissimo Domino Stephano præsenti & acceptanti ut supra &c. omnia & singula jura, rationes, actiones, utiles & directas, reales & personales, mixtas, hypothecarias, rei persequutorias, & alias quascumque, quæ, & quas ipse Excellentissimus Dominus Venditor habet, & sibi competunt, seu unquam melius competierunt, vel in futurum competere possunt, quomodolibet in dicto feudo, bonis, juribus & redditibus ut supra venditis contra quoscumque, & quorumcumque bona &c. Nihil penitus Juris &c. Minusque exercitio directarum retento &c. Ita ut dictis Juribus, rationibus, actionibus &c. dictus Excellentissimus Emptor, ejusque hæredes & successores &c. Me Notario &c. possint & valeant uti, frui, agere, experiri in Judicio, excipere, & de eis se tueri ac valere omni meliori modo &c. & facere ea omnia & singula, quæ dictus Excellentissimus Venditor facere poterat ante prædictam venditionem &c. Constituens eundem Excellentissimum Dominum Emptorem præsentem in omnibus & singulis præmissis Dominum & procuratorem irrevocabilem, ut in rem & causam propriam, cum omnimoda potestate & aucthoritate &c. Promittens dictus Excellentissimus Dominus Urbanus dicto Excellentissimo Domino Stephano præsenti & acceptandi pro se, suisque hæredibus & successoribus &c. dictum feudum, ac bona omnia, ut supra, vendita tam in proprietate quam in dominio & possessione in perpetuum legitime defendere ab omni & quacumque persona, omnemque litem & controversiam, omneque Judicium, quod super dicto feudo & bonis moveretur, in se suscipere, etiam in quacumque parte Judicii, suisque propriis sumptibus, ejusque hæredum & successorum prosequi & terminari facere &c. Præmissa necessitate intimandi, sive notificandi lites omniaque alia necessitate agendi, sive excipiendi, quia sic &c.

Et in casu evictionis (in nihilum recedendo a supradicta obligatione & hypotheca speciali feudi Savignoni, immo eam confirmando in omnibus ut supra) dicti feudi, ac bonorum omnium ut supra venditorum, seu alicujus partis eorum reddere & restituere promittit dictus Excellentissimus Dominus Urbanus dicto Excellentissimo Emptori præsenti &c. pro se suisque &c. Pretium prædictum in totum, seu pro ea parte, pro qua sequeretur evictio, habito

habito respectu sive ad tempus præsens, sive ad tempus evictionis sequendæ in electione dicti Excellentissimi Domini Emptoris ejusque hæredum & successorum una cum damnis, expensis & interesse, etiamsi evictio sequeretur ex quacumque causa, etiam quæ ex pacto auctoris, quia sic &c.

Quæ omnia &c. sub hypotheca &c. cum refectione &c. Me Notario ad cautelam stipulante &c.

De quibus omnibus &c.

Per Me Marcum Antonium Riccam, Auctoritate Imperiali Notarium &c.

Actum in loco Savignoni, videlicet in primo Salotto ad plenum Salæ palatii præfati Excellentissimi Domini Comitis Urbani positi in platea dicti loci, anno à partu Virginis Millesimo Septingentesimo decimo septimo, indictione decima secundum cursum Romanum, die vero Lunæ duodecima mensis Julii, in vesperis, præsentibus D. Thoma Plumbino qv. Augustini, & Joanne Baptista Carzano quondam Lucæ testibus vocatis & rogatis &c.

Extractum in omnibus ut supra ex originali &c.

Marcus Antonius Ricca, publicus auctoritate Imperiali Notarius, licet salva &c.

Omnibus & singulis visuris pateat, atque lecturis notum sit suprascriptum subscriptione dicente: Marcus Antonius Ricca, publicus auctoritate Imperiali Notarius, fuisse, & esse factum & subscriptum propria manu Caractere & Litteratura supradicti Domini Marci Antonii Riccæ, Commissarii & Notarii in Feudo Imperiali Savignoni, ejusque Scripturis, & Instrumentis ab ipso confectis & subscriptis publica tam in Judicio, quam extra adhiberi fidem, prout Ego Notarius infrascriptus fidem facio, & attestor causam propriæ Scientiæ reddens, eo quia dictum D. Marcum Antonium Riccam Commissarium & Notarium prædictum pluries atque pluries scribere & subscribere vidi, eumque plene cognosco, in quorum &c. Nulla &c. Genuæ hac die prima Septembris 1719.

Felix Victorius Sarcius Notarius Publicus Collegiatus Genuæ.

D. Bartholomæus Marcione ex Consilio Cæsareæ Catholicæque Majestatis apud Serenissimam Rempublicam Genuæ Consul Generalis, & Agens &c.

Præsignatum Felicem Victorium Sarcium, qui insertis litteris juridicam suo nomine fidem fecit, illisque subscripsit, Publici Notarii munus rite exercere, munerisque nomen fide dignum apponere testimonialibus hisce nostris, apud omnes & singulos notum esse indicamus. Quorum veritati firmandæ Imperiale & Regale Sigillum subjicimus. Genuæ die 2. Septembris 1719.

Locus Sigilli.

D. Barthol. Marcione, mppria.

CAPUT II.

De Marchionibus ab Auria.

I.

Literæ Caroli VI. Romanorum Imperatoris, in quibus terram Montis Aldei sibi oblatam, cum ejus annexis, Georgio & Clementi, fratribus, Marchionibus ab Auria in feudum regale, liberum & ab omnibus oneribus exemptum, naturamque allodii habens, contulit, d. d. 26. April. An. 1723.

CAROLUS VI. &c.

AGnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, Nobis à (Tit.) Georgio atque Clemente fratribus Marchionibus ab Auria, ad instantiam Fiscalis Nostri Imperialis aulici coram nobis citatis, humillime expositum fuisse, quod, licet quidem terra Montis Aldei priscis temporibus ad Marchionem Montisferrati pertinuerit, occasione cujusdam belli autem inter eundem Marchionem cum Venetis & Florentinis confœderatum ex una; ex altera vero parte Duces Mediolani atque Sabaudiæ exorti terra illa in potestatem Ducum Mediolani, & ab his in qualitate terræ francæ, immunis, allodialis, & à quibuslibet oneribus absolutæ, vigore contractus emptionis & venditionis ad Grimaldos, postmodum autem ab his ad familiam ab Auria in simili, eademque qualitate, pariter titulo venditi, pervenerit, in ejusdem possessionem Marchiones Auriani immissi, & sic possessio hujus Boni, justo titulo adepti, semper in allodialitatis & libertatis prærogativâ, juribusque annexis, usque huc, duobus vix non seculis, per Grimaldos atque Aurianos bona fide continuata fuerit, adeoque tametsi antiquitus ibidem nexus feudalis erga Cæsarem & Imperium exstiterit, vinculum istud præscriptionis jure jam dudum solutum & levatum, sicque possessoribus prædictis loci hujus allodialitas plene acquisita esse videretur, nihilominus gratulantur sibi prænominati Marchiones Georgius & Clemens

mens ab Auria, ad instantiam fiscalis nostri Imperialis, ut supra, ad recognoscendum à Nobis dictum feudum vocati, se in fausta illa tempora incidisse, ubi occasio & via ad Sacri Romani Imperii patrios lares revertendi, nostræque supremæ protectionis Beneficio & aliis gratiis Cæsareis sese participes reddendi pateret, cupiunt proinde Nos & Sacrum Romanum Imperium pro Supremo atque directo Domino suo, prout juris & consuetudinis est, recognoscere, de Clementia nostra sperantes, Nos vicissim permissuros, ut in prædeductis libertatibus franchigiis, immunitatibus & exemptionibus possint permanere ac manuteneri.

Et quemadmodum Nos humillime supplicarunt, ut antefatum locum Montis Aldei cum omnibus ejusdem appertinentiis, ipsis in feudum antiquum gentile, nobile, regale, francum, liberum, immune ab omnibus oneribus absolutum, in omnibus naturam Allodii habens, alienabile in quoscunque extraneos, etiam fœminas, per actus ultimæ voluntatis & inter vivos, cum mero & mixto Imperio, & gladii potestate, cæterisque omnibus juribus & quibuscunque regalibus, atque potestate, sola Nobis suprema authoritate, fidelitatisque juramento remanente clementissime concedere dignaremur.

Ita quoque nos singulare prænominatorum Marchionum ab Auria erga nos devotionis & promptitudinis studium benigne perpendentes & sublimia Sacri Romani Imperii jura, avitamque clientelaris obsequii qualitatem renovare, aut, quatenus opus, restaurare cupientes, prænarratis supplicantium æquis & submissis precibus clementer annuendum censuimus, prout harum vigore ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, accedente sano & maturo Consilio, & ex Cæsareæ potestatis plenitudine annuimus, & prærepetitos Georgium & Clementem Marchiones ab Auria in cœtum nostrorum sacrique Romani Imperii Vasallorum immediatorum assumentes de crebro dicta terra Montis Aldei, & quibusvis appertinentiis benigne investimus, eademque in qualitate feudi oblati ipsis & eorum successoribus naturalibus & legitimis in feudum antiquum Gentile, nobile, regale, francum, liberum, immune, ab omnibus oneribus absolutum, in omnibus naturam allodii habens, & in quoscunque extraneos etiam foeminas, per actus ultimæ voluntatis & inter vivos alienabile, nec non merum & mixtum Imperium, gladii potestatem, & omnimodam jurisdictionem cum immunitatibus, honoribus, & homagiis, obedientiis, censibus, montibus, vallibus, planitiebus, venationibus, piscationibus aucupiis, vectigalibus, pedagiis, muletis, datiis, molendiniis & aliis quibuscunque oneribus tam realibus, quam personalibus & mixtis aut anomalis ordinariis & extraordinariis, cæterisque quibusvis regalibus, juribus, prærogativis, privilegiis & libertatibus feudo huic secundum antiquas investiturarum tabulas & documenta clementissime conferimus & quæcunque illis, vel de jure, vel ex gratia speciali in præmissis dare & concedere possumus, ea omnia iisdem impertimur & respective confirmamus atque renovamus; Dantes iisdem omnem jurisdictionem, & potestatem ut in feudo isto omnia ea agere, & exercere possint & valeant, quæ nos ipsi agere facere & exercere possemus. Nihil nobis in feudo isto retinentes præter solam supremam Dominii directi authoritatem, & fidelitatis juramentum quovis casu eveniente nobis & successoribus nostris Romanorum Imperatoribus præstandum atque observandum: Prout illud etiam nunc antenominati fratres Georgius & Clemens Marchiones ab Auria per Procuratorem suum legitimo mandato instructum, *Joannem Josephum Wirsching*, Consilii nostri Imperialis Aulici Agentem, debite ac obsequenter præstiterunt, supplentes etiam quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui ob non petitam debitis temporibus per eosdem Georgium & Clementem, Marchiones ab Auria, eorumque antecessores investituram, aut alias in præmissis omnibus intervenissent, aut quovis modo intervenisse dici allegarive possent, non obstantibus quibuslibet legibus, constitutionibus consuetudinibus & feudalibus statutis, Decretis ac ordinationibus, aliisque in contrarium facientibus quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialior atque individua mentio fieri deberet, quibus omnibus & singulis, quatenus obstarent, vel obstare possent, pro hac vice duntaxat, authoritate & scientia prædictis plenissime derogamus, & derogatum esse volumus, nostris tamen & Sacri Imperii ac aliorum Juribus semper salvis: Nulli ergo omnino hominum cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis, liceat hanc nostram approbationis, derogationis, suppletionis & Investituræ paginam infringere, aut eam quovis temerario ausu violare. Quisquis vero id attentare præsumpserit, nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam, atque 20. Marcarum auri puri poenam, pro dimidia Imperiali Fisco, & reliqua parte injuriam passi, aut passorum usibus, omni spe veniæ atque remissionis sublata, applicandam se noverit facto ipso incurrisse. Harum Testimonio literarum Manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in arce nostra Laxenburgi, die 26. Aprilis, Anno 1723.

Caput III.
De Comitibus Borromæis.

I.

Caroli VI. Romanorum Imperatoris Diploma, in quo Comitem Carolum Borromeum Aresium, Imperialem per Italiam Commissarium & Plenipotentiarium constituit atque deputavit, d. d. 20. Februar. An. 1715.

CAROLUS Sextus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Boëmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Schlavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Witembergæ, Comes Tyrolis &c.

Universis & singulis nostri & Sacri Romani Imperii per Italiam fidelibus dilectis Vassallis & Subditis cujuscumque status, gradus, ordinis & conditionis fuerint, notum, testatumque facimus, quod cum inter graves supremi muneris nostri Imperialis curas nobis inprimis cordi esse debeat, ut non solum nostra, Sacrique Romani Imperii auctoritas, Jura, regalia, dignitates, & præeminentiæ ubique sarta, tecta conserventur, aut quomodocunque læsa in integrum restituantur, sed etiam nostris, dictique Imperii vassallis, & subditis, tam administratione justitiæ, quam Cæsarea nostra protectione succurratur, id vero in remotioribus Regionibus atque adeo etiam in Italia, immediate à nobis, nec satis provide, neque ea, qua sæpe opus est, celeritate fieri queat. Nos eum in finem Commissarii nostri Imperialis, & Plenipotentiarii officium in Italia alicui conferendum existimaverimus, in cujus zelo, prudentia, probitate, longoque rerum usu & Nos tuto conquiescere, & vasalli quoque ac subditi indubitatam fiduciam collocare possint; Compertum itaque habentes Illustrem & Magnificum fidelem nobis dilectum Carolum Comitem Borromæum Avitæ fidei ac devotionis studium erga gloriosissimos Majores nostros, universamque Domum Austriacam à juventute sua alacriter excoluisse, & quidem primo sub Serenissimo & Potentissimo quondam Hispaniarum Rege Carolo Secundo Cohortis Equestris Ductorem pauloque post Tribunum militum adeo strenue egisse, ut ejus Dilectio pro spectata sua in fideles subditos beneficentia eundem inter Equites Aurei Velleris numerarit, amplissimamque ipsi legationem ad Summum Pontificem duxerit committendam: nec non animo perpendentes, sæpedictum Comitem Carolum, ea occasione haud vulgare incorruptibilis obsequii, & integritatis suæ argumentum in eo præbuisse, quod, ut tunc cum summo Pontifice affinitate conjunctus, nihilominus dicti Serenissimi Regis Hispaniarum rationes religiosissime curarit, eoque intuitu jussum esse, exorto contra Mediolanenses Pedemontano bello, Novariæ Militarem Præfecturam suscipere, Aronensi Arce tunc etiam impensis suis refecta, Setitisque atque ossulæ Vallibus industria sua præclusis, ne qua hostibus irrumpendi via relinqueretur: ac præterea benigne memores, sæpedictum Carolum, Comitem Borromæum, mortuo Comite Vitaliano, Patruo suo, idem, quod ille habuit, Commissarii Imperialis munus præstantissime exercuisse, turbatasque tunc Castillioni, & Mirandulæ res solertia sua compositas, nec non Jura Imperialia in Langarum Feudis, quoad melius fieri potuit, ab aliorum injuriis, periculosisque consiliis præservata fuisse: ad hæc quoque præ oculis habentes singularem animi constantiam, qua memoratus Comes Carolus in postremo bello, Nobis à Gallis in Italia illato, partibus nostris adhæsit, ac demum eo nomine merito permoti, ut eundem Magnatibus Hispaniæ clementer adscripserimus, supremumque regimen Regni Neapolitani, seu Proregis Officium eidem commisimus, ac insuper Cæsarei Consiliarii nostri arcani characterem benigne impertiti simus, cum ob exactissimam ejus functionem, tum ob prænarrata insignia ipsius merita, novis non modo indies favoribus nostris dignum judicamus, verum etiam omnibus qualitatibus ad finem supra expressum requisitis abunde instructum esse agnoscimus, ac proinde motu proprio, ex certa scientia, animoque bene deliberato dictum Carolum Comitem Borromeum, vigore præsentis nostri Diplomatis, cujus exemplis, sive transumptis, non secus quam ipsi avtographo, plenam & indubitatam ab omnibus fidem adhiberi volumus, Commissarium nostrum Imperialem & Plenipotentiarium in Italia constituimus, & deputamus: Tribuentes eidem plenam potestatem, *ut in Italia supremæ nostræ dignitatis, præeminentiæ, Jurium Regalium, & Feudorum Imperatoriæ Majestati, ipsique Romano Imperio subjectorum exquisitam rationem habeat, atque in omnibus & singulis ad authoritatem nostram Cæsaream, nec non ad nostra, dictique Imperii Jura sarta tecta conservanda quoquo modo pertinentibus juxta præscriptum Institutionis nostræ, tanquam Commissarius noster Imperialis, & Plenipotentiarius agat, & procedat.* Quapropter omnibus & singulis, quibus supra, Nostri, Sacrique Imperii per Italiam fidelibus dilectis Vasallis & Subditis cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ extiterint, serio, & sub comminatione

tione gravissimæ indignationis nostræ, quam ipso facto incurret quicumque renitentem, aut refractarium se præbuerit, mandamus, ut supra dictum Comitem Carolum Borromeum pro Commissario nostro Imperiali, & Plenipotentiario agnoscant, æstiment, reputent, & honorent. Jussionibus ipsius nostra Imperiali auctoritate, ac nomine emanantibus obtemperent, quæque per subdelegatos suos (prout illi subdelegandi potestatem expresse tribuimus) ordinanda censuerit ipse, se accommodent, nec non in officii sui exercitio, & Jurium nostrorum prosecutione omnem, qua indigebit, opem & auxilium afferant, atque ita in omnibus benignissimæ sollicitudini nostræ sese conforment; Hæc enim est enixa mens & voluntas nostra, quam harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei impressione communivimus. Dabantur in Civitate nostra Viennæ, die vigesima mensis Februarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo decimo quinto, Regnorum nostrorum Romani quarti, Hispanicorum duodecimo, Hungarici & Bohemici vero pariter quarto.

(Locus ✝ Sigilli.)

Signat. CAROLUS.

Ad Mandatum S. C. Majestatis proprium,
Subscript. *Petrus Josephus Dolberg,*
m. propr.

Concordat cum originali mihi exhibito per Excellentissimum Dominum Comitem Carolum Borromeum Aresium, Commissarium Imperialem, ac Plenipotentiarium Imperialem per Italiam à me lecto, mox eidem Excellentissimo Domino Comiti Commissario Plenipotentiario restituto, & pro fide

Ego Jo. Baptista Bernardissius Notarius & prædictæ Commissionis præsentis Imperialis Cancellarius hic me subscripsi.

CAPUT IV.
De Dominis Cacheranis.

I.

Sententia Leopoldi, Romanorum Imperatoris, in causa Feudi Rochæ Arazzii, de quo inter Dominos Cacheranos contentio intercessit, pronunciata, d. d. 12. Oct. A. 1689.

Sacra Cæsarea Majestas Dominus noster Clementissimus, visis & mature perpensis iis, quæ in controversia coram Consilio suo Imperiali Aulico *Josephum Antonium Clementem* inter & *Carolum Hiacinthum Cacheranos de Osasco*, ratione primogenituræ super feudo Imperiali Rochæ Arazzii vertente hinc inde allegata & producta fuerunt, clementer pronunciat & declarat: Carolum Hiacinthum de Osasco ab instituta actione absolvendum, & in jure primogenituræ ad se post mortem patris Octaviani legitimè devoluto cum descentibus masculis manutenendum, eique Investituram de medietate dicti feudi in Testamento primogenituræ subjecta impertiendam esse, compensatis expensis. In causa vero reconventionis coram præmemorato Consilio, inter eosdem agitata, altissimè dicta S. Cæsarea Majestas benigne interloquitur, ut, si Hiacinthus sub termino duorum mensium ab hujus notitia proxime sequentium melius deduxerit, qua ratione cum Emanuel Filium Octavium reliquerit, nihilominus ex donatione de Anno millesimo sexcentesimo septimo alteram feudi medietatem petere possit, statui porro debeat quod juris. Signatum Viennæ sub sigillo altissime memoratæ Sacræ Cæsareæ Majestatis secreto die duodecima Octobris Anno Millesimo sexcentesimo octuagesimo nono.

V. Leopoldus Gulielmus,
Comes in Kininchseg.

J. Gvil. de Bertram.

NOTA. In §. 97. Instrument. Pacis monasteriens. de An. 1648. ratione Comitum Cacheranorum sequentia fuerunt sancita: *Item conventum est, quod Cæsarea Majestas restitui faciat Comitibus Clementi & Joanni Filiis, nec non & Nepotibus ex filio Octaviano Comitis Caroli Cacheriani integrum feudum Rochæ Arazii cum appertinentiis & dependentibus, quibuscunque non obstantibus.*

CAPUT

Caput V.
De Principibus Carpineis.

I.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Diploma, in quo Udalricum, Comitem Carpineum, Sacri Romani Imperii Principum dignitate, Privilegiis atque Juribus condecoravit, d.d. 2. Maji, An. 1688.

Leopoldus &c.

Illustrissimo Nostro, & Sacri Romani Imperii fideli Dilecto Udalrico, Comiti de Carpineo, gratiam nostram Cæsaream, & omne bonum.

QUandoquidem Imperatoriam Majestatem decet fortunam, & salutem publicam integram, illibatamque non solum tueri, sed omnium & singulorum Commoda & ornamenta propagare; Nos perpetuo solliciti sumus, quo utrumque strenue asseramus, verum nostrum, atque cunctorum, qui res humanas moderantur, & orbi præsunt, officium in præmiis, & pœnis juste decernendis verti deprehendimus, ut probe, vel secus facta merces, aut pœna, vel laus, aut turpitudo sequatur, quamquam ipsa virtus satis amplum sibi Theatrum sit, æquum nihilominus arbitramur, ut illi, qui reliquis mortalibus antistant, non solum superstites splendore amplioris fortunæ gaudeant, sed prosperam quoque sui memoriam ad posteros transmittant. Hinc Divi Romanorum Imperatores Antecessores Nostri non dubitaverunt egregiis facinoribus toga, vel sago eminentes Viros, & fastigii Cæsarei ad-Ministros de Republica bene merentes, tali dignitatum, & honorum fulgore circumdare, quo ex fœce, & obscuritate vulgi non solum eximantur, sed peculiaribus radiis coruscare queant. Quamobrem nobis nihil prius, nihil antiquius est, quam eos, qui de nobis, Sacro Imperio, ac Augusta Domo nostra Austriaca magnificentius merentur dignitatibus extollere, ac beneficiis cumulare, quo unusquisquam plane intelligat, decus cuique suum à nobis largiter referri, & posteri exemplo domesticæ laudis ad virtutes, & solidæ apicem gloriæ per paterna, avitaque vestigia ascendere alacrius pertendant. Interea vero justus rerum humanarum ordo omnino postulat, ut in honoribus & dignitatibus dispensandis, secundum diversos Civium in Republica gradus, suus servetur modus. Quocirca in conferendis prærogativarum, dignitatumque symbolis præcipue iis, qui ad Augustæ Majestatis nostræ sublimitatem, aulicaque munera accedunt propinquius, nostram quoque liberalitatem extendere, aut certis limitibus circumscribere æquum arbitramur, ut dignitates ejusmodi illustriores sua vilescere incipiant frequentia. Ideo excelsum quid, & supra quotidianam hominum conditionem rarum, atque insolidum in iis elucescere opporteat, qui ad Principum sortem gradumque aspirant. Considerantes autem, Udalrice, Comes Carpinei, tuam vetustissimam prosapiam, comperimus longam avorum seriem à Nobilibus semper sectoribus producentem, ac majores tuos, jam mille abhinc annis Prædecessorum nostrorum Imperatorum liberalitate Comites Carpineos extitisse, adeo celebritas eorundem, nominisque avita gloria ipsa semet statim exhibet, & abunde ostendit. Contra Saracenos forti animo, strenuissimaque & extra gessisse feliciter bellum, & palmas non unas reportasse invenimus, præcipue Udalricum servilem suum tempore electionis Magni Imperatoris; Proinde a Cæsarea Majestate virtutis ac obsequii tesseram videlicet diploma non vulgare obtinuit, muneratus quippe quamplurimis oppidis & villis, ut beneficiorum magnitudo successoribus æmulationis fomes esset; neque vanum augurium fuit, nam Udalricus, & qui ipsum secuti sunt Carpinei, à quibus familia Comitum Montis Feretri derivatur, atque Urbini Duces descendunt, qui incolumitati Sacri Romani Imperii fidelem sedulamque operam semper navarunt, pariter vitam, & sanguinem pro Augusta Domo Nostra Austriaca, quoties vel publica necessitas, vel gloriæ vel honoris laudabilis ambitus id exigere videbatur, profundere haud detrectarunt. Neque etiam inferiorem nominis gloriam adepti sunt, qui de gente Carpinea Sanctæ Romanæ sedi se devoverunt, tiaris, infulis, & galeris purpureis perpetuo splendescentes, ex quorum numero Patruus tuus Udalricus, Cardinalis Carpineus per virtutis, ac pietatis memoriam in omnium oculis, ac mente hodiernum superstes est, & quam merita ipsius egregia de nobis & Sacro Romano Imperio, nobis totique orbi Christiani perpetuo constent. Te Nepotem ipsius benignitate Nostra Cæsarea tam peculiaribus gratiis, & favoribus etiam prosequi non dubitamus. Impræsentiarum vero Reverendiss. Caspar Cardinalis Carpineus adeo suarum virtutum luce undequaquam per Ecclesiam Catholicam refulget, ut plurimum splendoris in gentem redundet suam, majoraque nomini Carpineo decora protendere videatur. Attendentesque præterea tuas ipsiusmet Udalrici Comitis Carpinei excelsas animi dotes, quibus natus, & ad illustria quæque institutus & imbutus fuisti, simul ac de-

ac deprehendimus, quod juxta genus maternum à Ducibus de Northumbria in Anglia ex stemmate Ducleo sis procreatus, de qua gente avus tuus Maternus Rubertus, Dux Northumbriæ, beneficio & Clementia Ferdinandi Secundi Imperatoris, Avi pariter Nostri Colendissimi, & gloriosissimæ memoriæ in Sacri Romani Imperii Principum ordinem fuit exoptatus. Si quidem vero ad sublimioris fortunæ sortem haud sufficit feliciter nasci percepimus Te à teneris jam annis serio cura Romanæ Ecclesiæ Purpuratorum Principum, Gentilium tuorum, ita animum formasse, ut, quamvis natalium procelera sors deficeret, Tu propriis virtutum præsidiis animi dotibus, artibusque ingenuis ad gloriæ cacumen pervadere valeas. Propterea enim per varias orbis partes institutas peregrinationes ita peregisti, ut, regendæ Reipublicæ Instrumenta, prudentiam ac rerum usum inde comparatum, quandoque salubriter orbi impendere possis, sine Nobilitatem à Majoribus tibi congenitam Illustribus quibusque signis, ac præconiis augere, atque in altiori gradu constitui merearis. Idcirco in spem non dubiam adducimur Te, posterosque tuos in eodem, quod hactenus adeo probatum reddidisti, excelsarum virtutum studio, atque earum magis, magisque sectandarum laudando ambitu constanter perseveraturos, nullamque de nobis, Sacro Romano Imperio, Inclytaque nostra Austriaca Domo bene merendi occasionem facile neglecturos esse: quin potius id unum totis viribus semper conaturos, ut à majorum vestrorum vestigiis nihil deflectentes, de Nobis, Sacro Romano Imperio, Augustaque Domo Nostra Austriaca vestrum bene merendi studium, insignem alacritatem, ac devotionem vestram in dies magis testatam faciatis.

Hinc est, Udalrice Comes Carpineæ, quod animum induxerimus, ut amplioribus etiam titulis, prærogativis, ac ornamentis Te augendum & decorandum susceperimus.

Motu itaque proprio & certa nostra scientia animo bene deliberato, maturoque ac sano Principum, Sacrique Romani Imperii Procerum nobis assistentium accedente Consilio, deque ea, qua per Dei gratiam nunc fungimur Cæsareæ authoritatis, potestatisque nostræ plenitudine, in nomine omnipotentis Dei, per quem Reges regnant, Principes imperant, & potentes decernunt Justitiam, ad quem etiam, velut gratiarum omnium primum authorem, cuncta referimus, te præfatum Udalricum Carpineum, omnes liberos, hæredes, posteros, ac descendentes tuos legitimos natos, & nascituros masculos & fæminas, utriusque sexus, veros Sacri Romani Imperii Principes fecimus, creavimus, exaltavimus, atque ad titulum & dignitatem Principatus Imperii ereximus, & extulimus ac sublimavimus, aliosque Nostrorum & Sacri Imperii Principum numero cœtui & consortio aggregavimus, exaltavimus, & adscripsimus, prout per præsentes facimus, creamus, erigimus, exaltamus, sublimamus, aggregamus, & adscribimus. Decernentes & hoc Nostro Imperiali Diplomate firmissime statuentes, quod posthac perpetuis futuris temporibus Tu, Tuique hæredes, ac descendentes legitimi nati, & nascituri masculi, & fæminæ, vigore hujus nostræ erectionis, exaltationis, sublimationis, & aggregationis sitis, & esse debeatis, nominemini, nuncupemini, & reputemini tam in scriptis, quam viva voce, aut alias quotiescunque, vel quomodolibet tui, aut illorum mentio facienda fuerit, Sacri Romani Imperii Principes de Bascio (siquidem hujus Oppidi Dominium, & omnimoda Superioritatis Jura tibi, tuisque competunt, & salva vobis, integraque servamus & relinquimus in pristino statu antiqua Jura, & genuinos vestros titulos, dignitatesque longa successionis serie vobis proprias) atque tanquam Principes ejusdem Sacri Romani Imperii Ducibus & Principibus eodem, quo ipsi in solemnibus uti solent singulari, atque in notam ejusmodi præeminentiæ concesso amictu induti, proxime assideatis, citra cujusque impedimentum, & contradictionem, atque etiam omnibus & singulis honoribus, dignitatibus, prærogativis, exemptionibus, præeminentiis, Libertatibus, Juribus, Privilegiis, insignibus, gratiis, indultis, regalibus, & aliis quibuscunque in Judicio, vel extra, in omnibus rebus, statibus & causis, tam spiritualibus, quam temporalibus, ecclesiasticis, & prophanis, ac in quibuscunque sessionibus, conventibus, Processionibus, & alias ubique, & in locis omnibus gaudere, uti ac frui possitis, debeatisque, quibus alii nostri & Sacri Romani Imperii Principes per Romanum Imperium, & ubique locorum ac terrarum in dandis & recipiendis Juribus, conferendis, suscipiendisque feudis, atque in aliis omnibus & singulis ad illustrem statum & Conditionem Principum fruuntur & potiuntur, hactenusque gavisi, usi & potiti sunt quomodolibet de consvetudine, facto vel de Jure.

Quocirca serio & expresse mandamus universis & singulis Electoribus, aliisque Sacri Romani Imperii Principibus, ecclesiasticis & sæcularibus, Archi-Episcopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, & ignobilibus Capitaneis, Vicedominis, Præfectis, & Magistratibus, Procuratoribus, Officialibus, Quæstoribus, Civium Magistratui, Judicibus, Consulibus, Heroaldis, Caduceatoribus, Civibus, Municipibus, & omnibus denique nostris & Sacri Romani Imperii subditis & fidelibus Dilectis, cujuscunque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis aut præeminentiæ fuerint, ut Te supradictum Illustrissimum Udalricum, Comitem Carpineum, Sacri Romani Imperii Principem de Bascio, tuosque filios, ac filias, hæredes ac descendentes legitimo

timo natos ac nascituros ab hoc tempore in futurum, & perpetuo pro Principibus Imperii reputent, ac honorent, ipsosque Principes nominent, dictisque Privilegiis, Juribus insignibus, Regalibus, præeminentiis, exemptionibus, prærogativis, gratiis & indultis libere, pacifice, sine omni impedimento aut molestatione gaudere, uti, frui & potiri sinant, nec aliquo pacto in iis impediant, seu perturbent, sed potius tueantur, manuteneant, atque defendant, nihil contrarium admittant, faciant, fierive quovis modo procurent, vel patiantur; quatenus Nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam & pœnam quingentarum Marcarum auri puri pro semisse Imperiali Fisco, seu ærario Nostro, pro reliquis vero semisse injuriam passi seu passorum usibus, toties, quoties contraventum fuerit, omni spe veniæ sublata, applicandam evitare voluerint, harum testimonio litterarum manu Nostra subscriptarum, & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate Nostra Viennæ, die duodecima Mensis Maji Anno Domini Millesimo sexcentesimo, octuagesimo quinto, Regnorum Nostrorum Romani vigesimo septimo, Hungarici trigesimo, Bohemici vero decimo nono.

LEOPOLDUS.

Leopoldus Guilielmus, Comes in Kinigsegg.

Ad Mandatum S. C. Maj. proprium

Joannes Probst.

Loco † Sigilli appensi Cordellis aurei.

CAPUT VI.

De Marchionibus Savonæ, e Familia Carrettana oriundis.

I.

Friderici I. Roman. Imperatoris Literæ, in quibus Henrico, Marchioni de Savona, ea, quæ in Civitate & Marchia Savonæ possidebat, in feudum contulit, atque nonnulla Privilegia indulsit, d. d. 4. Id. Junii An. 1162.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

FRidericus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Apud nostram Majestatem fides & devotio semper locum habuit, & nostri fideles non possunt suo desiderio fraudari, illi præcipue, qui in personarum periculo usque ad sanguinis effusionem, & rerum dispendio pro Imperii honore fideliter decertaverunt, quapropter cognoscant universi fideles Imperii, tam futuri, quam præsentes, quod nos fidelem & dilectum nostrum Henricum Marchionem de Savona, pro sua fidelitate, quam semper circa Imperium habuit, & servavit pro suis præclaris servitiis, quæ nobis frequenter impendit, per rectum feudum investivimus de hoc toto, quod Marchio Bonifacius ejus Pater habuit in Civitate Savonæ, & Marchiæ, & in Episcopatu, & in toto districtu præfatæ Civitatis & Marchiæ, sive in Castro, & Civitate, in mari, & in aqua et in Communi, & in argentariis, in boschis & pascuis, in fodris & in bannis, offensis, placitis, districtibus, Albergariis, conditionibus, usibus, operibus, fructibus, censibus, redditibus, angariis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, Montibus, planitiis, captiis volucrum & beluarum, cultis & incultis, divisis, & indivisis, ripis, paludibus, rupinis, & omnibus castris, quæ nunc sunt & erunt, præfato quoque Marchioni Henrico plenarie concedimus potestatem ædificandi suæ utilitati & suis hæredibus, & destruendi Castrum, & Turrim, quæ contra suam voluntatem fuerint in mera Marchia ipsius Civitatis Savonæ, in Castro Cugliani, Signi, Noli, & Perticæ, & Piæ Orchæ, & in omnibus horum Castrorum Curiis, quas possidet ipse Marchio, vel aliquis pro eo, vel ab hodie in antea acquisiverit, & in omnibus aliis ejus possessionibus, quas idem Henricus Marchio Savonæ tenet, & ei pertinuerunt, quæ de possessionibus dicti Marchionis Bonifacii fuisse dignoscuntur, concedimus etiam per istud feudum, eidem Marchioni Henrico totum illud honoris & Regalis, quod nobis pertinet, vel habere debemus in ipsa præfata Civitate, & Marchia, & in unoquoque prædictorum Castrorum, & insuper illud, quod prædicto Henrico Marchioni pertinet, vel per suum Genitorem ei pervenit. Statuentes itaque firmiter præcipimus, quod nulla persona, magna vel parva habeat potestatem petendi, vel faciendi in præfata Marchia & Civitate, & Episcopatu, & in omnibus Marchionis possessionibus, quæ ei pertinent, vel pertinuerunt, ex parte Patris sui, vel aliunde, quocunque modo dici, vel nominari possunt, nisi solus Marchio Henricus & sui hæredes omnes etiam illos pedagios & bonos usus, quos ipsi Cives miserint, & quos Marchio ad honorem Imperii potuerit, concedimus, & confirmamus præfato Marchioni, salvis omnibus servitiis, quæ prædictus Marchio Henricus Imperio debet, hujus authoritate concessionis & confirmationis testes sunt Reinaldus, Coloniensis electus, Henricus Leodiensis Episcopus, Odienus Basiliensis Episcopus, Hermannus, Constantiensis Episcopus, Hugo Numburgens. Episcopus, Hermannus Hildesiensis Episcopus, Gasendanus Montuanus Episcopus, Uldaricus

daricus Augiensis Abbas, Hermanus Seferdensis Abbas, Henricus Prothonotarius, Anselmus Estensis Episcopus, Ricardus Parmensis Episcopus, Sirus Papiensis, Episcopus Aquensis, Episcopus Cordonensis, Conradus Palatinus Comes Rheni, frater Domini Imperatoris, Henricus Dux Austriæ, Patruus Domini Imperatoris, Otto Palatinus Comes de Wuitelnesbach, Theodoricus Marchio, Comes Otto, Comes Albertus de Saxonia, Comes Rudolphus de Fulicndors, Comes Ulricus de Luneburg, Comes Donico, Burcardus Castellanus de Magdeburg, Guilielmus, Marchio Montisferrati, Marchio Oppizo Malaspina, Comes Vido de Brandato, Gerardus de Brugenburg, Emirwarder, ejus frater, Henricus Mareschallus, Guido de Sancto Nazario, Gilius de Donuia, & alii quamplures. Signum D. Friderici Rom. Imperatoris invictissimi, Ego Udalricus Cancellarius vice Renaldi Coloniensis electi, & Archicancellarii recognovi. Acta sunt hæc anno Domini Incarnationis Millesimo, centesimo sexagesimo secundo, Indictione decima, regnante D. Friderico, Romanorum Imperatore Gloriosissimo, anno Regni ejus decimo, Imperii vero septimo. Datum Papiæ apud Sanctum Salvatorem post destructionem Mediolani, quarto Idus Junii, feliciter Amen.

II.

Friderici II. Roman. Imperatoris Diploma, in quo literæ investituræ antea insertæ, ac Privilegia Marchionibus Savonæ confirmantur, d. d. 6. Jul. An. 1220.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Federicus* Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex. Decet Imperialis excellentiæ dignitatem, vota suorum fidelium clementer admittere, ac ea sic effectu prosequi & complere, quod & Principis exhibita gratia, & subditorum fervens devotio præsentibus sit ad gaudium, & posteris ad exemplum. Inde est, quod universis fidelibus Imperii, præsentibus & futuris, fieri volumus manifestum, Quod cum Henricus Marchio Savonæ fidelis noster dilectus, filius Henrici Guercii Marchionis, privilegium quoddam, quod inclitæ recordationis Dominus Imperator Federicus concessit præfato Marchioni Guercio Patri suo intuendum, nostræ Celsitudini præsentasset, supplicans humiliter & devotè, ut illud sibi, & suis hæredibus renovare & confirmare de nostra gratia dignaremur; Nos attendentes fidem & devotionem sinceram, nec non & grata servitia, quæ præfatus Henricus Pater suus præfato nostro Imperatori Federico, avo & Domino Imperatori Patri nostro divæ memoriæ, ac ipse Henricus filius ipsius specialiter nostræ Celsitudini suæ fidei puritate constanter exhibuit, & nunc exhibet incessanter, supplicationes suas benigno prosequentes assensu, privilegium ipsum præsenti divali pagina transcribi de verbo ad verbum jussimus, illud sibi & suis heredibus in perpetuum confirmantes, cujus tenor talis est:

Inserantur hic literæ investituræ & Privilegia Friderici I. Roman. Imperat. d. d. 4. Id. Junii An. 1162.

De abundantiori quoque nostræ benignitatis gratia, qua consuevimus nostros fideles & benemeritos providere, de certa conscientia nostra adjiciendo concedimus, & in perpetuum confirmamus, & de præfata concessione investivimus, quam tam Marchio memoratus, quam hæredes sui legitimi, masculi & fœminæ, ab eo descentes, uno alteri succedente, gaudeant universi, & si hæredes masculos continget non esse superstites, filia sua, quæ est uxor Pratapagliæ, fidelis nostri, in feudum ipsum succedat, nec non & ejus hæredes masculi & fœminæ, legitime ex ea, & ejus Viro Pratapaglia descentes, uno alteri succedente, lege aliqua, vel feudorum consvetudine, nec non & privilegio, contra hanc nostram concessionem vel additionem impetrato aliquatenus non obstante, ad hujus autem innovationis, confirmationis & clausulæ additionis memoriam & robur perpetuo valiturum præsens Privilegium inde fieri, & bulla aurea typario nostræ Majestatis impressa jussimus communiri, mandantes & Imperiali Edicto firmiter sancientes, ut nulla persona parva vel humilis, non Comes, non Marchio, non potestas, vel Communitas, aut qualibet alia persona, contra nostræ confirmationis & innovationis ac præsentis additionis tenorem ausu temerario venire præsumat, quia, præter indignationem nostram, pœnam librarum centum auri puri procul dubio sustinebit, quicunque in prædictis vel aliquo prædictorum temerarie attemptaverit contravenire, quarum librarum medietas Fisco nostro, reliqua vero præfato Marchioni & suis liberis persolvatur. Hujus autem rei testes sunt hii: Gerardus Patriarca, Johanes Conradus Ildenesiensf. & Mersebugensf. S. Basiliensf. Taurinensf. Ugo Vercellensf. E. Astensf. A. Brixiensf. Gra. Parmensis Episcopi; Tomas, Comes Sabaudiæ, totius Italiæ Legatus, & Marchio Ejusdem, Raynaldus Dux Palatinus, Ricaldus Marescalcus, Marchiones de Secena, Domini de Gorzano, & alii quamplures. Signum Domini Federici Secundi Dei gratia Romanorum Imperatoris Invictissimi, Hierusalem & Siciliæ Regis. Acta sunt hæc apud Burgum Sancti Donini, Imperante Domino nostro Federico, Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Siciliæ Rege gloriosissimo, Anno Imperii ejus sexto, Regni Hierusalem primo, Regni vero Siciliæ XXVjjjj. feliciter Amen. Datum apud Burgum memoratum anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo, sexto mensis Julii, Xjjjj. Indictionis.

III.

Caroli IV. Romanorum Regis, literarum investituræ atque Privilegiorum à Prædecessoribus ejus Dominis de Caretto, Marchionibus Savonæ, concessorum, confirmatio, d. d. 4. Non. Februar. An. 1345.

CAROLUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Bohemiæ Rex. Notum facimus tenore præsentium universis, Quod accedens ad nostræ Majestatis præsentiam Bartholomeus de Stephanis de Bozolasco Jurisperitus Procurator, & procuratorio nomine Spectabilium Antonii Alberti, Henrici Manfredi, & Franceschini fratrum filiorum qv. Jacobi olim Henrici de Carreto Marchionum Savonæ nostrorum, & Imperii Sacri fidelium dilectorum Majestati nostræ humili studio devotissime supplicavit, quatenus ipsis fratribus Marchionibus Litteras & privilegia celebris & recolendæ memoriæ divorum Imperatorum & Regum prædecessorum nostrorum approbare, ratificare, confirmare, & concedere de novo de benignitate Regia dignaremur, quorum tenor sequitur in hæc verba:

Inserantur hic literæ investituræ & Privilegia Roman. Imperat. Friderici I. de An. 1162. & Friderici II. de An. 1220.

Nos igitur, cujus interest ex innata benignitatis clementia quorumlibet Romani Imperii subditorum fidelium jura tueri, supplicationes præfatas utpote rationabiles gratiosus admittere supradictas Litteras & privilegia in omnibus suis punctis, Sententiis & Clausulis, de verbo ad verbum prout scriptæ, seu scripta sunt in quantum digne & juste possumus, & sicut de jure obtenta noscuntur approbamus, ratificamus, & confirmamus, & concedimus de Rom. Regiæ plenitudine potestatis, & quia supradictus Procurator dictorum nominibus in nostræ Celsitudinis constitutus præsentia de terris, Castris, Locis, Villis, bonis & possessionibus infrascriptis videlicet Novelli, Montis Clari, Sinei, Albareti, Arguelli, Serravallis, Bozolaschi, Montisbalcari, Porzegni, Cerreti, Castenicum, Vernata, Degi, Spigni, Carreti, Saleggii, & de parte quam habent & tenent in Castro & Villa Crucisferriæ Millesimi, & Carcherarum cum mero, & mixto Imperio, & cum Vasallis & Vasallicis ipsorum Maulionum & aliis, quos vel quæ cum eorum dominiis, juribus, jurisdictionibus, & honoribus quibuscunque progenitores eorum, & ipsi fratres à Sacro Romano Imperio obtinuerunt & obtinent jure feudali se investiri dictis nominibus supplicavit per nostram Regiam Majestatem. Nos sperantes eosdem fratres devotionis & fidelitatis progenitorum suorum vestigiis inhærere & eorum preces juri consonas decernentes ipsum Bartholomæum Procuratorem, & procuratorio nomine dictorum fratrum Marchionum recepto prius ab eodem Procuratore habente super hoc speciale mandatum in eorum, & cujuslibet eorum animas, & ipsorum fratrum nominibus tactis scripturis pro nobis & Sacro Romano Imperio supradicto fidelitatis debitæ juramento pro se & eorum legitimis hæredibus de prædictis Castris, terris, locis, seu Villis, & juribus, honoribus, ac jurisdictionibus universis, quæ & quas, seu quos obtinuerunt & possederunt, seu nunc ipsi fratres legitime obtinere, & possidere noscuntur, & quæ forsan per vim possederunt, aut violentia detinent, auctoritate Romana Regia ex certa scientia de potestatis plenitudine investimus, & de novo concedimus ipsosque fratres & eorum posteros, Terras, Castra & bona, ac jura eorum prædicta sub nostram & Sacri Imperii Romani protectionem recipimus specialiter salvis, in omnibus & singulis supradictis nobis, & Sacro Imperio servitiis debitis, & juribus quorumlibet aliorum, Castrum vero, & villam plana Savonensis Diœcesis, quæ ad Monasterium Sancti Quintini de Spigno dictæ diœcesis, cum mero & mixto Imperio pertinent, & pertinere noscuntur, licet dicti Marchiones ad præsens detineant, in prædictis intelligimus aliquatenus non includi. Nulli ergo omnino hominum liceat hujusmodi nostræ confirmationis de novo concessionis & investitionis divalem paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire; quod qui attentare præsumserit, Indignationem Regiam, ac pœnam centum Marcarum auri puri, medietatem ærario nostro seu regali fisco, reliquam vero dictorum fratrum seu hæredum suorum applicandam usibus se noverit incursurum, præsentium sub nostræ Majestatis Sigilli testimonio literarum. Datum Pisis Anno Domini Millesimo, trecentesimo, quadragesimo quinto, indictione octava, quarto nonas Februarii, Regnorum nostrorum anno nono.

IV.

Caroli IV. Roman. Imperatoris, literarum investituræ & Privilegiorum à Divis quondam Romanorum Imperatoribus Friderico I. An. 1162. & Friderico II. A. 1220. Marchionibus Savonæ & Clavexanæ indultorum confirmatio, d. d. Id. Maji, An. 1355.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus Quartus, divina favente clementia Roman. Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etsi Imperialis dignitatis circumspecta benignitas universos & singulos subditos & fideles, quos Sacrum Romanum Imperium ambit, ex innata clementia, favore prosequitur, ad illos tamen uberioris gratiæ incrementa, speciali quadam prærogativa protendit,

dit, qui circa Sacri Imperii honores & commoda cura privilegii, & obsequiorum continuatione, solicitæ fidei quoque, & legalitate, industria constantibus animis claruerunt, sane ad nostræ Majestatis accedens præsentiam nobilis ALERAMUS de Carreto, Marchio Savonæ & Clavexanæ, pro se, & GEORGIO Patruo,& EMANUELE fratre suis, obtulit nobis quædam Privilegia, seu litteras Sereniss. Rom. Imperat. Frederici Primi videlicet, & Frederici Secundi, Hierusalem & Siciliæ Regis, prædecessorum nostrorum divæ mem. petens cum instantia, ut eadem Privilegia & Litteras sibi, nec non Patruo & fratri suis prædictis, ipsorumque hæredibus de verbo ad verbum approbare, ratificare, & de novo concedere, ac etiam confirmare authoritate nostra Imperiali & benignitate solita dignaremur. Quorum quidem Privilegiorum, seu litterarum tenor sequitur in hæc verba:

Inserantur hic literæ investituræ & Privilegia à Rom. Imperat. Friderico I. An. 1162. & Friderico II. Marchionibus de Savona An. 1220. data.

Nos itaque attendentes puræ fidei constantiam, ac præclaræ devotionis insignia, quæ progenitores prædictorum Georgii, & Emanuelis & Alerami ad Sacrum Romanum Imperium semper à retroactis temporibus gessisse, ac etiam ipsi ad nos & Imperium gerere noscuntur, fructuosa quoque obsequia, quibus Georgius, Emanuel, & Aleramus prædicti, Majestati nostræ prompta sedulitate se gratos & placidos reddiderunt, & se poterunt continuato fidelitatis studio reddere gratiores, mentis nostræ oculis limpidius intuentes, ipsiusque Alerami petitionibus benignius annuentes, prædictorum Frederici Primi, & Frederici Secundi Imperatorum prædecessorum nostrorum privilegia & litteras, prout de verbo ad verbum præsentibus sunt inserta, seu insertæ, & universa, & singula in eisdem contenta rata habentes & grata, sicut digne possumus, & salvis nostris & Imperii servitiis & fidelitatibus eidem Aleramo nomine, & vice Georgii & Emanuelis prædictorum petenti, & recipienti, & hæredibus, & successoribus eorum approbamus, ratificamus, & de novo concedimus, ac etiam de nostra certa scientia, authoritate Imperiali præsentis rescripti patrocinio confirmamus. Et quia Georgius de Carreto, Marchio Savonæ, Emanuel, & Aleramus de Carreto, Marchiones Savonæ & Clavexanæ prædictæ nonnulla castra, bona, feuda & Jura in Marchionatibus Savonæ & Clavexanæ, & alibi obtinere noscuntur, quæ ipsis donari et concedi in feudum, et se de illis instantibus precibus petierint per nostræ Imperialis Majestatis Celsitudinem investiri, nos ipsorum dignis et devotis supplicationibus favorabiliter inclinati, prædicto Georgio, et ejus successoribus et hæredibus tertiam partem Castri Burgi et Villarum et hominum Finarii, et districtus ejusdem, nec non Castrum et Villam Stellanelli, cum tertia parte Podiirotarii, Castrum, et Castellaniam Aquilæ, et Ezezii, cum tribus partibus Gavenolæ, Castrum et Villam Zuccarelli, et Castrum vetus, Castrum, et villam Bardineti, et medietatem Castri, et villa Praeriolae, cum eorum Juribus, et Jurisdictionibus, mero et mixto Imperio.

Item medietatem feudorum Rivernalis, Senexii et Arnaschi, et feudum totum Brunae de Zuccarello, cum juribus dictorum feudorum; Emanueli vero, et Aleramo de Carreto Marchionibus Savonae et Clavexanae, et eorum haeredibus et Successoribus. Primo tertiam partem Castri burgi, & villarum, & hominum, ac districtus Finarii, nec non Castrum, & villam Calizani, Castrum, & villam Maximini, & medietatem Castri villæ Prætiolæ, duas partes tertiæ partis Castri, & villæ Crucis ferreæ, Burgi Millesimi, & partem, quam habet in Carcaris.

Item quartam partem castri Cingii & Burgi Plebis Theicii, cum pertinentiis & villis eorundem, & cum Jurisdictione ponendi consules in tota dicta Castellania, quartam partem castri, & villæ Cartoni, Burgi Visalici, Villarum pertinentiarum eorundem; Medietatem Castri Rochæ Paricii, cum quarta pancii bacæ, & aliarum villarum pertinentiarum ad dictam Castellaniam, & quartam partem feudorum, vassallorum infrascriptorum, scilicet Castrorum & Villarum Cuxii, Pornaxii, Montecalvi, Velegi, Maremi, Casanovæ, Gavenæ, Menexii, Alti, Cravanæ, Castri blanchi, cum pertinentiis eorundem. Medietatem feudorum Castri, & Villæ Rivernalis, Cinexii, & Arnaschi, cum eorum Juribus & pertinentiis, & omnia & singula Castra, Civitates, oppida, possessiones & bona & Jura Vassallorum, feudorum, Jurisdictiones, merum & mixtum Imperium, cum Juribus et pertinentiis universis, quæ ad ipsos, et eorum quemlibet, vel ex eis alterum pervenerunt ex titulo emptionis, donationis, hæreditatis, vel alio quovis titulo, et quæ nunc ipsi, et quilibet eorum, vel ipsorum alter possident, vel possederunt, et etiam Castra, Civitates, Villas et Jura quælibet cum pertinentiis, Juribus et Jurisdictionibus eorundem, quibus spoliati fuerunt, et sunt ipsi, vel eorum prædecessores ubicunque sint, committimus ex certa nostra scientia in perpetuum concedimus, et de novo donamus; omniaque dicta Castra, Oppida, Villas, Communitates quascunque superius nominatas eisdem concedimus, cum omnibus Vasallis, Valvasioribus seu fidelibus quibuscunque in dictis territoriis habitantibus et habitaturis, quod sint eorum subjecti, et esse intelligantur cum Vallibus, Montibus, Planiciebus, Collibus, Silvis, Pascuis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, fluminibus, stagnis, laciis, piscationibus, venationibus cujuscunque generis, cum excandantiis Vassallorum, et fidelium quorumcunque habitantibus in dictis locis, inpositionibus pœnarum et bannorum, angariarum, perangariarum, honorum realium, personalium, ac mixtorum de gratia speciali recepto quoque à

prædicto Aleramo suo, et prædictorum Georgii, et Emanuelis, ac hæredum suorum nomine in manibus nostris Homagii, fidelitatis, obedientiæ ac subjectionis debite solito Juramento ipsum Aleramum petentem, & recipiente vice & nomine quo supra; Dantes & concedentes eisdem de plenitudine potestatis nostræ culminis authoritatem & licentiam fabricandi Castra, oppida & fortalicias, cujuscumque generis in locis prædictis, & jam facta conservandi, destruendi, mutandi ad eorum libitum voluntatis. Et quod possint prædicti, & valeant loca in prædictis territoriis consistentia, quæ fuerunt alias habitata, & nunc sunt inhabitata facere habitari, & quæ nunquam habitata fuere, facere habitari de novo, in quibus eisdem Privilegiis gaudeant, de quibus gaudent in aliis superius expressatis. Concedimus etiam eisdem, quod civitates, Castra, oppida & loca in territoriis superius nominatis per quascumque personas detenta, cujuscumque status, qualitatis, seu conditionis existant, seu per quascumque Communitates, vel Civitates occupata possint authoritate propria recuperare, & invadere & offendere causa recuperationis ipsorum, res, personas, & bona ipsorum detinentium, nisi dicta Civitas, & dicta Castra, oppida, & loca restituant, cum omnibus juribus & jurisdictionibus eorundem. Inhibentes igitur universis & singulis Principibus, tam Ecclesiasticis, quam Mundanis, nec non Marchionibus, Communitatibus, Baronibus, Nobilibus, Civitatibus, cæterisque hominibus & personis parvis, vel magnis, cujuscunque status, dignitatis, vel conditionis existant firmiter, & districte, ne jus aliquod in prædictis, tam concessis antiquis per prædecessores nostros & per nos confirmatis, quam per nos de novo concessis & indultis sibi audeant vendicare, vel ipsos in eis quomodolibet impedire, non obstantibus aliquibus Privilegiis, seu gratiis concessis alicui personæ singulari, cujuscumque status, qualitatis, seu conditionis existant, seu cuicunque Collegio, Civitati, seu Communitati quocumque vocabulo censentur, vel in posterum concedendis, quæ, vel quas, ex nunc tollimus, & etiam annullamus, eaque, & eas de certa nostra scientia in quantum præsentibus obviare, & derogare videntur, decernimus nullius esse in antea roboris, vel momenti, & si de eis expressam oporteret fieri mentionem, quam pro expressa ex nunc haberi volumus & censeri. Si quis ergo secus attentare præsumpserit, indignationem nostram Imperialem, & pœnam centum Marcharum auri puri componendarum, quarum medietatem fisco seu ærario Cameræ nostræ Imperialis, aliam vero medietatem partem passorum injuriam usibus applicari volumus, se noverit irremissibiliter incursurum. Signum Sereniss. Principis et D. D. CAROLI Quarti, Romanorum Imperatoris Invictissimi et Gloriosissimi Bohemiæ Regis. Testes hujus sunt, D. Petrus Hostiens. et Veletrens. Episcopus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, nec non venerabilis Joannes Archiepiscopus Pisanus, Joannes Olomucensis, Giraldus, Spirens. et Marquardus Augusten. Ecclesiarum Episcopi, et Illustris Jo. Marchio Montisferrati. Nic. Opaviæ, et Bolcho Falchens. Burgens. Duces, nec non Spectabiles Joannes Nurenburgens. et Burgardus Meygdeburgens. Burgravii, Joannes de Rech, et Albertus de Analth, Comites, ac etiam Nobiles Spingo dictus Lepus de Gasanbugh, Asco de Grorzezien, et Busco de Voilhartiez, Magistri Cameræ, Lesco de Volartien, Marescalcus Imperialis Curiæ, et plures fide digni præsentium, sub bullæ aureæ Typario nostræ Majestatis impressa testimonio Litterarum. Dat. Pisis Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione octava, Idus Maji, Regnorum nostrorum nono, Imperii vero primo.

V.

Caroli IV. Roman. Imperatoris, Literæ Investituræ, in quibus Bonifacium de Carretto, Marchionem Savonæ, de Osiliæ, Malai, Rochæ Vignalis, Burgi Millesimi, Altaris ac Pedagii Castris atque Villis, nec non jure Patronatus Monasterii Sancti Petri de Terraria, ac sexta parte Marchionatus Savonæ, eorumque juribus & annexis investivit, d. d. 6. Kal. Januar. A. 1358.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

CArolus Quartus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam, Imperialis eminentiæ generosa sublimitas, & si subditorum generaliter omnium justis votis, grata benignitate dignetur annuere, illorum tamen desideriis condescendere quadam singularitate se sentit obnoxiam, in quibus Sacrum Romanum specialius decoratur, quippe generis Nobilitate & morum venustate conspicui, claris studere cernuntur operibus & variis virtutum meritis adjuvantur. Sane pro parte Nobilis *Bonefacii*, filii *quondam Francisci*, Marchionis Savonæ, nostri & Imperii Sacri fidelis, quo dilectum nobis Guronium de Carreto de Lomello procuratorem & nuncium specialem & generalem ad subscripta per Bonifacium præfatum legitime constitutum, prout in juramento publico mandati, seu constituti hujusmodi coram nobis exhibito plenius est expressum, oblata nobis petitio continebat, ut ipsum Guronium procuratorem in persona dicti Bonifacii, seu ipsum Bonifacium in persona dicti procuratoris de castris & villis Osiliæ, Malaj, Rochæ Vignalis, duarum partium Cultiferiæ, Burgi Millesimi, Altaris ac Pedagii ibidem, nec non jure patronatus Monasterii Sancti Petri de Terraria Albensis Diœcesis, ac etiam

etiam sextæ partis Marchionatus Savonæ, cum eorum Juribus, Jurisdictionibus, mero & mixto Imperio, usibus, utilitatibus, honoribus, obventionibus, emolumentis, censibus, reditibus, fructibus, teloniis, Pedagiis, fodrybannis, & aliis attinentiis & pertinentiis quibuscunque, quæ omnia & singula dictus *Franciscus*, & alii progenitores ejusdem Bonifacii ab Illustribus piæ recordationis Divis Romanis Imperatoribus & Regibus Antecessoribus nostris, & a Sacro Romano Imperio in feudum hucusque, *ut asserunt*, legitime tenuerunt, investire & infeudare authoritate Cæsarea dignaremur, cum paratus esset dictus procurator, ut Nuncius vice Bonifacii, præstare nobis, & Sacro Imperio Juramentum. Nos igitur attendentes interatæ fidei, nec non sinceræ devotionis constantiam, & grata fidelitatis obsequia, quibus dictus Bonifacius & sui Progenitores Majestatem Nostram & Imperium Sacrum hucusque præ cæteris ferventius honorarunt, ac ipse, & sui successores potuerunt, & debuerunt inantea præstantius honorare, animo deliberato non per errorem, seu improvide, sed ex certa nostra scientia maturo & sano Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium Ministerialium, & aliorum fidelium nostrorum accedente consilio dictum Bonifacium absentem tanquam præsentem in personam dicti Guroni Procuratoris sui, recepto prius, nostro & Imperii Sacri nomine, ab eodem Gurone Procuratore prædicti Bonifacii & in animam ejus corporaliter ad sancta præstito fidelitatis & homagii solito debito & consveto Juramento, de castris, villis, Juribus cum eorum attinentiis præfatis, prout hæc singula ad dictum Bonifacium, suos progenitores & antecessores hucusque rite pertinuerunt, & legitime pertinent de præsenti, authoritate Cæsarea, & de plenitudine Imperialis potestatis, sicut digne possumus, infeudavimus, & solenniter investivimus, ac investimus, & præsentium tenore infeudamus nostris, Imperii Sacri & aliorum juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ investituræ, & infeudationis paginam infringere, vel ei ausu temerario quolibet contraire, sub pœna centum librarum puri auri, quas ab eo, qui contravenire præsumpserit, toties, quoties contrafactum extiterit, irremisibiliter exigi volumus, & earum medietatem Imperiali Cameræ, residuam vero partem injuriam passorum usibus applicari.

Signum Serenissimi Domini, Domini CAROLI Quarti, (*Locus Signi.*) Romanorum Imperatoris Invictissimi & Gloriosissimi Bohemiæ Regis. Testes hujus rei sunt Venerabiles Ornestus, Pragensis Archiepiscopus, Joannes Luthomuslens. Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius, Joannes Olomucens. & Theodoricus Modenens. Ecclesiarum Episcopi, Illustris Rudolphus, Dux Saxoniæ, Sacri Imperii Archimarescallus, Ludovicus Romanus, Marchio Brandenburgensis, Sacri Imperii Archicamerarius, Albertus Bavariæ, Wenceslaus Lignicens. Parus Borbonens. Primislaus de Stina, Bolco Opuliens. & Albertus Magnipolens. Duces, ac Gvilielmus Marchio Misens. spectabiles Purckardus, & Joannes de Rick, & Albertus de Anhalt, Comites, Nobiles Ibineolepus de Haaseberg, statto de Sveretii. Busecho Wiliartick supremæ cameræ nostræ. Timo de Fuldeck nostræ Imperialis curæ Magister, ac alii quamplures nostri, & Sacri Imperii fideles præsentium sub nostræ Imperialis Majestatis Sigillo testimonio Litterarum. Datum Praghæ anno Domini millesimo trigentesimo quinquagesimo octavo, indictione undecima, VI. Calend. Januarii, Regnorum nostrorum anno duodecimo, Imperii vero tertio, signavit pro Domino Imperatore Rudolphus de Suderb.

VI.

Instrumentum de Investitura locorum Millesimi, Rochæ Vignalis, Crucisferreæ, Altaris & Mallarum, à Domino Guilielmo, Montisferrati Marchione, Dominis Marchionibus de Caretto-Savona concessa, consignatum, d. d. 3. Junii A. 1390.

IN Nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem Domini millesimo tricentesimo nonagesimo, tertio mensis Junii, actum in castro Montiscalvi, videlicet in Camera cubiculari infrascripti Illustrissimi Marchionis præsentibus Illustrissimo Gulielmo de Monteferrato, Reverendo Patre Domino fratre Petro de Tonengo, Abbate Monasterii Grazzani, sapiente viro Domino Antonio Rembardo, Jurisperito, Vicario, Nobilibus viris Gulielmo, dicto Bogerii, Cancellario, Fratre Oliverio de Montecalvo, ordinis Minorum Capellano, Petrino Turcho, Thoma de Camino Francischino Balistrevio familiaribus dicti Domini Marchionis, Francisco de Carretto dicto Castellano, Anselmo de Passecundis de Corgnento Notario, ambobus familiaribus infrascripti Georgii M. Germano Pastrono de Vignali, Thesaurario dicti Domini Marchionis, Joanne de Merlanis & pluribus aliis testibus ad infrascripta vocatis & rogatis. In quorum, & mei Notarii infrascripti præsentia egregius vir, Georgius, filius egregii Viri, Domini Bonifacii de Carretto, Marchionis Savonæ, suo proprio nomine & in quantum sua interest & poterit interesse, sive sit juris per emancipationem, sive sit in potestate asserens sese spe emancipatum, & virtute ipsius emancipationis sibi & infrascripto Lucemborgh spectare loca Millesimi, & Crucisferreæ pro duabus partibus, nec non procurator & procuratorio nomine, & vice & nomine dicti Domini Bonifacii, tanquam Patris et legitimi administratoris ipsius Georgii, & Francischini, & Joannis filiorum,

rum et Lucemborg nepotis dicti Domini Bonifacii ac procurator & procuratorio nomine ipsorum Francischini, & Joannis & Lucemborg & cujuslibet ipsorum, ut de ipsa procura & mandato dicti Georgii constat publico & solemni instrumento scripto manu Anselmi de Pasecundis de Gvargnento, filii quondam Vicarii Notarii Publici anno et indictione præsentibus die decima quinta mensis instantis considerans dictis nominibus pericula, quæ ipsi Domino Bonifacio et dictis ejus filiis, et nepoti, & locis & hominibus ipsorum locorum imminent ex guerrarum turbinibus, quæ incessanter occurrunt nunc inter homines plus quam unquam, & in patria infra scripta in qua habitant, & dicta loca infra scripta sunt constituta, cognoscens dictis nominibus personas ipsiusmet Georgii & dictorum Domini Bonifacii Froncischini, Joannis & Lucemborg multis ex causis & evidentibus rationibus inscios, & impotentes pro providendo casibus, & discriminibus supradictis. Nolens dictis nominibus, quod ipsa loca & homines in manibus prædictorum pereant, nec perdantur, animadverterunt prædicti omnes illustrante altissimo secundum quod dictus Georgius in dicti Domini Marchionis & mei Notarii & dictorum testium præsentia dixit, & confessus fuit, quod Illustrissimus Princeps & Dominus Marchio Montisferrati est ille, mediantibus cujus auxilio, consilio, præsidio, reverentia, timore & amore potest prædictis periculis, & casibus provideri. Et cui Domino Marchioni & ejus successoribus spectat & incumbit, eorumque interest tam ratione Vicariatus Imperialis, & plurium donationum, & concessionum Imperialium de quibus dictus Georgius dictis nominibus fuit, & est oculata fide informatus, quam quia idem Dominus Marchio, seu progenitores ipsius traxerunt originem ab Ill. bonæ memoriæ Domino, Domino Marchione Aleramo primo Domino locorum prædictorum, de cujus stirpe etiam dictus Dominus Bonifacius filii, & nepos descenderunt, & sunt, quam alia multiplici ratione; quibus omnibus, & aliis nonnullis suadentibus causis, etiam ob amorem & devotionem quam dictus Dominus Bonifacius, & dicti ejus filii, & nepos gerunt. Illustrissimum Dominum Marchionem Montisferrati prædictum tam naturaliter, quam ex sangvinis vinculo, quo ipsi cum dicto Domino Marchione reputant se astrictos, idem Dominus Bonifacius, & dicti Franceschinus, Joannes, & Luzemborg deliberate, & ex certa scientia participata de & super infra scriptis, & discusso tam inter se se ad invicem, & cum infra scripto Georgio, quam cum aliis eorum Agnatis ad quos spectabat, fecerunt, & constituerunt suum procuratorem, & nuncium specialem Egregium virum Georgium filium dicti Domini Bonifacii prædictum, ad factam renunciationem, remissionem, transactionem, donationem, & cessionem, & alia quæ inferius sunt descripta secundum quod dictus Georgius dixit ut supra seriosius, & ex forma dictæ Procuræ & dicti mandati latius continetur, seu appareat. Qui Georgius sequens formam dictæ ejus Procuræ & mandati virtute Bailiæ ab ipsis Domino Bonifacio, Francisco, Joanne, & Luzemborg sibi concessæ in præsentia Illustrissimi Domini Theodori Marchionis Montisferrati, & mei Notarii & dictorum testium sponte, deliberate, & ex certa scientia suo proprio nomine & vice, & nomine & procuratorio nomine dictorum Domini Bonifacii Francischini, Joannis, & Luzemborg, & cujuslibet eorum, ac hæredum & successorum ipsorum, ac omni jure, via, modo & forma, quibus melius potuit, & potest, renunciavit in manibus dicti Domini Marchionis omni juri, quod habebat, & quomodocunque habere poterat, & quod competebat, & qualitercunque competere poterat eisdem Domino Bonifacio, Franceschino & Luzemborg & Georgio in locis infrascriptis, & in aliis locis & terris quibuscunque, ac remisit & transtulit in prædictum Dominum Marchionem ibidem præsentem dictis nominibus recipientem suo nomine, & vice & nomine hæredum & successorum suorum Marchionum Montisferrati, omne, & quodcunque dominium & jus, quod eis spectabat, & quomodocunque competebat, seu spectare & pertinere poterat, quovis modo, & tam directum dominium, quam utile, & omnia jura, omnesque actiones reales & personales utiles & directas, mixtas & hypothecarias, nihil in se dictis nominibus penitus retinendo, sed addictis omnibus abdicando et in dictum Dominum Marchionem, ejusque hæredes et successores totaliter transferendo, et tam in castris, locis, jurisdictionibus et districtibus ipsorum locorum, quam in mero et mixto Imperio, in aquatibus, pascuis, venationibus, pedagiis, montibus, planitiebus, cohortibus, angariis, perangariis, gabellis, daciis, molendinis, furnis, curiis, bannis, pœnis, mulctis, regalibus, fietis, duetis, obventionibus, et quibuscunque juribus, tam feudalibus quam allodialibus, quam etiam omnibus aliis pertinentiis dictorum infra scriptorum locorum, et cujuslibet eorundem, ipsique Domino Marchioni recipienti vice et nomine supradicto fecit dictus Georgius dictis nominibus cessionem, donationem, translationem, traditionem, et quasi de omnibus supradictis, promittens dictus Georgius suo proprio nomine, et dictorum nominibus, ipsa omnia et singula castra, loca, Jurisdictiones et alia suprascripta esse liberas et libera, nec de personis suis, et de prædictis fore obligatum præterquam Domino Imperatori, nec de ipsis sibi vel ipse, vel aliquis ejus præcessor fecisse aliquam conventionem, obligationem cum aliquavis persona, Domino vel communi, nec fidelitatem juramentum, seu pactum aliud qualecumque, ex quo idem Dominus Marchio ex nunc prout ex tunc, et tam vigore Imperialium concessionum, quam virtute donationis, translationis, et renunciationis præsentis

præsentis in ipsum *D.*Marchionem factæ, quam etiam omni via, modo & forma, quibus melius & validius potuit & potest, annexuit & aggregavit, & composuit suæ Baroniæ Montisferrati, & aliis terris, seu pertinentiis naturalis dominii, & antiquæ signoriæ dicta castra, loca, jurisdictiones cum omnibus aliis pertinentiis & dependentiis supra scriptis. Quæ loca, castra & Jurisdictiones sunt eæ, hæc & hoc.

Primo castrum & locus Rochæ Vignalis in Diœcesi Albensi, cui, & Poderio ejus cohærent loca, & poderia castri novi, Montiszemneli, Cingii, Millesimi, Cruciferreæ, Mervaldi, in quo habitant homines circa sexaginta.

Item castrum & Borgum Millesimi, siti in Diœcesi Albensi, cui & Poderio ejus cohærent loca, & Poderia locorum Rochæ Crucisferreæ, Cingii, & Mervaldi, in quo habitant circa homines centum quinquaginta, & dixit dictus Georgius, quod spectat ad ipsum, & Luzemborg pro duabus partibus divisis, cum Domino Bonifacio.

Item castrum & locus Crucisferreæ in Diœcesi Albensi, cui & Poderio ejus cohærent loca, & Poderia locorum Millesimi, Rochæ Mervaldi, Oxiliæ, & Tinarii, in quo habitant homines circa ducentum, & dixit dictus Georgius, quod spectat ad ipsum, & Luzemborg pro duabus partibus, ut supra, divisis cum D. Bonifacio Patre suo.

Item castrum & locus Altaris in Diœcesi Nauli, cui & Poderio ejus cohærent loca & Poderia locorum civitatis Saonæ, Cugliani, Signi, Mallarum, Carcherarum & Cairi, in quo habitant homines circa sexaginta.

Item villa & locus Mallarum in Diœcesi Albensi, cui, & Poderio ejus cohærent, loca, & Poderia locorum Finarii, Signi Cugliani, Altaris, Carcherarum & Crucisferreæ, ubi habitant circa homines centum quinquaginta, sive aliæ sint Coherentiæ locorum prædictorum.

Ita taliter quod dictus Dominus Marchio, & quicunque ejus hæres & successor Baroniæ Montisferrati possit de dictis castris & locis, Jurisdictionibus, hominibus, & districtibus & pertinentiis ipsorum locorum, & cujuslibet eorum disponere, ordinare & ipsa transferre, & alteri donare simul & divisim aut aliter facere ad ipsius D. Marchionis & hæredum & successorum suorum liberam voluntatem constituens se dictus Georgius nominibus, quibus supra dicta castra, Jurisdictiones, loca & homines, & omnia supradicta alia tenere, & possidere, seu quasi nomine & vice dicti Domini Marchionis, quo usque ipsorum, & cujuslibet eorum possessionem acceperit corporalem seu quasi, quam accipiendi, & sua Autoritate retinendi, seu quasi sine licentia alicujus D. Judicis vel Magistratus eidem D. Marchioni dictis nominibus licentiam omnimodam dictis nominibus dictum D. Marchionem in locum suum, & super omnibus supradictis, ita quod a modo possit agere, experiri, & se tueri, & alia quælibet facere, quæ dicti D. D. Bonifacius, Franciscus, Joannes & Lucemborg, & ipse Georgius facere potuissent ante præsentem contractum. Promittens dictus Georgius suo, & nominibus, quibus supra dicto D. Marchioni, & mihi Notario infrascripto, officio publico stipulanti, & recipienti vice & nomine omnium singulorum, quorum interest, intererit, seu interesse poterit in futurum prædictas renunciationem, donationem, remissionem, quietationem, & cessionem dictorum locorum & cujuslibet eorum & omnia & singula suprascripta perpetuo rata, grata, & firma habere & tenere, & nullo unquam tempore contra facere & venire aliqua ratione vel causa per se vel alium directe vel per indirectum, de jure vel de facto obligando proinde dictus Georgius suo, & dictis nominibus pro dictis, & infrascriptis omnibus & singulis observandis & attendendis omnia & singula bona sua, dictorum Patris, fratrum & nepotis suorum prædictorum. Renuncians suis & dictis omnibus in prædictis omnibus & singulis, exceptioni doli mali, metus, in factum condictione sine causa & ex injusta causa, & rei non sic gestæ, & aliter scriptæ, quam gestæ, & quod non possit dicere dictis nominibus se in prædictis, seu prædictorum aliquo fuisse læsum, deceptum, seu circumventum, & omni alii exceptioni & juri tam civili, quam municipali, ac aliis omnibus legibus & exceptionibus, quibus contra prædicta facere possent aliqualiter, vel venire, & legi dicenti, donationem excedentem summam quingentorum aureorum sine insinuatione Judicis non valere. Immo intelligantur tot particulares donationes, quot expediret, & judicare possent usque ad valorem dictorum castrorum & locorum prædictorum. Verum quia tam Illust. D. Marchio prædictus, quam etiam dictus Georgius suo, & dictis nominibus, in quantum prædicta concernunt Serenissimum Dominum Imperatorem cupiunt honorem utriusque partis servari, dixit idem D. Marchio, & hoc & dictus Gorgius dictis nominibus requisivit fore supplicandum, si expediret, suo tempore, quod prædicta per dictum Dominum Imperatorem confirmentur. Quo casu dictus Georgius suo, & dictis nominibus promisit solenniter dicto Domino Marchioni, quod quandocunque ipse D. Marchio eum requiret, mittet specialem & idoneum nuncium, per solennes & patentes litteras scribet dicto Domino Imperatori, expensis Domini Marchionis supplicantis, ut dignetur prædicta confirmare, & ex nunc prout ex tunc dictus Georgius suo, & dictis nominibus ex forma & serie præsentis publici instrumenti supplicat eidem Domino Imperatori, seu Boemiæ Regi, ut dignetur prædictam confirmationem facere, quandocunque per ipsum Dominum Marchionem, vel ejus parte fuerit requisitus. Quibus autem omnibus & singulis supradictis, ut præmittitur, actis & factis solenniter gestis, & compilatis eisdem anno, indictione, die, loco, & testibus supradictis post spatium & intervallum certi temporis modici

dici tamen prædictus Illustrissimus Dominus Princeps & Dom. Dom. Theodorus Marchio Montisferrati considerans & in mente revolvens, quod stantibus multis & variis occupationibus, et negotiis ei quotidie incumbentibus ex regimine suæ Baroniæ et sui Dominii, et alterius territorii confisus ad plenum tam de Nobilitate, et eximia probitate dictorum Domini Bonifacii, et filiorum et nepotis suorum prædictorum, quam de experta amoris integritate, quam habent ad prædictum Dominum Marchionem, volens eisdem præmia virtutum reddere, vitium ingratitudinis evitando. Considerans quod dicti Domini Bonifacius, et filii et nepos ex sibi innatis virtutibus melius scient præesse, et attendere gubernationi et regimini dictorum locorum et hominum, quam alius, opinans insuper dictus Dominus Marchio, quod cooperante intrinsicitate amoris dictorum nobilium et ipsorum virtute poterit sibi, et Baroniæ suæ aliunde magna provenire commoditas Domino cedente, proprio motu, deliberate, & apensate, & ex certa scientia, multorum nobilium, militum & procerum ipsius Domini Marchionis accedente Consilio pro se, & hæredes, & successores suos Marchiones Montisferrati dedit & concessit in nobile & gentile feudum, ita quod obtineant naturam feudi Nobilis & antiqui, aviti, & Paterni dicto Georgio viro Georgio de Carretto filio dicti Domini Bonifacii, & Procuratori, & procuratorio nomine ipsius Domini Bonifacii, & vice, & nomine ipsius & filiorum, hæredum & successorum suorum recipienti & stipulanti, de qua procura patet publico instrumento scripto per dictum Anselmum anno indictione, & die prædictis omnia, & singula loca supra cohærentiata & nominata, videlicet castrum, locum & villam, Rochæ, Mallarum & Altaris in solidum, & castra, & loca Millesimi, & Crucisferreæ pro tertia parte, & dedit, & concessit ut supra dicto Georgio recipienti, & stipulanti nomine & vice suo proprio & Procuratorio nomine Luzemborg prædicti, de cujus Procura patet instrumento prædicto, ac stipulante vice, & nomine hæredum & successorum sui Georgii & Luzemborg castra, loca, Jurisdictiones Millesimi, & Crucisferreæ cohærentiata, ut supra, pro aliis duabus partibus, in hac parte dicto Domino Marchione se confirmante forma & tenore emancipationis prædictæ, & prout, & sicut in instrumento dictæ emancipationis continetur, dans & concedens dictus Dominus Marchio omnia & singula loca, de quibus supra fit mentio, dicto Georgio suo, & dictis nominibus, & prout supra pro se, & hæredibus, et pro hæredibus Patris, et fratrum, et nepotis prædictorum cum mero et mixto Imperio, et omnimoda Jurisdictione, et cum pertinentiis dictorum locorum, et cujuslibet eorum, et cum aquatibus, pascuis, venationibus, pedagiis, montibus, planitiebus, cohortibus, Angariis, Gabellis, Daciis, molendinis, furnis, curtis, bannis, pœnis, mulctis, regalibus, fictis, ductis, obventionibus, et aliis Juribus quibuscunque, tam feudalibus, quam allodialibus, quæ ipse Dominus Marchio habebat, et sibi quodammodo spectare poterunt in ipsis locis, castris, hominibus, Jurisdictionibus et districtibus eorundem ad habendum, tenendum, possidendum, et quasi et quidquid Georgio suo et dictorum nominibus placuerit perpetuo faciendum, jure feudi et superioritatis, et alti Dominii dicti Domini Marchionis ipsorum locorum, et cujuslibet semper salvo, et specialiter reservato. Promittens ipse Dominus Marchio per se, et suos hæredes et successores in perpetuum dicto Georgio stipulanti suo, et quo supra nominibus prædictam concessionem, infeudationem, et omnia, et singula supra scripta perpetuo rata, grata, et firma habere et tenere, et contra ea nunquam facere vel venire aliqua ratione vel causa, vel de jure, vel de facto. Et in signum verae donationis, concessionis feudi locorum, et castrorum praedictorum et pertinentiarum ipsorum idem D. Marchio cum una spada, quam in suis tenebat manibus, et est moris ipsius *D.* Marchionis, et curiae suae dictum Georgium suo nomine et procuratorio nomine dictorum Domini Bonifacii et Luzemborg et haeredum et successorum suorum, et cujuslibet eorum de ipsis castris et locis, et ipsorum pertinentiis legitime investivit, (dicto jure feudi salvo) sub pactis et conventionibus, et capitulis, quorum et quarum tenor infra sequitur:

Primo, quod dictus Dominus Marchio non teneatur praecipere, nec citare dictum Dominum Bonifacium nec ejus haeredes ad se praesentandum coram ipso Domino Marchione, et ad respondendum alicui ad alicujus instantiam pro aliqua causa, et si citati fuerint, et non venirent, non possit sibi imputari per praedictum Dominum Marchionem, salvo si aliquid faceret, quod esset contra honorem dicti D. Marchionis, tamen causa debitorum alicujus contractus non teneatur se praesentare, si non voluerit. Et salvo si aliquis, qui aliquid peteret super dictis locis, vel aliis tangentibus dicta loca et ipsorum jurisdictiones, et dependentia a praedictis.

Secundo, item quod dictus Dominus Marchio non possit imponere aliquas taleas, vel aliquas exactiones in dictis terris et locis, nec aliqua onera rusticalia petere ab hominibus locorum praedictorum sine consensu Domini Bonifacii vel haeredum.

Tertio, item quod praedictus Dominus Marchio non debeat aliquas appellationes ad ipsum interpositas per homines dictorum locorum quavis causa admittere, nec dictis hominibus appellantibus consentire, nec audientiam dare.

Quarto, item quod ipse Bonifacius facta tamen prius notitia praedicto Domino Marchioni possit de dictis locis et terris vendere et alienare, prout sibi placebit, reservando jus feudi et superioritatis dicti Domini Marchionis et recognoscente tali tempore, ut requirit feudum,

dum, dictum Dominum Marchionem & sub pactis prædictis & infrascriptis, dummodo tamen non transferret in aliquem, qui sit inimicus notorius & naturalis prædicti Domini Marchionis, sed sit talis emptor amicus antiquus prædicti Domini Marchionis, & simpliciter possit ipse Dominus Bonifacius in ejus testamento & ultimo voluntate dare, & adjudicare de dictis castris, locis et jurisdictionibus filiis suis, seu alicui ipsorum adjudicando uni plus quam alteri, prout sibi placebit, & secundum quod dictus Dominus Bonifacius ordinaverit, dictus Dominus Marchio faciat observari.

Quinto, item quod dictus Dominus Bonifacius possit ad ejus libitum absque contradictione Dni Marchionis facere gverram, dummodo non faciat contra Dominum Marchionem, nec aliquem ejus subditum præsentem, vel futurum, ac aliquem ejus adhærentem præsentem vel futurum, ipsis adhærentibus & subditis non offendentibus dicto Domino Bonifacio, nec ejus hæredibus, in qua tali gverra D. Marchio non teneatur ei dare aliquod adjutorium, si non voluerit. Et si exinde perderet (quod Deus avertat) aliquem de dictis locis, non propter ea stet, quin serviatur Domino Marchioni, ut infra dicetur de aliis locis, quæ sibi remanerent. Et ultra sibi restituere illud, quod foret conveniens de florenis sex millibus sibi datis pro conservatione et fortificatione feudorum prædictorum.

Sexto, item quod dictus D. Bonifacius et sui hæredes possint facere pacem cum quacunque persona salvo cum illis, cum quibus Dominus Marchio haberet gverram. Immo ipsi D. Bonifacius et hæredes reputabunt pro inimico quicunque fuerit inimicus dicti D. Marchionis, et sibi offendentem pro posse et tenebit stratas securas in suo territorio, suo posse non reducendo prædictorum latronum, raptorem stratarum, nec aliquem bannitum vel Bandiendum dicti Domini Marchionis facta tamen notitia de talibus latronibus, et bannitis et bandiendis Domino Bonifacio et hæredibus per dictum Dominum Marchionem.

Septimo, item possit Dominus Bonifacius, ut supra, facere ligam cum quacumque persona, facta prius notitia Dn. Marchioni, dummodo non fiat cum inimicis notoriis et naturalibus dicti Domini Marchionis, nec non contra aliquem ejus subditum vel adhærentem præsentem vel futurum et prædicta intelligantur ipsius subditis adhærentibus, non offendentibus dicto Domino Bonifacio, nec locis prædictis.

Octavo, item si dictus Dominus Marchio haberet gverram cum aliquo vicino, et confinante terris prædictis, ipsa gverra cum tali vicino durante non teneatur Dominus Bonifacius ire, nec mittere aliquo gentes suas, nec ad mandatum dicti Domini Marchionis, salvo si esset de ipsius Domini Bonifacii beneplacito voluntate, sufficeret, quod faceret gverram ipse Dominus Bonifacius vicino prædicto. Si vero Dominus Marchio haberet gverram cum aliquo non vicino dicto Dno Bonifacio, vel occurrenti ipsi D. Marchioni aliquo recipiente augmentum, & conservationem sui status, teneatur dictus Dominus Bonifacius mittere aliquem de filiis suis prædictis, vel de filiis filiorum ad mandatum dicti Domini Marchionis cum equestribus, & armis ipso Domino Marchione faciente sibi, & equis expensas saltem usque in equis quinque, ut faceret aliis nobilibus de cura sua, & hoc pro uno mense in anno quolibet, & plus, si Dominus Marchio requisiverit expensis ipsius Domini Marchionis prædictis, & ultra teneatur mittere ad mandatum dicti Domini Marchionis habentis gverram, ut supra, vel pro aliqua re tangente augmentum, & conservationem sui status balisterios viginti quinque bonos & sufficientes pro uno mense quolibet anno, vel balistenos quinquaginta pro diebus quindecim, si Dominus Marchio sic mandaverit quolibet anno, & hoc expensis dicti Domini Bonifacii, & hæredum & successorum suorum, & terræ suæ, & si pro pluri tempore & pluribus Balisteriis servient, dictus Dominus Bonifacius, reputetur de gratia, salvo si Dominus Marchio esset obsessus in aliquo loco, quod absit, aut haberet aliquem locum obsessum, vel pro levando campum inimicorum, aut si faceret unam generalem congregationem gentium armorum, quo respiceret totalem statum suum, eo casu Dominus Bonifacius teneatur ire ipse, cum suis hæredibus cum toto suo exercitu suis expensis, sicuti fideles & boni Vasalli juxta possibilitatem terræ suæ facere debent, & hoc saltem pro diebus quindecim in anno quolibet. Et si Deo placuerit, quod casus non exigeret uno anno facere servitium prædictum non propterea teneantur in sequenti anno, nisi duntaxat pro servitio unius anni.

Nono, item si Dominus Marchio majori numero Balisteriorum & servientium indigeret, teneatur Dominus Bonifacius & hæredes pro pecunia & stipendio competente dicti Domini Marchionis mittere illam quantitatem, quæ dicti Domino Marchioni placebit, juxta possibilitatem terrarum Domini Bonifacii prædictorum intelligendo prædicto casu, quo Dominus Marchio non haberet gverram vicinam terris prædictis & confirmationibus. Et si Dominus Marchio moveret gverram alicui vicino Domino Bonifacio, in quo Dominus Marchio mandaret, quod Dominus Bonifacius se immisceret, quod tunc & eo casu Dominus Marchio teneatur mittere de gentibus suis tam ad defensionem terrarum prædictarum, quam ad offensionem inimicorum, in competenti habendo respectum ad eos, cum quibus haberet gverram.

Decimo, item si in dicta gverra vel alia, de qua per mandatum dicti Domini Marchionis ipse

ipse Dominus se inmisceret, ut supradictus Dominus Bonifacius, quod perderet aliquod castrum de suis prædictis per vim & per fortiam inimicorum, quod Dominus Marchio non teneatur facere pacem, vel treugam cum eo, cum quo haberet gverram sine consensu Domini Bonifacii, nisi habuerit restitutionem prædicti castri, vel equivalentis.

Undecimo, item si per aliquam communitatem, vel aliam quamvis personam fiat dicto D. Bonifacio ab hominibus suis aliqua illicita extorsio, vel exactio, vel aliquod damnum reale, vel personale, quod tunc Dominus Marchio ad requisitionem Domini Bonifacii, vel hæredum teneatur dare, & concedere laudes, & repressalias in toto territorio suo, usque ad integram restitutionem damni dati, servatis tamen prius requisitionibus amicabilibus & scriptionibus, & aliis, quæ a jure in talibus requiruntur. Volens idem Dominus Bonifacius, quod in dictis suis terris Dominus Marchio modo prædicto possit dare & habeat repressalias, sique injuria fieret alicui subdito Domini Marchionis prædicti servatis requisitionibus, & scriptionibus supradictis, ita quod in territorio Domini Marchionis, & homines prædictorum locorum Domini Bonifacii æqualiter in omnibus, tamquam cari Amici, & tamquam, qui sub uno & eodem Domino sunt, tractentur & habeantur.

Duodecimo, item quod prædictus Dominus Bonifacius convenerit per pactum, quod pro aliqua causa successionis, nec pro aliquo delicto committendo per dictum Dominum Bonifacium, vel aliquem ejus hæredem, vel aliter Dominus Marchio non possit succedere in aliquo ex locis & terris prædictis, sed proximior in gradu succedendi succedat, salvo (quod absit) in crimine læsæ Majestatis, quo casu Dominus Marchio succedat, ut superior, & Dominus.

Decimo tertio, item vult, ut supra, & convenit, quod Dominus Marchio non possit per modum emptionis, vel aliter aliquid acquirere in consortio locorum prædictorum sine consensu D. Bonifacii prædicti, & hæredum maxime in his, quæ feudum & jurisdictionem respiciunt, sic quod Dominus Marchio non possit in consortio aliquid habere sine consensu Domini Bonifacii, & ejus hæredum, salvo in crimine supradicto.

Decimo quarto, item si contingeret, quod in aliqua gverra, seu per aliquam gverram, quam faceret dictus Dominus Marchio contra aliquod commune, vel contra aliquos Dominos, dictus Dominus Bonifacius cum ejus gentibus tantum aut per ejus industriam acquireret aliquod castrum, seu fortalitium, quod possit retinere cum honore prædicti Domini Marchionis, quod tunc prædictus Dominus Marchio dictum tale castrum seu fortalitium, excepto si esset civitas, ipsi Domino Bonifacio & ejus hæredibus in feudum, & sub homagio ligio dimittere teneatur.

Decimo quinto, item si aliquo tempore aliquis locus, qui non sit civitas, pervenerit ad manus ipsius Domini Marchionis, tunc jus ipsius loci spectante Domino Bonifacio dimittatur dicto Domino Bonifacio, & hæredibus, modo prædicto in feudum, vel sibi detur tantum de alio territorio, quod equivaleret, restituendo ipsi Domino Bonifacio illud, quod foret conveniens ad arbitrium duorum amicorum de expensis factis per eum pro habendo jus prædictum dicto Domino Marchioni.

Decimo sexto, item si ipso Domino Marchione habente gverram dictus Dominus Bonifacius et ejus hæredes ex eorum industria, & sine gentibus Domini Marchionis caperent aliquam terram ex illis inimicorum Domini Marchionis, quod sit & remaneat Domino Bonifacio prædicto, et ejus hæredibus in feudum, ut supra, salvo si esset talis, quod non posset retineri cum honore dicti Domini Marchionis, quo casu fiat ad arbitrium Domini Marchionis, sed nihilominus restitui debeant expensæ dicto Domino Bonifacio, & hæredibus, quas fecissent pro custodia & fortificatione ipsius talis terræ post ipsius captionem ad arbitrium duorum amicorum, ut supra.

Decimo septimo, item est pactum in prædictis, quo casu quod Dominus Marchio admitteret appellationes prædictorum et requisitus solenniter cum insinuatione præsentis pacti et capituli in præsentia testium fide dignorum non vellet desistere ab ipsis admittendo, vel si vellet ipsum aggravare, & aggravaret cum effectu in imponendo talias in dictis terris, intelligendo omnia prædicta sane & bona fide, sine ullo ficto colore, sed prout, & sicut intelligi debet, & naturali Domino ad bonum, Nobilem & fidelem Vasallum, vel si ipse Dominus Marchio acquireret in consortium terrarum prædictarum, & requisitus, ut supra, non vellet desistere a dicta acquisitione, quod tunc eo casu omnia supra dicta pro non facta habeantur, & in ea libertate remaneant, qua erant ante præsentem contractum.

Decimo octavo, versa vice, si ipse Dominus Bonifacius, vel hæredes non observabunt prædicta, in quantum eos tangunt, possit Dominus Marchio procedere contra eos, prout justitia svadebit.

Decimo nono, item quod si quis, vel qui Dominus vel Domini, vel commune contra prædictum D. Bonifacium, & ejus hæredes movebit gverram, vel quæstionem, quod tunc prædictus D. Marchio ipsos juvare teneatur & sustinere in suo jure, quemadmodum bonus Dominus suos fideles Vasallos juvare tenetur & debet.

Quod investitura facta ut supradictus Georgius suo proprio nomine ac vice & nomine ac procuratorio nomine dictorum Domini Bonifacii, Francisci & Joannis, & Luzemborg, & cujuslibet ipsorum hæredum & successorum ac ipsorum, & cujuslibet ipsorum, de quorum omnium procura patet instrumento suprascripto, promisit dicto Domino Marchioni pro se, & suis hæredibus & successoribus Marchionibus Montisferrati recipientibus & mihi Notario

rio infrascripto officio publico stipulanti, vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, & interesse poterit in futurum, ac juravit suo proprio & dictis nominibus ad sancta Dei Evangelia, tactis scripturis in manibus dicti Domini Marchionis, quod erunt perpetuo ipsius Marchionis & hæredum ac successorum suorum fideles & boni Vasalli, & quod de eorum personis, & de omnibus & singulis castris, locis, jurisdictionibus, hominibus & districtibus locorum prædictorum, & cujuslibet eorum perpetuo faciet pacem, gverram & treugam ad mandatum ipsius Domini Marchionis, hæredum & successorum suorum contra quascunque personas, & quod ipsi Domino Marchioni & gentibus suis dabunt accessum, redditum, transitum & reductum, & victualia pro eorum pecunia in dictis locis, si & prout quoties Marchio mandabit, Amicos ipsius Domini Marchionis pro amicis, & inimicos pro inimicis tractabunt, habebunt, & reputabunt. Si petierit eis consilium, illud secundum eorum conscientiam sanum & utile sibi dabunt, secreta, quæ eis committet, nemini palam facient, statum & honorem ipsius Domini Marchionis & suorum, & augebunt, pro posse quærent, facient, & conservabunt & augebunt; Non erunt in loco, ubi tractetur de læsione personæ ipsius Domini Marchionis, nec de perditione loci sui vel diminutione sui honoris & status. Immo si hoc sciverint tractari vel procurari, illud evitabunt pro posse, & quanto citius poterunt illud per se, vel per speciales nuntios sibi significabunt, & generaliter sub dictis capitulis & pactis facient omnia & singula, quæ fideles nobiles & boni Vasalli suo bono naturali & legitimo Domino facere tenentur, & debent, & quæ in capitulis fidelitatis novæ & veteris formæ continentur. De quibus omnibus & singulis suprascriptis tam prædictus Illustrissimus Dominus Marchio, quam dictus Georgius dictis nominibus præceperunt, unum & plura ejusdem tenoris fieri publica instrumenta ad dictamen et consilium sapientis per me Verulphuno Notarium infrascriptum.

Ego Jacobinus de Ferrariis, Civis Papiensis, publicus imperiali auctoritate Notarius, hoc præsens instrumentum renunciationis, donationis in feudum et investituræ receptum per Verulphum de Verulphis Notarium infrascriptum in ejus protocollo abbreviatum de dicto ejus protocollo mandato ipsius extraxi, et in hanc formam publicam redegi, manuque propria scripsi, et ipsum cum dicto Verulpho fideliter et diligenter auscultavi simul cum dicto protocollo, et quoniam cum eodem illud concordare inveni, me in testimonium præmissorum subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Et ego Verulphus de Verulphis de Verulengo Hipporediensis Diœcesis Publicus Apostolica authoritate Notarius, et prædicti Illustris Principis, Domini Marchionis Montisferrati Cancellarius, prædicto instrumento renunciationis et donationis in feudum et investituræ et aliis omnibus suprascriptis dum si agerentur et fierent interfui una cum testibus suprædictis, et rogatus per prædictum Dominum Marchionem et dictum Georgium dictis nominibus prædicta omnia in dicto instrumento contenta recepi & in meo protocollo scripsi, & abbreviavi, & dictus Jacobinus notarius publicus voluntate, & præcepti mei aliis dicti Illust. D. Marchionis negotiis occupati de ipso meo protocollo transcripsit, & in dictam publicam formam redegit, & quia cum meo protocollo concordari inveni, ideo hic me subscripsi, & in testimonium præmissorum signum meum apposui consvetum.

Suprascriptum exemplum juxta transumptam copiam vidi concordare, omissis subscriptionibus Notariorum, qui transumpto interfuerunt.

Albertus Paltrus.

VII.

Sigismundi, Romanorum Imperatoris, Investiturarum de locis in eadem nominatis confirmatio, nec non Privilegiorum pro Marchione Joanne Bartholomæo de Carretto-Savona expedita concessio, d. d. 1. April. A. 1426.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ etc. Rex. Notum facimus tenore præsentium universis: Regalis generosæ eminentiæ sublimitas, etsi subditorum generaliter omnium justis votis grata benignitate dignatur annuere: Illorum tamen desideriis condescendendo quadam singularitate se sentitobnoxiam, in quibus Sacr. Romanum Imperium specialius decoratur, quique generis nobilitate, ac morum venustate conspicui claris præeminere concernuntur operibus et variis virtutum meritis dignoscuntur constare. Sane pro parte Magnifici Jo. Bartholomæi quondam Antonii de Carreto, Marchionis Savonæ, nostri et Sacri Imperii fidelis dilecti per magnificum et spectabilem Conradum de Carreto Marchionem Savonæ nostrum, et Imperii Sacri fidelem dilectum, procuratorem suum et Nuncium generalem et specialem ad infrascripta legitime constitutum nobis oblata petitio continebat, quatenus prædictum Joannem Bartholomæum in personam ejusdem Conradi, seu ipsum Conradum in persona Joannis Bartholomæi de infrascriptis feudis et bonis suis, videlicet Bozolasco, Serravalle, Albereto, Niella et Seysolio, Bosia, Montechiaro, Sancto Benedicto, et feudis Monesidii, Sanctæ Juliæ, Cagnæ, Moræ et Lodisii, nec non privilegiis, juribus, jurisdictionibus, franchisiis, libertatibus, immunitatibus, honoribus, et gratiis per divæ recordationis Romanorum Imperatores ac Reges, et si-

 gnanter

gnanter de infrascriptis privilegiis per Fridericum Primum et Fridericum Secundum, ac Carolum Quartum, genitorem nostrum Charissimum, felicis recordationis Romanorum Impetatores præfati Joannis Bartholomæi progenitoribus, et sibi datis et concessis investire, illaque sibi et hæredibus suis approbare, rectificare, auctorisare & confirmare auctoritate Romana Regia gratiosius dignaremur, cum paratus esset præfatus procurator & nuntius de hujusmodi feudis vice prædicti Jo. Bartholomæi nobis & Sacro Romano Imperio præstare fidelitatis & homagii consuetum atque debitum juramentum, sicut à progenitoribus ejusdem Jo. Bartholomæi memoratis prædecessoribus nostris Rom. Imperatoribus & Regibus præstari & fieri hactenus est servatum, quorum quidem privilegiorum tenores de verbo ad verbum sequuntur, & sunt tales:

Inserantur hic literæ investituræ & Privilegia antecedentia de An. 1162. 1220. & 1355.

Nos igitur attendentes intemeratæ fidei constantiam, sinceræ devotionis affectum & fidelitatis grata obsequia, quibus præfatus Jo. Bartholomæus, & sui progenitores, prædictos prædecessores nostros, Nos, & Imperium Sacrum ferventius honorant, ac ipse Joannes Bartholomæus honorare poterit & debet imposterum, animo deliberato non per errorem, aut improvide, sed maturo Principum, Baronum & Procerum nostrorum, & Imperii Sacri fidelium accedente Consilio, de certa nostra scientia, eundem Joannem Bartholomæum, licet absentem, in personam dicti Conradi procuratoris sui, recepto prius ab eo nomine suo corporali fidelitatis & homagii juramento, quod in talibus progenitores sui præstare consueverunt de prædictis feudis & bonis, et etiam universis privilegiis franchisiarum, immunitatum, bonorum, gratiarum, largitionum, possessionum, honorum, districtuum, jurium & jurisdictionum per antedictos prædecessores nostros, Rom. Imperatores & Reges, præfato Jo. Bartholomæo & suis progenitoribus concessis, donatis & indultis, quæ & quas ipse Jo. Bartholomæus & sui progenitores à dictis nostris prædecessoribus in feudum, seu feuda Imperiale, seu Imperialia, aut de feudo, seu feudis Imperiali, seu Imperialibus, juste & rationabiliter obtinuerunt, Ipseque Jo. Bartholomæus obtinet, auctoritate Romana Regia investivimus, & præsentibus investimus, nec non supra scripta privilegia super prædictis franchisiis, libertatibus & immunitatibus, bonis, gratiis, largitionibus, possessionibus, honoribus, districtibus, juribus, jurisdictionibus, data & concessa, cum omnibus suis tenoribus, summis, pactis & clausulis, de verbo ad verbum, prout superius scripta sunt, & alia omnia privilegia ipsorum, ac si tenores ipsorum præsentibus forent inserti, & si de ipsis jure, vel de consuetudine specialis mentio fieri deberet, approbamus, ratificamus, auctorizamus, & prout digne possumus auctoritate nostra prædicta, tenore præsentium confirmamus; supplentes nihilominus de Regalis plenitudine potestatis omnem defectum, si quis intervenisse ex obscuritate verborum, vel sententiarum dubietate videretur admissus, in præmissis tamen nostris, & Imperii Sacri, & aliorum quorumcunq; juribus semper salvis. Cæterum de abundantioris plenitudinis gratia præfato Joanni Bartholomæo ipsiusque juribus hanc specialem gratiam duximus faciendam, immo facimus per præsentes, quod nullus Princeps, Marchio, Comes, Baro, vel quæcunque persona alia secularis cujuscunque conditionis existat, præfatum Joan. Bartholomæum ipsiusque hæredes pro quacunque causa civili, vel criminali coram quocunque Judice audeat evocare, citare, seu in causam trahere quocunque quæsito colore & ingenio, præterquam ad nostram, seu Successorum nostrorum Imperialem præsentiam, vel ad præsentiam nostri & Imperii Sacri generalis Vicarii, qui pro tempore fuerit, & habebit vices nostras Imperium gubernandi. Præterea ut prædictus Conradus de Carreto exuberantis pietatis gratiam se sentiat in oculis nostris invenisse ipsius intuitu, & contemplatione prædicto Jo. Bartholomæo hanc duximus gratiam auctoritate Imperiali facere specialem, ut dum filias suas, & aliquem hæredum suorum maritare voluerit, quod propter honestatem et honestam copulæ traditionem possit hominibus suis datium imponere, & certam taxam pecuniarum ab eis recipere, qua mediante valeat ipsarum dotalitium expedire. Item si dictus Jo. Bartholomæus causa peregrinationis limina Sanctorum visitare voluerit, similiter ipse poterit hominibus et subditis suis taxam realem et condignam imponere pro expensis sibi faciendis, cum quibus honorifice transire valeat et redire. Item si præfatum Jo. Bartholomæum et hæredes suos thesauros absconditos in terris suis invenire contigerit, illos volumus absque quolibet impedimento ipsorum usibus applicari. Insuper suprascripto Joanni Bartholomæo tenore præsentium indulgemus, quod si ipsum et hæredes suos fortalitia et Castra ædificare et reædificare contigerit, quod extunc homines sui ipsum juvare, eisque cum personis, bestiis, contributionibus, et aliis oneribus quibuslibet juxta facultatem suam subvenire teneantur. Denique si aliquæ Gabellæ in ipsorum terris et jurisdictionibus sunt, quovis modo erectæ seu impositæ, extunc illarum gabellarum tertiam partem ad prædictum Jo. Bartholomæum et suos hæredes pertinere declaramus. Porro ut prædicti de Carreto tanto ferventius ad nostra et Imperii animentur servitia, quanto se uberioribus gratiis à nostra Celsitudine conspexerint consolatos, volumus, et hanc præfato Joanni Bartholomaeo, ipsiusque haeredibus gratiam facimus specialem, quod deficientibus masculis de ipsorum linea et progenie descendentibus, quod ad praesens nostrum privilegium, et omnes gratias in eo contentas, fœminae de ipsorum lumbis legitimè descendentes succedere tenebuntur et debebunt.

bunt. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ investituræ confirmationis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario quomodolibet contraire; si quis autem contrarium attentare præsumserit, indignationem nostram & pœnam centum marcarum auri puri, quarum medietatem Imperiali ærario, residuam vero partem injuriam passorum seu passi usibus applicare statuimus, toties, quotiens contrafactum fuerit, se noverit incursurum, præsentium sub nostræ Majestatis Sigillo testimonio litterarum. Datum Corneuburg, in Ducatu Austriæ Pataviensis Diocesis, anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, die prima mensis Aprilis, Regnorum nostrorum anno Hungariæ quadragesimo, Romanorum sedecimo & Bohemiæ sexto. Ad mandatum D. Regis, Jos. Episcopus Lagrabiensis, Cancellar.

VIII.

Maximiliani I. Romanorum Regis Privilegiorum, in eadem allegatorum, concessio, Marchioni Alphonso de Caretto-Savona exhibita, d.d. 8. Decemb. An. 1496.

MAximilianus &c. Romanorum Rex &c. decet Imperialis Excellentiæ dignitatem vota suorum fidelium clementer admittere, & pro sua innata Clementia exaudire, & eorum maxime, quorum majores, & ipsi quoque circa Sacri Imperii honores, & commoda cura pervigili, & obsequiorum continuatione majorum suorum more solitæ fidei, & legalitatis industria, constantibus animis semper claruerunt, & casu, effectu prosequente complere; Quod & Principis exhibita gratia, & subditorum fervens devotio præsentibus sit ad gaudium, & posteris ad exemplum. Sane coram Majestatis Nostræ præsentia porrexit Nobilis, & fidelis noster *Alphonsus de Carreto*, Marchio Savonæ & Clavexanæ, preces & vota, præsentis tenoris:

Serenissime Cæsar. Fuerunt semper Sacro-Sancto Rom. Imperio ac omnibus Sacratissimis Romanorum Regibus & Imperatoribus, Prædecessoribus Serenitatis Vestræ, Marchiones Savonæ & Clavexanæ, majores Pro-Avi mei, fidelissimi Vasalli & Subditi, & ab Imperiali Culmine semper liberalissime tractati & honorati, quod demonstrant antiqua privilegia, gratiæ, infeudationes, Investituræ, & donationes concessæ, & factæ per Serenissimos qv. Felicis recordationis Fridericum I. & Fridericum II. ac Carolum IV. Romanor. Imperatores, Prædecessores Serenitatis Vestræ, Henrico Guertio, & & Bonifacio tunc Marchionibus Savonæ & Clavexanæ, majoribus Proavis Alphonsi de Carretto, nunc præsentis Marchionis Savonæ, & Clavexanæ, Sinarii &c. ut ex lectura dictorum privilegiorum, gratiarum, confirmationum, literarum & investurarum, quarum omnium exemplum hic in avthentica forma & fidem indubitatam faciente Serenitati Vestræ Cæsareæ exhibitum videri & legi potest: & ideo prælibatus Alphonsus Marchio, qui majorum suorum progenitorum Marchionum mores imitando, fide, devotione, & servitute erga Sacro-Sanctum Rom. Imperium, & Vestram Regiam & Cæsaream Majestatem nemini cedit cum ea, qua decet reverentia humiliter addit solum Serenitati Suæ supplicando, ut prænominata Celsitudo Vestra pro Sua Cæsarea benignitate, liberalitate, & Magnificentia velit privilegia omnia, infeudationes, donationes, Investituras, gratias, concessiones, & omnia & singula de verbo ad verbum contenta & descripta, ac concessa per præfatos Serenissimos Imperatores, Fridericum Primum, & Secundum, ac Carolum IV. Prædecessores Sublimitatis Vestræ, præf. Henrico, Bonifacio, Aleramo, Georgio, & Emanueli de Carreto tunc Marchionibus Savonæ, & Clavexanæ, Proavis, et majoribus Alphonsi, nunc præsentis Marchionis Savonæ & Clavexanæ, sibi ipsi, & pro se, & filiis suis masculis legitimis & successoribus approbare, ratificare, & denuo concedere, ac etiam confirmare auctoritate Regia ac Imperiali, quorum privilegiorum atque literarum tenor hic, brevitatis causa, pro expresso habeatur, & quia ipse Alphonsus, Marchio Savonæ & Clavexanæ, nonnulla Castra, bona, feuda & Jura, in dictis Marchionatibus Savonæ & Clavexanæ, ac alibi tenet & possidet, quæ Castra, bona, feuda, loca, Jura sunt Juris Romani Imperii, & tenta, & possessa à Patre, Fratre, & Avo suis, absque recognitione à Romano Imperio habita, & aliquando per aliquos ex eis de facto, & sine licentia præfatorum Serenissimorum Imperatorum, qui tunc aderant, fuerunt de facto miraculose, quia à finitimis bello vexabantur, alienata, vel in partem, vel in totum, quod fieri non potuit in præjudicium Sacro-Sancti Romani Imperii, videl. Castrum, Burgum, & Villas Finarii, & Castri Franchi, cum districtu in Terra & in Mari, Castrum & Villas, & Castellaniam Vallis Stellanelli, cum Jurisdictione ponendi & removendi Consules: Castrum, Villas, & Castellaniam Relii, cum Jurisdictione ponendi et removendi Consules; prout sibi videbitur: Castrum, Burgum, et Villas Saliceti, Castrum et Villas Carcherarum et Bugilli, medietatem Castri, Villarum et loci Cameiranæ: Castrum, locum et Villas Parodii; Castrum et Villas Mervaldi, Castrum, Burgum, et Villas Maximini, partem Rochetæ Cingii; item medietatem feudi pro indiviso Rivernalis Cenexii, et Arnaschi, cum Juribus dictorum feudorum, loca omnia suprapofita, ratione alti dominii Imperio Romano, et quæ loca prædictus Dominus Alphonsus tenet et possidet, tam Jure successionis, quam titulo acquisitionis, quæ Castra, bona et feuda nunquam adhuc recognovit à Cæsarea Regia Majestate Vestra, nec de his investituram habuit, licet semper Sacro-Sancti Imperii Romani nomine tenuerit ac possederit, teneat & possidet, velitque tenere & possidere, petit, et requirit humiliter, dicta Castra, bona, & villas, feuda & Jura sibi donari, & in

in feudum concedi, & sese de illis instantibus precibus ab Imperiali Majestate & Celsitudine Sua investire pro sese, filiis, hæredibus & successoribus suis; videlicet de Primogenito in Primogenitum masculum, legitimum & naturalem; ita quod Primogenitus solus filius masculus, legitimus & naturalis, succedat in Marchionatu & dictis locis usque in infinitum, & casu, quo non esset Primogenitus, vel filius masculus, filius Primogeniti legitimi & naturalis, quod tunc succedat filia fæmina, modo nubat in unum de familia de Carretto, vel qui vocetur de domo Carreto; & si essent plures filiæ fæminæ, quod sit in facultate dicti Dn. Alphonsi Carreti Marchionis filiorum, hæredum & successorum in Marchionatu unam ex ipsis eligere, quæ succedat in dictis Marchionatibus, Villis, Castris & Jurisdictionibus, de quibus supra, dummodo nubat in unum de Familia de Careto, vel qui vocetur de domo de Careto, & casu, quo non essent filii masculi, nec fœminæ, ut supra, quod liceat ipsi Alphonso Marchioni, & filiis hæredibus & successoribus suis testari & legare dicta Castra, loca, & Villas, ac Jura suprascripta, & de illis disponere, prout sibi videbitur, & cui voluerit, modo vocetur & nominetur de Parentela de Carreto, & hoc in his formis & modis, & cum his gratiis & privilegiis, quibus investiti fuerunt Majores sui, Henricus, Bonifacius, Aleramus, Georgius & Emanuel à dictis Sereniss. Imperatoribus, Friderico I. & II. ac Carolo IV. & cum his determinetur præeminentiis, dignitatibus, prærogativis, Jurisdictionibus, mero & mixto Imperio, & omnimoda gladii potestate; & prout in dictis privilegiis & literis de verbo ad verbum continetur. Quæ privilegia antiqua & literas inseri & inscribi petit de verbo ad verbum in privilegio & investitura præsenti concedenda ipsi Alphonso Marchioni, ut supra per prænominatam Seren. Majestatem Vestram, cujus benignitati ipse Alphonsus Marchio se humiliter commendat; & hoc non obstantibus quibuscunque legibus & Imperialibus Constitutionibus in contrarium facientibus; nec non dictis alienationibus factis de dictis Castris & feudis de facto etiam non obstantibus, quas alienationes, tanquam factas in præjudicium Sacro-Sancti Rom. Imperii, placeat revocare & annullare in totum, & dicta Castra & feuda ad se et Fiscum suum trahere, et confiscare ad effectum futuræ Investituræ faciendæ ipsi Alphonso, ut supra, quibus omnibus et singulis quoad hunc effectum motu proprio, et ex certa scientia, et de plenitudine Vestræ potestatis, etiam absolutæ, placeat derogare de gratia speciali. Insuper ut adventus Serenitatis Vestræ in Italiam sit ipsi Alphonso felix, faustusque, et filiis suis hæredibus et successoribus in Marchionatu aliquo novo, præcipue honori, et privilegio. Supplicat humiliter præf. Vestram Reg. Majestatem, ut velit sibi, filiis, hæredibus et successoribus suis in Marchionatu concedere licentiam, bailam, facultatem et Jurisdictionem cudendi pecuniam auream et argenteam, quæ expendi possit in toto Rom. Imperio. Item creare ipsum Comitem Palatinum cum potestate legitimandi quoscunque illegitime natos in ampla forma, et creandi tabelliones et Judices Cartularios et ordinarios in toto R. Imperio in ampla forma; Item faciendi et creandi Milites et doctores, et de gratia speciali ex nunc erigere, creare, facere et constituere ipsum Alphonsum, filios et successores in Marchionatu suum Vicarium perpetuum in dictis Marchionatibus Savonæ, Finarii et Clavexanæ, cum omnibus suis honoribus, dignitatibus et prærogativis in ampla forma; quorum quidem privilegiorum, literarum et investiturarum Imperialium tenor et continentia de verbo ad verbum hic inferius describitur.

Inseratur hic Caroli IV. Imperatoris Confirmatio Privilegiorum d.d. Id. Maji An. 1355. supra inserta.

Nos itaque attendentes puræ fidei constantiam, ac præclara devotionis insignia, quæ progenitores præfati Alphonsi Marchionis ad Sacr. R. Imperium semper retroactis temporibus gessisse; ac etiam ipse ad nos, et Imperium gerere noscuntur, fructuosaque obsequia, et fidelem animum, quibus ipse Alphonsus Majestati Nostræ prompta sedulitate se gratum et placidum reddidit, & se poterit continuato fidelitatis studio reddere gratiorem. Mentis nostræ oculis limpidius intuentes, ipsiusque Alphonsi petitionibus & votis benignius annuentes prædictorum Friderici I. & Friderici II. & Caroli IV. Imperatorum, Prædecessorum nostrorum, privilegia & literas, prout de verbo ad verbum sunt inserta, seu insertæ, & universa & singula in eisdem contenta rata habentes & grata, sicut digne possumus, & salvis nostris, & Imperii servitiis & fidelitatibus eidem Alphonso petenti, & accipienti pro se, hæredibus & successoribus suis motu proprio approbamus, ratificamus, & de novo concedimus; ac etiam de certa nostra scientia, ac plenitudine potestatis, ac auctoritate Imperiali præsentis scripti nostri Patrocinio in perpetuum confirmamus, & quia ipse Alphonsus Marchio, ut supra, petiit à Serenit. nostræ Majestate se investire de Castro, Burgo, & Villis Finarii & Castri Franchi, cum districtu et Territorio, tam in Terra, quam in Mari, cum aliis Castris, feudis, & jurisdictionibus, de quibus in ejus precibus ut supra continentur intellectis plenissime prius dictis alienationibus factis de dictis locis, Castris, feudis, & Jurisdictionibus, prout in precibus dicti Alphonsi sine nostri, & Serenissimorum Regum, & Imperatorum Prædecessorum nostrorum licentia, ex qua ipsa Castra & feuda, & Jurisdictiones devoluta sunt ad Sacratissimum Romanorum Imperium, & sic habita de præmissis omnibus plena scientia, & notitia, virtute præsentis edicti, & Rescripti, & omni meliori via, causa, et forma, quibus melius possumus, et de nostra Regia, et Imperiali suprema potestate, motu proprio, atque ex certa nostra scientia, declaramus, avocamus, et confirmamus, & sententiamus, & ideo nos ipsius Alphonsi, devotis & dignis suis supplicationibus favorabiliter inclinati eidem Alphonso,

ſo, licet abſenti, & nobili Doctori Domino Blaſio Caneſſo Procuratori ipſius Alphonſi, ac procuratorio nomine ipſius præſentis & acceptantis dictum Caſtrum, Burgum, & villas Finarii & Caſtrum Francum cum diſtrictu, & Territorio, tam in Mari, quam in Terra; Caſtrum, & Villas, & Caſtellaniam Vallis ſtellanelli cum Juriſdictione, & ponendi, & removendi Conſules, prout ſibi videbitur; Caſtrum, & Burgum, & Villas Saliceti; Caſtrum, & Villas Carcherarum & Buxilli, medietatem Caſtri, Villarum, & loci Camciranæ, Caſtrum, locum & Villas Mevaaldi; Caſtrum, Burgum, & Villas Maximini, Caſtrum, locum, & Villas Parrodii; partem Rochetæ Cingii, Caſtrum & Villas Rivernalis Cenexii, & Arnaſchi, cum juribus ipſorum feudorum, & omnia & ſingula Caſtra, Oppida, & Civitates, poſſeſſiones, & bona, & Jura Vaſſallorum & feudorum Juriſdictiones, merum & mixtum Imperium, & gladii poteſtatem, cum Juribus, & ſuis pertinentiis univerſis, quæ ad ipſum Alphonſum pervenerunt, quovis titulo, ſive emptionis, ſive donationis, ſive hæreditatis, & ſucceſſionis, & quam poſſidet in præſenti, & poſſederunt Auctores ſui, ac etiam Caſtra, Civitates, Villas, & Jura quælibet, cum pertinentiis, Juribus, & Juriſdictionibus eorumdem, quibus ſpoliati fuerunt, ſive ipſe Alphonſus, vel eorum Prædeceſſores ubicumque ſint, committimus motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia in perpetuum damus, & de novo damus & concedimus in feudum nobile antiquum, paternum, & avitum, prout infra dicetur; ita quod in omnibus, & per omnia ſapiat naturam nobilis, antiqui, paterni & aviti feudi, cum omnibus Vaſſallis, Valvaſoribus, ſeu fidelibus quibuſcumque in dictis Territoriis & locis habitantibus, & habitaturis, quod ſint ipſius Alphonſi ſubjecti, & eſſe intelligantur, cum vallibus, montibus, planitiebus, collibus, ſilvis, paſcuis, molendinis, mari, aquis, & aquarum decurſibus, fluminibus, ſtagnis, lacubus, piſcationibus, venationibus cujuſcumque ſint cum excandentiis Vaſſallorum, Noveni dicti, accordamenti argentarii, fodris, albergariis, uſibus, operibus, fructibus, ſenſibus, redditibus hominum et fidelium, quorumcumque habitantium in dictis locis, indultis, impoſitionibus pœnarum, bannorum, Mulctarum, angariarum, perangariarum, onerum realium, perſonalium, atque mixtorum; Necnon et omnes pedagia, et bonos uſus, qui de præſenti ſunt in dictis locis omnibus, vel quos ipſe Marchio Alphonſus, filii hæredes, et ſucceſſores, ut ſupra, in dicto Marchionatu ad honorem Sacri Imperii poſuerint, de gratia ſpeciali, recepto prius à dicto Domino Blaſio Procuratore, et procuratorio nomine dicti Alphonſi Marchionis, et hæredum ſuorum, et ſucceſſorum, ut ſupra in omnibus noſtris homagiis, fidelitatis, obedientiæ, et ſubjectionis debitæ in forma ſolita, juramento concedimus, et confirmamus prædicto Marchioni Alphonſo; ac denuo de præmiſſis omnibus et ſingulis inveſtimus, ac donamus de noſtra Imperiali plenitudine poteſtatis, noſtris et Imperii Sacri ſervitiis et fidelitatibus debitis ſemper ſalvis, videlicet ipſi Alphonſo Marchioni petenti pro ſeſe, filiis, hæredibus, et Succeſſoribus ſuis de primogenito in primogenitum Maſculum, legitimum, et naturalem; ita quod ſolus primogenitus filius, Maſculus legitimus, et naturalis ſuccedat in dicto Marchionatu, feudis dictis, locis et Juriſdictionibus usque in infinitum. Et caſu, quo non eſſet primogenitus, vel filius Maſculus, legitimus, et naturalis filii primogeniti, quod tunc ſuccedat fœmina filia modo nubat in unum de familia de Carreto; et hoc non obſtantibus dictis alienationibus factis de dictis Caſtris, et feudis per Prædeceſſores ipſius Alphonſi, ut ſupra, quas omnes de facto factas, et in præjudicium Sacro-ſancti Romani Imperii motu proprio, et ex certa ſcientia, et de plenitudine poteſtatis noſtræ etiam abſolute revocamus, annullamus et caſſamus, et vigore præſentis noſtri Reſcripti et decreti pro annullatis, et caſſadis, nunc, et in futurum haberi volumus et decernimus. Et caſu, quo non eſſent filii maſculi, nec fœminæ ut ſupra, quod liceat ipſi Alphonſo Marchioni, ſuiſque filiis, hæredibus et ſucceſſoribus teſtari, legari dicta Caſtra, loca et Villas, ac Jura, ac de illis diſponere, prout ſibi videbitur, et qui modo vocetur, et nominetur de Parentela de Carreto, ſalvis ſemper Juribus et ſervitiis Sacroſancti Romani Imperii, et hoc non obſtantibus quibuſcumque legibus, et Imperialibus Conſtitutionibus, et feudorum uſibus in contrarium facientibus, quibus omnibus et ſingulis, quoad hunc effectum, motu proprio, & ex certa ſcientia, & de noſtræ plenitudine poteſtatis, etiam abſolute decernendo & ſtatuendo hoc Imperiali noſtro edicto, derogamus & derogatum eſſe volumus de gratia ſpeciali dantes, & concedentes eidem Alphonſo Marchioni ſuis filiis & ſucceſſoribus in Marchionatu de plenitudine poteſtatis noſtri Culminis auctoritatem & licentiam fabricandi Caſtra, oppida, & fortalitia cujuſcumque generis in locis prædictis, etiam facta conſervandi, deſtruendi, mutandi, & ad ejus libitum voluntatis, & quod poſſit, & valeat loca in prædictis Territoriis conſiſtentia, quæ fuerunt alias habitata, facere habitari de novo, cum eiſdem privilegiis, de quibus ſupra. Concedimus etiam Alphonſo Marchioni, ſuiſque filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus in Marchionatu, quod Civitates, Caſtra, oppida, & loca in Territoriis ſuperius recitatis per quaſcumque perſonas detenta, & occupata, cujuſcumque ſtatus, qualitatis ſeu conditionis exiſtant, ſeu per quaſcunque communitates vel civitates occupata, & tenta detinentur, poſſit auctoritate propria recuperare & invadere, & offendere cauſa recuperationis ipſorum, res, perſonas, & bona ipſorum detinentium, niſi dictas Civitates, & dicta Caſtra & oppida, & loco reſtituant, cum omnibus Juribus & Juriſdictionibus eorundem. Concedimus quoque adjiciendo noſtro proprio motu, & de Noſtræ plenitudine poteſtatis ipſi Alphonſo Marchioni, & filiis & hæredibus ſuis-

ſuisque ſucceſſoribus in Marchionatu in perpetuum, auctoritatem & licentiam cudendi pecuniam auream & argenteam, quæ expendi poſſit in toto Noſtro Romano Imperio. Item quod ipſe Alphonſus Marchio, filii & hæredes, & ſucceſſores in Marchionatu, ut ſupra, poſſit & valeat, poſſint & valeant creare, facere & conſtituere milites auratos cum omni dignitate militiæ & cum privilegiis, Juriſdictionibus, honoribus, gratiis, indultis, præeminentiis, franchitiis, immunitatibus, libertatibus, & aliis quibuſcunque prærogativis & emolumentis, tam ſcriptis in corpore Juris, quam non, etiam ex conſvetudine, quam aliter, & quomodolibet ſpectare, & pertinere petentibus, dum in armorum actu & expeditione degunt, ubique locorum poſſe gaudere, uti, frui, & ipſa habere, tenere & poſſidere, vel quaſi tanquam veri milites legitimi, & ſolemniter ab Imperiali noſtro Culmine conſtituti. Item, & quod ipſe Alphonſus Marchio, hæredes & ſucceſſores ſui, ut ſupra, poſſint & valeant creare, facere & conſtituere Doctores, tam in Jure civili, quam in Jure canonico, & conjunctim & diviſim, dummodo docti, idonei, & apti fuerint & ſint, ſuper quo conſcientiam ſuam & ſuorum hæredum et ſucceſſorum, ut ſupra, oneramus. Recepto prius à quolibet, tam Milite, quam Doctore, per ipſum, et quemlibet ſuorum hæredum, creandis & promovendis corporali juramento: Quod erunt nobis, ſucceſſoribus noſtris, legitime intrantibus fideliſſimi, & artem ipſorum fideliter, legaliterque exercebunt, & pauperibus, orphanis & viduis erunt procuratores, liberales, juſti & miſericordes, volentes & decernentes ex Cæſarea Noſtra liberalitate, quod quilibet filius legitimus & naturalis hæres & ſucceſſor in infinitum in Marchionatu hoc beneficio et privilegio doctorandi et milites creandi et promovendi, fruatur, potiatur et gaudeat. Volentes inſuper, et vigore præſentium ſtatuentes, quod Doctores omnes per ipſum Alphonſum et ſucceſſores ſuos creati et facti poſſint, et valeant per totum S. R. Imperium, et ubique locorum in omnibus et ſingulis exercitiis, palleſtris, diſputationibus, tanquam veri doctores intereſſe, et quibuſcumque honoribus, officiis, Juribus, inſignibus, privilegiis, prærogativis et gratiis, tam realibus, quam perſonalibus, ſive mixtis, uti, frui poſſint et valeant in quibuscumque Collegiis et Univerſitatibus, quibus cæteri Doctores in privilegiatis ſtudiis gaudent, utuntur, fruuntur, conſvetudine vel de Jure, contradictione et impedimento ceſſantibus quibuſcumque; ac proinde, etſi eſſent doctorati in ſtudio in Collegio Papienſi et Bononienſi, vel aliquo alio ſtudio generali, et hoc non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, decretis, legibus et conſvetudinibus, et in futurum forte faciendis à quocunque Collegio ac Univerſitate et Principe in contrarium facientibus: Quibus omnibus motu proprio ex noſtra certa ſcientia, et de noſtræ plenitudine Cæſareæ poteſtatis derogamus et derogatum etiam volumus; imo quoad hunc effectum, dumtaxat motu proprio ipſa omnia ſtatuta et decreta caſſamus et annullamus, et nullius valoris et momenti eſſe declaramus. Inſuper gratioſius advertentes Auguſtalis clementiæ benignitate volentes, ipſum Alphonſum, Marchionem, filios et hæredes, et ſucceſſores ſuos in Marchionatu, ut ſupra, ex noſtro certa ſcientia, atque ex propoſito deliberato, ſano Principum, Comitum, Baronum, ac Procerum accedente conſilio, et conſenſu, Noſtrum et Imperii Sacri Vicarium perpetuum in Marchionatibus Savonæ et Clavexanæ, et in omnibus locis, Villis, Caſtris, Burgis et Juriſdictionibus, quæ et quas tenet et poſſidet, vel quæ tenebit et poſſidebit in futurum ipſe vel ſucceſſores ſui, conſtituimus, creamus, et eligimus, cum omnibus Privilegiis, Juriſdictionibus, honorantiis, dignitatibus, gratiis, indultis, præeminentiis, franchitiis, immunitatibus, libertatibus, et aliis quibuſcunque prærogativis et emolumentis, tam ſcriptis in corpore Juris, quam non, et tam ex conſvetudine, quam aliter, cæteris noſtris Vicariis perpetuis ſpectantibus pariter et conceſſis, et quomodolibet ſpectare et pertinere potentibus. Adjiciendo ulterius, et ſibi, et filiis, hæredibus et ſucceſſoribus in Marchionatu concedendo hoc noſtro Imperiali edicto et decreto, quod ipſe Alphonſus, hæredesque et ſucceſſores in Marchionatu in perpetuum, inde poſſit et poſſint per totum Rom. Imperium, et ubique locorum creare, facere, et ordinare tabelliones, ſeu notarios publicos, cum omnimoda poteſtate et Juriſdictione ad hujuſmodi tabellionatus officium ſpectantibus et ſpectare potentibus, et eoſdem cum penna et calamario, et tabellionatus officio inveſtire, prout moris eſt, dum tamen ad practicam et exercitationem hujusmodi officii ſufficientes, habiles et idoneos eſſe noverint, ſuper quo ſuam et ſuorum hæredum et ſucceſſorum, ut ſupra, ſemper oneramus conſcientiam; nec non creandi et ordinandi, et inſtituendi Judices ordinarios juxta Sacra Legum ſtatuta, cum omnimoda Juriſdictione, et poteſtate ad hujuſmodi Judices ordinarios ſpectantibus & conceſſis, dummodo ab his Notariis, & tabellionibus & Judicibus ordinariis per ipſum Alphonſum Marchionem, vel per quemlibet ſuorum hæredum & ſucceſſorum, ut ſupra, creandis, ut præmittitur vice & nomine Sacri R. Imperii, & pro ipſo Romano Imperio, & omnibus Succeſſoribus Noſtris debitum fidelitatis recipiendum corporale, et proprium juramentum in hunc modum, videlicet quod erunt Nobis, & Sacro Romano Imperio, & omnibus ſucceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibꝰ, legitime intrantibus fideles, nec unquam erunt in Conſilio, ubi periculum Noſtrum et Noſtrorum Succeſſorum tractetur; ſed bonum et ſalutem noſtram defendent, & promovebunt, damna noſtra pro ſua poſſibilitate evitabunt; & avertent propterea tam publica, quam privata Inſtrumenta, ultimas voluntates, codicillos, teſtamenta, quæque judiciorum acta, atque omnia & ſingula, quæ illis, & cuilibet ipſorum ex debito dictorum officiorum facienda

cienda occurrerint, vel scribenda juste, pure, vel fideliter, omni simulatione, machinatione, falsitate, & dolo remotis, scribent, legent, & facient, non attendendo odium, pecuniam, munera, vel alias passiones, aut amicitias, vel favores; scripturas vero, quas debebunt in publicam formam in membranis mundis, non in cartis abrasis, atque papiris fideliter conscribent, legent, facient, & dictabunt, causasque Hospitalium, Orphanorum, Viduarum, & miserabilium personarum; nec non pontes, et stratas publicas pro viribus promovebunt, sententias et dicta testium donec publicata fuerint, sub secreto fideliter retinebunt, et omnia, et singula recte et juste facient, quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebant de consvetudine, vel de jure; quodque hujusmodi Notarii publici, seu Tabelliones et Judices, per ipsum, et quemlibet suorum hæredum et successorum in Marchionatu, ut supra creati et facti, possint per totum Romanum Imperium facere, conscribere et publicare contractus, judicia, instrumenta et ultimas voluntates, decreta et auctoritates interponere, in quibuscumque contractibus illa vel illis requirentibus, ac omnia alia et singula facere, publicare et exercere, quæ ad officium publici Notarii, seu Tabellionis et Judicis ordinarii pertinere et spectare noscuntur; item eadem auctoritate Cæsarea, ut supra, ex certa scientia, ut supra, eidem Alphonso et cuilibet suorum hæredum et successorum in Marchionatu, ut supra, plenissime, et omnimodam Jurisdictionem concedimus, et impertimur creandi, constituendi, et ordinandi tutores, curatores pupillis, et minoribus, et quibuscumque curatoris indigentibus, eisque administrationem decernere bonorum, et auctoritatem interponere in casibus opportunis. Insuper eadem auctoritate Cæsarea, et potestate eidem Marchioni, filiis, hæredibus et successoribus in Marchionatu, ut supra concedimus, et largimur auctoritatem, potestatem Bailiam, & Jurisdictionem, quod possit et valeat naturales, bastardos, spurios, manseres, notos, incestuosos, copulative et disjunctive, aut quoscumque alios ex illicito & damnato coitu procreatos, viventib⁹ eorum parentibus, seu etiam mortuis, legitimare, filiis tamen Principum, Comitum, et Baronum dumtaxat exceptis, et eos ad omnia Jura legitima restituere et reducere, omnemque geniture maculam penitus abolere, ipsos restituendo ad omnia et singula successionum jura, etiam ab intestato, cognatorum et agnatorum bonorum honores, dignitates, et ad singulos actus legitimos, ac si essent de legitimo matrimonio procreati; dummodo tamen legitimationes hujusmodi per ipsum Alphonsum, et suos, ut præmittitur, hæredes et successores faciendæ non præjudicent filiis legitimis hæredibus, quin ipsi legimandi cum legitimis portionibus succedant parentibus et agnatis, non obstantibus in prædictis aliquibus legibus, constitutionibus particularibus, statutis, seu consuetudinibus in contrarium facientibus, quibus omnibus & cuilibet ipsorum volumus expresse motu proprio, & ex certa scientia derogari; ac etiam non obstantibus in prædictis aliquibus legibus, & aliis, etiamsi talia essent, quæ deberent exprimi, & de eis fieri mentio specialis, & de verbo ad verbum, quibus obstantibus, seu obstare volentibus in hoc casu dumtaxat ex certa scientia, & de nostra plenitudine potestatis, ac Regiæ & Imperialis voluntatis rationabiliter derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes has, etiam in bonis paternis & maternis, & quorumcunque ascendentium & descendentium, & collateralium agnatorum, & cognatorum propriis allodialibus, feudalibus, prædialibus, civilibus, & laicis, juribus, honoribus, dignitatibus acquisitis, & acquirendis, ex testamento, vel ab intestato, vel aliter succedant, & succedere possint & valeant, & tanquam de legitimo matrimonio editi & concepti agnatis et cognatis, affinibus & propinquis parentum suorum in quovis gradu, seu linea constitutis, agnati & cognati, affines, & propinqui reperiantur, & reciproce ipsi ad omnes & singulos actus legitimos, privatos, publicos, & civiles, ac nobiles, officia, beneficia, dignitates & honores, si se casus præbuerit, præmissis tamen proximioribus & legitimis hæredibus, & suis Juribus, & portionibus nolumus aliquod præjudicium generari, piscationum, & venationum, & aquæ ductuum, omnia Jura, & interesse, quæ, & pro viribus nostris condonavimus, ac etiam Alphonso, suisque filiis, hæredibus & successoribus in Marchionatu, ut per ditionem Romani Imperii, impertimur. Inhibentes igitur, & mandantes, & Imperiali Edicto firmiter sancientes universis & singulis Principibus, Marchionibus, Communitatibus, Ducibus, Baronibus, Nobilibus, Civitatibus, cæterisque hominibus, personis parvis & magnis, cujuscumque status, dignitatis, vel conditionis existant, firmiter, & directe mandando, ne quovis modo in prædictis ipsi Alphonso Marchioni, suisque filiis & successoribus in Marchionatu, ut supra concessis, antiquis per Prædecessores nostros, tam per nos confirmatis, quam per nos etiam de novo concessis, & indultis, ut supra; sibi jus audeant vindicare, vel de ipsis quovis modo impedire, quia præter indignationem nostram, pœnam centum librarum auri puri procul dubio sustinebunt, quicumq; in prædictis, vel aliquo prædictorum temerario attentaverit contraire, quarum librarum medietatem fisco nostro; reliqua vero medietas prædicto Marchioni & suis filiis, hæredibus & successoribus, ut supra persolventur, non obstantibus aliquibus investituris, privilegiis, seu gratiis concessis alicui personæ singulariter cujuscumque status, qualitatis seu conditionis existant; seu quocumque collegio, civitate, seu communitate, quocumque vacabulo censeantur, vel in posterum concedendis, quæ & quas, ex nunc tollimus, ac etiam annullamus, eaque de certa nostra scientia, & de plenitudine nostræ Regiæ Majestatis et potestatis, etiam absolutæ, & quantum præsentibus nostris confirmationibus & con-

concessionibus ac donationibus, infeudationibus, privilegiis & gratiis obviare, derogare, & contrafacere videantur, decernimus, edicimus & statuimus, nullius esse in antea roboris & momenti, etiamsi de eis expressam oporteret facere mentionem de verbo ad verbum, quæ pro expressis, & nunc haberi volumus & censemus. Testes autem hujus rei & concessionis sunt: Rudolphus, Princeps de Analth, Comes Ascaniæ, Henricus de Surfcengs, Marescalcus Curiæ nostræ, Joannes de Cuterdungs, Galeotus de Mirandula, Comites, Henricus Pruererchens, Baron Stetembig, Angelus de Florentia, Orator Ducis Mediolani, Jacizerd, Capitaneus noster Burgoviæ, & alii quamplures fide digni Consiliarii, & fideles nostri dilecti; & in quorum omnium fidem, et testimonium præmissorum has literas Regalis Sigilli nostri munimine jussimus & fecimus communiri. Datum Grupello, Papiæ Comitatus, die octava mensis Decembris, Anno Domini millesimo, quadringentesimo nonagesimo sexto, Regnorum nostrorum Romani undecimo; Hungarici vero septimo feliciter, amen. MAXIMILIANUS. Ad mandatum Domini Regis proprium, deinde *per me &c. Stuitzer*, Cancellarius, in Consilio Regio subscriptum est istud Privilegium.

IX.

Instrumentum Confessionis Dotium Dominæ Lucretiæ de Carretto, in commodum Domini Thomasini de Carretto, Domini Spigni, confectum, d.d. 15. Nov. An. 1508.

In Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo quingentesimo octavo, Indictione undecima, die quinta decima mensis Novembris. Actum in Castro Ponti, & in parte infrascripti Magnifici Domini Christophori, in quadam Sala, quæ est deversus Villam Ponti; præsentibus egregiis viris, Magistro Jeronimo Jaborello de Spigno, habitatore Ponti, & Francisco Guarena de dicto loco Ponti, testibus notis & idoneis ad infrascripta omnia vocatis et rogatis. In quorum, & mei Notarii infrascripti præsentia ibidem præsens prædict⁹ Magnificus Christophorus de Carretto ex Condominis Ponti, sponte et ejus certa scientia, et non per errorem Juris, vel facti, et pro se, et hæredibus suis solemniter obligando, fuit confessus et contentus habuisse et recepisse à Magco D. Thomasino de Carretto, Condomino Spigni, socero suo, nomine et occasione dotium Magcæ Dnæ Lucretiæ filiæ ipsius D. Thomasini, et uxoris præfati Dni Christophori, solventi, et qui solvit, ut partes ipsæ dixerunt, in pluribus et diversis partibus et vicibus, florenos mille et centum monetæ Savonæ, de quovis decem scilicet, pro floreno, in quibus florenis mille centum dictæ monetæ computantur, et fuisse dicunt floreni centum quinquaginta dictæ monetæ, receptis, et habitis, per prædictum D. Christophorum à spectabili Dno Aloysio de Carretto, filio prædicti Dni Thomasini, et nomine ejusdem, et in solutionem dotium prædictarum, ut et dixerunt partes ipsæ, de quibus florenis centum et quinquaginta, et de eorum receptione idem D. Christophorus, dixit apparere appocam scriptam manu propria ipsius, renuntiando exceptioni dictæ dotis non numeratæ, et non habitæ, ac receptæ, ut supra, et omni alii, Juris quam dotis, una cum florenis quatuor centum pro antefacto, prædictus Magcus D. Christophorus per se et suos hæredes promisit prædicto Dno Thomasino, et dictæ Dnæ Lucretiæ, uxoris suæ, ibidem præsentibus, stipulantibus, et acceptantibus, pro ipsa Dna Lucretia, et ejus hæredibus, et solemniter convenit restituere in omnem casum et eventum dotis, et qualiscunque restituendæ prædictæ Dnæ Lucretiæ, vel hæredibus ejus, aut illi, vel illis, cui, vel quibus Jus et causus dederit, sub pœna dupli, dictæ quantitatis etc. quâ solutâ, vel non, et sub obligatione bonorum suorum etc. pro quibus et singulis firmiter attendendis, et observandis prædictus D. Christophorus obligavit per se, et suos hæredes, prædictus D. Thomasinus, et Lucretia stipulantibus, ut supra: omnia sua bona præsentia et futura, et specialiter totam tenutam proprietatem pratorum, nemorum, sive Zerborum ac Castagneorum ipsius D. Christophori acquisiti ut dixit per hunc qvond. Dnum Joannem de Carretto, Genitorem prædicti Dni Christophori, sitorum super finibus Ponti, ubi dicitur ad Clapetam, capiendo dictam tenutam à possessione hæredum Antonii Quirulli, quæ est deversus Pontum, et inde versus Bistagnum, et via qua itur ad Locum Bistagni, usque ad aliam viam vicinalem, quæ est in capite dictæ tenutæ, per quam itur ad contractum de puteo. Item supradictis finibus aliam petiam terræ, ubi dicitur ad puteum, cui inhæret via, et illi de Podio. Idem, ad vineam doneam aliam petiam terræ, cui inhæret via, et Dnus Luchinus, et fratres, et ipsemet Dominus Christophorus supradictus, pro tenuta Castri. Item aliam petiam terræ vineæ et orti, quæ dicitur vinea de navi, cui inhæret via, illi de Baccinis, et Dominicus Pastanellus, salvis aliis etc.

Ita tamen, quod generalitas specialitati non deroget, nec è contra, sed una per alteram corroboretur; & quas proprietates prædictus D. Christophorus constituit se nomine & vice dictæ Dnæ Lucretiæ & ejus hæredum tenere & possidere, donec quousque quam accipiens &c. promittens de revixione, una & cum omnibus clausulis, & solemnitatibus debitis, & in similibus opportunis, pro quibus omnibus observandis, obligavit omnia bona sua mobilia & immobilia, præsentia & futura, de quibus omnibus & singulis tam prædictus D. Thomasinus, & Lucretia, quam dictus D. Christophorus jusserunt fieri Instrumentum etiam dictamine sapientis.

Ego Gilardus de Berrutis de Ponto Aquensis Diœcesis publicus Imperiali authoritate Notarius supradictum Instrumentum de protocollis,

lis, sive filii qvondam Thomasini Ghiliatis de Cartosio habitatore hujus loci Ponti Notarii publici existens penes me vigore licentiæ à Mag^cis D^nis hujus loci Ponti concessa, constante de eo publico Instrumento fieri rogato, spectabili D^no Joanni Francisco Babo, Notario de Monte bono, ad quod nihil addito, vel nil diminuto, quod sensum vincet, vel mutet intellectum, nisi forte punctum, vel syllabam, ipso cum Originali diligenter auscultato, & concordare reperi, scripsi & me subscripsi, cum appositione mei soliti Tabellionatus signi, in Testimonium veritatis.

Suprascriptum Exemplum Testamenti concordat cum authentico, à quo licet existet &c. penes Illustrissimum D. Christophorum Carrettum Condominium loci Ponti, & pro fide hic me manualiter subsignavi. Salis datum Aquis die 18. Febr. 1671.

Ego Bartholomæus Mignotus, Civis & Notarius Aquæ &c.

Concordat cum Archivo Imperiali Aulico, id quod hic attestor. Viennæ 28. Maji 1698.

(L. S.)

Tomasinus de Caretto Marchio Spigni.

- Aloysius.
  - Catharina. (Uxor Marci Asinarii.)
    - Aloysius.
      - Marcus Antonius.
        - Federicus ultimus defunctus.
- Thomas.
- Lucretia Uxor Christophori de Carretto Condomini Ponti.
  - Nicolaus Urbanus Octavianus. Antonia Uxor Matthæi de Carretto Montisbaldoni.
    - Christophorus.
      - Percival.
        - Christophorus & Bonifacius superstites.

Concordat cum Archivo Imperiali Aulico, id quod hisce attestor. Viennæ 28. Maji Anno 1698.

(L. S.) *Rab. Herm. de Bertram, Secretar. & Archiv.*

X.

Ferdinandi I. Romanorum Imperatoris, Diploma, in quo Manfredum, Aleranum & Melchiorem; item Alexandrum, Thomam ac Manfredum, fratres atque patrueles, Marchiones de Carretto, non solum de Corzegni Cerreti, Argnelli & Clavanzanæ Castris atque Locis, nec non omnibus illorum juribus & annexis, investivit; verum etiam eorum Privilegia, ac in primis illud, quod à Sigismundo, Romanorum Imperatore, An. 1426. est indultum, confirmavit, d. d. ultim. Octobr. An. 1560.

FErdinandus Divina favente clementia electus Roman. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Marchio Moraviæ, &c. Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum. Ad perpetuam rei memoriam. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum nobis humiliter expositum fuerit ex parte nobilium nostrorum & Sacri Imperii fidelium dilectorum Manfredi, Alerami, & Melchioris filiorum quond. Georgii fratrum, & Alexandri, Thomæ ac Manfredi fratrum De Carretto ex Marchionibns Savonæ ipsos & Antecessores ipsorum à tanto tempore, ut memoriam hominum excedat, semper recognovisse ac recognoscere immediate à Divis prædecessoribus nostris Roman. Imperatoribus ac Regibus ac Sacro Romano Imperio Castra & Loca Corzegni, Cerreti, Arguelli & Clavanzanæ in nobile, Gentile, rectum, avitum & paternum feudum cum suis territoriis Marchionali dignitate, & cum omnimoda jurisdictione meroque et mixto Imperio, ac gladii potestate primaque & secunda cognitione, & appellatione quarumcunque causarum civilium & criminalium, aliisque omnibus & singulis juribus, regalibus et pertinentiis ad dicta feuda spectantibus et pertinentibus, et propterea idem Manfredus, et fratres, nec non Alexander, postquam intellexerunt, nos Dei beneficio ad absolutum Sacri Imperii gubernium pervenisse, constituerint et decreverint pro eorum debita erga nos et Sacrum Imperium fide et observantia præstare, quæ ipsis tanquam fidelibus Sacri Imperii Vasallis præstanda incumbunt, defuncto præsertim Georgio, præfati Manfredi et fratrum suorum antenominatorum Patre, adeoque nobis humiliter supplicaverint, ut dignaremur ipsos de parte et partibus dictorum Locorum et Castrorum, ac feudorum Corzegni, Correti, Arguelli et Clavanzanæ eis et unicuique eorum respective spectantibus et pertinentibus cum eorumdem territoriis, mero et mixto Imperio cæterisque juribus supranominatis universis à Cæsarea nostra benignitate investire, juxta tenorem antiquarum investiturarum, et alia quoque omnia et singula privilegia, exemptiones et immunitates progenitoribus suis per prædecessores nostros, et præsertim per Divum quondam Cæsarem Sigismundum concessas, confirmare, approbare et innovare, prout in ejusdem quondam Divi Cæsaris Sigismundi diplomate et rescripto continetur, cujus tenor sequitur, et est talis:

Inseratur supra adductum Privilegium Imp. Sigismundi de An. 1426.

Nos sane hujusmodi Supplicatione clementer suscepta, attendentes præfatorum de Carreto præclaram erga nos et Sacrum Imperium fidem ac studium egregiaque obsequia, quæ eorum

 majores

majores divis prædecessoribus nostris Roman. Imperatoribus ac Regibus præstiterunt, et ipsi quoque supplicantes nobis et Sacro Imperio aliquando cum temporum rerumque status postulaverit, exhibere poterunt atque debebunt, animo deliberato ex certa nostra scientia, et de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine eosdem Manfredum, Aleramum et Melchiorem, fratres, & Alexandrum Thomam ac Manfredum de Carreto de parte, & partibus ejus, & quilibet eorum respective spectantibus & pertinentibus in dictis Castris, Locis, & feudis Gorzegni, Cerreti, Arguetti, & Clavanzanæ ac eorum territoriis, pratis, terris, nemoribus, cultis & incultis, venationibus, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, molendinis, fodriis, rodiis, censibus, angariis, decimis, pœnis, mulctis, bannis, & condemnationibus, bonorum devolutionibus hominumq; fidelitatibus cum dignitate Marchionali, mero et mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione et gladii potestate, ac prima et secunda cognitione, et appellatione quarumcunque causarum civilium et criminalium, ac cæteris juribus, regalibus et pertinentiis universis jure feudi nobilis, gentilis, antiqui, aviti et paterni, prout ipsorum prædecessores, ac maxime supradictus quond. Georgius ea omnia tenuerunt ac possederunt, et ipsi nunc tenent et possident, recepto prius à nostro et Sacri Imperii fideli dilecto Jo. Baptista Moratorio, eorum legitimo procuratore ad id speciale mandatum habente, ut ex fide Instrumentorum nobis constitit, nomine ac in animas illorum debito homagio ac fidelitatis et subjectionis juramento gratiose sicut digne, rite et recte possumus, investimus et infeudamus, nec non omnia et singula privilegia, exemptiones et immunitates progenitoribus suis per prædecessores nostros, et præsertim præfatum Serenissimum quond. Cæsarem Sigismundum progenitoribus ipsorum Manfredi, Alerami, et Melchioris, nec non Alexandri, Thomæ ac alterius Manfredi de Carreto, quond. Jo. Bartholomæi de Carreto concessas et donatas, et specialiter, quod nullus Princeps, Marchio, Comes, Baro vel quæcumque persona alia secularis cujuscunque conditionis existat, ipsum Manfredum et Alexandrum de Carreto, ac prænominatos utriusque fratres eorumq; hæredes et in dicto feudo successores pro quacunque causa civili vel criminali, coram quocunque Judice audeat evocare, in causam trahere quocunque quæsito colore seu ingenio, præterquam ad nostram seu successorum nostrorum Imperialem præsentiam vel ad præsentiam nostri et Imperii Sacri generalis Vicarii, qui pro tempore fuerit, et habuerit vices nostras Imperii gubernandi. Item quod ubi reperientur aliqui thesauri absconditi in terris dictorum de Carreto, illi sint absque ullo impedimento ipsorum usibus applicati, quodque, pro maritandis filiabus, & honesta dote eis constituenda, subditis suis datium imponere & certam pecuniarum summam ab eis recipere. Similiter, si peregrinationis causa limina Sanctorum visitare voluerint, possint hominibus & subditis suis taxam realem & condignam imponere, pro expensis faciendis, cum quibus honorifice transire valeant, & redire. Et si fortalitia, vel Castra ædificare & reædificare voluerint, ex tunc homines sui ipsos juvare, eisque cum personis, bestiis, contributionibus, & aliis oneribus quibuslibet, juxta facultatem suam, eis subvenire teneantur. Quodque tertia pars Gabellarum in ipsorum terris & jurisdictionibus impositarum, seu imponendarum ad ipsos de Carreto pertinent, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, & verborum expressionibus, eorum tenores hic pro sufficienter expressis habere volumus, confirmamus, approbamus, &, quatenus opus est, illa omnia, prout ipsi Manfredus & Alexander de Carretto ac prænominati eorum fratres illa nunc tenent & possident, seu quasi de novo concedimus. Decernentes & hoc nostro Cæsareo statuentes edicto, privilegia, exemptiones & libertates præfatas in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, & verborum expressionibus, ut supra, validas, ratas, firmas & perpetuas esse & censeri, & inviolabiliter observari debere in Judicio, & extra. Decernentes irritum & inane, si secus à quopiam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit, quicquam attentari. Non obstantibus in præmissis quibuscunque feudorum & aliis legibus, statutis, decretis, constitutionibus, ordinationibus, consuetudinibus & veterum ac recentium investiturarum, quatenus præsentibus contrariantur, & non obstante quacunque caducitate, aut lapsu temporis, quem præfati Manfredus & Alexander, ac fratres, aut eorum prædecessores ob non acceptas debito tempore investituras, aut ex quacunque alia causa incurrissent, seu incurrisse potuissent, aut aliis in contrarium facientibus quibuscunque, quibus omnibus & singulis, etiam si talia forent, de quibus in præmissis specialis & individua mentio fieri deberet, scientia, auctoritate & potestate præfatis derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes. Supplentes omnes & quoscunque defectus tam juris, quam facti, & cujuscunque solemnitatis intrinsece vel extrinsece formalis de jure, vel consuetudine requisitæ, si qui forsan in præmissis intervenissent, aut intervenisse dici aut allegari possent; Nostris tamen & Imperii Sacri, & cujuslibet alterius juribus in præmissis semper salvis. Hac insuper conditione & lege adjecta, ut præfati Manfredus, & Alexander de Carretto, ac eorum fratres supranominati, atque eorum hæredes & successores præfata feuda à nobis & Successoribus nostris, quotiescunque casus tulerit, in feudum recognoscant, debitumque juramentum, prout ipsi prænominati Manfredus & Alexander, fratres, per præfatum procuratorem suum nobis præstiterunt, præstare teneantur, dolo & fraude semotis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis, approbationis, ratificationis, investituræ, infeudationis, decreti, derogationis, suppletionis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire.

travenire. Si quis autem id attentare præsumpserit, præter nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam pœnam quadraginta marcharum auri puri totiens, quotiens contrafactum fuerit, se noverit ipso facto incursurum; pro dimidio Imperiali fisco seu ærario nostro, reliqua vero parte injuriam passorum usib⁹ irremissibiliter applicanda. Harum testimonio Literarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennæ, die ultima mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, quingentesimo sexagesimo, Regnorum nostrorum Romani trigesimo, aliorum vero trigesimo quarto.

XI.

Rudolphi II. Roman. Imperatoris, Investiturarum & Privilegiorum à Divo quondam Imperatore Friderico I. Marchionibus de Carretto-Savona A. 1162. concessorum, & à Serenissimis ejusdem Successoribus Friderico II. An. 1220. Carolo IV. An. 1355. Maximiliano I. An. 1496. Carolo V. A. 1529. & 1536. ac denique Ferdinando I. A. 1564. approbatorum atque auctorum confirmatio, d. d. ult. Aug. An. 1577.

RUdolphus Secundus Divina favente clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ et Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgundiæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum.

Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis; quod, cum Illustris Noster & Imperii Sacri Princeps fidelis dilectus, Alphonsus de Carreto, Marchio Savonæ, Clavexanæ & Finarii, Nobis humiliter exposuerit, primogenitores suos quondam Savonæ, Clavexanæ & Finarii Marchiones, à Divis olim Prædecessoribus Nostris, Romanorum Imperatoribus ac Regibus de dictis Marchionatibus, ac aliis castris, villis & locis in rectum, justum, nobile & antiquissimum feudum, secundum ordinem investituræ investitos fuisse, quæ ad ipsum jure Primogenituræ devoluta sint, ut puta Castro, Burgo & Villis Finarii, Castro Franco, cum districtu & territorio, tam in mari, quam in terra, Castro & Castellania Vallis Pretii, cum jurisdictione & potestate etiam ponendi & removendi Consules, Castro, Burgis & Villis Carberarum & Bugilli, medietate castri villarum & loci Cameiranæ, Castro loco & Villis Parodii, Castro & Villis Mervaldi, Castro & Burgo Maximini, parte Rochetæ, Cingii, Castro & Villis Rivernalis, Cenexii & Arnaschi, aliorumque Castrorum, Villarum & locorum, de quibus in divorum Prædecessorum nostrorum investituris, inferius insertis, cum juribus ipsorum feudorum, cum Boschis, pascuis, Fodris, Bannis, Offensis, Placitis, districtibus, Albergariis, Conditionibus, usibus, operibus, fructibus, censibus, redditibus, Angariis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, Piscationibus, Montibus, planitiebus, capturis, volucrum & beluarum, cultis & incultis, divisis & indivisis, ripis, paludibus, rupibus & rupinis omnibusque aliis & quibuscunque latius expressis in jam dictis Prædecessorum nostrorum investituris, & præterea etiam iisdem suis progenitoribus concessum fuisse totum illud jus honoris & regalium, quod ipsis divis Prædecessoribus Nostris Romanorum Imperatoribus ac Regibus pertinebat, vel quod habere debebat, in ipsa Marchia & locis prædictis, attamen salvis servitiis Imperio debitis, tum mero & mixto Imperio omnimoda, & gladii potestate, ac omnium causarum tam Civilium, quam Criminalium decisione, aliisque multis insignibus, privilegiis, gratiis & indultis, videlicet facultate & potestate ædificandi in ipsa Marchia Castra, Oppida & Fortalitia cujuscunque generis etiam facta conservandi, vel destruendi, seu pro libito voluntatis mutandi, ac deserta, vel quæ non inhabitata, excolendi, & habitabilia faciendi, occupata ab aliis propria etiam authoritate recuperandi, invadendi & offendendi, pedaggia imponendi, monetam cudendi, milites auratos, ac Doctores & Notarios creandi, Tutores & Curatores constituendi & ordinandi, naturales, bastardos, spurios, manseres, notos & incestuosos, & quoscunque alios ex illicito & damnato coitu procreatos legitimandi, & denique ordinatos & creatos fuisse perpetuos S. Imperii Vicarios in dictis Marchionatus Savonæ, Finarii & Clavexanæ, cæterisque eorum locis, Villis, Castris, Burgis & Jurisdictionibus, prout hæc omnia latius apparent in privilegiis Divorum quondam Imperatorum Friderici I. & Friderici II. Caroli IV. Maximiliani I. & Caroli V. Magni Patrui, & Avi Materni Nostri Charissimi, præclarissimæ recordationis, novissimè confirmatis per Augustæ memoriæ Divum Imperatorem Ferdinandum, Avum Paternum Nostrum observandissimum; Et proinde idem Illustris Marchio magnis precibus reverenter petierit, ut Nos quoque dignaremur memoratas concessiones Divorum Friderici I. & II, & secutam postmodum approbationem, innovationem & ampliationem Divorum Caroli IV. Maximiliani I. Caroli V. & Ferdinandi benigne approbare, confirmare, ac de novo, si opus sit, concedere, eo modo, quo Investituris infrascriptis continentur, & aliis quoque honoribus & indultis illustrare, amplificare, & exornare; Et denique ipsum Illustrem Alphonsum de prædictis Marchionatibus,

bus, Oppidis, Locis, Castris & Villis, juribus & pertinentiis in feudum liberum, justum, rectum, antiquum, & antiquissimum investire, cum mero & mixto Imperio, omnimoda Jurisdictione, & gladii potestate, omnique & plenaria tam Civilium, quam Criminalium causarum cognitione, & determinatione, ac jurisdictione, & quibuslibet emolumentis, tam in terra, quam in mari, omnibusque & singulis gratiis, privilegiis & concessionibus, sicuti in dictis Investituris & Rescriptis supranominatorum Divorum Imperatorum, Prædecessorum Nostrorum, descripta habentur, quorum tenor sequitur in hæc verba:

FErdinandus Divina favente clementia electus Romanor. Imperator semper Augustus, & Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum.

Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis. Quanquam Imperatoriam Celsitudinem ac Majestatem magnopere decet liberalitatem, & magnificentiam suam nullis tenere finibus circumscriptam, sed eam quam dilatissime effundere, exemplo summi ipsius Parentis, ac rerum & universi mundi opificis DEI optimi, maximi, à quo omnis in terra potestas, dignitasque proficiscitur, cujus immensa & inexhausta benignitas bona sua omnibus voluit esse communia. Existimamus tamen inprimis diligenter advertendum, ne munera, honores, & beneficia Imperialis culminis in quemque casu oblatum promiscue, aut citra delectum conjiciantur, sed pro cujuscunque dignitate & meritis distribuantur. In qua sane muneris parte divi Prædecessores nostri Romanorum Imperatores & Reges non passi sunt officium suum à benemeritis desiderari, quod intelligerent, non tam ad sustinendam, amplificandamque gloriam, & existimationem suam maxime pertinere, quam hujusmodi stimulis virtutem ipsam ali, & tam præsentes quam posteros ad recte vivendum, ad laudem & decus & eadem studia allici, inflammari atque incendi. Hunc laudatissimum Divorum Prædecessorum nostrorum morem & exemplum nos etiam quo loco & tempore hucusque secuti, in eandem curam et cognitionem semper incumbimus, ut optimi quique de nobis ac Sacro Romano Imperio, Inclitaque Domo nostra Austriæ præclare meriti viri, & præsertim qui Domi militiæque fortes, ac præstantes sese exhibuerunt & Illustri loco nati, avitam Nobilitatem, excellentiam, animi dotibus ac præclaris studiis comprobaverunt, intelligerent, se non male posuisse operam, quam nobis et Reipublicæ impendissent quin potius maximorum honorum præmia, beneficio virtutis, ab Imperiali splendore se adeptos esse lætarentur, eorumque Vestigiis posteri quoque insisterent, & ad eadem pulcherrima, & honestissima studia capessenda, plenis (quod ajunt) velis contenderent. Ejus vero benignæ mentis ac voluntatis nostræ declarandæ occasionem egregiam nacti sumus, in ornando Illustri nostro ac Sacri Romani Imperii Principe fideli dilecto, *Alphonso de Carreto*, Marchione Savonæ, Clavexanæ & Finarii, quam præter antiquissimam nobilitatem, tum proprias, tum parentum ac Majorum suorum virtutes, & præclara merita majorem in modum commendant, omnique gratia & clementia nostra dignum reddant. Ipse enim primogenitorum suorum longa annorum serie ad se transmissam, & veluti per manus traditam rerum fortiter ac sapienter gestarum gloriam nihil ab eorum virtutibus degenerando, ita omnibus locis & temporibus tueri, conservare et augere studuit, ut plane se dignum declaraverit, qui talibus majoribus procreatus esset, atque illi quidem, qua fide, integritate, constantia, ac fortitudine Divos quondam Prædecessores nostros, & Sacrum Imperium, belli pacisque tempore coluerint, qua animorum promptitudine, & alacritate gravissima quæque Salutis & fortunarum pericula subierint nimis longum foret sic singulatim commemorare, cum id abunde testentur multa eaque amplissima privilegia indulta, & gratiæ quae illis subinde ab Imperatoribus concessae fuere, nec opus sit jam inde ob origine rem altius repetere, & clarissimorum virorum, qui ex ista insigni familia, veluti ex equo Trojano, diversis temporibus prodierunt, longiorem aliquam historiam texere, eorum tamen virtus qui Patrum Nostrorum memoria floruerunt jure quodam suo postulare videtur, quod nominatim elogio nostro praedicetur, & veluti quibusdam solis radiis illuminata, atque è tenebris quodammodo eruta quasi ad vitam iterum revocetur: Fuerunt enim (quemadmodum accepimus) inter majores praedicti Marchionis praeclari quidam viri, qui in utroque ordine, Sacro nimirum & Ecclesiastico, atque etiam profano, sive saeculari, in amplissimo dignitatis gradu collocati, maxima virtutum suorum documenta: Ac fuit inter alios, ne totam seriem, à capite arcessamus, Carolus de Carreto, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Vir, ut Nobis relatum est, Clarissimus idemque praestantissimus, qui sibi ad eum honoris et dignitatis gradum doctrinae Excellentia, prudentia, vitaeque morumque probitate, ac summa Religione viam munivit, deinde vero, post ademptam dignitatem, ita vixit, ut aliis sui ordinis proceribus innocentiae & sanctimoniae certa quasi proposita esse norma videretur: Fertur hic habuisse fratrem Fabritium de Carreto in dissimili vitae genere,

genere, ita sui similem, ut si utriusque bonitas, ac sapientia spectetur, fere aliter dici merito non potuerit, quam eas quae in fratre eminebant, virtutes, praestantis quoque rei militaris scientiam, pari juncta prudentia, claruisse in altero fratre &, cum usus postularet, et tam mari, quam terra, sive ducis, sive privati militis implendum esset munus, talem se praebuisse, ut, meliorne Dux, an miles fuerit, dubium omnibus reliquerit: quibus ejus virtutibus perfectum est, ut ultro libentissimis omnium animis ad Hierosolymitanorum Equitum summum magistratum expeteretur, atque adeo pertraheretur, eum Illustrem Magistratum ita gessisse perhibetur, ut maximum sui desiderium strenuis, ac Nobilibus illis Equitibus reliquerit iisque se se honestatis, fortitudinis, et constantiæ atque prudentiæ Magistrum et Ducem, ac sui amantissimum veluti parentem exhibuerit. Qui dum Turcam perpetuum, et potentissimum Christiani nominis hostem terra marique modo oppugnando, modo oppugnantem repellendo, ac Insulam Rhodon ab ejus impetu salvam servando, rabidasque illius Vires fregit et irritas fecit, nonne accerrimum se, non jam sanctæ tantum illius societatis, sed universi prope dixerim Orbis Conservatorem et Vindicem præbuit? At quid tam magnum atque admiratione dignum afferri potest, quod non optimo jure in Alphonsum, Marchionem horum duorum fratrem, Joannis Marchionis patrem, hujus vero, de quo sermo est, alterius Alphonsi Avum cadere possit? Joannes autem, Alphonsi illius filius, postremi hujus pater, nihil suis Majoribus indignum aggressus, sed ad summa semper nitens gravissimis caput suum periculis subjiciens, sub auspiciis Divi quondam Caroli V. Imperatoris, Augustæ memoriæ Fratris, et Domini nostri Charissimi, in expeditione Tunetana vitam ipsam profundere, et honestissimam mortem pro Christi religione tuenda, ac propugnanda oppetiit; His tamen Claris et Illustribus natus Progenitoribus Alphonsus, dum et ipse dies noctesque in eam curam sollicitus incumbit, qua maxima ratione insitam animo et quasi ingeneratam virtutem exerceret, in Cæsaream nostram Aulam se contulit, ubi per quinquennium ita se omnibus probavit, ut et summam omnium laudem, et benevolentiam consecutus sit. Cum autem sese præbuit, tum alias semper, tum vero præterito anno, quo Serenissimus Princeps, Rex Maximilianus, filius Noster Charissimus, Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ diademate insignitus est, ut plenè omnibus testatum reliquerit, se dignum omnino esse, quem Nos specialibus Gratiis ac Privilegiis prosequeremur. Cum igitur jam dictus Illustris Alphonsus Marchio Nobis humiliter exposuerit, Primogenitores suos quondam Savonæ, Clavexaniæ & Finarii Marchiones à Divis quondam Prædecessoribus Nostris, Romanorum Imperatoribus ac Regibus, de dictis Marchionatibus, ac aliis Castris, Villis & locis in rectum, justum, nobile & antiquissimum feudum, secundum ordinem Primogenituræ investitos fuisse, quæ ad ipsum jure Primogenituræ devoluta sint, ut puta Castro, Burgo & Villis Finarii, Castro Franco, cum districtu & territorio, tam in mari, quam in terra, Castro & Castellania Vallis Retii cum jurisdictione & potestate etiam ponendi & removendi Consules, Castro, Burgo & Villis Carcherarum & Bugilli, medietate Castri Villarum & loci Cameiranæ, Castro, loco & Villis Parodii, Castro & Villis Mervaldi, Castro & Burgo Maximini, parte Rochetæ, Cingii, Castro & Villis Rivernalis, Cenexii & Arnaschi aliorumque Castrorum, Villarum & locorum, de quibus in Divorum Prædecessorum Nostrorum Investituris, inferius insertis, cum juribus ipsorum feudorum, cum Boschis, pascuis, Fodris, Bannis, Offensis, Placitis, districtibus, Albergariis, Conditionibus, usibus, operibus, fructibus, censibus, redditibus, angariis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, montibus, planitiebus, capturis volucrum & beluarum, cultis & incultis, divisis & indivisis, ripis, paludibus, rupibus & rupinis omnibusque aliis & quibuscunque latius expressis in jam dictis Prædecessorum Nostrorum Investituris, & præterea etiam iisdem suis progenitoribus concessum fuisse totum illud jus honoris & Regalium, quod ipsis Divis Prædecessoribus Nostris, Romanorum Imperatoribus ac Regibus, pertinebat, vel quod habere debebat, in ipsa Marchia, & locis prædictis, attamen salvis servitiis Imperio debitis, cum mero & mixto Imperio, omnimoda jurisdictione, gladii potestate, ac omnium Causarum, tam Civilium, quam Criminalium decisione aliisque multis insignibus, privilegiis, gratiis, indultisque: videlicet facultate & potestate ædificandi in ipsa Marchia Castra, oppida & fortalitia cujuscunque generis, & jam facta conservandi, vel destruendi, seu pro libitu voluntatis mutandi, deserta, vel quæ non inhabitata excolendi, & habitabilia faciendi, occupata ab aliis propria etiam authoritate recuperandi, invadendi & offendendi, pedagia imponendi, monetam cudendi, milites aureatos, ac Doctores & Notarios creandi, Tutores & Curatores constituendi & ordinandi, Naturales bastardos, spurios, notos, incestuosos, & quoscunque alios ex illicito & damnato coitu procreatos legitimandi, & denique ordinatos & creatos fuisse perpetuos Sacri R. Imperii Vicarios in dictis Marchionatus Savonæ & Clavexanæ cæterisque eorum locis, Villis, Castris, Burgis & Jurisdictionibus, prout hæc omnia latius apparent in privilegiis Divorum quondam Imperatorum, Friderici I. Friderici II. Caroli IV. & Maximiliani I. præclarissimæ recordationis novissime confirmatis per Augustæ memoriæ Divum Carolum V. Fratrem, & Dominum nostrum Charissimum, & proinde idem Illustris Marchio magnis precibus reverenter petierit, ex quo hæc omnia vigore Primogenituræ post mortem quondam Patris sui supra nominati ad se devoluta sunt, ut nos quoque dignaremur memoratas concessiones Divorum Friderici I. & II. & secutam post-

postmodum approbationem, innovationem, & ampliationem Divorum Caroli V. Maximiliani I. & Caroli IV. benigne approbare confirmare, ac denuo si opus sit concedere eo modo, quo Investituris infrascriptis continentur, & aliis quoque honoribus, gratiis, beneficiis, libertatibus, facultatibus, concessionibus, indultis, illustrare, amplificare, & exornare, & denique ipsum Illustrem Alphonsum de prædictis Marchionatibus oppidis, Castris, locis et Villis, juribus, ac pertinentiis in feudum liberum, justum, rectum antiquum, & antiquissimum investire cum mero, & mixto Imperio omnimoda jurisdictione, & gladii potestate, omnique & plenaria causarum tam civilium, quam Criminalium cognitione et determinatione ac jurisdictione, & quibuslibet emolumentis tam in terra, quam in mari, omnibusque & singulis gratiis, privilegiis & concessionibus, sicut in dictis Investituris & rescriptis supra nominatorum Divorum Imperatorum Prædecessorum Nostrorum descripta habentur, quorum tenor sequitur in hæc verba.

CArolus Quintus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Arragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Valentiæ, Gallitiæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbiis, Algericæ, Giberaltarii ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ ac Indiarum, ac Terræ firmæ, Maris Oceani &c. Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotaringiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtembergæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ &c. Comes Flandriæ, Haspurgi, Tyrolis, Barchinoniæ, Arthois & Burgundiæ, Comes Palatinus, Hanoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferretis, Kyburgi, Namurci, Rossilionis, Ceritaniæ, & Zutphaniæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Burgoviæ, Oristani, & Gotiani, & Sac. Rom. Imperii Princeps Sveviæ, Cathaloniæ, Asturiæ, &c. Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Biscajæ, Molinæ, Salinarum, Tripoli, & Mechliniæ &c.

Ad futuram rei memoriam. Quod cum Illustris sincerus Noster Dilectus *Andreas de Auria*, Commissarius & Capitaneus Noster in Mari Mediterraneo, & Pereta de Doria Conjuges, Princeps Melfiæ, Tutores, & pro tempore Curatores Nobilis Nostri & Imperii Sacri fidelis dilecti *Alphonsi de Carreto*, Marchionis de Finarii, Primogeniti quondam Joannis, Marchionis novissime defuncti, à Nobis humiliter petierit, nomine quo supra, ut ipsum Alphonsum jure Primogenituræ de feudo Nobili antiquo, avito, & Paterno videlicet Castri, Burgi & Villarum Finarii, Castri Franco, cum districtu & territorio, tam in mari, quam in terra Castri Castellaniæ, Vallis Retii, cum jurisdictione & potestate, etiam ponendi & removendi Consules, & Castri, Burgi, & Villarum Carcherarum & Bugilli, medietatem Castri, Villarum & loci Cameiranæ, Castri, loci, & Villarum Parodii, Castri & Villarum Merualdi, Castri & Burgi Maximini, partis Rochettæ Cingii, Castri & Villarum Rivernalis, Cenexii, & Arnaschi, cum juribus ipsorum feudorum cum jurisdictione mero & mixto Imperio, & omnimoda gladii potestate omnium jurium & jurisdictionum, Civitatum, Oppidorum, Castrorum, possessionum, vasallorum & feudorum, cum boschis, pascuis, fodris, bannis, offensis, placitis, districtibus albergariis, conditionibus, usibus, operibus, fructibus, censibus, redditibus, angariis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, montibus, planitiebus, Captiis volucrum, & Belluarum, cultis & incultis, divisis, vel indivisis, ripis, paludibus, rupis, & rupinis, quæ & quas tam præfatus ejus Genitor Joannes de Carretto, Marchio Finarii, quam etiam Antecessores sui tenebant & possidebant, convenerunt, & possederunt, prædictum Alphonsum pro se, & filiis suis masculis & successoribus in perpetuum legitime descendentibus, servata semper prærogativa Primogenituræ, investire nec non quascunque concessiones, prærogativas, gratias, privilegia & indulta concessas & à nobis confirmatas & confirmata, & specialiter omnia & singula contenta & expressa in privilegio Nostro præfato quondam Joanni Marchioni Finarii per Nos concesso, sub hoc tenore:

CArolus Quintus, Divina Favente Clemencia Electus Romanor. Imperator semper Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Aragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galitiæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algeciræ, Gibraltariæ ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ & Indiarum, ac Terræ firmæ, Maris Oceani &c. Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtembergæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ &c. Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Barchinoniæ, Artois &c. & Burgundiæ, Comes Palatinus Hanoniæ, Holandiæ, Seelandiæ, Ferretis, Kiburgi, Namurci, Rossilionis, Ceritaniæ, Zutphaniæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Burgoviæ, Oristani, & Gotziani, & S. R. Imperii Princeps Sveviæ, Cataloniæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Biscajæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ &c.

Recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis. Quod cum Nobilis Noster & Imperii Sacri fidelis Dilectus *Joannes de Carretto*, Marchio Finarii, à Nobis humillime petierit, ut eum jure Primogenituræ de feudo Nobili, antiquo, avito & paterno; videlicet Castri, Burgi & Villarum Finarii, Castri Franchi, cum districtu & territorio, tam in mari, quam in terra, Castri & Castellaniæ, Vallis Retii, cum jurisdictione & potestate etiam ponendi & removendi Consules, Castri, Burgi,

& Vil-

& Villarum Saliceti, Castri & Villarum Carcherarum, & Bugilli, medietatem Castri & Villarum, & loci Cameriance, Castri, loci, & Villarum Parodii, Castri & Villarum Mervaldi, Castri & Burgi Maximini, Partis Rochetæ Cingii, Castri & Villarum Rivernalis, Cinexi & Arnaschi, cum juribus ipsorum feudorum & jurisdictione, mero & mixto Imperio, & omnimoda gladii potestate omnium jurium, jurisdictionum, Civitatum, Oppidorum, Castrorum, possessionum, Vasallorum & feudorum cum boschis, pascuis, fodris, bannis, offensis, placitis, districtibus, albergariis, conditionibus, usibus, operibus, fructibus, censibus, redditibus, angariis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, montibus, planitiebus, captiis volucrum, & belluarum, cultis & incultis, divisis, vel indivisis, ripis, paludibus, rupibus & rupinis, quæ, & quas, tam quondam Alphonsus de Carretto, Marchio Finarii, Genitor, quam etiam sui Antecessores tenebant & possidebant, tenuerunt & possiderunt, prænominatum Joannem pro se & filiis suis masculis, & successoribus in perpetuum descendentibus, servata semper praerogativa Primogeniturae, investire, nec non quascunqne concessiones, praerogativas, gratias, privilegia, & indulta concessas & concessa specialiter omnia & singula contenta & expressa, in privilegio Divi Imperatoris Maximiliani, Avi nostri praeclarissimae memoriae, cujus Privilegii tenor sequitur:

Inseratur hic Concessio Investiturarum & Privilegiorum Maximiliani I. Rom. Regis de A.1496. supra adducta.

Nos itaque illius precibus, accedentibus etiam meritis ipsius in nos, & Sacrum Romanum Imperium, de Cæsarea innata nobis Munificentia, animo deliberato, & ex certa scientia, & de auctoritate nostra Cæsarea recepto prius à dicto Joanne Marchione fidelitatis subjectionis, & obedientiæ consveto & deliberato juramento, præfatum Joannem de Carreto, Marchionem Finarii, pro se, filiis suis masculis, juxta seriem privilegii prædicti Cæsaris Maximiliani de prædicto feudo nobili, antiquo, avito, & paterno: videlicet Castri, Burgi, & Villarum Finarii, Castri Franchi, cum districtu & territorio, tam in mari, quam in terra Castri & Castellaniæ Vallis Rhetii, cum jurisdictione, & potestate etiam ponendi & removendi Consules, Castri, Burgi, & Villarum Saliceti, Castri & Villarum Carcherarum & Buxilli, medietatem Castri & Villarum Cameiranæ, Castri & loci Villarum Parodii, Castri & Villarum Mervaldi, Castri & Burgi Maximini, Partis Rochetæ Cingii, Castri & Villarum Rivernalis, Cenexii & Arnaschi, cum juribus ipsorum feudorum, cum jurisdictione, mero & mixto Imperio, & omnimoda gladii potestate, omnium jurium, jurisdictionum, Comitatum, Oppidorum, Castrorum, possessionum, vasallorum, feudorum, cum boschis, pascuis, fodris, bannis, offensis, placitis, districtionibus, albergariis, conditionibus, usibus, operibus, fructibus, censibus, redditibus, angariis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, montibus, planitiebus, captiis volucrum, & belluarum, cultis & incultis, divisis vel indivisis, ripis, paludibus, rupibus & rupinis, quæ, & quas tam quondam præfatus Alphonsus, quam sui Antecessores, à Nobis, & S. R. I. nostrisque Antecessoribus obtinuerunt, habuerunt & possederunt, investivimus, confirmavimus, approbavimus, corroboravimus, ratificavimus, auctorizavimus, & innovavimus, & tenore præsentium investimus, corroboramus, ratificamus, authorizamus, & innovamus, & quatenus opus sit, de novo concedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Investituræ, infeudationis, ratificationis, approbationis & confirmationis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire; Si quis autem id attentare præsumpserit, se Nostram & S. R. Imperii indignationem gravissimam, ac pœnam centum marcarum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem nostro Cæsareo Fisco, reliquam vero medietatem injuriam passi vel passorum usibus applicari decernimus. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Imperiali Genuæ 16. Augusti 1579. Regnorum Romani undecimo, aliorum vero omnium decimo quarto.

CAROLUS &c.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium,

Alphonsus Valdesius.

Approbare, confirmare, & quatenus opus sit, de novo concedere dignaremur, juxta seriem præinserti privilegii Divi Cæsaris Maximiliani de prædicto feudo antiquo, avito & paterno, videlicet Castri, Burgi & Villarum Finarii, Castri Franchi, cum districtu & territorio tam in mari quam in terra, Castri & Castellaniæ Vallis Retii, cum jurisdictione & potestate etiam ponendi & removendi Consules, Castri, Burgi, & Villarum Saliceti, Castri & Villarum Carneiranæ, Castri & loci, & Villarum Parodii, Castri & Villarum Mervaldi, Castri & Burgi Maximini, partis Rochetæ Cingii, Castri & Villarum Rivernalis, Cenexii & Arnaschi, cum juribus ipsorum feudorum, cum jurisdictione mero & mixto Imperio, & omnimoda gladii potestate, omnium Jurium, Jurisdictionum, Civitatum, Oppidorum, Castrorum, possessionum & feudorum, cum boschis, pascuis, fodris, bannis, offensis, placitis, districtibus, albergariis, conditionibus, usibus, operibus, fructibus, censibus, redditibus, angariis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscationibus, montibus, planitiebus, captiis volucrum & belluarum, cultis & incultis, divisis & indivisis, ripis, paludibus, rupibus & rupinis, quæ & quas tam præfatus quondam Joannes ejus Pater, quam sui Antecessores, à Nobis & Sacro Romano Imperio Nostrisque Antecessoribus obtinuerunt & possederunt, investivimus, confirmavimus, approbavimus, corroboravimus, ratificavimus, aucto-

auctorizavimus, & tenore præsentium investimus, corroboramus, ratificamus, auctorizamus & innovamus, & quatenus opus sit, de novo concedimus, nostris tamen & Imperii Juribus salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Investituræ, infeudationis, ratificationis, approbationis & confirmationis, atque innovationis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire: Si quis autem id attentare præsumpserit, nostram & Imperii Sacri indignationem, ac pœnam in præinserto privilegio nostro contentam & expressam, toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit irremissibiliter incurrisse, pro dimidia Imperiali Fisco, seu ærario nostro, reliqua vero parte injuriam passi seu passorum usibus applicanda. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra, 5. Novembris 1536. Imperii nostri decimo septimo, & Regnorum nostrorum vigesimo primo.

Nos igitur cupientes nunc præfato Illustrissimo *Alphonso*, Marchioni Finarii, benignæ voluntatis nostræ propensionem re ipsa declarare eidem ex certa scientia, animoque deliberato, ac sano accedente Consilio, authoritate nostra Cæsarea præinsertas Divorum Imperatorum Prædecessorum nostrorum Friderici I. & Friderici II. concessiones, & secutam deinde approbationem, confirmationem, innovationem & ampliationem Divorum Caroli IV. Maximiliani I. et Caroli V. ac omnes in iis descriptas gratias, libertates, praerogativas, privilegia et indulta, prout ipse Marchio est in eorum possessione vel quasi, seu in futurum erit, in omnibus et singulis eorum punctis, sententiis, clausulis, articulis et verborum expressionibus, approbavimus, ratificavimus, confirmavimus et innovavimus, ac per præsentes approbamus, ratificamus, confirmamus et innovamus, et de novo, quatenus opus sit, concedimus, quidquid in iis de jure vel ex gratia speciali confirmare, dare ac concedere possumus atque debemus, dictumque Marchionem pro se et filiis suis masculis et legitimis juxta seriem præinserti Privilegii Divi quondam Cæsaris Maximiliani de prædicto feudo nobili, antiquo, avito et paterno, videlicet Castri, Burgi et Villarum Finarii, Castri Franchi cum territorio, districtu, seu jurisdictione, tam in mari, quam in terra, Castri et Castellaniæ, Vallis Retii, cum jurisdictione et potestate etiam ponendi Consules et removendi, Castri, Burgi et Villarum Carcherarum, et Bugilli, medietatis Castri, Villarum et loci Cameiranæ, Castri et loci et Villarum Parodii, Castri et Villarum Mervaldi, Castri et Burgi Maximini, partis Rochetæ Cingii, Castri et Villarum Rivernalis, Cenexii et Arnaschi, Castri et Villarum Stellanelli, cum jurisdictione ponendi et removendi Consules, prout sibi videbitur, Castri et Burgi Saliceti, Calizani, Oxiliæ et Burmidæ, et omnium aliorum locorum, Castrorum et Villarum, in præscriptis Antecessorum nostrorum Investituris enuntiatorum, & cum omnibus Valvassoribus & fidelibus, ac hominum fidelitate, homagiis omnibusque in dictis territoriis & locis habitantibus & habituris, quod sint, & esse intelligantur ipsius Alphonsi subjecti, cum juribus ipsorum feudorum, cum mero & mixto Imperio, & omnimoda jurisdictione, gladiique potestate, omnique & plenaria causarum, tam civilium, quam criminalium, cognitione & determinatione omnium jurium & jurisdictionum, Civitatum, Oppidorum, Castrorum, possessionum, vasallorum & feudorum, cum boschis, fodris, sylvis, pascuis, bannis, offensis, placitis, districtibus, albergariis, conditionibus, usibus, operibus, angariis, perangariis, argentariis, novenis, drietis, accordamentis, fictibus, vasallorum excandantiis, pœnarum impositionibus, muletis, confiscationibus, & bonorum devolutionibus, tam oneribus realibus, quam personalibus, atque mixtis, nec non & omnibus pedagiis, & bonis usibus, qui de præsenti sunt in dictis locis omnibus, vel quos ipse Marchio Alphonsus, filii, hæredes & successores, ut supra, in dicto Marchionatu & locis, ad honorem Sacri Imperii posuerint, fructibus, redditibus & quibuscunque servitiis solitis, ac omnibus aliis intrantibus, emolumentis & commoditatibus, de quibus omnibus ipse Marchio, & sui Majores fuerunt in possessione sive quasi, & cum aquis tam salsis, quam dulcibus, fontibus, ripis, & aquarum decursibus, ac molendinis quibuscunque. Item piscationibus tam piscium, quam coraliorum, & aliarum rerum, omnibusque aliis, & quibuscunque præeminentiis, pertinentiis et regaliis, de quibus in præscriptis Investituris, montibus, planitiebus, capturis volucrum & belluarum, cultis & incultis, divisis & indivisis, ripis, paludibus, rupibus & rupinis, quæ & quas tam præfatus quondam Joannes Marchio, Pater ipsius Alphonsi, quam alii ejus antecessores à Prædecessoribus nostris, & S. Imperio obtinuerunt & possederunt, investimus, eaque ipsi in rectum, justum, nobile, liberum, antiquum & avitum feudum conferimus, recepto tamen vice versa ab illo illustrissimo Alphonso Marchione consveto & debito fidelitatis, subjectionis & obedientiæ juramento, volentes & auctoritate nostra Cæsarea decernentes, quod sæpedictus Illustrissimus Alphonsus Marchio, ac ejus legitimi filii, hæredes & successores masculi præmissa omnia à Nobis & Sacro Imperio libere in feudum habere, tenere & possidere possint & debeant, ordine primogenituræ servato, quem omnino servandum esse statuimus, ita scilicet, ut solus primogenitus filius masculus & legitimus in dicto Marchionatu, ac feudis et locis supradictis, in infinitum succedat. Casu vero, quo non extaret primogenitus, neque etiam primogeniti filius masculus & legitimus, tunc possit succedere filia fœmina, modo nubat uni de familia de Carretto, vel qui vocetur de Domo de Carretto, si autem extarent plures filiæ fœminæ,

tunc

unc fit in voluntate, et arbitrio dicti Illustrissimi Alphonsi Marchionis & suorum in dictis feudis hæredum & successorum, unam ex ipsis eligere, quæ succedat in iisdem feudis, locis & juribus, dummodo nubat uni ex familia de Carretto, aut qui vocetur de Domo de Carretto, relicta tamen reliquis filiabus debita ipsis legitima, qua eis de dote, pro gradu ipsarum condecente prospectum sit. Casu vero, quo non essent filii Masculi, nec fœminæ, ut supra, quod liceat ipsi Alphonso Marchioni suisque filiis, hæredibus, & successoribus testari & legare dicta Castra, loca, villas & jura, & de illis disponere, prout sibi videbitur, qui modo vocetur & nominetur de Parentela de Carretto, salvis semper juribus Sacro-sancti R. Imperii, & hoc non obstantibus quibuscunque legibus, et Imperialibus Constitutionibus, et feudorum usibus in contrarium facientibus, quibus omnibus et singulis quoad hunc effectum duntaxat motu proprio, et ex certa scientia, et de Cæsareæ nostræ plenitudine potestatis derogamus, et derogatum esse volumus, dantes et elargientes eidem Illustrissimo Alphonso, Marchioni Savonæ, Clavexanæ et Finarii, ac ejus liberis, hæredibus, et successoribus antedictis, eadem nostra scientia et authoritate plenam facultatem, potestatem atque licentiam emendi et justo emptionis titulo acquirendi ab aliis nostris et Sacri Imperii Vasallis bona feudalia, eaque Marchionatui Finarii adjungendi, incorporandi et uniendi talem emptionem ratificantes, et Cæsareæ nostræ authoritatis robore firmantes, ex nunc et è contra, eamque firmam ratam et gratam esse volentes et decernentes, dummodo tamen bona illa emenda transeant cum onere suo feudali, nobis et Sacro Imperio debito. Præterea ex eadem scientia atque authoritate, animoque bene deliberato, et sano accedente Consilio, virtute harum litterarum nostrarum confirmamus, et quatenus opus est, de novo creamus, instituimus sæpe dictum Illustrem Alphonsum Marchionem ac ejus legitimos filios, hæredes, et in dictis Marchionatibus Savonæ, Clavexanæ et Finarii successores in suprascriptis omnibus locis, Villis, Castris, burgis, et jurisdictionibus, quæ vel nunc tenet et possidet, vel imposterum legitime acquiret, tenebit et possidebit ipse, vel successores ejus, nostros et Sacri Imperii Romani perpetuos Vicarios, cum omnibus privilegiis, jurisdictionibus, honorantiis, dignitatibus, gratiis, indultis, præeminentiis, franchisiis, immunitatibus, libertatibus & aliis quibuscunque prærogativis & emolumentis sive sint in corpore juris, sive non scripta, quæ aliis perpetuis nostris & Imperii vicariis, vel ex consuetudine, vel quomodolibet spectet. Et ut nostram de ejusdem Illustrissimi Alphonsi Marchionis fide et integritate fiduciam majori quoque argumento contestatam reddamus. Nos sane informati, quod agnatio, seu familia illorum de Carreto in partibus Liguriæ olim fuerit valde numerosa, et possederit ibidem multa loca et feuda, pro quibus Divos quondam Prædecessores nostros Romanorum Imperatores, & Reges & Sacrum Romanorum Imperium dumtaxat, & immediate recognoverint, prout etiam nunc nonnulli recognoscant, licet pauci, quandoquidem propter multas discordias inter ipsos feudatarios, ac temporum iniquitatem, tandem res eo redacta sit, ut plures illorum aliis Principibus et Dominiis sese conjunxerint ac tandem etiam submiserint cum magna Sacri Rom. Imperii injuria, in partibus illis magnis, & directi Dominii eidem competentis jactura, et detrimento. Volentes in hac parte, pro Cæsarei nostri muneris ratione providere, ne Sacri Romani Imperii jura in partibus illis magnis diminuantur ex eadem certa nostra scientia & matura animi deliberatione ac Cæsarea authoritate, eundem Illustrissimum Alphonsum, ac ejus in suprascriptis feudis & locis hæredes, & successores, qui idonei & habiles erunt, elegimus, constituimus, creavimus & deputavimus, prout per præsens, eligimus, constituimus, creamus et deputamus, usque ad nostrum et nostrorum in Sacro Imperio successorum beneplacitum nostros & ejusdem Imperii Commissarios Generales; Dantes eisdem Cæsarea nostra authoritate amplam facultatem, & potestatem, atque expressum Mandatum, ut in futurum possint & valeant quascunque Causas Capitales, Criminales, vel civiles, maximas, magnas, vel parvas, quas posthac inter dictos feudatarios nostros ex familia & agnatione de Carreto, aut ipsos aut eorum subditos, conjunctim, vel separatim oriri, vel emergere contigerit, etiamsi bonorum omnium, seu partis, aut status cujuslibet, seu libertatis vel servitutis personarum sententiam et cognitionem, aut patriæ ad tempus, vel in perpetuum, forique interdictionem, aut quamcunque membrorum, aut vitæ condemnationem requirant, tam ex officio, quam ad partium instantiam, vocatis vocandis, & adhibito duorum, seu plurium Jurisperitorum, qui partibus non sint subjecti, Consilio, & assistentia juris mediante, audire, cognoscere, decidere & determinare, orationes, processus, sententias, & omnia inde secuta non a suis judicibus facta etiam de consensu, aut ex præmissione, vel submissione partium, quatenus in nostrum & Sacri Imperii præjudicium vergunt, nostro nomine, & authoritate mutare, cassare, annullare, revocare, & in pristinum restituere, aliaque omnia, & singula facere, quæ in præmissis & circa ea, cum eorum dependentibus, & emergentibus & incidentibus annexis & connexis necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, & prout justum fuerit, & in judicialibus ordo juris, & æquitatis ratio dictabunt, facultate tamen appellandi & provocandi à quibuslibet exceptionibus unicuique salvis, & illæsis. Cæterum quo commodius atque liberius idem Illustrissimus Marchio supradictis gratiis, libertatibus, beneficiis, indultis & concessionibus utatur, & fruatur, nos eundem Marchionem Finarii, cum ejus Marchionatu, omnibusque Castris, terris, locis, villis, possessionibus, rebus, & bonis, in nostram

& Sacri Imperii Clientelam, protectionem & salvaguardiam suscepimus, assumpsimus, suscipimus atque assumimus vigore præsentium volentes et decernentes, quod idem Marchio sit, teneatur, & esse debeat una cum dictis suis in Marchionatu Castris, locis, terris, villis, hominibus, subditis ac rebus, & omnibus bonis sub hac nostra speciali tuitione et salvaguardia nostra, & Imperatoris nostræ Aquilæ perpetuo salvus, protectus, & securus ab omni gravamine, oppressione, & onere hospitandorum militum & stipendiorum, & quod deinceps omnibus ac singulis Immunitatibus, gratiis & prærogativis potiatur & gaudeat, quibus alii, qui sub hujusmodi nostra & Imperii salvaguardia, ac protectione constituti sunt de jure, sive consuetudine utuntur fruuntur, potiuntur & gaudent sine alicujus impedimento, aut contradictione. Præterea volentes sæpedicto Illustrisſimo Marchioni Savonæ, Clavexanæ & Finarii gratiam nostram alio etiam longe luculentiori argumento declarare, quem videlicet, cum propter Majorum merita, tum propria, ob virtutes dignum judicamus, quem ampliori, magisque insigni titulo condecoremus, tali nimirum qui vetustissimæ Nobilitati ejus respondeat, ex eadem certa nostra scientia, animoque bene deliberato, ac sano accedente Consilio deque Cæsareæ nostræ plenitudine potestatis sæpedictum Illustrissimum Marchionem in Dei omnipotentis nomine à quo manat omnis principatus & honor, in verum nostrum, & S. R. I. Principem ereximus, assumpsimus, atque extulimus, ac tenore præsentium omni meliori via, forma, & modo, quo melius atque efficacius de jure, vel ex consuetudine fieri potest ac debet, erigimus, assumimus, atque extollimus. Decernentes, & hoc nostro Cæsareo edicto firmissime statuentes, quod sæpedictus Illustrissimus Alphonsus de Carreto, Marchio Finarii, ac legitimi ejus filii masculi, hæredes, & descendentes, qui ipsi in prædicto Marchionatu successuri sunt, possint ac debeant ex hac die in perpetuum futuris temporibus, ab omnibus cujuscunque status gradus, aut conditionis, dignitatis, & ordinis extiterint, & ubicunque locorum fuerint, Principes, & Marchiones Imperii nominari, appellari, teneri, reputari, ac honorari omnibusque honoribus, dignitatibus, prærogativis, immunitatibus, libertatibus, gratiis, & indultis, absque ullo impedimento uti, frui & potiri, quibus alii nostri, & Sacri Imperii Principes, & Marchiones hactenus in dandis, & recipiendis juribus, in conferendis seu suscipiendis feudis, & in aliis omnibus, & singulis statum, & conditionem Principum & Marchionum concernentibus, consuetudine vel de jure sunt usi, fruiti, potiti, & gavisi, neque vel ipse Ill. Alphonsus et ejus hæredes, & successores, à quocunque hominum coram alio judice, quam coram nobis ac nostris in Imperio successoribus, vel iis, quibus nos, aut jam dicti nostri successores vices nostras specialiter delegaverimus, & commiserimus in judicio conveniri debeant, aut queant. Postremo cum hanc nostram gratiam, & beneficentiam velimus esse cumulatam dicto Ill. Marchioni, ac ipsius in Marchionatu Savonæ, Clavexanæ & Finarii legitimis successoribus plenam etiam potestatem fecimus, dedimus atque concessimus, prout per præsentes deliberate ac scienter facimus, damus atque concedimus, qua possint & valeant, honestis ac bonæ famæ viris, subditis & servitoribus suis, quoslibet hoc honore dignos judicaverint, authoritate nostra Cæsarea arma & insignia conferre largirique ejusmodi personarum qualitati idonea & convenientia, & antiqua, quibus utuntur, confirmare & ampliare, eosque cum insignium, tum feudorum capaces facere, dummodo tamen in hujusmodi armorum concessione, confirmatione & ampliatione caveant, ne quiquam Aquilam Imperialem, aut avita quorumvis Principum, Comitum, Baronum, et Procerum arma, & insignia concedant, nec cuiquam hominum cujuscumque status fuerit, unam vel plures coronas regales aureas Galeæ imponendas largiantur, siquidem hanc facultatem nobis ipsis reservamus, qui quidem sic per præfatum Marchionem insignibus et armis condecorati, una cum ipsorum liberis, Nepotibus posteris, et descendentibus ac descensuris in perpetuum legitimo thoro pronati possint et valeant ejuscemodi armorum insignia perpetuis temporibus, in omnibus honestis et decentibus actibus, et expeditionibus aliorum armigerorum more, tam serio, quam joco in hostilibus, cudis, bellis, duellis, singularibus certaminibus, et quibuscunque pugnis, eminus, et cominus habere, deferre ac gestare, eaque scutis, vexillis, tentoriis, sepulturis, parietibus, ostibus, fenestris, lacunaribus, tapetibus, pulvinaribus, annulis signatoriis, et sigillis, et quibuscunque demum rebus, et signis insculpere, affigere, adinpingere et intexere, nec non pro veris armigeris ab universis ac singulis cujuscunque conditionis seu præeminentiæ, status et dignitatis existant, haberi, dici et nominari ubique locorum et terrarum, in judicio et extra, in rebus Ecclesiasticis & profanis quibuscunque, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus litteris nostris specialis mentio fieri deberet, ac denique in omnibus, et per omnia, illis honoribus, dignitatibus, officiis, muneribus, præeminentiis, libertatibus et privilegiis, gratiis et indultis gaudere, uti, frui, quibus alii armigeri à Nobis, seu S. Imperio Romano insignibus decorati utuntur et fruuntur, et ad quæ admittuntur consvetudine et de jure. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, conditionis & ordinis existat, & quacunque fulgeat præeminentia ac dignitate, liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, confirmationis, approbationis, innovationis, concessionis Investituræ, institutionis, creationis, ordinationis Vicariatus, Commissariatus, protectionis & salvaguardiæ, item Illustrationis, erectionis, assumptionis, gratiæ, voluntatis & decreti paginam infringere, aut quovis ausu temerario violare, quisquis vero secus fecerit, is noverit se,

ſe, præter noſtram & Sacri Imperii graviſſimam indignationem, pœnam quingentarum marcarum auri puri, pro dimidia fiſco noſtro Imperiali, pro reſidua vero injuriam paſſorum uſibus perſolvendarum, ipſo facto incurſurum. Harum teſtimonio Litterarum manu noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Viennæ, die vigeſima ſeptima menſis Martii, Anno Domini Milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo quarto, Regnorum noſtrorum Romani trigeſimo quarto, aliorum vero trigeſimo octavo.

Nos igitur cupientes nunc præfato Illuſtriſſimo *Alphonſo*, Marchioni Finarii, benignæ voluntatis noſtræ propenſionem re ipſa declarare eidem ex certa ſcientia, animoque deliberato, ac ſano accedente Conſilio, authoritate noſtra Cæſarea præinſertas Divorum Imperatorum Prædeceſſorum noſtrorum Friderici Primi & Secundi, conceſſiones & ſecutam deinde approbationem, confirmationem, innovationem & ampliationem Divorum Caroli IV. Maximiliani I. Caroli V. et Ferdinandi, Imperatorum, ac omnes in iis deſcriptas gratias, libertates, praerogativas, privilegia et indulta, prout ipſe Marchio eſt in eorum poſſeſſione vel quaſi, ſeu in futurum erit, in omnibus et ſingulis eorum punctis, ſententiis, clauſulis, articulis et verborum expreſſionibus, approbavimus, ratificavimus, confirmavimus et innovavimus, ac per præſentes approbamus, ratificamus, confirmamus et innovamus, et de novo, quatenus opus ſit, concedimus, quidquid in iis de jure vel ex gratia ſpeciali confirmare, dare ac concedere poſſumus atque debemus, dictumque Marchionem pro ſe et filiis ſuis maſculis et legitimis juxta ſeriem præinſerti Privilegii Divi quondam Cæſaris Maximiliani de prædicto feudo nobili, antiquo, avito et paterno, videlicet: Caſtri, Burgi et Villarum Finarii, Caſtri Franchi cum territorio et diſtrictu, ſeu juriſdictione etiam ponendi et removendi Conſules, Caſtri, Burgi et Villarum Carcherarum, et Bugilli, medietatis Caſtri, Villarum et loci Cameiranæ, Caſtri, loci et Villarum Parodii, Caſtri et Villarum Mervaldi, Caſtri et Burgi Maximini, partis Rochæ Cingii, Caſtri et Villarum Rivernalis, Cenexii et Arnaſchi, Caſtri et Villarum Stellanelli, cum juriſdictione ponendi et removendi Conſules, prout ſibi videbitur, Caſtri et Burgi Saliceti, Calizani, Oxiliæ et Burmidæ, et omnium aliorum locorum, Caſtrorum et Villarum, in præſcriptis Anteceſſorum noſtrorum Inveſtituris enuntiatorum, & cum omnibus Valvaſſoribus & fidelibus, ac hominum fidelitate homagiisque, in dictis territoriis & locis habitantibus & habitaturis, quod ſint, & eſſe intelligantur ipſius Alphonſi ſubjecti, cum juribus ipſorum feudorum, cum mero & mixto Imperio, & omnimoda juriſdictione, gladiique poteſtate, omnique & plenaria cauſarum, tam civilium, quam criminalium, cognitione & determinatione omnium jurium & juriſdictionum, Civitatum, Oppidorum, Caſtrorum, poſſeſſionum, vaſallorum & feudorum, cum boſchis, fodris, ſylvis, paſcuis, bannis, offenſis, placitis, diſtrictibus, albergariis, conditionibus, uſibus, operibus, angariis, parangariis, novenis, drietis, accordamentis, fictibus, vaſallorum excandantiis, pœnarum impoſitionibus, muletis, confiſcationibus, & bonorum devolutionibus, tam oneribus realibus, quam perſonalibus, atque mixtis, nec non & omnibus pedagiis, & bonis uſibus, qui de præſenti ſunt in dictis locis, vel quos ipſe Marchio Alphonſus, filii, hæredes & ſucceſſores, ut ſupra, in dicto Marchionatu atque locis, ad honorem Sacri Imperii poſuerint, fructibus, redditibus & quibuſcunque ſervitiis ſolitis, ac omnibus aliis intrantibus, emolumentis & commoditatibus, de quibus ipſe Marchio, vel ſui Majores fuerunt in poſſeſſione ſive quaſi, & cum aquis tam ſalſis, quam dulcibus, fontibus, ripis, & aquarum decurſibus, ac molendinis quibuſcunque. Item piſcationibus tam piſcium, quam corallorum, ac aliarum rerum, omnibuſque aliis, & quibuſcunque præeminentiis, pertinentiis et regaliis, de quibus in præſcriptis Inveſtituris, montibus, planitiebus, capturis volucrum & belluarum, cultis & incultis, diviſis & indiviſis, ripis, paludibus, rupibus & rupinis, quæ & quas tam præfatus quondam Joannes Marchio, Pater ipſius Alphonſi, quam alii ejus anteceſſores à Prædeceſſoribus noſtris, & S. Imperio obtinuerunt & poſſederunt, inveſtimus, eaque in feudum rectum, juſtum, nobile, liberum, antiquum & avitum conferimus, recepto tamen vice verſa ab ipſo illuſtriſſimo Alphonſo Marchione conſveto & ſolito fidelitatis, ſubjectionis & obedientiæ juramento, volentes & auctoritate noſtra Cæſarea decernentes, quod ſæpedictus Illuſtriſſimus Alphonſus Marchio, ac ejus legitimi filii, hæredes & ſucceſſores maſculi præmiſſa omnia à Nobis & Sacro Imperio libere in feudum habere, tenere & poſſidere poſſint & debeant, ordine primogenituræ ſervato, quem omnino ſervandum eſſe ſtatuimus Ita ſcilicet, ut ſolus primogenitus filius maſculus & legitimus in dicto Marchionatu, ac feudis et locis ſupradictis, in infinitum ſuccedat. Caſu vero, quo non extaret primogenitus, neque etiam primogeniti filius maſculus & legitimus, tunc poſſit etiam ſuccedere filia fæmina, modo nubat uni ex familia de Carretto, vel qui vocetur de Domo de Carretto. Si autem extarent plures filiæ fœminæ, tunc ſit in facultate & arbitrio dicti Illuſtriſſimi Alphonſi Marchionis & ſuorum in dictis feudis hæredum & ſucceſſorum, unam ex ipſis eligere, quæ ſuccedat in iiſdem feudis, locis & juribus, dummodo nubat uni ex familia de Carreto, vel qui vocetur de Domo de Carreto. Relicta tamen reliquis filiabus debita ipſis legitima, qua eis de dote, pro gradu ipſarum condecente proſpectum ſit. Caſu vero, quo non eſſent filii Maſculi, nec fœminæ, ut ſupra, quod liceat

ceat ipsi Alphonso Marchioni suisque filiis, hæredibus, & successoribus testari & legare dicta Castra, loca, villas & jura, & de illis disponere, prout sibi videbitur, et cui voluerit, modo vocetur & nominetur de Parentela de Carreto, salvis semper juribus et servitiis Sacri Romani Imperii, & hoc non obstantibus quibuscunque legibus, et Imperialibus Constitutionibus, et feudorum usibus in contrarium facientibus, quibus omnibus et singulis, quoad hunc effectum duntaxat motu proprio, et ex certa scientia, et de Cæsareæ nostræ plenitudine potestatis derogamus, et derogatum esse volumus. Nulli ergo omnino hominum liceat, cujuscunque status, gradus, ordinis & conditionis existat, & quacunque præeminentia ac dignitate gaudeat, hanc nostræ approbationis, ratificationis, confirmationis, innovationis, Investituræ, gratiæ, voluntatis & Decreti paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire; Quisquis vero secus fecerit, is noverit se, præter nostram & Sacri Imperii Sacri indignationem gravissimam, pœnam quingentarum marcarum auri puri, pro dimidia Fisco nostro Imperiali, pro residua vero parte injuriam passorum usibus applicandarum persolvendam ipso facto incursurum. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennæ, die ultima mensis Augusti, Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo. Regnorum nostrorum Romani secundi, Hungarici quinto, & Bohemici itidem secundo. Signat. RUDOLPHUS. Vice ac nomine Reverendissimi D. Dni. *Danielis*, Archiepiscopi, Archicancellarii, et Electoris Moguntini. Vt. *Vieheriser*, D. Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

XII.

Rudolphi II. Romanorum Imperatoris Investiturarum ac Privilegiorum, in eadem recensitorum, Alphonso, Johanni & Aledramo de Caretto-Savona Marchionibus, ad eorum instantiam indulta, confirmatio, d. d. 12. Julii An. 1581.

RUdolphus Secundus Divina favente clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ et Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgundiæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum. Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis. Quod cum nobis humiliter expositum fuerit ex parte nobilium nostrorum & Sacri Imperii fidelium dilectorum, Alphonsi, Joannis & Aledrami, Fratrum de Carreto, filiorum qv. Joannis Alberti ex Marchionibus Savonæ antecessores eorum tenuisse & possedisse, ipsos & adhuc tenere & possidere, in nobile & gentile feudum rectum, avitum, antiquum & paternum quartam partem Castrorum Gorzegni, Ceretti, & Arguelli cum rata parte sua castri & loci Cravenzanæ cum suis Territoriis, Marchionali dignitate & omnimoda Jurisdictione, meroque & mixto Imperio, ac gladii potestate prima & secunda cognitione, & Appellatione quarumcunque causarum civilium & criminalium, aliisque omnibus & singulis Juribus, Regalibus & pertinentiis, pro quibus Pater olim, & Progenitores sui Divos Prædecessores Nostros Romanorum Imperatores & Reges, & Sacrum Romanum Imperium, tanquam Dominos directos recognoverint, & propterea idem Alphonsus, Joannes & Aledramus, nobis perquam demisse supplicari fecerint, ut dignaremur ipsos de dictis feudis, ac eorum territorio cum mero & mixto Imperio, omnimoda Jurisdictione & gladii potestate, cum terris, juribus & præeminentiis universis de Cæsarea nostra benignitate investire juxta tenorem antiquarum investiturarum, & alia quoque omnia ac singula privilegia, exemptiones & immunitates Progenitoribus suis per Prædecessores nostros, & præsertim per Divum quondam Imperatorem Sigismundum concessas, ac demum etiam à Divis quond. Ferdinando, et Maximiliano secundo, Imperatoribus Augustæ memoriæ, Dominis Avo, ac Genitore nostris observandissimis, approbatas, confirmatas & corroboratas denuo confirmare, approbare & innovare, prout in eisdem quondam Divi Domini Avi nostri diplomate & rescripto continetur, cujus tenor sequitur & est talis:

Inseratur hic Diploma Ferdinandi I. de A. 1560. supra adductum.

Nos sane hujusmodi supplicatione clementer suscepta attendentes tum præfatorum Alphonsi, Joannis, & Aledrami, tum Patris olim ipsorum Joannis Alberti de Carretto Marchionum eximiam erga nos, & Sacrum Romanum Imperium fidem, & devotionis affectum, multis in rebus luculenter comprobatum, ac imprimis singularem solicitudinem, Vigilantiam, & industriam, operamque nobis, & Sacro Imperio olim ab eodem Patre ipsorum præstitam, in custodienda, conservandaque arce Finarii in Liguria sita à gravissimo impetu, & diuturna obsidione totius ferme Populi Finariensis, qui superioribus annis adversus illum nostrum, & Sacri Imperii Principem fidelem dilectum Alphonsum de Carretto, Marchionem Finarii, dominum suum legitimum, & naturalem præter rem rebellionem excitavit, animo bene deliberato, ex certa nostra scientia, & de Cæsareæ nostræ

nostræ Potestatis plenitudine eosdem Alphonsum, Joannem, & Aledramum Marchiones de prænarratis locis, & feudis, videlicet quarta parte Castrorum Gorzegni, Cerreti, & Arguelli cum rata parte sua Castri et loci Cravenzanæ cum suis territoriis, pratis, terris, nemoribus, cultis & incultis, Venationibus, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, molendinis, fodris, rodiis, censibus, angariis, decimis, pœnis, mulctis, bonis, & condemnationibus, bonorum devolutionibus, hominumque fidelitatibus, cum dignitate marchionali, mero ac mixto Imperio, omnimodaque Jurisdictione & gladii potestate, ac prima, & secunda cognitione & appellatione quarumcumque causarum civilium, & criminalium, regalibus, cæterisque juribus, & pertinentiis universis, jure feudi, nobilis, gentilis, antiqui, aviti, & paterni, prout ejus Prædecessores ea omnia tenuerunt, & possederunt, atque ad ipsos Alphonsum, Joannem & Aledramum Marchiones devenerunt, et ipsi ea nunc tenent & possident, recepto prius a nobile nostro et Sacri Imperii, fidele dilecto, Nicolao de Carretto, Comite Cingii, & Millesimi legitimo eorum procuratore ad id sufficienti mandato instructo eorum nomine debito homagii, ac fidelitatis, ac subjectionis juramento, sicut digne, rite & recte possumus, infeudamus, & investimus nec non omnia, & singula privilegia, exemptiones & immunitates progenitoribus suis per Prædecessores nostros, ac præsertim præfatum Serenissimum quondam Cæsarem Sigismundum progenitoribus ipsorum, ac nominatim quondam Joanni Bartholomæo de Carreto concessas et donatas, & specialiter quod nullus Princeps, Marchio, Comes, Baro, vel quæcunque persona alia secularis, cujuscunque conditionis existat, ipsos fratres Alphonsum, Joannem & Aledramum de Carreto, suosque hæredes, & in dicto feudo successores pro quacunque causa Civili, sive criminali coram quocumque Judice audeat evocare, citare in causam trahere quocumque quæsito colore, seu ingenio, præter quam ad nostram, seu successorum nostrorum Imperialem præsentiam vel ad præsentiam nostri, & Imperii Sacri Generalis Vicarii, qui pro tempore fuerit, & habuerit vices nostras Imperii gubernandi. Item quod ubi reperirentur aliqui Thesauri absconditi in terris dictorum de Carreto, illi sint absque ullo impedimento ipsorum usibus applicati. Quodque pro maritandis filiabus, & honesta dote eis constituenda, subditis suis dacium imponere, & certam pecuniarum summam ab eis recipere, similiter, si peregrinationis causa limina Sanctorum visitare voluerint, possint hominibus & subditis suis taxam realem, & condignam imponere pro expensis faciendis, cum quibus honorifice transire valeant & redire; Et si fortalitia, vel Castra ædificare, vel reædificare voluerint, ex tunc homines sui ipsos juvare, eisque cum personis, bestiis, contributionibus, et aliis oneribus quibuslibet juxta facultatem suam subvenire teneantur. Quodque tertia pars gabellarum in ipsorum terris, & Jurisdictionibus impositarum, seu imponendarum ad ipsos de Carreto pertineat, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, & verbornm expressionibus, eorum tenores hic pro sufficienter expressis haberi volentes, confirmamus, approbamus, & quatenus opus est, illa omnia prout ipse Joannes Albertus olim tenuit, ac ipsi pariter illa nunc tenent, & possident, seu quasi de novo concedimus. Decernentes, et hoc nostro Cæsareo statuentes edicto, privilegia, exemptiones, et libertates præfatas in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis et verborum expressionibus, ut supra, ratas, validas, firmas, et perpetuas esse, et censeri, et inviolabiliter observari debere in judicio, et extra; Decernentes irritum & inane, si secus à quopiam, quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit quicquam attentari: Non obstantibus in præmissis quibuscunque feudorum & aliis legibus, statutis, decretis, constitutionibus, ordinationibus, consuetudinibus, & veterum ac recentium investiturarum quatenus præsentibus contrariantur, & non obstante quacumque caducitate, aut lapsu temporis, quem præfati fratres Alphonsus, Joannes & Aledramus de Carretto, aut eorum Prædecessores ob non acceptas debito tempore investituras, aut quacunque alia causa incurrissent, seu incurrisse potuissent, aut aliis in contrarium facientibus quibuscunque. Quibus omnibus, & singulis etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis, et individua mentio fieri deberet, scientia, authoritate, & potestate præfatis derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes; Supplentes omnes, & quoscumque defectus, tam juris, quam facti, & cujuscunq; solemnitatis intrinsecæ, extrinsecæ, aut formalis de Jure, vel consuetudine requisitæ, si qui forsan in præmissis intervenissent, aut intervenisse dici, vel allegari possent. Nostris tamen, & Imperii Sacri, & cujuslibet alterius juribus in præmissis semper salvis. Hac insuper conditione, & lege adjecta, ut præfatorum Alphonsi, Joannis, & Aledrami hæredes, & successores præfata feuda à nobis, & successoribus nostris, quotiescunque casus tulerit, in feudum recognoscant, debitumque fidelitatis juramentum, prout ipsi fratres per præfatum Procuratorem suum nobis præstiterunt, præstare teneantur dolo, & fraude semotis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis, approbationis, ratificationis, investituræ, infeudationis, decreti, derogationis, suppletionis, & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire. Si qvis autem id attentare præsumpserit præter nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam pœnam quadraginta Marcharum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit ipso facto incursurum, pro dimidia Imperiali Fisco, seu ærario nostro, reliqua vero parte injuriam passorum usibus irremisibiliter applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appen-

appensione munitarum. Datum in arce nostra Regia Pragæ die duodecima mensis Julii, Anno Domini millesimo, quingentesimo octuagesimo primo, Regnorum nostrorum Romani sexto, Hungarici & Bohemici itidem sexto, *Rudulfus*. Vice ac nomine Reverendissimi Dni. Dni. *Danielis* Archiepiscopi, Archicancellarii & Electoris Moguntini *Viebeuser*. D. Ad mandatum Sacræ Cæs. Majestatis proprium, manualiter subscr. *Obernburger, And. Gailt* Regta *Büttner* Sigta

XIII.

Instrumentum publicum, in quo Dominus Octavius Carrettus superioritati atque juribus in locum Arnaschi, ad Dominos Cazulinos pertinentem, prætensis renunciavit, d. d. 10. Sept. An. 1607.

IN Nomine Domini, Amen. Anno à nativitate ejusdem millesimo sexcentesimo septimo, indictione quinta, die vero decima Septembris, Imperante Augustissimo & Gloriosissimo Domino, Domino Rudolpho Secundo, Romanorum Imperatore, ac Germaniæ, Hungariæ & Bohemiæ Rege &c. admodum Illustris D. Octavius Carretus, Filius quondam admodum Illustris Domini Philiberti, Marchionis Zucarelli, & pertinentiarum, coram me Notario, & testibus infrascriptis constitutus asserit: Se optime scire, & recordari, quemadmodum annis elapsis in D. Scipionem Carrettum, fratrem suum, & Dn. Franciscum, & Hugonem qv. D. Pantaleonis fratres Cazulinos, ex Arnaschi superioritate orta fuerunt homicidia, inimicitiæ, & gravissimæ lites. Ut processus in Cancellaria Imperiali existentes testantur. Et cum sciat, nullum in dicta superioritate jus dicto Scipioni competivisse, nec ipsi D. Octavio competere, ita ad majores rixas & scandala, quæ imposterum, ratione hujus prætensæ superioritatis oriri possent, evitanda, & omnia odia penitus resecanda, bona autem pax & amicitia inter eum & dictos fratres Cazulinos & suos vicissim successores conservetur, idem D. Octavius, non vi, dolo, metu, vel aliqua alia sinistra machinatione circumventus, nec ductus, sed sponte & animo bene deliberato, ac ex certa sua scientia, & motu proprio supra dicta vera esse declarando, & fatendo ad abundantem cautelam eandem superioritatem Arnaschi, quando in ea jus aliquod ante præsentem actum prætendere potuisset, & nunc, ac in futurum quovis modo, et quacunque de causa, nulla exclusa, posset, dictis Dominis Cazulinis fratribus libere remittit ac renuntiat, et ab ea illos omnes, et successores suos perpetuo liberos esse vult et mandat; quod tanto libentius prædicta facere asserit; quanto etiam sciat se singularia beneficia et servitia in protegendis et defendendis suis hac in aula Cæsarea causis à prædicto D. Hugone accepisse; quorum beneficiorum et servitiorum intuitu etiamsi aliæ inimicitiarum et scandalorum evitandorum causæ, ut supra relatæ cessarent, et jus aliquod in dicta superioritate sibi competeret, illam nihilominus libere & irrevocabiliter, dicto D. Hugoni, & aliis, ut supra, donat. Jubens idem D. Octavius de prædictis omnibus ad perpetuam rei sic gestæ memoriam per me infrascriptum Notarium, & tanquam personam publicam pro dictis Dominis Cazulinis acceptantem et stipulantem fieri hoc præsens publicum Instrumentum.

Actum Pragæ in Cancellaria Imperiali, præsentibus ibidem Nobilibus, et Egregiis D. D. Jeremia Rupp, et Georgio Straub, Sacræ Cæsareæ Majestatis Cancellariæ Imperialis scribis, testibus ad hoc specialiter vocatis atque rogatis.

Et quia ego Jo. Huberus Pontanus, Sacræ Cæsareæ Majestatis Cancellariæ Imp. scriba, Pontificia ac Cæs. auctoritatibus publicus et immatriculatus Notarius, præmissæ renunciationi etc. dum sic fieret, una cum prænominatis testibus interfui, eamque sic fieri vidi, et audivi, idcirco hoc præsens publicum Instrumentum inde confeci, idque manu quidem alieno, mihi tamen fideli scriptum, subscripsi, et sigilli mei impressione corroboravi in fidem, ad testimonium omnium et singulorum præmissorum requisitus pariter, et rogatus

(L.S.) Jo. Huberus Not. qui sup.

Ernestus, Dominus de Mollart, liber Baro in Reineck et Dorsendorff. etc. S. C. M. Consiliarius secretus, Camerarius et supremus aulæ Marescalcus. Universis has visuris et lecturis fidem facimus et attestamur Joannem Huberum Pontanum, S. C. M. Cancellariæ Imp. scribam, qui præsens Instrumentum rogavit et subscripsit, ac sigillo suo signavit tempore rogatus illius ante, et post fuisse, et esse Not. publicum et fide dignum, ac subscriptionem istam fuisse, et esse de sua propria manu suoque proprio sigillo munitam, cujus instrumentis ac scripturis plena semper adhibita fuit, et adhibetur fides in judicio et extra. In quorum fidem has nostra manu firmavimus, et solito nostro sigillo signari mandavimus, Pragæ, die 17. Septembr. anno Domini M. DC. VII.

Ernestus Dn. à Molart, L. Baro.

(L.S.)

Nos Antonius Caëtanus, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Capuanus, ac in Germania, Hungaria, Boemia, universoque Imperii districtu Sanctiss. D. N. D. Pauli Divina providentia Papæ V. & dictæ sedis cum potestate legali de Latere Nuntius. Universis & singulis fidem facimus & attestamur Joannem Huberum Pontanum præf. Cancellariæ Imper. scribam, qui præsens Instrumentum rogavit, & propria manu subscripsit, ac suo sigillo signavit, tam tempore rogatus, quam ante, & post fuisse

fuisse, & esse Not. publ. authenticum & fide dignum. Quibus instrumentis & scripturis adhibita fuit, & adhibetur plena fides in judicio & extra. Prout & tantundem fit legalitatibus supremi aulæ Cæs. Marescalchi qualis est illa in hoc Instrumento sub die decima septima mens. Sept. 1607. descripta, quæ de propria Ill. D. Ernesti à Molart, liberi Baronis, & supremi nunc dictæ aulæ Cæsar. Marescalchi manu subscripta, & suo sigillo sigillata est. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas jussimus & fecimus sigilli nostri impressione communiri. Dat. Pragæ, 21. mensis Sept. 1607.

A. Archiep. Capuan.

(L. S.)

XIV.

Ferdinandi II. Romanorum Imperat. Investiturarum & Privilegiorum à Divis quondam Roman. Imperatoribus, & inprimis Imperatore Matthia An. 1614. Marchionibus de Carretto-Savona, concessorum confirmatio, d. d. 22. Octobr. An. 1620.

FErdinandus Secundus, Divina, favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & inferioris Silesiæ, Wirttembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landtgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Ad perpetuam rei memoriam agnoscimus & notum facimus tenore præsentium Universis, quod cum demisse nobis expositum fuerit ex parte Nobilis nostri & Sac. Imperii fidelis dil. Alerami de Carreto filii quondam Jo. Alberti ex Marchionibus Savonæ, antecessores suos tenuisse et possedisse, seque adhuc pro rata sua tenere et possidere in nobile et Gentile feudum, avitum, antiquum & paternum certas portiones Castrorum Garzegni, Cerretti et Arguellæ cum rata quoque parte sua Castri et loci Cravenzanæ cum suis territoriis, Marchionali dignitate et omnimoda jurisdictione meroque et mixto Imperio ac gladii potestate, prima et secunda cognitione & appellatione quarumcunque causarum Civilium, & Criminalium aliisque omnibus, & singulis juribus, regalibus et pertinentiis, pro quibus Pater olim, et progenitores sui, nec non ipsemet, una cum fratribus suis Joanne et Alphonso de Carretto, divos prædecessores nostros Romanorum Imperatores et Reges, Sacrumque Romanum Imperium, tanquam dominos directos recognoverint, et propterea idem Aleramus perquam demisse nobis supplicari fecerit, ut et nos ipsum de dictis feudis, ac eorum territorio, cum mero et mixto Imperio omnimodaque Jurisdictione et gladii potestate, caeterisque juribus et pertinentiis universis de Caesarea nostra benignitate juxta tenorem antiquarum Investiturarum clementer investire, et alia quoque omnia et singula privilegia exemptiones, et immunitates progenitoribus suis per praedecessores nostros, et praesertim per Divum quondam Imperatorem Sigismundum concessas ac demum etiam a Divis quondam Ferdinando, Maximiliano Secundo, Rudolpho itidem Secundo et Matthia, Imperatoribus augustissimae memoriae Dominis avo, patruo, patruelibus et praedecessoribus nostris Colendissimis approbatas, denuo approbare et innovare dignaremur, prout in ejusdem Divi quondam Matthiae Diplomate subinserto latius continetur:

MAtthias. Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae Croatiae, Sclavoniae etc. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae etc. Marchio Moraviae etc. Dux Lucemburgiae, ac Superioris et inferioris Silesiae, Wirttembergae et Tekae, Princeps Sueviae, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi et Goritiae, Landgravius Alsatiae, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviae ac Superioris et inferioris Lusatiae, Dominus Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis et Salinarum. Ad perpetuam rei memoriam agnoscimus et notum facimus tenore praesentium Universis, quod cum demisse nobis expositum fuerit, ex parte Nobilis nostri, et Sacri Imperii fidelis dilecti Alerami de Carreto filii quondam Joannis Alberti ex Marchionibus Savonae, antecessores suos tenuisse, et possedisse, seque adhuc pro rata sua tenere et possidere in nobile et gentile feudum rectum, avitum, antiquum et paternum quartam partem castrorum Gorzegni, Ceretti et Arguellae, cum rata parte sua castri et loci Cravenzanae cum suis territoriis, Marchionali dignitate, et omnimoda jurisdictione, meroque et mixto Imperio ac gladii potestate, prima et secunda cognitione & appellatione quarumcunque causarum, & criminalium, aliisque omnibus, & singulis juribus, regalibus & pertinentiis pro quibus Pater olim & progenitores sui nec non ipsemet, una cum fratribus suis Joanne & Alphonso de Carretto divos prædecessores nostros Romanorum Imperatores & Reges, Sacrumque Romanum Imperium, tanquam dominos directos recognoverint, & propterea idem Aleramus perquam demisse nobis supplicari fecerit, ut & nos ipsum de dictis feudis ac eorum territorio, cum mero, & mixto Imperio omnimodaque Jurisdictione, & gladii potestate, cæterisque juribus & pertinentiis universis de Cæsarea nostra benignitate juxta tenorem antiquarum Investiturarum clementer investire, & alia quoque omnia & singula privilegia, exemptiones

nes & immunitates progenitoribus suis per prædecessores nostros & præsertim per divum quondam Imperatorem Sigismundum concessas, ac demum etiam a Divis quondam Ferdinando, Maximiliano Secundo, & Rudolpho itidem Secundo, Imperatoribus augustæ memoriæ Dominis avo, genitore, fratre, & prædecessoribus nostris colendissimis approbatas, confirmatas & corroboratas denuo approbare & innovare dignaremur, prout in ejusdem Divi quondam Domini fratris nostri diplomate latius continetur, cujus tenor sequitur et est talis:

Inseratur Rudolphi II. Rom. Imp. Confirmatio de An. 1581. supra inserta.

Nos sane, hujusmodi supplicatione clementer suscepta, attendentes tum præfati Alerami Marchionis, tum prædecessorum ejus eximiam erga nos & Sacrum Romanum Imperium fidem, & devotionis affectum multis in rebus luculenter comprobatum, animo bene deliberato, ex certa nostra scientia, et de Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine, eundem Aleramum Marchionem de prænominatis locis et feudis pro quota ad ipsum spectante, videlicet ex quarta parte castrorum Gorzegni, Cerreti & Arguellæ, cum rata parte sua castri, & loci Cravenzanæ cum suis territoriis, pratis, terris, nemoribus, cultis & incultis, Venationibus, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, Molendinis, Fodris, rodiis, censibus, angariis, decimis, pœnis, mulctis, bannis & condemnationibus, bonorum devolutionibus, hominumque fidelitatibus, cum dignitate Marchionali, meroque & mixto Imperio, omnimodaque Jurisdictione & gladii potestate, ac prima & secunda cognitione, & appellatione quarumcunque causarum, civilium & criminalium Regalibus, cæterisque Juribus & pertinentiis universis jure feudi nobilis, gentilis, antiqui, aviti & paterni, prout ejus prædecessores ea omnia tenuerunt, & possederunt atque ad ipsum Aleramum ejusque fratres supra nominatos devenerunt, & ipse pro sua parte ea nunc tenet & possidet, recepto prius à nostro, & Sacri Imperii fideli dilecto Antonio Senzale, legitimo ejus Procuratore, sufficienti ad id mandato suffulto, debito homagii, fidelitatis & subjectionis juramento, sicut digne, rite, & recte possumus infeudamus, et investimus nec non omnia & singula privilegia, exemptiones & immunitates progenitoribus suis ipsique Marchioni Aleramo per Prædecessores, ac *præsertim præfatum Serenissimum quondam Cæsarem Sigismundum progenitoribus suis, ac nominatim quondam Joanni Bartholomæo* de Carreto concessas & donatas, & specialiter quod nullus Princeps, Marchio, Comes, Baro, vel quæcunque persona alia sæcularis, cujuscunque conditionis existat, ipsum Marchionem Aleramum de Carreto, ejusque hæredes, & in dicto feudo Successores, pro quacunque causa civili, sive criminali, coram quocunque Judice audeat evocare, citare, in causam trahere quocunque quæsito colore, seu ingenio præterquam ad nostram, seu Successorum Nostrorum Imperialem præsentiam vel ad præsentiam nostri & Imperii Sacri Generalis Vicarii, qui pro tempore fuerit & habuerit vices nostras Imperii gubernandi. Item quod ubi reperirentur aliqui Thesauri absconditi, in terris dicti Alerami de Carreto, illi sint absque ullo impedimento ipsius usibus applicati. Quodque pro maritandis filiabus, & honesta dote eis constituenda subditis suis datium imponere, & certam pecuniarum summam ab eis recipere. Similiter si peregrinationis causa limina Sanctorum visitare voluerint, Hominibus et subditis suis taxam realem, & condignam pro expensis faciendis, cum quibus honorifice transire et redire valeant, imponere possint, et si fortalitia vel castra ædificare, vel reædificare voluerint, ex tunc homines sui ipsos juvare eisque cum personis, bestiis, contributionibus, et aliis oneribus quibuslibet, juxta facultatem suam subvenire teneantur. Quodque tertia pars gabellarum in ipsius terris, et Jurisdictionibus impositarum, seu imponendarum ad ipsum Marchionem Aleramum de Carreto pertineat, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, et verborum expressionibus eorum tenores hic pro sufficienter expressis haberi volentes, confirmamus, approbamus, et, quatenus opus est, illa omnia, prout ejus parens Joannes Albertus olim tenuit, et possedit, ac ipse pariter Marchio Aleramus illa nunc tenet, et possidet, seu quasi de novo concedimus. Decernentes et hoc nostro Cæsareo edicto statuentes privilegia, exemptiones et libertates præfatas in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis et verborum expressionibus ut supra ratas, validas, firmas, perpetuas esse et censeri, et inviolabiliter observari debere in judicio et extra. Decernentes irritum et inane si secus a quopiam quavis authoritate scienter vel ignoranter quidquam contigerit attentari. Non obstantibus in præmissis quibuscunque feudorum et aliis, legibus, statutis, decretis constitutionibus ordinationibus, consvetudinibus, & veterum ac recentium Investiturarum quatenus præsentibus contrariantur. Et, non obstante quacunque caducitate, aut lapsu temporis, quam prædictus Marchio Aleramus de Carreto, aut ejus prædecessores, ob non acceptas debito tempore Investituras aut quacunque alia causa incurrissent, seu incurrisse potuissent, aut aliis in contrarium facientibus quibuscunque. Quibus omnibus & singulis, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis & individua mentio fieri deberet, scientia, authoritate & potestate prædictis derogamus & derogatum esse volumus per præsentes, supplentes omnes et quoscunque defectus tam juris, quam facti, & cujuscunque solemnitatis intrinsecæ & extrinsecæ, aut formalis de jure, vel consvetudine requisitae, si qui forsan in praemissis intervenissent, aut intervenisse dici, vel allegari possent. Nostris tamen & Imperii Sacri & cujuslibet alterius juribus in praemissis semper salvis. Hac insuper

per conditione & lege adjecta, ut praefati Marchionis Alerami haeredes & successores praedicta feuda à Nobis & Successoribus Nostris quotiescunque casus tulerit, in feudum recognoscant, debitumque fidelitatis Juramentum, prout ipsemet Marchio Aleramus per praefatum suum procuratorem Nobis praestitit, præstare teneantur, dolo & fraude semotis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis, approbationis, ratificationis Investituræ, Infeudationis, decreti, derogationis, suppletionis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire; si quis autem id attentare præsumpserit præter nostram et Imperii Sacri indignationem gravissimam pœnam quadraginta Marcharum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit ipso facto incursurum, pro dimidia Imperiali fisco seu ærario nostro reliqua vero parte injuriam passorum usibus irremissibiliter applicandum. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Lintzii, die sexta mensis Septembris Anno Domini millesimo, sexcentesimo decimo quarto, Regnorum nostrorum Romani tertio, Hungarici septimo, Bohemici quarto.

Nos sane hujusmodi supplicatione clementer suscepta attendentes tum præfati Alerami Marchionis, tum prædecessorum ejus eximiam erga Nos & Sacrum Romanum Imperium fidei & devotionis affectum, multis in rebus luculenter comprobatum, animo bene deliberato, ex certa nostra scientia & de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, eundem Aleramum Marchionem de præmemoratis locis & feudis pro quota ad ipsum spectante, videlicet ex quarta parte castrorum Gorzegni, Cerretti, & Arguellæ, cum rata parte sua castri & loci Cravenzanæ cum suis territoriis, pratis, terris, nemoribus, cultis & incultis, venationibus, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, molendinis, fodris, Rodiis, angariis, decimis, pœnis, mulctis, bannis & condemnationibus, bonorum devolutionibus, hominumque fidelitatibus cum dignitate Marchionali, meroque & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione & gladii potestate, ac prima & secunda cognitione & appellatione quarumcunque causarum, civilium & criminalium, Regalibus, cæterisque Juribus et pertinentiis universis, jure feudi nobilis, gentilis, antiqui, aviti & paterni, prout ejus Prædecessores ea omnia tenuerunt & possederunt, atque ad ipsum Aleramum ejusque fratres supranominatos devenerunt, & ipse pro sua parte ea nunc tenet & possidet. Recepto prius à fid. nobis dil. Henrico Muntio, per Honorabilem Doctum nostrum & Sac. Imp. fid. dil. Bartholomæum Immendorff. Consiliarium & Fiscalem nostrum Imperialem Aulicum, tanquam constitutum legitime procuratorem, supradicti Alerami de Carreto substituto, quemadmodum de hisce fides Nobis facta fuit, debito homagii, fidelitatis & subjectionis juramento, sicut digne, rite & recte possumus, infeudamus & investimus, nec non omnia & singula privilegia, exemptiones & immunitates progenitoribus suis ipsique Marchioni Aleramo per Prædecessores Nostros, ac *præsertim præfatum Serenissimum quondam Cæsarem Sigismundum, progenitoribus suis ac nominatim quondam Joanni Bartholomæo de Carreto concessas, & donatas* & specialiter, quod nullus Princeps, Marchio, Comes, Baro, vel quæcunque persona alia sæcularis, cujuscunque conditionis existat, ipsum Marchionem Aleramum de Carreto ejusque hæredes, & in dicto feudo successores pro quacunque causa civili, sive criminali, coram quocunque Judice audeat evocare, citare, in causam trahere, quocunque quæsito colore, seu ingenio, præter quam ad nostram seu successorum nostrorum Imperialem præsentiam, vel ad præsentiam nostri & Imperii Sacri generalis Vicarii, qui pro tempore fuerit & habuerit vices Nostras Imperii gubernandi. Item, quod, ubi reperiuntur aliqui Thesauri absconditi in terris dicti Alerami de Carreto, illi sint absque ullo impedimento ipsius usibus applicati. Quodque pro maritandis filiabus & honesta dote eis constituenda subditis suis datium imponere, & certam pecuniarum summam ab eis recipere. Similiter si peregrinationis causa limina Sanctorum visitare voluerit, hominis & subditis suis taxam realem & condignam pro expensis faciendis, cum quibus honorifice transire & redire valeat, imponere possit. Et si fortalitia vel castra ædificare vel reædificare voluerit, ex tunc homines sui ipsum juvare eique cum personis, bestiis, contributionibus, & aliis oneribus quibuslibet juxta facultatem suam subvenire teneantur. Quodque tertia pars gabellarum in ipsius terris & Jurisdictionibus impositarum, seu imponendarum ad ipsum Marchionem Aleramum de Carreto pertineat, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, & verborum expressionibus eorum tenores hic pro sufficienter expressis haberi volentes, confirmamus, approbamus &, quatenus opus est, illa omnia, prout ejus parens Joannes Albertus olim tenuit & possedit, ac ipse pariter Marchio Aleramus illa nunc tenet & possidet seu quasi, de novo concedimus. Decernentes & hoc nostro Caesareo edicto statuentes privilegia, exemptiones & libertates praefatas in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis & verborum expressionibus, ut supra, ratas, validas, firmas & perpetuas esse & censeri, & inviolabiliter observari debere in Judicio & extra. Decernentes irritum & inane si secus à quopiam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, quidquam contigerit attentari. Non obstantibus in præmissis quibuscunque feudorum, et aliis legibus, statutis, decretis, constitutionibus, ordinationibus, consuetudinibus & veterum ac recentium Investiturarum, quatenus præsentibus contrariantur. Et non obstante quacunque caducitate, aut lapsu temporis, quam prædictus Marchio Aleramus de Carreto,

Carreto, aut ejus prædecessores, ob non acceptas debito tempore Investituras, aut quacunque alia causa incurrissent, seu incurrisse potuissent, aut aliis in contrarium facientibus quibuscunque. Quibus omnibus & singulis, etiamsi talia forent, de quibus in præsentibus specialis & individua mentio fieri deberet, scientia, authoritate & potestate prædictis derogamus, & derogatum esse volumus per præsentes, supplentes omnes & quoscunque defectus, tam juris, quam facti, & cujuscunque solemnitatis intrinsecæ & extrinsecæ, aut formalis, de jure, vel consuetudine requisitæ, si qui forsan in præmissis intervenissent, aut intervenisse dici, vel allegari possent. Nostris tamen & Imperii Sacri & cujuslibet alterius juribus in præmissis semper salvis. Hac insuper conditione & lege adjecta, ut præfati Marchionis Alerami hæredes & successores prædicta feuda à Nobis & successoribus nostris quotiescunque casus tulerit, in feudum recognoscant, debitumque fidelitatis juramentum, prout ipsemet Marchio Aleramus per præfatum suum Procuratorem nobis præstitit, præstare teneantur, dolo & fraude semotis; Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostræ confirmationis, approbationis, ratificationis, Investituræ, Infeudationis, decreti, derogationis, suppletionis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, præter nostram & Imperii Sacri Indignationem gravissimam pœnam quadraginta Marcharum auri puri toties, quoties contra factum fuerit, se noverit ipso facto incursurum, pro dimidia Imperiali fisco, seu ærario nostro, reliqua vero parte injuriam passorum usibus irremissibiliter applicandam.

Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennæ, die vigesima secunda mensis Octobris, Anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo; Regnorum nostrorum Romani secundo, Hungarici tertio, Bohemici vero quarto.

XV.

Ferdinandi II. Roman. Imperat. Investiturarum atque Privilegiorum à Romanorum Imperatoribus, Marchionibus de Carretto-Savona concessorum confirmatio, in qua insimul Marcum Antonium de Asinariis de Carretto, ex Marchionibus de Savona oriundum atque Spigni Marchionem, ejusque legitimos successores, veros S. R. Imp. ac Spigni Marchiones atque Marchionissas creavit, eosque non solum perpetuos suos in dicto Marchionatu Vicarios constituit; verum etiam tam exemptionis ab omnibus oneribus & foris externis, quam Sacri Lateranensis Palatii, Aulæque Cæsareæ & Imperialis Consistorii Comitivæ, nec non nobilitandi Privilegiis, cohonestavit, d. d. 3. Novembr. An. 1626.

FErdinandus Secundus Divina favente clementiâ electus Romanor. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, &c. Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ et Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Rom. Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis, Quod nobis Illustris Nostri & S. Rom. Imperii fidelis dilecti, Marci Antonii de Asinariis de Carretto, ex Marchionibus Savonæ, Marchionis Spigni Filius, Don Fridericus, humiliter exposuerit, se se à Savonæ & Finarii Marchionibus de Carretto, DD. Romanorum Imperatorum, & Regum, Prædecessorum nostrorum, Augustæ memoriæ fidelibus, adeoque benemerentibus Vassallis, atque ab iis honoratis, liberalissimè semper habitis & tractatis, originem suam ducere, quibus omnibus communia sint tam Serenissimorum Imperatorum Federici Primi Anno millesimo centesimo sexagesimo secundo, Federici Secundi Anno millesimo ducentesimo, vigesimo, & Caroli Quarti, Anno millesimo, trecentesimo quinquagesimo quinto, data, ac confirmata Privilegia, Ideoque nobis demisse Patris sui nomine supplicarit, ut cum ad præsens in partibus Langarum Marchionatum Spigni, aliaque loca videlicet Rochetæ, Montis Alti, Turpini, Montis Ursarii, Maluicini, Meranæ, Ursolarum, Ulmi, Cæsulæ, & quartæ partis Rochæverani cum annexis & dependentibus mero & mixto Imperio, gladii potestate, ac omnium causarum, tam civilium, quam criminalium, decisione, cæterisque præeminentiis, regalibus, indultis, gratiis & prærogativis, præfatis ejus Prædecessoribus cum pleno & absoluto Dominio concessis, atque jure primogenituræ Spigni, aliorumque prænominatorum locorum quiete possideat, indeque (cum præfata loca prope Mare Mediterraneum sita sint) occasionem singularem ac opportunam bene merendi commoditatem præ cæteris semper habuerit. Nos sibi suisque hæredibus & successoribus quibuscunque masculis & fœminis primogenitis (ordine primogenituræ semper servato) non solum supradicta, verum etiam omnia alia per subsecutas ampliationes, innovationes, confirmationes Caroli Quarti, Maximiliani Primi Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, Caroli Quinti, Ferdinandi Primi, & Rudolphi Secundi, Majoribus suis, præsertim Alphonso de Carretto Marchioni Finarii ab iisdemmet provenienti, concessa Privilegia cum omnibus Regalibus, indultis,

gratiis & prærogativis, confirmare, ratificare, approbare, &, quatenus opus sit, de novo concedere clementer dignaremur. Nos sane benigne considerantes, tum generis originem, quam ab iisdem de Carretto idem Marcus Antonius de Asinariis habere dignoscitur, tum præclara & egregia tam majorum suorum, quam ipsiusmet erga Sac. Rom. Imperium, & Augustissimam Nostram Austriæ Domum belli pacisque tempore diversis occasionibus inconcussae fidei et devotionis obsequia praecipue in commoda et opportuna per Terras suas trajectione militum Sereniss. Hispaniarum Regis Catholici, Nepotis, et Affinis Nostri charissimi, per ipsum Marcum Antonium Marchionem Spigni hactenus praestita: Egregii vero pectoris fortitudinem, et constantis imprimis animi munimenta declaravit abundè, quando Anno millesimo sexcentesimo, vigesimo quinto, fervente in Italia Ducem Sabaudiae inter et Genuensem Rempubl. bello, ne quid in Imperii praejudicium se consentiente fieret, Feuda Imperialia externo nulli cedere voluit, & quamobrem Castella, & fortalitia solo æquari, agros suos ab hostibus deuastari præsens spectare debuit: Marcus Antonius, tamen nihil à recto fidelitatis tramite unquam recessit. Et nè unius fortassis anni alii retro pacifici leuiorum reddere videantur calamitatem jam dudum pro Augustissima Domo nostra Anno millesimo sexcentesimo decimo quinto pati didicerat, & moderna hæc tempora quæ tot tamque diversis in Italia motibus agitantur, nihil illi benignius concesserunt, imo vero propter transitus commoditatem gravius illi accidit, cum Regis Galliæ contra Domum Nostram confœderati, milites suos trajecerunt, domos incenderunt, Castella diruerunt & everterunt, cujus æternum illis in partibus crudelitatis omnibus posteris apparebit monimentum. Qua de causa eidem sequentia Privilegia benigne confirmamus, approbamus, ratificamus, ac quatenus opus sit, de novo concedimus.

Inserantur hic Privilegia præinserta.

Ac proinde ex certa nostra scientia in præsentia Sacr. Rom. Imperii Electorum, & Principum Ecclesiasticorum, & Secularium in hoc conventu Electorali congregatorum, animo bene deliberato, sano accedente consilio, ac de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine prædictum Illustrem Marcum Antonium de Asinariis, de Carretto, Marchionem Spigni, ejusque hæredes & descendentes legitimos utriusque sexus in dicto Marchionatu successuros, ordine primogenituræ semper servato, veros Sacri Romani Imperii & Spingni Marchiones, & Marchionissas creavimus, fecimus, & nominavimus, tituloque & honore Marchionatus Imperialis auximus, atque insignivimus. Sicuti tenore præsentis nostri Diplomatis creamus, facimus, nominamus, augemus & insignimus. Volentes, præsentique Edicto nostro Cæsareo in perpetuum valituro firmiter, & expresse decernentes, quod supra dictus Marcus Antonius de Asinariis de Carretto ejusque hæredes & descendentes in infinitum nomen, titulum & dignitatem Marchionum Imperii perpetuis deinceps temporibus habere, obtinere ac deferre, eoque tam in litteris, quam nuncupatione verbali in rebus spiritualibus & temporalibus, ecclesiasticis juxta, ac profanis uti, honorari, appellari, insigniri & decorari, omnibusque & singulis juribus, regalibus, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, honoribus, ornamentis, dignitatibus, gratiis, consvetudinibus, indultis, præeminentiis & prærogativis, reliquisque etiam iis, quæ specialem, expressam, specificam & individuam alioqui concessionem, suique mentionem requirerent, libere & citra cujusvis impedimentum vel contradictionem uti, frui, potiri & gaudere possint ac debeant, quibus cæteri ab antiqua Stirpe nostri, Sacr. Rom. Imperii veteres præcipui atque Illustres Marchiones utuntur, fruuntur, potiuntur & gaudent, consvetudine vel de jure: non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque etiam si talia forent, quæ & ipsa specialem, expressam, specificam & individuam sui mentionem requirerent, quibus per has præsentes scienter & auctoritate nostra Imperiali derogamus, ac plene sufficienterque derogatum esse volumus. Insuper potestate & auctoritate antedicta eundem, hæredesque ac successores suos in memorato Marchionatu Spigni S. R. Imperii Vicarium, ac Vicarios de cætero, & in perpetuum creamus, constituimus & deputamus, ac pro Vicario, & Vicariis perpetuo in ipso Marchionatu esse volumus, & decernimus, ita ut pro talibus haberi, honorari & reputari, omnique jure, dignitate, regalibus & præeminentia cæteris Vicariis Imperialibus competente uti, frui & potiri possint, dummodo tamen per hanc condecorationem nostræ Sacrique Rom. Imperii Superioritati nullatenus derogetur, vel subditorum, si gravatos se existimarent, quærelæ, revisiones, supplicationes, aliaque Juris remedia, & recursus ad Nos, sive Successores nostros Roman. Imperatores & Reges, ullo unquam tempore sistantur vel impediantur; Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque; Indulgemus etiam clementer & elargimur prædicto Marco Antonio de Asinariis de Carretto, Marchioni Spigni, suisque filiis, hæredibus, posteris ac descendentibus utriusque sexus legitimo thoro ortis, & aeterna serie orituris, ut à Nobis Nostrisque in Sacro Romano Imperio Successoribus, Romanorum Imperatoribus ac Regibus, Illustres deinceps perpetuo praedicentur, appellentur & nominentur, utque iis ex omnibus nostris nostrorumque in Sacro Romano Imperio Successorum, Nobisque & Augustae Domui Nostrae Austriacae subjectorum Regnorum, Provinciarum ac Ditionum Cancellariis, quotiescunque sive viva voce, sive scripto compellandi, aut alias mentio illorum facienda erit, Titulus, prædicatum & dignationis verbum

verbum *Illustris* futuris deinceps temporibus detur, tribuatur & inscribatur, prout in hunc ipsum sensus ac voluntatis nostræ effectum dictis nostris Cancellariis, & expeditionibus per decreta præcise ordinavimus, mandavimus & injunximus. Similiter etiam sæpedictum Marcum Antonium, Marchionem Spigni, ejusque hæredes & successores cum Marchionatu Spigni, cæterisque locis & villis prædictis eorumque subditis & incolis, tam his, qui nunc sunt, quam qui deinceps erunt, in antiqua pacifica possessione, seu quasi, libertatis, immunitatis & exemptionis, ab oneribus militaris, seu aliis cujuslibet generis personalibus, vel realibus, tam ordinariis, quam extraordinariis, quocumque nomine nuncupentur, ac præsertim hospitandi milites cujuslibet nationis, sive equites, sive pedites, vel eo nomine quicquam contribuendi, solvendi & præstandi, prout idem Marchio, cum præfatis Marchionatu suo Spigni, locis & eorum incolis ejuscemodi possessionem, vel quasi ab antiquo, & ultra hominum memoriam pacifice tenuerunt, atque etiamnum tenent omni meliori modo, via, forma & jure, quibus validius atque melius fieri potest aut debet, confirmamus, &, quatenus opus est, virtute hujus nostri Privilegii ex integro eximimus, liberamus & absolvimus. Atque ut certo & manifeste omnibus constet de hac Nostra Imperiali protectione, tuitione & salvaguardia, plenam ei facultatem, auctoritatem & licentiam concedimus, & elargimur, ut toties, quoties opus habuerit aut voluerit, possit & valeat dictis suis locis, ædibus, prædiis, fundis, hortis, bonis & possessionibus affigere & erigere Aquilam nostram Imperialem, una cum Nostris & Sacri Romani Imperii aliorumque Regnorum Nostrorum insignibus conjunctim vel divisim in testimonium & signum hujusmodi Salvaguardiæ, & ea, quandoque libuerit, cum debito honore & reverentia amovere citra cujuscunque impedimentum & contradictionem. Hoc Nostro Cæsareo & in perpetuum valituro edicto statuentes, ac firmiter decernentes, ejuscemodi libertatem, immunitatem, atque exemptionem semper ratam, validam, ac firmam esse debere, non obstantibus ullis legibus, constitutionibus & decretis quibuscunque, quibus per præsentes derogamus, ac sufficienter derogatum esse volumus. Volentes autem supradictum Illustrem Marcum Antonium Marchionem Spigni uberiori gratia augere, idcirco scienter, deliberate, ac de Cæsareæ auctoritatis & potestatis Nostræ plenitudine, eidem hanc specialem gratiam fecimus, concessimus atque elargiti sumus, prout præsentium vigore facimus, concedimus & elargimur, quod nec ipse, nec uxor, liberique & descendentes ipsius legitimi, Officiales, Ministri, Subditi ac Vasalli sui, aut ipsorum cum rebus & bonis omnibus communiter vel divisim à quocunque deinceps ad alienum forum, atque Tribunal ubivis terrarum & locorum existens, pro quacunque causa profana, civili, aut criminali, in jus aut judicium vocari, citari aut pertrahi queant, neque in aliquo judicio contra ipsos, eorum corpora, res, bonaque quovis modo pronunciari, judicari, vel procedi debeat aut possit. Verum si quis ullam actionem, jus aut querelam sibi adversus eundem, vel uxorem, liberosve & descendentes ipsius legitimos competere prætenderit, is teneatur coram Nobis aut Nostris Successoribus, Romanorum Imperatoribus ac Regibus, vel coram illis, quibus id per Nos aut Nostros in Imperio Successores pro tempore existentes, specialiter commissum, delegatum & injunctum fuerit, jus suum prosequi; nec, contra præsens Edictum, in foro alieno, coram quocunque judice, adversus illos, quovis modo, actionem intentare aut experiri audeat, vel præsumat; Officiales autem ac Ministri, Subditi & Vasalli ipsius Marchionis Spigni, aut legitimorum ejusdem hæredum atque successorum coram judicibus ordinariis locorum, ubi habitaverint, & non alibi, convenire, aut in jus vocari possint, nisi forte Actoribus Justitiæ remedium postulantibus jus in Tribunali ordinario & legitimo notorie denegaretur, aut dolo malo, seu data opera protraheretur, quo quidem casu unicuique liberum & licitum sit jus suum in locis & judiciis, ubi id impetrare poterunt, prosequi. Quod si vero contingat sæpedictum Illustrem Marcum Antonium Marchionem Spigni, ipsiusve uxorem, liberos & descendentes legitimos, vel suos, ac eorum Officiales, Ministros, Subditos ac Vasallos ad alienum & peregrinum aliquod cujuscunque Curiæ, seu Provinciæ Ecclesiasticæ, vel Secularis judicium atque Tribunal in causa aliqua profana civili, aut criminali evocari, citari & in jus trahi, ac contra ipsos & eorum personas, res & bona, actionem, litem, ac querelam institui, procedi, pronunciari, judicari, decerni, vel agi, Nos totum id & quicquid contra hanc concessionem Nostram intentatum processum, judicatum, sententiatum, decretum, pronunciatum, vel actum fuerit, irritum & inane nulliusque Troboris, vel momenti decernimus, & declaramus scientia et auctoritate prædictis; Ita quod sic evocatis, citatis & condemnatis, neque in persona, neque in bonis, ullum damnum, aut præjudicium quoquomodo adferri debeat, aut possit. Non obstantibus ullis legibus, constitutionibus, decretis, consuetudinibus, aut aliis quibuscunque in contrarium facientibus, quibus omnibus & singulis, etiam si talia forent, quæ mentionem expressam & specialem requirerent, hac in parte scienter derogamus, ac sufficienter derogatum esse volumus per præsentes. Porro ut sæpedictus Marcus Antonius de Asinariis de Carretto, Marchio Spigni ejusque descendentes legitimi masculi specialibus, ac majoribus gratiis, & prærogativis, a nobis se auctos, cohonestatosque sentiant, motu, scientia, consilio, & auctoritate prædictis, quo benignitate nostra Cæsarea in alios etiam munifici esse possint, Sacri quoque Lateranensis Palatii Aulæque Nostræ Cæsareæ & Imperialis Consisto-

fistorii Comites fecimus, creavimus, Comitumque Palatinorum Titulo clementer insignivimus, prout vigore præsentium facimus, creamus, & insignimus, aliorumque Comitum Palatinorum numero & cœtui aggregamus & adscribimus. Decernentes & Imperiali hoc nostro Edicto firmiter statuentes, quod ex hoc futuro deinceps tempore omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, juribus, insignibus, prærogativis, immunitatibus, honoribus, exemptionibus, consuetudinibus ac libertatibus, uti, frui, potiri & gaudere possint ac valeant, quibus cœteri Lateranensis Palatii Comites hactenus usi & potiti sunt, seu quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur & gaudent, consuetudine, vel de jure introductis & observatis. Dantes & concedentes etiam præf. Marchioni Spigni, suisque liberis legitimis masculis in infinitum amplam auctoritatem & facultatem, qua per totum Rom. Imperium & ubilibet terrarum Notarios publicos, seu Tabelliones, & Judices ordinarios facere atque creare, Naturales, bastardos, spurios, manseres, nothos, incestuosos, copulative aut disjunctive, & quoscunque alios ex illegitimo & damnato coitu procreatos, & procreandos masculos, aut fœminas cujuscunque status, gradus, ordinis & conditionis existant (Illustrium tamen Principum Comitum, & Baronum filiis dumtaxat exceptis) legitimare, ac eos & eorum quemlibet ad omnia, & singula jura legitima restituere & reducere, omnemque genituræ maculam, ipsos tam ad omnia & singula successionum, ac hæreditatum jura, quam ad honores, dignitates & singulos actus legitimos reducendo, & habilitando, abstergere atque abolere: Tutores quoque & Curatores confirmare, dare & constituere, ipsosque causis legitimis subsistentibus, amovere: Filios etiam adoptare, & arrogare legitimatos, vel legitimandos, adoptivos & adoptandos emancipare, ac patria potestate liberare. Adoptionibus, & emancipationibus omnium & singulorum, etiam infantium atque adolescentium consentire: Veniam ætatis Supplicantibus concedere, servos quoque manumittere, Minores, Ecclesias & Communitates læsas in integrum restituere. Cum infamibus tam juris, quam facti, aut aliter quomodocunque copulative, sive disjunctive dispensare: Præterea etiam Doctores, Licentiatos & Baccalaureos in utroque jure & medicina, Magistros item & Baccalaureos liberalium artium, ac Philosophiæ, nec non Poetas Laureatos creare, promovere, ordinare, constituere, ac facere possint, ac valeant, iis omnino modo, forma, via, jure, lege, ac conditione, quibus cœteri Sacr. Lateranensis Palatii, & Aulæ nostræ Cæsareæ, atque Imperialis Consistorii Comites solent, possunt, ac debent. Præcipue vero, & ad majorem propensæ in eum Cæsareæ nostræ voluntatis significationem præf. Marco Antonio Marchioni Spigni, suisque liberis masculis legitime natis & nascituris, liberam potestatem, & facultatem damus, ut possint et valeant personas illas utriusque sexus, quas Virtutum excellentia conspicuas, morum integritate præstantes, easque dignas & aptas, ac opum facultatibus pollentes, nec non natalium honestate, ac vitæ probitate claras esse censuerint atque cognoverint, Nobiles creare, facere & in Statum, gradum, & ordinem Nobilum Sac. Rom. Imperii aliorumque nostrorum Regnorum & Dominiorum nostrorum hæreditariorum assumere, attollere & euehere, nec non cœtui, Societati & consortio illorum conjungere & aggregare, illisque Arma & insignia nobilitaria cum galeis apertis, seu clathratis, similiter etiam aliis honestis personis illud ab ipsis petentibus insignia, seu arma pro qualitate personarum idonea, & convenientia elargiri, ita ut omnes & singuli, quos prædictus Marcus Antonius Marchio Spigni suique descendentes ut supra Nobiles facient, & creabunt, cum omnibus suis liberis, eorumque posteris legitime descendentibus, utriusque sexus veri Nobiles & tanquam Nobili genere procreati sint, nominentur, reputentur ac ubique locorum & terrarum, tam in judiciis, quam extra, in rebus spiritualibus, & temporalibus, Ecclesiasticis ac profanis, & quibuscunque aliis semper habeantur, vocentur, nominentur, illorumque concessa arma & insignia in omnibus & singulis honestis, & decentibus actibus, exercitiis & expeditionibus tam joco, quam serio, in torneamentis, hastiludiis, ædificiis, parietibus, tapetibus, ac supellectilibus, demum omnibus quocunque nomine censeantur aliorum veterum nostrorum, & Sac. Rom. Imperii Regnorumque & Provinciarum nostrarum hæreditariarum Nobilium armigerorumque more libere, pacifice, & absque omni impedimento, uti possint, & valeant. Apti denique sint, & idonei ad fruendum omnibus, & singulis privilegiis, quibus cœteri à Nobis, & Sac. Rom. Imp. hujusmodi ornamentis insigniti, & feudorum capaces utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, quomodolibet consuetudine, vel de jure. Volumus autem ut quæcunque Personæ à prædicto Marco Antonio, Marchione Spigni suisque legitimis successoribus masculis in statum, gradum, & ordinem Nobilium evectæ, & assumptæ fuerint, post adeptum nobilitatis honorem, & titulum ab omnibus Civilibus opificiis & negotiationibus nobilitarem, dignitatem minus decentibus, plane desistant & abstineant. Quo circa mandamus Universis, & singulis Electoribus, aliisque Sac. Rom. Imp. Principibus Ecclesiasticis, & Secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Vicedominis, Præfectis, Castellanis, Locumtenentibus, Officialibus, Heroaldis, & Caduceatoribus, Burgi Magistris, Judicibus, Consulibus, Civibus, Communitatibus, & generatim omnibus ac singulis nostris, & S. R. I. Regnorumque & Provinciarum nostrarum hæreditariarum subditis fidelibus, dilectis, cujuscunque dignitatis, gradus, ordinis, præeminentiæ status, vel conditionis existant, ut sæpedictum Illustrem Marcum Antonium de Asinariis

riis de Carretto, Marchionem Spigni, omnesque ejus utriusque sexus liberos in infinitum descendentes, pro vetustis, nostris, ac S. R. I. Marchionibus & Marchionissis agnoscant, acceptent, habeant, reputent, atque honorent, eosque in consuetas sessiones, & prærogativas admittant, Titulum etiam & prædicatum Illustrium eisdem deferant, ita illos nominando, & tum scriptis, tum viva voce appellando, omnibusque & singulis supra memoratis juribus, regalibus, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, honoribus, ornamentis, dignitatibus, gratiis, consuetudinibus, indultis, præeminentiis, prærogativis, reliquisque iis præsentibus hisce nostris tenoreque earundem à nobis ac benignitate, propensione, benevolentia, favore, gratia, & singularibus, atque specialibus nostris indultis Cæsareis concessis, atque collatis, libere, quiete, ac absque ullo impedimento uti, frui, & gaudere, ac potiri finant, quinimo nostro Sacrique Rom. Imperii nomine in prædictis omnibus & singulis defendant, atque alios, ne quid in contrarium, sive directe, sive per obliquum moliantur, pro viribus prohibeant, quatenus indignationem nostram Cæsaream, & Sacr. Rom. Imperii gravissimam, & pœnam quingentarum marcarum auri puri, pro semisse Fisco nostro Imperiali pro reliqua vero parte injuriam passo, vel passis, toties, quoties contra factum fuerit, omni spe veniæ sublata, pendendam evitare voluerint. Harum testimonio litterarum manu nostra propria subscriptarum, & Bullæ nostræ aureæ Typario munitarum. Quæ dabantur in nostra, & S. R. Imperii Civitate Ratisbonæ, die tertia mensis Novembris, anno Domini millesimo, sexcentesimo, trigesimo sexto. Regnorum nostrorum; Romani decimo octavo. Hungarici decimo nono, Bohemici vero vigesimo.

FERDINANDUS.

Anselmus Casimirus,
Archiepiscopus Moguntinus.
V. P. H. à Stralendorff.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Joan. Walderode.

XVI.

Contractus, quo mediante Nicolaus de Carretto, Comes Millesimi, feudum Imperiale Cingii ejusque annexa, Philippo IV. Hispaniarum Regi, interposito Cæsareæ Majestatis consensu ac confirmatione, vendidit, d. d. 20. Februar. An. 1641.

FErdinandus Tertius Divina favente clementiâ electus Romanor. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, &c. Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ et Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Rom. Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum ad humilem instantiam gravesque ob causas nobili Nostro, & Sacri Imperii fideli dilecto Nicolao de Carretto ex Marchionibus Savonæ, Comiti Millesimi & Cingii, nostrum & Sacri Imperii castrum feudum Cingii in toto vel parte venundandi licentiam elargiti, Magnificis nostris et Sacri Imperii fidelibus dilectis, Azzoni Hyacintho de Mulatio, & Jacobo de Josdinovo, Marchionibus Malaspinis Commissionem detulerimus, ut ipsorum interventu dictum feudum justo pretio et æquis rationibus in Serenissimum Hispaniarum Regem Catholicum consobrinum, affinem & fratrem nostrum charissimum alienaretur & transferetur, atque jam desuper (vigore relationis dictorum Commissariorum nobis septima die Januarii proxime præteriti factæ) certis utrinque conditionibus & capitulis, sub bene placito tamen & assensu nostro Cæsareo conventum sit, prout ex subinserto nobis in authentica forma exhibito emtionis venditionis contractu, liquidius constat, cujus tenor in hæc verba sequitur:

Capitoli accordati dalli Illustrissimi Sigri Marchesi di Fosdinoro, e di Mulazzo, Commissarii Cæsarei per la vendita del lengio, & come à basso, che doveria fare il Sigr Conte di Millesimo, all' Eccellentissimo Sigr Marchese di Leganes, Governatore dello stato di Milano Latine vero ita: &c. Capitula accordata ab Illustrissimis Dominis Marchionibus de Fosdenoro et de Mulatio Commissariis Cæsareis, pro Venditione Cingii & ut infra, quam deberet facere Dominus Comes de Millesimo, Eccellentissimo Domino Marchioni de Leganes, Gubernatori status Mediolani.

I. Quod Contractus & tractatus præsens locum non habeat nisi in quantum accedat beneplacitum Cæsareæ Majestatis.

II. Quod in venditione includatur non solum feudum Castrum Cingii, omnesque redditus feudales, id est Decimæ, Molendinum, Gallinæ, fictus, nemora, Focoloria, & alia Jura & prærogativæ, prout ipse Dominus Comes in præsentiarum illud recognoscit à Sacro Romano Imperio, sed etiam Massoritium de Ponzano, bonum Allodiale dicti Domini Comitis, attenta declaratione facta ab an-

ab antefatis DD. Commissariis, quod illud non patiatur commodam divisionem à territorio & feudo Cingii, prout etiam includi debeant alia bona allodialia dicti Domini Comitis, sita in territorio Cingii, id est Vignale, & septem sextaria Campi supra molendinum.

III. Quod redditus feudales habeantur pro liquidatis in summa Librarum 1888. 7. 6. monetæ Mediolanensis annuarum, prout ex nunc partes acceptis & visis debitis informationibus, illos ex mutuo consensu liquidant in prædicta summa, prout in Lista, quæ ab ambabus partibus firmabitur.

IV. Quod pretium bonorum & Jurium feudalium, esse debeat ad rationem unius cum dimidio pro centenario dictæ annuæ liquidationis, eo quia in hoc habitus fuit respectus ad fabricas castri.

V. Quod pretium Ponzani, quod ad præsens nec mensurari, nec æstimari potest, ob nives, quæ supervenerunt, & pretium aliorum supradictorum bonorum allodialium fieri debeat prima occasione à confidentibus ambarum partium, qui debeant non solum mensurare supradicta bona, sed etiam æstimare quid & quantum valeant in singula sextaria, & casu, quo dicti confidentes discordes essent, Domini Commissarii eligere debeant alium peritum, qui faciat prædictam mensuram & pretium.

VI. Quod Focolaria nonaginta recognita in dicto feudo Cingii æstimentur Ducatonis quinquaginta pro quolibet, attento respectu novenniorum & successionum.

VII. Quod sua Excellentia debeat districte, & vigorose mandare, quod à Vicino Præsidio Cingii nullum causetur damnum aut inconveniens in bonis & feudis Domini Comitis, quodque, si aliqua contingerent, delinquentes severe puniantur sequenti modo, id est, quod Delicta, quæ committi possent à militibus castri Cingii intra confines Comitatus Millesimi, & Rochetæ, & aliorum bonorum, quæ venirent sub dominio Domini Comitis circa illud, quod respiciet damna rerum rusticorum, debeant vigorose puniri à Gubernatore illius Præsidii, pro delictis gravibus & enormibus possit Dominus Comes eos detineri facere, & construi facere processum, sententiam, & ejus executionem, cum simplici assistentia Auditoris Cingii, & quatenus dictus Auditor requisitus, assistere nollet, possit nihilominus Judicium procedere.

IIX. Quod dari non debeat in Sacra Majestate Catholica, aut ejus ministris, nec imponi aliquod genus hospitationis continuæ feudo Millesimi, ejus pertinentiis, Rochetæ & aliis locis, quæ ad præsens possidet Dominus Comes, minusque cuivis alio loco, quod futuris temporibus, omni et quocunque modo, titulo emptionis, successionis, aut quocunque alio modo pervenire posset ad dictum D. Comitem, quoties tamen dicta loca, quæ futuris temporibus pervenirent, sint talia, quæ de sui natura obligata non sint hospitationibus, & si necessitas exigeret occasionem transitus, quod nequeat cogi ipse Dominus Comes ejusque subditi ad præstandum aliud, quam receptaculum militibus, & domunculas vulgo Casarme officialibus, & omnibus, mediante eorum pecunia, necessariam sustentationem, et commoditatem traducendi Sarcinas.

IX. Quod dictus Dominus Comes, ejus hæredes, successores & descendentes non impediantur à Sacra Catholica Majestate, nec ab aliis hæredibus suæ Regiæ Coronæ, nec ab ejus Ministris, cujusvis gradus, status & conditionis, quin possint reædificari facere muros oppidi Millesimi, in modum tamen, quod, Judicio Ingenieriorum suæ Majestatis, non inferant Cingio subjectionem, vulgo sojetto.

X. Quod sua Catholica Majestas, hæredes suæ Regiæ Coronæ, aut Ministri, ut supra, non possint, aut possit, nec debeant se ingerere in feudis Comitatus Millesimi, pertinentiis & Rocheta Cingii, nec in personis, utpote immediate subjectis suæ Cæsareæ Majestati, nec possint aggravari à dicta Majestate Catholica, ut supra, nec ab ejus Ministris pro quocunque futuro tempore, etiamsi esset causa belli, nec sub quovis prætextu prætendere eos diminuere à directo Dominio Imperii, causa eos aggravandi aliis statibus Sacræ Majestatis Catholicæ, declarando tamen, quod respectu contentorum in hoc pacto, non intelligitur privata Sacra Majestas, & sui Ministri, Jure procedendi in eorum Tribunalibus contra eas personas, etiamsi subditas dicti Domini Comitis, quæ delicta patrarent, aut in territorio Cingii, qui in præsentiarum datur Sacræ Majestati, aut in aliis territoriis suorum Regiorum statuum.

XI. Quod sua Majestas Catholica, hæredes, & successores Suæ Regiæ Coronæ, ejusque Ministri, ut supra, non possint prohibere dicto Domino Comiti, ejus hæredibus, successoribus & descendentibus & subditis præsentibus & futuris Comitatus Millesimi & Rochetæ, & aliis liberum transitum, egressum, reditum, & permanentiam cum quovis genere eorum rerum, annonarum & mercium, sine aliqua solutione Daciti, Pedagii, Gabellæ, Impositionum & aliorum vectigalium, etiamsi imponerentur sub titulo consignationis, in dicto loco Cingii, seu quod valeant ire, manere, negotiari libere, ut usque ad præsens fecerunt, & ferre eorum fructus extra dictum locum, quin eis detur molestia, nec impedimentum, & quod contra Dominus Comes & ejus successores in omnibus ejus feudis, tam præsentibus quam futuris, debeant concedere eandem supradictam libertatem Suæ Majestati & suis, quoad transitum,

tum, sed quod respectu Immunitatis, ea restricta sit ad solos homines Cingii, qui in præsentiarum illa gaudent.

XII. Quod omnes res & annonæ dicti Domini Comitis, & ejus hæredum præserventur omnino liberæ & franchæ à Dacito Carcherarum tam præsenti, quam à quovis argumento, quod ei fieri posset, dummodo respectu frumentorum non excedat quantitatem Salmatarum centum quinquaginta annuarum, & quod, respectu subditorum, debeant esse eorum res, merces & annonæ immunes à dimidia dicti Daciti, sed si justificabitur, quod committant aliquam fraudem in præjudicium dicti Daciti, intelligatur privata hac prærogativa ea Communitas, & particulares ipsius, ex qua erit fraudator, quod eis per pactum conceditur ad preces dicti Domini Comitis, & respectu bonæ viciniæ, quæ agenda speratur cum Præsidio Cingii, & subditis suæ Majestatis.

XIII. Quod confines territorii Cingii, sint illimet, qui anno nupero recogniti fuerunt, ab Ingenieris Fossati, excepto quod in parte, qua itur Millesimum, non extendantur ultra flumen Burmidæ, vertendo, prout currit pitanum vulgo della Chiappa, cum conditione tamen, quod si ultra dictum flumen reperietur sita esse bona subjecta decimis, aut aliis solutionibus in feudo Cingii, fieri debeat pro eorum importantia detractio liquidationis redditiuum contentæ in lista separata.

XIV. Quod ex parte Sacræ Majestatis nil innovari possit circa viam, quæ invenitur, post descensionem situs vocati la Crocietta, quæ dicitur durare franca usque ad viam, quæ directe ducit ad Locum Rochæ Vignalis, cui Dominus Comes hoc contractu nullo modo præjudicare intendit.

XV. Quod illa pars territorii, quæ detrahitur à territorio ordinario Cingii versus Millesimum, remaneat Domino Comiti, suis hæredibus, successoribus & descendentibus libera, & omnino avulsa à territorio Cingii, & detracta ab illo Registro, quin unquam & pro quocunque tempore possint Sacra Majestas Cæsarea, hæredes & successores Suæ Regiæ Coronæ, aut Ministri, ut supra, inibi prætendere aliquod Jus, actionem, aut Jurisdictionem, nec realem, nec personalem, nec mixtam.

XVI. Quod solutio, quæ facienda erit, juxta prædictas liquidationes, pro Complemento hujus contractus, fieri debeat in tot Ducatonis effectivis Stampæ Mediolanensis, juxta valorem, quo eos expendit Regia Thesauraria, qui est Librarum quinque, et solidorum quindecim in singulo, & non in alia moneta, nec ad alium volorem, fierique debeat in loco bene viso dicto Domino Comiti, qui cogi non poterit ad ineundum instrumentum venditionis, nisi nummi prius depositati ex integro fuerint in Loco tuto bene viso dicto Domino Comiti.

XVII. Quod Dominus Comes cogere nequeat aliquo Mandato, aut Edicto subditos suos Rochetæ ad eundem, aut ejus molendina Millesimi, aut aliorum locorum, sed quod integrum remaneat ipsis subditis ire tam ad molendina dicti Domini Comitis, quam ad illud Cingii, si erit Sacræ Majestatis.

XVIII. Quod, stipulato Contractu, licitum sit Domino Comiti relevare pretium bonorum allodialium, præcedente in dicto Contractu promissione de evictione, & manutentione in forma communi, & de jure, cum hypotheca non tam generali omnium bonorum dicti Domini Comitis præsentium & futurorum, sed etiam speciali illorum, quæ dictus Comes acquireret ex nummis, pretio, aut ex prædictis allodialibus, aut feudalibus Cingii, & respectu pretii feudalium, quod non possit eos relevare à deposito, nisi in actu implicationis in aliis feudis, aut proprietatibus, aut juxta illud, quod S. Majestas Cæsarea præscribet pro cautione vocatorum in Investituris dicti feudi Cingii, & servatis pariter aliis omnibus conditionibus, quæ ab eadem Cæsarea Majestate præscribentur.

XIX. Et ut venditio, reservatio Territorii, pacta, & conditiones stabilitæ, firma remaneant & inviolabiliter observentur ab ambabus partibus, obtinebuntur consensus, Privilegia & Salvaguardiæ ab ambabus Majestatibus Cæsarea & Catholica favore dicti Domini Comitis, ejus hæredum & successorum ac descendentium, cum remissione omnium & quarumcunque scripturarum in authenticam formam procurando inhibitiones oportunas, Gubernatoribus & Ministris, ut supra, ut omnia procedant ea quiete, qua decet in hujusmodi negotiis, idque habendum erit tempore stipulationis contractus, quem ad finem subito mittetur Tabellarius in Germaniam pro approbatione suæ Cæsareæ Majestatis, & in Hispaniam, quatenus opus sit, & devenietur ad dictam stipulationem intra mensem à die adventus Cæsareæ Approbationis.

XX. Omnes expensæ, quæ fient, sint ad computum Sacræ Catholicæ Majestatis, quodque omnes scripturæ sint in authenticam formam, & illico consignentur dicto Domino Comiti.

XXI. Et pro Corroboratione bonæ mentis suæ Excellentiæ erga dictum Dominum Comitem, declaratur, quod à die Jovis proxime ventura in antea Loca Comitatus Millesimi, & Rochetæ debeant esse immunes ab omni hospitatione & contributione, quodque, ubi Commissarius non reperiretur urbanus, & facilis, id exequi non posset, omne illud, quod solverent à dicta die in antea, accresci debeat pretio hujus Contractus.

XXII.

XXII. Instrumentum, quod extenderur à peritis, cum omnibus clausulis necessariis, Excellentia sua dignabitur facere, ut de eo copia detur Domino Comiti, antequam veniat finis contractus, & in totum ad dictamen sapientum.

XXIII. Quod bona DD. Comitis, ejus fratrum & novercæ, remaneant cum iisdem privilegiis, exemptionibus & immunitatibus, prout ad præsens reperiuntur.

XXIV. Confidentes pro æstimando & mensurando Ponzano, & aliis suprascriptis bonis allodialibus, erunt pro parte Suæ Majestatis Capitaneus Antonius Maria Beltramus Carcherarum, & signifer Franciscus ac Sebastianus Berii pariter Carcherarum, & pro parte dicti Domini Comitis Millesimi, Joannes Baptista Garrellus de Cruceferrea, Franciscus Gamba de Biestro & Gvilielmus de Cingio.

XXV. Quod ubi Dominus Comes post adventum Cæsareæ approbationis, post factum depositum prædictum pro parte S. Cæsareæ & Catholicæ Majestatis & consignationem ipsi Domino Comitl, aut suis, extensi instrumenti hujus Contractus, & post nominatam à prædictis Commissariis Cæsareis personam, aut eorum nomine existat stipulationi contractus, intra terminum mensis non deveniret ad effectualem stipulationem dicti Contractus, aut in personam propriam, aut per Procuratorem, ipse contractus haberi debeat pro stipulato ad formam hujus accordii, & pactorum, cum clausulis opportunis, & de stylo Notariorum apponi solitis.

XXVI. Tandem DD. Commissarii prædicti declaraverunt, quod depositum de quo in Cap. 16. fieri debeat in domo S. Georgii Civitatis Genuæ.

Itidem accordatum est, quod Dominus Comes, & ejus familia possit transire per territorium Cingii & Carcherarum cum quovis armorum genere etiam prohibito in statibus S. Catholicæ Majestatis absque aliqua molestia, eademque libertas permissa sit Ministris & Officialibus S. Majestatis & eorum familia in feudis Comitis. Datum Carcheris die 6ta Januarii 1641. Subscriptione: Ego Jacobus Malaspina de Fosdenoro, ego Azzo Hyacinthus Marchio Malaspina tanquam Commissarii Cæsarei accordavimus inter infrascriptas partes suprascripta Capitula, pacta, & conventiones, & declaravimus, ut supra.

Ego Aloysius Cusanus uti Procurator Excellentissimi Domini Marchionis de Leganes, Gubernatoris status Mediolani, & nomine Majestatis Regiæ, Domini nostri promitto - - & dictum Excellentissimum Dominum Marchionem acceptaturos esse prædictam venditionem cum dictis pactis & conventionibus, prout ex nunc ego nomine S. Majestatis, & suæ Excellentiæ accepto, promitto, & me obligo, ut supra.

Ego Nicolaus de Carretto, Comes Millesimi, promitto me facturum antescriptam venditionem cum antescriptis pactis & conditionibus accepto promissiones, quæ mihi fiunt nomine S. Majestatis Catholicæ & S. Excellentiæ, & me obligo, ut in ipsis conditionibus & pactis.

Ego Doctor Benedictus Missea, Judex Papiæ, ex Commissione suæ Excellentiæ interveni in dicto contractu sive accordio, & vidi subscribi partes ut supra.

Ego Ascanius Gallus Regius, Ducalis Cancellarius Cancellariæ, Secret. Status Mediolani attestor, vidisse subscribi præsentem scripturam propria manu à prædictis Dominis.

Ego Joannes Baptista Nova, Cancellarius dicti Domini Marchionis Fiscalis Cæsarei, attestor, vidisse subscribi præsentem propria manu dictorum Dominorum.

Ego Marcus Antonius Platonus Potentissimi Hispaniarum Regis, Domini nostri, ejusque Excellentissimi Consilii Secretarius in Statu Mediolani Secretarius & Archivarius attestor suprascripta Capitula concordare ad litteram cum originalibus ut supra subscriptis, ideoque præsentes manu propria avthenticatas, Regio Sigillo munivi. Datæ Mediolani, die 16. mensis Januar. 1641.

Atque idcirco tam Serenissimi Hispaniarum Regis Cathol. nomine Illustris sincere nobis dilectus Don Franciscus de Melo, sive pro eodem honorabilis doctus, fidelis nobis dilectus, Augustinus Navarrus Bureca, J. U. Doctor, quam ipse Comes de Millesimo per se, Procuratorem suum, honorabilem devotum fidelem nobis dilectum, Joannem Baptistam Torresinum nobis simul humiliter supplicarint, ut præmemoratum emptionis venditionis Contractum in omnibus suis Punctis, clausulis, articulis, ac verborum expressionibus inter Contrahentes initum, ratum, gratum habere, assensusque nostri Cæsarei authoritate constabilire ac confirmare dignaremur; Nos humillimis eorundem precibus clementer duxerimus annuendum, quemadmodum vigore harum annuimus, ex certa itaque scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio, deque potestatis & authoritatis nostræ Cæsareæ plenitudine, supradictum emptionis, venditionis Contractum inter præfatos Serenissimum Hispaniarum Regem Catholicum ementem & Nicolaum de Carretto Comitem Millesimi vendentem super prædicto feudo Cingii ejusque pertinentiis initum clementer laudamus, approbamus, ratificamus & confirmamus, ratumque firmum, stabilem pronuntiamus & Authoritatis nostræ Imperialis munimine corroboramus, quantum in supradictis de Jure, vel ex gratia confirmare & concedere possumus, valemus, aut debemus, decernentes ac firmiter statuentes omnia

ſtum, ſed quod reſpectu Immunitatis, ea reſtricta ſit ad ſolos homines Cingii, qui in præſentiarum illa gaudent.

XII. Quod omnes res & annonæ dicti Domini Comitis, & ejus hæredum præſerventur omnino liberæ & franchæ à Dacito Carcherarum tam præſenti, quam à quovis argumento, quod ei fieri poſſet, dummodo reſpectu frumentorum non excedat quantitatem Salmatarum centum quinquaginta annuarum, & quod, reſpectu ſubditorum, debeant eſſe eorum res, merces & annonæ immunes à dimidia dicti Daciti, ſed ſi juſtificabitur, quod committant aliquam fraudem in præjudicium dicti Daciti, intelligatur privata hac prærogativa ea Communitas, & particulares ipſius, ex qua erit fraudator, quod eis per pactum conceditur ad preces dicti Domini Comitis, & reſpectu bonæ viciniæ, quæ agenda ſperatur cum Præſidio Cingii, & ſubditis ſuæ Majeſtatis.

XIII. Quod confines territorii Cingii, ſint illimet, qui anno nupero recogniti fuerunt, ab Ingenieris Foſſati, excepto quod in parte, qua itur Milleſimum, non extendantur ultra flumen Burmidæ, vertendo, prout currit pitanum vulgo della Chiappa, cum conditione tamen, quod ſi ultra dictum flumen reperietur ſita eſſe bona ſubjecta decimis, aut aliis ſolutionibus in feudo Cingii, fieri debeat pro eorum importantia detractio liquidationis reddituum contentæ in liſta ſeparata.

XIV. Quod ex parte Sacræ Majeſtatis nil innovari poſſit circa viam, quæ invenitur, poſt deſcenſionem ſitus vocati la Crocietta, quæ dicitur durare franca uſque ad viam, quæ directe ducit ad Locum Rochæ Vignalis, cui Dominus Comes hoc contractu nullo modo præjudicare intendit.

XV. Quod illa pars territorii, quæ detrahitur à territorio ordinario Cingii verſus Milleſimum, remaneat Domino Comiti, ſuis hæredibus, ſucceſſoribus & deſcendentibus libera, & omnino avulſa à territorio Cingii, & detracta ab illo Regiſtro, quin unquam & pro quocunque tempore poſſint Sacra Majeſtas Cæſarea, hæredes & ſucceſſores Suæ Regiæ Coronæ, aut Miniſtri, ut ſupra, inibi prætendere aliquod Jus, actionem, aut Juriſdictionem, nec realem, nec perſonalem, nec mixtam.

XVI. Quod ſolutio, quæ facienda erit, juxta prædictas liquidationes, pro Complemento hujus contractus, fieri debeat in tot Ducatonis effectivis Stampæ Mediolanenſis, juxta valorem, quo eos expendit Regia Theſauraria, qui eſt Librarum quinque, et ſolidorum quindecim in ſingulo, & non in alia moneta, nec ad alium volorem, fierique debeat in loco bene viſo dicto Domino Comiti, qui cogi non poterit ad ineundum inſtrumentum venditionis, niſi nummi prius depoſitati ex integro fuerint in Loco tuto bene viſo dicto Domino Comiti.

XVII. Quod Dominus Comes cogere nequeat aliquo Mandato, aut Edicto ſubditos ſuos Rochetæ ad eundem, aut ejus molendina Milleſimi, aut aliorum locorum, ſed quod integrum remaneat ipſis ſubditis ire tam ad molendina dicti Domini Comitis, quam ad illud Cingii, ſi erit Sacræ Majeſtatis.

XVIII. Quod, ſtipulato Contractu, licitum ſit Domino Comiti relevare pretium bonorum allodialium, præcedente in dicto Contractu promiſſione de evictione, & manutentione in forma communi, & de jure, cum hypotheca non tam generali omnium bonorum dicti Domini Comitis præſentium & futurorum, ſed etiam ſpeciali illorum, quæ dictus Comes acquireret ex nummis, pretio, aut ex prædictis allodialibus, aut feudalibus Cingii, & reſpectu pretii feudalium, quod non poſſit eos relevare à depoſito, niſi in actu implicationis in aliis feudis, aut proprietatibus, aut juxta illud, quod S. Majeſtas Cæſarea præſcribet pro cautione vocatorum in Inveſtituris dicti feudi Cingii, & ſervatis pariter aliis omnibus conditionibus, quæ ab eadem Cæſarea Majeſtate præſcribentur.

XIX. Et ut venditio, reſervatio Territorii, pacta, & conditiones ſtabilitæ, firma remaneant & inviolabiliter obſerventur ab ambabus partibus, obtinebuntur conſenſus, Privilegia & Salvaguardiæ ab ambabus Majeſtatibus Cæſarea & Catholica favore dicti Domini Comitis, ejus hæredum & ſucceſſorum ac deſcendentium, cum remiſſione omnium & quarumcunque ſcripturarum in authenticam formam procurando inhibitiones oportunas, Gubernatoribus & Miniſtris, ut ſupra, ut omnia procedant ea quiete, qua decet in hujuſmodi negotiis, idque habendum erit tempore ſtipulationis contractus, quem ad finem ſubito mittetur Tabellarius in Germaniam pro approbatione ſuæ Cæſareæ Majeſtatis, & in Hiſpaniam, quatenus opus ſit, & devenietur ad dictam ſtipulationem intra menſem à die adventus Cæſareæ Approbationis.

XX. Omnes expenſæ, quæ fient, ſint ad computum Sacræ Catholicæ Majeſtatis, quodque omnes ſcripturæ ſint in authenticam formam, & illico conſignentur dicto Domino Comiti.

XXI. Et pro Corroboratione bonæ mentis ſuæ Excellentiæ erga dictum Dominum Comitem, declaratur, quod à die Jovis proxime ventura in antea Loca Comitatus Milleſimi, & Rochetæ debeant eſſe immunes ab omni hoſpitatione & contributione, quodque, ubi Commiſſarius non reperiretur urbanus, & facilis, id exequi non poſſet, omne illud, quod ſolverent à dicta die in antea, accreſci debeat pretio hujus Contractus.

XXII.

XXII. Instrumentum, quod extendetur à peritis, cum omnibus clausulis necessariis, Excellentia sua dignabitur facere, ut de eo copia detur Domino Comiti, antequam veniat finis contractus, & in totum ad dictamen sapientum.

XXIII. Quod bona DD. Comitis, ejus fratrum & novercæ, remaneant cum iisdem privilegiis, exemptionibus & immunitatibus, prout ad præsens reperiuntur.

XXIV. Confidentes pro æstimando & mensurando Ponzano, & aliis suprascriptis bonis allodialibus, erunt pro parte Suæ Majestatis Capitaneus Antonius Maria Beltramus Carcherarum, & signifer Franciscus ac Sebastianus Berii pariter Carcherarum, & pro parte dicti Domini Comitis Millesimi, Joannes Baptista Garrellus de Cruceferrea, Franciscus Gamba de Biestro & Gvilielmus de Cingio.

XXV. Quod ubi Dominus Comes post adventum Cæsareæ approbationis, post factum depositum prædictum pro parte S. Cæsareæ & Catholicæ Majestatis & consignationem ipsi Domino Comiti, aut suis, extensi instrumenti hujus Contractus, & post nominatam à prædictis Commissariis Cæsareis personam, aut eorum nomine existat stipulationi contractus, intra terminum mensis non deveniret ad effectualem stipulationem dicti Contractus, aut in personam propriam, aut per Procuratorem, ipse contractus haberi debeat pro stipulato ad formam hujus accordii, & pactorum, cum clausulis opportunis, & de stylo Notariorum apponi solitis.

XXVI. Tandem DD. Commissarii prædicti declaraverunt, quod depositum de quo in Cap. 16. fieri debeat in domo S. Georgii Civitatis Genuæ.

Itidem accordatum est, quod Dominus Comes, & ejus familia possit transire per territorium Cingii & Carcherarum cum quovis armorum genere etiam prohibito in statibus S. Catholicæ Majestatis absque aliqua molestia, eademque libertas permissa sit Ministris & Officialibus S. Majestatis & eorum familia in feudis Comitis. Datum Carcheris die 6ta Januarii 1641. Subscriptione: Ego Jacobus Malaspina de Fosdenoro, ego Azzo Hyacinthus Marchio Malaspina tanquam Commissarii Cæsarei accordavimus inter infrascriptas partes suprascripta Capitula, pacta, & conventiones, & declaravimus, ut supra.

Ego Aloysius Cusanus uti Procurator Excellentissimi Domini Marchionis de Leganes, Gubernatoris status Mediolani, & nomine Majestatis Regiæ, Domini nostri promitto - - & dictum Excellentissimum Dominum Marchionem acceptaturos esse prædictam venditionem cum dictis pactis & conventionibus, prout ex nunc ego nomine S. Majestatis, & suæ Excellentiæ accepto, promitto, & me obligo, ut supra.

Ego Nicolaus de Carretto, Comes Millesimi, promitto me facturum antescriptam venditionem cum antescriptis pactis & conditionibus accepto promissiones, quæ mihi fiunt nomine S. Majestatis Catholicæ & S. Excellentiæ, & me obligo, ut in ipsis conditionibus & pactis.

Ego Doctor Benedictus Missea, Judex Papiæ, ex Commissione suæ Excellentiæ interveni in dicto contractu sive accordio, & vidi subscribi partes ut supra.

Ego Ascanius Gallus Regius, Ducalis Cancellarius Cancellariæ, Secret. Status Mediolani attestor, vidisse subscribi præsentem scripturam propria manu à prædictis Dominis.

Ego Joannes Baptista Nova, Cancellarius dicti Domini Marchionis Fiscalis Cæsarei, attestor, vidisse subscribi præsentem propria manu dictorum Dominorum.

Ego Marcus Antonius Platonus Potentissimi Hispaniarum Regis, Domini nostri, ejusque Excellentissimi Consilii Secretarius in Statu Mediolani Secretarius & Archivarius attestor suprascripta Capitula concordare ad litteram cum originalibus ut supra subscriptis, ideoque præsentes manu propria avthenticatas, Regio Sigillo munivi. Datæ Mediolani, die 16. mensis Januar. 1641.

Atque idcirco tam Serenissimi Hispaniarum Regis Cathol. nomine Illustris sincere nobis dilectus Don Franciscus de Melo, sive pro eodem honorabilis doctus, fidelis nobis dilectus, Augustinus Navarrus Bureca, J. U. Doctor, quam ipse Comes de Millesimo per se, Procuratorem suum, honorabilem devotum fidelem nobis dilectum, Joannem Baptistam Torresinum nobis simul humiliter supplicarint, ut præmemoratum emptionis venditionis Contractum in omnibus suis Punctis, clausulis, articulis, ac verborum expressionibus inter Contrahentes initum, ratum, gratum habere, assensusque nostri Cæsarei authoritate constabilire ac confirmare dignaremur; Nos humillimis eorundem precibus clementer duximus annuendum, quemadmodum vigore harum annuimus, ex certa itaque scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio, deque potestatis & authoritatis nostræ Cæsareæ plenitudine, supradictum emptionis, venditionis Contractum inter præfatos Serenissimum Hispaniarum Regem Catholicum ementem & Nicolaum de Carretto Comitem Millesimi vendentem super prædicto feudo Cingii ejusque pertinentiis initum clementer laudamus, approbamus, ratificamus & confirmamus, ratumque firmum, stabilem pronuntiamus & Authoritatis nostræ Imperialis munimine corroboramus, quantum in supradictis de Jure, vel ex gratia confirmare & concedere possumus, valemus, aut debemus, decernentes ac firmiter statuentes omnia

omnia ac singula in præscripto Contractu nuncupata pacta conventa, rata, firma, stabilia ac valida esse censeri, & ab omnibus ad quos spectat inviolata observari debere. Supplentes ex eadem certa scientia, potestate atque authoritate nostra Imperiali omnes & quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui in præmissis quovis modo intervenissent, aut intervenisse dici possent, non obstantibus quibuscunque tam generatim, quam speciatim in contrarium facientibus.

Quibus omnibus & singulis in quantum huic benigno Cæsareo nostro assensui, laudationi, approbationi, confirmationi & ratificationi obstarent, aut contravenirent, obstare & contravenire possent, pro hac duntaxat vice derogamus & derogatum esse volumus per præsentes. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in Imperiali nostra Civitate Ratisponæ, die vigesima mensis Februarii, Anno 1641. Regnorum nostrorum Romani quinto, Hungarici decimo sexto, Bohemici vero decimo quarto.

XVII.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Citatio ad Aleranum & Hieronymum de Carretto, Marchiones Savonæ & Consortes directa, ut coram Majestate sua, aut Ejusdem Consilio Aulico compareant, atque super attentatis contra Marchionem Franciscum de Carretto, possessionem feudi Gorzegni sibi arrogare molientem, respondeant, d. d. 25. Januar. An. 1685.

LEopoldus, Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis. Nobilibus Nostris, Sacrique Imperii fidelibus dilectis, Aleramo & Hieronymo de Carretto ex Marchionibus Savonæ, nec non Scalengæ, eorumque Consortibus, notum facimus tenore præsentium, prolixe Nobis innotuisse, qua temeritate, ac protervia nostro ibidem, & Sacri Imperii fideli dilecto Carolo Morigiæ, J. U. D. cum à Commissario Nostro Cæsareo Illustri & Magnifico fideli dilecto Vitaliano, Comite Borromæo ad feudi Nostri Imperialis Gorzegni possessionem post ultimi quondam vassalli Vincentii obitum nomine Nostro Cæsareo arreptam proximo illius agnato, Nobili Nostro fideli dilecto Francisco Marchioni de Carretto, vi sententiæ in Consilio Nostro Imperiali Aulico latæ tradendam eo subdelegatus esset, jussa Nostra exequenti restiteritis, coadunatisque viris armatis identidem adauctis Commissionis Nostræ Cæsareæ tenore Nobis licet exhibito, nihilo tamen minus eo tandem processeritis violentiæ, ut Subdelegatus ille Noster præ concussione, metuque in virum constantem cadente omnes apprehensæ possessionis actus, atque Instrumenta revocare, ac annullare, revocationisque illius atque annullationis declarationem reddere, præfatus vero Marchio Franciscus eadem impulsus violentia jus omne isthoc in feudo sibi competens sibi Hieronymo erga centum quinquaginta duplarum exsolutionem (protestatione tamen coram subdelegato Nostro desuper interposita) cedere coactus fuerit. Quibus utpote in publicum ac pernitiosum exemplum, summumque auctboritatis Nostræ Imperialis vilipendium ac præjudicium vergentibus, uti nimia longanimitate ac clementia connivere non possumus, ita Nos supradictos Aleramum & Hieronymum de Carretto, nec non Scatengum, Consortes vestros vigore præsentium citamus & vocamus, serio districteque mandantes, ut intra terminum duorum mensium à die citationis hujus Nostræ vobis legaliter insinuatæ proxime subsequentium, quos vobis pro primo, secundo & tertio, ultimo, & peremptorio termino præfigimus, aut si dies ille juridicus non esset, ad proximum coram Nobis, seu Consilio nostro Imperiali Aulico, ubicunque id loci fuerit, per vos, vel Procuratores & Mandatarios vestros legitimos, & sufficienti ad id mandato instructos, certo, & infallibiliter, ac sub pœna privationis feudorum vestrorum compareatis, & super attentatis vestris respondeatis, rationesque reddatis, cum comminatione seria, ut sive ita decenter comparueritis, sive non, nihilominus contra vos in contumaciam procedi, & statui debeat, quod juris. Qui de reliquo gratiam Nostram Cæsaream vobis conservamus. Datum in Civitate Nostra Viennæ, die vigesima quinta mensis Januarii, anno millesimo, sexcentesimo octuagesimo quinto, Regnorum Nostrorum Romani vigesimo septimo, Hungariæ trigesimo, Bohemici vero vigesimo nono.

LEOPOLDUS.

Vt. Leopoldus Guillielmus
Comes in Königseggk.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium,
Franciscus Joannes Bertramus,
cum Sigillo &c.

XVIII.

XVIII.

Mandatum Con- & Substitutionis, & resp. Plenipotentia Domini Caroli Mariæ de Carretto, ex Savonæ Marchionibus oriundi, Comitis Montisbaldoni, pro Domino Joanne Adamo Ditterich, Sereniss. Electoris Colon. apud Aulam Cæsaream Residente, ad investituram apud Cæsaream Maj. super Marchionatu Spigni requirendam, juramentum fidelitatis ejus & fratrum ejusdem nomine præstandum, d. d. 2. Maji, An. 1698.

NOtum facio tenore præsentium & attestor pro me & hæredibus meis, cum per obitum Universorum Marchionum de Carretto, ultimorum legitimorum Possessorum Marchionatus Spigni, feudi Imperialis, id ipsum nunc ad me fratresque meos nominanter Dominum Isidorum Ludovicum, Joannem Baptistam, Franciscum Dominicum, Michaelem Angelum, & Tullium Marianum, utpote legitimos proximioresque Agnatos, vigore antiquarum Investiturarum Imperatorum, Friderici I. Friderici II. & Caroli IV. gloriosissimæ memoriæ, jure simultaneæ Investituræ rite devolutum penes Sacram Cæsaream Majestatem humillime requirendum & recipiendum veniat, meque mentionati fratres mei, Joannes Baptista, Franciscus Dominicus, Michael Angelus, & Tullius Marianus; legitime constituerint, quatenus, vice eorum, dictum feudum Imperiale requirere, in eorum animas juramentum fidelitatis deponere, aliaque præstanda præstare vel etiam in eum effectum alium substituere valerem. Ego vero, relevantibus ex causis, præfatum feudum personaliter requirere, recipere, aliaque necessaria præstare haud valeam, nomine meo & dictorum fratrum meorum ad hæc peragenda debite requisivi con- & substitui Perillustrem Dominum Jo. Adamum Ditterich, Sereniss. Electoris Coloniensis Residentem, & plurium Principum ac Statuum Imperii Consiliarium & Agentem ad Aulam Cæsaream, eidemque potentiam & plenipotentiam tribui, apud S. C. Majestatem & Consilium ejus Imperiale Aulicum feudum superius memoratum in me fratresque meos devolutum cum omnibus pertinentiis, privilegiis & quibuscunque juribus meo fratrumque meorum nomine debito modo requirendi consvetumque fidelitatis juramentum in meam eorumque animam præstandi, desuper litteras feudales petendi omniaque alia necessaria & præstanda præstandi & agendi, quæ de feudi hujus observantia sunt, & ego illique tanquam fideles Sacræ Cæsareæ Majestatis Vasalli de consvetudine & jure feudali coram agere & præstare teneremur: Hisce promittens omnia me à dicto meo Mandatario circa receptionem & requisitionem præfati feudi meo nomine præstanda & agenda semper firma rataque habiturum, eundemque prorsus indemnem redditurum, sub hypotheca & obligatione omnium meorum tam præsentium, quam futurorum nec non ab hæredibus meis relinquendorum bonorum. In cujus fidem Mandatum hoc con- & substitutionis manu propria subscripsi, sigilloque meo nobili munivi & corroboravi: quod dabatur Viennæ, die 2. Maji Anno 1698.

(L.S.) Carolus Maria de Carretto, ex Marchionibus Savonæ, Comes Montisbaldoni.

XIX.

Mandatum Procuratorium, in quo Domini Joannes Baptista, Franciscus Domenicus, Michael Angelus, & Tullius Marianus de Carretto, ex prosapia Marchionum Savonæ originem ducentes, fratri suo Marchioni Carolo Mariæ, Montisbaldoni Comiti committerunt, ut vel ipse Feudi Marchionatus Spigni investituram, cum suo, tum illorum nomine, petat, debitumque fidelitatis Juramentum præstet, vel alium in eadem re Procuratorem con- & substituat, d. d. 20. Julii An. 1698.

NOs Joannes Baptista, Franciscus Domenicus, Michael Angelus, & Tullius Marianus de Carretto quondam Marchionis Francisci Hieronymi de Carretto filii. Hisce notum facimus & publice attestamur: Postquam nobis, ut fidelissimis Sac. Rom. Imperii Vasallis apud Sacr. Cæsaream Majestatem super Marchionatu Spigni Sac. Rom. Imperii feudo ligio investituram humillima cum reverentia & devotione requirere de jure incumbat, nos vero partim domesticis gravibus negotiis necessario Domi detenti, partim ob nimiam distantiam, uti decet, personaliter comparere, & Sacræ Cæsareæ Majestati ea, qua pars est, genu flexione semper humillime supplicare præpediamur, quod nos de Cæsarea hujusmodi impedimentis connivendi Clementia humillime persvasi Domino fratri nostro Marchioni Carolo Mariæ, Comiti Montisbaldoni in Civitate Viennensi pro nunc commoranti plenariam potestatem cum facultate substituendi dederimus, apud altissime nominatam Majestatem super dicto feudo investituram, vel per se, vel per alium ad hunc actum constituendum substitutum debite requirendi, damusque itaque & impertimur ipsi eam potestatem in optima & firmissima juris forma, adeo quidem, ut is, vel ejus substitutus mandatarius etiam nostro nomine investituram humillime requirere, eam actualiter accipere, solitum fidelitatis juramentum desuper præstare, illum in animas nostras jurare, litteras Investituræ redimere, debitas reversales extradere, & unico verbo omne illud perficere & peragere debeat & possit, quod juris ratio, vel Curiæ feudalis inveteratus stylus exigit & observat, & nos ibidem præsentes oratores agere & perficere deberemus, quicquid igitur præ-

præfatus noster Dominus frater Carolus Maria, vel ejus substitutus nomine nostro perficiet & exequetur, id omne omni modo, & omni tempore firmum & ratum habebimus, cum expressa promissione dictum fratrem nostrum, vel ejus substitutum desuper ubique locorum in & extra judicium tuendi & servandi indemnem & sine dolo. In cujus rei fidem hoc mandatum procuratorium, quod ipsi in amplissima forma concessum volumus, propria manu subscripsimus & nostris sigillis corroboravimus. Actum in Montebaldono die 20. Julii Anno 1698.

Gio Battista del Carretto affermo quanto sopra (L.S.)

Francesco Domenico del Carretto affermo quanto sopra (L.S.)

Michel Angelo del Carretto affermo quanto sopra (L.S.)

Tullio Mariano del Carretto affermo quanto sopra (L.S.)

XX.

Rescriptum, quod Leopoldus, Rom. Imperator, ad suum in Aula Hispanica Legatum, Comitem de Harrach, propter feudum Imperiale Spigni, à Ministris Hispanicis, Mediolani degentibus, hactenus in controversiam vocatum, exaravit, de d. 23. Novembr. An. 1698.

Leopold &c.

(tit.) Wir wollen dir gnädigst nicht verhalten, was gestalt, als zwischen denen Marchesen Gebrüderen von Carretto, und den Hyppolitum Inurea, wegen unsers vnd des Reichs in Italien liegenden Lehen Spigno, so ietztgedachter Inurea nun lange Jahr, ohne desswegen sich bey Uns, als dem Ober-Haupt und Lehen-Herrn, anzumelten, bishero besessen hat, der Belehnung halber, schwere Strittigkeiten entstanden; Wir dasselbe, zu Verhütung gefährlicher Unordnungen, zu sequestriren für nöthig erachtet, dessen Execution auch Unserem Commissario, dem Grafen Carolo Borromæo gnädigst aufgetragen haben; Wie aber der an Unserm Kayserl. Hof stehende Spanische Pottschaffter solches erfahren, so hat derselbe einige ihme von dem Mayländischen Gouverno oder Cammer eingeschickte Documenta communicirt, in Meynung darmit zu erweisen, als wann gedachtes Reichs-Lehen von berührter Mayländischer Cammer von langen Jahren hero dependirte; Nachdem Wir aber dieselbe auf Unserem Kayserlichen Reichs-Hof-Rath remittirt, und daselbst untersuchen und reifflich überlegen lassen, derselbe auch darüber seine Unterthänigste Relation erstattet, vnd alle eingewendete Mayländische Motiva mit so unwidertreiblichen Argumentis abgelähnt, und erwiesen hat, dass mehrbesagtes Lehen Spigno von etlichen Sæculis her von Unseren Vorfahrern am Heil. Römischen Reich als Kaysern und Königen erkennt vnd empfangen worden sey, und zum Heil. Römischen Reich gehört habe und noch gehöre; So haben Wir dir dieselbe mit dem gnädigsten Befelch hiermit communiciren wollen, dass, wann desswegen etwas an den Königlichen Spanischen Hof gebracht worden, und man daselbsten auf die von dem Mayländischen Guberno oder Cammer einwendende ungegründete Principia gerathen möchte, du dortigen Königl. Ministris und sonsten aller dienlichen Orthen dawider die nöthige Remonstrationes thun, und zu Facilitirung gedachter Sequestration deine Officia einwenden sollest, allermassen Wir dann wie es geschehen deinen fürderlichen Bericht gnädigst erwarten &c. Wien, den 23. Novembris 1698.

Translatio Latina.

Leopoldus &c.

(tit.) Nos Clementissime te celare non possumus, qua ratione inter fratres Marchiones de Carretto, & Hyppolitum Inuream, propter Nostrum, Sacrique Romani Imperii feudum Spigni in Italia, quod modo memoratus Hyppolitus Inurea multis jam annis, absque Nostro, tanquam supremi & veri Domini Consensu & voluntate possedit, propter Jurisdictionem feudalem, gravissimæ controversiæ & lites ortæ sint. Nos illud sequestrare consultum duximus, cujus quoque executionem Commissario Nostro Comiti Carolo Borromæo Clementissime mandavimus. Quamprimum autem Serenissimi Hispaniarum Regis Legatus, in Aula Nostra Cæsarea degens, in notitiam hujus pervenit, idem nonnulla à Camera Mediolanensi transmissa Documenta communicavit, se iis remonstraturum opinans, supramemoratum Imperiale feudum Spigni, à dicta Mediolanensi Camera multis abhinc annis dependere. Postquam vero illa ad Consilium Nostrum Imperiale Aulicum remisimus, ibique sedulo examinari curavimus, idemque suam humillimam præstitit relationem, omniaque producta Mediolanensia Motiva tam irrevincibilibus argumentis refutavit atque remonstravit, sæpedictum Spigni feudum ab aliquot sæculis, à Divis Nostris Antecessoribus, Romanorum Imperatoribus & Regibus recognitum, & acceptatum esse, & ad Sacrum Romanum Imperium spectasse, & adhuc spectare. Hinc illa tibi, cum Clementissimo Mandato communicamus, ut, si casu quo propterea quædam ad Serenissimi Hispaniarum Regis Aulam referrentur, ibidemque à Camera Mediolanensi narranda insubsistentia principia publicarentur, tu iisdem ibi commorantibus Regiis, aliisque quibuscunque Ministris, qui necessariis hisce remonstrationibus sese opponunt, ad facilioremque dictam sequestrationem reddendam, officio tuo persungaris & dilucide omnia explices; quorum peractorum maturam tuam relationem Clementissime exspectamus. Dat. Viennæ, 23. Novembris 1698.

XXI.

XXI.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Literæ, in quibus Isidorum Ludovicum de Carretto, ex Marchionibus Savonæ oriundum, de Feudo Spigni, omnibusque ejus juribus & annexis investivit, d. d. 5. Maji, An. 1699.

LEopoldus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Luccemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ, & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferrettis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c.

Notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Nobis Illustris Noster & Sacri Rom. Imperii fidelis dilectus, Isidorus Ludovicus, Primogenitus de Carretto ex Marchionibus Savonæ, humillime exposuerit, feudum nostrum Imperiale Spigni à Nostris gloriosæ memoriæ Prædecessoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus suis olim Carrettorum Marchionum majoribus concessum fuisse, prout ex Investituris subinsertis intelligere liceat; Extincta vero altera ultimorum possessorum Carrettorum linea, ab Hyppolito Invrea injuste, & sine Investitura Imperiali usurpatum, ideoque ab ipso vindicandum, ac sibi tanquam proximo Agnato, & successori, vigore supra insertarum Investiturarum, ad id vocato restituendum esse; Idcirco Nos antedictus natu major Isidorus Ludovicus de Carretto humillime exoraverit, ut, quemadmodum ex memoratis Investituris appareat, antefatum Spigni feudum antehac à primogenitis, jure primogenituræ, fuisse possessum, ita & Nos se quoque de Spigni feudo, eodem primogenituræ nomine, investire dignaremur: Nos memoratum natu majorem Isidorum Ludovicum de Carretto, ex Marchionibus Savonæ, salvo jure cujuscunque, investiverimus, prout eundem, prævio homagio ac fidelitatis juramento Nobis Sacroque Imperio in animam suam præstito, de sæpe mentionato Spigni feudo, omnibusque ejus juribus, & dependentiis, quatenus Marcus Antonius ejusque filius Fridericus Asinarius de Carretto idem de jure possederunt, & jam Hyppolitus de Invrea adhuc possidet, clementer investimus, & infeudamus, Nostro Sacrique Imperii, & cujuscunque jure salvo. Harum testimonio Literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur in Civitate Nostra Viennæ, die quinta Maji Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo nono, Regnorum nostrorum Romani quadragesimo primo, Hungarici quadragesimo quarto, Bohemici vero quadragesimo tertio.

LEOPOLDUS.

V^t. D. A. C. à Kaunitz.

Ad mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium,

Lutzo Dolberg, manuppr.

Nota. Publicæ Anni 1715. currentis novorum Relationes, Victorem Amadeum II. Sardiniæ Regem atque Sabaudiæ Ducem, de memorato hactenus Spigni Feudo à Sacra Cæsarea Majestate investitum fuisse, non ita pridem recensuerunt.

XXII.

Literæ Leopoldi, Romanorum Imperatoris, ad Carolum II. Hispaniarum Regem datæ, in quibus Eum requirit, ut Gubernatorem Mediolanensem adhortari non gravetur, quo Ministro Cæsareo, si forte in possessionis Feudi Imperialis Spigni transferendæ executione exigat necessitas, omni auxilio, manuque forti prompte succurrere nullus dubitet, d. d. 6. Aug. An. 1699.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Serenitati Vestræ Noster ad Eandem Orator uberius explicavit, quibus ex causis Illustrem Nostrum & Sacri Imperii fidelem dilectum Isidorum Ludovicum de Carretto ex Marchionibus Savonæ, ceu familiæ suæ Primogenitum, de Feudo Nostro Imperiali Spigni investiverimus, ac proinde non modo Nostro in Italia Ministro commiserimus, sed & Serenitatis Vestræ Gubernatorem Mediolanensem requisierimus, ut ea omnia, quæ ad ejusdem Feudi possessionem ab Hyppolito Invrea, utpote injusto illius detentore, in memoratum investitum Marchionem Isidorum Ludovicum transferendam necessaria videntur, pro viribus suis adhibeant.

Quemadmodum igitur hoc etiam Serenitati Vestræ gratum fore confidimus, ita Eandem fraterne amanterque requisitam volumus, ut memoratum Gubernatorem suum Mediolanensem ad operam suam, manumque fortem antedicto Ministro Nostro, cum ad dictæ possessionis transferendæ executionem necesse fuerit, prompte suppeditandam, adhortari non gravetur. Qui Eidem, quod reliquum est, diuturnam incolumitatem, & omnigenæ posperitatis cumulum fraterno affectu vovemus. Datum Viennæ, die 6. Augusti, An. 1699.

XXIII.

Leopoldi, Rom. Imper. Rescriptum ad Comitem de Harrach, ut præcedentium literarum contenta, debito convenientique loco, opera sua, promovere haud intermittat, d. d. 6. Aug. An. 1699.

LEopold &c. (*Tit.*) Du hast dich noch unterthænigst zu erinnern, was wir dir unterm 23. Novembr. næchst vorigen Jahrs wegen Unsers Kays. Reichs-Lehens Spigno gnædigst befohlen

fohlen gehabt; Nachdem Wir nun aber seithero gedachtes Lehen dem ælteſten Marcheſen Iſidoro Ludovico de Carretto gnædigſt verliehen haben, und von demſelben gebetten worden, ihme nunmehr auch zu deſſen Poſſeſſion gnædigſt zu verhelffen; So iſt zwar nichts billigers, als daſs ihme damit willfahret werde; Wann Wir hingegen aber in Sorgen ſtehen, es mœchte der Kœnigl. Gubernator zu Mayland, aus Urſachen, daſs des berührten Iſidori Ludovici Gebrüdere gedachtes Lehen an des Hertzogen von Savoyen Lbden zu verkauffen geſinnet ſeyn, ſich dieſem widrigen wollen: So haben Wir an denſelben nicht weniger, als Unſern Abgeſandten zu Mantua, den Grafen von Caſtelbarco, anverwahrter maſſen reſcribiret, und ſchlieſſen dir auch hiebey, was Wir deſswegen an des Kœnigs zu Hiſpanien Lbden ſchreiben, mit dem gnædigſten Befehl, daſs du, nach deſſen beygehenden, und obgedachter Reſcriptorum Innhalt, auch bey Sr. Lbden, und dortigen Kœniglichem Hof gehœriger Orten die hierüber etwan habende Impresſiones benehmeſt und deine Officia dahin anwendeſt, damit man der Depoſſedirung des Invreæ, und Einſetzung obgedachten Marcheſens Iſidori Ludovici nicht zu wider- ſondern vielmehr willfæhr- und beyhülff lich ſeyn wolte, wie Wir Uns dann zu deiner bekanten Dexteritæt gnædigſt verſehen, daſs du fürderlich zu thun wiſſen werdeſt, geſtallten Wir darüber, wie es geſchehen, deinen unterthænigſten Bericht eheſt erwarten, und dir anbey &c. Wien, den 6. Auguſti, An. 1699.

XXIV.

Literæ Leopoldi, Romanorum Imperatoris, ad Gubernatorem Mediolanenſem conſcriptæ, in quibus eum requirit, ut Marchioni Iſidoro Ludovico de Carretto, de Feudo Imperiali Spigni inveſtito, in arripienda dicti feudi poſſesſione, omni ope, manuque forti, ſi opus fuerit, ſuccurrere non recuſet, d. d. 6. Aug. An. 1699.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Sub 17. Septembris, & 23. Novembris anno proxime ſuperiore benigne quidem à Dilectione tua poſtulaveramus, ut decretam à Nobis ſequeſtrationem feudi Noſtri Imperialis Spigni inter Marchiones fratres de Carretto & Hyppolitum Invream controverſi, ne in alienas Potentioris forte manus incideret, ſuis etiam, cum opus foret, officiis, manuque forti promoveret.

Cum autem porro dictorum fratrum natu majorem Iſidorum Ludovicum, utpote Nobis, Domuique Noſtræ Auſtriacæ cum Hiſpaniarum Rege Catholico communi præ cæteris devotum ex cauſæ æquitate, tum aliis ex rationibus ab Ablegato illic Noſtro Comite de Caſtelbarco uberius explicandis, de dicto Spigni feudo, ſalvo fratrum ſuorum jure, inveſtiverimus, ſane juris, juſtitiæque ratio exigit, ut ad ejus quoque poſſesſionem admittatur. Quanquam igitur non dubitemus, quin Dilectio tua omnia ea, quæ ad inveſtituræ hujus, utpote ad ipſiusmet viciniæ illius tranquillitatem ſecuritatemque vergentis, executionem, & complementum ſervire posſint, ſuapte, ſponte, facile ſit contributura, nihilo tamen minus & Nos Eandem hiſce clementisſime benevoleque requiſitam monitamque volumus, ut memorato Ablegato Noſtro in iis, quæ ad Spigni memorati poſſesſionem Hyppolito Invreæ, ceu illegitimo ejus detentori, tollendam, ac inveſtito Marchioni Iſidoro Ludovico de Carretto cedendam neceſſaria viſa fuerint, opera, manuque etiam forti asſiſtere velit, quod equidem, uti juri juſtitiæque congruit, ita etiam Dilectionem tuam prompte executuram confiſi, gratiæ & benevolentiæ Noſtræ Cæſareæ affectu Eandem proſequimur. Viennæ, die ſexta Aug. An. 1699.

XXV.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Reſcriptum ad Comitem de Caſtelbarco, Ablegatum ſuum Mediolani commorantem, exaratum, in quo eum, ut Literarum antea inſertarum contenta, loco debito atque convenienti, omnibus modis promovere haud negligat, exhortatur, d. d. 6. Aug. An. 1699.

LEopold &c. (*Tit.*) Uns hat der Marches de Caretto, Iſidorus Ludovicus, allerunterthænigſt gebetten, daſs, nachdem Wir ihn, wegen des Kayſerl. Reichs-Lehen Spigno, zu dem gewœhnlichen Lehens-Ayd gelaſſen und mit der Inveſtitur begnædigt hætten, Wir ihme nunmehro auch zu dero Poſſeſſion allergnædigſt verhelffen mœchten; Nun wære zwar nichts billigers, als daſs ſolches alſogleich geſchehen ſolte; alldieweilen aber hingegen dir auch nicht unbekant ſeyn kan, was deswegen zwiſchen ihme, und ſeinen Brüdern von Caretto für eine Miſsverſtændtniſs vorhanden ſeye, und wie dieſe daſſelbe an des Hertzogen von Savoyen Lbden zu verkauffen ſuchen, der Kœnigl. Gubernator zu Mayland aber, zu deſſen Verhütung, ſichere Mannſchafft hierein geworffen habe, und dahero ſchwehrer falle, deſſen jetzigen Innhabern Invream hinaus- und gedachten Iſidorum Ludovicum, ohne Bewilligung, und Beyhülff erwehnten Kœniglichen Gubernatoris, hinein zu bringen: So haben Wir an denſelben hier bey verwarter maſſen gnædigſt reſcribiret, wie du ob deſſen Abſchrifft mit mehreren zu erſehen haſt; Und befehlen dir demnach gnædigſt, daſs du ſolches mit deinen Officiis begleiteſt, und deiner bekanten Dexteritæt nach dich dahin bemüheſt, damit beſagter Gubernator berührten Invream aus mehr obgemeldtem Lehen Spigno hinaus ſetzen,

ſetzen, und ihme Marcheſen Iſidoro Ludovico deſſen Poſſeſſion einræumen laſſen, und zu dem Ende dir ſeine hülffliche ſtarcke Hand bieten wolte; Allermaſſen Wir dir auch Gehorſambs-Patenten hiebey fügen, auf den verſehenden Einwilligungs-Fall daſelbſten anſchlagen und publiciren zu laſſen. Wie nun aber, und mit was für einem Erfolg du dieſes bewerckſtelligt haben werdeſt, das wollen Wir von dir ehiſt gnædigſt erwarten, und im übrigen dir mit &c. Wien, den 6ten Aug. An. 1699.

XXVI.

Caroli VI. Romanorum Imperatoris, literæ Inveſtituræ eventualis, in quibus Marchioni Octaviano de Carretto-Paleſtrino Comitatum & Caſtrum Garlendæ, Paravennæ, & Linguiliæ in feudum contulit, d. d. 23. Auguſti, An. 1717.

CArolus Sextus, &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quod Nobis Nobilis Noſter, Sacrique Imperii fidelis dilectus, Octavianus de Carretto, ex Marchionibus Savonæ Marchio Paleſtrini humillime exponi curarit, ſeſe ex Blanca filia quondam Octavii Coſtæ uxoreque quondam Octaviani de Carretto & Matre Dominici Donati de Carretto Marchionum Paleſtrini verum, naturalem & legitimum deſcendentem eſſe, ac proinde, cum vigore primogenituræ ac fideicommiſſi die 23. Februarii, Anni 1619. a memorato Octavio Coſta in perſonam filii ſui Benedicti Coſtæ inſtituti & die 3. Januarii, Anno 1633. a glorioſæ memoriæ Domino Proavo noſtro Imperatore Ferdinando Secundo confirmati, proviſum habeatur, quod deficiente nunc dicti fideicommittentis linea maſcula prænominata filia ſua Blanca ejuſque Naturales & legitimi Deſcendentes in Comitatu & Caſtris Garlendæ, Paravennæ & Linguiliæ, Noſtris Sacrique Imperii feudis immediatis ſuccedere debeant, nunc vero ex modo dicta Octavii linea nullus maſculus nec legitimus & naturalis, nec alius quicunque deſcendens, quam ſolus & unicus Petrus Franciſcus Coſta præfati quondam Benedicti Coſtæ filius omni Prole, tum maſculina, tum fœminina deſtitutus, & prope octogenarius ſuperſtes reperiatur, adeoque, poſt hujus fata, prænominatus ſupplicans Octavianus de Carretto, ex Marchionibus Savonæ Marchio de Paleſtrino in dictis feudis vigore præcitatæ primogenituræ ac fideicommiſſi verus atque legitimus Succeſſor ſit, Nos humillime orarit, ut, cum Nos ipſe de prænominatis feudis pro ſupremo, directo & immediato Domino ſuo recognoſcere, & cuncta ea, quæ fidelem Vaſallum decent, omni tempore præſtare deſideret, Nos eidem de præfato Comitatu Garlendæ, Paravennæ & Linguiliæ anticipate & cum ea conditione, ſi modernus feudorum poſſeſſor abſque prole maſcula deceſſerit, inveſtituram Cæſaream, nonniſi poſt mortem memorati Petri Franciſci Coſtæ valituram, impertiri, & ex nunc pro tunc facultatem quo prærepetita feuda nomine proprio apprehendere, retinereque valeat, concedere clementiſſime dignaremur.

Nos igitur perpenſis tum Nobis, tum Cæſareo Noſtro Conſiliario arcano Commiſſario Imperiali & Plenipotentiario per Italiam Sacrique Imperii fideli dilecto, Comiti Carolo Borromæo, aurei Velleris Equiti, productis documentis authenticis, jureque ad prænarratam ſucceſſionem edocto, nec non conſiderata non minus ſupplicantis Octaviani de Carretto, Marchionis Paleſtrini, quam Anteceſſorum ſuorum Nobis & Glorioſis Prædeceſſoribus Noſtris, Romanorum Imperatoribus, Sacroque Imperio, omni occaſione probata fidei integritate & obſequendi ſtudio, prærecenſitis ſubmiſſis precibus benigne annuendum cenſuimus, prout vigore harum omnino annuimus, ac proinde ex certa noſtra ſcientia, animo bene deliberato, ſano maturoque accedente conſilio, ac de Cæſareæ Noſtræ authoritatis & poteſtatis plenitudine ſæpe nominato Octaviano de Carretto, Marchioni de Paleſtrino dictum Comitatum & Caſtrum Garlendæ, Paravennæ & Linguiliæ cum univerſo eorum diſtrictu ac pertinentiis, ſive in Villis ipſorum locorum, ſive in mari & aqua, & in communi, in boſchis, herbariis & paſcuis, in fodris, Bannis, & offenſis, placitis, diſtrictibus, albergariis, conſtitutionibus, uſibus, operibus, fictis, cenſibus, reditibus, angariis, aquis, aquarum decurſibus, furnis, molendinis, piſcationibus, ripis, paludibus, montibus, planitiebus, cultis & incultis, diviſis & indiviſis, capediis volucrum, & belluarum atque lupinis, in quorum poſſeſſione vel quaſi quondam Antoniotus, Comes Linguiliæ, atque ſupradictus Octavius una cum fratribus ſuis, nec non Benedictus, & tandem modernus eorum poſſeſſor, Petrus Franciſcus Coſta, reſpective fuerunt, & eſt, in feudum rectum damus, concedimus & elargimur, cum mero & mixto Imperio, omnimoda juriſdictione, & gladii poteſtate, ac honoribus & regalibus, quemadmodum illa omnia ad ipſum Antoniotum, ejuſque in his feudis nunc nominatos Succeſſores vigore privilegiorum, novarum conceſſionum & inveſtiturarum ſpectabant & pertinebant, quantumque ei de jure vel ex ſpeciali gratia in præmiſſis concedere poſſumus & debemus, recepto prius ab ipſius conſtituto Procuratore legitimo ac ſufficienti ad hoc mandato inſtructo, Noſtro & Sacri Imperii fideli dilecto Zenone Franciſco Joannelli, Conſilii noſtri Imperialis Aulici Agente, in animam dicti Octaviani de Carretto Marchionis de Paleſtrino debito homagii & fidelitatis juramento; Volentes & hoc noſtro Cæſareo edi-

edicto firmiter decernentes, quod nunc nominatus Octavianus de Carretto, Marchio Palestrini, qua anticipate & provisorie investitus, modernum dictorum feudorum possessorem, vita sua durante, in eorum omnimodo usu, fruitione, & jurium quorumvis exercitio quietum relinquat, nec eundem in iis sub quocunque demum prætextu turbet, aut impediat, sed primo post fata sua, & in illum expressum casum, si dictus Petrus Franciscus Costa sine prole mascula ad feuda hæcce capace decesserit, sæpefata feuda, eorumque jura & appertinentias, in conformitate præcitatæ primogenituræ & facultatis Nostræ Cæsareæ, quam eidem vigore harum benigne concedimus pro se suisque descendentibus masculis naturalibus & legitimis, propria authoritate apprehendere atque retinere, dein vero ipse Octavianus & nunc dicti sui hæredes ac descendentes naturales & legitimi ordine primogenituræ, de qua supra fit mentio, semper observato, Comitatum & Castrum Garlendæ, Paravennæ & Linguiliæ nunc & in futurum a Nobis & Sacro Romano Imperio in feudum recognoscere debeant, vicissim vero omnibus & singulis prælibatis privilegiis, gratiis & juribus uti, frui, potiri & gaudere possint, quo ipse sæpedictus Antoniotus, ejusque tum majores, tum in his feudis prænominati Successores possederunt, potiti & gavisi sunt, consuetudine vel de jure, non obstantibus quibusvis legibus, constitutionibus & consuetudinibus, etiam feudalibus, statutis, decretis, atque ordinationibus, aliisque in contrarium facientibus, quibus omnibus & singulis, pro hac vice duntaxat, authoritate & scientia prædictis derogamus & derogatum esse volumus, supplentes etiam omnem defectum juris vel facti, si quis in præmissis intervenisse allegari posset: salvis tamen (uti superius præcautum est) Nostris & Sacri Romani Imperii superioritatis & directi eorundem Dominii, nec non quorumcunque, etiam aliorum quibusvis juribus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, confirmationis, investituræ, decreti, voluntatis, gratiæ & facultatis supradictæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire, quisquis autem id attentare præsumpserit, sese ipso facto, præter nostram & Sacri Imperii gravissimam indignationem, pœnam centum librarum auri puri ex uno semisse fisco nostro Cæsareo, ex altero vero semisse injuriam passorum usibus toties, quoties contra factum fuerit, omni remissionis ac veniæ spe præcisa, solvendam, noverit incursurum. Harum testimonio literarum manus nostræ subscriptione & sigilli Cæsarei appensione munitarum.

Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ, die vigesima tertia mensis Augusti, Anno Domini millesimo, septingentesimo, decimo septimo, Regnorum Nostrorum Romani sexto, Hispanicorum decimo quarto, Hungarici & Bohemici vero septimo.

Cap. VII.

De Castrucciis de Antelminellis Lucæ commorantibus.

Hujus Familiæ Diplomata vid. sub Reipublicæ Lucanæ *Diplomatibus, in hujus Codicis Tomo II.*

Cap. VIII.

De Dominis Cazulinis.

I.

Henrici VII. Romanorum Imperatoris Literæ, in quibus Dominos Cazulinos de Rivernatæ Castro atque Arnaschi, Cenesis, Arvelii, Bexii & Manoxii Villis investivit, d. d. 6. Junii, An. 1311.

HEnricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, &c. Universis Sacri Romani Imperii fidelibus præsentes litteras inspecturis gratiam suam & omne bonum. Accedens nostræ Majestatis præsentiam providus vir Antonius Uberti de Zucarello, Procurator Petri Cazulini filii quondam Azardi Cazulini, quondam D. Castri Rivernatæ, Diœcesis Albingenis, Cazolæ Cazulini, Vivaldi Cazulini, Baltholomæi Cazulini & Bernabonii Cazulini, Nobilium Albinganenensium, fidelium nostrorum, recognovit se procuratorio nomine prædictorum feuda sua, videlicet Castrum Rivernatæ cum Villis Arnaschi, Cenesis, Arvelii, Bexii, & Monoxii cum oneribus, & juribus eorum a Nobis, & Imperio tenere, Nobis humiliter supplicans præsens, ipsum de feudis hujusmodi procuratorio nomine prædictorum investire de benignitate Regia dignaremur. Devotis igitur, & instantius ipsius supplicantibus favorabiliter annuentes ac disponentes, unicuique tribuere, quod suum est; Præfatum Antonium, Procuratorio nomine prædictorum, ut supra, de justis, & antiquis feudis, quæ iidem a nobis, & Imperio tenent, & habere dicunt, investimus de Regiæ plenitudine potestatis. Salvo Jure Imperii, & quorumlibet aliorum. Recepto ab eodem Antonio procuratorio nomine prædictorum, ut supra, fidelitatis

litatis debito Juramento. In cujus rei testimonium præsentes litteras Nostræ Majestatis Sigillo jussimus communiri.

Datum in Castris ante Brixiam, sexta mensis Junii, Anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, Regni vero Nostri decimo.

Henricus.

Sigilli Cæsarei locus.

Joannes de Retz, Cancell.

II.

Inhibitio Rudolphi II., Romanorum Imperatoris, ad Dominos Cazulinos, ut ne alicujus potestati, Majestate Cæsarea inscia atque invita, se subjiciant, d. d. 6. Novembr. An. 1598.

SAcra Cæsarea Majestas Dominus Noster clementissimus: Intellecta alienatione Marchionatus Finaviensis, ac pertinentiarum per Dominum Sfortiam Andream de Carretto haud pridem illicite facta: Dominis Francisco & Hugoni Cazulinis, cæterisque Feudi Imperialis Arnaschi Condominis, aut subditis, cujuscunque status, aut conditionis sint, per præsentes expresse, & serio inhibet, ne Majestate Sua inscia, vel invita, novo cuipiam Domino, quisquis ille sit, se quoquo modo subjiciant, aut ullam cum aliquo, occasione ea, adhærentiam faciant, quatenus indignationem Majestatis Suæ gravissimam incurrere noluerint, executuri in eo omnimodam, ac seriam Majestatis Suæ Cæsareæ voluntatem. Decretum in Consilio Imperiali Aulico die 6. Novembris, Anno Domini 1598.

III.

Contractus inter Cæsareæ Majestatis Cameræ Aulicæ Præsidem atque Consiliarios, ab una, & Hugonem ac Franciscum Cazulinos, fratres, ab altera parte, de Feudi Arnaschi parte, vel partibus, ad Fiscum devolutis, initus, d. d. 23. Octobr. An. 1607.

CUm Dominicus Cazulinus, ut notorium est, feloniam commisisset, Sua Majestas &c. die vigesima sexta Martii anni millesimi sexcentesimi quarti eum illa Parte, vel Partibus Feudi Imperialis Arnaschi habita, sententia definitiva lata, privandum censuit; eamque partem, vel partes Fisco suo legitime adjudicatas, per Senatum Montisferrati apprehendi mandavit. Etsi vero tractu temporis apud Suam Majestatem, &c. variæ diversorum Principum pro dicto Dominico factæ fuerint intercessiones, Sua tamen Majestas, &c. a priori sententia haud facile recedendum rata, ne tam enormia delicta, cum aliorum scandalo, impunita manerent, vigesima quarta mensis Aprilis anni præsentis sese benigne resolvit, ut Pars illa vel Partes Feudi Arnaschi per viam Juris ad Fiscum devolutæ, apprehensæque per Cameram Aulicam, vel ei, cui in defalcationem sui crediti jam cesserat, relictæ traderentur, vel illi, qui pretium pro illis conveniens offerret, venderentur; Cum ergo memorati Dominici Agnatus Hugo Cazulinus pro se, & Fratris sui Francisci nomine peteret, sui utpote Feudi Arnaschi Condominorum, benignam rationem haberi, pretiumque æquabile offerret, Camera Aulica eam conditionem acceptans promisit, Suam Majestatem, &c. dicto Hugoni, & Francisco Cazulinis Fratribus, nec non hæredibus, & successoribus eorum universis omni meliori modo, via, forma, jure, & auctoritate memoratam confiscationem apprehensamque Partem, vel Partes Feudi Arnaschi, cum omnibus & quibuscunque ejus juribus, decimis & pertinentiis ad eandem spectantibus, tenore præsentis hujus contractus vendere, dare & tradere, illosque in realem possessionem illius Partis, vel Partium, uti veros possessores, introduci facere, & constituere, Investituramque, & alias provisiones ad id spectantes illis tradere; Ita ut ab hoc tempore ipsi Cazulini Fratres, eorumque hæredes & successores in prænominata Parte, vel Partibus, in omnibus, & per omnia Suæ Cæsareæ Majestatis &c. Jura & locum teneant, habeant & possideant. His ita acceptis, grataque mente & animo acceptatis, Hugo & Franciscus Fratres Cazulini pro vero convento pretio Suæ Majestatis Cameræ Aulicæ solvere, & realiter numerare promittunt summam quatuor millium florenorum Rhenensium, quemlibet eorum pro sexaginta cruciferis computando in hunc, ut sequitur, modum: Mille videlicet Florenos ad Festum Paschatis, & totidem in Festo Sancti Bartholomæi anni 1608. reliquam vero summam sub iisdem terminis subsecuturi anni 1609. Hac annexa conditione, ut Suæ Majestati &c. non solum prænominata Pars, vel Partes in eodem Feudo Arnaschi Cazulinis Fratribus jam venditæ, & traditæ, sed præterea etiam aliæ eorumdem Cazulinorum in eodem Feudo habitæ, & possessæ, reliquaque eorum bona allodialia, simulque propriæ personæ eorum usque ad integram dictorum quatuor mille florenorum solutionem, & plenariam satisfactionem obligatæ, & hypothecatæ sint, remaneantque, pro ut se illaque omni meliori via & Jure effectualiter obligant, hypothecantque; Qui insuper Hieronymum Avanzinum Mercatorem Aulæ Cæsareæ coram existentem, Fidejussorem suum exhibent & constituunt, dolo, fraudeque remotis. In quorum omnium Fidem contra-

ctus hujus duo exemplaria ejusdem tenoris expedita, & Partium utrinque tractantium manu & sigillis roborata sunt, quorum unum in Cancellaria Cameræ Aulicæ reservatum, alterum ipsis Cazulinis Fratribus traditum est. Actum Pragæ, vigesima tertia die mensis Octobris anni millesimi sexcentesimi septimi.

(L. S.) *Paulus Khransenus.* (L. S.) *Sebastianus Zechius.*

(L. S.) *Hugo Cazulinus meo, & Francisci Fratris nomine.*

IV.

Matthiæ, Romanorum Imperatoris, Literæ, in quibus Hugoni Cazulino, ejusque fratribus, loca, in ipsis literis nominata, in Sac. Rom. Imp. Feudum contulit, d. d. 30. Januar. An. 1614.

MAtthias, Divina favente clementia electus Rom. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Boëmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Landgrafius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c. Ad perpetuam rei memoriam agnoscimus, & notum facimus vigore præsentium universis: Quod cum honorabilis doctus Noster & Imperii Sacri fidelis dilectus, Hugo Cazulinus quondam Pantaleonis J.U.D. antiqui feudi Imp. Arnaschi Condominus, suo proprio, & fratris sui Francisci Cazulini, ac Jo. Baptistæ quondam Antonii, & Jacobi Mariæ quondam Marci Antonii itidem Cazulinorum Agnatorum suorum, & ejusdem feudi Consortum nomine demisse Nobis exposuerit, Antecessores suos de Castellania Rivernarii, Arnaschi, Cenexis, Menoxii & Bexii, quæ antiquitus a Sacro Romano Imperio immediate dependebant, & recognoscebantur ab Alphonso quondam de Carretto, Marchione Finariense, tanquam de feudo nobili, gentili, & antiquo investitos fuisse; dicto vero Marchione, reliquisque fratribus suis sine prole legitima defunctis, omne illorum superioritatis & subinfeudandi utile jus, quod ipsis quoquomodo in dictis feudis, ratione supradictæ recognitionis, competere poterat, cum nostro Imperiali directo, ipso jure & facto coaluisse, ac proinde solita Nobis, uti Romanorum Imperatori, juxta feudalium jurium dispositionem servitia, & consuetum fidelitatis, subjectionis & obedientiæ homagium humilime offerendo, suppliciter nos rogavit, ut ipsum dictosque suos Consortes de memorata Castellania Rivernarii, Arnaschi, Cenexis, Menoxii & Bexii, cum mero & mixto Imperio, gladii potestate, & omnimoda jurisdictione, decimis & aliis emolumentis & pertinentiis ad dicta loca & feuda spectantibus, juxta memoratarum anteriorum investiturarum tenorem benigne, clementerque investire & infeudare dignaremur: Nos sane considerata tum dictorum Hugonis & Consortum antecessorum eximia & inconcussa fide, qua Divis Prædecessoribus nostris, Romanorum Imperatoribus & Regibus, ipsique Romano Imperio semper addicti fuerunt, tum etiam dicti Hugonis singulari observantiæ studio & devotione, quam diuturnis suis in Aula Cæsarea obsequiis tempore Divi Imperatoris Rudolphi Secundi, Domini Fratris & Prædecessoris Nostri colendissimi, abunde testatam reliquit, quemadmodum ex investituræ per Maj. & Dilectionem suam eidem Hugoni, & Francisco fratribus Cazulinis super quarta parte dicti feudi Arnaschi, die decima sexta Augusti anni millesimi sexcentesimi octavi benigne concessæ, & a Nobis die quarta Junii anni proxime elapsi millesimi sexcentesimi decimi tertii, confirmatæ, & renovatæ tenore fusius constare potest; Attenta quoque spectata fide, & integritate, & de Nobis, sacroque Imperio quavis occasione benemerendi promptitudine, quam sæpedictus Hugo Cazulinus, aulam nostram Cæsaream continue sectando, & cum in nuperis Comitiis Imperialibus, tum alias, ubicunque res, & occasio tulit, qua justitiam, qua Cameræ nostræ negotia fideliter promovendo, egregie comprobavit, ac in posterum quoque non minus noviter comprobare poterit atque debebit; Ejusque humilibus precibus clementer annuendum duxerimus, uti vigore præsentium annuimus. Idcirco, ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, ac prævia super præmissis ex antecedentibus actis causæ cognitione, sano accedente consilio, & de Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine, Eosdem Hugonem & Franciscum fratres, illorumque agnatos & consortes supranominatos, Jo. Baptistam & Jacobum Mariam Cazulinos de Castellania Rivernarii, Arnaschi, Cenexis, Menoxii & Pexii, & omnibus Pertinentiis pro partibus respective ad unumquemque spectantibus, & ab eis eorumque prædecessoribus ab antiquo, & legitime hactenus possessis, pro se ipsis, & eorum filiis & successoribus in feudum nobile, gentile, antiquum, avitum & paternum, cum mero & mixto Imperio, gladii potestate, & omnimoda jurisdictione, decimis, fructibus, emolumentis & aquis ad dictum feudum spectantibus & pertinentibus gratiose investimus, & infeudamus; Dummodo idem Hugo, & Consortes prænominati, ac successores eorum, vel illi, ad quos bona ista feudalia devenerint, deinceps etiam, quotiescunque casus tulerit, a Nobis & nostris in Imperio Successoribus, Romanorum Imperatoribus & Regibus legitime intrantibus, eorundem feudorum investitus

stituram accipiant, & debitum fidelitatis juramentum de eisdem præstent, prout hoc ipsum jam Nobis supradictus honorabilis, doctus, noster Sacrique Imperii fidelis dilectus Hugo Cazulinus J. U. D. tam suo, quam fratris, & agnatorum antenominatorum nomine, sufficientibus ad hoc mandatis instructus, præstitit. Nostris tamen & Sacri Imperii, ac aliorum quorumcunque juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, ac præeminentiæ extiterit, liceat hanc nostræ investituræ, voluntatis & gratiæ paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, is præter nostram, & Sacri Imperii indignationem gravissimam pœnam triginta marcarum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, pro semisse Fisco nostro Imperiali, & altero semisse injuriam passi, vel passorum usibus applicandam, se noverit, omni spe veniæ sublata, incursurum. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Lintzia, die trigesima mensis Januarii, anno Domini Millesimo sexcentesimo decimo quarto, Regnorum nostrorum Romani secundo, Hungarici sexto & Boemici tertio.

MATTHIAS.

Vidit Jo. Ludovicus von Ulm.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Jo. Barvitius.

V.

Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris, Literarum investituræ ab Imperatore Rudolpho II. Dominis Cazulinis An. 1608. expeditarum, & a Matthia Imperatore An. 1613. approbatarum confirmatio, d. d. 5. Mart. An. 1620.

Ferdinandus Secundus, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Marchio Moraviæ, & Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ & Tecciæ, Princeps Sveviæ, Comes Haspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum honorabilis doctus noster & Sacri Imperii fidelis dilectus, Hugo Cazulinus, J.U.D. demisse nobis explicaverit, sese conjunctim una cum fratre olim suo Francisco Cazulino ab august. memoriæ Imperatore Matthia, Domino Patruele, Patre & Prædecessore nostro colendissimo, renovationem investituræ de quarta parte feudi Imperialis Arnaschi, alias a Dominico Cazulino confiscata, dictis fratribus, mediante certa summa pecuniarum, concessa, suppliciter postulasse & obtinuisse, vigore diplomatis desuper expediti, cujus tenor hic inseritur:

Matthias, Divina favente clementia electus Romanor. Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ & Teccæ, Princeps Sveviæ, Comes Haspurgi, Tirolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperi Burgoviæ ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum honorabilis doctus noster & Sacri Imperii fidelis dilectus, Hugo Cazulinus Jur. Utr. Doct. tam suo, quam procuratorio fratris sui Francisci nomine, Nobis exponi curavit, sese una cum dicto fratre suo de quarta parte Imperialis feudi Arnaschi, quam, posteaquam à Dominico Cazulino ob felonias gravissimas contra expressas inhibitiones & mandata Cæsarea commissas confiscata fuisset, ipsi fratres ab Imperiali Camera, certa pecuniæ summa, comparassent, ab Augustæ memoriæ Imperatore Rudolpho Secundo Domino Fratre, Prædecessore nostro colendissimo investitos fuisse; Cujus quidem investituræ tenor in hunc modum sequitur:

Rudolphus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ, & Dux Lucemburgiæ ac superioris ac inferioris Silesiæ, Würtembergæ & Tecciæ, Princeps Sveviæ, Comes Haspurgi, Tirolis, Ferretis, Kyburghi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Agnoscimus & tenore præsentium innotescere volumus universis: Quod cum anno Millesimo, sexcentesimo quarto, die vigesima sexta mensis Martii Dominicus Cazulinus, ob felonias gravissimas contra expressas inhibitiones & mandata nostra Cæsarea per ipsum in jurisdictionis nostræ ordinariæ contemptum & Sacri Romani Imperii non leve præjudicium commissas, quarta, quam possidebat, feudi Imperialis Arnaschi parte cum ejusdem pertinentiis sententia nostra diffinitiva privassemus, seu potius ipso jure privatum esse declarassemus, ejusdem quartæ partis Fisco nostro legitime adjudicatæ possessionem per Senatum Montisferratensem, nostro

nostro nomine apprehendi curassemus; deinde vero 25. Aprilis anni Millesimi sexcentesimi septimi nos benigne resolvissemus, ut prædicta feudi Imperialis quarta pars per viam juris ad Fiscum nostrum devoluta, ei, qui pretium pro ea conveniens offerret, venderetur, uti postmodum sub die 23. Octobris ejusdem anni Millesimi sexcentesimi septimi, nostris & Sacri Imperii fidelibus dilectis Hugoni & Francisco Cazulinis, fratribus, tamquam Dominici patruelibus, ejusdem feudi Arnaschi condominis, pro certa pecuniæ summa vendita est, quemadmodum ex contractu inter Cameram nostram Aulicam, & prædictos Hugonem & Franciscum Cazulinos celebrato, quem hic pro inserto habere volumus, manifestius constat; Ac proinde supra nominati emptores nobis demisse supplicarint, ut prædictæ emptionis & venditionis contractum autoritate nostra Cæsarea benigne confirmaremus, illosque de supra dicta parte Imperialis Arnaschi feudi cum pertinentiis, decimis aliisque quibuscunque juribus ad eamdem spectantibus investire gratiose dignaremur: Nos sane benigne considerata tum dictorum fratrum antecessorum eximia, & inconcussa fide, qua Divis Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus ac Regibus ipsique Romano Imperio addicti fuerunt, tum etiam dicti Hugonis singulari observantia, studio ac devotione, quam diuturnis suis hac in Aula nostra pro justitia promovenda servitiis abunde testatam reliquit, ac imposterum non minus graviter testari poterit, atque debebit humillimis eorumdem precibus clementer annuendum duxerimus, uti vigore præsentium annuimus, ideoque ex certa scientia, animoque bene deliberato, sano accedente consilio, deque Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine inprimis memoratum venditionis contractum inter Cameram nostram Aulicam ex una, & dictum Hugonem Cazulinum tam suo quam fratris sui Francisci nomine ex altera partibus initum in omnibus suis punctis, clausulis & articulis benigne ratificamus, approbamus & confirmamus, eumdemque Hugonem & Franciscum de dicta parte confiscata cum omnibus suis pertinentiis, decimis, mero & mixto Imperio, gladii potestate, & omnimoda jurisdictione, quemadmodum nostro nomine Cæsar. per dictam nostram Cameram Aulicam apprehensa atque possessa fuit, ac etiam nunc possidetur, pro sese, eorum filiis, hæredibus & successoribus universis in feudum nobile, gentile, avitum & paternum, investimus & infeudamus, dummodo iidem fratres & hæredes ipsorum, vel illi, ad quos bona ista feudalia pervenerint, deinceps & quotiescumque casus tulerit, a Nobis & nostris in Imperio Successoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus legitime intrantibus eorum bonorum feudalium investituram similiter recipiant, & debitum de iis fidelitatis juramentum præstent, prout hoc ipsum jam nobis per nostrum, & Sacri Imperii fidelem dilectum, Hugonem Cazulinum, tam suo, quam fratris sui Francisci nomine, sufficienti mandato instructum, præstitum est: Nostis tamen & Sacri Imperii, ac aliorum quorumcumque juribus semper salvis. Nullis ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis & præeminentiæ extiterit, liceat hanc nostram confirmationis, investituræ, voluntatis & gratiæ paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire; si quis autem id attentare præsumpserit, is præter nostram, & Sacri Romani Imperii indignationem gravissimam, pœnam triginta marcarum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, pro semisse fisco nostro Imperiali, & alterum semissem injuriam passi, vel passorum, usibus applicandam, omni spe veniæ sublata, se noverit incursurum. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæs. appensione munitarum. Dat. in arce nostra Regia Pragæ, die decima sexta Augusti, anno Domini Millesimo sexcentesimo octavo, Regnorum nostrorum Romanorum trigesimo tertio, Hungarici trigesimo sexto, & Boemici itidem trigesimo tertio.

RUDOLPHUS.

Leopoldus a Stralendorff.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Jo. Barvitius.

Nunc porro Nobis demisse supplicarit, ut, postquam Divini numinis beneficio ad supremum dignitatis Imperialis fastigium evecti simus, ipseque Nos una cum fratre suo Francisco in directum & supremum suum Dominum, quemadmodum fideles subditos atque Vasallos decet, recognoscere desideret, ipsos de supradicta quarta Imperialis feudi Arnaschi parte, cum pertinentiis, decimis, aliisque quibuscumque juribus ad eamdem spectantibus investire gratiose dignaremur: Nos sane benigne consideratis tum dictorum fratrum antecessorum eximia, & inconcussa fide, qua divis Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus ipsique Romano Imperio semper addicti fuerunt, tum etiam dicti Ugonis singulari observantia, studio & devotione, quam diuturnis in Aula nostra Cæsarea pro justitia promovenda servitiis propriis sumptibus atque expensis a pluribus jam annis abunde testatam reliquit, & imposterum non minus graviter præstare poterit atque debebit, humillimis eorum precibus clementer annuendum duxerimus, uti vigore præsentium annuimus; ideoque ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, sano accedente consilio, deque Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine eosdem Ugonem & Franciscum Fratres Cazulinos de dicta quarta parte confiscata, cum omnibus suis pertinentiis, decimis, mero & mixto Imperio, gladii potestate, & omnimoda jurisdictione, quemadmodum per prædictos fratres hactenus possessa fuit, pro sese, eorum filiis, hæredibus & successoribus in feudum nobile, gentile, avitum & paternum investimus & infeudamus; Dummodo iidem fratres

fratres & hæredes ipsorum, vel illi ad quos bona ista feudalia pervenerint, deinceps, & quotiescumque casus tulerit, à Nobis & à nostris in Imperio successoribus Rom. Imper. & Regibus legitime intrantibus, eorumdem bonorum Investituram similiter recipiant, & debitum de iis fidelitatis Juramentum præstent, prout hoc ipsum jam Nobis per nostrum & Sac. Rom. Imperii fidelem dilectum Ugonem Cazulinum, tam suo, quam fratris sui Francisci nomine, sufficienti mandato instructum præstitum est; nostris tamen & Sac. Imperii ac aliorum quorumcunque Juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut præeminentiæ extiterit, liceat hanc nostræ confirmationis, Investituræ, voluntatis & gratiæ paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire; Si quis autem id attentare præsumpserit, is, præter nostram, & Sac. Rom. Imperii indignationem gravissimam, pœnam triginta marcarum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, pro semisse fisco nostro Imperiali, & altero semisse injuriam passi vel passorum usibus applicanda, omni spe veniæ sublata, se noverit incursurum, harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli Nostri Cæsar. appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennæ, die 4. Julii, Anno Domini 1613. Regnorum nostrorum Rom. primo, Hungarici quinto, Bohemici tertio.

MATTHIAS.

Jo. Ludovicus Ulm.

Ad mandatum Sac. Cæs. Maj. proprium.

Jo. Barvitius.

Registrata. *Questemberg.*

Atque nunc rursum demisse Nobis supplicavit, ut postquam, Divini numinis beneficio, ad excelsum Majestatis Imperialis Thronum evecti simus, & supradicto fratre suo Francisco sine liberis masculis defuncto, adeoque portione illius feudali ad ipsum devoluta, Nos in directum & supremum suum Dominum, quemadmodum fidelem subditum, atque Vasallum decet, recognoscere desideret, ipsum de memorata quarta parte feudi Imperialis Arnaschi cum pertinentiis, decimis aliisque quibuscunque Juribus ad eam spectantibus investire, nec non primogenituræ Jus, sive certum in dicta quarta parte, & aliis ejusdem feudi portionibus quibuscumque ad supra nominatum supplicantem pertinentibus, & quæ futuro etiam tempore eidem, vel illius hæredibus, quovis titulo legitimo obvenire possent, succedendi ordinem stabilire atque confirmare gratiose dignaremur; Nos sane benigne considerata dicti Hugonis antecessorum eximia & inconcussa fide, qua divis prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus ipsique Romano Imperio semper addicti fuerunt, tum etiam sæpe nominati Hugonis singulari observantia, studio & devotione, quam diuturnis suis in Aula Cæsarea pro Justitia promovenda servitiis, propriis sumptibus atque expensis, à pluribus retro annis, abunde testatam reddidit, & imposterum non minus graviter præstare poterit atque debebit, humillimis ejusdem precibus clementer annuendum duximus, uti vigore præsentium annuimus; Ideoque ex certa scientia animoque bene deliberato, sano accedente consilio, deque Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine eundem Ugonem Cazulinum de dicta quarta parte, cum omnibus suis pertinentiis, decimis, mero & mixto Imperio, gladii potestate & omnimoda Jurisdictione, quemadmodum hactenus per eundem, & quondam fratrem suum Franciscum conjunctim possessa fuit, in feudum nobile, gentile, avitum, & paternum clementer investimus & infeudamus. Dummodo idem Hugo nunc investitus ejusque hæredes vel ille, ad quem bona ista feudalia pervenerint, deinceps & quotiescumque casus tulerit, à Nobis & à nostris in Imperio successoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus, legitime intrantibus, eorumdem bonorum feudalium Investituram similiter recipiant, & debitum de iis fidelitatis Juramentum præstent, prout hoc ipsum jam dictus Hugo Cazulinus præstitit. Cui insuper gratiam hanc impertimur, ut non tantum in memorata dicti feudi Arnaschi quarta, verum etiam aliis partibus, quas jam nunc obtinet, vel olim ipse, ejusve hæredes ex quacumque causa legitima obtinebunt, ad tollendas dissensiones & incommoda, quæ communio plerumque parere solet, ipsumque feudum tanto honorificentius in familia conservandum, jus primogenituræ locum habeat, ita ut in iisdem, postquam dictus Hugo in fata cesserit, Filius illius primogenitus, legitimus & naturalis, Pantaleo Cazulinus, eoque decedente Filius itidem illius primogenitus Jo. Stephanus Cazulinus, aut quicumque tandem tempore mortis ex linea ejus descendente primogenitus invenietur, solus succedere possit & debeat, & sic successive de primogenito in primogenitum in infinitum; Quodsi vero dictus Jo. Stephanus sine masculis descendentibus moreretur, tunc succedat dicti Pantaleonis filius secundo genitus, ejusque primogenitus legitimus, & naturalis ordine successivo, idem disponendo gradatim de tertio, quarto, quinto, & ulterius genitis, & singulorum descendentibus primogenitis; Deficiente autem penitus dicti Hugonis descendentia, succedat modo quo supra ex Agnatis & Condominis Arnaschi ille, qui ultimo morienti proximior, & Jus ad feudum habere probabitur; Hac tamen conditione, ut quicumque tandem vigore hujus primogenituræ feudis hisce potietur, reliquis fratribus, aut fratrum suorumque filiabus de dote competenti prospicere teneatur, quatenus primogenituræ beneficio bonis hisce feudalibus uti frui voluerit; nostris quoque & Sacri Imperii ac aliorum quorumcunque Juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, præeminentiæ extiterit, liceat hanc nostræ confirmationis, Investituræ, Primogenituræ, voluntatis & gratiæ paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire.

Si quis autem id attentare præsumpserit, is præter nostram & Sacri Romani Imperii indignationem gravissimam, pœnam triginta marcarum auri puri, toties, quoties contra factum fuerit, pro semisse fisco nostro Imperiali & altero semisse injuriam passi vel passorum usibus applicandam, omni spe veniæ sublata, se noverit incursurum. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennæ, die quinta Martii, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo, Regnorum nostrorum Romani primo, Hungarici secundo, Boemici vero tertio.

FERDINANDUS.

Jo. Ludovicus ab Ulm.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Hermannus Questemberg.

VI.

Ferdinandi II. Romanorum Imperatoris, Literarum Investituræ ab Imperatore Matthia An. 1614. Dominis Cazulinis, una cum eorum consortibus, de Rivernarii Castellania, atque Arnaschi, Cenesii, Menosii & Bexii feudis datarum confirmatio, d. d. 6. Mart. An. 1620.

FErdinandus Secundus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ, & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Ad perpetuam rei memoriam agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum honorabilis doctus Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Hugo Cazulinus & Pantaleon, Juris Utriusque Doctor, antiqui Feudi Imperialis Arnaschi Condominus demisse Nobis exposuerit, sese una cum consortibus suis de Castellania Rivernarii, Arnaschi, Cenesii, Menosii, & Bexii per Augustæ memoriæ Imperatorem Divum olim Matthiam, Dominum Patruelem, Patrem, & Prædecessorem nostrum observantissimum, investitum fuisse in hæc quæ sequuntur verba:

Matthias &c.

Sequitur Investitura Imperatoris Matthiæ, de Anno 1614. superius inserta.

Nunc porro suppliciter Nos rogarit, ut posteaquam Divina Benignitate ad supremum Imperatoriæ sublimitatis Thronum evecti simus, ipsum de Partibus dicti Feudi Arnaschi, vigore suprainsertæ Investituræ, tum quoque ob mortem antenominati Fratris sui Francisci, sine liberis masculis defuncti, ad se pertinentibus, benigne denuo, clementerque investire dignaremur; Nos autem, spectata Fide, Integritate & de nobis Sacroque Imperio qnavis occasione benemerendi promptitudine, quam sæpedictus Hugo Aulam Cæsaream continue sectando, & qua Justitiam, qua Cameræ Nostræ Aulicæ negotia fideliter promovendo, egregie comprobavit, & imposterum quoque non minus noviter comprobare poterit atque debebit, ejusdem humillimis precibus clementer annuendum duximus, uti vigore præsentium annuimus; Idcirco ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, sano accedente consilio, & de Cæsareæ Potestatis nostræ plenitudine eumdem Hugonem Cazulinum de partibus dicti Feudi ad ipsum, ut supra, spectantibus pro se, Filiis, & successoribus suis, ordine tamen Primogenituræ servato, quam in aliis Investituræ nostræ litteris eidem Hugoni super quarta hujusce Feudi parte concessis latius explicuimus, in Feudum nobile, gentile, antiquum, avitum & paternum, cum mero & mixto Imperio, gladii potestate, & omnimoda Jurisdictione, decimis, fructibus, emolumentis & aquis ad dictum Feudum spectantibus & pertinentibus gratiose investimus, & infeudamus; Dummodo idem Hugo, vel is, ad quem futuro tempore successionis, vel supradictæ Primogenituræ Jure bona hæc Feudalia devenerint; deinceps etiam, quotiescunque casus tulerit, à Nobis, & nostris in Imperio Successoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus legitime intrantibus eorumdem Feudorum Investituram accipiat, & debitum Fidelitatis Juramentum de iisdem præstet, prout hoc ipsum jam Nobis supranominatus honorabilis doctus noster Sacrique Imperii fidelis dilectus Hugo Cazulinus, Juris Utriusque Doctor, præstitit; Nostris tamen & Sacri Imperii, ac aliorum quorumcunque Juribus semper salvis. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præeminentiæ extiterit, liceat hanc nostræ Investituræ, Primogenituræ, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem id attentare præsumpserit, is præter nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam pœnam triginta Marcarum auri puri toties quoties contra factum fuerit, pro semisse Fisco nostro Imperiali, & altero semisse injuriam passi, vel passorum usibus applicandarum se noverit, omni spe veniæ sublata, incursurum. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennæ, die sexta mensis Martii anno Domini millesimo, sexcentesimo, vigesimo, Regnorum nostrorum Romani primo, Hungarici secundo, Bohemici tertio.

FERDINANDUS &c. (L. S.)

Ad mandatum Sac. Cæs. Maj. proprium,

Hermannus Questemberg.

CAP.

Cap. IX.

De Principibus atque Marchionibus Centurionis.

I.

Leopoldi, Romanor. Imperatoris, Rescriptum ad feudorum Imperialium Montis Vallis & Aulæ Bibulæ, ad Baptistam Octaviumque Centurionos pertinentium, administratorem, ne dicta feuda, inscio & invito Imperatore, cuiquam concedat, d. d. 29. Octobr. An. 1680.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Quam graviter Nobis (*Tit.*) Joannes Baptista, & Octavius Centurioni, tanquam Agnati ad successionem feudorum Imperialium Montis Vallis & Aulæ Bibulæ, vigore primogenituræ, vocati, contra Cæcilium Franciscum Centurionum, Marchionem Steppæ, de tentata ab ipso feudorum eorundem alienatione, conquesti fuerint, quemque in modum Nos illicitis ejusmodi contractibus obviare volentes, dictum conquerentium Agnatorum libellum memorato Cæcilio Francisco, una cum inhibitione seria, 14. Maji proxime lapsi, communicandum decreverimus: tibi jam tum aliunde non minus, quam ex insinuato supplici Centurionorum libello, inscriptaque dorso ejus inhibitione, satis constare non dubitamus.

Quoniam vero ex adjectis ulterioribus ipsorum ut & (*Tit.*) Ludovici Centurioni, Ferdinandez Cordua dicti, libellis supplicibus videre sit, memoratum Cæcilium Franciscum, dum præfatam nostram inhibitionem, præpropere subodoratam, in Aula, qua degit, Hispanica non facile sibi communicari posse comperiret, mox præveniendo, cum Serenissimo Magni Hetruriæ Ducis Ablegato Castiliono, ibidem coram Notario & testibus, sub simulato locationis titulo, feuda isthæc contra Jus commune, ac in authoritatis jurisdictionisque nostræ Cæsareæ, Agnatorumque jura, tacite alienasse: ideoque non immerito vereamur, ne dictus Emptor, festinata forte irruptione, possessionem eorum adipiscatur: Nos pro supremo atque Imperiali, quod Nobis incumbit, munere Legato inprimis nostro (*Tit.*) Marchioni de Grana in Hispania commoranti, ut dictum Cæcilium Franciscum a cœptis ejus, gravi sub indignationis nostræ & feloniæ nota, dehortaretur, districte mandavimus, ac tibi proinde hisce etiam benignissime ac serio præcipimus, ut memorata feuda Imperialia, utpote quorum administrationi jam tum præfectus es, Cæsareo nostro nomine conserves, & potissimum quidem Arcem Aulam vigorose ac manu etiam forti, si opus fuerit, contra dictum Emptorem omnesque, quotquot emptionis, locationisque simulatæ, vel alio quovis prætextu, feuda ista fortassis occupare vellent, sedulo tuearis, atque defendas, nec sine expresso assensu & mandato nostro Cæsareo cuicunque possessionem concedas, Nobisque deinde, quomodo hisce obsecutus fueris, fideliter referas. Exequeris in eo benignam expressamque voluntatem nostram, qui gratiam Cæsaream tibi benigne conservamus. Datum Lincii 29. Octobris, 1680.

II.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Decretum, in quo Cæcilio Francisco Centuriono, Marchioni Steppæ, omnem ulteriorem feudorum Imperialium Aulæ Bibulæ atque Montis Vallis alienationem serio interdixit, d. d. 20. Novembr. An. 1682.

SAcra Cæsarea Majestas, Dominus noster Clementissimus in causa vertente inter Serenissimum Dominum Magnum Ducem Hetruriæ: nec non Dominum Cœcilium Franciscum Centurionum, Marchionem Steppæ, ex una; & Joannem Baptistam atque Octavium Centurionos, Agnatos, ex altera partibus, in puncto alienationis feudorum Imperialium Aulæ Bibulæ, & Montis Vallis, visis & examinatis iis, quæ in Consilio suo Imperiali Aulico exhibita fuerunt, habitaque matura super iis deliberatione, pronunciat & declarat, assensum suum Cæsareum, juxta petita agnatorum, denegandum, & inhærendo priori Decreto de sexta Maji, Anni 1680, dicto Marchioni Steppæ denuo inhibendum esse, ut sub pœna indignationis Cæsareæ, & amissionis feudorum, ab omni ulteriore alienatione abstineat. Ita pronunciatum in excelso Consilio Imperiali Aulico, sub sigillo Sacræ Cæsareæ Majestatis secreto, Viennæ 20. Novembris, 1682.

III.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Rescriptum ad Joannem Baptistam Centurionum, in quo ipsi feudorum Imperialium Aulæ Bibulæ atque Montis Vallis, contra quosvis usurpatores, conservationem demandat, d. d. 6. Novembris, An. 1690.

LEopoldus &c. (*Tit.*) Cum intellexissemus, quondam Cæcilium Franciscum Centurionum, Marchionem Steppæ, feudorum nostrorum Imperialium Aulæ Bibulæ, & Montis Vallis a-

lienationem in nostrum & agnatorum præjudicium meditari, Philippo Centuriono, vigore annexi exempli, mandavimus, ut quemadmodum memorata feuda nomine dicti Cæcilii administraret, ita nostro etiam conservaret, potissimum vero Arcem Aulam adversus Magnum Hetruriæ Ducem, utpote prætensum eorum Emptorem, omnesque alios, quotquot emptionis, locationisve simulatæ, vel alio quovis prætextu feuda ista fortassis occupare vellent, vigore & manu etiam forti, si opus esset, tueatur, nec sine expresso assensu & mandato nostro Cæsareo, cuicunque possessionem eorum concederet.

Cum autem Nos rogaveris, ut memorato Philippo Centuriono jam mortuo, tibi porro feudorum antedictorum conservationem benigne committeremus, petitioni tuæ lubenter annuimus, clementer jubentes, ut eodem nomine nostro Cæsareo memoratis feudis invigiles, neque vel sub venditionis, aut locationis, alteriusve Contractus simulati titulo, quicquam in nostri, velut Domini directi, vel Agnatorum præjudicium, aut detrimentum distrahi, aut avelli patiaris, quin potius omni, quo poteris modo renitaris, nobisque, cum ejusmodi quid agi tractarive compereris, ut primum significes, rem facturus, voluntati nostræ Cæsareæ congruam, & nos tibi gratiam nostram Cæsaream conservamus D. 6. Novembris 1690.

IV.

Literarum Investituræ a Leopoldo, Romanorum Imperatore, de feudis Aulæ ac Bibulæ Cæcilio Centuriono, Marchioni Steppæ, An. 1660. datarum confirmatio, in gratiam Ludovici Centurioni, Steppæ Marchionis, expedita, d. d. 3. Augusti, An. 1693.

LEopoldus &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum submississime Nobis exponendum curarit Magnificus noster, & Sacri Imperii fidelis Dilectus Ludovicus Centurionus, Marchio Steppæ, a Nobis fratrem quondam suum Cæcilium Centurionum, Marchionum Steppæ, die septima Januarii, anni millesimi, sexcentesimi, sexagesimi, de locis, Castris & feudis Aulæ & Bibulæ, omnibusque juribus, ac pertinentiis eo spectantibus cum ordine primogenituræ, investitum atque infeudatum fuisse, quemadmodum ex subinserto Investituræ Diplomate plenius, ac planius sit videre:

Inserantur priores Investituræ.

Ac nunc porro Nos prædictus Ludovicus Centurionus Marchio Steppæ subjectissime orarit, ut quandoquidem præfatus Cæcilius Centurionus frater ejus die decima quinta Septembris, Anni millesimi, sexcentesimi, octuagesimi, octavi, sine liberis legitimis masculis, e vivis excesserit, atque ita dictum feudum Aulæ & Bibulæ, legitima Successione, ad ipsum, tanquam fratrem, devolutum sit, Nosque ipse in supremum & directum Dominum suum humillime recognoscere desideret, de dictis locis, castris, feudis, & jurisdictionibus, Aulæ & Bibulæ, eorumque pertinentiis, sub modis, & formis, quibus a supradicta Sacra Cæsarea Majestate & Dilectione sua, Domino Genitore, ac Prædecessore nostro æternum colendo, gloriosissimæ recordationis, parens olim suus investitus fuerit, ex gratia & benignitate nostra Cæsarea infeudare, atque investire dignaremur; Nos sane humillima id genus petitione benigne suscepta, attendentes sæpedicti Ludovici Centurioni ejusque primogenitorum promptum erga Divos Prædecessores nostros, Sacrumque Romanum Imperium, & Augustam nostram Austriæ Domum debitæ & constantis fidei, ac devotionis cultum, quem erga Nos quoque pari studio se continuaturum promisit, optimeque continuare potest, ac debet, animo deliberato, ex certa scientia, & authoritate nostra Cæsarea, ipsum Ludovicum Centurionum Marchionem Steppæ, recepto prius ab honorabili fideli Nobis dilecto, ad Aulam nostram Cæsaream Agente, Matthia Ignatio Nipho, sufficiente ad hoc Mandato instructo, debito & consueto in animam dicti Ludovici Centurioni fidelitatis juramento, de supradictis locis, castris, feudis, & jurisdictionibus Aulæ & Bibulæ, sub eisdem modis, cautelis, clausulis, & eadem forma successionis, & ordine primogenituræ, uti ab Augustissimo Romanorum Imperatore Divo quondam Ferdinando Tertio, Domino Genitore, ac Prædecessore Nostro Colendissimo, pientissimæ memoriæ, Parens ejusdem, ut & a Nobis dictus ejus frater Cæcilius investiti fuerunt, investiverimus, prout tenore præsentium clementer investimus, atque infeudamus: Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque, iis etiam omnibus, & singulis, quatenus obstarent, vel obstare possent, hac tantum in parte derogamus, & derogatum esse volumus ex plenitudine potestatis & ex certa scientia atque authoritate prædictis, supplentes quemcunque defectum tam juris, quam facti, si quis, in præmissis, vel aliquo præmissorum intervenisset, aut intervenisse dici posset: Nostris tamen, & Sacri Imperii & cujuslibet tertii juribus semper salvis, & hac lege disertim adjecta, quod prædictus Ludovicus Centurionus Marchio Steppæ, ac filii, hæredes & successores ejusdem de præfatis Locis, Castris, Feudis, ac jurisdictionibus Aulæ & Bibulæ, Nobis, aut Nostris, in Imperio, Successoribus, imposterum etiam, quotiescunque casus postulabit, debitum fidelitatis & homagii Juramentum præstare teneantur. Harum testimonio literarum, manu Nostra subscriptarum, & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate Nostra Viennæ die 3ª Augusti, 1693.

V.

Rescriptum Leopoldi, Romanorum Imperatoris, inhibitorium, ad Ludovicum Centurionum, Marchionem Steppæ, de Feudis Imperialibus Aulæ Bibulæ & Montis Vallis non alienandis, exaratum, d. d. 30. Decembr. An. 1698.

LEopoldus &c. *Tit.* Nobis Nostri & Sacri Imperii fideles dilecti, Baptista Centurionus ejusque filius Adamus Carolus humillime exponi curarunt, in eo te versari, ut feuda Nostra Imperialia Aulæ Bibulæ & Montis Vallis alio vendas, supplicando, ut, cum ejusmodi in suum cœterorumque Agnatorum vergat præjudicium, tibi omnem alienationis modum serio inhiberemus.

Quanquam igitur Nobis persuadere nequeimus, eo te proruptürum audaciæ, ut cum id ipsum fratri quondam tuo Cæcilio Francisco cœterisque Prædecessoribus jam dudum per rescripta ac inprimis anno 1682. per sententiam interdictum sit, tu, eo non obstante, dicta feuda distrahas, non possumus tamen quin & tibi quoque omnem in eventum serio subque dictorum feudorum amissione omnem alienationis modum prohibeamus, prout hisce tibi serio subque dicta feudorum memoratorum amittendorum pœna inhibemus, ne, sine expresso Nostro atque Agnatorum consensu, quemcunque alienationis tractatum, utpote alias ipso jure nullum, tentes, aut concludas. Qui, quod reliquum est, gratiam Nostram Cæsaream tibi conservamus. Viennæ, 30. Decembris, 1698.

VI.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Rescriptum, in quo Legato suo, in aula Hispanica commoranti, ut Ludovico Centuriono, Steppæ Marchioni, Rescriptum antea insertum omnino traderet, in mandatis dedit, d. d. 30. Decembr. An. 1698.

LEopoldus &c. Illustris, & Magnifice & fidelis Dilecte, quibus ex causis, quemque in modum per annexum rescriptum Ludovico Centuriono, Marchioni Steppæ Madriti jam degenti, feudorum Nostrorum Imperialium Aulæ Bibulæ & Montis Vallis alienationem inhibendam necesse duxerimus, id ex dicti rescripti exemplo intelliges.

Quod itaque ut ipsi certo consignes, Nosque porro de eo facto quamprimum certiores reddas, hisce tibi benigne præcipimus, gratiam Nostram Cæsaream, quod reliquum est, tibi conservantes. Viennæ, 30. Decembris, Anno 1698.

VII.

Diploma, in quo Josephus, Romanorum Imperator, Literas investituræ a divo Romanorum Imperatore Ferdinando III. de Feudis Imperialibus Turris & Campi, una cum Villis Bertoni, Strasserræ, Catrebiascha, Bottolariæ, Colosæ, Cucurri, Trutii, Vallis Cigiariæ, Cuvannæ & Agii An. 1639. Principi Aloysio Centuriono exhibitas, ad instantiam Principis Johannis Baptistæ Centurioni, non solum confirmavit, verum etiam eidem Torrettum, Cerrettum, Lartagum atque Orozolum in feudum contulit, d. d. 8. Aug. An. 1710.

JOsephus, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ & Teckæ, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Nobis Illustrissimus Noster & Sacri Romani Imperii Princeps fidelis dilectus Joannes Baptista Centurionus, Patricius Januensis, humillime exponi curaverit, a Prædecessoribus Nostris Romanorum Imperatoribus, & primitus quidem ab Augustæ memoriæ Ferdinando Tertio, Domino Avo ac Prædecessore Nostro colendissimo, majores suos, & præsertim Aloysium Centurionum ex ante diem tertio decimo Calendas Februarias anno Domini supra mille sexcentos unde quadragesimo super feudis Imperialibus Turris & Campi, una cum villis Bertoni, Strasserræ, Catrebiaschæ, Bottolariæ, Colosæ, Cucurri, Trutii, Vallis Cigiariæ, Cuvannæ, & Agii, una cum molendinis, nemoribus, piscationibus, venationibus, aquis, juribus & aquarum decursibus, homagiis, jurisdictionum, homagiorum & aliis quibuscunque Juribus ac Pertinentiis ad prædicta Turrim & Feudum Campi, eidemque annexas præinsertas villas spectantibus investitum ac infeudatum fuisse vigore diplomatis subsequentis.

Inseratur prima Investitura de An. 1639. quæ sequenti diplomati inserta est.

Submisissime Nos exorando, & cum & Nos, utpote ad Imperii thronum electos, in supremum

mum & immediatum Dominum suum, uti fidelem ac obedientem Vasallum ac subditum decet, recognoscere desideret, Nos ipsum Joannem Baptistam Centurionum de supradictis, ut & Torretti, Ceretti, Lartagi & Orozoli feudis nostris Imperialibus investire clementissime dignaremur: Nos benigne considerantes cum Patris quondam sui, tum majorum ipsius, tam nostris Prædecessoribus Augustis, Romanorum Imperatoribus ac Regibus, quam Nobis ipsis præstita grata atque fidelia obsequia, tum etiam ea, quæ ipse Princeps Joannes Baptista Centurionus, eam, quam Majores ejusdem ipsi secuere atque aperuere viam, adeoque vestigia ipsorum laudabiliter sectando præstiturus est, & præstare poterit ac debebit, humillimis ejusdem precibus clementer censuerimus annuendum.

Ac proinde ex certa Nostra scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio deque Cæsareæ Nostræ authoritatis & potestatis plenitudine ipsum Joannem Baptistam Principem Centurionum benigne eidem nullam imputantes moram super dictis feudis Turris, & Campi, nec non Villis Bertoni, Strasferræ, Catrebiaschæ, Bottolariæ, Colosæ, Cucurri, Trutii, Vallis Cigiariæ, Cavannæ & Agii, una cum molendinis, nemoribus, piscationibus, venationibus, aquis, juribus, aquarum decursibus, homagiis, Jurisdictionum, homagiorum, & aliis quibuscunque Juribus ac pertinentiis ad prædictam Turrim & feudum Campi, eidemque annexas præinsertas Villas spectantibus, nec non Torretti, Ceretti, Lartagi & Orozzoli feudis a Nobis & Sacro Romano Imperio in feudum dependentibus clementer investivimus, atque infeudavimus, quemadmodum tenore præsentium ipsum Joannem Baptistam Principem Centurionum (recepto prius ab honorabili nostro & Sacri Romani Imperii Dilecto Joanne Jacobo Joannetti, Consilii nostri Imperialis Aulici Agente, legitimo ejusdem Procuratore, sufficienti ad hoc mandato instructo, solenni ac debito fidelitatis & homagii Sacramento) investimus, atque infeudamus, quantum Nos in supradictis de jure & consuetudine, vel ex gratia investire, infeudare, dare, & concedere possumus, valemus, & debemus; Decernentes edictoque hoc nostro firmiter statuentes, quod prædictus Joannes Baptista Princeps Centurionus supra nominatam Turrim & Campi feudum una cum Villis Bertoni, Strasferræ, Catrebiaschæ, Botolariæ, Calosæ, Cucurri, Trutii, Vallis Cigiariæ, Cavannæ & Agii, omnibusque pertinentiis, prout supra declaratum est, ad easdem spectantibus, nec non Gorretti, Tartagi & Orozzoli a Nobis & Sacro Romano Imperio in feudum tenere, & possidere, omnibusque & singulis privilegiis, gratiis ac juribus libere, secure & quiete, tuto ac pacifice frui, gaudere ac potiri possit ac debeat, consuetudine vel de jure, sine cujusvis contradictione, aut impedimento; supplentes omnes & quoscunque defectus tam juris, quam facti, siqui forsan in præsentibus intervenissent aut intervenisse quomodolibet allegari possent; nostris tamen & Sacri Romani Imperii aliorumque quorumcunque juribus semper salvis & illæsis. Harum testimonio literarum manus Nostræ subscriptione & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitatum, quæ dabuntur in Civitate Nostra Viennæ die octava Augusti anno 1710. Regnorum Nostrorum Romani 21mo, Hungarici 23tio Bohemici vero 6to.

Concordat cum Archivo Imperiali Aulico, id quod hisce testatum volo. Viennæ 13. Febr. Anno 1712.

Rab. Herm. de Bertram, Secret. Archiv.

(L.S.)

VIII.

Caroli VI. Roman. Imperat. Literarum investituræ a divo quondam Romanorum Imperatore Ferdinando III., de feudis in ipsis literis nominatis, Principi Aloysio Centuriono An. 1639. exhibitarum confirmatio, in qua Imperialia Principum Centurionum feuda, una cum Torreti, Cereti, Lartagi, Orezolique feudorum accessione, Principi Carolo Centuriono, ejusque Filio, Principi Joanni Baptistæ sunt collata, d. d. 20. Martii, An. 1719.

Carolus Sextus, Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Aragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Ungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Majoricarum, Seviliæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ & Indiarum, ac terræ firmæ, Maris Oceani, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucenburgiæ, Geldriæ, Würtenbergæ, superioris & inferioris Silesiæ, Calabriæ, Athenarum & Neopatriæ, Princeps Sveviæ, Cataloniæ & Asturiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Maraviæ, superioris & inferioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ ac Arthoviæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Oristhani, Comes Goziani, Namurci, Rossilionis & Ceritaniæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Biscajæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ &c.

Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Nobis Illustrissimus noster & Sacri Romani Imperii Princeps fidelis dilectus, Carolus Centurionus, Patritius Januensis, humillime exponi curavit, a Nobis non modo Patrem suum quondam Principem

cipem Johannem Baptistam Centurionum die vigesima secunda Februarii anno Millesimo septingentesimo decimo quarto, verum etiam Antenatos, Majoresque suos a Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & primitus quidem ab augustæ memoriæ Imperatore Ferdinando Tertio, Domino Avo nostro colendissimo, Aloysium Centurionum ex ante diem tertio decimo Calendas Februarias anno Domini Millesimo sexcentesimo trigesimo nono, super feudis Imperialibus Turris & Campi, una cum villis Bertoni, Strasserræ, Catrebiaschæ, Bottolari, Colosæ, Cucurri, Trutii, vallis Cigoariæ, Cavannæ & Agii, nec non molendinis, nemoribus, piscationibus, venationibus, aquis, juribus & aquarum decursibus, homagiis, jurisdictionum, homagiorum, & aliis quibuscunque juribus ac pertinentiis, ad prædictam Turrim ac feudum Campi eisdemque annexas præinsertas villas spectantibus investitum atque infeudatum fuisse vigore diplomatis subsequentis:

Ferdinandus Tertius, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ & Tekæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c.

Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Nobis submississime exponendum curavit noster & Sacri Imperii fidelis dilectus, Aloixius Centurionus, Patritius Januensis, ab Augustissimo Imperatore Cæsare divo quondam Ferdinando Secundo, Domino Parente ac Prædecessore nostro colendissimo, gloriosissimæ memoriæ, se super portionibus quibusdam villæ Fontis rubei, loco Bertassi & parte villæ Barchi, item de tota parte, portione, jurisdictione, ac Dominio ad Claudium quondam Antonii Francisci ejusque filium Ludovicum olim spectante in toto feudo Turri, molendinis, nemoribus, piscationibus, venationibus, aquis, juribus & decursibus aquarum, homagiis, jurisdictionum, homagiorum & aliis quibuscunque juribus, omnibusque villis loci Campi, in Marchionatu Prægolæ, Vallis Trebiæ Diœcesis Dertonensis a Nobis & Sacro Imperio in feudum dependentibus infeudatum atque investitum fuisse, prout ex subinserto investituræ, ex ante diem septimo calendas Septembris anno Domini supra sesqui millesimum centesimo vigesimo primo expedito diplomate planius fit videre, ad quam relationem haberi volumus; atque ea propter Nos humillime rogavit, quum suprema Divinitate bene juvante ad sublime Augustalis Throni fastigium evecti simus, & ipse Nos, uti fidelem & obsequentem nostrum & Sac. Imp. Vasallum decet, in supremum & directum Dominum suum recognoscere, & justa obsequia præstare desideret, cum præmemoratum emptionis, venditionis, contractum benigne approbare, & assensus nostri Cæsarei auctoritate confirmare, munire & corroborare, tum super præfatis Feudorum portionibus clementer ipsum dignaremur investire; Nos benigne considerantes dicti Aloysii Centurioni, ejusque majorum egregiam erga Nos, Sacrum Imperium, & Augustam domum nostram Austriacam continenti gratorum obsequiorum præstatione comprobatam fidem ac devotionem, ad quam imposterum quoque indefesso cultu continuandam ipse se promptum paratumque offert, optimeque facere poterit, ac debebit, humillimis ejusdem precibus gratiose annuendum duxerimus: Ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio, ac de Cæsareæ nostræ authoritatis ac potestatis plenitudine supradictum emptionis, venditionis contractum inter præfatos Carolum Morellum, Marchionem Malaspinam vendente, & Aloysium Centurionum ementem, de supradicta portione Feudi Campi initum in omnibus suis capitibus, articulis, punctis, sententiis, verborum expressionibus clementer laudavimus, approbavimus, ratificavimus & confirmavimus, ipsumque Aloysium de prænarratis portionibus villæ nimirum Fontis rubei, loco Bertassi, & parte villæ Barchii, item de tota parte, portione, jurisdictione ac dominio ad Claudium quondam Antonii Francisci, ejusque filium Ludovicum olim spectante in toto feudo Turri, molendinis, nemoribus, piscationibus, venationibus, aquis, juribus & decursibus aquarum, homagiis, jurisdictionum homagiorum, & aliis quibuscunque juribus omnibusque villis loci Campi, in Marchionatu Pregolæ, vallis Tretiæ, diœcesis Dertonensis, a Nobis & Sacro Imperio dependentibus, uti & super præmemorata portione feudi Campi cum prioribus portionibus contigua, quam vigore modo a Nobis confirmati contractus a Carolo Morello Marchione Malaspina acquisivit, & coemit, clementer investivimus atque infeudavimus, quemadmodum tenore præsentium sæpe dictum contractum laudamus, approbamus, ratumque firmum ac validum pronuntiamus & auctoritatis nostræ Imperialis munimine corroboramus ipsumque Aloysium, recepto prius ab honorabili docto nostro & Sacri Romani Imperii fideli dilecto, Petro Panicale, Jur. Utr. Doct. legitimo ejusdem Procuratore sufficienti ad hoc mandato instructo, debito fidelitatis & homagii juramento, infeudamus atque investimus, quantum Nos in supradictis de jure, vel ex gratia confirmare, investire, infeudare, dare & concedere possumus, valemus, aut debemus; decernentes edictoque hoc nostro Imperiali firmiter statuentes, quod prædictus Aloysius Centurionus supranominatas portiones universas, cum omnibus suis pertinentiis, a Nobis & Sacro Imperio in feudum tenere & possidere, omnibusque

busque & singulis privilegiis, gratiis & juribus libere, secure & quiete frui, gaudere ac potiri possit & debeat, consvetudine, vel de jure, sine cujusvis contradictione & impedimento, Nostris tamen, & Sacri Imperii & aliorum quorumcunque juribus semper salvis & illæsis. Harum testimonio litterarum manus Nostræ subscriptione, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in civitate Nostra Viennæ ex ante diem decimo tertio Calendas Februarii, anno Domini supra Mille sexcentos unde quadragesimo, Regnorum nostrorum Romani tertio, Hungarici quarto decimo, Bohemici vero duodecimo.

Accidisse porro, quod antenominatus supplicantis pater die decima quinta Augusti anno Millesimo septingentesimo decimo quinto pie in Domino obierit, adeoque præfata feuda Imperialia Turris & Campi una cum appertinentiis infra uberius specificandis ad se supplicantem, qua filium primogenitum, devoluta quidem, verum ob certas a dicto Patre suo factas dispositiones testamentarias sibi admodum graves tota hæreditas a se repudiata fuerit, eaque de causa idem Princeps Carolus prærepetita feuda refutare, ac prævio clementissimo Assensu nostro filio suo primogenito, Joanni Baptistæ, cedere, atque relinquere statuerit, Nos humillime orando, ut, cum Nos ipse nomine nunc dicti filii sui in supremum & immediatum Dominum suum, uti fidelem & obedientem Vasallum ac subditum decet, recognoscere submisse cupiat, Nos ipsum Carolum, Principem Centurionum, qua naturalem & legitimum filii sui Curatorem atque bonorum ejus administratorem de præmemoratis feudis Imperialibus investire clementissime dignaremur; Nos benigne considerantes Nobis Nostrisque Prædecessoribus, Augustis Romanorum Imperatoribus ac Regibus per Principes Centurionos præstita fidelia, grata atque utilia obsequia, nec non ea, quæ cum ipse Princeps Carolus, tum filius suus Primogenitus, Johannes Baptista, eam, quam iis Majores ipsorum secuere & apperuere viam, adeoque vestigia ipsorum sectando, præstituri sunt, & præstare poterunt ac debebunt, dictis humillimis precibus clementer censuerimus annuendum.

Ac proinde ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio, deque Cæsareæ nostræ authoritatis potestatisque plenitudine, ipsum Carolum, Principem Centurionum, nomine sæpius fati filii sui, Joannis Baptistæ, super dictis feudis Turris & Campi, nec non villis Bertoni, Strasserræ, Catrebiaschæ, Bottolariæ, Colosæ, Cucurri, Turtiæ, Vallis Cigiariæ, Cavannæ & Agii, una cum molendinis, nemoribus, piscationibus, venationibus, aquis, juribus, aquarum decursibus, homagiis, jurisdictionum, homagiorum & aliis quibuscunque juribus, ac pertinentiis ad prædictam Turrim & Feudum Campi eidemque annexas præinsertas villas spectantibus, nec non Torreti, Cerreti, Tartagi, Orozzoldi feudis a Nobis, & Sacro Romano Imperio in feudum dependentibus clementer investivimus atque infeudavimus, quemadmodum tenore præsentium ipsum Carolum Principem Centurionum, recepto prius a nostro & Sacri Romani Imperii fideli dilecto, Joanne Josepho Wirsching, Consilii Nostri Imperialis Aulici Agente, legitimo ejusdem procuratore, ad hoc mandato instructo, solenni ac debito fidelitatis & homagii sacramento, investimus, atque infeudamus, quantum Nos in supradictis de jure & consvetudine, vel ex gratia investire, infeudare, dare, & concedere possumus, valemus atque debemus.

Decernentes Edictoque hoc nostro firmiter statuentes, quod prædictus Carolus, Princeps Centurionus supra nominatam Turrim & Campi feudum una cum villis Bertoni, Strasserræ, Catrebiaschæ, Bottolariæ, Colosæ, Cucurri, Trutii, Vallis Cigiariæ, Cavannæ & Agii omnibusque pertinentiis, prout supra declaratum est, ad easdem spectantibus, nec non Torreti, Cerreti, Lartagi & Orozzoli a Nobis & Sacro Romano Imperio in feuda nomine prælibati filii sui, Principis Joannis Baptistæ Centurioni tenere & possidere omnibusque & singulis privilegiis, gratiis ac Juribus libere, secure & quiete, pacifice, administratorio nomine, frui, gaudere ac potiri possit ac debeat, consvetudine vel de jure sine cujusvis contradictione, aut impedimento: supplentes omnes & quoscunque defectus tam juris, quam facti, si qui forsan in præsentibus intervenissent, aut intervenisse quomodolibet allegari possent; Nostris tamen & Sacri Romani Imperii, aliorumque quorumcunque juribus semper salvis atque illæsis. Harum testimonio literarum manus nostræ subscriptione & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Dabantur in Civitate Nostra Viennæ, die vigesima Martii, anno Millesimo septingentesimo decimo nono, Regnorum nostrorum Romani octavo, Hispanici decimo sexto, Hungarici & Bohemici vero pariter octavo.

CAROLUS.

V. Friedr. Carl, Com. de Schönborn.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

Petrus Josephus Dolberg.

Cap.

Cap. X.
De Dominis Conradis ab Austria.

I.

Caroli V. Roman. Imperatoris Diploma, in quo, Dominicum de Conradis e familia Ludovici de Conradis ab Austria progenitum atque Sacr. Roman. Imperii nobilem esse, nobiliumque Privilegiis gaudere, asseverat, d. d. 21. Novembr. An. 1532.

CArolus Quintus, Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, Rex Germanorum, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Indiarum, Ungariæ, Carinthiæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Archidux Austriæ &c. Cum deceat Principes sublimioris maxime dignitatis, eos, qui militaribus sese insignivere virtutibus, non nullis decorare gratiis, ac privilegiis, ut successoribus detur occasio, spe præmii, ac honoris, fortiter gerere facta belli & gubernii, si quo onerarentur à Principe. Hinc est, quod cognitis factis illustribus in Archiducatu nostro Austriæ sub auspiciis Serenissimi Avi Nostri, Maximiliani, tunc temporis Romanorum Regis, regnante Proavo nostro Imperatore Federico III. de Anno MCDLXXX. & de Annis sequentibus LXXXI. & LXXXII. multis in certaminibus, & expugnationibus Civitatum, ac defensionibus peractis à strenuo Duce Ludovico de Conradis ab Austria, per speciale privilegium ab eodem Serenissimo Avo nostro eidem Ludovico nobili Mantuano inter alia privilegia concessum ab Austria nuncupari, per res bene & strenue gestas in recuperatione ejusdem Archiducatus nostri Austriæ ab armis tunc temporis Turcarum & Ungariæ pene occupati, ad distinctionem aliorum stipitum de Corradis in multis Italiæ Civitatibus existentium: unde annuentes precibus Nobis per illustrem Dominum Ducem Ferrariæ, fidelissimum consocium nostrum, porrectis pro te Dominico Nobili Ferrariensi, ac Mantuæ, ejusdem Ducis armorum gubernatori, filioque egregii Matthæi Ducis armorum Domini jam Marci Pii de Sabaudia, Commissarii nostri in Italia, in ejus Terra Carpi, e districtu, filioque Domini Bernardini supra nominati strenui Ducis Ludovici de Conradis ab Austria filio, annuentes Nobis porrectis precibus ut supra, per has nostras litteras & patentes scripturas, auctoritate plenissima, qua fungimur in toto nostro Imperio, & Regnis nostris, te declaramus, te dicimus una cum fratre tuo Christophoro, & consangvineis tuis Nobilibus Mantuanis, scilicet Magnifico DD. Sebastiano, & Annibali fratribus de Conradis ab Austria, pariter descendentibus à strenuo Duce Ludovico de Conradis ab Austria legitime descendente, ut per scripturas per Nos visas apparet; idcirco confirmamus, concedimus, & damus omnia, & quæcumque privilegia, immunitates, & gratias, quibus ab antecessoribus nostris Serenissimis decoratus fuit strenuus tuus Antecessor Ludovicus ob eximia gesta per eum operata. Insuper te facimus, dicimus, & declaramus egregie Dominice de Conradis Nobilem per totum nostrum Imperium, & Regna, & ut talem haberi volumus, condecorantes te de omnibus gratiis, prærogativis, ac favoribus, quibus gaudent ceteri nostri Imperii, & Regnorum Nobiles, dantes insuper tibi, & successoribus tuis in perpetuum per Nos, & Serenissimos Successores nostros Cognomentum ab Austria, cum stemmate in linea rubea, cum linea candida in medio, cum Imperiali Aquila, & coronata Galea, in signum fidelitatis semper præstitæ Sacro nostro Imperio per te, & per Antecessores tuos, supplentes cum plenitudine Cæsarea, & Catholicæ Potestatis, quam habemus, omnibus solemnitatibus dicti & facti, quibus uti solet in ejusdem, ut melius dicam, ejusmodi concessionibus, gratiis, & privilegiis. Nulli ergo hominum hanc nostræ protectionis, decreti, gratiæ, & privilegii paginam infringere liceat, aut ei quovis ausu temerario contravenire, si quis autem id attentare præsumpserit, nostram & Imperii nostri indignationem gravissimam, & pœnam tricentarum marcarum auri puri fisco sive ærario nostro Imperiali totidemque parti læsæ irremissibiliter applicandam se noverit incurrisse.

Harum litterarum nostrarum propria manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum exemplum commisimus Mantuæ in residentia nostra Cæsarea, in Cœnobio Sanctæ Agnetis die XXI. Novembris, MDXXXII. Imperii nostri XIII. Regnorum nostrorum XVII.

CAROLUS.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium.

Obernbunger.

Cap. XI.
De Dominis Costis.

I.

Literæ Ferdinandi II. Roman. Imperatoris, in quibus Octavium Costam, ejusque fratres, de Linguilia, Garlendæ & Paravenna Comitatu atque Castro, eorumque juribus & annexis investivit, d. d. 2. Octobr. An. 1620.

Ferdinandus Secundus (*Tit. integer.*) Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum demisse Nobis exponi curaverit nobilis noster & Sacri Imperii fidelis dilectus, Octavius Costa, sese, postquam una cum fratribus suis germanis, Petro Francisco Episcopo Savonense & Alexandro, per augustæ memoriæ Imperatorem Matthiam, Dominum Patruelem & Prædecessorem nostrum colendissimum, de Comitatu & Castro Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, cum universo eorum districtu & pertinentiis infeudatus fuisset, triennio post dictorum fratrum suorum portionibus irrevocabilis donationis titulo acquisitis, insuper jus primogenituræ, sive certum in dictis feudis succedendi ordinem instituisse, ejusdemque approbationem & confirmationem ab eodem Imperatore Matthia præclarissimæ recordationis impetrasse & obtinuisse, quarum investituræ & confirmationis primogenituræ tenor sequitur in hæc verba:

Inseratur Investitura Imperatoris Matthiæ.

Nunc porro suppliciter Nos rogarit, ut posteaquam Divini numinis Beneficio ad supremum dignitatis Imperialis fastigium evecti simus, ipseque Nos, uti fidelem & obedientem subditum atque Vasallum decet, in verum, supremum & directum Dominum suum recognoscere desideret, suprainsertæ investituræ renovationem & primogenituræ confirmationem in ipsius personam concedere benigne dignaremur; Nos sane consideratis multis & egregiis obsequiis, quæ ipsius quondam majores ex materna stirpe progeniti Comites Linguiliæ divis prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus ac Regibus & Sacro Romano Imperio summa fide, animorumque promptitudine ad effusionem sangvinis usque præstitisse perhibentur, quæque ipse hactenus Sacro Imperio, ubicunque res & occasio tulit, non minori fide & sedulitate præstitit, ac deinceps quoque non minus gnaviter præstare poterit atque debebit, humilibus ejus precibus gratiose annuendum duximus.

Ac proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, Cæsareaque authoritate nostra prædicto Octavio Costæ memoratum Comitatum & Castrum Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ cum universo eorum districtu & pertinentiis suis, sive in villis ipsorum locorum, sive in mari & in aqua & in communi, in boschis, herbariis & pascuis, in fodris, bannis & offensis, placitis, districtibus, albergariis, conditionibus, usibus, operibus, fictis, censibus, reditibus, angariis, aquis, aquarum decursibus, furnis, molendinis, piscationibus, ripis, paludibus, montibus, planitiebus, cultis & incultis, divisis aut indivisis, captiis volucrum & belluarum atque lupinis, in quorum possessione vel quasi quondam Antoniotus ejus Avunculus, atque ipse Octavius una cum suis post illum fuisse dignoscitur, in feudum rectum damus, concedimus & elargimur, cum mero & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione & gladii potestate, & honoribus & regalibus, quemadmodum illa omnia, prout supra, ad ipsum Comitem Antoniotum vigore præfatorum privilegiorum, novarum concessionum & investiturarum spectabant & pertinebant, quantumque ei de jure vel ex gratia speciali in præmissis concedere possumus ac debemus, recepto tamen prius a legitimo ejus procuratore, nostro & Sacri Imperii fideli dilecto Pyrrho Carnevale, pleno ad hoc mandato instructo, nobisque exhibito, homagii & fidelitatis juramento. Volentes, & hoc nostro Cæsareo edicto firmiter decernentes, prænominatum Com. Octavium & heredes ac descendentes ejus legitimos ordine primogenituræ, de quo ut supra distinctior fit mentio, semper accurate observato, Comitatum & Castrum Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ ab hac hora nunc & in futurum a nobis & Sacro Romano Imperio in feudum tenere, possidere, omnibus & singulis supradictis privilegiis, titulo, gratiis & juribus libere frui, potiri & gaudere posse, ac sicut ipse sæpe dictus Antoniotus Avunculus eorum, ejusdemque majores olim tenuerunt ac possederunt, potiti atque gavisi sunt, consvetudine vel de jure, non obstantibus quibuslibet legibus, constitutionibus & consvetudinibus, & feudalibus statutis, decretis ac ordinibus, aliisque in contrarium facientibus, quibus omnibus ac singulis pro hac vice duntaxat authoritate & scientia prædictis derogamus & derogatum esse volumus, supplentes etiam omnem defectum juris vel facti, si quis in præmissis intervenisse allegari posset; salvis tamen non tantum nostris & Imperii superioritatis & directi eorundem Dominii, sed & quorumcunque aliorum quibusvis juribus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, traditionis, renovationis, confirmationis, investituræ, consensus, voluntatis, decreti & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire, quisquis vero id attentaverit, sese ipso facto præter nostram & Sacri Imperii gravissimam indignationem, pœnam centum librarum auri puri pro dimidia fisco nostro Cæsareo, pro residuo injuriam passorum usibus, toties quoties contrafactum fuerit, irremissibiliter solvendam incursurum noverit. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate nostra Viennæ, die secunda mensis Octobris, Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo. Regnorum nostrorum Romani secundi, Hungarici tertio, Bohemici vero quarto.

II.

Literæ Ferdinandi II. Roman. Imperatoris, in quibus Octavium Costam, ejusque fratres, non solum de Linguilie, Garlendæ & Paravennæ Comitatu atque Castro, eorumque juribus atque annexis investivit, verum etiam literas investituræ ab eodem Ferdinando II. Rom. Imperatore eidem Octavio An. 1620. datas, nec minus jus primogenituræ, ab eodem a primogenito in quintogenitum translatum, confirmavit, d. d 3. mens. Januarii, An. 1633.

FErdinandus Secundus &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum demisse Nobis exponi curaverit nobilis noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus, Octavius Costa, sese, postquam una cum fratribus suis Germanis Petro Francisco Episcopo Savonensi & Alexandro per augustæ memoriæ Imperatorem Matthiam, Dominum Patruelem & prædecessorem nostrum colendissimum de Comitatu & Castro Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, cum universo eorum districtu & pertinentiis infeudatus fuisset, triennio post dictorum fratrum suorum portionibus irrevocabilis donationis titulo acquisitis, insuper jus primogenituræ sive certum in dictis feudis succedendi ordinem instituisse, ejusdemque approbationem & confirmationem ab eodem Imperatore Matthia præclarissimæ recordationis, nec non & a Nobismet ipsis impetrasse & obtinuisse, quarum omnium investiturarum & confirmationis primogenituræ tenores sequuntur in hæc verba:

Inseratur hic Investitura de Anno 1620. una cum Confirmatione primogenituræ, ut in illa continetur.

Porro autem humiliter Nos rogarit, quandoquidem Joanne Antonio filio suo primogenito ad gradum ac ordinem Presbyterii promoto, ipse præmemoratus Octavius utens facultate in dicta primogenituræ erectione sibi reservata, eandem primogenituræ prærogativam in Benedictum filium suum quintogenitum transtulerit, dando eidem ejusdemque primogenito & aliis ordine successivo non solum dicta Castra cum eorum juribus, sed etiam omnia alia bona sua non feudalia; ut dictam translationem sive donationem in favorem dicti Benedicti filii sui factam, auctoritate nostra Imperiali clementer approbare, ratificare ac confirmare dignaremur. Nos sane, consideratis multis & egregiis obsequiis, quæ ipsius quondam majores ex materna stirpe progeniti Comites Linguiliæ, divis Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus ac Regibus, & Sacro Romano Imperio, summa fide, animorumque promptitudine ad effusionem sanguinis usque præstitisse perhibentur, quæque ipse Octavius hactenus, ubi res & occasio tulit, non minore fide ac devotione præstare non intermisit, idemque una cum memorato filio suo Benedicto in posterum præstare poterit ac debebit, in ejusmodi preces ipsius, in quantum potuimus ac debuimus, benigne consenserimus, prout præsentium tenore, animo bene deliberato, & ex certa nostra scientia consentimus, approbantes authoritate nostra Imperiali, ratificantesque ac confirmantes prælibatam donationem in favorem dicti Benedicti filii ipsius factam, & in eundem totum jus illud transferentes, quod vigore præinserti privilegii primogenituræ primogenito ipsius Octavii, vel post eum cujuscunque primo vocato in iisdem competere potest ac debet, sic tamen, ne sub hunc confirmationis nostræ actum cadat, si & quidquid de donatione usitatum, a dicto quondam patruele & prædecessore nostro Imperatore Matthia confirmatum primogenituræ modum excedens, aut ab eo devians contineretur, nostris quoque & Imperii Sacri aliorumque quorumcumque juribus semper salvis.

Ac mandamus proinde universis & singulis Principibus, Ecclesiasticis & Secularibus, Archi-Episcopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Vice-Dominis, Præfectis, Magistratibus, Potestatibus, Procuratoribus, Officialibus, Quæstoribus, Civium Magistris, Judicibus, Consulibus, Heroaldis, Caduceatoribus, ac omnibus denique nostris & Sacri Romani Imperii subditis & fidelibus dilectis, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis aut præeminentiæ fuerint, ut sæpe fatum Octavium Costam & filium ejus Benedictum, ejusque descendentes primogenitos, ac primogenitorum primogenitos masculos legitimos in memoratis Castris & locis Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, omnibus eorundem villis, jurisdictionibus & pertinentiis universis ordine præscripto successivos, dicto primogenii seu majoratus jure a Nobis, eo quo in superioribus habetur modo, translato & confirmato libere & pacifice, ac sine omni prorsus impedimento atque molestatione, uti, frui, potiri & gaudere sinant, nec aliquo pacto impediant vel perturbent, sed potius pro viribus tueantur, manu teneant & defendant, atque id ipsum ab aliis etiam fieri curent, quatenus nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam, & triginta marcarum auri puri mulctam, toties, quoties ausu temerario contraventum fuerit, irremissibiliter solvendam ac pro dimidio Fisco seu ærario nostro Cæsareo, & pro residuo injuriam passorum usibus applicandum, incursurum noverit. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate Nostra Viennæ, die tertia mensis Januarii, 1633.

Concordat cum Archivo Imperiali Aulico, id quod hisce attestor, Viennæ 27. Februarii, Anno 1704.

(*L. S.*)

Rab. Herman. de Bertram, Secret. & Archivar.

III.

Literæ Ferdinandi III. Rom. Imperatoris, in quibus Octavium Costam de Linguiliæ, Garlendæ, & Paravennæ Comitatu atque Castro, eorumque juribus atque annexis investivit, literasque investituræ, a Ferdinando II. Rom. Imp. eidem Octavio datas, confirmavit, d. d. 2. April. An. 1638.

FErdinandus Tertius (*Tit. integer.*) Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum demisse Nobis exponi curaverit nobilis noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Octavius Costa, a divo quondam Imperatore Ferdinando secundo Domino genitore ac prædecessore nostro colendissimo gloriosissimæ memoriæ, sese super Comitatu & Castris Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, atque universo eorum districtu & pertinentiis, una cum jure atque ordine primogenituræ investitum atque infeudatum fuisse, quemadmodum ex subinserto diplomate plenius atque exactius videre est.

Inseratur Investitura Ferdinandi Secundi.

Ac nunc porro suppliciter Nos rogarit, ut posteaquam DEO optimo maximo bene juvante ac fortunante ad supremum hoc dignitatis Augustalis fastigium evecti ad Sacri Romani Imperii clavum sedeamus, ipseque Nos, uti fidelem & obedientem subditum ac Vasallum decet, in verum supremum & directum Dominum suum recognoscere desideret, supra insertæ Investituræ renovationem & primogenituræ confirmationem in ipsius personam de integro concedere benigne dignaremur.

Nos sane benigna ratione habita plurimorum & egregiorum obsequiorum, quæ ipsius quondam majores ex materna stirpe progeniti Comites Linguiliæ divis prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus ac Regibus & Sacro Romano Imperio summa fide animorumque promptitudine ad effusionem sanguinis usque præstitisse perhibentur, quæque ipse hactenus Sacro Imperio, ubicunque res & occasio tulit, non minori fide & sedulitate præstitit, ac deinceps quoque non minus graviter præstare poterit, debebit ac volet, humillimis ejus precibus gratiose duxerimus annuendum.

Ac proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, & de Cæsareæ nostræ authoritatis ac potestatis plenitudine, prædicto Octavio Costæ memoratum Comitatum & Castra Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ cum universo eorum districtu ac pertinentiis, sive in villis ipsorum locorum, sive in mari & aqua, & in communi, in boschis, herbariis & pascuis, in fodris, bannis & offensis, placidis, districtibus, albergariis, conditionibus, usibus, operibus, fictis, censibus, reditibus, angariis, aquis, aquarum decursibus, furnis, molendinis, piscationibus, ripis, paludibus, montibus, planiciebus, cultis & incultis, divisis aut indivisis, captiis volucrum & belluarum, atque lupinis, in quorum possessione vel quasi quondam Antoniotus ejus Avunculus atque ipse Octavius una cum suis post illum fuisse dignoscitur, in feudum rectum damus, concedimus & elargimur cum mero & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione & gladii potestate, ac honoribus & regalibus, quemadmodum illa omnia, uti supra videre est, ad ipsum Comitem Antoniotum vigore præfatorum privilegiorum, novarum concessionum & investiturarum spectabant & pertinebant, quantumque ei de jure vel ex speciali gratia in præmissis concedere possumus ac debemus, recepto tamen prius a legitimo ejus substituto mandatario, Honorabili nostro & Sacri Imperii fideli dilecto Henrico Castellano, pleno ad hoc mandato instructo, nobisque exhibito, debito homagii, & fidelitatis juramento, volentes & hoc nostro Cæsareo edicto firmiter decernentes, quod prænominatus Octavius Costa & hæredes ac descendentes ejus legitimi ordine primogenituræ (de qua supra distinctior fit mentio) semper accurate observato Comitatum & Castra Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, nunc & in futurum a Nobis & Sacro Imperio in feudum tenere, possidere, omnibusque & singulis supradictis privilegiis, titulo, gratiis & juribus libere uti, frui, potiri & gaudere possit, prout ipse sæpedictus Antoniotus Avunculus ejus, ejusdemque majores olim tenuerunt & possederunt, potiti ac gavisi sunt, consuetudine vel de jure; non obstantibus quibuslibet legibus, constitutionibus & consuetudinibus etiam feudalibus, statutis, decretis atque ordinationibus, aliisque in contrarium facientibus, quibus omnibus & singulis pro hac vice duntaxat auctoritate & scientia prædictis derogamus, & derogatum esse volumus, supplentes etiam omnem defectum juris vel facti, si quis in præmissis intervenisse allegari possit; salvis tamen non tantum nostris & Imperii Sacri superioritatis & directi eorundem dominii, sed quorumcunque etiam aliorum quibusvis juribus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, traditionis, renovationis, confirmationis, investituræ, decreti, voluntatis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire; quisquis autem id attentare præsumpserit, sese ipso facto præter nostram & Sacri Imperii gravissimam indignationem, pœnam centum librarum auri puri, ex uno semisse fisco nostro Cæsareo, ex altero vero semisse injuriam passorum usibus, toties, quoties contrafactum fuerit, omni spe remissionis, aut veniæ præcisa, solvendam noverit incursurum. Harum testimonio literarum manus nostræ subscriptione & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in civitate nostra Posonii, die secunda mensis Aprilis, Anno Domini supra mille sexcentos, duo de quadragesimo, Regnorum nostrorum Romani secundo, Hungarici duodecimo, Bohemici vero decimo.

IV.

IV.

Ferdinandi III. Roman. Imperat. Literæ, in quibus Benedictum Costam de Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ Comitatu atque Castro, eorumque juribus atque annexis, investivit, literasque investituræ, Octavio Costæ An. 1638. indultas, confirmavit, d. d. 22. Martii, An. 1640.

FErdinandus Tertius &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum demisse Nobis exponi curarit nobilis noster & Sacri Imperii fidelis dilectus, Benedictus Costa, a Nobis die secunda *mensis Aprilis Anni 1638.* Patrem suum Octavium Costam, de Comitatu & Castro Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ cum universo eorum districtu, & pertinentiis infeudatum fuisse, cujus investituræ tenor sequatur in hæc verba:

Inseratur investitura d. d. 2. April. Anno 1638.

Et nunc porro suppliciter rogarit, posteaquam dicto parente suo nuper vita functo feuda illa cum universis juribus & pertinentiis suis, vigore donationis & transactionis juris primogenituræ a memorato Patre suo in ipsius Benedicti favorem factæ, & a divo Imperatore Ferdinando Secundo, Domino Genitore, & prædecessore nostro colendissimo die tertia mensis Januarii, *Anno Domini 1633. confirmatæ*, ad se spectent, & jure successionis devoluta sint, ipseque Nos, prout fidelem, & obedientem subditum ac vasallum decet, in supremum atque directum Dominum suum recognoscere desideret, ut ipsi quoque præinsertas feudorum atque primogenituræ confirmationis & investituræ literas renovare, seque de eodem Comitatu & Castro Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, cum universo eorum districtu & pertinentiis investire clementer dignaremur. Nos sane benigna ratione habita plurimorum & egregiorum obsequiorum, quæ ipsius quondam majores ex materna stirpe progeniti Comites Linguiliæ, divis prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus ac Regibus, & Sacro Romano Imperio summa fide, animorumque promptitudine ad effusionem sanguinis usque præstitisse perhibentur, quæque ipse hactenus Sacro Imperio, ubicumque res & occasio tulit, non minori fide & sedulitate præstitit, ac deinceps quoque non minus gnaviter præstare poterit, debebit ac volet, humillimis ejusdem precibus gratiose annuendum duxerimus, ac proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, ac de Cæsareæ nostræ authoritatis & potestatis plenitudine, prædicto Benedicto Costæ memoratum Comitatum & Castrum Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, cum universo eorum districtu ac pertinentiis, sive in villis ipsorum locorum, sive in mari & aqua, & in communi, in boschis, herbariis & pascuis, in fodris, bannis & offensis, placitis, districtibus, albergariis, conditionibus, usibus, operibus, fictis, çensibus, reditibus, angariis, aquis, aquarum decursibus, furnis, molendinis, piscationibus, ripis, paludibus, montibus, planiciebus, cultis & incultis, divisis & indivisis, capediis volucrum & belluarum atque lupinis, in quorum possessione, vel quasi quondam *Antoniotus* ejus avunculus major, atque supradictus ipsius Pater Octavius, una cum fratribus suis post illum fuisse dignoscitur, in feudum rectum damus, concedimus, & elargimur, cum mero & mixto Imperio, omnimoda jurisdictione & gladii potestate ac honoribus & regalibus, quemadmodum illa omnia, uti supra videre est, ad ipsum Comitem Antoniotum, vigore præfatorum privilegiorum, novarum concessionum, & investiturarum spectabant, & pertinebant, quantumque de jure vel ex speciali gratia in præmissis concedere possumus ac debemus, recepto tamen prius ab ipsius constituto procuratore legitimo, ac sufficienti ad hoc mandato instructo, honorabili docto nostro & Sacri Imperii fidele dilecto Petro Panicali J. U. D. debito homagii, & fidelitatis juramento. Volentes, & hoc nostro Cæsareo Edicto firmiter decernentes, quod prænominatus Benedictus Costa, & hæredes, ac descendentes ejus legitimi *ordine primogenituræ*, de qua supra fit mentio, semper *observato*, Comitatum & Castrum Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, nunc & in futurum, a Nobis & Sacro Romano Imperio in feudum tenere, possidere, omnibusque & singulis supradictis privilegiis, titulo, gratiis & juribus libere uti, frui, potiri & gaudere possit, prout ipse supradictus Antoniotus major avunculus ejus, ejusdemque majores olim tenuerunt, possederunt, potiti & gavisi sunt, consuetudine vel de jure, non obstantibus quibuslibet legibus, constitutionibus & consuetudinibus, etiam feudalibus, statutis, decretis atque ordinationibus, aliisque in contrarium facientibus, quibus omnibus & singulis pro hac vice duntaxat authoritate & scientia supradictis derogamus & derogatum esse volumus; supplentes etiam omnem defectum juris vel facti, si quis in præmissis intervenisse allegari posset; salvis tamen non tantum nostris & Imperii Sacri superioritatis & directi eorundem Dominii, sed quorumcunque etiam aliorum quibusvis juribus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, traditionis, renovationis, confirmationis, investituræ, decreti, voluntatis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire; quisquis autem id attentare præsumpserit, sese ipso facto præter nostram & Sacri Imperii gravissimam indignationem pœnam centum librarum auri puri, ex uno semisse fisco nostro Cæsareo, ex altero vero semisse injuriam passorum usibus, toties quoties contrafactum fuerit, omni remissionis aut veniæ spe præcisa, solvendam noverit incursurum. Harum literarum testimonio, manus nostræ subscriptione,

ne, & Sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum.

Datum in civitate nostra Viennæ. Die 22. mensis Martii, Anno Domini millesimo, sexcentesimo, quadragesimo, Regnorum nostrorum Romani quarto, Hungarici decimo quinto, Bohemici vero decimo tertio.

V.

Leopoldi, Roman. Imperat. Literæ, in quibus Octavio Costæ, Linguiliæ, Garlendæ, & Paravennæ Castrum atque Comitatum, eorumque Jura atque annexa in feudum contulit, literasque investituræ Benedicto Costæ Anno 1640. datas confirmavit, d. d. 10. Novembr. An. 1659.

LEopoldus (*tit. integer.*) Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum demisse Nobis exponi curarit nobilis Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Octavius Costa, a Divo quondam Imperatore Ferdinando Tertio, Domino Prædecessore Nostro colendissimo, die 22. Mensis Martii, Anni millesimi sexcentesimi quadragesimi quondam Patrem suum Benedictum Costam de Comitatu & Castro Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, cum universo eorum districtu & pertinentiis infeudatum fuisse, cujus Investituræ tenor sequitur in hæc verba:

Inseratur Investitura Ferdinandi Tertii de d. 22. Martii, 1640.

Et nunc porro suppliciter Nos rogarit, posteaquam, dicto parente suo nuper vita functo, feuda illa cum universis juribus & pertinentiis suis, vigore donationis & translationis juris primogenituræ, a quondam Octavio Costa, Avo suo, in Benedicti Patris sui favorem factæ, & a Divis Imperatoribus Ferdinando Secundo & Tertio, Dominis Avo, Genitore & Prædecessoribus nostris colendissimis, die tertia mensis Januarii, Anno Domini millesimo, sexcentesimo, trigesimo tertio, & vigesima secunda mensis Martii, Anno millesimo, sexcentesimo, quadragesimo confirmatæ, ad se jure, successionis & primogenituræ spectent ac devoluta sint, ipseque Nos, prout fidelem & obedientem subditum ac Vasallum decet, in supremum atque directum Dominum suum recognoscere desideret, ut ipsi quoque præinsertas feudorum atque primogenituræ confirmationes & Investituræ Literas renovare, seque de eodem Comitatu & Castro Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ cum universo eorum districtu & pertinentiis investire clementer dignaremur: Nos sane benigna ratione habita plurimorum & egregiorum obsequiorum, quæ ipsius quondam majores ex materna stirpe progeniti Comites Linguiliæ Divis Prædecessoribus nostris, Romanorum Imperatoribus ac Regibus, & Sacro Romano Imperio summa fide animorumque promptitudine ad effusionem sanguinis usque præstitisse perhibentur, quæque ipse hactenus Sacro Imperio, ubicunque res & occasio tulit, non minori fide & sedulitate præstitit ac deinceps quoque non minus gnaviter præstare poterit, debebit ac volet, humillimis ejusdem precibus gratiose annuendum duxerimus. Ac proinde ex certa scientia, animo bene deliberato, sano accedente consilio, ac de Cæsareæ Nostræ authoritatis & potestatis plenitudine prædicto Octavio Costæ memoratum Comitatum & Castrum Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ, cum universo eorum districtu ac pertinentiis, sive in villis ipsorum locorum, sive in mari & aqua & in communi, in boschis, herbariis & pascuis, in fodris, bannis & offensis, placitis, districtibus, albergariis, constitutionibus, usibus, operibus, fictis, censibus, redditibus, angariis, aquis, aquarum decursibus, furnis, molendinis, piscationibus, ripis, paludibus, montibus, planitiebus, cultis & incultis, divisis & indivisis, capediis volucrum & belluarum, atque lupinis, in quorum possessione vel quasi quondam Antoniotus ejus Avunculus maximus atque supradictus Avus Octavius una cum fratribus suis post illum, ac postremo Pater ipsius Benedictus fuisse dignoscitur, in feudum rectum damus, concedimus & elargimur, cum mero & mixto Imperio omnimodaque Jurisdictione & gladii potestate, ac honoribus & regalibus, quemadmodum illa omnia, uti supra videre est, ad ipsum Comitem Antoniotum, vigore præfatorum privilegiorum, novarum Concessionum & Investiturarum spectabant & pertinebant, quantumque ei de jure vel ex speciali gratia in præmissis concedere possumus ac debemus; recepto tamen prius ab ipsius constituto Procuratore legitimo ac sufficienti ad hoc mandato instructo (tit.) nostro & Sacri Imperii fideli dilecto Dominico Abbate Spinula in animam dicti Octavii Costæ debito homagii & fidelitatis juramento; Volentes & hoc Nostro Cæsareo edicto firmiter decernentes, quod prænominatus Octavius Costa & hæredes ac descendentes ejus legitimi ordine primogenituræ, de qua supra fit mentio, semper observato, Comitatum & Castrum Linguiliæ, Garlendæ & Paravennæ nunc & in futurum a Nobis & Sacro Romano Imperio in feudum tenere, possidere, omnibusque & singulis supradictis privilegiis, titulo, gratiis & juribus libere uti, frui, potiri, & gaudere possit, prout ipse supradictus Antoniotus, maximus Avunculus ejus, ejusdemque majores olim tenuerunt, possederunt, potiti & gavisi sunt consuetudine, vel de jure; non obstantibus quibuslibet legibus, constitutionibus & consuetudinibus, etiam feudalibus, statutis, decretis atque ordinationibus, aliisque in contrarium facientibus, quibus omnibus & singulis pro hac vice duntaxat authoritate & scientia,

ia prædictis derogamus & derogatum esse volumus, supplentes etiam omnem defectum iuris vel facti, si quis in præmissis intervenisse allegari posset, salvis tamen non tantum Nostris & Imperii Sacri superioritatis & directi eorundem Dominii, sed quorumcunque etiam aliorum quibusvis Juribus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis, traditionis, renovationis, confirmationis, investituræ, decreti, voluntatis & gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire; quisquis autem id attentare præsumpserit, sese ipso facto, præter nostram & Sacri Imperii gravissimam indignationem, pœnam centum librarum auri puri, ex uno semisse Fisco Nostro Cæsareo, ex altero vero semisse injuriam passorum usibus toties, quoties contrafactum fuerit, omni remissionis aut veniæ spe præcisa, solvendam noverit incursurum.

Harum testimonio Literarum manus nostræ subscriptione & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum. Quæ dabantur ex arce nostra Regia Posonii, die decima Novembris anno Millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, Regnorum nostrorum Romani secundo, Hungarici quinto, Bohemici vero quarto.

Cap. XII.
De Marchionibus Estensibus.

I.

Instrumentum Protestationis atque Declarationis, in quo Carolus Philibertus atque Bibiana, e Gonzagana familia oriunda, Marchiones Estenses, conjuges, exponunt, quibus ex causis de feudi Castillionis à Stiveriis ejusque effectuum feudalium relaxatione Carolo Gonzaga assensum præbere nequeant, d. d. 1. Mart. An. 1677.

IN nomine Domini. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo, sexcentesimo, septuagesimo septimo, Indictione decima quinta, die Lunæ, prima mensis Martii. Cum sit, quod per infrascriptos Excellentissimos DD. Marchiones jugales Estenses hodie, & paulo post præsens Instrumentum deveniendum sit ad Instrumentum confessionis & chirographariæ conventionis cum Excellentissima Domina Donna Joanna Gonzaga, uti procuratrice Excellentissimi Domini Principis Don Caroli Gonzaga, pro summa Ducatorum viginti mille ad computum Ducatorum viginti mille per ipsum Excellentissimum D. Principem Don Carolum debitorum dictis Excellentissimis Dominis Jugalibus virtute conventorum in transactione inter ipsas partes secuta anno 1675. die 20. mensis Novembris: Cumque etiam sit quod in dicta chirographaria conventione inter partes concordata, & de proximo ab iisdem firmanda actum sit de remittendis nonnullis differentiis inter ipsas partes subortis respectu interesse dictorum Ducatorum viginti mille valoris monetæ Ducati currentis in Civitate Castillioni, ac etiam respectu nonnullarum expensarum prætensarum ab eodem Excellentissimo D. Principe Don Carolo: Cumque etiam sit, quod in dicta chirographaria conventione præfati Excellentissimi DD. Marchiones Estenses expresserint, ut per dictas reservationes eorum favore factas in ipsa chirographaria scriptura non retardaretur præfato Excellentissimo Domino Don Carolo relaxum feudi Castillionis a Stiveriis, & effectuum omnium feudalium, sub ea expressa conditione: Dummodo præfatus Excellentissimus D. Princeps Don Carolus adimpleret omnia promissa & conventa in dicto transactionis Instrumento sub clausula & non aliter: Cumque præfati Excellentissimi DD. Jugales Marchiones Estenses magis atque magis recognoscant expedire eorum indemnitati, ut recognoscatur in supremo Aulico Cæsareo Consilio virtus, & valor dictæ conditionis, cujus de causa removetur consensus a quocumque relaxo petito per præfatum Excellentissimum Dom. Principem Don Carolum in casu inadimplementi conventorum in dicta transactione, & decretorum obtentorum per præfatos Excellentissimos DD. Marchiones Jugales Estenses a Sua Cæsarea Majestate sub diebus tertia, & decima septima mensis Augusti proxime præteriti; bonum duxerunt hic per extensum inserere dictam chirographariam conventionem, quæ est tenoris sequentis, videlicet:

1677. primo Marzo.

Pretendendo l'Eccellentissima Prencipessa Dona Bibiana Gonzaga, e con essa l'Eccellentissimo D° Marchese Don Carolo Filiberto d'Este suo marito, che li Ducati trenta milla promessi gli dall'Eccellentissimo Signor Prencipe Don Carlo nell'Instromento di transatione frà di loro seguita l'anno 1675. li 20. Novembre si debbano regolare non secondo il prezzo più infimo, pe più rigoroso, ma secondo il mediocre corrente in Castiglione, il che viene espressamente per parte del detto Signor Prencipe impugnato, dicendo esser tenuto pagare il Ducato proprio di Castiglione di cinque Berlingotti l'uno: Come anche pretendendo detti Eccellentissimi SS^ri Jugali Estensi, che detto Eccellentissimo Signor Prencipe Don Carlo sia tenuto & obligato à pagare tutti gl'interessi decorsi sopra li detti dieci mila cence dovuti in virtù di detta transatione subito passato il termine di due mesi prefinito in detta transatione sotto il capitolo 14. in avanti,

ti, il che venendo pure da esso Signor Prencipe impugnato, dicendo non esser tenuto à pagare detti interessi per vero esser provenuta la dilazione in ripportare l' approvazione sudetta per sua parte; per ciò in virtù della presentes le sudette parti inherendo alla facoltà che tiene l'Eccellentisimo Signor Duca di Massa, anche in virtù di detta transatione hanno rimetto, e rimettono la decisione delle sudette due pretensioni al medemo Eccellentissimo Signore, avanti del quale esporrà ciascuna delle parti le sue ragioni, e per questa nova rimessa non intendono essersi ne l'una, ne l'altra parte pregiudicata, dichiarano però, che sia lecito al Signor Prencipe di Castiglione ritenersi in compensa la contingente portione delle spese, che giustificherà haver fatte nel riportare l' approvatione Cesarea della transatione sudetta, tanta parte delli Ducati, trenta mila quando prima del giorno, che scaderà il pagamento, non fosse dichiarata alcuna somma à favore de detti SS[ri] Jugali per le cause come sopra, nel qual caso doverà seguire la compensa sopra le med[me]. Datto che per la rimetta della dette due pretensioni, ò ritardo in dichiararsi, non s' intenda fraporto impedimento alcuno al possesso, che pretende il sudetto Eccellentissimo Signor Prencipe del Stato di Castiglione, quando però nel rimanente resti adempito il convenuto & contenuto nella detta transactione, e non altrimenti &c.

Sottoscritto: Jo. Carlo, Prencipe di Castiglione affermo, come sopra.

Sottoscritto: Carlo Filiberto d'Este affermo, come sopra.

Cumque ubi sequeretur relaxum petitum per præfatum Excellentissimum Dominum Don Carolum de feudo & effectibus feudalibus Principatus Castilioni cederet semper in grave damnum & præjudicium dictorum DD. Marchionum Estensium, eorumque jurium, nec non & contra conventa, & expressa tam in transactione anni 1675. quam in scriptura superius inserta, immo etiam contra dispositionem dictorum decretorum 3. & 17. Augusti, ad quæ omnia reparanda, & ad consulendum in tempore cuicunque indemnitati, quæ dictis Excellentissimis DD. Jugalibus eventura esset, præcisum duxerunt, eorum intentionem & mentem explicare, & ad infrascriptam solemnem protestationem devenire. Hinc ideo est, quod præfati Excellentissimi DD. Marchiones Don Carolus Philibertus Estensis, Marchio Porletiæ filius Illustrissimi & Excellentissimi D. Marchionis Don Caroli March. Burgi Manerii &c. & Dona Bibiana Gonzaga filia quondam Illustrissimi & Excellentissimi Dom. Don Ferdinandi olim Principis Castillioni P. N. P. St. Stephani ad Nuxigiam Mediolani ibidem præsentes &c. voluntarie &c. & omnibus modo, via, forma & secundam formam cujuscunque debitis &c. ad stipulationem etiam mei Notarii infrascripti dixerunt & protestati fuerunt, ac dicunt & protestantur eorum mentem & intentionem esse, quod petitum per præfatum Excellentissimum D. Don Carolum Gonzagam relaxum prædicti feudi Castillioni & effectuum feudalium nullo pacto concedi debeat, & quod nunquam censeri debeat præstitus per ipsos DD. Marchiones Jugales assensus, & circa relaxum antedictum, nisi præfatus D. Princeps Gonzaga executioni mandet omnia & singula conventa in dicta transactione anni 1675. & etiam caveat pro pretio bonorum immobilium & stabilium, ac melioramentorum omnium præfatis Excellentissimis DD. protestantibus ad formam ejusdem transactionis, ac etiam juxta prærordinata in dictis Cæsareis decretis diei 3. & 17. Augusti, juncta potissime declaratione facta per Excell. D. Ducem Massæ virtute tenoris sequentis.

Alberico Cybo Malaspina Duca del Sacro Romano Impero, e di Massa, Prencipe di Carrara, & per Sua Maestà Cesarea Commissaro Imperiale nei feudi di Castiglione delle Stivere e Medole &c. Nelle differenze, che ancora restano trà l'Eccellentissimo Signor Prencipe Don Carlo Gonzaga de una parte, e l'Eccellentissimi SS[ri] Marchese DD. Bibiana, e Luizia figlivole & heredi dell'Eccellentissimo D. Prencipe Ferdinando Gonzaga di Castiglione, che sia in Cielo, dall'altra, sopra le qualità, natura, e giustificatione de beni allodiali, e determinazione del prezzo de medemi, come anche de megliorarnenti inherenti al feudo, che in vigore della transatione per mezzo nostro seguita trà dette parti confirmata & approvata dalla Sacra Maestà dell'Imperatore clementissimo Signor nostro, doveranno esser decise da noi venendoci dalla Maestà Sua, con li Cesarei rescritti dati in Vienna li 3. e 17. Agosto decerto à noi diretti precisamente ordinato à dovere tratanto, purchè poi segua la determinazione del giusto prezzo de gl'istessi megliorarnenti & allodiali, constituire una certa somma per essi, sopra la quale il medemo Signor Prencipe D. Carlo debba dare la sicurtà alla forma della sudetta transatione. Veduti dunque e ben considerati da noi, e fatti considerare dalla nostra consulta li predetti rescritti Imperiali, e Cesarei ordini, le stime, l'altre scritture, transmesseci dalle sudette parti, e sopra havere le convenienti considerationi in esecutione delli detti Imperiali Rescritti, salve le ragioni delle parti, e gl' articoli di detta transatione, e riservata specialmente à noi la facoltà & autorità di decidere, e diffinitivamente terminare, dichiarare il vero, e giusto prezzo de megliorarnenti, e beni sudetti, in conformità di detta transatione, e quali di loro natura allodiali e feudali secondo gl' ordini, e facoltà dataciune dalla Cesarea Clemenza sotto il di 3. e 17. Agosto decorso, e non altrimenti &c. Per il presente nostro decreto provisionale à fine, che detto Signor Prencipe possi dare più facilmente le sicurtà sudette, diciamo, pronontiamo, e decretiamo per hora il prezzo de megliorarnenti in berlingotti, ò siano lire di moneta di Castiglione quaranta sei mila settecento cinquanta sei, e per il prezzo de

de beni Allodiali Berlingotti moneta istessa, cento quaranta due milia, settecento settanta due, che in tutto fanno la somma de Berlingotti, come sopra, cento ottanta nove mila cinquecento vent'otto; E così &c. ch' in ogni altro melior modo &c.

Dat. in Massa li 16. Genaro, 1677.

Firmata: Alberico Duca di Massa Commissario Impˡᵉ.

Lata, data in Palatio Ducali in Apartamento proprio dicti D. Ducis, coram & præsentibus Illᵐⁱˢ D. D. Equitibus Oratio Beggio, & Julio Ayola de Massa testibus &c.

Sottoscrit. Petrus Queira Notarius publicus Massens. & Cancellarius Ducalis de prædictis rogatus &c.

Præsens copia suprascripti Decreti provisionalis extracta fuit per me licet &c. ex suo originali penes me existenti, & facta collatione concordare inveni, salva semper &c. Dat. Massæ hac die decima septima Januarii, 1677. Indictione decima quinta.

Subscript. cum signo Tabellionatus antepoſito.

Ego Petrus Queira de Massa publicus Apostolica & Imperiali authoritate Notarius, & Cancellarius Ducalis, & in Collegio DD. Notariorum Civitatis Massæ descriptus, & aggregatus, in fidem me subscripsi & solito meo signo signavi requisitus.

Collegium, & Proconsul D.D. Notariorum Civitatis Massæ fidem facimus & publice attestamur, supradictum Spectabilem D. Petrum Queiram, qui de suprascripto Decreto provisionali rogatus fecit, esse publicum, legalem & fide dignum Notarium, & in Collegio nostro descriptum, & aggregatum, omnibusque scripturis illius, tam publicis, quam privatis, ita subscriptis, & signatis, semper fuisse, ac esse adhibitam fidem, & in diem adhiberi in judiciis, & extra; in quorum fidem &c. Dat. Massæ ex Cancellaria nostra hac die decima septima mensis Januarii, 1677. Indictione decima quinta.

Subscriptum: Ita est, *Laurentius Cassonus* Notarius publicus Massæ & dicti Collegii Cancellarius in fidem &c. licet &c. Et *sigillatim* &c.

Ita quod in quocunque casu, quo præfati Excellentissimi DD. Jugales devenient ad dictum Instrumentum confessionis, ac subscriptionis dictæ chirographariæ conventionis, non intelligunt præstare unquam assensum pro dicto relaxo feudi, & effectuum feudalium, quinimmo illud impugnant, & magis expresse denegant, existimantes, & pro certo habentes, quod Jura omnia suadeant, ut nullo modo concedendum sit relaxum dicti feudi, & effectuum feudalium, nisi prius præfatus Excellentissimus D. Princeps Don Carolus propriæ satisfaciat obligationi, signanter de præstanda idonea fidejussione in hac Civitate Mediolani de solvendo pretio bonorum stabilium & dictorum melioramentorum juxta conventa in dicta transactione & juxta decreta superius recensita, nam abhinc non violantur contractus Imperiali authoritate celebrati, & confirmati, & debita cum veneratione servantur decreta Suæ Cæsareæ Majestatis, suaque debita perfectione non carebit sententia lata per Excellentissimum Dom. Ducem Massæ, uti Commissarium Imperialem, quod summe etiam expedit interesse præfatorum Excellentissimorum DD. Marchionum jugalium Estensium; nam si contingeret, quod nunquam præsumendum est, ut eidemmet Excellentissimo D. Principi, Don Carolo, concederetur relaxum, prout affectat, concrescerent undequaque lites, dissidia, & altercationes, resque desperata esset boni exitus; Nam consecuta possessione feudi & feudalium defatigaret præfatos Excellentissimos DD. Jugales ita & taliter, ut nunquam finis, nec pax esset litibus, id quod jam experti sunt dictimet Excellentissimi DD. Jugales in consecutione partis pretii conventi in dicta transactione respectu feudalium, nam licet ageretur de negotio claro, & liquido, plurimas tamen, & infinitas defatigationes & molestationes perpessi sunt, magno cum earum damno, antequam partem dictæ solutionis consequi potuerint.

Et hanc declarationem fecerunt, & faciunt præfati Excellentissimi Jugales cum expressa reservatione, quod quatenus opus fuerit præsens protestatio extendatur ample, & amplissime etiam ad dictamen sapientis &c.

Renunciando &c.

Quæ omnia præfata Excellentissima D. Dona Bibiana fecit & facit, in præsentia, cum consensu & licentia præfati Excellentissimi D. Marchionis Porletiæ, ejus mariti, ibidem præsentis & consentientis, seque expressum consensum & licentiam dantis & præstantis, jurantisque, quod in veritate credit prædicta omnia cedere in & ad utilitatem præfatæ Excellentissimæ ejus uxoris, & in omnibus, ut requiritur ex forma statutorum Mediolani.

Et de prædictis &c.

Actum in una ex salis superioribus domus habitationis præfatorum Excellentissimorum DD. Jugalium Estensium siti ut supra; Præsentibus Josepho Putterla fil. quond. Joh. Baptistæ P. O. P. Sancti Raphaelis Mediolani, & Hieronym. Carpano filio quond. Caroli P. O. P. Sanctæ Mariæ Portæ Mediolani &c.

Testes D. Carolus Octavius de Marchis, filius quond. Jo. Andreæ P. O. P. Sancti Georgii in Palatio Mediolan. D. Don Carolus Pereria, filius quond. D. Francisci P. N. P. Sancti Stephani ad Nuxigiam Mediolani, & Jacobus Abdua filius quond. alterius Jacobi P. O. P. Sanctæ Mariæ Portæ Mediolani, omnes noti & idonei.

Ego Franciscus Niger filius quondam Domini Josephi P. N. P. Sancti Stephani ad Nuxigiam Mediolani, publicus Apostolica Imperialique Auctoritatibus de Collegio Mediolanens. Notarius & Cancellarius scriptum Instrumentum rogatus recepi, edidi & pro fide subscripsi.

(L. S. Notar.)

Nos Carolus Cadolinus & Mattheus Macchius Abbates Venerabil. Collegii DD. Notariorum Mediolani fidem facimus & attestamur Dominum D. Franciscum Nigrum esse publicum Mediolani Notarium, ejusque Instrumentis sic ut supra rogatis & scriptis plenam adhiberi fidem in Judicio & extra. In quorum &c. Mediolani die 3. Martii, An. 1677.

(L. S.)

Carolus Magnus Modeonus, Cancell.

Cap. XIII.

De Dominis Flisci (vulgo Fieschi nuncupatis) Januensibus.

I.

Breve Johannis XXIII. Pontif. Maximi, in quo Lucæ de Flisco, Comiti Lavaniæ, Terram Burgi Vallis Tari in feudum gentile & nobile dedit atque concessit, d. d. 7. Kal. Maji, An. 1414.

JOhannes Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Ludovico Sancti Hadriani Diacono Cardinali, & nobili viro Lucæ de Flisco, Militi Januensi & Comiti Lavaniæ, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Sedis Apostolicæ gratiosa benignitas sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quos quasi præcipuas & sublimes columnas in ipsa Ecclesia Dominus stabilivit honoris, propter eorum excellentiam virtutum etiam ipsi arctius idemptitate conjunctos, præsertim ejusdem Ecclesiæ fideles & devotos, amplis favoribus & gratiis prosequi consvevit, prout ipsorum statui conspicit expedire. Hinc est, quod Nos, motu proprio, non ad vestram aut alicujus alterius pro vobis super hoc Nobis oblatam supplicationem, Terram Burgi Vallis Tari nuncupatam, Placentinæ diœcesis, ad Nos & prædictam Ecclesiam pleno jure pertinentem, &, ut asseritur, per vos aliquandiu communiter possessam, cum ejus Vassallis, hominibus, fortalitiis, jurisdictionibus, juribus, & pertinentiis universis, ac mero & etiam mixto Imperio, nec non omnimoda jurisdictione ac gladii potestate Nobis ac hæredibus & successoribus vestris, sub Censu unius Accipitris, annuatim in Festo Beatorum Petri & Pauli Apostolorum de mense Junii, in Romana Curia Cameræ Apostolicæ, aut Collectori fructuum & proventuum in Januensi, seu Placentina civitatibus & diœcesibus, eidem Cameræ debitorum, pro tempore deputato, per vos, aut hæredes, vel successores vestros efficaciter persolvendi, in gentile seu nobile Feudum, ac jure gentilis & nobilis feudi, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium in perpetuum, de ipsius Sedis munificentia speciali, damus, concedimus & donamus, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, quod tu, fili Luca, ratione dicti Feudi Nobis & eidem Ecclesiæ in manibus ejusdem Collectoris præstare tenearis in forma solita Fidelitatis debitæ Juramentum. Super quo volumus confici publicum Instrumentum, & dictus Collector quantocius ad dictam Cameram illud mittere teneatur. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ dationis, concessionis, donationis & voluntatis chartam infringere. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Bononiæ VII. Kal. Maji, Pontificatus nostri anno IV.

B. de Monte.

II.

Ejusd. Breve ad Episcopus Botontinum & Brugnatensem, itemque ad Odoricum de Glemona, Canonicum Januensem, exaratum, in quo eos, ut Lucam de Flisco, Comitem Lavaniæ, in possessionem Terræ Burgi Vallis Tari intromittant, hortatur, d. d. 7. Kal. Maji, An. 1414.

JOhannes Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Botontino & Brugnatensi Episcopis, ac dilecto filio Odorico de Glemona Canonico Januensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Sedis Apostolicæ gratiosa benignitas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quos quasi præcipuas & sublimes columnas in ipsa Ecclesia Dominus stabilivit honoris, propter eorum excellentiam virtutum etiam ipsi arctius idemptitate conjunctos, præsertim ejusdem Ecclesiæ fideles & devotos, amplis favoribus & gratiis prosequi consvevit, prout ipsorum statui conspicit expedire. Hinc est, quod Nos motu proprio, non ad dilectorum filiorum nostrorum Ludovici Sancti Hadriani Diaconi Cardinalis & nobilis viri Lucæ de Flisco Militis Januensis & Comitis Lavaniæ, vel alicujus alterius pro eis super hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate Terram Burgi Vallis Tari nuncupatam, Placentinæ diœcesis, ad Nos & prædictam Ecclesiam pleno jure pertinentem, &, ut asseritur, per eosdem Cardinalem & Militem aliquandiu possessam, cum ejus Vassallis, hominibus, fortalitiis, jurisdictioni-

bus,

bus, juribus & pertinentiis universis, ac mero & mixto imperio, nec non omnimoda jurisdictione ac gladii potestate, eidem Cardinali & Militi, ac hæredibus & successoribus ipsorum sub censu unius accipitris, annuatim in Festo Beatorum Petri & Pauli Apostolorum de mense Junii, in Romana Curia Cameræ Apostolicæ aut Collectori fructuum & proventuum in Januensi aut Placentini civitatibus & diœcesibus, per Ludovicum Cardinalem, & Lucam Militem, aut hæredes & successores ipsorum efficaciter persolvendi, in gentile & nobile feudum de jure gentilis & nobilis feudi, auctoritate Apostolica tenore nostrarum literarum in perpetuum, de ipsius Sedis munificentia speciali dedimus, concessimus & donavimus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis & aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, quod prædictus Miles ratione dicti feudi nobis & eidem Ecclesiæ in manibus ejusdem Collectoris præstare teneatur in forma solita fidelitatis debitæ Juramentum, super quo confici volumus publicum instrumentum, quod dictus Collector quamcitius ad dictam Cameram mittere teneatur. Quocirca Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, eosdem Cardinalem & Militem vel Procuratorem suum, ipsorum nominibus, in corporalem possessionem Terræ, juriumque & pertinentiarum prædictorum inducatis auctoritate nostra, & defendatis inductos, amoto exinde quolibet detentore, ipsosque de prædictæ Terræ fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integre respondere, non obstantibus supradictis, aut si aliquibus a Sede Apostolica communiter vel divisim sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo.

Datum Bononiæ VII. Kal. Maji, pontificatus nostri anno IV.

Gratis pro Domino Cardinali & ejus Nepote

Registrata in Camera Apostolica

Fr. de Monte.

III.

Ferdinandi I. Rom. Imperatoris Literæ, in quibus de Castri & loci Savignoni portionibus, ad eos spectantibus, Hectorem Fliscum, ejusque consortes investivit. d. [illegible] Februarii, An. 1564.

Ferdinandus, Divina favente Clementia &c. Ad futuram rei memoriam recognoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis: quod, tametsi proximis superioribus mensibus cum Nobis demonstratum esset, plures existere in Italia nostros, & Sacri Romani Imperii Vassallos, sed inobedientes, qui officii ac debiti sui immemores spreta nostra & Sacri Imperii auctoritate temere huc usque neglexissent, feudorum Imperialium, quæ tenent, investituram a Nobis, ut debuissent, recognoscere, debitumque fidelitatis juramentum præstare, ut ita Nos & Sacrum Imperium, jure, ac directo Dominio nostro, quod habemus in hujusmodi feudis Imperialibus, defraudarent, & inter eos etiam esse nostros & Sacri Imperii fideles dilectos Hectorem Fliscum, & consortes ejus, in locis, castris & terris Savignoni, ac pertinentiis eorum, siquidem ipse Hector superioribus annis investituram a Nobis supplex petiisset, & obtinuisset super octava dumtaxat parte ejusdem castri, quam ei Divus quondam Imperator Carolus Quintus, Augustæ Memoriæ, Frater, & Dominus Noster charissimus, cum ad Fiscum Imperialem, ob rebellionem, & proditionem olim Joannis Aloysii & Fratrum de Flisco, devoluta esset, clementer donavit, & in feudum contulit, alias vero participationes itidem a Sacro Romano Imperio in feudum dependentes una cum suis consortibus silentio suppressisset, & a Nobis in feudum recognoscere, debitumque fidelitatis juramentum præstare neglexisset, ita ut dictas participationes propter ejusmodi illorum inobedientiam, & negligentiam ipso facto ad fiscum nostrum Imperialem devolutas esse constaret; Nos, qui ferre non debemus a quoquam hominum nostra, & Sacri Imperii jura labefactari, & diminui, quæ vigore muneris nostri Cæsarei pro viribus omni loco, & tempore defendere, & conservare tenemur, contra præfatum Hectorem Fliscum, & consortes ejus ad privationem earumdem participationum feudalium procedendum duxerimus, & tanquam ad Fiscum nostrum devoluta, nostro & Sacri Imperii fideli dilecto Guillielmo Spinolæ in feudum clementer contulerimus, deputatis & delegatis quibusdam Commissariis, qui servatis in tali casu de jure, vel consuetudine servandis, nomine & loco nostro dictis feudorum participationibus privare eosdem deberent, atque ad manus dicti Guillielmi Spinolæ traderent, & consignarent, sicuti in rescripto Commissionis nostræ desuper emisso latius continetur: Posteaquam tamen supradictus Hector Fliscus, & consortes ejus Nobis humiliter exponendum curaverunt, locum Savignoni, excepta supradicta octava parte ipsi Hectori a Divo Fratre nostro collata, nunquam ab hominum memoria fuisse in feudum receptum, nec cuiquam concessum, neque etiam pro feudo habitum seu reputatum, nec alicui præstitum servitium, neque per aliquem ab aliquo superiore acceptam esse ullam ejus investituram, sed

sed semper pro allodiali habitum, & possessum, atque in ultimis voluntatibus, & inter fœminas & filios naturales alienatum, nullo interveniente, nec requisito alicujus superioris consensu, nulla impetrata, nec petita licentia, quia ipsos consortes in libertate, seu quasi possessione libertatis continue extitisse; ea vero libertate non obstante, dictos Hectorem & consortes ad testandam suam præclaram erga Nos & Sacrum Imperium fidem, & observantiam velle, quod dicta bona, quæ, uti demonstratum est, ab immemoriali tempore libera & allodialia reputata, & pro talibus possessa fuerint, nostræ & Sacri Imperii clientelæ, & superioritati saltem deinceps subjecta sint, prout exhibita Nobis renunciatione Investituræ memoratarum participationum per Nos ipsi Guilielmo roborata, & in debita forma expedita, humillime supplicaverunt, ut ipsis easdem participationes, sicut eas nunc tenent, & possident, & quemadmodum ad ipsos spectant, in feudum francum, liberum, exemptum, antiquum & avitum pro ipsis & hæredibus ipsorum, ac quibuscumque dederint, ita ut in fœminas etiam, quemadmodum hucusque servatum sit, alienari queant, concedere & investire dignaremur: Nos sane visa & admissa renuntiatione prædicti Guilielmi Spinolæ clementerque consideratis plurimis & egregiis obsequiis, quæ prædictus Hector de Flisco, & consortes, ac majores eorum, divis prædecessoribus nostris, & præsertim prælibato quondam divo fratri nostro Imperatori Carolo Quinto, ac Sacro Romano Imperio, summa fide, constantia, cura, & animorum promptitudine, postpositis etiam evidentissimis periculis, exhibuisse; ideoque ab iisdem divis Prædecessoribus nostris multis & insignibus privilegiis, libertatibus, honoribus, immunitatibus, gratiis, & indultis ornati fuisse perhibentur, & quæ iidem Hector & Consortes ac Descendentes eorum imposterum quoque Nobis, & Successoribus nostris, Sacroque Imperio præstare poterunt ac debebunt; memoratam investituram antedicto Guilielmo Spinolæ, ut superius dictum est, concessam revocavimus, cassavimus, & nullam & irritam fecimus, ipsumque Hectorem Fliscum & Consortes de dictis participationibus Castri & loci Savignoni investivimus, prout per præsentes ex certa scientia, animoque bene deliberato, auctoritateque nostra Cæsarea, ac de ejusdem potestatis plenitudine, & alias omni meliori modo & forma, quibus validius & efficacius fieri potest, revocamus, cassamus, annullamus, & investimus, ac illis idem castrum & locum Savignonii, cum mero & mixto imperio, gladii potestate, commodaque jurisdictione, & fructibus, homagiis, emolumentis, atque aliis quibuslibet juribus, & pertinentiis ad dictas participationes spectantibus, quatenus, sicuti Nobis expositum est, liberæ, & allodiales extiterint, & a tanto tempore a divis Prædecessoribus nostris, Romanorum Imperatoribus ac Regibus in feudum non fuerint recognitæ, ipsis iisdem consortibus ac legitimis eorum liberis, hæredibus & successoribus quibuscumque, & cui, seu quibus jura sua dederint, etiam fœminis, in feudum francum, liberum, exemptum, antiquum & avitum damus & concedimus, quidquid ipsis de jure vel ex gratia speciali in præmissis dare, concedere & investire possumus, vel debemus; ita tamen, quod memorata bona nihilominus retineant in omnibus naturam allodii, & quod de eisdem possint ipsi Hector Fliscus, & Consortes, atque successores eorum disponere pro libito voluntatis, tam in ultimis voluntatibus, quam inter vivos, atque in eo exercere potestatem & jurisdictionem supradictam; nihil Nobis penitus retinentes præter solam superioritatem Cæsaream, quam Nobis & nostris in Imperio successoribus reservamus, cum subjectionis, fidelitatis, & homagii juramento, quod Nobis eorumdem Hectoris Flisci & Consortum legitimus Procurator, spectabilis doctus noster & Sacri Imperii fidelis Dilectus Petrus Baptista Marescanus, Jur. Utr. Doctor, vigore mandati procuratorii Nobis exhibiti, loco ac nomine, adeoque in animas eorumdem Hectoris Flisci & Consortum præstitit; supplentes quoscunque defectus, tam juris quam facti, si quis in prædictis intervenerint, quibuslibet legibus, constitutionibus, consuetudinibus, etiam feudalibus, statutis, decretis, ac ordinationibus non obstantibus, quibus omnibus & singulis, pro hac vice duntaxat, auctoritate & scientia prædictis derogamus, & derogatum esse volumus; nostris tamen & Sacri Imperii ac aliorum juribus semper salvis. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum.

Datum in Civitate nostra Viennæ, die vigesima quinta mensis Februarii, Anno millesimo, quingentesimo, sexagesimo quarto, Regnorum nostrorum Romani trigesimo quarto, aliorum vero trigesimo octavo.

IV.

Leopoldi, Roman. Imperat. Literarum investituræ a divo quondam Rom. Imp. Ferdinando III. An. 1642. Familiæ Fliscanæ de Imperiali Savignoni feudo datarum, atque in gratiam Francisci Donati Flisci expeditæ confirmatio, d. d. 16. Maji, An. 1659.

Leopoldus &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis: Quod cum Nobis nobilis Noster & Sacri Imperii fidelis dilectus Franciscus Donatus Fliscus, quondam

dam Lucæ Donati Flisci filius ac heres humiliter exponi curarit, a Divo quondam Imperatore Ferdinando Tertio, Domino Prædecessore ac Patre Nostro colendissimo inclytæ recordationis, Nobilem, devotam nobis gratam Lauram, Matrem suam, nec non & Nostros Sacrique Imperii fideles dilectos Hectorem Fliscum ex Comitibus Lavoniæ & Viscontem Palatonum, tanquam Tutores suos, non solum de portione feudi Imperialis Savignoni ex paterna successione sibi competente verum etiam de portione altera ex obitu Fratris sui Herculis Donati Flisci sine liberis vita functi ad se legitime devoluta, sui minorennis nomine die quinta Augusti anno supra mille sexcentos primo & quadragesimo fuisse clementer investitos, prout ex tenore Diplomatis in hæc verba subinserti latius videre liceat:

Inseratur ultima Investitura Ferdinandi tertii.

Ac proinde Nobis humillime supplicarit, ut cum Nobis electo nunc Romanorum Imperatori, dictarum portionum feudi Savignoni nomine, tanquam Domino suo supremo ac immediato justa fiduciaria & clientelare homagium præstare omnino desideret, Nos super præfatis portionibus ex obitu tum Patris, tum Fratris sui ad se devolutis investituræ renovationem benigne sibi concedere dignaremur: Nos sane consideratis plurimis & egregiis obsequiis, quæ prædicti Francisci Donati Flisci majores, Divis Prædecessoribus Nostris, Sacroque Romano Imperio jam olim summa fide, constantia, cura & animorum promptitudine, etiam postpositis evidentissimis quibuscunque periculis exhibuisse perhibentur, inde ab iisdem Divis Prædecessoribus Nostris multis & singularibus privilegiis, libertatibus, honoribus, immunitatibus, gratiis & indultis ornari meruerint, Nobisque omnino persuasum habentes, dictum Franciscum Donatum Fliscum, postquam Dei beneficio ad majorem ætatem suam nunc pervenit, qua id præstare poterit atque debebit, Nos & Successores Nostros eadem fide, observantia, & integritate prosecuturum esse, eundem Franciscum Donatum de Flisco de dictis participationibus Castri & loci Savignoni per mortem tum Patris, tum Fratris sui Herculis ad ipsum spectantibus clementer admodum investiverimus, uti per præsentes, ex certa Nostra scientia, animoque bene deliberato, authoritateque Nostra Cæsarea & de ejusdem potestatis plenitudine investimus, ac illi idem Castrum & locum Savignoni cum mero & mixto imperio, gladii potestate omnimodaque jurisdictione, & fructibus, homagiis, emolumentis, atque aliis quibuscunque juribus & pertinentiis ad illud spectantibus pro se ipso, ac legitimis liberis, hæredibus, & successoribus quibuscunque, & cui, seu quibus jura sua dederit, etiam fœminis, in feudum francum, liberum, exemptum, antiquum & avitum damus & concedimus, quidquid ipsi de Jure, vel gratia speciali in præmissis dare, concedere & investire possumus, vel debemus, ita nimirum, quod memorata bona nihilominus retineant in omnibus & per omnia naturam allodii, & quod de iisdem possit ipse Franciscus Donatus Fliscus, ejusque Successores disponere pro libitu voluntatis, tam in ultimis voluntatibus, quam inter vivos, atque in eo exercere potestatem & Jurisdictionem supradictam; nihil Nobis penitus retinentes, præter solam superioritatem Cæsaream, quam Nobis & Nostris in Imperio Successoribus reservamus, cum subjectionis, fidelitatis & homagii juramento, quod Nobis dicti Francisci Donati Flisci legitimus Procurator honorabilis Noster Sacrique Imperii fidelis dilectus Petrus Viso de Moylevau, Consiliarius Noster, vigore mandati Procuratorii Nobis exhibiti, loco ac nomine, atque in animam memorati Francisci Donati Flisci præstitit. Supplentes quoscunque defectus tam Juris, quam facti, si qui in prædictis intervenerint, quibuslibet legibus, constitutionibus, consuetudinibus, etiam feudalibus, statutis, decretis ac ordinibus non obstantibus: quibus omnibus & singulis pro hac vice duntaxat, authoritate & scientia prædictis derogamus, & derogatum esse volumus; Nostris tamen & Sacri Imperii ac aliorum Juribus semper salvis. Harum testimonio litterarum manu Nostra subscriptarum & sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in Civitate Nostra Viennæ die decima sexta Mensis Maji, Anno Domini millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo nono, Regnorum Nostrorum Romani primo, Hungarici quarto, Bohemici vero tertio.

V.

Juramentum fidelitatis, Hectoris & Joannis Ambrosii Fliscorum, fratrum, nomine, ab eorundem Procuratore, Petro Viso de Moylevau, cum de quarta Feudi Imperialis Savignoni parte ab Imperatore Ferdinando III. investiretur præstitum.

EGo Petrus Viso de Moylevau juro ad hæc Sancta Dei Evangelia, quæ hic corporaliter tango, vice, loco, ac nomine adeoque in animam Hectoris & Joannis Ambrosii, Fliscorum fratrum, quondam Innocentii, vigore Mandati per me exhibiti, quod iidem Hector, & Joannes Ambrosius, tanquam Domini & Possessores legitimi quartæ partis feudi Imperialis Savignoni, Serenissimo ac Potentissimo Principi, ac Domino, Domino Ferdinando Tertio electo Romanorum Imperatori semper Augusto, atque ejus Successoribus Romanorum Imperatoribus ac Regibus, legitime intrantibus, & Sacro Romano Imperio ratione dictæ partis feudi Savignoni ejusdemque jurium, ac pertinentiarum, a Sacro Romano Imperio in feudum dependentium, super quibus Sacra Cæsarea Majestas jam investituram dictis Fratribus Fliscis

ſcis dignata eſt concedere, quoquo loco & tempore fideles & obedientes erunt, commoda Majeſtatis Suæ Cæſareæ fideliter promovebunt, & ſi quid contra perſonam, honorem, ac Statum Suæ Cæſareæ Majeſtatis & Sacri Imperii tractari ſenſerint, pro virili ſua parte obſiſtent, & Majeſtatem Suam de eo primo quoque tempore, nulla interpoſita mora, admonebunt, adeoque omnia & ſingula facient ac præſtabunt, quæ fideles Imperii Vaſalli Domino ſuo, Romanorum Imperatori, aut Regi, facere & præſtare tenentur conſuetudine, vel de Jure, omni dolo & fraude remota. Ita eosdem Fratres Hectorem Joannem & Ambroſium Fliſcos Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

VI.

Leopoldi Rom. Imperat. Literæ, in quibus Lucam Fliſcum de quadam feudi Imperialis Savignoni portione inveſtivit, d. d. 25. Sept. An. 1687.

Leopoldus, Dei gratia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quod cum Nobis Nobilis Noſter & Sacri Imperii fidelis dilectus Lucas Fliſcus, quondam Franciſci Donati Fliſci filius ac hæres humiliter exponi curarit, a Nobis memoratum Patrem ſuum Franciſcum Donatum Fliſcum de portione quadam Feudi Imperialis Savignoni die decima ſexta menſis Maji Anno milleſimo, ſexcenteſimo, quinquageſimo nono fuiſſe clementer inveſtitum, prout ex tenore Diplomatis in hæc verba ſubinſerti latius videre liceat;

Inſeratur Diploma Inveſtituræ de Anno 1659.

Ac porro Nobis humillime ſupplicarit, ut cum Nobis Romanorum Imperatori, dictæ portionis Feudi Savignoni nomine, tanquam Domino ſuo ſupremo ac immediato, juſta fiduciaria, & clientelare homagium præſtare omnino deſideret, Nos ſuper præfata portione ex obitu ſui Patris ad ſe tanquam unicum filium & hæredem devoluta Inveſtituræ renovationem benigne ſibi concedere dignaremur. Nos ſane conſideratis plurimis & egregiis obſequiis, quæ prædicti Lucæ Fliſci Majores, Divis Prædeceſſoribus Noſtris, Sacroque Romano Imperio jam olim ſumma fide, conſtantia, cura & animorum promptitudine, etiam poſtpoſitis evidentiſſimis periculis quibuſcunque, exhibuiſſe perhibentur, inde ab iiſdem Divis Prædeceſſoribus Noſtris multis & ſingulis privilegiis, libertatibus, honoribus, immunitatibus, gratiis & indultis ornari meriti ſunt; Nobiſque omnino perſuaſum habentes, dictum Lucam Fliſcum omnibus, quibus poterit ac debebit, viribus Nos & Succeſſores Noſtros eadem fide, obſervantia & integritate proſecuturum eſſe, eundem Lucam Fliſcum de dicta portione per mortem Patris ad ipſum ſpectante clementer admodum inveſtiverimus, uti per præſentes ex certa Noſtra ſcientia, animoque deliberato, authoritate Noſtra Cæſarea, & de ejuſdem poteſtatis plenitudine inveſtimus, ac illi eidem Caſtrum & locum Savignoni, cum mero & mixto imperio, gladiique poteſtate, omnimodaque juriſdictione, & fructibus, homagiis, emolumentis, atque aliis quibuſcunque Juribus & pertinentiis ad illud ſpectantibus pro ſe ipſo, ac legitimis liberis, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, & cui ſeu quibus jura ſua dederit, etiam fœminis, in feudum francum, liberum, exemptum, antiquum & avitum damus & concedimus, quidquid ipſi de jure vel gratia ſpeciali in præmiſſis dare, concedere & largiri poſſumus, vel debemus, ita nimirum, quod memorata bona nihilominus retineant in omnibus & per omnia naturam allodii, & quod de iiſdem poſſit ipſe Lucas Fliſcus ejuſque Succeſſores diſponere pro libitu voluntatis, tam in ultimis voluntatibus, quam inter vivos, atque in eo exercere poteſtatem & juriſdictionem ſupradictam, nihil Nobis penitus retinentes præter ſolam ſuperioritatem Cæſaream, quam Nobis & Noſtris in Imperio Succeſſoribus reſervamus, cum ſubjectionis, fidelitatis & homagii juramento, quod Nobis dicti Lucæ Fliſci legitimus Procurator honorabilis Noſter & Sacri Imperii fidelis, dilectus Bonaventura de Giſgone a Carthagine, vigore mandati Procuratorii Nobis exhibiti, loco ac nomine, atque in animam memorati Lucæ Fliſci præſtitit. Supplentes quoſcunque defectus tam Juris, quam facti, ſi qui in prædictis intervenerint, quibuslibet legibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus, etiam feudalibus, ſtatutis, decretis ac ordinibus non obſtantibus, quibus omnibus & ſingulis pro hac vice duntaxat authoritate & ſcientia prædictis derogamus, & derogatum eſſe volumus; Noſtris tamen & Sacri Imperii ac aliorum Juribus ſemper ſalvis. Harum teſtimonio litterarum manu Noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli Noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Civitate Noſtra Viennæ, die vigeſima quinta Septembris, Anno milleſimo, ſexcenteſimo, octuageſimo ſeptimo. Regnorum Noſtrorum Romani trigeſimo, Hungarici trigeſimo tertio, Bohemici vero trigeſimo ſecundo.

VII.

Leopoldi, Rom. Imp. Literæ, in quibus Urbano Flisco quasdam loci, castri, & territorii Savignoni portiones in feudum contulit, d. d. 16. Febr. An. 1688.

LEopoldus &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis; quod cum Nobis Nobilis Noster & Sacri Imperii fidelis Dilectus Urbanus Fliscus humillime fecerit exponi, a Nobis Avum quondam suum Hectorem Fliscum una cum filiis suis Innocentio & Hieronymo Fliscis Genuensibus de quibusdam portionibus Castri & feudi Imperialis Savignoni die trigesima Mensis Maji Anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo nono benignissime coinvestitum fuisse, prout portiones illæ nominatæ sint in dicto Investituræ diplomate, quod subsequitur:

Inseratur tantum Investitura de 30. Maji, 1659.

Deinde vero, post dicti Hectoris obitum, supra nominatos ambos ejus filios, Innocentium & Hieronymum fratres Fliscos de aliis quibusdam portionibus ejusdem Castri & feudi Savignoni à Joanne Nicolao Flisco ex ejusdem feudi Condominis, assensu Nostro Cæsareo ad id obtento, coëmptis, die decima Mensis Martii anno millesimo, sexcentesimo, septuagesimo sexto clementissime coinvestitos fuisse, quemadmodum id investituræ pagina subsequens fusius edoceat:

Inseratur Investitura de decima Martii, 1676.

Ne vero, quod ambo fratres timuerint, ex bonorum communione discordiæ, ut solent, inter illos ac posteros illorum exoriantur, omnia bona paterna, tam feudalia, quam allodialia, ex æqua parte invicem die decima sexta Aprilis, anno millesimo, sexcentesimo, septuagesimo octavo divisisse, vigore Instrumenti vigesima octava Novembris anno proxime superiore à Nobis approbati & confirmati & hic subinserti.

Inseratur Instrumentum divisionis, quod incipit: Havendo considerato Illustrissimi Signori &c.

Cum autem sæpe memoratus Hieronymus Fliscus die vigesima tertia Februar. nuper elapsi e vivis discesserit, seque velut unicum filium legitimum & naturalem paternam hæreditatem cum beneficio legis & inventarii adivisse, adeoque medietatem prædicti feudi & Castri Savignoni cum suis antiquis & avitis, nec non ab eodem patre suo Hieronymo noviter acquisitis & coëmptis portionibus, earumque annexis, juribus, locis ac pertinentiis secundum supra insertam bonorum paternorum, feudalium & allodialium divisionem eo spectantibus, nunc ipso jure successionis in se devolutam esse: Humillime supplicando, ut cum Nos ratione dictæ medietatis suæ portionum feudalium in immediatum ac directum, supremumque Dominum suum recognoscere velit ac debeat, se de præfata bonorum feudalium medietate & portionibus seu participationibus, earumque loci sive Burgi Savignoni villis & pertinentiis in sæpe dicto supra inserto divisionis Instrumento specifice nominatis, earumque pertinentiis clementer investire dignaremur: Nos supplicantis tum & Majorum suorum Fliscorum fidei, observantiæ ac devotionis studium, quo Nos prædecessoresque nostros Romanorum Imperatores ac Reges, Sacrumque Romanum Imperium ac Augustam Domum Nostram Austriacam hucusque reverenter coluerunt, benigne considerantes, atque confisi, quod idem Urbanus cum posteris suis in eodem perstiturus sit, humillimis ejusdem precibus clementer annuendum censuerimus, prout vigore præsentium annuimus, atque idcirco ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, sano ac maturo accedente consilio, & de Cæsareæ Nostræ potestatis plenitudine dictum Urbanum Fliscum de medietate & portionibus seu participationibus in præcitato divisionis instrumento specificatis, loci, castri, territorii ac feudi Nostri Imperialis Savignoni in dicto instrumento recensita, eo modo & forma, quibus priores harum portionum feudalium possessores illas habuerunt & ad ipsum Urbanum pervenerunt, investimus, ac illi dictam feudalium portionum medietatem, secundum sæpe dictam divisionis legem, cum mero & mixto Imperio, gladii potestate, omnimodaque jurisdictione, fructibus, homagiis, obventionibus, redditibus, emolumentis atque aliis quibuslibet juribus & pertinentiis ad memoratam bonorum feudalium medietatem & portiones spectantibus, pro ipso ac legitimis ejus hæredibus & successoribus quibuscunque, & cui, vel quibus ipsi jura sua dederint vel cesserint, etiam fœminis, in feudum francum, liberum, exemptum, antiquum, avitum & alienabile, habendas & possidendas damus, concedimus & elargimur, quidquid de jure, vel ex gratia speciali in præmissis dare, concedere & elargiri possumus & debemus, ita scilicet ut sæpe fata bonorum feudalium medietas & portiones seu participationes retineant & sapiant in omnibus naturam allodii, & de iisdem earundemque pertinentiis ipse Urbanus Fliscus ejusque successores legitimi disponere possit, & possint, pro lubitu voluntatis, tam in ultimis voluntatibus, quam inter vivos, atque de eo exercere potestatem & jurisdictionem supradictam, nihil Nobis penitus retinentes, præter solam superioritatem Cæsaream, quam Nobis & nostris in Imperio successoribus, Romanorum Imperatoribus & Regibus, reservamus, cum subjectionis, fidelitatis & homagii juramento, quod Nobis ejusdem Urbani Flisci nomine Consiliarius Noster Sacrique Imperii fidelis dilectus Joannes Franciscus de Bernardis sufficienti ad hoc mandato Nobis in forma authentica

ca exhibito instructus in ejusdem animam præstitit, supplentes quoscunque defectus tam juris quam facti, si qui in præmissis intervenerint, quibuslibet legibus, constitutionibus, consvetudinibus, etiam feudalibus, statutis, decretis & ordinationibus non obstantibus; Nostris tamen & Sacri Imperii ac aliorum juribus semper salvis & illæsis. Harum testimonio Literarum manu Nostra subscriptarum & sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate Nostra Viennæ, die decima sexta Februarii, Anno 1688.

Concordat cum Archivo Imperiali Aulico, id quod hisce testatum volo. Viennæ, Febr. Ao. 1706.

(L. S.) *Rod. Herm. de Bertram,* Secret. Archivi.

IIX.

Innocentii Flisci Testamentum & resp. Fideicommissum, d. An. 1700.

Nel Nome del Signore sia.

SApendo l'Illustrissimo Signor Innocenzo Fiesco del quondam Signor Ettore, che bisogna morire, ed haverne incerta l'ora, desiderando perciò mentre è sano di sua mente, sentimento, loquela, corpo & intelletto, & in sua buona e perfetta memoria d'aggiustare le sue cose; Per tanto hà consignato à me Notaro alla presenza degl' infrascritti cinque testimonii il presente scritto chiuso e sigillato col suo sigillo con l'inscrizione, che dice: Disposizione d'ultima volontà di me Innozenzo Fiesco oggi consignata à me Gio. Agostino Savignone Notaro da apprirsi seguita la sua morte naturale senza solennità alcuna, da registrarsi ad literam sotto il presente, volendo & ordinando, che il contenuto in esse si debba omninamente attendere, & à maggior cautela ordina, lascia e dispone, & instituisce in tutto come in esso, e così dice e dichiara in ogni miglior modo &c. delle quali cose &c. per me Gio. Agostino Savignone Notaro &c. Fatto in Genoua al Scagno di me detto Notaro posto sopra la piazzetta dietro la Loggia di Banchi l'anno della Natività di Nostro Signore Mille seicento ottanta sette correndo l'Indizione nona secondo il costume di Genova, giorno di Domenica li tredeci del Mese di Luglio alla mattina, essendovi presenti per Testimonii Gio. Agostino Bottaccio, quondam Agostino, Gio. Andrea Piccaluga di Francesco, Bartolomeo Guagnino di Antonio Camallo da grano, Andrea Piazza, quondam Steffano, abitante nella Villa di S. Pantaleo, e Giovanni Musso di Gio. Battista di Staglieno alle predette cose chiamati e richesti &c.

Desiderando Io Innocenzo Fieschi del fù Signore Ettore disponere per ora d'alcuni miei beni & effetti, che nominerò in appresso, particolarmente di quella parte del feudo Imperiale di Savignone, che in conformità della divisione seguita con il Signor Girolamo mio fratello in atti di Pietro Giuseppe Tagliavacca Notaro in Busalla sotto li 26. Aprile 1678. mi è stata assegnata nel Borgo della Croce, e sue pertinenze per tutto quello mi poteva spettare in detto feudo di Savignone, & anche per il Fidecommisso instituito dal quondam Giacomo Fieschi mio Zio paterno professo col nome d'Innocenzo nell' ordine de PP.dri Capuccini quanto come Erede delli quondam Ettore mio Padre, e Gio. Ambrosio Fieschi mio Zio parimente paterno compreso ancora non solo le porzioni acquistate per metà con detto Signor Girolamo mio fratello, mà anco altra porzione spettante à me in detto feudo per raggioni dell' acquisto fatto dal quondam Sr Filippo Fieschi per prezzo di Lire cento trenta uno mile; per tanto sapendo io, che Iddio nostro Creatore hà statuito certamente ad ogni creatura la morte senza certezza veruna del giorno & ora, che debba seguire, e volendo io di presente, che per la Dio grazia mi trovo sano di corpo, mente, senso, loquela, & in mia buona e perfetta memoria, fare la sudetta dispositione per il presente atto di mia ultima volontà circa il sudetto Borgo della Croce, sua giurisdizione, e pertinenze, & altri beni & effetti da esprimersi ni appresso &c.

Perciò ordino primieramente e dichiaro, che si come mi sono stati girati ne Cartularii di S. Giorgio dalli Signori Fideicommissarii del quondam Signor Lorenzo Murchio Lire 2204. 6. 8. arg. con essermi obligato in atti del Notaro Gio. Agostino Savignone li 30. del mese di Giugno dell'anno prossimamente passato di dover per detta valuta assegnare & obligare tanta porzione dell' acquisto, che come sopra hò fatto dal detto quondam Signor Filippo al Fideicommisso instituito dal detto Signor Lorenzo mio Zio paterno, e della quondam Signora Tomasina Spinola mia Madre à favore della medema, e de suoi Descendenti, del qual fideicommisso ne hò oggidì come Primogenito la goduta, così ordino, e voglio, che detta parte del medemo acquistata dal detto quondam Signor Filippo Fieschi resti assegnata & obligata per la sudetta somma per Lire 2204. 6. 8. al detto Fideicommisso, si come glie l'assigno in tutto, come si contiene nel sudetto Istromento passato con li sudetti Signori Fideicommissarii detto giorno de 30. Giugno. In oltre voglio, che tutto quello, che è pervenuto in me di libero di detto feudo resti parimente col medemo vincolo de memorati Fideicommissi instituti da detti quondam Giacomo Fieschi, e Lorenzo Marchio, e che detto Borgo della Croce con sua giurisdizione e pertinenze si conservi perpetuamente nella mia eredità & agnazione, se così sarà la santa volontà per Dio, e che mai si parta dalla mia descendenza, e linea mascolina, per il che ordino e voglio, che del detto Borgo della Croce & ogni cosa spettante e perti-

pertinente al medemo ne secoli de secoli inalienabile, nè si posse vendere, alienare, obligare, pignorare, ipothecare, nè in qualonque modo in altri transferire, proibendo ogni obligazione di qualonque sorte, etiamdio, che procedesse, ò dovesse peratsi per causa, per dote, ò doti constituite, ò da constituirsi, ò da restituirsi, riscatto de schiavi, liberazione dalle carceri si per debiti civili come cause criminali, nè meno per alimenti, & qualsivoglia altra causa, anche più privilegiata, volendo che detto Borgo della Croce con qualsivoglia parte e parti in tutto come sopra in ogni miglior modo resti totalmente inalienabile in perpetuo, e posseduto solamente dalli chiamati da me alla goduta del medemo feudo con ordine sempre per primogenitura, come si dirà in appresso.

Con espressa dichiarazione, e conditione però ch' etiamdio nel caso del ritardato pagamento di sudette due partite di capitale, e frutti, o sia alimenti dotali decorsi, e decorrendi, come sopra, non possano, ne debbano detti Ill^mi Sig^ri Giugali Spinola, ne alcuno di essi, o loro eredi, e successori tentare di conseguirvi pagamento sopra del sudetto Feudo, o sue ragioni, ne ad dimandarne l'Investitura a sua Cesarea & Real Cattolica Maestà, se non passati anni otto prossimi, mà passato il detto termino di anni otto possano detti Ill^mi Sig^ri Giugali Spinola, o chi si voglia di essi, o loro eredi, e successori tentare, e conseguire il pagamento di sudetto loro credito, e frutti, o sia alimenti dotali decorsi, e decorrendi in auvenire sopra del sudetto Feudo, sue ragioni, e pertinenze (salvo sempre il Jus della superiorità, ed alto Dominio alla Maestà dell' Imperatore) con ad dimandarne la solita Investitura, e fare tutti quei riccorsi, che loro meglio parranno, e piaceranno, anzi di subito passato il detto termine possano sudetti Ill^mi Sig^ri Giugali Spinola, o alcuno di loro, o loro eredi, e successori subentrare a drittura al possesso, e goduta del detto Feudo spettante al detto Ecc^mo Sig^r Conte Urbano scuoderne i redditi, fitti, e dritti, come appunto far potrebbe esso Ecc^mo Sig^r Urbano, fino a tanto che ne averanno ottenuta l' Investitura da S. Cesarea e Real Cattolica Maestà, o la permissione di conseguire il pagamento, al qual' effetto detto Ecc^mo Sig^re Conte Urbano, fin d' ora per quando sarà finito il detto termine, constituisce detti Ill^mi Sig^ri Giugali Spinola, o chi di loro &c. o loro eredi, e successori &c. Procuratori etiam post mortem, come in cosa, e fatto proprio, a poter amministrare il detto Feudo, essigerne i dritti, utili, e benefici, subentrando nella stessa faccoltà, ed autorità, che compete al detto Ecc^mo Sig^re Conte Urbano, il quale a questo effetto si constituisce tenere, e possedere sudetto Feudo, tanto al precario nome, quanto per semplice constituto, perche così &c.

E supplica la Sacra Cesarea & Real Cattolica Maestà di Carlo Sesto Imperadore &c. che voglia degnarsi di concedere il suo benignissimo Placet, ed Assenso a tutto quanto si contiene nel presente Instromento, con decretare, che debba aver forza, e vigore, ed intieramente essequirsi &c.

Delle quali cose tutte fui pregato io infrascritto Notaro tenerne Protocollo, e per maggior fede, e corroborazione delle med^me la prefata Sua Ecc^za si è ex superabundanti di proprio pugno qui sottoscritta, corroborandole col suo solito sigillo alla presenza di me Notaro, e delli Sig^ri Sebastiano Drago quondam Dom^co da Genova, Tobia Schrok, figlio di Gio. Nicolo da Brauna, nella Baviera, e Gio. Theoffilo quondam Tito da Vienna J. U. Studioso mio scrivano Testimonii a quest' atto rogati, ed idonei &c.

Fatto, e publicato in Vienna d'Austria nel mio solito studio sullo piazza detta Brandstatt nel giorno di Venerdi vent' uno Agosto dell' anno 1716. mille settecento sedeci.

(L. S.)

Conte Urbano Fiesco.

(Loc. Sigilli Tabell.) Antonio Passerini J. U. D. Auvocato, & Notaro Publico giurato in Vienna; In fede, al presente atto rogato, mi sono sottoscritto, corroborandolo col solito mio Simbolo di Tabellionato.

(Loc. Signeti.)

XVI.

Instrumentum, vi cujus Cardinalis Laurentius Fliscus, Archiepiscopus Januensis, successioni in feudum Imperiale Mongiardini, ad se, tenore Fidei-Commissi quondam Innocentii Flisci, devolutæ renunciavit, d. d. 22. Jul. 1720.

In Nomine Domini Amen!

UNiversis & singulis, præsens hoc instrumentum inspecturis, lecturis, vel audituris, aut iis, quorum interest, notum & manifestum sit, quod anno ab ejusdem Domini Nostri Jesu Christi salutifera nativitate millesimo, septingentesimo, vigesimo, Indictione duodecima, die vero vigesima secunda mensis Julii, regnante Augustissimo Rom. Imp. Carolo VI. postquam divinæ placuit Majestati, à cujus nutu omnia humanæ vitæ dependent momenta, ad æternam gloriam vocare Dn. Antonium Mariam Fliscum ultimum investitum possessorem feudi Mongiardini, & sic dictum feudum ad fratrem nunc Eminentissimum & Reverendissimum. D. D. Cardinalem Laurentium Fliscum, Archiepiscopum Januensem, vigore institutionis fideicommissi à quondam D. Innocentio Patre substitutum, devolutum fuit, præsens Eminentissimus & Reverendissimus D. D. Cardinalis Laurentius Archiepiscopus volens in obsequium supernæ vocationis oves sibi creditas, ea, qua

qua par est, pastorali vigilantia, à curis secularibus non distractus, regere, & gubernare, sponte & omni meliori modo cesserit, & renunciaverit in optima juris forma, prout hisce cedit &, renunciat omnibus & quibuscunque juribus, & actionibus, quæ ipsi Eminentiss. & Reverendiss. quomodolibet spectare, & competere possunt, & potuerunt ex quacunque causa & via in dictum feudum, a Sacro Romano Imperio immediate dependens, nihil sibi penitus retinens, aut reservans, imo ad cautelam declarans se dictum feudum acceptare nolle, nec ipsi quoquo modo se se immiscere, perinde ac si nulla ad ejus favorem facta fuisset substitutio, aut vocatio, sed subjectum remanere debere antefato fideicommisso cum omnibus conditionibus & qualitatibus appositis, & quæ oppositæ leguntur, in pie defuncti Patris Innocentii, piissimæ memoriæ, institutione ad favorem ejus, vel eorum (dempto de medio ipso Eminentissimo & Reverendissimo Laurentio refutante) a dicto quondam ejus Patre vocati, seu vocatorum, juxta ordinem per ipsum præscriptum, prout sic dicit, declarat & abstinet, sive renunciat omni modo &c.

Quam ob rem ita, & non aliter &c.

In quorum majorem & plenam fidem infrascriptus Eminentissimus & Reverendissimus Dominus Cardinalis Laurentius præsens hoc renunciationis abdicativæ instrumentum in præsentia infrascriptorum D. D. testium rogatorum propria manu se subscripsit, sigilloque suo munivit. Dabatur Genuæ die, mense, anno quo supra.

(L. S.) Laurentius Cardinalis Fliscus.

(L. S.) Philippus Monti Canonicus Magiscolæ Metropolitanæ Ecclesiæ Januensis.

(L. S.) Johannes Andreas Vento, Rector Ecclesiæ Parochialis Sanctissimi Salvatoris Genuæ.

(L. S.) Joseph Maria Canevarius, Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ.

XVII.

Caroli VI. Romanorum Imperatoris Literæ, in quibus Hectorem Fliscum cum de sexta parte, tum de aliis portionibus Castri atque Territorii Mongiardini, Vallis Berberiæ, Villæ S Nazarii, Villarum Domus S. Martini, S. Mariæ, Vighi & Feghini ac loci Cantalupi & Buzallæ, omnibusque ad ea pertinentibus investivit, d. d. 15. Septembr. An. 1721.

CArolus VI. &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Nobis noster Sacrique Imperii fidelis dilectus Hector Fliscus humillime exponi curarit, quemadmodum frater suus Antonius Maria Fliscus de sexta feudi Imperialis Mongiardini, vulgo il Lugo nuncupati, parte, a Nobis die decima sexta Julii anno millesimo septingentesimo decimo quarto investitus ultimam vitæ suæ periodum, die prima Junii anni proxime præteriti peregerit, dictaque sexta feudi pars cum aliis portionibus Castri & Territorii Mongiardini, vigore fideicommissi atque in eo contentæ substitutionis paternæ, ad Reverendissimum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Laurentium Fliscum, refutatione vero per eundem facta ad prænominatum supplicantem Hectorem devoluta sit: Nosque humillime orarit, ut non tantum Instrumenta institutionis hæredum, & erectionis fideicommissorum ac primogenituræ, nec non conditum Paternum Testamentum & Codicillum anterioribus Investituris insertorum, in omnibus suis punctis, clausulis ac membris, denuo benigne confirmare atque approbare, sed etiam ipsum supplicantem, Hectorem Fliscum, de præfata sexta parte, aliisque portionibus Castri ac Territorii Mongiardini, cum omnibus suis annexis villis, locis, terris, ac appertinentiis, ad formam priorum antiquarum Investiturarum, & juxta dictum institutum ordinem primogenituræ clementissime investire dignaremur; Nos considerato peculiari fidelitatis & obsequii Zelo, quo Fliscorum familiæ majores divis Prædecessoribus nostris Sacroque Romano Imperio operam suam quibuscunque occasionibus egregie navarunt, persuasi, insuper eundem Hectorem Fliscum in eadem Nos & Successores nostros fide ac observantia, quam ipse flagrante contra Nos in Italia nupero bello insigni constantia pro immortali laude sua opere ipso testatus est, perseveraturum, demissis & æquis illius precibus benigne annuentes, præcitatam institutionem hæredum, fideicommissorum & primogenituræ, nec non testamentum Innocentii Flisci, ejusque Codicillum in omnibus suis clausulis, punctis & formulis benigne confirmaverimus & approbaverimus, ipsumque Hectorem Fliscum de dictis portionibus clementer investiverimus & infeudaverimus: Uti per præsentes ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, authoritateque nostra Cæsarea & de ejusdem potestatis plenitudine prærepetitam institutionem hæredum, fideicommissorum, & primogenituræ, nec non Testamentum Innocentii Flisci ejusque Codicillum in omnibus suis clausulis, punctis, & formulis confirmamus & approbamus, ac proinde ac eadem scientia nostra animo bene deliberato, authoritateque Nostra Cæsarea, & de ejusdem potestatis plenitudine sæpenominatum Hectorem Fliscum tam de eadem sexta parte, quam aliis portionibus Castri & Territorii Mongiardini, Vallis Berberiæ, Villæ Sancti Nazarii, Villarum Domus Sancti Martini, Sanctæ Mariæ, Vighi & Veghini ac loci Cantalupi & Buzallæ, cum suis pertinentiis & omnimoda jurisdictione, mero & mixto imperio, reditibus & juribus circa, & in dictis portioni-

tionibus competentibus pro se ac descendentibus suis masculis ex legitimo thoro natis & nascituris in infinitum juxta præcitatas aliisque investituris insertas fideicommissi & primogenituræ dispositionis formas & tabulas a Nobis laudatas, confirmatas & ratificatas, benigne, clementerque investimus, statuentes præmissa omnia & singula rata, valida, firma, perpetua esse, censeri atque ab omnibus inviolabiliter observari debere; Elargientes & dantes eidem Hectori Flisco ejusque descendentibus masculis ex legitimo thoro natis & nascituris supra dicto ordine primogenituræ in infinitum, in sæpe nominatis portionibus omnem potestatem Nobis competentem, atque ut in iis ita agere, eaque omnia exercere possint, ac valeant, quæ Nos ipsi agere & exercere possumus, & valemus, nihil Nobis penitus retinentes præter solam superioritatem Cæsaream, quam Nobis ac nostris in Imperio Successoribus, & quibus ea specialiter demandata fuerit, reservamus cum subjectionis & homagii sacramento, quod in verba nostra sæpedicti Hectoris Flisci legitimus ad hoc constitutus Procurator honorabilis Nostri & Sacri Imperii fidelis dilectus Joannes Josephus Wirsching, ad Aulam nostram Cæsaream Agens, vigore Mandati Procuratorii Nobis exhibiti, loco, nomine atque in animam ipsius dixit, ac præstitit, supplentes quoscunque defectus tam juris quam facti, si qui in præmissis intervenerint, quibuslibet legibus, constitutionibus, consuetudinibus, etiam feudalibus, statutis, ordinibus ac decretis non obstantibus, quibus omnibus ac singulis pro hac vice duntaxat auctoritate ac scientia prædictis derogamus & derogatum esse volumus; Nostris tamen & Sacri Romani Imperii aliorumque juribus semper salvis & illæsis: In quorum omnium fidem, testimonium ac robur hasce nostras Cæsareas literas manus nostræ subscriptione & sigilli nostri Cæsarei appensione munitas ipsi dedimus in Civitate nostra Viennæ, die vigesima quinta Septembris, anno millesimo septingentesimo vigesimo primo, regnorum nostrorum Romani decimo, Hispanicorum decimo nono, Hungarici & Bohemici vero undecimo.

Carolus.

V^t. Frid. Carl Com. de Schönborn.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium,

P. W. Georgendiel.

ADDENDA

Ad Partis I. Sectionem I.

Post Num. XXIII. pag. 111.

Tabulæ Pacis inter quosdam Italiæ Status atque Communitates, earumque sequaces compositæ, de An. 1353.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis! sub cujus reverentia & recognitione dignum est ad actus quoslibet humani generis progredi, & sine cujus minimo fervore nullum rite fundatur exordium, nec est possibile finem laudabilem promoveri. Quoniam discordiæ plurimæ, & scandala de præsenti vigebant, & majora discrimina sperabantur necessario eventura inter Reverendissimum in Christo Patrem, & excelsum D. D. Joannem Vice-Comitem, Dei gratia Mediolanensem Archiepiscopum, ac Civitatum Mediolani, Brixiæ, Placentiæ, Parmæ, Bergami, Cremonæ, Cumarum, Vercellarum, Asti, Novarræ, Albæ, Laudæ, Tortonæ, Alexandriæ, &c. Dominum Generalem, nec non Civitatis Bononiæ, & Districtus pro Sacra Romana Ecclesia Vicarium Generalem, & ejus Complices, Sequaces & Adhærentes ex parte una, & Communia Florentiæ, Perusii, Senarum, Aretii, Pistorii, & Civitatis Castelli, & eorum Sequaces, Complices, & Adhærentes, ex parte altera, quæ considerantes præfatæ partes, & cognoscentes non solum parva, sed etiam maxima guerrarum asperitate in ruinam committi, & pacis vinculo minima magnificari in statum, & majora suis meritis, & laboribus gaudere, & in statum alias volubilem fundari, ac etiam existimantes, quod suadente charitatis virtute, ut carnem redimeret carnis Creator, carnem assumpsit, & lege solutus, sub lege carnis se posuit, & homo factus condidit testamentum, in quo amatores pacis sui Regni hæredes instituit exhæredando, ut male meritos, qui scandala & schismata seminabunt, ut inimici humani generis, secuturi doctrinam, & vestigia ejusdem Domini Nostri Jesu Christi amplectentes, ad pacem, & concordiam cum cunctis modis, pactis, & conventionibus devenerunt, honorabili Viro Francisco de Gambacurtis, quondam Coscii de Gambacurtæ de Piscis mediatore, & communi amico dictarum partium existente ad laudem & statum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ & in honorem, & exaltationem invictissimi, & semper Augusti Imper. Romanorum &c.

Egregii milites Domini Guglielmus, Marchio Pallavicinus, & Protasius de Caynis Syndici, & actores, factores, & procuratores, & nuntii spirituales suprascripti Domini Archiepiscopi Mediolani ab ipso Archiepiscopo legitime constituti, & ordinati, ad cuncta, & alia facien-

facienda, ut de syndicatu & procuratoriatu constat publicum instrumentum rogatum per Gabrielem de Ottobellis de Placentia notarium publicum, & ipsius Domini Archiepiscopi Cancellarium sub Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1353. indictione 6. die Jovis, 10. mensis Januarii, actum Mediolan. cujus quidem Instrum. procur. series inferius pro expedienti cautela adnotatur, procur. ac syndic. nomine pro ipso Domino Archiepiscopo, ac etiam gestorio nomine pro omnibus, & singulis aliis de Domo & progenie sua, omnibus & singulis infradictis ejusdem Domini Archiepiscopi cohærentibus, sequacibus vel subditis.

Magnifico D. D. ---- Idebrandino Dei gratia Marchione Estensi, & fratribus suis.

Rev. in Christo Patre Domino Buoso Dei gratia Episcopo Aret. & omnibus de domo Ubertinorum, & sequacibus eorum.

Bartolomæo de Casalibus Domino Cortonæ, fratribus, & sequacibus ejus, & Communi Cortonæ.

Noffo Comite Montisferretri, fratribus & sequacibus suis.

Domino Petro Saccone de Petramala, & aliis de domo & progenie sua, & sequacibus ejus.

Nerio de Fagivola, & sequacibus suis.

Comitibus Ricciardo, & Galleotto de Mutiliana, & omnibus de domo eorum, & sequacibus.

Domino Manfredo de Pazzis Vallisarni, & omnibus de domo sua, & sequacibus eorum.

Ghino, Marchione de Petriolo, filio & sequacibus suis.

Guidaccio Domino Brandalliæ de Antio, & omnibus de domo sua, & sequacibus suis.

Communi & hominibus Burgi S. Sepulchri, & ejus districtu.

Contuccio de Zunciolis de Perusio, & sequacibus suis.

Domino Nicolao, Domino Bartoli alias dicto Dominæ Matteldæ de Perusio.

Communi Eugubii, & Joanne Cantrucii cum eorum sequacibus.

Omnibus Clarevallensibus de Tuderto, & eorum sequacibus.

Omnibus extrinsecis Castillionis Aretini.

Spina & Simone } Comitibus de Romena.

Dominis Federico, & Azzone Marchionibus Malespinæ de Villafranca cum fratribus, & sequacibus eorum.

Communi Fabriani Domino Alberghetto de Chiavellis de Fabriano.

Gentile de Maliano, & filiis suis.

D. Lomo de Sancta Maria.

Lapo de Ricasolis, fratribus & sequacibus suis.

Omnibus illis de Ubaldinis generaliter, & fidelibus, & sequacibus suis.

Domino Francisco Castracane Comite Coreliæ.

Jacobo Laini de Pulcis de Florentia.

Comite Tano de Montecarello, & omnibus consortibus, & fidelibus. & sequacibus suis.

Comite Joanne de Bruscolo, & ejus consortibus, & sequacibus.

Comite Neapoleone, & Fratribus de Castilione de Sattis cum consortibus, fidelibus & sequacibus.

Jacobo de Guazzalotris de Prato consortibus, & sequacibus suis,

Domino Carlino de Tediciis de Pistorio, & sequacibus, & amicis suis.

D. Francisco de Vergellensibus de Pistorio, & sequacibus, & amicis.

D. Luchino del Verme milite cive Veronen.

Gabriele, sive Gabriotto de Octobellis de Placentia.

Aldobrando, & fratribus suis de Goli consortibus & sequacibus suis.

Jacobo Pagani, Joanne Tottini, Jacobo Totti, Perotto Simonis & Morellino. } de Gualfreducciis de Pistorio, & sequacibus suis.

Pantaleone Ruffini de Pistorio.

Jacobo & Joannne } Cambis de Pistorio.

Joanne Junetæ, & Joanne Brieci } de Pistorio.

Francisco Albizzino } Franchi de Panciatichis de Pistorio.

Piccenello della Moscalia, & aliis de domo sua.

Omnibus illis de S. Boveglio.

Nicolao Spaglie de Podio Manentis & Perusio.

Niccoluccio ejus filio.

Baldino eorum famulo.

Et eorum, & quolibet eorum, & cujuscumque ipsorum adhærentibus subditis, & sequacibus, promiserunt, & convenerunt infradictis Carolo D. Betto Legerio & Bectolo syndicis infradictis, ac etiam nobis notariis publicis infradictis, & cuilibet nostrum in solidum recipientibus, & stipulantibus pro communibus Florentiæ, Perusii, Senarum, & Aretii, Pistorii, & civitatis Castelli, & quolibet eorum, & cujuscunque ipsorum adhærentibus, subditis, & sequacibus de rato, & ratihabitione, & se facturum, & curaturum, ita & taliter, omni & qualibet exceptione juris & facti remota, quod prædicti sequaces, adhærentes & subditi dicti Domini Archiepiscopi ipsi, & quilibet eorum tangunt, vel tangere possunt, ratificabunt & approbabunt, per publicum instrumentum, seu instrumenta vallata omnibus & singulis substantialitatibus, & cautelis, & omnibus aliis quibuscumque, tam de jure, quam de facto, usque ad tres menses proxime venturos, & si dicti adhærentes, sequaces, & subditi dictam ratificationem infra dictum tempus non facerent, intelligantur exclusi in præsenti pace, & agentes pro eis ad nihilum teneantur, modis & nominibus, quibus supra, ex parte una.

Et providus vir Carolus Strozza de Strozziis civis Hon. Florentinus Syndicus & Procurator com-

communis & populi Florentini, ut de ejus Syndicatu & Procuratoriatu constat publicum instrumentum rogatum & publicatum per quondam F. Andreæ, Civem, & Notar. Flor. sub anno 1353. Indictione 6. 20. Feb. & prudentes, & discreti viri

D. Bectus Andreuccii Nini Jurisperitus,

Logerius Nicoluccii Andreotti &

Bectolus Peri de Pelacanibus.

Cives Hon. Perusii, & Procur. Perusii, ut de eorum Syndic. & Procur. constat instrumentum rogatum per F. Martinum Ciccoli civem Perusii de anno 1352. Indictione 5. 29. mensis Decembris, & gestorio nomine terrarum, & locorum, quas tenent & possident dicta Communia, ac pro eorum adhærentibus, & sequacibus, dictus Carolus pro Communi, & Civitate Florentiæ, & pro terris, & locis, quæ tenet & possidet dictum Commune Florentiæ, & pro

Castro S. Germiniani.
Castro Miniatis al Tedesco.
Castro Collis Vallisessæ.
Castro Bargæ.
Castro Verniæ.
Castro, sive Comitatu Putei.
Civitate Pistorii.
Castro Prati.
Civitate Aretii.
Civitate Vulterræ.
Castris Vallis Nebulæ, & Vallis Adrianæ.

Comitibus Guidone, Roberto, & Piero Comitibus de prato veteri cum omnibus eorum, & cujuscunque eorum communitatibus, districtu, pertinentiis, & hominibus, & omnibus adhærentibus, & sequacibus Communis Florentiæ.

Et dicti Dominus Legerius Bectus, & Bectolus pro Civitate & Communi Perusii, & pro terris, & locis, quæ tenet & possidet dictum Commune Perusii, & pro

Civitate Spoleti.
Civitate Fulginei.
Civitate Assisii.
Civitate Nucerii.
Terra Gualdi Nucerii.
Terra Camariæ.
Terra Sassiferrati, &
D. Ungaro, &
D. Alovigio, & eorum consortibus de dicta terra.
Terra Spelli.
Terra Trevi.
Terra Montisfalconis.
Terra Menavii.
Districtualibus Bictonii.
Terra Cerreti.
Civitate Castelli.
D. Episcopo Tudertino, & civitate, & Communi Tuderti.
Civitate Elusii.
Terra castri plebis S. Gervasii.
Bainerio Comite de Santeano, & terra Sarteani.
Castro Porcariæ.
Terra Rochæ contratæ.
Terra Foivini.
Terra Lucignani.
Terra Montis S. Savini.
Terra Castilionis olim Aretini.
Castro Monticuli Vespionum.
Marchionibus de Monte S. Mariæ cum suis Terris.
Comite Ildebrandino, & fratribus, & filiis quondam Comitis Guidonis de Johanna de Filiis Ursi, & eorum terris.
Castro Durantis.
Castro S. Angeli in vado.
Castro Sassi Corbai, &
Castro Turris Abbate.
Terra S. Gemini.

Et cujuslibet dictarum terrarum, & locorum, & dictorum Dominorum supranominatorum Comitatus & districtus, & pro omnibus, & aliis singulis terris, quas Commune Perusii habet sub sua protectione, & in provincia Massæ Trebariæ, & in Comitatu olim Orbini, & pro omnibus, & singulis infra in capitulis præsentis pacis nominatis, & expressis, Dominis Guelfis de Marchia Anconitana, & eorum Civitate & terris, & omnibus adhærentibus, & sequacibus communis Perusii, pro quibus omnibus promiserunt prædictis D. D. Gulielmo & Portasio, & unicuique eorum, & nobis notariis recipiendo, & stipulando pro dicto Archiepiscopo, & omnibus de ejus domo, & progenie, de rato, & ratihabitione, & quod intra tres menses ratificabunt, & approbabunt præsentem pacem, alias sint exclusi, & non comprehensi, & agentes pro eis in nihilo teneantur.

Et pro Communi Senarum, quod ipsam pacem ratificabit, alias agentes pro eo ad nihil teneantur, nec obligentur.

Insuper dicti Procuratores & Syndici nominibus, quibus supra, invicem & vicissim inter se remiserunt omnia damna, incendia, rapinas, cavallatas, devastationes, depredationes, castrametationes, tractatus, injurias, facta, & illata ab aliquibus unius partis alteri parti, seu alicui, vel aliquibus alterius partis, & e contrario tempore guerræ, ita quod nullus rector vel officialis possit, vel debeat occasione alicujus tractatus &c.

Occasione aut prætextu præsentis guerræ ab initio incœptæ guerræ citra cognoscere, procedere, aut punire, & nullam habeat vel habere possit jurisdictionem aut cognitionem de prædictis, & sint ipso jure nulla, & non teneant; in qua pace apposuerunt capitula infradicta.

In primis quod omnes de Domo Ubaldinorum de Alpibus eximantur, & cancellentur ab omnibus bannis, & condemnationibus, & processibus criminalibus illatis, seu factis alicui eorum

rorum in civitate Florentiæ, Perusii, Senarum, Aretii, Pistorii, civitate Castelli, & in aliis locis sequacibus & adhærentibus sine aliqua solutione, & idem intelligatur de aliis, qui cum dictis Ubaldinis condemnati essent, & in eadem condemnatione, & processibus comprehensi essent, & etiam eorum adhærentes & sequaces eximantur, & liberentur ab omnibus condemnationibus & processibus factis & latis in dictis civitatibus & locis, sine aliqua solutione, vel onere.

Item quod omnes & singuli de Ubaldinis, qui beneficio præsentis pacis uti possunt, restituantur ad omnia bona, quæ possidebant tempore eorum expulsionis, vel quando contra eos processum est, quæ bona eorum Commune Florentiæ per se, vel alium possidet. Quæ bona, per Commune Florentiæ alienata, vel in alium translata, vel ab aliquo eorum officiali ab anno Domini 1340. retro restitutio præsentis non vendicet sibi locum, si vero ab anno 1340. citra tunc restitutio locum habeat, & plenum obtineat effectum.

Item quod Gentilis, & Ugolinus fratres, & filius Simonis de Soldaneriis de Florentia, & Ricoverus de Circulis de Florentia, uti possint beneficio præsentis pacis, tamquam adhærentes & sequaces prædictorum de Ubaldinis, & quantum ad exemptionem bannorum, & restitutionem bonorum fiat, sicut de aliis adhærentibus Ubaldinorum supradictum est.

Item quod Andreas & Guido quondam Attaviani de Ubaldinis detenti in carceribus Communis Florentiæ libere sine aliqua solutione pecuniæ ab ipsis carceribus relaxentur & eximantur.

Item quod omnia ordinamenta, & provisiones facta per dicta Communia specialiter, & nominatim contra prædictos de Ubaldinis, vel aliquem eorum, seu contra eorum sequaces, de capiendo, vel occidendo cum pecunia, vel sine, sint cassa, & annullata, & nullius valoris, efficaciæ, vel momenti.

Item quod repressaliæ concessæ alicui, vel aliquibus per dicta Communia contra prædictos de Ubaldinis, sive contra subditos & fideles, sint nullæ, & cassæ nullius valoris, salvo jure crediti, & idem fiat si a dictis de Ubaldinis concessæ fuissent contra dicta Communia.

Item quod castrum Lozzoli positum in partibus Alpium libere relaxetur per Commune Florentiæ dictis de Ubaldinis.

Item quod in prædictis, & infradictis privilegia tam Imperialia, quam Papalia, non veniant, & de ipsis nihil sit approbatum, vel reprobatum.

Item quod Ermellinæ fil. q. Joannazzii de Scholaribus Uxori Azzonis Vannis de Susinana, & Joannæ matri dictæ D. Ermellinæ Uxori q. dicti Joannazzii fiat jus summarium, & de plano, sine figura & strepitu judicii.

Item quod Maghinardo Joannis de Ubaldinis fiat jus summarium, & de plano, sine figura judicii in omni jure, quod prætenderet vigore dotium Dominæ Bartholomeæ uxoris dictæ Maghinardi.

Item quod omnes condemnationes, banna, processus, facta contra infradictos sint cassa, & nullius valoris.

Nomina vero, de quibus fit mentio, & quæ cancellari debent, sunt hæc:

Dominus Luchinus de Verme, civis, & miles Veronensis.

Aldobrandinus, Lanfrancus, Ser Curradus, Nicolaus, & Agnolus } fratres, & filii quondam Bartoli, de Soli.

Jacobus, Bartholomæus, & Petrus } fratres, & fil. Franc. de Cignano.

Joannes q. Duccii, qui dicitur Capo.

Presbyter Laurentius Joannis Ciucii de Scarperia.

Daniellus Ruggerii de Soli.

Zuccherinus Ursi, sive Bancbellus.

Bartholomæus quondam Bonaventuræ, sive Turrini.

Item quod omnia statuta, ordinamenta seu provisiones contra supradictos facta de capiendo, seu occidendo, cum pecunia, vel sine, sint cassa, & annullata, & nullius valoris, & efficaciæ.

Item quod dictus Aldobrandinus, & alii supranominati restituantur ad omnia bona, quæ possidebant tempore eorum expulsionis, & rebellionis, quæ bona Commune Florentiæ tenet vel possidet, si alienata, vel aliis assignata non essent per dictum Commune, vel ejus Officiales ante annum 1340. sine aliquo onere, vel præsentia pecuniarum; si vero ante annum 1340. alienata fuissent, præsens restitutio non vendicet sibi locum; si vero ab anno 1340. citra, tunc ipsa restitutio locum habeat, & plenum obtineat effectum. Si vero possiderentur per aliquam singularem personam non prætendentem causam a dicto Communi Florentiæ, fiat restitutio contra detentores & possessores dictorum bonorum jus summarium, & de plano, sine strepitu & figura judicii.

Item quod supradicti Aldobrandinus, & alii supra nominati possint libere stare & habitare in civitate Florentiæ, Comitatu & districtu sicut alii cives.

Item quod hæredes Rolandi de Florentia condemnati ad mortem per D. Andream de Pasano, Potestatem Florentiæ, cancellentur a bannis, & condemnatio, & processus, & sententiæ latæ contra eos sint nullæ & cassæ.

Item quod supradicti restituantur ad omnia eorum bona, quæ fuerunt olim Orlandi, & quæ possidebant tempore eorum expulsionis, vel rebellionis; si tamen ea bona per commune possessa, vel in alium translata fuerint ante annum 1340. restitutio non habeat locum; si vero dicta bona fuerint translata anno Domini 1340. citra restitutio habeat locum, & suum sortiatur effectum, & si teneantur a non habentibus cau-

causam a Communi Florentiæ fiat eis restitutio, & jus summarium contra detentores sine strepitu. & figura judicii.

Item idem fiat in bannis, condemnationibus, & aliis processibus criminalibus factis contra Philippum de Ammanatis de Pistorio ut supra de dicto Orlando.

Item quod Plebanus Gherardus de Agolantibus, filius quondam Ugonis, & omnes & singuli de dicta domo & progenie rebanniantur a die initii guerræ existentis inter dictum Archiepiscopum, & ejus adhærentes, & sequaces ex parte una, & Commune Florentiæ, & alia communia ex parte altera, quod initium guerræ debet intelligi esse in anno 1350.

Item quod dicto Plebano Gherardo per commune seu ejus official. fiat jus summarium secundum ordinamenta & statuta dicti communis, & quod possit morari in diœcesi civitatis Florentiæ pacifice, & sine ulla contradictione, & molestia, & bona, & res ipsius plebis habere & recipere.

Item quod dictus Gherardus, & omnes de domo de Agolantibus restituantur ad omnia & singula eorum bona, quæ ab eis possidebantur in anno 1350. & abinde citra.

Item quod D. Carlinus Miles de Domo Tediciorum, & D. Franciscus miles de Vergellensibus de Pistorio, & omnes consortes eorum eximantur ab omnibus & singulis bannis, condemnationibus & processibus criminalibus contra eos factis, quocumque tempore vel causa in civitate Florentiæ, Perusii, Aretii, Senarum, Pistorii, Civitatis Castelli, absque aliqua solutione pecuniæ, vel onere.

Item quod dicta banna, condemnationes & processus intelligantur esse cassa & cancellata, dummodo non sint per causam alicujus enormis delicti, sed beneficio hujus præsentis pacis intelligantur ea, quæ data sunt causa partialitatis, nec non possint accedere, & intrare in civitatem Pistorii, quodsi aliter fecerint, procedatur secundum dispositionem statutorum civitatis Pistorii.

Item quod dictus Carlinus & Franciscus restituantur ad omnia eorum bona modis & formis, ut de aliis supradictum est, salvo quod de bonis dicti Carlini fiat, & procedatur secundum dispositionem Francisci de Gambacurtis de Pisis.

Item quod dicti Tanus Joannes Antonius, & Albertus Napoleone, Ludovicus Guidarellus, Bernardinus Comit. & quilibet eorum intelligantur liberati ab omnibus bannis, condemnationibus & processibus datis & latis per commune Florentiæ, & alia communia quocumque tempore, & quacumque de causa in civitate Florentiæ, Perusii &c.

Item quod omnes & singuli fideles eorum, & sequaces absolvantur ab omnibus bannis, condemnationibus & processibus latis contra eos occasione præsentis guerræ, & cuicunque eorum fiat jus summarium de plano sine strepitu, & figura judicii.

Item quod prædicti Comites Guilelmus, & Tancredi de S. Bonello sint liberi & cancellati ab omnibus bannis & condemnationibus incursis quocumque tempore, & quacumque de causa in civitate Florentiæ &c. sine aliqua solutione & onere.

Item quod restituantur ad omnia eorum bona eis occupata, post inceptam guerram, quæ fuit de anno 1350.

Item quod Pizzinellus della Moscaja, & ejus consortes intelligantur cancellati ab omnibus bannis, &c. ut supra.

Item quod dictus Pizzinellus restituatur ad omnia bona, quæ ab eo possidebantur tempore expulsionis & rebellionis, ut supra de aliis dictum est, & quod dictus Pizzinellus non possit intrare civitatem Pistorii, Castrum Seravallis, quodsi aliter fecerit, procedatur, ut de Carlino dictum est.

Item quod prædicti Comites Galeottus, & eorum consortes & fideles rebanniantur & sint liberi ab omnibus bannis, & condemnationibus & processibus, quocumque tempore, & quacumque de causa per Civitatem Florentiæ, & alia communia, & quod repressaliæ, contra eos concessæ, sint nullæ & cassæ, exceptis quibusdam concessis de Spinis viginti annis retro, & e contrario; de quibus fiat eis jus summarium, & sine strepitu, & figura judicii.

Item quod dictus Comes Galeottus restituatur ad omnia bona posita in partibus Castri S. Nic. Castri de Guardotoriæ, Castri S. Angeli, Castri de Carlino, Castri de Ozzoni, salvis & exceptis, quod non extendantur, nec vendicent sibi locum in quantum ad Castra, fortalitia & jurisdictiones, & Vasallos, & fideles, & hoc ei servetur, si ratificaverint præsentem pacem, qua non ratificata, intelligatur ei omne jus sublatum in prædictis, & non possit uti beneficio præsentis pacis.

Item hoc etiam excepto quod dictus Comes Galeottus, filii, vel aliquis eorum non possit ingredi Civitatem Florentiæ, & ad dicta loca, & si contrafecerit, procedatur ut de aliis supradictum est.

Item quod Comiti Galeotto & Ricciardo fiat jus summarium coram judice competente, de omni eo, quod ei ab aliquo deberetur.

Item quod Ser Jacobus Pagni de Pistorio intelligatur esse, & sit in eo statu, in quo erat ante præsentem guerram, & sit liberatus ab omnibus bannis, &c. factis tempore præsentis guerræ quacumque causa.

Item quod Simoni & Spinæ fratribus, & filiis quondam egregii Viri D. Bandini Comitis Comitatus Romenæ, & hæredibus & fil. quondam D. Aghinolfi Comitis Romenæ fiat jus summarium sine strepitu & figura judicii, super eo, quod dicunt de quarta parte totius Putei vel Pozzii Comitis Romenæ cum omni dominio, proprietate, talia spectant ad dictam quartam partem Putei, vel Puzzii spectantem pleno jure ad dictum D. Aghinolfum.

Item quod Lapus, Ugo, & Nicolaus Bindus, &

& Arrigus fratres, & fil. olim Arrighi Ricasolis D. Bindi de Ricasolis district. Florentiæ, & infradicti sequaces, & amici eorum intelligantur liberi, & exempti ab omnibus bannis & condemnationibus beneficio præsentis pacis factis contra supradictos ab anno 1350. quacumque de causa & quocumque tempore, & quod intelligantur restitui ad omnia eorum bona, quæ tenebantur ab eis tempore expulsionis & rebellionis, & prædic. non vendicent sibi locum in castris, fortalitiis & jurisdictionibus.

Nomina vero sequacium, & complicium dictorum Lapi, Ughi, Nicolai, Bindi & Arrighi sunt hæc.

Bernardus Ser Chelli.
Fede Simonis.
Joannes Nerii. } de Populo Sancti Justi in Salice.

Michele Benucii.
Martinacius Pierii. } de Trebbio.

Carolus Perucii.
Peruccius Cioli. } de Monte Gonzi.

Baghinus Gozzi.
Ramaccius Bencivennus. } de Ricasolis.

Orsellus, &
Ser Arrigus } de Radda.

Briccius Cenni voc. Zacchi de Castellina.
Guccius Minuccius voc. Ser de Monte varchi.

Feus Salii vocatus Zacchea
Ciolus Cenni. } de Brolio.

Tinus Vannis voc. Pecchia de Ginari.

Matthæus, &
Panza } Tribaldi
Ser Bartolus præsbyter
Ser Stefanus ejus frater,
Martinus Lucii. } de Vertine.

Vinuccius Cioli
Philippus ejus fil. } de Moncione.

Agnolus de Castagnolo,
Minuccius Perulli de Stiella.
Jacobus Guidonis de S. Petro Avanano.
Gratia de Portignano.

Minuccius Damiani
Joannes voc. Scopone } de S. Cosme.

Mazzonchinus de Camposolice.
Nuccius de Montecastelli.

Item quod omnia banna, condemnationes & processus facti prædictis Jacobo Tocti, Pierozzo Simonis, Gualterio vocatus Morello quondam Ghinuccii de domo Gualfreducciorum de Pistorio, Francisco & Albizo fratribus, & filii quondam Franchi de Pistorio, sint cancellata & cassa, & nullius valoris, sine aliqua solutione pecuniæ & onere.

Item quod sequaces, & adhærentes eorum sint liberi ab omnibus bannis &c. quacumque de causa, & quocumque tempore, dummodo non sint contra eos, vel aliquos eorum existentes ad obedientiam eorum occasione alicujus singularis & enormis delicti.

Item quod prædicti de Gualfreduccis & de Panciatichis intelligantur restituti ad omnia eorum bona.

Item ad honores secundum statuta dictæ civitatis Pistorii, salvo & excepto, quod dictus Gualterius vocatus Morellinus, & Jacobus Tocti non ingrediantur Civitatem & Comitatum Pistorii, & si acciderit observetur ut supra de aliis.

Item quod civitas Aretina eisdem modis & officialibus gubernetur & regatur quibus ad præsens, & quod Ghibellini dictæ civitatis Aretii adhærentes & sequaces dictorum de Ubertinis possint libere, licite & impune ad dictam civitatem redire, & in ea secure stare, & habitare, & eorum bonis gaudere sicut & alii cives Aretii. Exceptis infradictis, qui non possint intrare in ipsam civitatem, nec prope ipsam venire ad duo milliaria.

Omnes de domo Ubertinorum.
Omnes de domo illorum de Pazzis.
Omnes descendentes D. Brandulliæ.
Nobiles de Tallia.
Nobiles de Monte aguto de Barbolanis.
Comites de Palazzuolo.
Nerrius de Fagivola, & omnes de domo sua.
Item d. Bartholomæus Dominus Cortonensis, & Sac. frater, & infradicti sequaces eorum.
Lippus D. Rainerii de Cortonio.

Ser Gregorius,
Donectus, &
Nicolaus. } D. Angeli Corbici de Aretio.

Ser Joannes,
Bandinus,
Federigus, } de dicto loco.

Franciscus Benuccii alias voc. Malacarne de Cortonico.
Franciscus Benastri de Aretio.
Ser Joannes de plebe quarti dicti loci.
Angelus Docti dicti loci.
Angelus Azzolini.
Ser Joannes Serzagliæ, &
Angelus ejus frater.
Donatinus D. Segnæ.
Nutus Accursii de Camajanis.
Cicchus Manni.
Meus della mano.
Ceccharellus Angeli.
Philippus Monis de Sambuco.
Angelus Vannis Giobbis.
Ciuccius dictus Bructaglia.
Isacchi Ser Sini.
Lazzarius de Vicione piccolo.
Nerius Dinucii de Prato antico.
Nicolaus Nelli de Monte alcino.
Michael Naldi de Galognano.
Piccius de Prato antico.
Andreas famulus Joannis Bartolini.
Franciscus Pallaivolus.
Joannes del fratre magister lignaminum.
Rosadus Ser Artini.

Brodacca,
Franciscus &
Accursiccius, } de Bevagna.

Arrigus, &
Jacobus, } Ser Sichi de Paganellis.

Item quod prædicti restituantur ad omnia eorum bona, quæ per eos tenebantur tempore eorum expulsionis, & rebellionis, quæ tenebantur

per commune Florentiæ, vel Aretii ante 1340. sine aliquo onere, vel solutione pecuniæ.

Item quod castra & terræ quælibet Reverend. D. Buosi de Ubertinis Episcopi Aretini, & suorum consortium sint exemptæ, & liberæ, & eam exemptionem & immunitatem habeant in communi Florentiæ & Aretii, quæ eidem Episcopo, & consortibus permissa fuit tempore pacis contractæ inter commune Florentiæ, & ipsos Ubertinos.

Item quod omnia castra, & loca dicti Episcopatus de præsenti detenta, & possessa per ipsum D. Episcopum absoluta, & libera, & exempta remaneant ab omni persona, Collegio, & universitate, & quod omnis jurisdictio civilis & criminalis ad ipsum Episcopum pertineat, in omnibus autem aliis locis ad ipsum Episcopum, seu Episcopatum spectantibus, & quæ ab ipso non teneantur ad præsens, & maxime in castris Civitellæ, Cenninæ, Sanleonini, & Cacciani positis in valle Ambræ, & in castris Giogatorii & Ortignani positis in partibus Casentini, & in castro Rasfinæ omnes utilitates & proventus recipiant à Communi Florent. id est in illis locis, quæ per commune tenentur, & per commune Aretii quæ tenentur, ad ipsum perveniant.

Item quod Nicolao quondam Guidonis de Ubertinis, & ejus uxore, vendere volentibus Castrum Civitellæ siccæ, commune Florentiæ, vel alius voluntate emere teneatur cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, justo pretio inter partes convento, & si esset discordia de pretio, arbitrio Francisci Gambecurtæ stetur, alias si non staretur, per partes eligantur amici duo, qui si non conveniant, adjiciatur supradictus Franciscus de Gambacurta, qui quod cum altero amico dixerit, & statuerit, stetetur, & hæc venditio intelligatur cum idonea satisdatione, & pactis & clausulis in talibus consvetis.

Item quod prædicti de Ubertinis restituantur ad omnia & singula eorum bona, quæ ab eis tenebantur tempore expulsionis & rebellionis ante annum 1340.

Item quod Blaxius Comes de Palazzuolo possit quiete & pacifice tenere, & possidere Castrum de Palazzuolo, & locum Rapallis, & omnes jurisdictiones & pedagia, quæ tenebat tempore motæ gverræ, vel ante, ex quibus expoliatus esset, & quod omnia banna & condemnationes contra dictum comitem cancellentur, & aboleantur in dicta civitate Aretii, Florentiæ, &c. & quod sit liber ab omnibus impositis retrofactis.

Item quod præfatus Comes de Palazzuolo, & alii omnes fratres, & filii, & prædicti de Obertinis cancellentur de omnibus bannis, condemnationibus &c. contra eos quacumque ratione vel causa factis per commune Aretii, Florentiæ &c. & idem intelligatur de sequacibus &c. partialitatis causa, & ratione alicujus enormis & singularis delicti, & restituantur ad omnia bona per eos possessa, ante prædictam condemnationem, & banna, & sint exempti à certis impositis, ipsis Comitibus factis, usque ad præsentem diem.

Item quod dicti Comites de Palazzuolo, & eorum sequaces possint quascumque terras, quas tenent, libere, & sine aliqua contradictione & metu tenere, & possidere.

Item quod castrum, mœnia, muri & turres, & cæteræ fortalitiæ castri Figli, quod possidetur, & est in virtute D. Francisci Castracanis, debeat destrui per dictum D. Franciscum, & teneatur relaxare dictum castrum communi Florentiæ, & ipsum castrum aliquo unquam tempore non possit fortificari per dictum commune, vel Dominum Franciscum, & quod ipse D. Franciscus non se intromittat per se, vel per alium in dicto Castro.

Item quod loca Castrorum Seggii, Mologni, & Pedone, remaneant communi Florentiæ cum omnibus viribus suis, & quod dictum commune non possit ullo unquam tempore molestari.

Item quod commune & castrum, & homines terræ de Sovrano exbanniti & condemnati, rebanniantur & cancellentur ab omni condemnatione, & sint liberi ab oneribus, & impositionibus realibus & personalibus absque aliqua solutione vel pretio.

Item quod dictum Castrum Sovrani, quod jam sunt octo menses, fuit obtentum per Ser Franciscum Ser Michaelis de dicto Castro sub banderia, & subsidio dicti D. Archiepiscopi Mediolanen. remaneat ad dictum Ser Franciscum, & alios terrigenas libere, & pacifice, cum mero, & mixto imperio, sine aliqua contradictione, & à dicto communi Florentiæ sint liberi, & exempti cum hoc, quod terrigenæ non possint subjicere, & submittere dictum castrum dominio & imperio dicti D. Archiep. nec suis sequacibus, & ipse Archiep. & ejus sequaces non possint recipere, & è contrario.

Item quod dic. Franc. & hæredes cum castro & terra Corelliæ cum omnibus terris, castris, & villis veniant, & esse intelligantur comprehensi in præsenti pace.

Item quod suprascripta, & infradicta non intelligantur disposita in favorem exitiorum, & Ghibellinorum de Piscia, Vallis Nebulæ & Seravallæ.

Item quod dictus Dom. Manfredus Passiere de Pazzis, & omnes de domo de Pazzis Vallisarni rebanniantur, & esse intelligantur liberi, & exempti ab omnibus bannis & condemnationibus & processibus contra eos latis per Commune Florent. Aretii &c. & beneficio præsentis pacis cancellentur absque aliquo onere, vel solutione pecuniæ.

Item quod prædicti de Pazzis restituantur ad bona, quæ possidebant tempore eorum expulsionis, & rebellionis, quæ communia Florentiæ & Aretii tenent ante 1340. ut de aliis supra.

Item quod dictus Manfredus, & consortes pro tutela, & defensione suorum bonorum possint ædificare castra, & ædificia sicut eis placuerit, sine aliqua contradictione.

Item

Item quod Guido de Talia, & Bertus filii, & consortes ipsorum sint cancellati ab omnibus damnis, & condemnationibus, & processibus factis quacunque causa & ratione, sine expensis & solutione pecuniæ, & similiter illi de Castro Taliæ & Bagnona, & Castro de Campovecchio & Castro de Biciano rebanniantur si in præsenti guerra fuerint sequaces & adhærentes dictorum Guidonis & Berti.

Item quod Jacobus de Guazzalotris de Prato, & ejus consortes rebanniantur, & liberentur ab omnibus condemnationibus & processibus factis per commune Florent. &c.

Item quod omnia banna, condemnationes & processus, facta contra Ser Franciscum Beccuccii, Nicolaum Albizi, & Ser Nicolaum D. Angeli a duobus annis citra intelligantur cassa, & cancellata absque aliqua solutione & onere.

Item quod omnia banna & condemnationes contra sequaces dicti Jacobi a duobus annis citra sint cassa, vigore præsentis pacis & ejus beneficio.

Item quod omnes & singuli de Guazzalotris & omnes adhærentes, qui beneficio præsentis pacis uti possunt, & filii, & hæredes Ser Francisci Leucii, Nicolai, Albizzi, & Ser Nicolaum D. Angeli restituantur ad omnia bona, quæ possidebant tempore rebellionis.

Item quod dictus Jacobus de Guazzalotris, & omnes alii ejus consortes restituantur per omnia in eorum pristinum statum quoad personas, bona, dignitates, & honores, qui beneficio præsentis pacis uti possunt, excepto, quod & reservatur, quod dictus Jacobus dictam terram Prati non possit ingredi, nec aliquod officium participare, & idem intelligatur de aliis condemnationibus cum eo.

Item quod dictus Jacobus nec aliquis de ejus consortibus, qui de præsenti non est ad mandata communis Florentiæ, non possit intrare Civitatem Florentiæ, Pistorii, nec terram Prati, per milliaria decem, & ipsis in aliquo transgredientibus possint sic transgredientes offendi in habere, & in persona si caperentur, & in fortia ducerentur, & banna, condemnationes executioni mandari, ac si beneficio præsentis pacis cancellati non essent, insuper liceat eis bona sua ubique existentia vendere, obligare, donare, tenere & possidere, & eis uti & frui quolibet modo.

Item quod omnia statuta, provisiones, capitula facta contra dictum Jacobum, & consortes, & de Domo de Guazzalotris sint cassæ, & nullius valoris, & efficaciæ.

Item quod D. Petrus Sacionis, & consortes legitimi, & non legitimi non possint reverti ad civitatem Aretii, nec venire ad ipsam prope ad tria milliaria, bene tamen ad Petram malam sibi possunt stare, & venire indistincte, & si accedant observetur ut supra de aliis, & sint liberi ab omnibus bannis, &c. quocumque tempore, & causa, sine aliquo onere & solutione.

Item quod sequaces & adhærentes ipsius dicti Petri, & consortium, Aretini, qui sunt foras pro eis restituantur, & cancellentur, ab omnibus bannis &c. in civitate Florentiæ, Perusii &c. sine aliqua solutione pecuniæ &c. & è contrario intelligatur de terris dicti Domini Petri, & bona eis restituantur, modis ut supra.

Item quod dictus Petrus, & sequaces, castra, & terræ habeant eandem exemptionem, quam habebant antequam intrarent brigam dicti Domini Archiepiscopi per spatium decem annorum, sicut antequam intrarent brigam.

Item quod Nicolaus de Monteacuto, de Barbolanis, & homines de Monteacuto gaudeant exemptione usque ad tres annos proxime venturos, ut prius gaudebant quo tempore facta fuit pax Florentiæ cum illis de Petra mala, & quæ vigebat ante 1350. ante initium præsentis guerræ, & ipsi Nicolao, & Guidoni de Monteacuto restituant bona mobilia & immobilia.

Item quod omnes terræ acquisitæ per dictum D. Petrum & suos consortes in præsenti guerra ipsi remaneant ad tempus decem annorum, excepto loco, & fortalitia Suorivallis, Dicchio Districtus Castiglionis Aretini, cujus custodia remaneat iis, qui ante præsentem guerram tenebant, & quod pax fiat inter consortes dicti loci, & commune Castiglionis infra unum mensem.

Item quod dictus Dominus Petrus solvat Communi Perusii, & Florentiæ ... 4000. secundum illum modum declarare per dictum Franciscum Gambacurta, quos Petrus supradictus recepit a communi Perusii, pro parte Vallis de Caprese, & Turris seu fortalitiæ Teraciani, & si non solverit ut supra relaxet dictam Terram Teraciani communi Perusii.

Item quod commune Eugubii, & Joannes Contuccii de dicta civitate tamquam adhærentes dicti D. Archiepiscopi comprehendantur in præsenti pace cum ipso communi Perusii cum illis capitulis & modis pacis contractæ de mense Aug. prox. præterito die 20. inter ipsum commune Eugubii, & Joannem prædictum, ex una, & commune Perusii ex alia, & hoc locum habeat quantum ad commune Perusii, & commune Eugubii, & ipsum Joannem Contuccii.

Item quod omnia bona immobilia, quæ ablata fuissent communi Eugubii a tempore dictæ pacis contractæ citra, ipsi communi restituantur.

Item quod omnes de Gabriellibus de Eugubio, qui occasione præsentis guerræ sunt carcerati & detenti debeant libere relaxari.

Item vigore præsentis pacis convenerunt, quod inter D. Episcopum Tudertinum, & commune Tuderti, & intrinsecos Tudertinos, ex una parte, & Claravallenses, & exitios Tudertinos ex altera debeat fieri secura & bona pax in hunc modum, videlicet quod dictus D. Episcopus & alii ex una, & præfati Claravallenses, & alii ex alia se debeant compromittere in commune Perusii tanquam in arbitros & arbitratores de eorum secura & bona pace tractanda, ut ipsi communi, & Prioribus Perusii videbitur intra quatuor menses, quod possit per partes prorogari semel & pluries.

Item quod si aliqua ex dictis partibus recusaret dictum compromissum facere in commune Perusii, tunc ipsum commune teneatur auxilium ferre contra partem nolentem, & recusantem saltem de L. equitibus combarbutis, & nullus possit se intromittere in supranarratis, & infra narrandis.

Item firmatæ pacis commune Perusii sit fidejussor, & ut possit dictam civitatem in secura pace, & concordia servare, habeat dominium supradictæ Civitatis, Comitatus, & Districtus, merum & mixtum imperium, & jurisdictionem & custodiam, & nullus alius præter Capitaneos, & conservatores per commune Perusii destinandos, qui sint cives Perusiani, possit regere & gubernare dictam civitatem.

Item quod dicti Claravallenses, & eorum Sequaces rebanniantur & cancellentur ab omnibus bannis, & eorum sequaces rebanniantur & cancellentur de omnibus bannis & condemnationibus factis a communi Perusii ab anno 1350. citra, sine aliquo onere, & solutione pecuniæ, non obstante &c.

Item quod Nerius de Faggivola, sequaces & adhærentes, & cunctæ terræ, si & in quantum ab ipso infradictæ terræ possidentur, comprehendantur in præsenti pace, terræ aut loca sunt ista: videlicet

Castrum de Fagivola.
Castrum Ilicis.
Castrum de Sernatello. Castrum Pratei.
Castrum Schicuci. Castrum de Frasſinete.
Castrum de S. Sofia.
Castrum de Monte rotondo.
Castrum Fragheti.
Castrum de Monte Justi.
Castrum de Corneto. Castrum Petrellæ.
Castrum Paggivoli.
Castrum & Rocca } Maivoli.
Castrum Salamellæ. Castrum S. Agathæ.
Castrum Pertel. Rocca de Pratesi.
Mons Benedictus. Castrum de Libiano.
Castrum Nivium Maræ.
Castrum Montis Fortini.
Castrum Montis Labitunchi.
Castrum Noncilii.
Castrum S. Donati de Massa.
Castrum Luccimborghi.
Castrum Valenziani, Terra Mercatelli.
Castrum Mœtole. Castrum de Banco.
Castrum Carponeti. Castrum Casalecchii.
Castrum Torricellæ. Castrum Sartiano.
Castrum Perticariæ. Castrum Majani.
Castrum S. Donati. Castrum Dugagni.
Rocca Prioris. Castrum Cinoctoli.
Castrum S. Angeli. Mons Cornarius.
Castrum Civitellæ.
Castrum Vallis Vignonis.
Castrum Calanaciæ. Castrum Bulciani.
Castrum Bulcianellæ. Castrum Sciatiliali.
Castrum Sciantacappæ.
Castrum Cocciolalti.
Castrum Montis Brectolini.
Castrum Restellæ. Castrum Sempiani.
Castrum de Moltis. Castrum Guinzæ.
Castrum Fabrorum. Castrum Praticulæ.
Mons Deliciis. Castrum Belfortis.
Castrum Velliani. Castrum Triolæ.
Mons Ramolus. Castrum Modii alti.
Castrum de Podio. Castrum Carbanæ,
Civitas Sarsinæ. Castrum Finocchii.
Castrum Musellæ. Castrum Tezii.
Castrum Corsogogli. Castrum Sancti Pignani.

Item quod præfatus Nerius, filii, & consortes rebanniantur & cancellentur ab omnibus bannis & condemnationibus factis de aliquo eorum in Civitate Florentiæ, Perusii &c. quocunque tempore, & quacunque causa, sine aliquo onere &c. exceptione si datæ essent in illis locis existentibus in pace, & statu pacifico.

Item quod commune Perusii teneatur pro posse, quod D. Brancaleone de Castro Durantis restituet, & libere relaxabit ipsi Nerio Castrum Plebis, & Castrum S. Martini, quæ Castra dicit Nerius fore sibi arrepta & occupata, quod si dictus Brancaleo recusaret, non veniat in præsenti pace, nec intelligatur pro adhærente communi Perusii.

Item quod infradictæ terræ Abbatiæ de Trebio videlicet Fratellæ, Civitella, Valsamignone, Calancia, Bolciano, & Balcianello; item terræ de Sintigliano, de Schiantacappa, & figulæ positæ in Comitatu Aretii, cum omnibus hominibus & habitatoribus sunt exemptæ, & liberæ ab omni onere reali, & personali, & mixto eis imposito, vel imponendo per commune Aretii per duos annos.

Item quod Paulettus Dacobuccii de Spoleto eximatur & cancelletur de libris communis Perusii, & de omnibus bannis, condemnationibus, & processibus latis & datis per commune Perusii contra dictum Paulettum occasione occupationis Castri Buttonii sine solutione pecuniæ, & quod D. D. Priores artium Perusii præcipiant cuicumque Potestati ipsius Civitatis Spoleti, nullam executionem faciat, contra dictum Paulettum occasione condemnationis, nec debeat intrare dictam Civitatem Spoleti sub bannis ut supra.

Item quod D. Bartholomæus quondam Rainerii de Casalibus veniat in præsenti pace cum omnibus adhærentibus, & sequacibus, cum omnibus capitulis, & pactis pacis contractæ inter commune Cortonii ex una, & commune Perusii ex altera parte, quæ in præsenti pace D. Archiepiscopi intelligantur repetita, & si ipsa pax non appareret facta, debeat fieri, & tractari per Ambasciatores, cum sufficeret merito in eo loco ubi statuerit D. Franciscus de Gambacurtis.

Item quod Ser Joannes, & Ser Angelus Ser Zagliæ D. Orlandini de Laterena cancellentur ex omnibus bannis, pœnis & condemnationibus, & procesſibus factis in Civitate Florentiæ, Aretii, Perusii, &c. nisi essent occa-

occasione alicujus enormis delicti, & esse intelligantur, quantum ad processus civiles, in eo statu in quo erant an. 1350. vigore præsentis pacis, & liberentur ab impositis factis & positis a dicto an. 1350. citra, & restituantur ad omnia bona.

Item quod omnia banna & processus criminales lati & facti contra D. Joannem Contis de Medicis, Thadæum de Antilla, Uguccionem Pieri de Sacchettis de Florentia, & Matthæum de Ozzole, & Tirli, & Ghinum, & Joannem D. Bonæ, Vanne Duccii de Paragazzi, & Juiduccium Vannis de Stagna, & contra omnes Florentinos, Perusinos, Senenses, Aretinos, Pistorienses de civitate Castelli Caporales, & qui fuissent in præsenti guerra Potestates, Capitanei, Comestabiles, vel aliquod officium exercuissent in præsenti guerra, sint cassa, & nullius valoris, & sine aliquo onere, vel solutione pecuniæ, & restituantur ad omnia eorum bona.

Item quod omnia banna & condemnationes, processus criminales facti, & lati contra Florentinos, Perusinos, &c. sequaces, & adhærentes D. Archiepiscopi sint nulla & cassa, & e contra omnia banna lata & facta contra subditos D. Archiepiscopi, sequaces, & adhærentes communi Florentiæ, Perusii &c. intelligantur cassa, & nulla, & restituantur ad omnia bona sine aliquo gravamine occasione præsentis guerræ.

Item quod Contuccius Sighi de Venciolis, de Perusio, teneatur vendere legitime, & solemniter omnia bona immobilia, quæ habebat ante tempus, & in tempore suæ condemnationis Communi Perusii, scilicet quæ habet in civitate, comitatu, & districtu Perusii, pro condecenti pretio, cujus æstimatio fiat per duos ab ipsis electis infra unum mensem cum dimidio publicatæ pacis, & si non convenirent, D. Franciscus de Gambacurtis statuat pretium.

Item quod commune Perusii restituat filiis & hæredibus quondam Cecchini, & Ludovici D. Vincioli, & Philippi filii d. Cecchini, omnia bona, quæ dictum commune tenet & possidet, quæ non essent alienata pro satisfacientibus creditoribus dicti Cecchini, & Ludovici, vel æstimationem ipsorum per duos bonos viros declarantes salvis juribus creditorum super ipsis bonis.

Item Syndicus, & Procurator communis Florentiæ promisit, quod dictus Contucius rebanniatur in civitate Perusii, & processus, & banna cancellentur infra sex menses, et si non rebanniatur, promisit dare illam quantitatem pecuniæ, quam dicet D. Franciscus Gambacurta, et si rebanniatur, non possit accedere ad civitatem, & comitatum Perusii sub pœnis, ut de Jacobo Zarini de Guazzalotris.

Item quod civitas castelli regatur, & gubernetur sicut nunc præsentialiter.

Item quod omnes Ubaldini de Castello & de domo dictorum Ubaldinorum, & Ghinus Marchio de Civitella, & omnes adhærentes, & sequaces banniti, condemnati & expulsi de dicta civitate cancellentur ab omnibus bannis ab anno 1351. inclusive sine aliquo gravamine.

Item quod omnes supradicti de Ubaldinis, & Ghinus, & qui beneficio præsentis pacis uti possunt, restituantur ad omnia bona immobilia in eo statu, quo nunc sunt.

Item quod omnes sententiæ & processus lati contra eos, qui beneficio præsentis pacis uti possunt, per commune Castelli, & ejus officiales, sint cassæ, nullæ, & nullius valoris.

Item quod omnes, qui beneficio præsentis pacis uti possunt, sint liberi ab omnibus datiis, præstantiis, & collectis & aliis quibuscunque oneribus realibus & personalibus impositis usque hodie per dictum Commune Castelli.

Item quod omnes & singuli, qui præsentis pacis beneficio uti possunt, possint reintrare dictam terram Castelli, & restitui ad honores & officia, quæ habere poterant in dicta Civitate Castelli ante tempus eorum expulsionis, exceptis dictis Ubaldinis, & de domo Ubaldinorum, Ghino Marchione, & filiis, qui prope ipsam civitatem stare, & venire possint ad tria milliaria, & in terris morari, nec prope ipsas ad unum milliare.

Nomina vero aliorum, qui reintroduci debent, sunt infradicta, videlicet:

Caccia Dini D. Cacciæ.
Franciscus Lucæ Guidorelli.
Ludovicus ejus frater.
Nerius Ser Petri Barefuzzii.
Franciscus Naldi de Silice.
Gerius Cionis.
Guido Domini Lucæ Muti.
Orlandus D. Muciatti.
Nicolaus Ser Lucæ Magistri Gualteronis.
Laurentius Poltronis de Valla brasezza.
Fucciarellus Betti radæ.
Joannes Magistri Vitalis.
Ragno Ser Vannis.
Jacobus Mundi D. Joannis.

Quod si accederet ad dicta loca prohibita, observetur in eis ut supra de Jacobo Zarini de Guazzalotris.

Item quod Dominæ Lippæ quondam Benardini de Marsiano, & ipsius hæredi uxori Tanucrii de Ubaldinis restituantur per commune Perusii, omnia bona, quæ sunt in comitatu Perusii, quæ restitutio fiat de plano, & sine strepitu, & figura judicii.

Item quod Joannes Filius quondam Comitis Bernardini, de Marsiano, & Matthæus Vannis Nerii de Burgo S. Sepulchri cancellentur ab omnibus bannis, condemnationibus, & processibus criminalibus Civitatis Castelli, Perusii, & Aretii, hoc excepto quod Joannes non possit morari in Castro Marsiani, & si accedat, observetur quod de Jacobo Zarini de Guazzalotris.

Item quod omnia pacta, temporibus ante-

actis inita, inter commune Perusii, & ipsos de Ubaldinis rata & firma perdurent.

Item quod castrum Citernæ remaneat custodiendum hominibus originariis dicti castri usque ad annos decem proxime venturos, incipiendi hac præsenti die, quibus transactis subesse debeat Civit. Castelli.

Item quod omnes fortalitiæ & castra, terræ, villæ, quæ occasione præsentis guerræ occupatæ sunt per Ubaldinos in Comitatu Civitatis Castelli remaneant sub protectione illorum de Ubaldinis & sint liberæ ab omnibus expensis & oneribus realibus, & personalibus impositis per dictum commune Castelli.

Item quod Ghinus Marchio de Civitellis, sive de Purrivolo veniant in præsenti pace tamquam adhærentes & sequaces dicti Archiepiscopi, & pacta contracta inter commune Perusii & Aretii ex una, & D. Ghinum Marchionem ex altera sint rata & firma.

Item quod prædictus Ghinus Marchio, Uguccio ejus filius cum omnibus sequacibus & adhærentibus eximantur & cancellentur ab omnibus pœnis, bannis, condemnationibus & processibus criminalibus factis in civitate Florentiæ, Perusii, Aretii, Senarum, Pistorii, &c. nisi sint processus ratione alicujus enormis & singularis maleficii.

Nomina vero familiarium dicti Ghini sunt hæc, videlicet:

Muccione Lucii de Auximo.
Joannes Magistri Vitalis de Castello.
Ceccus Maldare de Aretio.
Andreas ejus filius.
Maffeus Merii
Marcus, &
Benincasa
Petrus } de Bossano.
Nicolaus Soffani della Costa.
Blasius Bazi.
Piccius Guidonis della Costa.
Lucas Muzzii de Pino.
Orlandus D. Mucciatti de Tristina.
Gualterius Ormanni.
Bartolus Puccivoli de Sogna.
Ventura &
Bartolus } Cecchi de Cortona.
Ghellus Christophani della Costa.

Adhærentes dicti Ghini sunt infradicti, videlicet:

Omnes homines Castri & curiæ Castri Civitellæ Marchioni.
Omnes homines Castri & curiæ Caspignani.
Omnes homines de Castro curiæ Collis Marchioni.
Omnes homines de Varnia Comitatu Castelli.
Omnes homines de Castro, & curia Perrivoli.
Omnes homines de Monte Albano comitatu castelli.

Item omnis processus, sententia, condemnatio criminalis facta in civitate Florentiæ, Perusii &c. contra Dominos Alberghettum, Joannem & Crescentium Fil. D. Thomæ de Clarevallis de Fabriano, Gentilem de Mogliano, D. Lorinum S. Mariæ de Exio, D. Bertum ejus fratrem, Curradum & Guidonem de terra Mattelicæ, & etiam alium aliquem de eorum domibus & descendentes cancellentur & cassentur, sine aliquo onere, vel solutione pecuniæ.

Item quod omnis processus, sententia, & condemnatio facta in dictis civitatibus Florentiæ, Perusii &c. contra aliquem de civitate Firmana, & Fabriano, de terra S. Quirici, de Mattelica tollantur, & cancellentur, dummodo isti processus non sint facti tempore pacifico, sed intelligantur de factis tempore & occasione præsentis guerræ.

Item quod omnes repressaliæ concessæ alicui de Florentia Perusii contra aliquos de Fabriano, & Firmo, de terra Mattelicæ, seu de terra S. Quirici, ac omnes repressaliæ concessæ alicui de dictis terris Fabriani, Firmi, terræ Mattelicæ, seu de terra S. Quirici contra Florentinos, seu Perusianos, sint cassæ & nullæ, & nullius valoris.

Item quod locus Nidastoris in præsenti pace intelligatur, & veniat ut de locis adhærentibus dicto Archiepiscopo.

Item quod si quis Florentinus, vel Perusinus esset obligatus quacunque de causa dictis Comitibus, vel alicui eorum, vel de eorum familia fiat eis jus summarium, & e converso si quis de familia dictorum Comitum, vel ipsi Comites essent obligati alicui Florentino, vel Perusino.

Item quod civitas Calliæ, seu S. Angeli Papalis det quolibet anno communi Perusii palium in ea forma, & eo tempore, quo solita erat.

Item quod omnes exitii civitatis Calliæ exbanniti partialitatis causa, rebannantur & absolvantur a quibuscunque pœnis, & processibus criminalibus, & restituantur ad bona, quæ possidebant tempore eorum expulsionis, & possint venire, & stare in dicta civitate, exceptis illis, qui pro suspectis dabuntur.

Item quod, D. Archiepiscopus restituat omnes exitios Burgi S. Sepulchri ad eorum statum, & honores, & bona, & casset omnes pœnas, processus & condemnationes, sine aliqua solutione & onere, & introduci faciat in dicta terra, exceptis illis, qui prohibiti essent stare in illa terra per legem & statutum antequam dictus Archiepiscopus dominium illius loci habuisset, & ante novitatem factam in dicta terra de anno 1351. & restituantur ad omnia eorum bona.

Item quod dictus D. Archiepiscopus renunciet omni juri, quod habet in dicta terra Burgi, & in homines, & de ea revocabit omnes ejus officiales, & gentes, & ipsam terram, & homines relinquet in propria libertate, & statu, & hæc omnia erunt adimplenda intra tempus trium mensium prox. vent. incipien. a die celebrati contractus præsentis pacis.

Item

Item quod dictus D. Archiepiscopus, sequaces & adhærentes non se intromittant de dominio, & jurisdictione dictæ terræ, & idem observabit, & faciet commune Perusii, hoc salvo, quod dictus D. Archiepiscopus possit se intromittere de dominio & jurisdictione de licentia communis Perusii, & commune Perusii de expressa licentia dicti D. Archiepiscopi possit se intromittere.

Item quod dictus D. Archiepiscopus curabit, quod commune & homines terræ Burgi per suum legitimum Syndicum promittet, quod non receptabit suspectos & inimicam gentem dicti D. Archiepiscopi, & Communis Perusii.

Item quod Castrum Anglare libere & absolute remaneat sub potestate, & omnimoda jurisdictione D. Masii de Petramala, quondam D. Uberti, & homines & habitatores dicti loci debeant respondere in omnibus D. Masio, & sint liberi ab omni obedientia & jurisdictione, & veniant & comprehendantur in præsenti pace ut adhærentes præfati D. Archiepiscopi, nisi dictus D. Masius sponte & libere se subjiceret & supponeret communi Perusii.

Item quod dictus D. Archiepiscopus restituat libere communi Pistorii castrum Pitecci, & castrum Turris & valli Treppi - Fossati, Monticelli, & Montis Mezzani sitque comitatu Pistorii.

Item quod castrum Sambucæ & Sambuconis, positum in comitatu Pistorii, ponatur per dictum D. Archiepiscopum ad evitanda scandala & discordias de consensu Episcopi Pistoriensis sub bona fide, custodia & potestate communis Pisarum hinc ad duos menses, salvo omni jure Episcopi Pistoriæ, sub bona fide, & custodia pro ipso Archiepiscopo.

Item quod Comes Nolfus de Orbino Comes Montisfeltri debeat relaxare & relaxari facere libere, & in pristinum statum, Cionem Falconis civem Floren. in partibus Calli, seu alibi per eos captum, statum & detentum, sine aliqua solutione.

Item quod fortalitia, muri, turres, & omnia alia munimenta existentia in castro Montis Gemmoli per commune Florentiæ & ejus offic. destruantur, ita quod nulla fortalitia remaneant, & de cætero per nullum dictarum partium possit ibi reædificari & poni aliquod castrum, vel fortalitia, & dictus locus Montis Gemmoli remaneat libere, & devolvatur illis de Ubaldinis, ad quos de jure spectat.

Item quod Palatium delle Gualchiere, & Palatium de Fibiana, & Palatium de Casale posita in Comitatu Aretii per illos de Petramala restituatur & relaxetur, primum Canonicæ Aretinæ, secundum Joanni Dolfi, de Aretio, tertium Marchetto Monaldi, de Aretio, & ipsa palatia libere intrare possint.

Item quod omnes & singuli homines de Civitate Bononiæ, vel de aliqua alia terra, vel loco, qui ut adhærentes dicti D. Archiepiscopi in præsenti pace veniunt detenti, vel capti, ratione partialitatis pro facien. ipsos redimi in Civitate Florentiæ, Perusii &c. & e converso relaxentur & relaxari debeant.

Item quod prohibitio facta in aliquibus locis, seu terris suppositis Archiepiscopo de non conducendis bannis Florentinis, & permutan. & venden. in dictis terris & civit. sit cassa, & nulla, & e contrario prohibitio facta in civitate Florentiæ pro bannis terrarum suppositarum dicto D. Archiepiscopo sit cassa, salvis juribus in datiis & Gabellis &c.

Item quod sequaces D. Bartholomæi de Casalibus de Cortonio Domini Generalis dictæ terræ banniti & condemnati per Commune Florentiæ, Perusii &c. cancellentur ab ipsis bannis, condemnationibus & processibus sine aliqua solutione & onere, & hoc tamen intelligatur de bannis occasione præsentis guerræ, & non occasione alicujus enormis delicti.

Item quod prædicti omnes, qui beneficio præsentis pacis uti possunt, de quibus in supradicto capitulo, restituantur ad omnia bona, salvis illis, qui expresse prohibentur intrare dictas civitates.

Item quod omnes & singuli tam Cortonenses, quam Aretini exbanniti, & condemnati occasione itineris, vel accessus facti per dictum D. Cortonensem ad Civitatem Aretii de mense Octobris currentis anni 1351. & abinde citra, quacumque ratione vel causa rebanniantur, & restituantur ad omnia bona, & omnia banna, & condemnationes sint nullæ & cassæ, & quod omnes impositiones reales, vel personales in civitate Aretii usque in hodiernum diem positæ tollantur & cancellentur.

Nomina vero dictorum exbannitorum, & condemnatorum sunt infradicta, videlicet:

Bartholomæus & Jacobus } D. Rainerii de Cortonio.
Lippus D. Rainerii de Cortonio.
Guerruccius, Guidaccius, & Martinus } D. Branzalliæ.
Sylvester, Brandallia, Bossus, & Jacobus } Guidaccii D. Branzalliæ.
Joannes Guerruccii D. Branzalliæ.
Angelus, Torinus, Vectura } Cecchi de Branzalliæ.
Teghiarius, Ser Gregorius, Donatus, & Nicolaus } D. Angeli.
Ser Joannes, Vandinus, & Federigus } D. Gerii.
Francischinus Benucii, alias dictus Malacarne.
Ser Lippus Baldacchini de Cortona.
Franciscus Bonastri.
Ser Joannes de Plebe quarti.
Ser Joannes, & Angelus } Sezagliæ.
Vannuccius Glori D. Federighi.

Ange-

Angelus Pocci.
Angelus Azzolini.
Donatinus D. Segnæ.
Nicolaus Cantis de Mavauria.
Ser Joannes Vannis de Graſſis.
Nuccius Accurſii de Camajanis.
Ceccus Manni.
Meus della mano.
Ceccherellus Angeli.
Nannes Piſtorii.
Philippus Monisi.
Juncta Cecchi Ser Junctæ.
Angelus Vannis Giobbi.
Feus Gori Cimator.
Brigante.
Civetta.
Ciuccius dictus Bruſigallia.
Petrus dictus Bugina.
Landinus Bichi.
Mone Petri Pettinari.
Forzone de colle.
Caſſa Catta.
Cennuccius de Monteguarchi.
Facchi Ser Gini.
Dominicus Agutarius.
Lazzarus de Vicione piccolo.
Nerius Dinuncii de prato antico.
Sancti de Sancto Polo.
Fredi de Mercatello.
Joannes Guelfi.
Nerius dictus Mazzena, & filii.
Pierus de Prato antico.
Cecchus Ghitæ.
Ser Braccius Gargiani.
Andreas famulus Joannis Bartolini.
Joannes del fratre magiſter lignaminum.
Dinus Ugolini farſettarii.
Blaſius de Senis.
Bertinus Ricepti D. Branzalliæ.
Pierus Blondus.
Simon, Agabitus, Philippus, & Matthæus } Cecchi D. Brandalliæ.
Nicolaus Nelli de Mont'Alcino.
Dinuccius Ser Ghezzi de Bucino.
Michael Naldi de Golognano.
Juſtus Verdis.
Vannes dictus Speſia de S. Paolo.
Franciſcus Pollajuolus.
Roſadus Ser Artini.
D. Gregorius Piſara.
Gregorius, & Stephanus } Segnæ D. Branzalliæ.
Cremonenſe.

Item quod Guidaccius fratres & nepotes D. Brandalliæ vigore præſentis pacis habeant communitatem de omnibus bonis patrimonialibus quouſque reintroducentur, & reintegrabuntur ad eorum ſtatum & honorem civitatis Aretii pro duobus annis proxime futuris tantum, quibus transactis debeant reſpondere dicto communi Aretii.

Item quod caſtrum Caſtilionis Aretini regatur & gubernetur prout nunc regitur & gubernatur.

Item quod omnes rebelles, exbanniti de dicto Caſtro Caſtilionis occaſione præſentis guerræ, & tempore præſentis guerræ, cancellentur ab omnibus bannis, &c. dicti caſtri, & civitatis Aretii, Peruſii, & Civitatis caſtelli, cum omnibus ſequacibus & adhærentibus, & reſtituantur ad omnia bona ſine aliqua ſolutione & onere, quæ tenebantur ante initium præſentis guerræ, nomina quorum exbannitorum ſunt hæc, videlicet: Vichus Broccardini, Andruccius Ubertini, Nicolaus Ser Marchi Ser Miniatus. Ser Petri, Simon magiſtri Philippi. Ser Paulus, Ser Gori, Pierus Giuliani. Nicolaus Cicchi Juſtoli. Corbellus Valentini. Manettus Giuduccii. Giulius Vannis.

Item quod omnia bona exiſtentia in dicto caſtro pertinentia ad Dominos de Petramala, ſequaces & adhærentes dicti Domini Archiepiſcopi tenta per eos tempore præſentis guerræ reſtituantur eis, & eis uti, & gaudere poſſint, ſalvo ſi aliqua de dictis bonis incluſa eſſent in caſtro dicti caſtri, quæ ſolvi debent per tenentes ea juſto pretio, & hoc ſine aliquo onere & ſolutione.

Item quod omnia banna, &c. facta a duobus annis citra contra D. Nicolaum, D. Bartoli, alias contra Nicolaum Dominæ Mateldæ Conte de Colcello, & Antonium Tivoli de Peruſio caſſentur & reſtituantur ad omnia eorum bona, ſalvo quod non poſſint ingredi civitatem Peruſii vel ejus comitatum, quod ſi ingrederentur poſſint libere & impune offendi, capi & detineri, quod ſi bona dicti Antonii eſſent alienata per commune Peruſii, dare tantum æſtimatam dictorum bonorum declarandam per duos homines, quod ſi infra menſem non eſſent concordes, eligatur tertius, cujus arbitrio ſtetur.

Item promiſit Carolus Syndicus Communis Florentiæ, quod dictum Commune hinc ad octo menſes curabit quod Commune Peruſii concedet licentiam dictis D. D. Nicolao & Antonio quod poſſint morari & ſtare prope dictam civitatem pro 10. milliaria, & dictus Comes in territorio Cluſii, quod ſi commune Florentiæ non procurabit, tunc poſſit ſibi providere de ſufficienti proviſione declaranda per Dominum Franciſcum Gambacurtam.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus non ſe intromittet quoquo modo auxiliando, vel favorem præſtando in acquirenda juriſdictione in Tuſcia, in Ducatu Spoleti, excepto patrimonio B. Petri poſito in Tuſcia requiſiti a Pontifice Romano, quod debet per ſcripturam conſtare & excepto, quod beneficia Eccleſiaſtica in dictis locis, & partibus poſſint dictus Archiepiſcopus, & alii acceptare, & ſi contra fiat, intelligatur pax rupta.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus, & alii non ſe intromittent auxiliando, vel favorem præſtando, ita ut acquirant aliquam juriſdictionem

nem in civitatibus, terris, fortalitiis, quæ tenentur per commune Florentiæ, Perusii, Senarum &c. alias pax intelligatur rupta, & in Tuscia intelligatur esse, & in Comitatu, & districtu dictarum civitatum.

Item quod communia Tuscia non se intromittent in civitate Bononiæ, Comitatu, & districtu, nec in Provincia Lombardiæ, & aliis locis dicti Archiep. alias pax intelligatur rupta, & in Tuscia intelligatur esse, etiam in Comitatu, districtu dictarum civit.

Item quod communia Tusciæ non se intromittent in civitate Bononiæ, Comitatu, & districtu, nec in Provincia Lombardiæ, & aliis locis dicti Archiepiscopi, alias pax intelligatur rupta.

Item si dictus D. Archiepiscopus, seu aliquis de domo sua offenderet commune Pisarum, vel Lucæ, intelligatur pax præsens rupta inter dictum Archiepiscopum, & communia Florentiæ, Perusii, & Senarum, & ipsis communibus liceat auxiliari communibus Pisarum & Lucæ contra dictum Archiepiscopum, & sequaces, sit licitum ei auxilium præstare.

Item si communia Pisarum & Lucæ offenderentur à communibus Florentiæ, Perusii, &c. possit dictus Archiepiscopus in hoc auxilium præstare.

Item si communia Pisarum & Lucæ offenderent adhærentes, & sequ. D. Archiep. liceat ipsi coram offendere, & adhærentes adjuvare contra dicta communia.

Item si contingeret dicta communia Pisarum & Lucæ offendi à communibus Florentiæ, & Pisarum, & Perusii &c. liceat dicto D. Archiepiscopo eos juvare.

Modi quibus commune Pisarum & Lucæ intelligi debent offendere dictum Archiepiscopum intelligantur, si dicta communia Pisarum & Lucæ occuparent locum, castra, vel fortalitias dicti Archiepiscopi, & si equitarent cum gente grossa, & hostili in dictis territoriis, & locis, & ejus sequacibus adhærentibus, & subjectis damnum inferrent.

Modi quibus dictus Archiepiscopus intelligitur offendere communia Pisarum & Lucæ sunt, si dictus D. Archiepiscopus offenderet ut supra in supradicto modo.

Item si quod aliud commune non inclusum in præsenti pace offenderet dictum D. Archiepiscopum, liceat ipsi Archiepiscopo tale commune offendere, & è contrario, si aliquis de Lombardia non inclusus in præsenti pace &c. & hoc non extendatur ad commune Pisarum, & Lucæ.

Item quod præsens pax intelligatur rupta, quando unus occuparet loca alterius, id est D. Archiepiscopus loca civitatis Florentiæ, Perusii &c. & communia dicta loca dicti D. Archiepiscopi.

Item quod omnes terræ, loca, castra & fortalitiæ, quæ tenentur per supradicta communia apud eos remaneant pacifice, præsenti pace durante, qua rupta, liceat unicuique uti jure suo, idem fiat per dictum D. Archiepiscopum.

Item quod omnes & singulæ repressaliæ concessæ aliquibus de locis dicti Domini Archiepiscopi, seu sequacibus & adhærentibus contra commune Florentiæ, Perusii &c. repressaliæ concessæ per commune Florentiæ, & contra dictum Archiepiscopum & sequaces & adhærentes sint nullæ, & nullius valoris.

Item quod omnes exitii de Fabriano Civitate Firmanæ, & terræ Mattelicæ, quæ tenentur per Dominum Alberghettum, & fratres Gentilem, & Guidonem, & Corradum, cancellentur ab omnibus bannis & condemnationibus, & restituantur ad omnia eorum bona per eos possessa tempore eorum expulsionis, & rebellionis, & reintroducantur in dictis terris, & castris, & civitatibus exceptis suspectis nomin. per ipsum D. Alberghettum, vel ejus fratres, Gentilem de Magliano, Conradum, & Guidonem de Mattelica, qui stare debent extra dictas civitates, & eorum districtus, & comitatus, & idem intelligatur, & fit de bannis, & condemnationibus omnium & singulorum exitiorum civitatum & terrarum, & locorum infradictorum, videl.

Civitatis Camerini.
Terræ S. Genesii.
Terræ Tolentini.
Terræ Montis Milonis.
Terræ Monticuli.
Terræ Stafali.
Civitatis Maceratæ.
Terræ Montis Sancti.
Terræ S. Severini.
Terræ S. Anatoliæ.
Terræ Serræ Comitatus.
Terræ Curinalti.
Terræ Montis novi.
Terræ Rochæ Contratæ.

Et omnium aliarum terrarum, civitatum, Castrorum & aliorum locorum, quæ tenentur per infrascriptos videlicet:

D. Gentilem de Camerini.
D. Rodulfum, & alios ejus nepotes.
Guidaccium de S. Severino.
Filios, & consortes ejus.
Frede de Macerata, & ejus consortes.
Puccium de Monte Sancto.
D. Bartholomæum, D. Pagnoni de Cingulo, & ejus consortes.
Filipuccium Tani de Exio, & ejus consortes.
Filios D. Rainaldi de Staffullo.
Omnes & singuli exitii civitatis Firmanæ terræ Fabriani, & terræ Mattelicæ.
Adhærentes, sequaces & complices Marchiæ Anconitanæ pro parte excelsi DD. Archiepiscopi, & D. Mediolani.
D. Alberghettus,
Joannes, &
Crescentius
de Clavellis de Fabriano, & eorum descendentes, & consortes, castri, & villæ, quæ per eos possidentur vel detinentur præsentialiter homines eorumdem.
Gentilis de Magliano, & ejus descendentes, & consortes civitatis, terræ, castra & villæ, quæ per eum possidentur, vel detinentur, præ-

præsentialiter, & singulares homines earundem.

D. Lomo S. Mariæ de Exio.

D. Borre ejus frater

cum eorum filiis filiorum, & terræ, & castra, & villæ, quæ præsentialiter tenentur, possident, & detinent singulares homines earundem.

Omnes & singuli exitii, & exbanniti infradictarum Civitatum, terrarum, & castrorum, & villarum, & locorum, & omnium aliorum, quæ possidentur per supradictos adhærentes pro parte communis Perusii.

Civitas Camerini.

Terra S. Genesii.

Terræ Tollentino.

Terræ Montis Milonis.

Terræ Monticuli.

Terræ Staffuli.

Civitas Maceratæ.

Terræ S. Anatoliæ.

Terræ Serræ Comitatus.

Terræ Cutrinaldi.

Terræ Montis novi.

Terræ Rocchæ Contratæ.

Terræ Montis Sancti.

Terræ Sancti Severini.

Item quod omnes & singulæ cancellationes & abolitiones bannorum, condemnationum, & processuum criminalium, quæ fieri debent vigore præsentis, quandocumque occurrerint faciendæ in Civitate Florentiæ, fiant per Ser Franciscum Ser Rossi de Florentia not.

In civitate Perusii per Ser Martinum Ceccoli de Perusio.

In civitate Pistorii per Ser Philippum D. Marchi de Tebaldis.

In civitate Aretii per Ser Naldum Naldi de Castro Focognano de Aretio.

In civitate castelli per Ser Colam de Gettatis de Civitate castelli.

Qui omnes vigore præsentis pacis sint notarii ad faciendas cancellationes in civitate, in qua dictæ cancellationes fieri debent, de quibuscunque libris, in quibus reperirentur scriptæ, absque eorum, vel alicujus eorum gravamine, & onere, & quod quilibet ad cujus custodiam essent libri, ubi scriptæ sunt dictæ condemnationes, & banna, teneatur ostendere, & videre, & pati dictas cancellationes fieri.

Item quod omnes & singuli exitii, & exbanniti dictarum civitatum, terrarum & locorum, cancellentur & eximantur, & restituantur ad eorum bona vigore præsentis pacis.

Item, quod omnibus Perusinis fiat restitutio bonorum positorum & existentium in locis illorum de Petra mala & aliorum adhærentium dicti Domini Archiepiscopi, & uti, & frui possint ante tempus præsentis guerræ, & è contrario fiat adhærentibus dicti D. Archiepiscopi.

Item quod cum Angelus filius Legerii Andrecii de Perusio ante invasionem & occupationem terræ Burgi S. Sepulchri in civitate Perusii legitime & juridice extractus fuerit de sacculo in potestatem dictæ terræ, & ad dictam terram accedere intendens, se præparasset, & pro famulis & periculis omnes expensas fecisset, & ipsa terra se dedisset Archiepiscopo, & ejus genti, dictus Angelus ad dictam accedere non potuit, & per eum non stetit, & propterea dicatur dictum Angelum habuisse in Civitate Perusii repressalias pro suo salario, quæ in præsenti pace sublatæ sunt, quod per commune Burgi ex una, & dictum Angelum ex altera parte fiat compromissum in nobilem Virum D. Bartholomæum de Casalibus, Dominum Cortonensem de jure & facto de dicto salario dicti Angeli, & dicta terra Burgi relaxetur per dictum D. Archiepiscopum, & quod commune Burgi secundum laudum solvat dicto Angelo, quod laudatum fuerit, quibus Burgensibus non solventur, liceat in civitate Perusii, & aliis terris sibi colligatis Burgenses, & eorum bona prendere, & restare sine licentia alicujus officialis impune, usque ad integram satisfactionem.

Item quod in præsentibus restitutionibus faciendis non veniant emendæ aliorum damnorum hinc retro datorum occasione præsentis guerræ, nec peti possint coram aliquo officiali, immobilia restituantur, ut superius dictum est, mobilia vero ipsis, ad quos spectant, restituantur.

Item quod omnia onera realia & personalia imposita occasione præsentis guerræ adhærentibus dicti D. Archiepiscopi sint cassa, & quibus talia imposita fuissent, intelligantur absoluti, & è contrario in omnibus, & per omnia in hominibus dictorum communium.

Item ne aliqua possit dubitatio esse, qui sint adhærentes & sequaces dictarum partium, stetur de eis dicto D. Francisci de Gambacurta, & caporales, & adhærentes nominare infra quatuor menses à die publicationis præsentis pacis.

Item declararunt criminaliter processus ubi venit pœna applicandi Fisco in totum vel partem.

Item declaraverunt, quod infra unum mensem à die quo terra, fortalitiæ Sambucæ, & Sambuconis traditæ fuerint in manu dicti communis amici, debeat dirui Castra Montis Gemmolis, & Tigli per eos de quibus est in capitulis dispositum.

Item si forte de cætero dubitaretur, quibus actibus præsens pax rupta intelligatur, declaraverunt his modis & actibus ruptam intelligi.

Primo si dictus Dominus Archiepiscopus, vel ejus sequaces invaserint, occupaverint, vel obsederint civitatem, vel locum civitatis Florentiæ, Perusii, &c. & è contrario si aliqua dictarum civitatum occupaverit aliquem locum, quem de præsenti teneat dictus Dominus Archiepiscopus.

Item si dictus Archiepiscopus tractaret sublevare, subvertere & movere statum dictorum communium, quem præsentialiter tenent, & è converso.

Item si dictus Archiepiscopus cum aliqua civitatis

vitatis provincia, principe, vel barone præberet auxilia, & subsidia, quibus verisimiliter posset turbari præsens status dictorum communium, & e contrario.

Item si aliquis ex adhærentibus dicti Archiepiscopi, vel dictorum communium, aliquid committeret, per quod diceretur fecisse contra formam præsentis pacis.

Item quia non est conveniens, quod pro quolibet minimo contento, seu intellecto in instrumento præsentis pacis non servato, possit dici pacem esse ruptam, & ut tollatur omnis materia discordiæ & querelæ, si quando per aliquem dictarum partium diceretur pacem esse ruptam, stetur declarationi, & decisioni loci, vel per dictum Lœtum.

Item declaraverunt enorme maleficium intelligi debere secundum formam status loci commissi delicti, ubi ponitur pœna mortis, vel abscissionis membri, ut pœna & publicatio bonorum, & omne illud, de quo dictus Franciscus declaraverit infra unum mensem proxime futurum.

Item quod Martinus quondam Battaglieri della Spina Comit. Florentiæ vel de Mugello plebis S. Laurentii Parochiæ S. Martini de Planzano restituatur ad omnia bona, vigore præsentis pacis, quæ fuerunt dicti Battaglieri, non obstante aliqua condemnatione, sine aliquo gravamine, vel solutione, excepto quod si mutuatum fuisset a communi Florentiæ, quia tunc dictus Martinus teneatur solvere ipsam quantitatem vel illi, qui super eis mutuavit.

Item quod Jacobus Laini de Pulcis tanquam adhærens dicti D. Archiepiscopi vigore præsentis pacis rebanniatur ab omnibus & singulis pœnis, condemnationibus &c. & restituatur ad omnia bona, quæ tenebat, & possidebat tempore suæ rebellionis & expulsionis.

Item quod idem modus, & forma servetur in Civitate Bonon. in exactione gabellarum, & datiorum de rebus & mercantiis civium, & Comitatinorum civitatis Florentiæ, quæ solita erat servari in anno 1348. & e contrario servetur in civitate Florentiæ de mercantiis civium civitatis Bononiæ.

Item si in prædictis oriretur aliqua dubitatio circa contenta in præsenti instrumento corrigantur & emendentur per duos eligendos a partibus, unum ex parte D. Archiepiscopi, & alium pro parte supradict. communium, quibus non concordantibus stetur decisioni Francisci de Gambacurtis.

Item quod in terra Castillionis Aretini per potestatem cancellentur instrument. pub. promiss. factæ per Ser Monceptum Ser Campi de dicta terra florenorum centum penes quoscumque terrigenas dictæ terræ factæ de anno 1351. de mense Octobris, & quoddam instrumentum conservationis indemnitatis factæ eidem Ser Moncepto per Petrum Junctæ de Cortonio, cum dicta instrumenta sint simulata, & facta pro relaxatione, & captura de dicto Petro tempore accessionis Domini Cortonens. ad civitatem Aretii, & de eis non fiat aliqua executio, & si fuerit facta, cancelletur.

Item quod quidam Nobiles de Spoleto, & Marchia Anconitana dati per dictum D. Archiepiscopum pro adhærentibus, ut honor Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ servetur protestantur supradicti Syndici esse adhærentes in quantum non redundet in præjudicium & contemptum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Item quod infradicti adhærentes Contuccii Filli de Venciolis condemnati & banniti vigore præsentis pacis rebanniantur, & cancellentur absque aliqua solutione & onere, quorum nomina sunt hæc:

Vannes Bonus de Coppolis.
Petrinus Felicionis.
Ser Antonius.
Joannes Ceccoli.
Vannes dictus Margagliane.
Joannes Grassus.
Megliolus.
Dominicus, &
Santuccius.

Item quod dictus D. Archiepiscopus teneatur hinc ad tres menses ratificare præsentem pacem per publicum instrumentum, qua facta, censeatur esse facta per quaslibet civitates, communia, & loca, de quibus supra fit mentio, & idem fiat per supradicta communia, & hujusmodi ratificationes debeat dictus D. Archiepiscopus, & teneatur infra tres menses transmittere Florentiæ & præsentare coram Dominis Prioribus, & aliarum civitatum. Hoc tamen pacto quod si supradictæ partes intra terminum supradictum non ratificabunt præsentem pacem, & adhærentes & sequaces eorum non includantur inclusi in præsenti pace.

Quam pacem & omnia singula in ea contenta prædicti Syndici promiserunt rata habere, & observare, & adimplere, sub pœna 100. florenorum auri solvendorum parti non contrafacienti.

Item juraverunt in forma.

1353. die 6. Aprilis. Hæc sunt instrumenta ratificata pacis factæ inter commune Florentiæ ex una parte, & Archiepiscopum Mediolani ex parte altera.

Comes Robertus, quondam D. Comitis Simonis de Battifolle, Dei gratia Comes Palatinus in Tuscia, & vice, & nomine Caroli, & Francisci fratrum ratificavit pacem factam inter Reverend. D. Archiepiscopum Mediolan. ex una, & commune Florentiæ, Perusii, &c. ex alia. Actum in Castro Prati veteris.

1353. die 12. Aprilis. Comes Guido quondam Comitis Ugonis de Battifolle ratificavit dictam pacem ut supra &c.
Actum in Castro Prati veteris.

1353. die 26. Maji. Commune Vernii ratificavit dictam pacem. Actum in Castro Vernii, ubi recensentur homines dicti communis.

1353. die 12. Junii commune S. Miniatis ratificavit dictam pacem.

1353. die 6. Maji commune Pistorii ratificavit di-

dictam pacem tempore D. Massarii de Rafsacanibus civis Florentin. communis, & populi civitatis Pistorii Hon. Capitanei.

1353. die 15. Junii, Actum Florentiæ, in populo S. Luciæ de Magnolis.

Andreas quondam Philipozzi,

Et Bindus quondam Andreæ quondam D. Gualterotti de Bardis, vice, & nomine Totti quondam dicti Philippozzi ratificaverunt dictam pacem.

1353. die 6. Junii commune Sancti Seminiani tempore nobilis viri Guidonis de Machiavellis de Florentia Hon. Capituli populi, & custodiæ dictæ terræ ratificavit dictam pacem.

1353. die 20. Junii commune Vulterranum ratificavit dictam pacem.

1353. die 18. Junii, Actum Florentiæ in Palatio populi & communis Florentiæ.

Ven. vir Dominus Melottus, quondam Giraldi de Casi Plebanus S. Petri de Vezano Comit. Bonon. ratificavit, & approbavit dictam pacem.

1353. die 17. Junii, Actum in Castro Sagnæ in Ecclesia dicti loci.

Dominus Bandinus, quondam Nerii D. Bargii Præpositus Civitatis Aretii, D. Biordus, quondam Franceschini, Bustaccius, quondam Biordi, & Nicolaus, & Bosus fratres, & filii quondam Guidonis Bargii, Nicolaus, & Ubertinus fratres, & filii quondam Nerii D. Bargii, D. Ubertinus, Philippus & Guido fratres, & filii quondam Francisci Guidonis omnes de Domo Ubertinorum de Sogna Comitatus Aretii, Pierus Gulielmi, Georgius Gualterii, & Gregorius Bandini suo nomine, & ut Procurator Joannis quondam Bettini Grosii ratificaverunt dictam pacem.

1353. die 28. Junii, Actum in Castro Asciani Diœc. Aret. Comit. Senen. Bosus de Ubertinis Episcop. Aretinus ratificavit dictam pacem.

1353. die 23. Maji, Actum in Civitate Urbini.

D. Nolfus, Henricus & Feltranus Comites Montisferretri ratificaverunt dictam pacem.

1353. die 8. Aprilis Reverendissimus Dominus Joannes Archiepiscopus Mediolanens. & dictæ civitatis Dominus generalis ratificavit dictam pacem.

1353. Actum in civitate Eugubii.

Nobiles viri Chiaravalle Piulelli, & Ninus Guerresti de Claravallen. de Tuderto suo, & sequacium, & adhærentium nomine ratificavit dictam pacem.

1353. die 18. Maji, Actum in Castro Burgi S. Sepulchri.

Miniatus Notarius olim Ser Petri gratiæ de Castellione Aretino ratificat dictam pacem.

1353. 16. Maji.

Nobiles viri Guglielmus, & Rigozzus fratres, & filii D. Rodolfi de Petramala ratificant dictam pacem.

1353. die 15. Maji, Actum in Civitate Cortonii.

Andreuccius, quondam Ubertini, Vicus, quondam Broccardini, Nicolaus Ser Marchi, Monettus Guiduccii, Corbellus Valentini, Gilius Vannis, Angelus Ciacchii, Jacobus Ciacii, Fantinus Brocardini, Joannes Naldi, & Valentinus Jannis, omnes de Castellione Aretino nomine suo, sequacium & adhærentium ratificant dictam pacem.

1353. die 7. Maji.

Nobilis vir Ghinus quondam Mutii D. Rigonis de Civitella, sive de Petriolo, & Uguccione ejus filius de consensu & voluntate dicti sui patris ratificant dictam pacem.

Actum in Castro Civitellæ.

Nobilis & Honorabilis vir Franciscus de Gambacurtis Mediator & Amicus inter Reverendiss. D. Archiepiscopum Mediolanens. & suos sequaces, & adhærentes, ex una, & communia Florentiæ, Perusii, Senarum &c. ex alia, ob guerras, quæ retroactis temporibus inter dictas partes viguerunt, in pace celebrata apud Serzanam, in qua inter alia continetur dictum Capitulum, quod sic incipit:

Item quod dictus Carlinus, & dictus Franciscus, & uterque eorum, & utriusque eorum Consortes, & cujuslibet eorum adhærentes, & sequaces, de quibus supra in proximo præcedenti capitulo fit mentio, restituantur, & restituti sint, & esse intelligantur ad omnia & singula eorum bona, &c. & sic finit, salvo quod de bonis dicti D. Carlini remaneat in dispositione discreti viri Francisci de Gambacurtis de Pisis, & secundum ipsius Francisci dispositionem, & procedatur in restitutione bonorum ipsius D. Carlini.

volens suum observare, ut quæ in dicta pace vicissim promissa fierent per ejus observantiam concupitum sortiantur effectum, declaravit omnia bona dicti Carlini, & quæ ad ipsum pertinebant tempore expulsionis ipsius citra aliquo tempore, vigore dictæ, & pactorum in ea comprehensorum libere ipsi restituantur.

Actum Pisis in Domo ipsius D. Francisci infrascripta sunt instrumenta ratificationis pacis factæ inter commune Florentiæ, & ejus amicos, complices, & sequaces ex una, & D. Archiepiscopum Mediolanens. ejus amicos, sequaces, & adhærentes ex alia.

1353. die 8. Maji.

Actum in Burgo Balnei, Mag. & potentes viri D. Comites Galeottus, & Riccardus fratres filii quondam D. Guillelmi de Mutiliana Comites Palatini in Tuscia ratificant dictam pacem.

1353.

1353. die 14. Maji.
Actum Florentiæ in populo S. Jacobi Ultrarni.
D. Filippa fil. quondam Lamberti de Frescobaldis & uxor olim Lippi Ammanati de Pistorio, ut tutrix Antonii pupilli filii sui approbavit, & ratificavit dictam pacem.

1353. die 26. Maji. Actum Florentiæ in populo S. Laurentii.
Daniellus Ruggerii de Soli ratificavit dictam pacem.

1353. die 3. Junii. Actum in Mucello in populo S. Savini ad Cornocelicum. Bartholomæus olim Turrini populi S. Gavini ad Cornacchium ratificavit dictam pacem.

1353. die 28. Maji. Actum in civitate Imolæ.
Laurentius olim Joannis Zucii della Scarperia comit. Florentiæ ratificavit dictam pacem.

1353. die 22. Maji, actum Bononiæ.
Aldovandrus Lanfrancus Agnolus fratres & fil. quondam Bartoli Rugerii de Soli cives Florentini ratificant dictam pacem.

1353. die 23. Junii, actum Cortonæ.
Guidaccius quondam dicti Brandagliæ de civitate Aretii pro se, & vice & nomine Guernuccii, & Martini fratrum suorum, & aliorum ratificat dictam pacem.

1353. die 21. Junii. Actum Cortonii.
Magnificus & egregius D. Bartholomæus quondam Rainerii de Casalibus generalis Dominus Cortonen. pro se ipso, & vice, & nomine communis Cortonii, ratificat dictam pacem.

1353. die 17. Junii. Actum Cortonii.
Magnificus & egregius D. Bartholomæus quondam D. Rainerii de Casalibus Dominus generalis pro se ipso, & jure sibi competenti, & vice & nomine communis civitatis Cortonii, Jacobus quondam Rainerii de Casalibus suo, & nomine communis Cortonii ratificat dictam pacem.

1353. die 18. Junii, actum in comitatu infradictorum comitum in villa Castellionis. Comites Neapoleone, Ludovicus, & Guidirellus, & Bernardinus fratres, & filii quondam Comitis Alberti de Comitibus Albertorum ratificant dictam pacem.

1353. die 10. Junii. Actum in cassero castri Bruscoli. Comes Joannes de Bruscolo de Comitibus Albertorum de Mangona, Antonius, & Albertus ejus filii, ratificant dictam pacem.

1353. die 17. Junii. Actum Pisis.
Jacobus Totti, & Gualterius vocatus Morellus, sive Morellinus de Guaferducciis de Pistorio ratificant dictam pacem.

1353. 14. Junii. Actum in Montecarello.
Guilielmus quondam comitis Tancredi de S. Bonello comes de Mutiliana adhærens Reverendissimi Archiepiscopi confirmat & ratificat dictam pacem.

1353. die 14. Junii. Actum in Monte Carello.
Tanus quondam comitis Azzolini de Montecarello comes de Mangona adhærens & sequax Reverendissimi D. Archiepiscopi ratificat dictam pacem.

1353. die 13. Maji. Actum Bononiæ.
Gerardus quondam Ugonis de Agolantibus de Florentia ratificat dictam pacem.

1353. die 11. Maji. Actum in populo plebis de Septimo.
Jacobus quondam Gaini de Pulcis populi Sancti Petri Scherardii de Florentia ratificat dictam pacem.

1353. die 13. Maji. Actum in platea communis Bon.
Jacobus quondam Zarini, Franciscus quondam Maghinardi, Andreas quondam Maghinardi, Matthæus dicti Francisci, Simon quondam Leuccii omnes de Guazzalotris de Prato aut sequaces Archiepiscopi ratificant dictam pacem.

1353. die 25. Junii. Actum Florentiæ in Ecclesia S. Mariæ Novellæ.
Joannes quondam Lochii de Foghino comitatu Florentiæ ratificat dictam pacem.

1353. die 27. Junii. Actum in Turre Frasfini.
Giojetta quondam Cunigii de Ubaldinis pro se, & vice, & nomine Antonii pro quo de rato. Drudettus Ludovicus vocatus Lancia, Nicolaus & Jacobus fratres, & fil. quondam Nini de Ubaldinis, Nannes quondam Gerini de Ubaldinis ratificant dictam pacem.

1353. die 11. Aprilis. Actum Senis.
Bindus quondam Arrighi de Ricasolis ratificat dictam pacem.

1353. 12. Aprilis. Actum in castro Montis castelli.
Nobiles viri Lapus, Ugo, Nicolaccius, & Arrigus fratres, & fil. quondam Arrighi de Ricasolis ratificant dictam pacem.

1353. die 29. Junii. Actum in civitate Aretii.
Ser Arrigus, Ser Lapi de Prato, tanquam adhærens Jacobi Zanini de Guazzalotris de Prato ratificat dictam pacem.

1353. 29. Junii. Actum Florentiæ in palatio Dominorum Priorum, & Vexilliferi.
Joannes quondam Philippi de Guazzalotris de Prato ratificat dictam pacem.

1353. die 30. Junii. Actum in populo Sancti Donati de Montecchio.
Nobilis vir Franciscus Zucchiæ, & Franciscus Joannis Ghini de Ubaldinis ratificant dictam pacem.

1353. die 30. Maji. Actum Florentiæ in palatio populi Florentinorum.
Gregorius quondam D. Angeli de Prato ratificat dictam pacem.

1353. die 27. Maji. Actum Florentiæ in populo St. Stephani.
D. Lapa quondam Lapi de Sacchettis de Florentia, & uxor quondam Leucii de Guazzalotris de Prato, tutrix & mater Gemmæ, & Andreæ fratrum, & filiorum dicti Leucii, confirmat dictam pacem.

1353. die 28. Junii. Actum Florentiæ in populo St. Stephani.

D. Lapa quondam Lapi de Sacchettis de Florentia, & uxor quondam Leucii de Guazzalotris de Prato, tutrix & mater Gemmæ, & Andreæ fratrum, & fil. dicti Leucii Andreæ de Guazzalotris de Prato, & hæres Francisci, & Bartholomæi Buosi de Guazzalotris confirmat dictam pacem.

1353. die 18. Junii. Actum in Burgo Viggiani.

Nobilis vir Vannes de Susinana fil. quondam Tani de Castello fil. quondam Azzonis de Ubaldinis suo proprio nomine, & vice & nomine Scarpettæ Domini Petri Azzonis, Guaspartæ, & Thadæi suorum filiorum pro quo de rato, & nomine egregiorum virorum,

Gerii, Ghiselli, & Maghinardi fil. quondam Ugolini Tani prædicti de Ubaldinis ratificant dictam pacem.

1353. die 20. Junii. Actum in Castro Susinanæ.

Scarpetta D. Pierus Azzo, Guasparre, & Thadæus fil. supradicti Vannis ratificant dictam pacem.

1353. die 25. Junii. Actum Pisis.

Jacobus Cambini de Pistorio, adhærens & sequax Rev. D. Archiepiscopi Mediolani ratificat dictam pacem.

1353. die 21. Junii. Actum Mediolani in curia D. Archiepiscopi.

Nobilis Caccernellus quondam Ubaldini, & Andreas quondam Ottaviani de Ubaldinis, vice & nomine aliorum de Ubaldinis ratificant dictam pacem.

1353. die 18. Junii. Actum in terra Vixani.

Gentile, & Ugolinus de Goldaneriis de Florentia fratres, & fil. olim Simonis ratificant dictam pacem.

Nobilis vir Plalla fil. Francisci D. Ugolini de Ubaldinis ratificat dictam pacem.

1353. die 19. Junii. Actum Florentiæ in populo S. Laurentii.

Daniellus fil. Roggerii quondam Curradi de Soli ratificat dictam pacem.

Syndicatus sive procura Dominorum Guillelmi, & Protasii.

1353. die Jovis mensis Januarii. Mediolani.

Rev. D. Archiepiscopus Mediolani constituit, & ordinavit suos Syndicos, actores, & factores egregios milites D. Guillelmum Marchionem Pallavicinum, & Portasium de Caynis ad faciendam pacem perpetuo duraturam cum communi Florentiæ &c.

1353. die 20. Februarii. Actum Florentiæ in Palatio populi communis Florentiæ.

In consilio Domini Potestatis de mandato nobilis & potentis militis D. Pauli de Bajanis de Urbe civitatis, et communis Florentiæ honorabilis Potestas constituitur Syndicus, et procurator providus vir Carolus Strozzæ de Strozzis ad tractandam nomine ipsius populi pacem cum D. Archiepiscopo Mediolan.

1353. die 29. Decembris. Actum Perusii in Palatio communis.

In consilio majori constituitur Syndicus, & procurator dicti communis Perusii, ad firmandam pacem cum D. Archiepiscopo Mediolani D. Bectus Andreucii Ninii jurisperitus, Legerium Nicolucci Andreocti, & Bectolum Pori de Pelacanibus.

Actum Serezanæ Lucensis Diœcesis in Ecclesia majori S. Mariæ dictæ terræ anno Domini 1353. die 31. Martii, secundum morem Civitatis Florentiæ.

Post Num. LII. pag. 230.

Diploma, in quo Leopoldus, Romanorum Imperator, ac Josephus, Roman. Rex, Juribus atque prætensionibus, ipsis in Monarchiam Hispanicam, eique subjectas Italiæ Provincias competentibus, Carolo Archi-Duci Austriæ, Filio ac respective Fratri, atque declarato Hispaniarum Regi, cesserunt, cui insimul laudati Caroli Regis adjecta est ratibabitio, d. d. 12. Sept. 1703.

Nos Carolus III. Dei Gratia Rex Castellæ, Legionis, Aragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolimorum, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valenciæ, Galliciæ, Mayoricæ, Minoricæ, Seviliæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennæ, Algarbiæ, Algeziræ, Gadium, Insularum Canariarum, Indiarum Orientalium & Occidentalium, Insularumque, & Terræ Firmæ Maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum & Neopatriæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, & Barcinonis, Cantabriæ, & Melinæ Dominus &c. Notum facimus omnibus præsentibus & futuris: Cum invictissimus Princeps Dominus Leopoldus, Romanorum Imperator semper Augustus, Dominus & Parens Noster amantissimus & summa veneratione colendus, una cum Serenissimo Principe Domino Josepho, Romanorum & Hungariæ Rege, Fratre Nostro charissimo pro eorum benigna & benevola in Nos propensione hæreditario jure sibi delatam morte Serenissimi quondam & Potentissimi Domini Caroli II. Hispaniarum & Indiarum Regis pientissimæ recordationis, Hispanicam Monarchiam, simulque Belgium Catholicum, antiquum inclytæ Domus Nostræ patrimonium in Nos transtulerit, prout sequitur:

Nos Leopoldus, divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Lucemburgi, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ, & Tekæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, superioris

ris & inferioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Mahonis & Salinarum &c. Notum testatumque facimus: Cum per mortem pientissimæ memoriæ Serenissimi quondam & Potentissimi Principis Domini Caroli II. Hispaniarum & Indiarum Regis, Fratris & Nepotis Nostri charissimi, omnia ab illa possessa Regna & ditiones ad Nos hæreditario jure pervenerint; Nos tamen serio perpendisse, quam difficile sit, tot & tam longe dissitas Provincias simul cum aliis Regnis & Provinciis Nostris hæreditariis ab uno Principe sic gubernari, ut his præsertim temporibus communis Europæ salus & cunctorum Nostrorum subditorum utilitas efflagitat: Mature præterea consideravimus, cum modernæ res Hispanicæ ita comparatæ sint, ut Regis sui præsentiam quantocius requirant, non solum Nos multifarie impediri, quo minus illuc Nos statim conferamus, sed nec filium Nostrum dilectissimum primogenitum Serenissimum Regem Romanorum & Hungariæ Josephum, ad quem post Nos omnis successio Nostra primo jure pertinet, istud nunc iter arripere, & ab Imperio Romano Regnisque Nostris & Provinciis Austriacis abesse posse: Non minus ob oculos Nobis posuimus, quæ jam a teneris unguiculis in altero Nostro filio perdilecto Serenissimo Archiduce Carolo indoles emicuerit, talis nimirum, qualis eos quos Divina ipsa benignitas concessit natales deceat, quam etiam progredientibus annis omni virtutum se & domibus unde ortum trahit dignarum genere excoluerit, & quod jam ea ætate sit, ut Divino auxilio præeunte, accedente fidelium Ministrorum consilio &, ope populis a Deo sibi concreditis laudabiliter præesse queat; Non potuimus denique pro certissimo approbantis, ducentis & secundantis Divinæ voluntatis indicio grati non agnoscere & venerari, quod & primogenitus Noster Serenissimus Romanorum Rex hujus sui Fratris amantissimi incrementa pro suis reputet, & hic communibus non modo populorum Hispanicæ ditioni subditorum, sed totius pæne Europæ votis ad Hispanicam capessendam Monarchiam destinetur & invitetur, eumque ad finem assequendam a plurimis potentia & justitia fulgentibus Statibus nulli sumptui aut opere etiamnum parcatur. His igitur aliisque permoti gravissimis rationibus in nomine Sacro-Sanctæ & individuæ Trinitatis, consentiente & adstipulante & promovente dilectissime filio Nostro primogenito Serenissimo Romanorum & Hungariæ Rege Josepho, cessimus & assignavimus, cedimus & assignamus, virtute præsentium literarum, omni meliori modo, & quam firmissime id fieri possit, eidem filio Nostro secundogenito Serenissimo Archiduci Carolo, ejusque posteris ex legitimo matrimonio nascituris, non qualitercumque legitimatis, aut legitimandis, Universam Monarchiam Hispanicam, omniaque ad eam pertinentia, ubicunque sita Regna & Provincias, unaque Belgium, quod Catholicum audit, & ad Serenissimam Domum Nostram Austriacam antiquo jure spectat, illique & illis plenam & absolutam suo nomine omnes easce ditiones adipiscendi, possidendi, regendi & gubernandi tribuimus facultatem, ea plane ratione, iisque titulis & prærogativis, quibus defunctus Rex Carolus II. eas possedit, tenuit, rexit, & gubernavit, aut possidere, regere & gubernare potuit aut debuit, Nosque ipsi aut dilect. filius Noster primogenitus potuissemus, aut debuissemus, salvo semper evenientibus casibus totius Serenissimæ Domus Nostræ successionis jure & ordine, observatis quoque ubivis cujusque populi privilegiis, quæ illibata penitus quibusvis cupimus. Reservamus etiam Nobis & Successoribus Nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus Sacroque Romano Imperio, omnia Imperii jura in illas Provincias, quæ præcedentes Reges Hispaniæ sub quacumque qualitate ab Imperio acceperunt, filiusque Noster Serenissimus Carolus III. accipiet & possidebit non secus ac si speciatim hic singula expressa fuissent, quæque adeo idem conservare, & suo quævis loco & tempore in effectum deducere omnino tenebitur. Volumus similiter & eam porro huic cessioni seu translationi conditionem dicimus, ut filius Noster charissimus, Serenissimus Rex Carolus III. omnes conventiones ratas habeat, atque jam ratas habuisse censeri debeat, quas ad vindicandam & in illum transferendam Hispanicam successionem fecimus seu inivimus, & ad eas implendas suo se nomine diserte obstringat, ac jam obligatus censeatur, fidemque a Nobis datam reapte liberet, atque Nos, filiumque Nostrum Regem Romanorum Josephum, & illius posteros ea de causa securos & indemnes præstet, perinde ac si omnes istæ conventiones & præstationes hic sigillatim descriptæ essent. In horum omnium testimonium, & majus robur, Nos una cum filio Nostro dilectissimo Serenissimo Romanorum Rege Josepho non tantum præsentes has literas manibus Nostris subscriptas sigillis Nostris munivimus, & charissimo filio Nostro Serenissimo Regi Carolo III. Hispaniarum & Indiarum tradidimus, ab eoque vice mutua aliud acceptationis instrumentum, cui hoc instrumentum verbotenus insertum est, recepimus, sed & de eorum tenore semper observando, ac omnibus viribus propugnando Nos amboque filii Nostri, pro Nobis, & omnibus posteris Nostris verbo Imperiali & Regio, jureque jurando corporaliter præstito fidem Nostram quam solemnissime adstrinximus, nullo unquam tempore aut modo a Nobis aut aliis infringendam, omni quorumlibet qualicunque contradictione, exceptione generali ac speciali, restitutione, dispensatione & absolutione, etiam Pontificia, aliisque beneficiis legis, seu consvetudinis, aut nominis perpetuo exclusis. Actum præsentibus præcipuis Aulæ Nostræ Cæsareæ Proceribus, aliisque Consiliariis sanctioris Nostri Consilii status, Viennæ, die duodecima

cima mensis Septembris, Anno a partu virgineo millesimo septingentesimo tertio, Regnorum Nostrorum Romani quadragesimo sexto, Hungarici quadragesimo nono, Bohemici vero quadragesimo septimo.

Et Nos Josephus, Dei gratia Romanorum, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Lucemburgi, ac superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ, Teckæ &c. Princeps Sveviæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, superioris & inferioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alsatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Maonis & Salinarum &c. Testamur & profitemur omnia superius descripta ab Augusto Domino & Parente Nostro summe venerando, Nobis maxime volentibus, assentientibus & una cedentibus, decreta, acta & cessa esse; assentimur etiam & cedimus, pro Nobis & Posteris Nostris omni meliori quo fieri possit modo, verbo æternæ veritatis & Regio, additoque corporali Sacramento, promittentes, Nos omnia & singula exactissime servaturos, nec iis unquam contraventuros, aut aliis id permissuros esse, abolitis omnibus quibuslibet exceptionibus, aut beneficiis contrariis, undecunque aut quomodocunque provenientibus, etiamsi eorum jure vel consvetudine singularis mentio vel amplior renunciatio fieri debuisset. Viennæ, die & anno expressis.

Leopoldus manu propria. (L.S).

Josephus manu propria. (L.S.)

Nos cum cessionem ipsam, tum additas conditiones gratissimo animo acceptasse, sicut hisce acceptamus, pro Nobis & omnibus posteris Nostris, Regio verbo promittentes, &, tactis Sacrosanctis Scripturis, jurantes Nos & ipsos omnia & singula accuratissime custodituros, & optima fide impleturos, illis nunquam contraituros, aut ut ab aliis contraeatur passuros, & si quæ ulterior aut iterata, vel sæpius repetita, licet non necessaria confirmatio a Nobis, posterisve Nostris quibuscumque, Nostrisque Regnis & Provinciis, quandocumque postuletur, eam quoque daturos, & ut quam solemnissime expediatur curaturos esse, omni qualicunque tergiversatione, generali vel speciali exceptione, restitutione & absolutione cujusvis Ecclesiasticæ aut sæcularis potestatis, etiam Pontificia, aliisque beneficiis contrariis quibuscumque perpetuo exclusis. Ita Nobis, Posterisque Nostris summa Divinitas semper propitia sit, uti cupimus felicissimis & florentibus Regnis & Provinciis a Serenissimis Parente & Fratre Nobis ea fiducia ultro concessis. Actum præsentibus præcipuis Cæsareæ Aulæ Proceribus, aliisque Suæ Majestatis Consiliariis sanctioris Consilii status. Viennæ die duodecima mensis Septembris, Anno a Nativitate Christi Domini & Salvatoris Nostri supra millesimum, septingentesimo tertio, Regnorum Nostrorum primo.

Carolus. (L.S.)

Præsentes fuere Eminentissimus & Celsissimus Princeps Dominus Leopoldus, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis à Kollonitz, Archi-Episcopus Strigoniensis & Colozensis, Regni Hungariæ Primas: Reverendissimus ac Celsissimus Princeps Dominus Christianus Augustus, Coadjutor Archiepiscopatus Strigoniensis, Episcopus Jaurinensis, Saxoniæ Dux: Celsissimi Dom. Ferdinandus Princeps a Schuartzenberg, Aulæ Augustæ Imperatricis supremus Præfectus, aurei velleris Eques; Dom. Theodorus Princeps a Salm, Aulæ Serenissimi Regis Romanorum supremus Præfectus; Dom. Ferdinandus Princeps a Lobkowitz, Serenissimæ Romanorum Reginæ supremus Aulæ Præfectus; Dominus Antonius Florianus Princeps a Lichtenstein, Aulæ Serenissimi Regis Hispaniarum supremus Præfectus, aurei velleris Eques; Dominus Eugenius, Princeps Sabaudiæ & Pedemontii, Cæsarei Consilii Bellici Præses, & Campi Mareschallus, aurei velleris Eques: Illustrissimi & Excellentissimi, Dominus Ferdinandus Bonaventura Comes ab Harrach, supremus Aulæ Cæsareæ Præfectus, aurei velleris Eques; Dominus Wolfgangus Comes ab Oting, Excelsi Consilii Imperialis Aulici Præses; Dominus Joannes Franciscus Comes a Vurben, Sacræ Cæsareæ Majestatis, uti Regis Bohemiæ, supremus Cancellarius, aurei velleris Eques; Dominus Joannes Henricus, Princeps de Fundis, Comes a Mansfeld, supremus Sacri cubiculi Præpositus, aurei velleris Eques; Dominus Dominicus Andreas Comes a Kaunitz, S. R. I. Cancellarius, aurei velleris Eques; Dominus Wenceslaus Robertus Octavius Comes Kinsky, Sacræ Cæsareæ Majestatis in Regno Bohemiæ supremus Camerarius, & Aulæ Regiæ Præfectus; Dominus Georgius Adamus Comes de Martinitz, supremus Aulæ Cæsareæ Mareschallus, aurei velleris Eques; Dominus Otto Henricus Comes ab Abensperg & Traun, Statuum inferioris Austriæ Mareschallus, aurei velleris Eques; Dominus Hothoardus Henricus Comes a Sallaburg; Dominus Wenceslaus Adalbertus Comes a Sternberg, Sacræ Cæsareæ Majestatis in Regno Bohemiæ supremus Judex, & Aulæ Regiæ Mareschallus; Dominus Carolus Maximilianus Comes de Turri & Valsasina, Sacræ Cæsareæ Majestatis in Marchionatu Moraviæ Locum tenens; Dominus Julius Fridericus Comes Bucellini, Aulæ Cæsareæ Cancellarius; Dominus Hermanus Jacobus Comes de Jsthernin, supremus in Regno Bohemiæ Præfectus; Dominus Philippus Sigismundus Comes a Dietrichstein, supremus Cæsarei Stabuli Præfectus, aurei velleris Eques; Dominus Ferdinandus Marchio degli Obizzi, Cæsareus Campi Mareschallus, & Præsidii Viennensis Præfectus, aurei Velleris Eques; Dominus Joannes Volckardus Comes a Conzin, supremus Aulæ Serenissimæ Dominæ Archi-Ducissæ

cissæ Elizabethæ Præfectus; Dominus Leopoldus Donatus, Comes à Trautshon, supremus Serenissimi Romanorum Regis Cubiculi Præpositus; Dominus Albertus de Longueval, Comes de Bouquoi, Ordinis de Calatrava Eques; Dominus Norbertus Leopoldus Leibsteinsky, Comes à Kolororat; Dominus Aloysius Thomas Raymundus, Comes ab Harrach, supremus Cæs. Protectorum pedestrium Præfectus; Dominus Jacobus, Comes ab Hamilton, Sacræ Cæsareæ Majestatis in Marchionatu Burgoviæ Nomarcha; Dominus Carolus Josephus, Comes à Paar, supremus in Regnis & Provinciis Hæreditariis Cursus publici Præfectus; Dominus Nicolaus, Comes de Palffi, Cæsar. Protectorum equestrium Præfectus, Generalis Campi Mareschallatus locum tenens; Dominus Ferdinandus Gobertus Comes ab Aspermont, Generalis Campi Mareschallus locum tenens; Dominus Gundackerus Thomas, Comes de Stahrnberg, Cameræ Aulicæ Cæsareæ Præses; Dominus Hugo Franciscus Comes à Kœningsegg, Episcopatus Leutomericensis Coadjutor, Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis Canonicus; Dominus Joannes Fridericus liber Baro à Seilern; & Dominus Franciscus Moles, Dux de Pereti: omnes Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarii Status.

In fidem veritatis nomen meum subscripsi, ac sigillum meum apposui, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarius Aulicus, Secretarius Status, & Referendarius, atque authoritate Cæsarea & Archiducali creatus Notarius Publicus, qui hæc omnia fieri præsens audivi & vidi ego

(L. S.)

Joannes Ignatius Albrecht
ab Albrechtsberg.

Post Num. LXII. pag. 334.

Protestatio nomine Sedis Apostolicæ, Sanctissimique Domini, Domini Innocentii Papæ XIII. adversus Tractatus super concessione eventualis investituræ de Parma atque Placentiæ Ducatibus prætensæ initos, aut ineundos, in conventu Cameracensi emissa, d. d. mens. Mart. An. 1723.

Ubi primum Sanctissimus Dominus Noster Innocentius Divina Providentia Papa XIII. accepit, in conventu & Comitiis hac in Civitate Cameracensi aperiendis, generalem Concordiam inter Orthodoxos Principes ita componendam esse, ut per sinceram reconciliationem, sedatis acerbissimis dissidiis, quibus illorum animi agitabantur, desiderata tandem tranquillitas firmaretur, nullis nec precibus apud DEum, nec officiis & cohortationibus apud eosdem Principes, consilia hæc promovere, atque ad tam universæ Christianæ Reipublicæ salutare opus, benedicente Domino, perficiendum, illos urgere unquam desiit: Ea tamen Sanctitati Suæ mens, & fiducia fuit, ne quid nimirum injuriæ, ac detrimenti, in ipsa optatissimæ licet Concordiæ sanctione, Catholicæ Religioni, atque Sedis Apostolicæ & Ecclesiarum juribus inferretur; quibus jam tum ab initio Sui Pontificatus, tam per Suos, apud præfatos Principes, Nuntios, quam per seipsam, cum eorum Ministris Romæ commorantibus, opportune prospicere non prætermisit.

At, post longas moras, quæ publicam expectationem protrahebant, gravissimum illi accidit diversis ex partibus allatum nuntium, Cameracensem istam Concordiam ea demum ratione parari, ut veluti præcipua, ac, ut ajunt, præliminaris illam conciliandi conditio futura sit eventualis Investitura Ducatus Parmæ & Placentiæ à Catholico Rege Philippo V. pro Regio Infante Carolo ejusdem filio petenda, eique ab Imperatore Carolo VI. tanquam de Feudo Imperii concedenda: Idque in Comitiis Ratisbonensibus propositum, à Germaniæ Principibus per suos Administros ibi congregatos, confirmatum, atque approbatum fuisse; amplis verbis gratias agendo Imperatori, pro cura impensa in amplificandis Imperii Juribus, ut legitur, in Capitulo Electorali dictato Ratisbonæ die 7. Mensis Decembris Anni superioris 1722. & in Concluso Principum & Statuum Imperii.

Quapropter cum dubitari possit, quod, ut ibi decretum, deliberatumque jam fuit, reipsa deveniatur ad concessionem dictæ eventualis Investituræ ejusdem Ducatus Parmæ, & Placentiæ, qui nulla ratione ad Jura Imperii pertinet, sed ut omnibus notorium manifestumque est, non alterius, quam S. Sedis ac Romani Pontificis directo, alto, & supremo Dominio subest: idcirco Sanctissimus Pater, ex credito sibi divinitus Apostolici officii debito, tam apertæ juvium Sedis Apostolicæ læsioni mature occurrere volens, Illustrissimo & Reverendissimo Domino Bartholomæi Massei Athenarum Archiepiscopo, Suo & ejusdem Sedis Apostolicæ in Galliarum Regno Nuntio Ordinario, utpote vicino ejus Ministro injunxit, ac speciali Mandato commisit, ut, juxta generales, & amplissimas facultates ipsi jam tributas per literas in forma Brevis eidem directas sub die 15. Mensis Septembris Anno 1722. tanquam ejusdem Sanctitatis Suæ, ac Romanæ Ecclesiæ verus & legitimus Procurator, Actor & negotiorum gestor, vel per seipsum, vel per alium ab eo huc mittendum (cui tamen nullum extrinsecum Ministerii titulum communicari voluit) Sedem præfatam à quibusvis præjudiciis, quæ ei ex ejusmodi Concordiæ tractatione, etiam illius exitu minime expectato, quomodolibet obvenire possent, quacumque opportuniori ratione, cura, & studio præservare, illæsamque, ac sarctam tectam reddere, ac illa antevertere adniteretur.

Ut igitur idem Illustrissimus Athenarum Archiepiscopus vel ipsis etiam injustis dictæ Concordiæ initiis, quibus Apostolicæ Sedis jura adeo manifeste impetuntur, Pontificium dissensum, & improbationem opponeret, ac novis ad- huc

huc & specialibus à Sanctitate Sua, per alias in simili forma Brevis die 16. Februarii præsentis Anni 1723. expeditas literas, ad eum interim prolatis Mandatis obtemperaret, me huc ablegavit, ut Sanctitatis Suæ jussa exequendo, Romanæ Ecclesiæ rationibus, legitimis remediis consulerem, ne ullo unquam tempore S. Sedis acquiescentia prætendi possit.

Licet autem, ut id pro officii mei ratione exequar, ejusdem Sedis titulos & jura, quorum solus DEUS Judex est, hic proferre & recensere non debeam, minus vero operæ pretium sit, quoad longissime potest mens nostra, respiciendo spatia præteriti temporis, memoriam rerum recordari ultimam: id tamen non omittam, neminem videlicet latere, duobus & ultra abhinc Sæculis Romanam Ecclesiam dicti Ducatus supremo, alto, & directo Dominio pacifice potitam fuisse: nec minus exploratum esse, fel. rec. Paulum III. eundem Ducatum in Feudum concessisse Petro Aloysio, & Domui Farnesiæ, designatis personis ex dicta Domo, & Familia in ipso successuris, certisque adpositis pactis, & conditionibus ab illis perpetuo adimplendis; cujus concessionis, ac Investituræ lege semper, fideliterque hactenus servata, quoties possessorem Feudi decessisse contigit, ejusdem filius primogenitus, tanquam Ecclesiæ Romanæ Feudatarius, publica Legatione supplicans pro Investituræ renovatione, à Summo Pontifice pro tempore existente illam obtinuit: omnesque demum, tam nimirum modernus D. Parmæ & Placentiæ Dux, quam ejus in dicto Ducatu Prædecessores, palam, ac omnium oculis spectantibus, solenniter semper solverunt annuum Censum, tanquam perenne dicti supremi Dominii S. Sedis, & Vasallagii testimonium in originaria Investitura Feudatario imperatum, atque præscriptum.

Quæ sane omnia, cum probe nota essent, tum præcessoribus Imperatoribus, Imperii tamen jura minime obtendentibus, tum præcipue gloriosæ memoriæ Leopoldo; idem, dum Sanctæ mem. Innocentius XII. vehementer apud illum conquestus fuit, quod militares ejus Copiæ ingressæ essent ditionem Parmensem & Placentiam, Romanæ Ecclesiæ Feudum, facti hujus eam attulit excusationem, nempe quod ipse à Principis, & sibi tam arcte conjuncti, & S. Sedis Vasallagio adstricti Ditionibus certo abstinuisset, nisi summa necessitas eum coëgisset ad milites in illas immittendos: Ut etiam Comite Philippo Maria Scotto, dicti Domini Ducis ablegato, ejus nomine poscente compensationem ingentium contributionum ab eodem subministratarum, atque damnorum, quæ ob Cæsareum Militem in sua Ditione ad hyberna missum illata illi fuerant, prædictus Imperator professus fuit, atque declaravit, adeo gravia incommoda D. Ducis Ditioni invexisse non ex Vasallagii debito, sed quia rerum, ac temporum conditio ipsum, tametsi invitum, ad id compulerant. Porro ecquis nescit fel. rec. Clementem P. P. XI. ad ejusdem Ducatus defensam & custodiam, inter novissimos Italici belli motus, Romanæ Ecclesiæ Vexillum in illius Arcibus, ac Munitionibus explicavisse atque Pontificium præsidium collocasse: Cæsareis & Fœderatorum Regum Exercitibus ac Ducibus id spectantibus, nemine vero adversus adeo constans & publicum supremi S. Sedis Dominii exercitium reclamante.

In tanta itaque jurium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ perspicuitate, atque evidentia, quæ Religio, quæ justitiæ ratio pati poterit, ut, cum adeo gravi illorum jactura ac impendio, jura Imperii, nova ac indebite prorsus quæsita, accessione amplificentur? Aut quæ pax inter Christianos Principes coalescere poterit, quæ diu mansura sit, si eadem auspicanda violento spolio, quo S. Sedes, & Christi Vicarius tanta cum injustitia suarumque rationum detrimento deturbatur supremo, alto, ac directo Dominio dicti Ducatus antiquissimis titulis, plurium Sæculorum pacifica quasi possessione, & gentium denique consensu constabilito? Quemadmodum igitur Sanctissimus Pater, quo tantam injuriam propulsaret, atque Romanæ Ecclesiæ jura vindicaret, & assereret, non defuit omnibus paternis officiis, quibus, tam per suas Literas Apostolicas, quam Nuntios suos, Catholicos Principes admoneret, atque ab injustis hac in re susceptis consiliis revocaret: ita ego reverenter, atque humiliter obsequendo menti Sanctitatis Suæ, ac utendo facultatibus ejusdem authoritate mihi, à præfato Illustrissimo & Reverendissimo Nuntio attributis, ut demandatum officium adimpleam, & ut plenius omnibus innotescat, & palam fit, quod ipse Summus Pontifex ejusmodi præjudiciis non modo non assentitur, nec unquam assensurus est, sed illa expresse impugnat, reprobat, ac rejicit, prout etiam ejus Successores certo impugnaturi, reprobaturi, & rejecturi semper erunt, omnibus melioribus modo, via, jure, causa & forma, quibus pro ejusdem officii mei ratione possum, & debeo, in hoc publico conventu, publice, solenniterque declaro, atque protestor, nihil, quod pertinet ad Ducatum Parmæ & Placentiæ à quopiam in præjudicium, tum directi Dominii, tum jurium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ competentium, innovari, statui, vel disponi posse, vel potuisse. Propterea que quascumque Tractationes, Conventiones, Pacta, Dispositiones, illarumque Confirmationes, & Approbationes, tam hic, quam in Comitiis Ratisbonensibus, ac Capitulo & Concluso præfatis, sive etiam alibi, & ubicunque, super ejusdem Ducatus eventuali Investitura, Infeudatione, Concessione, Successione, Possessione, & fruitione, magisque ipsam eventualem Investituram, Infeudationem, seu Concessionem, quibuscunque verbis, clausulis, & formulis, tam directe, quam indirecte, tam principaliter, quam incidenter, ac alias quomodocumque, & quandocumque factas, seu, quod absit, faciendas, omnino nullas, irritas, invalidas, inanes, nulliusque roboris, ac momenti, cum omnibus inde secutis, & quandocumque fortasse secuturis ab ipso initio fuisse, esse, & perpetuo fore: illaque

illaque idcirco pro facultatibus mihi, ut supra, concessis, & munere quo fungor, ac nomine supradicto, omni meliori modo, quo possum ac debeo, reprobo, rejicio, atque impugno, nec ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, vel possidendi, aut præscribendi causam, tametsi per immemorabile tempus, acquisitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quandocumque acquiri vel competere posse, neque illa statum ullam facere, vel fecisse, vel in posterum facere posse; sed perinde, ac si nunquam emanassent, aut emanarent, vel facta non fuissent, vel forent, pro non emanatis & non factis perpetuo habenda esse: ideoque eisdem nullo unquam tempore refragantibus, supremum, altum, & directum Dominium, & alia omnia quæcumque Sanctæ Sedis, & Romanæ Ecclesiæ jura super prædicto Ducatu Parmæ & Placentiæ, salva, integra, illæsa, inviolata fuisse, & esse, ac perpetuo fore, rursus protestor, atque declaro. Actum Cameraci die Mensis Martii, Anno millesimo septingentesimo vigesimo tertio, Indictione prima, Pontificatus S. S. D. D. N. Innocentii Papæ XIII. Anno secundo.

Echevins, & Magistrat de la Ville, Cité, & Duché de Cambray, à tous ceux, qui ces presentes verront, sçavoir faisons, que l'acte de Protestation cy dessus, ensemble certaines lettres en parchemin, données à Paris le 14. Mars de la presente année 1723. par les quelles Mr l'Abbé Rotta Protonotaire Apostolique, & Auditeur de Mgr le Nonce est par luy subdelegué aux fins de la susdte Protestation en vertu des Procés de Notre St. Pere le Pape Innocent XIII. en date de 15. Sept. 1722. & 16. Fevrier de la presente année icy vûs & inserés ésdites Lettres, ont été aujourd'hui lûs à haute, & intelligible voix par iceluy Sieur Abbé Rotta, & deposés en notre Chambre Echevinale de la maniere, & ainsy, qu'il est enoncé au predt Acte de Protestation, que nous avons receu suivant sa requisition, pour étre conservé dans nos Archives, faire foy à toujours, y avoir recours, & valoir au St Siege Apostolique, & à Sa Sainteté, ce que de raison, le tout quoy, dont sera delivré au d. Sr Abbé Rotta delles Expeditions qu'il souhaitera, nous ordonons étre enregistré ensemble le present procés verbal dans l'un de nos Registres destiné pour la reception des pareils Actes. Fait en pleine Chambre Echevinale sous la Signature de l'un de nos Greffiers & le Seel aux causes ordres de la de Ville le premier Avril 1723. soussrit par ordonance & signé *C. J. Michel* avec paraphe, & étoit apposé le Seel aux Causes en Cire verde.

Echevins, & Magistrat de la Ville, Cité, & Duché de Cambray à tous ceux, qui ces presentes verront, sçavoir faisons, que l'Original de la Protestation cy dessus transcrite avec le verbal par nous tenu au bas d'icelle le premier du present mois reposé dans les Archives de l'Hotel de Ville, & est en outre enregistré dans l'un de nos Registres destiné pour la reception des pareils Actes; en foy de quoy nous avons aux presentes signées de l'un de nos Greffiers fait apposer le Seel aux Causes Ordres de la de Ville le 3. Avril 1723.

(*L. S.*)

Par Ordonance,

C. J. Michel.

Post Num. LXIII. pag. 335.

Instrumentum Pacis inter Imperatoris Romani, Caroli VI. Cæsaream atque Catholicam Majestatem ex una; ac Regis Hispaniarum, Philippi V. Catholicam Majestatem, ex altera parte, Viennæ die 30. April. An. 1725. conclusæ; cui insimul omnia Diplomata in eodem allegata annexa sunt.

IN nomine Sacro-Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen! Notum sit universis & singulis, quorum interest, aut quomodocunque interesse potest:

Postquam sub finem anni millesimi septingentesimi, quo Rex Hispaniarum & Indiarum Catholicus, Carolus II., inclytæ memoriæ, improlis e vita discessit, cruentum diuturnumque bellum super successione in ejusdem Regna inter Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum, Leopoldum, Romanorum Imperatorem, Hungariæ Bohemiæque Regem, Archiducem Austriæ &c. pientissimæ recordationis, ex una, & inter Serenissimum & Potentissimum Principem, Dominum Philippum V. Hispaniarum & Indiarum Regem Catholicum, In assistentia Serenissimi ac Potentissimi Principis, Domini Ludovici XIV. Galliarum Regis, ex altera parte exortum est, cui subinde Sacrum Romanum Imperium, Serenissimus quoque & Potentissimus Magnæ Britanniæ Rex, Guilielmus, ejusque in Regno Successor, Serenissima ac Potentissima Domina Anna, Celsique & Præpotentes Status Generales Fœderati Belgii socii accesserunt; Pace vero anno 1713. Trajecti ad Rhenum inter ipsos facta, bellum, quod tunc inter Serenissimum & Potentissimum Principem DominumCarolum, Romanorum Imperatorem, hujus nominis Sextum, ac Imperium ex una, ac altefatum Galliarum Regem ex altera parte adhuc perdurabat, per subsecutam anno 1714. Pacem Badensem quoque deletum: tandem & illi bellorum motus, qui altefatam inter Suam Majestatem Cæsaream Catholicam, & Regem Hispaniarum Catholicum Philippum V. adhuc fremebant, per accessionem ad Tractatum Londini 2. Aug. st. n. 22. Jul. st. v. 1718. initum, acceptionemque conditionum utrique eorum, prout & Regi Sardiniæ in eo propositarum felici quoque omine sedati fuerunt, certis articulis

lis inter eos adhuc tum controversis, ad particularem Congressum subinde in urbe Cameraci institutum remissis, sub amicis mediatoriis officiis Serenissimi & Potentissimi Regis Galliarum Ludovici XV. ac Serenissimi & Potentissimi Regis Magnæ Britanniæ, Georgii, definiendis. Quo quidem in loco per Plenipotentiarios ab omnibus partibus eo missos, sub præfata mediatione, a triennio abhinc operose quidem, verum, ob varia impedimenta, absque fructu exoptato allaboratum fuit, quod ipsum, cum & spes nulla felicioris in futurum successus affulgeret, in causa erat, quod Serenissimus Hispaniarum Rex Catholicus consilium ceperit, dicta adhuc controversiæ puncta cum Sua Majestate Cæsarea & Catholica in ipsa urbe Viennensi, per Ministros utrinque ad id opus cum plena potestate munitos, amice definiendi, ad quod Sua Majestas Cæsarea Catholica Celsissimum Principem ac Dominum *Eugenium, Sabaudiæ & Pedemontium Principem*, altefatæ Suæ Majestatis Cæs. Catholicæ Consiliarium actualem intimum, Consilii Aulico-Bellici Præsidem, suumque Locum tenentem Generalem, S. R. I. Campi Mareschallum, ac ejusdem Statuum per Italiam Vicarium Generalem, Aurei Velleris Equitem, nec non Illustrissimum & Excellentissimum Dominum *Philippum Ludovicum, S. R. I. Thesaurarium hereditarium, Comitem de Sinzendorff*, (tit.) ac Illustrissimum & Excellentissimum Dominum *Gundaccerum Joannem, S. R. I. Comitem de Staremberg* (tit.) Sua Majestas vero Regia Catholica Illustrissimum & Excellentissimum Dominum *Joannem Guilielmum Baronem de Riperda* (tit.) nominavere, qui, habitis inter se colloquiis, tandem in sequentes articulos convenere, commutatis prius plenipotentiis:

Artic. I.

Pax sit Christiana universalis, perpetua, veraque amicitia inter Suam Cæsaream Catholicam Majestatem, & inter Regis Hispaniarum Catholicam Majestatem, utriusque eorundem Hæredes & Successores, Regna hæreditaria, horum subditos & provincias, eaque ita sincere servetur & colatur, ut utraque pars alterius utilitatem, honorem & commodum promoveat, damna vero & injurias avertat.

Artic. II.

Basis & fundamentum, regula ac norma istius pacis est & sit Tractatus Londinensis de die 2. Aug. st. n. 22. Jul. st. v. anni 1718. propositæque in eo pacis conditiones a Sua Majest. Cæsarea Catholica eadem ipsa die, a Rege Catholico vero Madriti 20. Jan. & 17. Februar. 1720. Hagæ Comitum approbatæ, (*vid. supra in hoc Tom. I. p. 266. sqq.*) & in vim pacti perpetui mutuo acceptatæ, vigore quarum præfatus Rex ad reparanda ea, quæ contra pacem Badensem d. 17. Sept. 1714. (*vid. infra sub Lit. A.*) conclusam, prout & contra neutralitatem per Tractatum die 14. Martii 1713. (*vid. supra in hoc Tom. I. pag. 262. sqq.*) pro Italia stabilitam turbata fuerunt, actu restituit Suæ Majestati Cæsareæ Insulam & Regnum Sardiniæ in eo statu, quo erat tunc, cum illud occupavit, renunciavitque Suæ Majestati Cæsareæ omnia jura, prætensiones, rationes & actiones in dictum Regnum, ita ut Sua Majestas Cæsarea de illo, ceu de re sua, plene libereque ad eum modum, juxta quem amore boni publici fecit, disposuit.

Artic. III.

Quandoquidem unica, quæ excogitari potuit, ratio ad constituendum duraturum in Europa æquilibrium ea visa fuerit, ut pro regula statuatur, ne regna Galliæ & Hispaniæ ullo unquam tempore in unam eandemque personam, nec in unam eandemque lineam coalescere unirique possent, istæque duæ Monarchiæ perpetuis futuris temporibus separatæ remanerent, atque ad obfirmandam hancce regulam tranquillitati publicæ adeo necessariam, hi Principes, quibus nativitatis prærogativa jus in utroque regno succedendi tribuere poterat, uni e duobus pro se totaque sua posteritate solenniter renunciaverint, (*vid. infra sub Lit. B.*) adeo ut ista utriusque Monarchiæ separatio in legem fundamentalem abierit, in Comitiis generalibus, vulgo: Los Cortes, Madriti d. 19. Nov. 1712. receptam, & per Tractatus Trajectenses die 11. April. 1713. (*vid. infra sub Lit. C. & D.*) consolidatam; Sua Majestas Cæsarea legi adeo necessariæ & salutari ultimum complementum datura, atque omnem sinistræ suspicionis ansam tollere, tranquillitatique publicæ consulere volens, acceptat & consentit in ea, quæ in Tractatu Trajectensi super jure & ordine Successionis in regna Franciæ & Hispaniæ acta, sancita & transacta fuerunt, renunciatque tam pro se, quam pro suis Hæredibus, Descendentibus & Successoribus, maribus & fœminis, omnibus juribus, omnibusque in universum prætensionibus quibuscunque, nulla penitus excepta, in quæcunque regna, ditiones & provincias Monarchiæ Hispanicæ, quarum Rex Catholicus per Tractatus Trajectenses agnitus fuit legitimus possessor, prout jam solennes desuper renunciationis actus in omni meliori forma expediri, eosque publicari, & in acta loco congruo referri curavit, ac super iis instrumenta solita Suæ Majestati Catholicæ Partibusque compaciscentibus actu jam extradidit.

Artic. IV.

In vim dictæ renunciationis, quam Sua Majestas Cæsarea amore universæ Europæ securitatis, habita quoque ea ratione fecit, quod Dominus Dux Aurelianensis juribus & rationibus suis in regnum Hispaniæ pro se & pro suis descendentibus sub ea conditione renunciaverit, (*vid. supra pag. 989. in hoc Tom. I.*) ne Imperator, aut ullus ejusdem Descendentium, in dicto Regno succedere unquam posset, Sua Majestas Cæsarea Catholica agnoscit Regem Philippum V. legitimum Hispaniarum & Indiarum Regem, sinet præterea eundem, ejusque Descendentes, Hæredes & Successores masculos & fœminas pacifice frui cunctis iis ditionibus Monarchiæ Hispanicæ in Europa, in Indiis & alibi, quarum possessio ipsi per Tractatus Trajectenses asserta fuit,

fuit, neque eum in dicta possessione directe, vel indirecte turbabit unquam, aut ullum jus in dicta regna & provincias sibi sumet.

Artic. V.

Pro renunciatione atque agnitione a Sua Majestate Cæsarea in præcedentibus duobus articulis facta, Rex Catholicus vicissim renunciat tam Suo, quam Suorum hæredum, descendentium & successorum, marium & fœminarum nomine, Suæ Majestati Cæsareæ ejusque successoribus, hæredibus & descendentibus, masculis & fœminis, cuncta jura ac rationes quascunque, nulla penitus excepta, in omnia & quælibet regna, provincias & ditiones, quæ vel quas Sua Majestas Cæsarea in Italia, vel in Belgio actu possidet, eique vigore Tractatus Londinensis obveniunt, abdicatque se universim omnibus juribus, regnis & provinciis, quæ olim ad Monarchiam Hispanicam, sive in Belgio, sive in Italia, pertinuerunt, quas inter Marchionatus Finalensis a Sua Majestate Cæsarea Reipublicæ Genuensi cessus anno 1713. (*vid. infra sub Lit. E.*) diserte quoque comprehensus intelligatur, super quo solennes renunciationis actus in omni meliori forma jam expediri, eosque publicari, & loco congruo in acta referri, actu curavit, ac super his Instrumenta consueta Suæ Majestati Cæsareæ & partibus compaciscentibus extradidit.

Sua Majestas Catholica renunciat pariter Juri Reversionis ad coronam Hispaniæ sibi super Regno Siciliæ reservato, omnibusque aliis actionibus & prætensionibus, quarum prætextu Suam Majestatem Cæsaream, ejus hæredes & successores, directe vel indirecte, tam in supra dictis regnis & provinciis, quam in cunctis aliis ditionibus, quas actu in Belgio & Italia vel ubicunque alibi possidet, turbare posset.

Artic. VI.

Sua Majestas Cæsarea, in contemplationem Serenissimæ Hispaniarum Reginæ, consentit jam, sub reservato Imperii consensu, eoque subinde obtento (*vid. infra lit. F. & G.*) iterum consentit, ut si quando Ducatum Hetruriæ, prout & Ducatus Parmæ & Placentiæ, ceu agnita a Partibus compaciscentibus in Tractatu Londinensi indubitata Imperii feuda masculina, ex deficientia sexus masculini, vacare unquam, atque Imperatori & Imperio aperiri contingeret, in iis filius præfatæ Reginæ primogenitus, hujusque descendentes masculi ex legitimo matrimonio nati, iisque deficientibus secundus aliique postgeniti ejusdem Reginæ filii, pariter cum eorum posteris masculis ex legitimo matrimonio natis, jure perpetuo primogenituræ, juxta leges ac consuetudines Imperii feudales, in dictis Ducatibus ac terris ad eos in Hetruria pertinentibus succedant. In cujus rei securitatem Sua Majestas Cæsarea præfatis Principibus promissas literas expectivas eventualem Investituram continentes Stylo solito actutum expediri, Regique Catholico tradi curabit, id tamen citra ullum damnum, aut præjudicium eorum Principum, qui dictos Ducatus in præsens obtinent, salvaque illorum per omnia quieta possessione.

Placuit tamen oppidum Liburni in perpetuum esse & deinceps permanere debere portum liberum, eo plane modo, quo nunc est. Adpromittit insuper, obligatque sese Rex Catholicus, quod oppidum Portus Longi una cum ea parte Insulæ Ilvæ, quam in ea tenet, præfato Principi suo & Reginæ filio cedat tradatque, quam primum iste, tempore & ordine debito, ad actualem Hetruriæ Ducatus possessionem pertingat.

Abdicatque a se suisque successoribus Hispaniarum Regibus facultatem omnem, ex præfatis Ducatibus quidquam sibi asserendi, acquirendi, aut unquam possidendi, quin nec tutelam Principis, cui isti Ducatus obvenient, suscipiendi, aut quocunque tempore gerendi.

Imperator & Rex Hispaniarum spondent, bona fide se religioseque observaturos, quæ in Fœdere Londinensi de non introducendo in dictos Ducatus, viventibus modernis eorum possessoribus, proprio aut conductitio milite acta sunt, ita tamen, ut si quando casus aperturæ unius, vel alterius Ducatus eveniat, Princeps Infans Don Carlos, secundum literas Investituræ eventualis, ejusdem possessionem apprehendere possit.

Artic. VII.

Sua Majestas Cathol. renunciat pro se suisque in Regno successoribus & hæredibus, posteris item suis utriusque sexus, in perpetuum Juri Reversionis Regni Siciliæ ad Coronam Hispaniæ, in Instrumento Cessionis de 10. Julii 1713. (*vid. supra in hoc Tom. I. pag. 1024*) erga Regem Sardiniæ sibi reservato, literasque, ut vocant, reversales desuper confectas Suæ Majestati Cæsareæ una cum Instrumento ratificationis istius Tractatus bona fide extradet, salvo tamen reversionis jure in Insulam & Regnum Sardiniæ, juxta articulum secundum Conventionum inter Imperatorem & Regem Sardiniæ, sibi competente.

Artic. VIII.

Imperator & Rex Catholicus spondent, mutuoque se obstringunt ad defensionem, seu Guarantiam reciprocam omnium Regnorum & Provinciarum, quæ vel quas actu possident, aut quorum quarumve possessio ad illos, vigore Tractatus Londinensis, per hoc Pacis Instrumentum confirmata jam pervenit.

Artic. IX.

Sit utrinque perpetua oblivio, amnestia & generalis abolitio omnium eorum, quæ ab initio belli moti verbis, scriptis & factis ab utriusque subditis, clam vel palam, directe, seu indirecte, gesta, aut patrata fuerunt; Gaudeantque ista generali amnestia & abolitione omnes & singuli utrinque subditi, cujuscunque status, dignitatis, gradus, conditionis, aut sexus sint, tam Ecclesiastici quam militares, politici

& civiles, qui, durante bello, partes unius, aut alterius Principis secuti sunt, vigore cujus universis & singulis permissum & licitum sit, recipere plenariam possessionem & usumfructum suorum bonorum, jurium, privilegiorum, honorum, dignitatum, & immunitatum, iisque utentur, fruenturque æque libere, ac iis sub initium ultimi belli, vel quo tempore uni alterive parti adhærere cœperunt, gavisi & fruiti fuerunt, non obstantibus confiscationibus, arrestis & sententiis sub bello factis, latis & publicatis, quæ pro nullis, & ceu non factis habeantur. Insuper virtute ejusdem amnestiæ & abolitionis omnibus & singulis subditis, qui unam alteramve partem secuti sunt, fas liberumque esto, patriam suam repetere, bonisque suis uti frui, plane ac si bellum nullum intervenisset, data eis omnimoda facultate, dicta bona sua sive per se, si iis præsentes sint, sive per Procuratores, si abesse a patria maluerint, administrandi, eaque vendendi, aut de illis quocunque alio modo pro lubitu suo disponendi, ad eum omnino modum, quo ante cœptum bellum de iis disponere valuere. Dignitates quoque subditis durante bello hinc inde collatæ iis pariter deinceps integræ permaneant, mutuoque agnoscantur.

Artic. X.

Ad complanandas, quæ ratione titulorum adhuc motæ sunt, controversias, placuit, ut Sua Cæsarea Cathol. Majestas Carolus VI. Rom. Imp. & S. Reg. Cath. Majestas Hispaniarum & Indiarum Rex Philippus V. titulis utrinque assumptis imposterum, vita utriusque eorum durante, utantur, hæredes vero, & Successores titulos duntaxat eorum regnorum & provinciarum, in quorum possessione sunt, assumant, aliis vero abstineant.

Artic. XI.

Dux Parmæ conservetur & manuteneatur in possessione omnium suorum statuum, jurium & actionum, eo modo, quo tempore signaturæ Tractatus quadruplicis Fœderis fuit, quæ vero cum finitimis Suæ Majestatis Cæsareæ Provinciis subvenerunt controversiæ, eæ per arbitros ab utraque parte eligendos amicabiliter decidantur.

Artic. XII.

Sua Majestas Cæsarea adpromittit, ordinem succedendi in Regno Hispaniæ receptum, atque per Tractatum Trajectensem, per Renunciationes item vi quadruplicis Fœderis subsecutas, nec non per præsens Pacis Instrumentum confirmatum tueri se, guarantiamque desuper præstare, &, quoties opus, manutenere velle. Vicissim Rex Hispaniæ tueri & guarantigare quoque spondet eum succedendi ordinem, quem Sua Cæsarea Majestas, ad mentem majorum suorum in Serenissima Sua Domo ex pactis ejusdem antiquis, in forma perpetui, indivisibilis ac inseparabilis Fdei Commissi primogenitura affecti, pro universis Suæ Majestatis utriusque sexus hæredibus & successoribus, declaravit & stabilivit, quique subinde ab ordinibus & statibus universorum Regnorum, Archiducatuum, Ducatuum, Principatuum, Provinciarum ac Ditionum ad Serenissimam Domum Austriacam jure hæreditario spectantium communi omnium voto susceptus ac grato submissoque animo agnitus, atque in vim legis Sanctionisque pragmaticæ perpetuo valituræ, in publica monumenta relatus fuit.

Artic. XIII.

Super dotibus Serenissimarum Infantium Mariæ & Margaritæ Dominarum Imperatricum ita conventum est, ut, constituta pro illis hypotheca, urbes videlicet, oppida & terræ, ex quibus fructus, seu usuræ annuæ, pro ratione sortis stipulatæ percipiebantur, restituantur, vel, loco istarum dotium & hypothecæ, sors ipsa in ære parato semel pro semper, una cum fructibus tam ante obitum Regis Caroli II. quam post acceptatum Tractatum Londinensem ex iis perceptis, Suæ Maj. Cæsareæ persolvantur.

Artic. XIV.

Super debitis hinc inde contractis ita convenit, ut quemadmodum S. M. Cæsar. Catholica debita in Catalonia a se, vel ejus nomine contracta exsolvit, & quæ adhuc liquide extant, persolvenda in se recipit, ita quoque debita a Ministris Serenissimi Hispan. Regis Philippi V. nomine Suæ Majestatis in Belgio, Ducatu Mediolanensi, Neapoli & in Sicilia contracta, Sua Majestas Catholica Regia exsolvet, vel creditores contentos reddet, quem in finem Commissarii ad separanda liquidandaque dicta debita, intra bimestre a subscripta pace, ab utraque parte constituentur.

Artic. XV.

Cum etiam super restitutione palatiorum Romæ, Viennæ & Hagæ Comitum existentium varie actum sit, tandem super iis ita transactum fuit, ut palatium Hagæ Comitum extans cum Viennensi compensetur. Pro palatio Romano vero Rex Catholicus Imperatori dimidium ejusdem pretium, seu valorem exsolvat.

Art. XVI.

Sub hoc præsenti Pacis Tractatu comprehendentur illi, qui intra unius anni spatium ab una alterave parte, ex communi consensu, nominabuntur.

Art. XVII.

Pacem hoc modo conclusam promittunt Commissarii Cæsarei, & Regis Legatus Plenipotentiarius ab Imperatore & Rege Catholico, ad formam hic mutuo placitam, ratihabitum, & ratificationum instrumenta, intra bimestre spatium, aut citius, si fieri possit, hic reciproce communicatum iri.

Artic. XVIII.

Porro cum renunciationes hinc inde factæ, de quibus supra frequentior mentio facta est, partem istius Tractatus inter cæteras præcipuam integramque efficiant, quantumvis ex, utpote

utpote in solenni forma utrinque ratihabitæ, plenum robur vigoremque suum jamjam obtineant, attamen eas, majoris confirmationis gratia, huic tractatui annectere placuit.

Nos Carolus Sextus, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque Rex, Archi Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Mantuæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Limburgi, Lucemburgi, Geldriæ, ac superioris & inferioris Silesiæ & Würtembergæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, Moraviæ, superioris & inferioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ, & Namurci, Landgravius Alsatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. Notum facimus omnibus præsentibus & futuris: Postquam, post immatura fata Serenissimi olim & Potentissimi Principis, Caroli II. Hispaniarum & Indiarum Regis, recol. mem. ob causam successionis in sua Regna, durum, diuturnumque bellum ortum sit, quod universam pene Europam diu, fœdeque afflixit, neque componendis litigiis ii, qui Trajecti ad Rhenum, Badæque Helvetiorum celebrati fuere, conventus, adeo ex integro sufficerint, quin recens in Italia bellum eruperit, Divina bonitate factum esse, ut collatis amicis consiliis, reque mature deliberata, ac discussa, die secunda mensis Augusti hujus anni 1718. Londini Nos inter, & Serenissimum ac Potentissimum Galliæ Regem, Ludovicum XV. sub Tutela Serenissimi Principis Philippi Ducis Aurelianensis, Regni Galliæ pro tempore Regentis, agentem, nec non Serenissimum ac Potentissimum Magnæ Britanniæ Regem Georgium, Ducem Brunsuico-Luneburgensem, Sacri Romani Imperii Electorem, certi Pacificationis, Fœderumque Articuli conclusi, signatique fuerint, eo unice collimantes, quo alma Pax inter Principes, quibus ea jam constat, magis, semperque magis firmetur, inter eos vero, qui adhuc diffident, quantocyus revocetur, ac reflorescat, atque adeo hoc tantum Pacis beneficium, sublatis e medio simultatibus, universæ Europæ commune tandem reddatur; ad assequendum vero tam salutarem scopum haud alia certior via visa fit, quam per ipsos hosce Tractatus, ad mentem & normam præcedentium, separationem perpetuam Coronarum Galliæ, & Hispaniæ, itidem separationem perpetuam Hispaniarum & Indiarum, a Statibus, quos nunc possidemus, & vi Tractatus possidere debemus, denuo immutabili Lege (cui salus totius Europæ innixa est) stabilire, atque ut, stato inter Europæ Principes virium æquilibrio, justaque commensuratione, unio plurium Coronarum in unum idemque Caput ac Lineam avertatur, providere, alia commoda & emolumenta Nobis, ac iis Principibus, qui istius Pacificationis Fœderumque Socii sunt, aut iis accedere vellent, asserere, prout latius in dictis conventionum Articulis continetur.

Cum vero istorum Tractatuum partem constituat Renunciatio in Regna Hispaniarum, & Indiarum a Nobis facienda: Quod Nos, ob insitum Nobis Pacis studium, atque in salutem, tranquillitatemque publicam amorem omni alia ratione potentiorem, utque omnem a Nobis sinistræ suspicionis ansam removeremus, juribus Nostris in dicta Hispaniarum ac Indiarum Regna cedere decreverimus, dictum Tractatum Londini per Plenipotentiarios Nostros subscribi mandaverimus; scilicet statum Europæ luctuosissimum, impendentemque tot Populis, & Nationibus, ni votis amicorum Principum cederemus, stragem commiserati, commoti quoque iis, quæ in præfato Tractatu continentur, emolumentis, in hanc Regnorum Hispaniarum & Indiarum cessionem & abdicationem devenimus, præsertim, quod per illam ea quoque Renuntiatio, quam Serenissimus & Potentissimus Princeps Philippus Quintus, Hispaniarum & Indiarum Rex, in Regnum & Coronam Galliæ pro se, suisque Posteris sub 5. Novembris Anno 1712. in favorem Serenissimi Ducis Aurelianensis, fecit, atque in Hispania in legem abiit, nostræque ceu conditioni innixa est, plenum suum vigorem, & effectum sortiatur, pariterque per eam illæ Renuntiationes, quas Serenissimus Dux Bituricensis 24. die mensis Novembris Anno 1712. Marlii, & præfatus Serenissimus Dux Aurelianensis die 19. ejusdem mensis & anni Parisiis fecerunt, & per Tractatus Trajectenses 11. die mensis Aprilis Anno 1713. confirmatæ fuere, convalidentur, atque adeo perpetua & immutabili jam lege statutum, sancitumque permaneat, quod nullo unquam tempore Monarchiæ Galliæ, & Hispaniæ, in unam eandemque Personam, nec in unam eandemque lineam coalescere valeant.

His igitur tantis rationum momentis inducti, neve optatissimam Pacem universalem, quietemque Europæ, quæ in bina ista Renuntiatione consistere censetur, diutius remoraretur, animo deliberato ac maturo consilio, vigore præsentium cedimus, abdicamus, & renuntiamus pro Nobis, Hæredibus, Descendentibus, & Successoribus Nostris Maribus & Fœminis, omnibus Rationibus, Juribus, Actionibus, & Prætensionibus, quæ Nobis in Regna Hispaniarum & Indiarum, Ditionesque Coronæ Hispanicæ, per Tractatus Trajectenses & per hos præfato Hispaniarum & Indiarum Regi concessas, competunt, aut competere possent, idque omne jus Nostrum in modo dictum Serenissimum Principem Philippum Hispaniarum & Indiarum Regem, ejusque Posteros, Hæredes, ac Successores, Mares & Fœminas, his vero quomodocunque deficientibus in Domum Sabaudicam juxta præfati Tractatus tenorem, ac in eo statutum succedendi ordinem, videlicet in Serenissimum modernum Sardiniæ Regem, Ducem Sabaudiæ, Pedemontii Principem, Victorem Ama-

Amadeum, ejusque Filios, & Descendentes masculos ex legitimo Matrimonio natos: & deficiente ejus progenie masculina, in Principem Amadeum a Carignano, ejusque Filios, & Descendentes masculos ex legitimo Matrimonio procreatos: & deficiente quoque hujus progenie masculina, in Principem Emanuelem de Sabaudia, ejusque Filios, & Descendentes masculos ex legitimo Matrimonio natos: iisque deficientibus in Principem Eugenium a Sabaudia, ejusque Filios, & Descendentes masculos ex legitimo Matrimonio natos, ceu ab Infante Catharina, Regis Philippi II. Filia oriundos, ex certa scientia, sponte, libereque, harum vigore, transferimus, & abdicamus, renunciantes pro Nobis, Nostris Hæredibus, Descendentibus, & Successoribus Nostris omnibus rationibus, & juribus, quæ Nobis, aut Ipsis, in dicta Regna quomodocunque, sive jure Sanguinis, sive ex Pactis antiquis, & Legibus Regni competunt, aut competere quacunque ratione possent.

Confirmamus, approbamusque istam a Nobis factam Renunciationem Regnorum Hispaniarum ac Indiarum, volentes ac statuentes, eam habere vim Legis publicæ & Sanctionis Pragmaticæ, & ut ita ab omnibus Regnorum Nostrorum, & Provinciarum Subditis recipiatur, executionique mandetur, non obstantibus quibuscunque Legibus, Sanctionibus, Pactis, & Consuetudinibus in contrarium facientibus, quibus omnibus, quantum ad hunc actum, expresse derogamus, supplentes omnes, si qui forent, defectus juris, & facti, styli, & observantiæ; Renunciantes quoque omnibus beneficiis Juris, in specie Restitutionis in integrum, prout & exceptionibus quibuscunque excogitabilibus, etiam læsionis enormis, & enormissimæ, cui & quibus omnibus deliberate, sponte, & ex certa scientia renunciamus, easque pro rejectis, nullis, renunciatisque haberi volumus, serio, sanèteque spondentes, Nos sæpefatum Principem, modernum Hispaniarum & Indiarum Regem, ejusque Posteros, Hæredes, & Successores in tranquilla & pacifica possessione dictorum Regnorum esse permissuros, neque eos vi hujus Renunciationis ullo unquam tempore, sive armis, sive alio quocunque modo esse turbaturos, aut molestaturos, quin bellum, quod Ipsis, pro revindicandis dictis Regnis, a Nobis aut Successoribus Nostris inferretur, vel ex nunc illicitum & injustum, bellum econtra, quod Nobis ab Ipsis, aut Ipsis deficientibus ab iis, qui in istam Regnorum Successionem vocati sunt, defendendi sui causa inferretur, licitum ac justum pronunciamus. Quod si forte ad hunc Renunciationis Nostræ Actum aliquid amplius desideraretur, id omne ex præcitato Tractatu Londini novissime inito, qui unica basis, regula, ac norma hujus Nostræ Renunciationis est, ac per omnia esse debet, suppleri ac pro suppleto haberi volumus. Verbo Nostro Cæsareo-Regio atque Archiducali promittentes, ea omnia, quæ in hocce Successionis, Abdicationis, & Renunciationis Instrumento continentur, sancte, religioseque observaturos cum Nos, tum a Nostris Posteris, & Successoribus, Subditisque Nostris esse curaturos observari. In cujus rei fidem, vim, majusque robur, hunc Cessionis, Abdicationis, & Renunciationis Actum juramento corporali, a quo absolutionem nec petemus Nos unquam, nec ab alio forte petitam, aut etiam ultro oblatam admittemus, tactis SS. Evangeliis in præsentia Testium infra scriptorum, firmavimus, præsensque Renunciationis Instrumentum manu propria subscriptum Cæsareo-Regio & Archiducali Sigillo munitum, ad manus Præfati Serenissimi & Potentissimi Magnæ Britanniæ Regis deposuimus, Serenissimo ac Potentissimo Hispaniarum Regi tempore & modo ipso Tractatu præscriptis, extradendum. Acta hæc sunt Viennæ die 16. Septembris Anno 1718. Regnorum Nostrorum Romani septimo, Hispaniarum decimo sexto, Hungarici vero & Bohemici octavo.

CAROLUS.

Præsentes fuere Celsissimus Dominus Joannes Leopoldus Sacri Romani Imperii Princeps Trauthson, Comes de Falckenstein, Liber Baro in Sprechen & Schrottenstein, Dominus in Martiniz, Kraylowiz, Tschechtiz, Krzysaudou, Hammerstatt, Geblou, Zahradka, Neuschlos, & Bohemo-Rudolez, Goldegg, Pielhag, Friesing, & Oppidi Aggspach ad Danubium, Præfectus Aulæ Hæreditarius inferioris Austriæ, & Hæreditarius Mareschallus Comitatus Tyrolensis, Eques Aurei Velleris, & Sacræ Cæsareæ Regiæque Catholicæ Majestatis Consiliarius Intimus Actualis.

Excellentissimus & Illustrissimus Dominus Philippus Ludovicus, Sac. Rom. Imp. Hæreditarius, Thesaurarius, Comes a Sinzendorff, Liber Baro in Ernstbrunn, Dominus in Gfœll, superioris Selowiz, &c. Burggravius in Rheinegg, Supremus Hæreditarius Scutifer, ac Præcisor in superiori & inferiori Austria, Hæreditarius Pincerna in Austria ad Anasum, aurei Velleris Eques, Sacræ Cæsareæ Regiæque Catholicæ Majestatis Camerarius, Actualis Consiliarius Intimus, & Aulæ Cæsareæ Cancellarius.

Excellentissimus & Illustrissimus Dominus Gundaccarus Thomas, Sac. Rom. Imperii Comes de Starhenberg in Schaumburg & Wäxenberg, Dominus Ditionum Eschelberg, Liechtenhaag, Rottenegg, Freystatt, Haus, Ober-Wallsée, Senfftenberg, Bottendorff, & Hattwan, aurei Velleris Eques, Sac. Cæs. Regiæque Catholicæ Majestatis Consiliarius Intimus Actualis, &c. Archiducatus Austriæ superioris & inferioris Mareschallus Hæreditarius.

Reverendissimus Don Franciscus Antonius Folch, de Cardona, Archi-Episcopus Valentinus, Consiliarius actualis Status Sacræ Cæsareæ Regiæque Catholicæ Majestatis, & Supremi Hispaniarum Consilii Præses.

Excellentissimus item & Illustrissimus Dominus Rochus, Comes Stella, Sacræ Cæsareæ Regiæque Catholicæ Majestatis Status, supremique Hispaniarum Consilii Consiliarius.

Et

Et quia Ego infrascriptus Sacræ Cæsareæ Regiæque Catholicæ Majestatis Consiliarius Aulicus, Secretarius Status & Referendarius, authoritate Cæsarea atque Archiducali ad hunc Actum creatus Notarius Publicus omnia hæc fieri præsens audivi, & vidi; Ideo in fidem veritatis nomen meum subscripsi, & Sigillum meum apposui. Anno & die ut supra.

(L. S.) Joannes Georgius Buol, S. R. I. E.

Nos Philippus Dei gratia Rex Castiliæ, Legionis, Arragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolymæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galeciæ, Majoricæ, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennæ, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltariæ, Canariarum, Indiarum Orientalium & Occidentalium, Insularum & Continentis Maris Oceani, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Mediolani, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, & Barcellonæ, Dominus Biscajæ & Molinæ, &c. Notum facimus omnibus præsentibus & futuris: Postquam, post immatura fata Serenissimi olim & Potentissimi Principis, Caroli II. Hispaniarum & Indiarum Regis recol. mem. ob causam Successionis in sua Regna, durum, diuturnumque bellum ortum sit, quod universam pene Europam diu, fœdeque afflixit, neque componendis litigiis, ii, qui Trajecti ad Rhenum, Badæque Helvetiorum celebrati fuere conventus, adeo ex integro suffecerint, quin recens in Italia bellum eruperit; Divina bonitate factum esse, ut collatis amicis consiliis, reque mature deliberata ac discussa, die secunda Mensis Augusti Anni 1718. Londini inter Serenissimum ac Potentissimum Galliæ Regem Ludovicum XV. sub Tutela Serenissimi Principis Philippi Ducis Aurelianensis, Regni Galliæ pro tempore Regentis agentem, nec non Serenissimum Magnæ Britanniæ Regem Georgium, Ducem Brunsuici Luneburgensem, Sac. Rom. Imperii Electorem, certi Pacificationis, Fœderumque Articuli conclusi, signatique fuerunt, eo unice collimantes, quo alma Pax inter Principes, quibus ea jam constat, magis, semperque magis firmetur, inter eos vero, qui adhuc dissident, quantocyus revocetur, ac reflorescat, atque adeo hoc tantum Pacis beneficium, sublatis e medio simultatibus, universæ Europæ commune tandem reddatur: ad assequendum vero tam salutarem scopum haud alia certior via visa sit, quam per ipsos hosce Tractatus ad mentem, & normam præcedentium separationem perpetuam Coronarum Hispaniæ & Galliæ, denuo immutabili lege (cui salus totius Europæ innixa est) stabilire, atque ut, stato inter Europæ Principes virium æquilibrio, justaque commensuratione, unio plurium Coronarum in unum idemque Caput ac Lineam avertatur, providere, aliaque commoda, & emolumenta Nobis, ac iis Principibus, qui istius Pacificationis, Fœderumque socii sunt, aut iis accesserunt, asserere, prout latius in dictis conventionum Articulis continetur.

Cum vero istorum Tractatuum partem constituat renunciatio in Regna, Ditiones, & Provincias, quæ, vel quas Sua Majestas Cæsarea in Italia, & in Belgio jam possidet, aut ei, vigore præsentis Tractatus, obvenient, abdicatioque universorum Jurium, Regnorum, & Provinciarum in Italia, quæ olim ad Monarchiam Hispanicam pertinuerunt, à Nobis facienda.

Quod Nos, ob insitum Nobis pacis studium, atque in salutem, tranquillitatemque publicam, amorem omni alia ratione potentiorem, utque omnem à Nobis sinistræ suspicionis ansam removeremus, Juribus nostris in dicta Regna, Ditiones, & Provincias cedere decreverimus, dictumque Tractatum die 26. Januarii nuperi Madriti cum ipsi acceptaverimus, tum à Plenipotentiario Nostro Hagæ Comitum subscribi mandaverimus, quod & die decima septima Februarii proxime elapsi solenniter factum fuit, scilicet statum Europæ luctuosissimum, impendentemque tot Populis, & Nationibus, ni votis amicorum Principum cederimus, stragem commiserati, commoti quoque iis, quæ in præfato Tractatu continentur, emolumentis, in hanc Regnorum, Ditionum, Provinciarum, & Jurium cessionem, & abdicationem devenimus, præsertim, quod per Cæsaris in Hispaniarum, Indiarumque Regna renunciationem jam ea quoque renunciatio, quam Nos in Regnum & Coronam Galliæ pro Nobis, nostrisque Posteris sub quinta Novembris Anno millesimo septingentesimo duodecimo in favorem Serenissimi Ducis Aurelianensis fecimus, atque in Hispania in Legem abiit, Renunciationique Suæ Cæsareæ Majestatis ceu conditioni innixa est, plenum suum vigorem, & effectum sortiatur, pariterque per eam illæ Renunciationes, quas Serenissimus olim Dux Bituricensis, vigesima quarta die mensis Novembris, Anno millesimo septingentesimo duodecimo, Marlii, & præfatus Serenissimus Dux Aurelianensis die decima nona ejusdem mensis & Anni, Parisiis fecerunt, & per Tractatus Trajectenses undecima die mensis Aprilis Anno millesimo septingentesimo decimo tertio confirmatæ fuere, convalidentur, atque adeo perpetua, & immutabili jam lege statutum, sancitumque permaneat, quod nullo unquam tempore Monarchiæ Galliæ, & Hispaniæ, in unam, eandemque lineam coalescere valeant.

His igitur tantis rationum momentis inducti, neve optatissimam pacem universalem, quietemque Europæ, quæ in bina ista Renunciatione consistere censetur, diutius remoraremur, animo deliberato, ac maturo consilio, vigore præsentium cedimus, abdicamus, & renunciamus pro Nobis, Successoribus, Descendentibus & Posteris Nostris, maribus & fœminis, omnibus rationibus, Juribus, actionibus, & prætensionibus, quæ Nobis in suprafata Regna, Ditiones, ac Provincias à Sua Majestate Cæsarea in Italia, & Belgio in præsens possessa, &, vi præfati Tractatus, possidenda competunt, aut competere possent, quæ inter, præter Marchionatum Finalensem à Sua Majestate Cæsarea Reipublicæ Genuensi

nuenti Anno millesimo septingentesimo decimo tertio cessum, diserte quoque Regna Siciliæ, atque Sardiniæ juxta leges in tractatu expressas comprehensa intelliguntur, videlicet, ut Regnum & Insula Siciliæ apud Suam Majestatem Cæsaream, ejusque Hæredes, Successores, ac Posteros perpetuis futuris temporibus, sublato penitus omni Jure Reversionis ad Coronam Hispaniæ remanere: Regnum & Insula vero Sardiniæ ab eadem, mox ab occupatione in Regem Sardiniæ, Ducem Sabaudiæ retrocedi, & tradi, reservato in illud, quando Posteritas, atque Agnatio moxdicti Serenissimi Sardiniæ Regis deficere aliquando contingeret, ad Coronam Hispaniæ Reversionis Jure, debeat: Idque omne Jus Nostrum ad prædicta Regna, Ditiones, & Provincias olim ad Monarchiam Hispanicam pertinentia, nunc vero à Sua Majestate Cæsarea possessa, & possidenda, in mododictam Suam Majestatem Cæsaream, ejusque Hæredes, Successores, ac Posteros, Mares & Fœminas, ex certa scientia, sponte, libereque, harum vigore transferimus & abdicamus; Renunciantes pro Nobis, Nostrisque Hæredibus, Descendentibus, & Successoribus Nostris, omnibus rationibus, & Juribus Nobis, aut ipsis in dicta Regna, Ditiones, & Provincias quomodocunque, sive Jure Sanguinis, sive ex Pactis antiquis & Legibus Regni competunt, aut competere quacunque ratione possent.

Confirmamus, approbamusque istam à Nobis factam Renunciationem Regnorum, Insularum, Ditionum, ac Provinciarum in Italia, & Belgio sitarum, volentes ac statuentes, Renunciationem istam habere vim Legis publicæ, & Sanctionis Pragmaticæ, & ut ita ab omnibus Regnorum Nostrorum & Provinciarum Subditis, & speciatim ab Ordinibus Regni, quos vulgo las Cortes appellant, recipiatur. Executionique mandetur, non obstantibus quibuscunque Legibus, Sanctionibus, Pactis & Consuetudinibus in contrarium facientibus, quibus omnibus, quantum ad hunc actum, expresse derogamus; supplentes omnes, si qui forent, defectus Juris, & Facti, Styli, & observantiæ, renunciantes quoque omnibus beneficiis Juris, in specie Restitutioni in integrum, prout & Exceptionibus quibuscunque excogitabilibus, etiam læsionis enormis, & enormissimæ, cui & quibus omnibus deliberate, sponte & ex certa scientia renunciamus, easque pro rejectis, nullis, renunciatisque habere volumus, serio, sancteque spondentes, Nos Suam Majestatem Cæsaream, ejusque Posteros, Hæredes, ac Successores utriusque Sexus in tranquilla & pacifica possessione Regnorum, Principatuum, Ditionum, ac Provinciarum, quæ olim ad Coronam Hispaniæ pertinuerunt, atque à Sua Majestate Cæsarea actu tum jam possidentur, vel quæ, & quas vi Tractatus ei cessimus, aut cedere debemus, esse permissuros, neque eos vi hujus renunciationis ullo unquam tempore, sive armis, sive alio quocunque modo esse turbaturos, aut molestaturos. quin bellum, quod ipsis pro renunciandis dictis Regnis, Ditionibus, ac Provinciis à Nobis, aut Successoribus Nostris inferretur, vel ex nunc illicitum, & injustum, bellum è contra, quod Nobis ab ipsis, aut ipsis deficientibus ab iis, qui in istam Regnorum, Ditionum, ac Provinciarum Successionem vocati sunt, defendendi sui causa inferretur, licitum ac justum pronunciamus. Quod si forte ad hunc renunciationis Nostræ Actum aliquid amplius quam hic expressum est, desideraretur, id omne ex præcitato Tractatu Londini inito, qui unica basis, regula, ac norma hujus Nostræ Renunciationis est, ac per omnia esse debet, suppleri, ac pro suppleto haberi volumus, Verbo Nostro Regio promittentes ea omnia, quæ in hocce cessionis Instrumento continentur, sancte, religioseque observaturos, tum à Nostris Posteris, & Successoribus, Subditisque Nostris esse curaturos observari.

In cujus fidem, vim, majusque robur, hunc Cessionis, & Renunciationis Actum fieri mandavimus, Juramento corporali, tactis Sanctis Evangeliis, interposito, à quo absolutionem nec petemus Nos unquam, neque ab alio forte petitam, aut etiam ultro oblatam admittemus. Præsensque Renunciationis Instrumentum manu propria subscripsimus, coram infrascripto Nostro Status Secretario, & ad hunc actum authoritate Regia Notario-Publico creato, Regioque Nostro Sigillo munivimus, in præsentia Testium, scilicet: D. Caroli de Borza & Zentellas, Indiarum Patriarchæ, magnique Nostri Capellani & Elemosinarii; D. Restayni Cantelmi Ducis de Populi, Velleris aurei insignis Ordinis, nec non Sancti Spiritus Equitis, nostrorumque Exercituum Generalis, ac Regiæ Militiæ vulgo Guardias de Corps Præfecti; D. Alvari Bazan & Benavides, Marchionis Sanctæ Crucis, Regiæ Nostræ Cameræ intimi Cubicularii, ac Serenissimæ Reginæ Domus Moderatoris; D. Ildefonsi Manrique Ducis del Arco pariter Regiæ Nostræ Cameræ intimi Cubicularii, ac magni Venatoris; D. Victoris Amadei Ferrerri Fiescçiju, Principis de Masserano, insignis Aurei Velleris Ordinis Equitis, Regiæ Nostræ Cameræ Intimi Cubicularii, ac nostrorum Exercituum Generalis locum-tenentis. Hoc cum altero parili Renunciationis Instrumento Suæ Cæsareæ Majestatis commutandum est. Datum in Monasterio Regio Sancti Laurentii, die vigesima secunda Junii Anno millesimo septingentesimo vigesimo.

(L. S.) PHILIPPUS R.

Ego Joseph de Grimaldo, Marchio de Grimaldo, Ordinis Sancti Jacobi Eques, Riveræ & Areuchal in dicto Ordine Commendatarius, Regiæ Cameræ Intimus Cubicularius, Primus Status Secretarius, ac universalis Speditionis, nec non Referendarius ac Notarius Publicus, præsens fui Signaturæ hujus Instrumenti, & omnibus, quæ in eo expressa sunt. In quorum fidem meo proprio nomine subscripsi, in Monasterio Regio Sancti Laurentii die vigesima secunda

cunda mensis Junii Anno millesimo septingentesimo vigesimo. Joseph de Grimaldo.

Art. XIX.

In quorum fidem, roburque, tam Cæsarei Commissarii, quam Regius Legatus, Plenipotentiarii Tabulas has propriis manibus subscripserunt, & Sigillis suis muniverunt. Acta hæc sunt Viennæ Austriæ trigesima die Mensis Aprilis Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo quinto.

(*L. S.*) *Eugenius a Sabaudia.* (*L.S.*) *J. G. Baro de Ripperda.*

(*L. S.*) *Philippus Ludovicus Comes a Sinzendorff.*

(*L. S.*) *Gundaccarus Comes a Starhenberg.*

Nota: Quia Reversales literæ atque Reversionis Instrumenta supra Articulo VII. memorata, quas & quæ Ducem Sabaudiæ atque hodiernum Sardiniæ Regem An. 1713. cum Siciliæ Regnum acciperet, Regi Catholico tradidisse, opinio erat, nusquam comparent, easque ac illa unquam sibi traditas atque tradita fuisse Rex Catholicus negat; Hinc modo laudatus Rex Cæsareæ Majestati sequentem hac de re Declarationem exhibendam curavit:

Philippus, Dei gratia Castellæ, Legionis, Aragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolymarum, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galletiæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennæ, Algarbiæ, Algeciræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, Indiarum Orientalium & Occidentalium, Insularum & continentis Maris Oceani, Rex: Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Mediolani, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, & Barcinonis, Dominus Biscajæ, & Molinæ &c. &c. Cum per Articulum septimum Tractatus Pacis, & Amicitiæ, inter Serenissimum & Potentissimum Romanorum Imperatorem, Dominum Carolum, hujus Nominis Sextum, & Nos, paucis abhinc diebus solenniter conclusi, per utriusque Partis Ministros Oratores, Legatos Extraordinarios & Plenipotentiarios Viennæ in Austria die trigesima Aprilis Anno inferius notato, percussi, atque subscripti, & a Nobis novissime die vigesima quinta Mensis Maji, in Regia Nostra, Aranjuez dicta, secundum ipsius tenorem, & formam ex animi sententia acceptati, approbati, & ratihabiti, enuncietur, proponatur, & asseratur, quod Nos Rex Catholicus, pro Nobis, Nostrisque in Regno Successoribus & Hæredibus, Posteris item Nostris utriusque Sexus in perpetuum Juri Reversionis Regni Siciliæ ad Coronam Hispaniæ, in Instrumento Cessionis de 10. Junii Anni 1713. erga Regem Sardiniæ Nobis reservato, renunciamus, Litterasque, ut vocant, Reversales desuper confectas Suæ Majestati Cæsareæ una cum Instrumento Ratihabitionis istius Tractatus bona fide extraditur, &c. Nobis plane necesse visum est, his præsentibus notum facere, & aperire, sic ut re ipsa notum facimus, aperimus, & declaramus, asserimus, & asseveramus, quod quamvis Nos, cum Serenissimo Principi, Sabaudiæ Duci, nunc Sardiniæ Regi, Regnum Siciliæ cessimus, Jus ipsius reversionis ad Coronam Hispaniæ Nobis reservavimus, nihilominus Litteras, ut vocant, Reversales desuper conficiendas, & expediendas, confectas unquam, aut expeditas fuisse, prout in prædicto Articulo septimo ponitur, asseritur, usque adhuc pœnitus nescimus, & ignoramus, & si reapse confectæ, absolutæ, & expeditæ fuerunt, quod quidem prorsus Nobis latet, nunquam Nobis traditæ sunt, ipsasque nec accepimus in potestate Nostra, nec sunt, nec unquam fuerunt, quandoquidem vel etiam earum notitia Nos fugit, & præterit; quapropter Traditionem per prædictum Articulum septimum conventam, quam ipsius rei promissæ defectus & inexistentia adimplere vetat, prout fas Nobis est, excusatam haberi a Sua Cæsarea Catholica Majestate ingenue cupientes, quod in Nostra potestate est, sinceritas suggerit, candorque suadet, lubenter exequimur, & continuo perficimus, testificando, spondendo, & promittendo, quod si quandoque præfatas Reversales Litteras, & Reversionis Instrumenta confectas, seu confecta, & absoluta fuisse constaret, & confecta reperiri, aut detegere, evenerit, si Nobis insciis in nostra potestate sint, bona fide, abjecta omni procrastinatione, restituemus, & extrademus Suæ Cæsareæ Catholicæ Majestati, & si forte in aliena, restitui, & extradi eidem Majestati, omnibus viribus, & conatibus Nostris curabimus, & ex nunc ad majorem firmitatem præfatum, de quo agitur, Instrumentum annullantes, derogantes, & rescindentes, spondemus lubenter, atque promittimus, Sacramentum facientes in verbo, & fide Regia, cum pro Nobis, tum pro Successoribus, Regnorum Nostrorum Hæredibus, id omne exequi, & perficere, atque adimplere, prout quomodocunque Nostræ voluntati subjaceat. In quorum fidem & validitatem præsentes Nostras Declarationis Litteras expediri mandavimus, manu Nostra subscriptas, Sigillique Nostri Secreti appositione roboratas, & infrascripti Status Secretarii Nostri refrendatas. Datum in Regia hac Nostra, de Aranjuez nuncupata, die Maji vigesima quinta, Anno millesimo septingentesimo vigesimo quinto.

(L. S.) Philippus R.

Joannes ab Orendayn.

Tenor Plenipotentiarum Cæsarearum.

Nos Carolus Sextus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæque Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Mantuæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Limburgi, Lucemburgi, Geldriæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, & Würtembergæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, Moraviæ, superioris & inferioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ, & Namurci, Landgravius Alsatiæ, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c.

Notum, testatumque facimus: Cum Serenissimo Hispaniarum Indiarumque Regi Catholico Philippo V. visum sit, eos inter Nos utrosque adhuc pendentes Controversiarum Articulos, qui in Tractatu Londinensi de Anno 1718. ad peculiarem Congressum definiendi remissi fuerunt, hic Viennæ mutuo inter Nos amice componere, postquam super iis Cameraci, loco ad istum Congressum subinde destinato, sub Mediatione Serenissimorum Galliæ & Magnæ Britanniæ Regum, jam a triennio ab hinc & ultra magnis quidem, verum irritis, conatibus allaboratum fuit; eumque in finem ad Nos Ministrum cum Legati Extraordinarii munere, amploque mandato instructum, Illustrem & Magnificum *Joannem Guiglielmum Liberum Baronem a Ripperda*, Dominum de Jensema, Engelenburgh, Poelgeest, Koude-Kente & Ferwert, Judicem hæreditarium de Humsterlant, & Campen, miserit, qui, exhibitis Plenipotentiæ suæ Literis, ad aggrediendum, perficiendumque commissum sibi hocce negotium sufficienter munitus agnitus fuit; Quod Nos tam pio consolidandæque universæ Europæ quietis proficuo consilio accedentes, in comperta fide, prudentia, ac rerum gerendarum usu Illustrissimi Principis *Eugenii a Sabaudia & Pedemontio*, Nostri Consiliarii Actualis Intimi, Consilii Aulico-Bellici Præsidis, Nostrique Locumtenentis Generalis, Sacri Rom. Imperii Campi-Mareschalli, ac Nostrorum Statuum per Italiam Vicarii Generalis, Aurei Velleris Equitis: Illustris item & Magnifici *Philippi Ludovici Sac. Rom. Imperii Thesaurarii hæreditarii, Comitis a Sinzendorff*, Liberi Baronis in Ernstbrunn, Domini Dynastiarum Gföll, superioris Seloviz, Porliz, Sabor, Mülzig, Loos, Zaan, & Droskau, Burggravii in Reineck, Supremi hæreditarii Pincernæ in Austria ad Anasum, Aurei Velleris Equitis, Nostri Consiliarii actualis Intimi, ac primi Aulæ Cancellarii: nec non Illustris & Magnifici *Gundaccari Thomæ* Sac. Rom. Imperii *Comitis de Stahrenberg*, in Schaumburg & Waxenberg, Domini Ditionum Eschelberg, Liechtenhaag, Rottenegg, Freystatt, Haus Oberwalsée, Senfftenberg, Bodendorff, Hatwan, Aurei Velleris Equitis, Nostri Consiliarii Intimi actualis, Archiducatus Austriæ superioris & inferioris Mareschalli hæreditarii, plurimum confisi, eos ad tractandum, concludendum & signandum Nostro Nomine cum præfato Regio Legato Extraordinario & Plenipotentiario propositos Pacis Articulos, & si quæ alia forte, ad quæ specialiori mandato opus esset, tractanda occurrerent, Commissarios Nostros, tanquam Legatos Nostros Extraordinarios nominaverimus, & constituerimus, prout eos, vigore harum, nominamus & constituimus: Dantes eis plenam & omnimodam potestatem, authoritatem, & mandatum, hunc Tractatum, ejusque Conditiones & Articulos, & si quæ alia tractanda viderentur, cum præfato Regio Legato Extraordinario Plenipotentiario, tractandi, concludendi & signandi, desuper instrumenta unum vel plura conficiendi, eaque omnia agendi & faciendi, quæ Nos, si rem ipsi tractaremus, agere, facereque possemus: Verbo Cæsareo-Regio & Archiducali promittentes, Nos, quæ per memoratos Nostros Commissarios tanquam Legatos Nostros Extraordinarios, & Plenipotentiarios, aut alterutris eorum absentibus vel impeditis, duos aut denique unum illorum ita acta, conclusa & signata fuerint, rata, grata, acceptaque habituros, Nostraque Ratificationum instrumenta etiam jurata in tempore convento extradituros esse. In quorum fidem, majusque robur præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Nostro appenso muniri jussimus; Datas ex Arce Nostra Laxemburgi, die 28. Mensis Aprilis Anno 1725. Regnorum Nostrorum Romani decimo quarto, Hispaniarum vigesimo secundo, Hungarici vero & Bohemici decimo quinto.

Carolus.

Joan. Frid. Com. a Seilern.

Ad Mandatum Sacræ Cæs. & Cathol. Majestatis proprium.

Joan. Georgius Buol, S.R.I. Eq.

Tenor Plenipotentiarum Hispanicarum.

Don Felipe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Lion, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jerusalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdenna, de Cordova, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, Islas, y Tierra firme del Mar Occeano, Archiduque de Austria, Duque de Borgonna, Brabante, y Milan, Conde de Abspurg, Flandes, Tirol, y Barcelona, Sennor de Viscaya, y de Molina, &c. Por quanto, deseando dar à mis Pueblos y Vassallos el consuelo, y alivio de una Paz universal, he solicitado por medio del Congresso de Cambray, hazerla particularmente, con el muy Alto, y muy Poderoso Emperador de Alemania, y haviendo manifestado la experiencia de estos ultimos quatro annos, quanto se dilata el logro de esta importancia, que siempre mas procuro para mi mayor satisfaccion, valiendome de todos los medios possibles, y queriendo usar de aquel de embiar à la Corte de Viena, reservada - y secretamente, una Persona de entera Confianza, que haga notorios al Emperador mis buenos deseos, y anelos de establezer la mas segura durable Paz entre mi Corona, y la de Su Magestad Imperial, y la mas estrecha amistad, y buena correspondencia entre ambos, come conviene, y es muy conforme à toda consideracion. Por las experiencias, y satisfaccion que tengo de vos Don Juan Guillermo Baron de Ripperda, Sennor de Jensema, Engelenburg, Poelgeest, Koudekente, y Ferwert, Juez Hereditario de Humsterlant, y de Campen, he resuelto elegiros, y nombraros (como en virtud de la presente os nombro) paraque con el grado de mi Embaxador Ex-

Extraordinario Plenipotenciario, passeis al referido importante fin, y al de hazer otros convenientes Tratados à la Corte de Viena, y os doy tan cumplido Poder, facultad, y authoridad, como es necessario, y conviene, paraque por mi, y en mi Nombre, y representando mi propia Persona, podais proponer, ofrezer, oyr, consentir, asentir, y capitular con el expressado muy Alto, y muy Poderoso Emperador de Alemania, ò el Ministro, u Personas que nombrare, y os diputare para este efecto, todo lo que juzgareis preciso, y conveniente al referido importante fin, al de mi servicio, al bien de mis Reynos, y mayor seguridad, y permanencia de la Paz, que deseo, de la union, buena correspondencia, y alianza que solicito establezer entre ellos, y los de el Emperador: Y paraque en orden à esto podais hazer todo aquello que yo haria, y hazer podria, aunque sea de tal calidad que requiriese otro mas espezial Poder, y commission, y obligarme à mi al cumplimiento de ello. Por tanto declaro, y doy mi fee, y palabra Real, que todo lo que fuere hecho, tratado, y concertado por vos el expressado Don Juan Guillermo, Barone de Ripperda, con el referido Emperador de Alemania, ò el Ministro, u Personas que nombrare, desde ahora para entonzes, lo consiento, y apruebo, y lo tengo, y tendrè por bueno en todo tiempo, la forma en que lo concluyeredes, y me obligo à estar y passar por ello, como cosa hecha en mi Real Nombre, por mi Voluntad y Authoridad Real, y lo cumplire, puntual y exactamente: Y assimismo me obligo à que dentro de el termino, que se sennalare, segun se estila, approbarè, y ratificarè en espezial forma, con las fuerzas, Juramentos, y requisitos necessarios, y acostumbrados, todo lo que en virtud de este Poder se concluyere, y asentare, general - e individualmente, paraque sea valido, y establezido, ahora y en todo tiempo; y para firmeza de ello mandè despachar la presente, firmada de mi mano, sellada con el Sello secreto, y refrendada de mi infrascripto Secretario de Estado, y de el Despacho. Dada en Madrid a veinte y dos de Noviembre, de Mil setecientos y veinte y quatro.

Yo el Rey.

Lugar del Se† llo.

D. Juan Baptista de Orendayn.

Ratificatio Suæ Sacræ Cæsareæ & Catholicæ Majestatis.

Nos Carolus Sextus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque Rex, Archi Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Mantuæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Limburgi, Lucemburgi, Geldriæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, & Würtembergæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, Moraviæ, superioris & inferioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ, & Namurci, Landgravius Alsatiæ, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. &c. Notum facimus omnibus & singulis quorum interest, aut interesse quomodolibet potest: Postquam Pace universali per Conditiones in Tractatu Londinensi die $\frac{2.\ Aug.}{22.\ Julii}$ Anni 1718. iis Principibus, quos inter tunc bellum adhuc perdurabat, propositas, & ab iis successive acceptatas in Orbem Christianum revocata, illi controversiarum Articuli, qui Nos inter & Serenissimum Potentissimumque Principem Philippum V. Hispaniarum ac Indiarum Regem Catholicum peculiariter adhuc pendebant, in Congressu Cameracensi sub Mediatione Serenissimorum Potentissimorumque Principum Ludovici XV. Galliarum, & Georgii I. Magnæ Britanniæ Regum, diu frustra tentati, annitente modofato Rege Catholico, hic Viennæ per Legatos Extraordinarios ad id cum plena potestate utrinque instructos die 30. Aprilis infrascripti Anni per Conventionem particularem amicabiliter transacti, atque in sequentes conditiones conclusi ac signati fuerint:

Hic loci insertus fuit Tractatus Pacis.

Quod Nos hæc omnia & singula a præfatis Nostris Ministris acta, conclusa & signata, utpote voluntati mandatoque Nostro consona, præhabita matura diligentique consideratione, ex certa Nostra scientia approbaverimus & ratificaverimus, prout hisce ea approbamus, ratificamus, & confirmamus, rataque & firma esse & fore virtute præsentium declaramus, verboque Cæsareo-Regio atque Archiducali pro Nobis, Nostris Successoribus, & Hæredibus promittimus & juramus supradescriptos Articulos, & quidquid in hac Pacis particularis conventione continetur, firmiter, constanter & inviolabiliter servaturos, neque ut ab ullo ex parte Nostra iis contraveniatur, unquam esse passuros. In quorum omnium testimonium & fidem Sigillum Nostrum Cæsareum Regium atque Archiducale huic Diplomati manu Nostra subscripto appendi fecimus. Datum ex Arce Nostra Laxenburgi die XVI. mensis Junii, Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo quinto: Regnorum Nostrorum Romani decimo quarto: Hispaniarum vigesimo secundo: Hungarici vero & Bohemici decimo quinto.

Carolus.

Joan. Frid. Com. a Seilern.

Ad Mandatum Sac. Cæs. & Cath. Majestatis proprium.

Joan. Georgius Buol, S.R.I.Eq.

Ratificatio Suæ Regiæ Majestatis Catholicæ.

Philippus, Dei Gratia, Castellæ, Legionis, Arra-

Arragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolymarum, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galleciæ, Majoricæ, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennæ, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, Indiarum Orientalium, & Occidentalium, Insularum, & Continentis Maris Oceani, Rex. Archi Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Mediolani, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, & Barcinonis, Dominus Biscajæ & Molinæ, &c. Quandoquidem in Urbe Viennensi Tractatus Pacis, & Amicitiæ a Ministro Nostro apud Cæsaream Majestatem Legato Extraordinario & Plenipotentiario, & ab ipsius Cæsareæ Majestatis Ministris Plenipotentiariis, conventus, conclusus, & subscriptus fuerit, cujus tenor ad pedem Litteræ infra inseritur, & ut sequitur, est de verbo ad verbum.

Hic loci fuit insertus Tractatus Pacis.

Nos vero tam sinceram inter Nos & Serenissimum & Potentissimum Imperatorem Pacis & Amicitiæ Conventionem consolidare, prædictisque omnibus & singulis in præinsertis Capitulis, sicut per dictos Oratores Legatos Extraordinarios & Plenipotentiarios utriusque Partis conventa, inita, transacta, promissa & firmata sunt, robur & munimen Nostræ Regalis Auctoritatis adjicere cupientes, ea omnia & singula, prout superius insertis Litteris contenta perspicaciter intuentes, Nos ipsi firmiter intelligimus & comprehendimus, de Nostraque certa scientia, & voluntatis plenitudine, maturaque & digesta deliberatione pro Nobis, Successoribus Nostris, sive Regnorum Nostrorum Hæredibus, natis, vel nascituris, Regnis & Terris subditis, Ditionibus, Dominiis & Adhærentibus Nostris, ac omnibus aliis, quorum interest, aut interesse poterit, prout & quemadmodum superius inserta sunt, laudamus, ratificamus, approbamus, acceptamus, ac de novo, quatenus opus est, per præsentes facimus & promittimus, eaque omnia, prout de verbo ad verbum præinserta manent, & a præfatis utriusque Partis, nempe Nostræ, & prælibatæ Cæsareæ Catholicæ Majestatis Oratoribus Extraordinariis & Plenipotentiariis promissa, & subscripta fuerunt, semper & omni tempore custodire & custodiri, manutenere & manuteneri, ac inviolabiliter de puncto in punctum observare & observari facere, neque unquam per Nos, vel alium, seu alios, publice vel occulte, directe aut indirecte, aut alio quovis modo, aliqua ratione, causa vel occasione contra facere aut venire pollicemur, promittimus, & juramus, & solenniter expromittimus & facimus Sacramentum in verbo & fide Regia; & si ab aliquo in supradicta omnia & præinserta, vel eorum singula imminutio, aut Pactorum diminutio, seu contraventio, quomodocunque fit, aut esse posset, temere ageretur aut patraretur, is profecto audaciæ & inconsiderantiæ suæ pœnas luet, contraventumque imminutum, aut diminutum sedulo, & abjecta omni cunctatione & procrastinatione, restituere faciemus; pro quibus omnibus & eorum singulis firmiter & inviolabiliter tenendis & adimplendis obligamus, hypothecamus, & supponimus Regna & Bona Nostra ac Hæredum Nostrorum quorumcunque, & ad ampliorem firmitatem & ratam hujus obligationis & approbationis authoritatem, omnibus & singulis legibus, moribus, cæterisque universis ipsi contrariis renuntiamus. In quorum omnium fidem, robur, & testimonium præsentes Nostras Ratificationis & Approbationis Litteras expediri mandavimus; manu Nostra subscriptas, Sigillique Nostri Secreti appositione roboratas, & infrascripti Secretarii Nostri Status & universalis Expeditionis, vulgo, del Despacho dicti, refrendatas. Datum in Regia Nostra Aranjuez nuncupata, die vigesima quinta Maji, Anno millesimo septingentesimo vigesimo quinto.

(L.S.) Philippus R.

Joannes ab Orendayn.

Lit. A.

Articuli XXX. & XXXI. Instrumenti Pacis Badensis inter Carolum VI. Roman. Imperatorem & Ludovicum XIV. Galliæ Regem, die 7. Sept. An. 1714. facta.

XXX. Sacra Cæsarea Majestas & Sacra Regia Majestas Christianissima non poterunt ex quacunque causa pacem, per præsentem tractatum firmatam, imposterum interrumpere, arma resumere, ullumve actum hostilitatis sub quocunque prætextu committere, omni studio potius & bona fide, ut veri Amici, mutuam hanc amicitiam & concordiam rei Christianæ adeo necessariam firmiorem reddere allaborabunt, & cum Sacra Regia Majestas Christianissima Sacræ Cæsareæ Majestati sincere reconciliata nolit Ipsam ullatenus turbare, aut Illi quodlibet præjudicium creare, Majestas Sua Christianissima promittit & sese obstringit, quod Suam Cæsaream Majestatem relinquet in tranquilla & pacifica possessione omnium statuum & locorum, quæ in Italia modo tenet, & quæ antea a Regibus Domus Austriacæ possessa erant, videlicet Regni Neapolitani, ut id Sacra Cæsarea Majestas possidet, Ducatus similiter Mediolanensis, ut eum Majestas Sua Cæsarea actu possidet, Regni insuper & Insulæ Sardiniæ, nec non portuum ac locorum ad Hetruriæ littora sitorum, quæ Majestas Cæsarea nunc possidet, & quæ antea per Reges Hispaniæ Domus Austriacæ possessa fuerunt, cum omni Jure, quod dictis Statibus Italiæ a Sacra Cæsarea Majestate possessis adhæret, quodque Reges Hispaniæ a Philippo Primo usque ad Regem ultimo defunctum exercuere; promittit etiam Sacra Majestas Christianissima verbo Regio, quod Imperatorem & Domum Austriacam in hac possessione neque directe, neque indirecte unquam turbare, aut sub quocunque prætextu, vel quocunque modo inquietare velit, nec pos-

possessionem nullatenus impedire, quam Sua Sacra Cæsarea Majestas, & Domus Austriaca habet, aut imposterum per negotiationem, tractatum, aut aliam viam legitimam & pacificam acquirere poterit; ita tamen, ut Neutralitas Italiæ non turbetur: Vicissim Sacra Cæsarea Majestas verbo Cæsareo pollicetur & sese obstringit, quod eandem Neutralitatem & quietem Italiæ turbare nolit, & consequenter nec armorum viam pro quacunque re & quacunque occasione adhibere, sed e contrario religiose implere promissa, in tractatu Neutralitatis Trajecti ad Rhenum die decima quarta Martii Anno millesimo septingentesimo decimo tertio facta, qui tractatus hic pro repetito habebitur, & per Majestatem Suam Cæsaream exacte observabitur, dum & altera pars idem faciat, neque Sacram Cæsaream Majestatem aggrediatur: ad eundem finem recepit Sacra Cæsarea Majestas, quod relinquere velit omnes Principes in Italia in tranquilla possessione Statuum, quos modo possident, ea semper intelligenda necessaria conditione, ne id juribus cujuscunque obesse aut præjudicare quavis ratione possit.

XXXI. Ut tanto magis Principes & Status Italiæ fructibus pacis Imperatorem inter & Regem Christianissimum initæ gaudere possint, non solum, ut Articulus præcedens complectitur, neutralitas exacte ibidem observabitur, sed etjam a Sacra Cæsarea Majestate bona & prompta Justitia administrabitur Imperii Principibus & Vasallis, ob cæteras ditiones & loca Italiæ a Regibus Hispaniæ e Domo Austriaca oriundis non possessa, & in quæ dicti Principes legitimam quandam prætensionem seu actionem habere possent, scilicet Duci Guastallæ, Pico Mirandolensi & Principi Castiglionensi, sic tamen, ne hoc pacem & neutralitatem Italiæ labefactare, aut occasionem novo bello dare possit.

Lit. B.

Instrumentum, vigore cujus Philippus V. Hispaniarum Rex, successioni in Galliæ Regnum renunciavit, d. d. 7. Nov. 1712.

EL REY.

Por quanto en cinquo de Noviembre de este anno de mil setecintos y doze, ante D. Manuel de Vadillo y Velasco mi Secretario de Estado y Notario mayor de los Reynos de Castilla y Leon y testigos, otorgue, jure y firme el instrumento publico del tenor siguiente que à la letra es come se sigue.

D. Phelipe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sizilias, de Hierusalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Zerdenna, de Cordoüa, de Corzega, de Murcia, de Jaen, de los Algarves, de Algecira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales y Occidentales, Islas y Tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgonna, de Bravante y Milan, Conde de Absburg, de Flandes, Tirol y Barcelona, Sennor de Viscaya y de Molina &c. Por la relacion y Noticia de esté instrumento y escriptura de renunciation y dessistimiento, y paraque quede en perpetua memoria, Hago notorio y manifiesto a los Reyes, Principes, Potendados, Republicas, Comunidades y personas particulares que son y fueren en los siglos venideros, que sciendo unos de los principales supuestos de los Tratados de Pazes pendientes entra la Corona de Espanna y la de Francia, con la de Inglaterra, para zimentar la firme y permanente, y proceder a la general sobre la maxima de asegurar con perpetuidad el universal bien, y quietud de la Europa en un equilibrio de Potencias, de suerte que unidas muchas in una, no declinase la valanza de la deseada igualdad, en ventaja de una, apeligro y recelo de las demas: se propuso y insto por la Inglaterra, y se combino por mi parte, y la del Rey mi abuelo, que para evitar in qualquier tiempo la union de esta Monarchia, y la de Francia y la possibilidad de que in mingun casso subcediese se huviesen reciprocas renuncias por mi y toda mi descendencia a la subcesion posible de la Monarchia de Francia y por la de aquellos Princi es y todas sus lineas existentes y futuras a la de esta Monarchia, formando una relacion decorosa de abdication de todos los derechos que pudieren azerarse para subcederse mutuamente las dos casas Reales de esta y de aquella Monarchia separando con los medios legales de mi renuncia, mi rama del tronco real de Francia, y todas las ramas de la de Francia de la troncal derivacion de la Sangre Real Española: previniendose asimismo en consequencia, de la maxima fondamental y perpetua del equilibrio de las Potencias de Europa, el que assi como esto persuade y justifica evitar en todos casos excogitables la union de la Monarchia de España con la de Francia se precauciona se el incombeniente de que en falta de mi descendencia, se diese el casso de que esta Monarchia pudiese recaer en la casa de Austria cuyos dominios y adherencias aun sin la union del Imperio la haria formidable: motivo que hizo plausible en otros tiempos la separacion de los Estados hereditarios de la Casa de Austria del Cuerpo de la Monarchia Española, combiniendose y ajustandose a este fin por la Inglaterra conmigo, y con el Rey mi abuelo, que en falta mia y de mi descendencia entre en la subcesion de esta Monarchia el Duque de Savoya, y sus hijos y descendientes, masculinos, nacidos en constante legitimo matrimonio, y en defecto de sus lineas masculinas, el Principe Amedeo de Carignan y sus de hijos y descendientes masculinos nacidos en constante legitimo matrimonio, y en defecto de sus lineas el Principe Thomas Hermano del Principe de Carignan sus hijos y descendientes masculinos nacidos en constante legitimo matrimonio, que por descendientes de la infante D. Cathalina Hija de el S. Phelipe Segundo y llamamientos expressos tienen derecho claro y cono-

zogen; So ist der Sachen Wichtigkeit und allen dabey vorkommenen Umſtænden, auch deren reiffer Erwegung nach, dafür gehalten und geſchloſſen worden, daſs Ihro Kayſerlichen Majeſtæt von Reichs-wegen nicht allein, für Dero hierinnen angeordnete Reichs-væterliche Sorge, der ſchuldigſt allerunterthænigſte Danck, wie hiemit beſchiehet, zu erſtatten, ſondern auch Ihro der allergnædigſt verlangte Conſenſus Imperii, zu der in obgedachtem Art. V. der Quadrupel-Allianz begriffenen Expectanz und Eventual-Belehnung des erſt-gebohrnen Spaniſchen Printzens zweyter Ehe und deſſen ehelicher mænnlicher Deſcendenz, auf deren Abgang aber des zweyten, oder andern nachgebohrnen Printzen, und deren ehelicher mænnlicher Deſcendenz mit erſt-bemeldter Florentiniſchen, Parmeſaniſchen und Placenziſchen reſpective Groſs-und Hertzogthum, als ein unverænderliches Manns-Lehen, nach Aus- und Abgang des ietzt-regierenden Medicæiſch- und Farneſiſchen Manns-Stammes, zu ertheilen, und dieſelbe anbey, wie hiemit beſchiehet, zu erſuchen wæren, Sie allergnædigſt geruhen mœchten, allein auf ietzgedachten Fuſs des Art. V. der Quadrupel-Allianz, auch nomine Imperii, den Frieden mit der Cron Spanien zu ſchlieſſen.

Womit dem Kayſerl. Herrn Principal-Commiſſario, Ihrer Hochfürſtl. Eminenz und Durchleucht zu Sachſen, der Chur-Fürſten und Stænden des Reichs anweſende Ræthe, Botſchafften und Geſandte ſich geziemend empfehlen. Signatum Regenſpurg, den 9. Decembr. 1722.

(L. S.) *Churfürſtl. Maynziſche Cantzley.*

Evangeliſches Votum Commune wegen des Cambrichiſchen Friedens-Congreſſus.

Ex Commiſsione per Brandenburg-Culmbach.

Conſentirte præmiſſa humillima gratiarum actione an Se. Kayſerliche Majeſtæt, daſs die Succeſsion in die Toſcaniſche, Parmeſaniſche und Placenziſche Lande, nach Ausgang des ietzt-regierenden Medicæiſchen und Farneſiſchen Manns-Stammes, Innhalts Art. V. des $\frac{22}{2}$. Auguſt. 1718. zu London errichteten und dem Kayſerl. Commiſſ. Decret vom 9. Septemb. Anno 1720. in Abſchrifft beygelegten Tractats, reguliret, mithin beſagte Lande für Reichs-Mann-Lehen erklæret, und erkennet, folglich allein dieſes, von Seiten des Reichs, bey dem Cammerichiſchen Friedens-Congreſs beobachtet, und lediglich ſolchergeſtalt der Friede mit der Cron Spanien, auch im Nahmen des Reichs mit geſchloſſen werde. Im Fall aber, wider beſſers Verhoffen, bey denen Friedens-Tractaten zu Cammerich etwas vorgehen, oder gar dem Friedens-Inſtrument einverleibet würde, ſo der Freyheit und Gerechtſamen der Evangeliſchen Reichs-Stænde, es ſey in Geiſt- und Weltlichen Dingen, zuwider ſeyn kœnnte, wolte man ſolches als eine unbindige ohne derſelben Stænde Concurrenz und Bewilligung verhandelte Sache anſehen, und ſich dadurch nicht im geringſten obligirt achten, ſondern dawider ietzt, als künfftig, und künfftig, wie nun, ſich aufs beſte verwahrt haben.

Poſt Num. LXIII. pag. 335.

Benedicti XIII. Pontif. Max. Oratio ad S. R. E. Cardinalium conſeſſum habita, in qua conditiones Pacis inter Carolum VI. Roman. Imperatorem, atque Philippum V. Hiſpaniarum Regem, Viennæ die 30. April. An. 1725. inita improbavit, ſeque ab iis diſſentire publico hoc Documento declaravit, de An. 1725.

Venerabiles Fratres. Ad graviſsimas Apoſtolatus curas, quibus undique diſtringimur, & conflictamur, novæ inde ſollicitudines acceſſerunt, unde allevamentum nobis potius, & voluptatis fructus provenire debuiſſent; Nihil enim optavimus impenſius, aut ardentius ab omnipotente Deo flagitavimus, quam ut inter Chariſsimos in Chriſto Filios Noſtros, Carolum, Romanorum Imperatorem electum, & Philippum, Hiſpaniarum Regem Catholicum, ſtabilis animorum Concordia & Pax ſincera coaleſceret, qua nimirum ad orthodoxæ Religionis Incrementum, ad hujus Sanctæ Sedis Præſidium, atque ad publicam Chriſti fidelium tranquillitatem nihil opportunius & conducibilius eſſe poſſit; Veruntamen jucunditatem optatiſsimæ Pacis pacta conventa, juſtitiæ legibus abſona, ita infecerunt & conturbarunt, ut, Pacem initam gratulantes, appoſitas Pacis Conditiones rejicere, ac deteſtari debeamus. Enim vero, præter alias Conventiones, in Catholicæ Religionis periculum vergentes, & juribus hujus Sanctæ Eccleſiæ in Regnum Sardiniæ refragantes, illud etiam conveniſſe reſcivimus, ut Inveſtitura Ducatus Parmenſis & Placentini, quam eventualem appellant, Carolo Hiſpaniarum Infanti, contra exploratiſsima jura ſupremi Dominii hujus Sanctæ Sedis, ab Imperatore tradatur.

Jam eſt autem Fraternitatibus veſtris ſatis compertum, quam fortiter opportuneque ejusmodi conſiliis & conatibus antevertere ſtuduerit felicis recordationis Innocentius XIII. Prædeceſſor noſter, datis ad Catholicos Principes literis, & ſolemnis Proteſtationis formula in Conventu Cameracenſi per idoneum Miniſtrum exhibita, atque in publico ejusdem Civitatis Tabulario, Magiſtratibus conſentientibus, depoſita, cujus veſtigiis vacante hac ſancta ſede fraternitates veſtræ ſolicite ac ſtudioſiſsime inſiſtere perrexerunt, ut intentatam Apoſtolicis rationibus injuriam averterent ac propulſarent; Nos autem, qui, pro conſecrata poſſeſsione cuſtodienda, nec labores nec moleſtias, Domino auxiliante, reformidamus, noſtris atque hujus Sanctæ Sedis apud Catholicos Principes Nun-

ciis jamtum ab initio Nostri Pontificatus assiduis vere Mandatis negotium dedimus, ut injuriosis tractatibus obviam ire niterentur, neque ullos nostri muneris partes reliquas nobis fecimus. aut inposterum faciemus, ut sanctuarii jura sarta tecta serventur. Interea dolorem, quem ex iniquis Conditionibus suscepimus, statim ex hoc loco vobiscum communicandum duximus, illarum injustitiam palam detestantes, & hoc improbationis, ac dissensus solemne Documentum esse volentes, nihil deinceps omissuri, ut per alia juris remedia & Apostolatus officia Nostris rationibus prospiciamus.

Verum enimvero recreat nos, Venerabiles Fratres! & mirifice sustentat tantorum Principum perspecta justitia, atque in hanc sanctam sedem, resque sacras religio singularis, quæ nos dubitare non sinit, quin illustria de more tam æquitatis ac pietatis suæ, quam filialis erga nos & hanc sanctam sedem obedientiæ testimonia sint edituri, rescissis ac deletis pactis & conventionibus, quæ non Pacis firmitatem, & auspicata Principatus fundamenta polliceri possent, sed divinam potius indignationem & Regnorum pericula denunciare. Interea Venerabiles! piis obsecrationibus, quæ sunt arma potentiæ, Deo instantes erimus, ut respiciat Dominus in hæreditatem suam, nec ab illis nos detrimenta metuere patiatur, quorum Patrocinio sanctæ Ecclesiæ rationes tuendas & vindicandas commendavit.

Post Num. LXIII. pag. 335.

Tractatus Commercii inter Imperatoris Romani, Caroli VI., Cæsaream atque Catholicam Majestatem, ex una; ac Regis Hispaniarum, Philippi V., Catholicam Majestatem, ex altera parte, Viennæ, die 1. Maji, An. 1725. stabilitus.

In Nomine Sanctissimæ & Individuæ Trinitatis. Amen.

CUm Dei optimi maximi nutu, qui corda Principum regit, evenerit, ut quæ Pax inter Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum Carolum, hujus Nominis Sextum, Romanorum Imperatorem semper Augustum, ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque Regem, Archi-Ducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Mantuæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Lucemburgi, Geldriæ, ac superioris & inferioris Silesiæ & Würtembergæ, Principem Sueviæ, Marchionem Sacri Rom. Imper. Burgoviæ, Moraviæ, superioris & inferioris Lusatiæ, Comitem Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ & Namurci, Landgravium Alsatiæ, Dominum Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. &c. nec non Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dn. Philippum, hujus nominis Quintum, Regem Castellæ, Legionis, Arragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolymæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricæ, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennæ, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, Canariarum, Indiarum Orientalium & Occidentalium, Insularum & Continentis Maris Oceani, Archi-Ducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ & Mediolani, Comitem Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis & Barcinonæ, Dominum Biscajæ & Molinæ, &c. &c. Eorumque Regna, Status, Principatus, & Dominia, revocata solideque firmata fuit, eam per Tractatum peculiarem Navigationis & Commerciorum certis Pactis amplius firmiusque stabilire visum fuerit, quo præcisis, & quasi jam in antea definitis, quæ ex hujusmodi Tractatu oriri possent, controversiis, amborum contrahentium Principum Regnis, Statibus ac Subditis, eorumque utilitati bonoque reciproco hoc certius consuleretur. Quapropter Nos infra scripti alte fatorum Serenissimorum Contrahentium Ministri Legati Plenipotentiarii, ad id plena potestate muniti, instituto super hoc Navigationis, seu Commercii liberi colloquio, commutatis prius Plenipotentiis, in sequentes Articulos convenimus:

Articulus I.

Vigore Pacis inter Suam Majestatem Cæsaream Catholicam & Suam Majestatem Regiam Catholicam stabilitæ omnibus utriusque Eorum Subditis, cujuscunque status, qualitatis, aut conditionis existant, licitum erit adire, proficisci, morari in Regnis, Provinciis, ac Ditionibus eorum quibuslibet, cum omnimoda libertate ac securitate, absque quod ad id opus sit peculiaribus Literis Patentibus, Salvo Conductu, aut alia speciali licentia, sola Pacis publicatione ad id sufficiente & ejusmodi requisita supplente, gaudebuntque reciproce terra marique ea ipsa protectione publica, tam quoad personas quam in suis negotiis, qua alias naturales eorum Subditi fruuntur, in omnibus & per omnia, citra omnem metum, aut periculum ullius præjudicii, aut damni, juxta ac per præsentem Tractatum conventum est.

II. Navibus, tam præsidiariis bellicis, quam onerariis, seu mercatoriis, ad alte fatos Contrahentes aut eorum Subditos pertinentibus, vel ex nunc plena facultas esto Portus, Oras, Sinus & Provincias, absque ulla alia prævie petita licentia reciproce frequentandi, verum in eos libere amiceque admittentur, iisque subministrabuntur pro justo pretio omnia ea, quibus, sive pro necessaria annona, sive Navium reparatione, aut alios in usus opus habebunt, quo se mari tuto committere possint, absque quod a dictis Navibus ulla qualiacunque jura, aut impositiones, sub quocunque demum nomine, aut titulo, exigi possint, quod ipsum & pro Indiis Orientalibus cautum esto, ita tamen, ut ne ullum

ullum in illis Commercium exerceant, vel quidquam sibi, exceptis victualibus iisque rebus, quibus pro Navium reparatione earumque instructu indigent, comparare valeant.

III. Quod Naves bellicas attinet, cum eædem ansam sequioris suspicionis facile præbere possent, iisdem ingressus in Portus & Sinus minus munitos prohibitus esto, nisi forte, ad evadendam tempestatem maris, aut hostium insidias, illuc confugere compellerentur, quæ tamen, cessante hostili periculo, aut sedata maris tempestate, ubi sese de rebus sibi necessariis providerint, absque ulteriori mora inde recipient, neque plures numero simul una e Classiariis e Navi in terram emittent, quam Magistratus, aut Præfectus loci, iis permiserit, itaque sese in omnibus gerent, ut omnis metus justus aut sinistra suspicio ab iis absit, quod in Indiis Orientalibus, in quibus præ aliis locis diffidi magis solet, præprimis observandum erit.

IV. Præmissis non obstantibus, Naves armatæ, seu præsidiariæ, prædas inimis ereptas plena securitate in dictos Portus invehere, easque pariter inde reducere poterunt, absque solutione ullius Vectigalis, aut Portorii, nisi forte, petita prius ac obtenta facultate, eas in totum vel pro parte in illo loco divendere vellent, quo casu ea ipsa, de quibus infra circa merces conventum est, vectigalia persolvent.

V. Naves onerariæ, seu mercatoriæ, cujuscunque magnitudinis ea sint, quæ Portum aliquem, ob inclementiam maris, sive ob hostilem infestationem, sive alia quacunque de causa, ingredientur, Præfecto loci literas salvi Conductus literasque maritimas suas, juxta formulam infra insertam conceptas, exhibebunt, quo facto liberum iis erit inde abeundi & recedendi, absque ulla molestia, aut turbatione, neque ad exonerationem mercium, aut earum visitationem ulla ratione adigentur.

VI. Excipitur tamen ille casus, quo aliqua dictarum Navium ad aliquem Portum hostilem destinata foret, & per literas maritimas appareret eandem mercibus vetitis oneratam esse, quo casu placuit ejusmodi Navem visitationem subire debere, quæ tamen non nisi in præsentia Judicis conservatoris nationalis, si quando talis forte adesset, & Consulis, tali tamen moderamine ac cautela, peragetur, ut ne merces dispergantur iisque damnum aliquod inferatur, aut integumenta corrumpantur; attamen merces interdictæ in Navi repertæ Fisco judicialiter addicentur, salva cæterum navi una cum reliquis mercibus, neque propterea a Præfecto Navis ullam mulctam pecuniariam vel etiam, sub prætextu visitationis aut peracti processus, ullos sumptus exigere fas esto.

VII. Porro, ad tollendas contentiones, quæ super vocabulo mercium interdictarum, vulgo Contrebande, nasci possent, e re visum fuit declarare, isthac sub appellatione comprehendi omnis generis rerum species, tam fabrefactas, quam non elaboratas, ad rem bellicam servientes, prout sunt arma quæcunque, tam offensiva quam defensiva, in specie vero Tormenta bellica, Mortaria ignivoma, vulgo Mortiers dicta, Falcones quoque & Bombardæ ejaculandis lapidibus adaptatæ, Pyloclastra, Botuli sulphurei, vulgo Saucisses, Glandes igniariæ & manuariæ, vulgo Grenades, Globi vel Pilæ, Globuli item Fistulæ, Sclopeta item & Sclopi manuarii, seu Pistolets, Gladii insuper, Pugiones, Galeæ, Loricæ & Baltei, Pulvis pyrius, Sal nitrosum, Asseres & Ligna navibus exstruendis, vel reparandis destinata, Vela, Pix nautica & Funes, quæ omnia confiscationi obnoxia sunto, eo tamen duntaxat casu, quando in subsidium hostium, aut ad Portum inimicum, cujus Officialibus literæ maritimæ exhiberi deberent, destinata esse deprehenderentur. Sub hoc interdicto comprehenduntur quoque omnes illæ cujusque Regionis merces, quas ab ea evehere abducereque leges latæ vetant. Excipiuntur tamen triticum & omnigena frumenta, vina, item olea & fructus, cunctaque alia comestibilia, cuprum insuper, ferrum & chalybs, denique omne id, quod ad usum vestium utriusque sexus pertinet, quin & vestimenta integra, dummodo Legionibus aut Cohortibus integris vestiendis destinatæ non sint.

VIII. Si Navis bellica Cæsarea in alto mari Navi mercatoriæ ad Subditos Regis Hispaniarum spectanti obviam fieret, vel vicissim id contingeret, Navis præsidiaria, seu bellica, mercatoriam propius, quam ad tormenti bellici jactum non accedet, verum obviam eidem mittet scapham cum duobus duntaxat, aut tribus hominibus, quibus Magister Navis onerariæ literas exhibebit maritimas, ex quibus intelligi possit, de quo loco proveniat, ad quem pertineat & quas merces vehat; Et casu quo inter alias merces quoque interdictas pro hostibus Domini Navis armatæ destinatas secum vehere deprehenderetur, in hoc casu & non alio ejusmodi merces vetitæ Fisco judicialiter addicentur, Navigio tamen, hominibus, mercibusque aliis salvis permanentibus; Fides autem literis maritimis a Magistro Navis exhibitis adhiberi debebit, &, ubi necesse visum fuerit, convenietur mutuo de certa tessera dictis literis maritimis simul una imprimenda, quo plenior iis fides haberi possit.

IX. Conventum insuper est, libertatem Commercii & Navigationis utrinque adeo amplam ac inimpeditam esse debere, ut, quamvis alterutrum ex Serenissimis Contractantibus cum uno aut pluribus Principibus aut Statibus bello implicari contingeret, nihilominus Subditi alterius Serenissimi Contractantis Navigationem & Commercia cum omnimoda securitate, non secus ac ante obortum bellum, eo prosequi possint ac valeant, sive deinde id fiat via directa, sive ab uno Portu hostili ad alium Portum hostilem, idque tam eundo quam redeundo, sine omni molestia, turbatione, aut im-

impedimento ullo; Excipitur tamen casus, quando Portus, quem intrare vellent, actu foret obsessus, aut ex parte maris cinctus interclususque; Et pro tollenda omni dubitatione, quid hoc sub nomine intelligatur, placuit, nullum Portum maritimum pro actualiter obsesso censeri debere, nisi duabus ad minimum Navibus præsidiariis in mari, vel in continenti uno saltem tormentorum muralium suggestu adeo interclusus esset, ut ejus ingressus non nisi sub grandine tormentorum bellicorũ tentari posset.

X. Pactum conventumque præterea est, omnes cujuscunque generis Merces ad Subditos alterutrius Serenissimorum Contractantium spectantes, si in Navi hostili repertæ fuerint, in Fiscum una cum Navi cadere, tametsi Merces illæ de genere interdictarum non essent.

XI. Subditi alte ratorum Serenissimorum Contractantium in utriusque Ditionibus iis Portoriorum seu Vectigalium immunitatibus reciproce gaudebunt, quarum in possessione pacifica erant tempore Regis Caroli II., id tamen ad sensum infra Articulo XIII. uberius explicatum.

XII. Quælibet Navis ad Suam Majestatem Cæsaream spectans, & Commercii causa Portus Hispaniæ intrans, teneatur edere duas Declarationes Mercium, quas ibi exonerare ac vendere destinavit, unam videlicet Conductori Vectigalium, aut Commissario Telonii, alteram vero Judici Mercium confiscabilium, neque ante ei licitum erit foros Navis aperire, antequam illi ad id data fuerit licentia, atque Custodes a Telonio ei submissi advenerint, neque ullo etiam tempore exonerare quidquam Mercium poterit, sine facultate sibi antecedenter in scriptis facta, eas ad Telonium transportandi; Econtra prohibentur Judices fiscales Officialesque Teloniorum ullum convolutum, arcas, seu capsas, dolia & qualescunque demum sarcinas, seu integumenta ad Merces spectantia, idque nec in Navi, nec in littore aperire, quousque Domui telonariæ illatæ Merces non fuerint, quin postquam dictæ Merces in ea actu quoque depositæ fuerint, eas tamen non nisi in præsentia proprietarii, vel sui Institoris, aperire licebit, quo nimirum Mercator ipse rationibus suis eo melius invigilare, vectigalia solvere, ac desuper Attestata Apochasque petere, Merces deinde suas denuo convolvere, easque Sigillo Teloniorum loci consignari facere possit; Quibus ita peractis Mercator Merces suas domum suam tuto transferre poterit, nulli deinceps ulteriori visitationi subjectas, libera quoque dictarum Mercium translatio ab una domo ad aliam, ab uno idem Repositorio ad aliud intra muros Civitatis erit, dummodo intra horam octavam matutinam & horam quintam pomeridianam id fiat, data prævia Conductoribus de Alcavalas & Cientos notitia, quo animo id faciat, an ut Merces vendantur? Quo casu vectigalia nondum soluta persolvenda essent: an vero omnino non vendendi? Quo casu Mercatori consuetum Attestatum, seu Testimonium, desuper extradendum foret.

XIII. Cum præterea reciproco Commerciorum progressui nil magis officiat quam Vectigalium, quibus Merces excessive gravantur, diversitas; Sua Majestas Regia Catholica, huic malo mederi cupiens, per universa Regna sua in Europa sita, jam aliquot abhinc annis, in gratiam Nationis Britannicæ, consensit statuitque, ut suppressis antiquis Vectigalibus a Mercibus, sive cum invehuntur, sive exportantur, olim exigi solitis, vel quæ post decessum Regis Caroli II. recenter imposita fuerunt, omnia undequaque vectigalia ad unam duntaxat ubique æqualem summam redigantur, facta taxatione ad Decem pro Centum, tam pro invectione quam evectione solvenda, habita videlicet ratione juxta illarum æstimationem ac valorem, id quod non solum Gadibus, in St. Mariæ & aliis Portubus Coronæ Regni Castellæ, sed etiam in aliis, nimirum Arragoniæ, Valentiæ & Cataloniæ Portubus locum habebit, solis duntaxat Provinciis Biscajæ & Guipuscoæ exceptis, in quibus Vectigalia pro invectione & evectione in illa forma ac modo solvantur, juxta ac cum Gallis hucusque observatum fuit, & cum Anglis & Hollandis hodiedum observatur; Cæterum Mercatores vel ii, ad quos Merces spectant, solutis semel in ingressu in Hispaniam Decem pro Centum, easdem terra marique libere quocunque transferre, vel etiam beneficio fluminum per omnes Hispaniæ partes, sine ulteriori obligatione, aliquod aliud novum Vectigal, aut impositionem, solvendi, in qualemcunque demum Portum vel Transitum dictæ Merces vectæ fuerint, traducere poterunt, sufficiatque ad id vel sola Attestata, seu Apochas primæ factæ solutionis, sarcinasque plumbo & Telonii signis consuetis notatas, exhibere. Excipiuntur tamen Vectigalia d' Alcavalas, Cientos & Millones, de quibus separatim transactum fuit. Cum igitur Sacra Cæs. Cathol. Majestas & Sacra Regia Cathol. Majestas expresse convenerint, quod eorum respective Subditi in omnibus eorum statibus, Territoriis ac Provinciis, in quacunque demum Mundi plaga sitis, frui gaudereque debeant omnibus juribus, libertatibus, favoribus & immunitatibus, quæ fuerunt, sunt, aut erunt unquam concessæ Nationibus amicissimis, & nominatim Subditis & Incolis Magnæ Britanniæ, Fœderati Belgii & Urbibus Hanseaticis; idcirco Sua Majestas Regia Catholica hisce declarat atque promittit, tribuere se Suæ Majestatis Cæsareæ Subditis eorum, quæ in hoc Articulo continentur, plenum usum atque effectum, ita ut in tota, qua late patet, Hispania pro Invectione & Evectione, vel etiam Transitu Mercium amplius Vectigal pendere non teneantur quam supra dicta Decem pro Centum, ad eum plane modum quo Angli solent, exceptis tamen Vectigalibus d' Alcavalas, Cientos & Millones, quorum intuitu conventum est ut sequitur:

XIV.

XIV. Subditi Sacræ Majestatis Cæsareæ differre poterunt Solutionem Vectigalium d'Alcavalas & Cientos nuncupatorum tam diu, quamdiu Merces suas in Telonio, ubi accurate asservabuntur, depositas esse sinunt: Quod si vero dictas Merces inde extrahere voluerint, animo easdem in alium Regni locum transvehendi, vel etiam in loco ipso vendendi, aut in Domum suam transportandi, id eisdem omnino permissum erit, dummodo idonee datis literis caveant de solutione Vectigalis post duos menses, a venditione Mercium numerandos, facienda, quibus præstitis eisdem Apocha dabitur, qua acceptata merces signatas ac plumbatas alio transferre ac in quocunque Portu aut loco Dominatus Hispanici in Europa, magna mercatura, vulgo en gros, divendere poterunt; Quod si aliquis Officialis receptioni dictorum Vectigalium præpositus, exhibitis sibi visisque primæ solutionis Apochis inspectisque signo & plumbo, vectigal altera vice exigere, vel etiam translationi dictarum mercium sese opponere præsumeret, talis mulctam bis mille Imperialium Thesauro regio applicandorum luet, quæ tamen non nisi de prima venditione intelligenda sunt; Quod si vero mercator merces suas minutim seu per partes vendere vellet, is etiam, juxta Edicta regia, particularia Vectigalia solvere tenebitur, at Officialibus non licebit plus, quam quindecim Reales de Billon, pro Certificationibus seu Quittantiis expediendis, de quibus supra, exigere.

XV. Eadem Regula observabitur intuitu Vectigalis, vulgo Millones nuncupati, quod pro piscibus reliquaque annona exigitur, videlicet ut id in earum Invectione denique tam diu exigi non debeat, aut possit, quamdiu earum proprietarii eas in repositoriis publicis depositas esse sinunt; Quamprimum vero eas in loca Regni interiora mittere, sive in loco ipso vendere, aut domum suam asportare voluerint, tunc obligabunt se in scriptis cavebuntque idonee de solutione dicti Vectigalis de Millones post duos menses a data obligatione præstanda; Quo facto literæ necessariæ eis sine mora consignabuntur, mercesque plumbo ac notis distinctis a Conductoribus, aut Administratoribus dicti Vectigalis obsignatæ, transferri ad loca quæcunque, in quibus consumi consueverunt, vendique, absque ullo novæ Impositionis de Millones onere, poterunt: Quod si vero Officialis quispiam, aut Commissarius receptor de Millones post exhibitas sibi Officii Apochas, notasque plumbi ac Signorum, id ipsum Vectigal iterato exigere, vel vero mercium transvectioni aut venditioni sese opponere auderet, talis mulctam bis mille Imperialium luet, Ærario regio, ut supra, applicandorum.

XVI. Portus Guipuscoæ & Biscajæ, legibus Castellæ non subjectos, quod concernit, in iis norma circa solvenda Vectigalia ea servetur, quæ supra Articulo XII. intuitu aliarum Nationum, præscripta legitur.

XVII. Cum Navales Mali, Antennæ & Ligna ad structuram Navium majorum & minorum merces maxime necessariæ sint, placuit eas excipere a generali regula, ut adeo illarum Invectio debeat esse libera ab omni Vectigalium exactione, sub quocunque etiam nomine, aut titulo, ea venire possent.

XVIII. Ad tollendam omnem disceptationis ansam, quæ occasione taxandarum mercium redemptores Vectigalium inter & proprietarios Mercium oboriri posset, conventum est Indicem illum Vectigalium, vulgo Tariffam dictum, Tractatumque Commercii inter Suam Majestatem Catholicam & Magnæ Britanniæ Regem, Anno 1716. in vim executionis Articuli III. Tractatus Ultrajectensis factum, pro vera in hoc puncto inter Suæ Majestatis Cæsareæ Subditos & Vectigalium Conductores seu Administratores regula haberi, atque adeo Decem pro Centum universim solvi debere.

XIX. Ratione diversarum specierum, quæ in dicta Tariffa forte expressæ non essent, placuit consuetudini antiquæ inhærere, juxta quam æstimatio mercium quidem fieri debet per redemptorem Vectigalium, vel ejus substitutum, ea tamen lege & conditione, ut proprietario mercium liberum sit eas redemptori pro æstimato a se pretio cedere, quod iste in continenti in paratis solvere tenebitur.

XX. Sal Hungaricum idem, quod Sal Hispanicum, Vectigal solvet, eadem æqualitas cum Sale Hispanico in Dominiis Suæ Majestatis Cæsareæ observabitur.

XXI. Consentit Rex Catholicus Subditis Suæ Majestatis Cæsareæ, qui in Portubus & Urbibus Regnorum Andalusiæ, Murciæ, Arragoniæ, Valentiæ & Cataloniæ, nec non in Provinciis Biscajæ & Guipuscoæ degunt, domos habitationi & repositoria Mercibus suis servandis idonea conducere, gaudebuntque iisdem, quibus Angli & Hollandi in hoc puncto fruuntur, Privilegiis, Libertatibus & immunitatibus; Idem Jus ac Privilegium reciprocum concedit Sua Majestas Cæsarea Subditis Hispanicis in Suis Regnis ac Provinciis.

XXII. Quæ inter Privilegia præcipue sequentia sunt: facultas mutandi pro lubitu & absque ulla prævia cujuscunque licentia domicilium; Immunitas ab omni inquisitione, visitatione & molestia in illorum habitationibus & apothecis, ratione suorum mercimoniorum, nisi forsan gravis suspicio exsurgeret, aut probari posset, fraudem aliquam contra Vectigalia Regis commissam fuisse, quo casu visitatio locum, ea tamen cautela habebit, ut non nisi in præsentia Consulis, qui ad hoc per expressum advocabitur, peragatur, nulla cæteroquin alia molestia mercatorem, aut ejus merces afficiendo; Quod si mercator convictus fuerit eum merces fraudulenter invexisse, eæ confiscabuntur, isque insuper visitationis sumptus luet, sua tamen Persona cæterisque mercimoniis liberis permanentibus: Vicissim Sua Ma-

jeſtas Cæſarea Subditis Suæ Majeſtatis Catholicæ parem libertatem ac Privilegia in omnibus Suis Regionibus adpromittit.

XXIII. Subditi alte fatorum Contractantium, qui in unius alteriusve Dominiis negotiorum cauſa domicilia fixerint, nulli cuicunque demum libros ſuos rationum, niſi forte pro eruenda aliqua probatione, exhibere teneantur, neque dictos libros apprehendere, aut e manibus eorum eripere, ſub qualicunque prætextu, ulli liceat, quos etiam in qualicunque Idiomate pro lubitu conſcribere poterunt, absque quod ad eos in alio Idiomate conſcribendos adigi poſſint.

XXIV. Utriusque Partis Subditi, cujuscunque qualitatis, aut conditionis ſint, in propria perſona, nec a Gubernatoribus, nec a Miniſtris Juſtitiæ arreſtari poterunt, ob debita publica aut particularia, ab ipſis non contracta, vel pro quibus ipſi non caviſſent, neque etiam ob ſimiles cauſas arreſtari poterunt illorum bona & mercimonia, ſive durante pace, aut ſuperveniente ejusdem ruptura; Et in hoc articulo in ſpecie comprehendantur Magiſtri Navium, eorum Officiales & Navicularii, Naves item majores & minores cum omni ſua vectura.

XXV. Pariter præfatas Naves, ſive bellicæ, mercatoriæ, vectoriæ aut alterius cujuscunque ſpeciei ſint, nullo, ſive generali, ſive particulari, Mandato detinere liceat, ſive deinde id in uſum belli, ſive commeatus cauſa fiat, niſi hac ſuper re cum Præfectis, aut ipſismet Proprietariis Navium, peculiariter, libere, ſpontaneeque conveniſſent, multo minus licitum erit per vim compellere Officiales, aut Naviculariоs, ad deferendas eorum Naves & ad ſerviendum in aliqua Claſſe navali, quam inſtruere, aut ſub alia manu militari, quam inſtituere vellent, etiamſi id ad breve tempus eſſet, & in occaſionibus maxime prementibus contingeret; Si vero ſuapte ad ſervitia ipſi ſe offerrent, eosdem conducere liberum erit.

XXVI. Quoad Immunitatem perſonalem, per præſentem Tractatum omnibus alterutrinque commercantibus ipſorumque familiis conceſſam, ea non tantum ad Exemptionem a ſervitio militari, ſed etiam a Tutelis, Curatelis & Adminiſtrationibus qualiumcunque Bonorum, Negotiorum, aut Perſonarum, extendetur, ni forte ſimilia munia ipſi ſuapte ſuſcipere vellent.

XXVII. Liberum iis erit, ſibimet Advocatos, Doctores, Agentes, Procuratores & Sollicitatores, quando iis opus habent, conſtituere, & ſi proprios particularesque Proxenetas habere deſiderarent, unum, aut duos, e numero eorum, qui in loco ſunt, ſeligere ſibi poterunt, qui præſentati acceptabuntur habilesque agnoſcentur, qui ſoli negotia ſibi commiſſa procurent.

XXVIII. In omnibus Portubus & primis Emporiis, in quibus Imperatori Regique viſum fuerit, conſtituentur Conſules nationales, qui tutelam Mercatorum utrinque ſubditorum gerant, quique omnibus iis gaudebunt juribus, authoritatibus, libertatibus & immunitatibus, quibus aliæ Nationes amiciſſimæ gaudere ſolent.

XXIX. Habebunt hi Conſules peculiariter facultatem & authoritatem ſuper litigiis inter Mercatores & Præfectos Navium, vel inter hos & eorum Nautas, vertentibus arbitrarie cognoſcendi eaque decidendi, ſive ea ratione Navitarum & Salariorum, ſive alia de cauſa ſuſcitata fuerint, a quorum ſententia non licebit appellare ad Judices locorum, ſed ad eos, qui a Principe, cujus ipſi Subditi ſunt, conſtituti ſunt.

XXX. Quod Judices conſervatores attinet, qui ſub præcedentibus Regnis Magiſtratum in Hiſpania valde ſpectabilem efficiebant, atque à Regibus olim Nationibus præ aliis magis gratificatis cum poteſtate cognoſcendi & judicandi privative ſuper omnibus eorum Nationalium cauſis, tam civilibus, quam criminalibus, ſibi conſtituere conceſſum erat, conventum eſt, quod ſi Sua Majeſtas Regia Catholica hocce Privilegium cuidam alteri Nationi, qualiscunque illa eſſet, deinceps concederet, Subditis Suæ Majeſtatis Cæſareæ id ipſum pariter conceſſum intelligi debeat: Interim vero univerſis Judicibus ac Magiſtratibus ordinariis ſerio mandabitur, ut Juſtitiam iisdem prompte adminiſtrent eamque ſine ulla partialitate, favore, aut affectione, absque mora executioni mandent. Sua Majeſtas Catholica conſentit inſuper, quod a Sententiis in cauſis Subditos Suæ Majeſtatis Cæſareæ tangentibus ad Conſilium Commerciorum Madritenſe duntaxat & non ad aliud Tribunal appellari poſſit.

XXXI. Jus Albinagii, vel alia ſimilia, intuitu utriusque Sereniſſimorum Contractantium Subditorum neutiquam exerceatur, verum defunctorum, ubicunque deceſſerint, hæredes, e qualicunque Regione, aut Provincia ii ſint, ſine ullo impedimento iis in omnibus bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, ſive teſtato, vel ab inteſtato deceſſerint, juxta ſucceſſionum, aut hæreditatum ordines locorum, ubi ejusmodi hæreditates exſtiterint, ſuccedent; Et caſu quo duo, aut plures inter ſe ſuper hæreditate litigarent, tunc Judices locorum litem per ſententiam definitive decidant.

XXXII. Si quando Mercatorem, aut alium Subditum alte fatorum Contractantium, in Ditione alterius decedere contigerit, tunc Conſul, aut alius Miniſter eorum publicus, ſi quis præſens ſit, in domum Defuncti ſe conferret ſuperque mercibus omnibus & effectibus, prout & ſuper chartis & libris ejusdem, Inventarium conficiet & omnia juxta datum ſibi deſuper mandatum pro hæredibus fideliter aſſervabit: Si vero Mercatorem aut Subditum in itinere decedere accideret, vel in quodam loco, ubi nec Conſul Nationis, nec alius Miniſter publicus adeſſet, in tali caſu Judex loci Inventarium in præſentia teſtium ſumma, qua fieri poterit, ſumptuum parſimonia conficiet,

con-

consignabitque Patrifamilias, vel Proprietario Domus res inventatas, ut eas fideliter conservet, quibus peractis Ministrum publicum, tunc temporis in Aula residentem, vel Consulem loci, ubi Domus & Familia defuncti existeret, de re omni certiores faciet, quo hi quempiam mittere valeant, qui res inventatas recipiat & ea, quæ debentur, persolvat.

XXXIII. Si aliqua navis, ad alterutrum Serenissimorum Contractantium, aut illorum Subditos spectans, in tractu eorum maritimo naufragium patiatur, in eo casu Officialis Dominiorum, vel Fisci, nihil sibi juris in eam prætendere poterunt, & deprædatio omnis severe prohibebitur privatis quibuscunque, quin imo Dominus ac Magistratus loci magis vicini omni ope subvenire teneantur naufragium passis, salvareque de navi rupta, quantum poterunt, idque in securum collocare, quo ipso jure salvationis, Quinque nimirum pro Centum, juxta æstimationem mercium, gaudebunt, iisque sumptus in hanc piam operam impensi refundentur; at si Navis, quantumvis valde læsa integra tamen permanserit, neque Nautæ & Navicularii perierint, ipsismet incumbet curam habere rerum salvandarum, quibus tamen promptum auxilium & assistentia feretur, subministrando illis justo pretio ea, quibus indigebunt.

XXXIV. Sua Majestas Catholica non permittet, ut, sub Politiæ vel alio prætexto, mercibus ad Subditos Suæ Majestatis Cæsareæ spectantibus aliqua limitatio pretii imponatur, verum iis licitum erit, eas tanti, quanti cursus Commerciorum ordinarius patitur, divendere; Qua ipsa libertate pariter Regis Catholici Subditi in Ditionibus Suæ Majestatis Cæsareæ quoque gaudebunt.

XXXV. Si cujuspiam Mercatoris Hispanici, aut Suæ Majestatis Cæsareæ Subditi, bona confiscarentur & inter illa quidam effectus, ad alium Mercatorem aut personam privatam spectantes, reperirentur, tunc dicti effectus eorundem Proprietario restituentur, etiamsi jam venditi, dummodo pecunia vel in totum vel pro parte nondum exsoluta fuisset; Et in casu, quo similes effectus, aut merces, apud Mercatorem, cujus bona apprehensa essent, tantum depositæ fuissent, isque eas sine permissione deponentis vendidisset, tunc æstimatio dictarum mercium, ut verum depositum, considerabitur solveturque jure prælationis dicto deponenti.

XXXVI. Subditis & Navibus Suæ Majestatis Cæsareæ omnis generis fructus, res & mercimonia ex Indiis Orientalibus in quosvis Regis Hispaniarum Status & Ditiones portare, ac invehere permittetur, dummodo ex testimoniis Deputatorum Societatis Indicæ in Belgio Austriaco erectæ appareat, illas esse de locis conquisitis, Coloniis, aut Factories, ut vocant, dictæ Societatis, aut quod ab inde provenerint; Et in hac consideratione iisdem Privilegiis gaudebunt, quæ Subditis Provinciarum Unitarum per Schedulas regias 27. Junii & 3. Julii anni 1663. concessa & 30. Junii ac 4. Julii dicti anni publicata fuerunt; Insuper Sua Majestas Catholica declarat, concedere se Subditis Suæ Majestatis Cæsareæ omnia ea, quæ Dominis Statibus Generalibus Unitarum Belgii Provinciarum per Tractatum anni 1648. (*vid. hunc Tractatum in Archivo Sacri Imperii Roman. Germanici, vulgo Teutsches Reichs - Archiv nuncupato, Part. Spec. Contin. I. sub Belgio pag. 170.*) tam intuitu Indiarum, quam cæterorum omnium, quæ dicto Tractatui applicabilia atque illi, uti etiam Paci inter Suas Majestates conclusæ repugnantia non erunt, concessa fuerunt.

XXXVII. Quod Commercium in Insulis Canariis concernit, Subditi Suæ Majestatis Cæsareæ in illo iisdem emolumentis gaudebunt, quibus Angli & Holandi gaudent.

XXXVIII. Bona & res quæcunque, tempore belli metu confiscationis abscunditæ, Proprietariis suis jure remanebunt nemoque ex causa, quod eas contra prohibitiones occultaverit, molestabitur.

XXXIX. Debita pariter ab utrinque Subditis ex causa Commercii, aut alias contracta, dummodo ea intermedio tempore confiscata non fuerint, integre, absque tamen usuris exsolventur, bello, quod intercessit, non obstante.

XL. Econtra Merces aliæque res mobiles, ante Conclusionem Pacis utrinque a Fisco occupatæ, non restituentur, idque ad evitandas infinitas lites, quæ super iis oriri possent.

XLI. Literæ Repressaliarum de præterito, quacunque de causa ex una alterave parte concessæ, declarantur nullæ, ac Suæ Majestates in futurum nullas amplius in odium & damnum Subditorum concedere se velle reciproce promittunt, nisi in casu manifesto denegatæ justitiæ, qui tamen, nisi post moram, aut retardationem biennalem a porrecto primo libello, pro probato non habebitur; Quo elapso actor libellum supplicem, pro impetrandis literis Repressaliarum suo Principi porriget, qui Ministro alterius Principis, si quis in Aula adsit, vel qui illius negotia ibi gerit, communicabitur, quo facto sententia definitiva adhuc sex mensibus differenda erit, quibus demum lapsis literæ Repressaliarum decerni poterunt.

XLII. Subditis Suæ Majestatis Cæsareæ, & Suæ Majestatis Regiæ Catholicæ stricte interdicetur, Commissiones, ut vocant, privatim armandi, aut literas Repressales pro faciendis excursionibus hostilibus adversus alterutrius Subditos a quocunque alio Principe accipere; Quod si quis huic Articulo contravenerit, is, ceu Pyrata, tractabitur non solum in Provinciis, contra quas ejusmodi Commissiones accepit, postquam in flagranti suæ excursionis captus in eas perductus fuerit, sed & in omnibus illius Principis, cujus Subditus est, Dominiis; Itaque contra talem, ad primam querelam, criminaliter ad executionem usque procedetur.

XLIII. Cum seria Sacræ Cæsareæ Catholicæ Majestatis Suæque Regiæ Catholicæ Majestatis voluntas sit, ut Pax, Concordia & Amicitia, ab utrin-

utrinque Subditis adeo sincere colatur, ut, ubi occurrerit, mutuum sibi auxilium quoque præstent, conventum est, quod si navis aliqua, ad Subditos Suæ Majestatis Cæsareæ spectans, a communi quodam hoste capta, ista vero ab eo per aliquam navim bellicam, seu armatam Suæ Majestatis Regiæ Catholicæ iterum recuperata, istaque recuperatio intra primas quadraginta octo horas, quibus in hostium potestate erat, facta fuerit, Recuperatori quinta pars Navis ejusque oneris, quod vehit, in præmium cedet; Si vero secundis quadraginta octo horis liberata fuerit capta Navis, tertiam partem Receptor habebit; Et demum si post has ultimas quadraginta octo horas Navis recuperetur, dimidium Navis ejusque oneris ei debebitur, altera media parte ad Proprietarios suos redeunte: Idem obtinebit, si Navis aliqua recuperata ad Subditos Suæ Majestatis Regiæ Catholicæ pertineret, Recuperator vero Navis bellica, seu armata Suæ Majestatis Cæsareæ foret.

XLIV. Et quanquam sperare liceat Pacem, quæ Suam Majestatem Cæsaream Catholicam inter & Suam Regiam Catholicam Majestatem, Eorumque Successores, Regna & Dominia, Deo favente, recens stabilita fuit, quam diutissime duraturam esse, nulla hinc inde ansa aut offensa infringendam; Quia tamen mundana omnia impravisis vicissitudinibus obnoxia sunt, conventum est, quod si novum bellum, quod Deus avertat, inter eos oriretur, Mercatoribus & Subditis, qui in alterutrius Portubus, Urbibus, Ditionibus & Provinciis eo tempore habitarent, spatium sex mensium concedi debeat, intra quod iis cum omnimoda securitate se, suas familias, bona, res & merces, una cum suis Navibus & omni suo onere, cum Magistris Navium, Officialibus rebusque omnibus, quæ ad ipsos spectant, recipere sese, nomina quoque sua pro suo commodo, aut utilitate legitime contracta, cum aliis juribus & actionibus, quorum quarumve intuitu prompta iis justitia administrabitur, exigere & Patriam suam repetere possint.

XLV. Ut præcedens Articulus nullo ambiguitatis scrupulo subjaceat, is hocce Articulo sequentem in modum declaratur, videlicet, quod dictis Mercatoribus intra spacium dictorum sex mensium Commercia sua prosequi, vendere, emere, permutare, ac omnes suas Merces, prout & sese, familias suas proprias & Institutorum & Domesticorum, sine minima molestia, aut obstaculo per Mare Terramque transferre, ea omnino libertate, qua durante Pace id facere potuerunt, permissum concessumque permanere debeat, haud secus, ac si nullum bellum intercederet, dummodo pacifice se ac modeste gerant & a clandestinis quibusvis moliminibus contra statum publicum abstineant; Convenire insuper in judicio, durante hoc termino sex mensium, Debitores suos poterunt, quibus justitia tam prompte administrabitur, ut sententia ante istius termini lapsum feratur, &, si unquam fieri possit, executioni mandetur; Quod si vero, adhibita omni diligentia, sententia definitiva pronunciari ejusdemve executio ante dicti termini lapsum fieri nequiret, memoratis Subditis discedentibus permittetur jura actionesque suas, sive actores in causa, sive rei sint, per Procuratores prosequi exigereque ea, quæ ipsis adjudicabuntur, aut vigore sententiæ jam latæ debentur, prætextu belli inter Principes eo tempore serventis in hoc passu nullatenus illis obstante.

XLVI. Conventum præterea est, intuitu dictorum respective Subditorum, Mercatorum aliorumque, qui in præfato termino sex mensium discedere debebunt, ut illis petentibus literæ salvi Conductus concedantur, in quibus locus discessus, locusque ad quem tendunt, numerus item personarum, una cum rebus, quas secum ferunt, specifice designabuntur, quibus literis debitus terra marique honos ac respectus habebitur per totum earum durationis tempus, quod ipsum in duplum plus, quam alias iter a loco discessus ad locum accessus exigeret, extendetur, etiamsi certum esset, nullam ipsis in reditu moram aut obstaculum injici posse; Pariles salvi Conductus subministrabuntur quoque Navibus in Portubus commorantibus, ut cum suo onere tuto secureque ad suos reverti possint.

XLVII. Postremo conventum est, quod omnia in universum, quæ in utilitatem Nationis Britannicæ in Tractatibus Madritensibus de $\frac{13}{23}$. Maji 1667. (*vid. in Tom. IV. du Recueil des Traitez de Paix pag. 193.* [b]. & *228.* [a].) & $\frac{8}{18}$. Julii 1670. (*vid. loc. antea citato pag. 284.* [a].) atque etiam in Tractatibus Pacis & Commerciorum Ultrajectensibus anno 1713. (*vid. hos Tractatus*) & novissime in Tractatu seu Conventione - - - - stipulata fuerunt, hic autem verbotenus expressa aut sufficienter explicata non sunt, in favorem quoque Subditorum Suæ Majestatis Cæsareæ, in quantum ipsis applicari poterunt, pro nominatim expressis insertisque habeantur, quod ipsum de iis quoque, quæ Subditis Provinciarum Unitarum per Tractatum Pacis Monasteriensem anno 1648. (*vid. supra §. XXXVI.*) Tractatum maritimum Hagæ-Comitum anno 1650. (*vid. in Tom. III. du Recueil des Traitez de Paix pag. 591.*) & per Tractatum Pacis & Commerciorum Ultrajectensem anno 1714. commoda concessa fuerunt, intelligatur, ita ut si dubium forte in hoc vel illo casu oriretur, quidnam in Hispania, aut cæteris Regis Catholici Regnis intuitu Subditorum Suæ Majestatis Cæsareæ observandum veniret, supra dicti Tractatus, quæque in iis a præcedentibus Hispaniarum Regibus & a Sua Regia Majestate hodie regnante supra memoratis duabus Nationibus sub præmissis datis concessa fuerunt, in casibus dubiis, aut in hoc instrumento omissis, pro norma ac regula servire debeant.

Præsens Tractatus ratihabebitur a Sacra Cæsarea Catholica Majestate & a Sacra Regia Catholica Majestate, Ratificationumque Instrumenta

menta intra ſpatium trium menſium, aut citius, ſi fieri poterit, commutabuntur.

In quorum fidem nos infraſcripti Suæ Majeſtatis Cæſareæ Catholicæ & Suæ Majeſtatis Regiæ Catholicæ reſpective Commiſſarii & Legati Extraordinarii Plenipotentiarii præſentem Navigationis & Commerciorum Tractatum noſtris manibus ſubſcripſimus & Sigillis noſtris munivimus. Viennæ Auſtriæ, die prima menſis Maji, anno Domini milleſimo, ſeptingenteſimo, vigeſimo quinto.

(L. S.) *Eugenius à Sabaudia.* (L. S.) *J. G. Baro de Ripperda.*

(L. S.) *Philippus Ludovicus Comes à Sinzendorff.*

(L. S.) *Gundaccarus Comes à Starbenberg.*

Tenor Plenipotentiarum Cæſarearum.

Nos Carolus Sextus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæque Rex, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Mantuæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Lucemburgi, Geldriæ, ac ſuperioris & inferioris Sileſiæ & Würtembergæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, Moraviæ, ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ & Namurci, Landgravius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. &c. Notum teſtatumque facimus: Cum Sereniſſimo Hiſpaniarum Indiarumque Regi Catholico Philippo V. viſum ſit, eos inter Nos utrosque adhuc pendentes controverſiarum Articulos, qui in Tractatu Londinenſi de Anno 1718. ad peculiarem Congreſſum definiendi remiſſi fuerunt, hic Viennæ mutuo inter Nos amice componere, poſtquam ſuper iis Cameraci, loco ad iſtum Congreſſum ſubinde deſtinato, ſub Mediatione Sereniſſimorum Galliæ & Magnæ Britanniæ Regum jam à triennio abhinc & ultra, magnis quidem, verum irritis conatibus allaboratum fuit, eumque in finem ad Nos Miniſtrum cum Legati Extraordinarii munere amploque mandato inſtructum, Illuſtrem & Magnificum Joannem Guilielmum, Liberum Baronem à Ripperda, Dominum de Jenſema, Engelenburgh, Poelgeeſt, Koudekente & Ferwert, Judicem hæreditarium de Humſterland & Campen, miſerit, qui, exhibitis Plenipotentiæ ſuæ Literis, ad aggrediendum perficiendumque commiſſum ſibi hocce negotium ſufficienter munitus agnitus fuit; Nos, tam pio conſolidandæque univerſæ Europæ Quietis proficuo Conſilio accedentes, in comperta fide, prudentia ac rerum gerendarum uſu Illuſtriſſimi Principis *Eugenii à Sabaudia & Pedemontio*, Noſtri Conſiliarii actualis Intimi, Conſilii Aulico-bellici Præſidis Noſtrique Locumtenentis Generalis, Sacri Rom. Imperii Campi-Mareſchalli ac Noſtrorum Statuum per Italiam Vicarii Generalis, Aurei Velleris Equitis; Illuſtris item & Magnifici *Philippi Ludovici Sacri Romani Imperii Theſaurarii hæreditarii, Comitis à Sinzendorff*, Liberi Baronis in Ernſtbrunn, Domini Dynaſtiarum Gfœll, ſuperioris Seloviz, Porliz, Sabor, Mülzig, Loos, Zaan & Droskau, Burggravii in Reineck, ſupremi hæreditarii Pincernæ in Auſtria ad Anaſum, Aurei Velleris Equitis, Noſtri Conſiliarii actualis Intimi ac primi Aulæ Cancellarii; Nec non Illuſtris & Magnifici *Gundaccari Thomæ Sac. Roman. Imperii Comitis de Starbenberg* in Schaumburg & Waxenberg, Domini Ditionum Eſchelberg, Lichtenhaag, Rottenegg, Freyſtatt, Haus Oberwalſee, Senfftenberg, Rodendorff, Hatwan, Aurei Velleris Equitis, Noſtri Conſiliarii Intimi actualis, Archiducatus Auſtriæ ſuperioris & inferioris Mareſchalli hæreditarii, plurimum confiſi, Eos ad tractandum, concludendum & ſignandum Noſtro Nomine cum præfato Regio Legato Extraordinario & Plenipotentiario propoſitos Pacis Articulos, & ſi quæ alia forte, ad quæ ſpecialiori mandato opus eſſet, tractanda occurrerent, Commiſſarios Noſtros, tanquam Legatos Noſtros Extraordinarios, nominaverimus & conſtituerimus, prout eos, vigore harum, nominamus & conſtituimus. Dantes eis plenam & omnimodam poteſtatem, authoritatem & mandatum, hunc Tractatum ejusque Conditiones & Articulos, & ſi quæ alia tractanda viderentur, cum præfato Regio Legato Extraordinario Plenipotentiario tractandi, concludendi & ſignandi, deſuper Inſtrumenta unum vel plura conficiendi, eaque omnia agendi & faciendi, quæ Nos, ſi rem Ipſi tractaremus, agere facereque poſſemus. Verbo Cæſareo-Regio & Archiducali promittentes, Nos, quæ per memoratos Noſtros Commiſſarios, tanquam Legatos Noſtros Extraordinarios & Plenipotentiarios, aut alterutris eorum abſentibus vel impeditis, duos, aut denique unum illorum ita acta, concluſa & ſignata fuerint, rata, grata acceptaque habituros, Noſtraque Ratificationum Inſtrumenta etiam jurata in tempore convento extradituros eſſe. In quorum fidem majusque robur præſentes manu Noſtra ſubſcriptas Sigillo Noſtro appenſo muniri juſſimus. Datas ex Arce Noſtra Laxemburgi, die 28. menſis Aprilis, Anno 1725. Regnorum Noſtrorum Romani decimo quarto, Hiſpaniarum vigeſimo ſecundo, Hungarici vero & Bohemici decimo quinto.

CAROLUS.

Joan. Frid. Comes à Seilern.

Ad Mand. Sac. Cæſ. & Cathol. Majeſtatis proprium,

Joan. Georgius Buol, S. R. I. Eq.

Tenor Plenipotentiarum Hiſpanicarum.

Don Felipe por la Gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Lion, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jeruſalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdenna, de Cordova, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales y Occidentales, Islas y Tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgonna, Brabante, y Milan, Conde de

de Abspurg, Flandes, Tirol y Barcelona, Sennor de Viscaya y de Molina, &c. Por quanto, deseando dar à mis Pueblos y Vasallos el consuelo y alivio de una Paz universal, he solicitado por medio del Congresso de Cambray, hazerla particularmente con el muy Alto y muy Poderoso Emperador de Alemania, y haviendo manifestado la experiencia de estos ultimos quatro annos quanto se dilata el logro de esta importancia, que siempre mas procuro, para mi mayor satisfaccion, valiendome de todos los mudios possibles y queriendo usar de aquel de embiar à la Corte de Vienna, reservada - y segretamente Persona de entera Confianza, que haga notorios el Emperador mis buenos deseos y anelos de establezer la mas segura durable Paz entre mi Corona y la de Su Magestad Imperial, y la mas estrecha amistad y buena correspondencia entre ambos, como conviene, y es muy conforme à toda consideracion. Por las experiencias y satisfaccion que tengo vos Don Juan Guillermo Baron de Ripperda, Sennor de Jensema, Engelenburg, Poelgeest, Koudekente y Ferwert, y Juez hereditario de Humsterlant y de Campen, he risuelto elegiros y nombraros (como en virtud de la presente os nombro) paraque con el grado de mi Embaxador Extraordinario Plenipotenciario, passeis al referido importante fin, y al de hazer otros convenientes Tratados à la Corte de Viena, y os doy tan cumplido Poder, facultad y authoridad, como es necessario y conviene, paraque por mi y en mi Nombre, y representando mi propia Persona, podais proponer, ofrezer, oyr, consentir, assentir y capitular con el expressado muy Alto y muy Poderoso Emperador de Alemania ò el Ministro, û Personas, que nombrare y os diputare para este efecto todo lo que juzgareis preciso y conveniente al referido importante fin, al de mi servicio, al bien de mis Reynos y mayor seguridad, y permanencia de la Paz, que deseo, de la union, buena correspondencia y alianza, que solicito establezer entre ellos y los de el Emperador; Y paraque en orden à esto podais hazer todo aquello, que yo haria y hazer podria, aunque sea de tal calidad que riquiriesse otro mas espezial Poder y commission, y obligarme à mi al cumplimento de ello. Por tanto declaro y doy mi fee y palabra Real, que todo lo que fuere hecho, tratado, y concertado por vos el expressado Don Juan Guillermo Baron di Ripperda, con el referido Emperador de Alemania, ò el Ministro û Personas que nombrare, desde ahora para entonzes, lo consiento y apruebo, y lo tengo, y tendrè por bueno en todo tiempo, la forma en que lo concluyeredes, y me obligo à estar y passar por ello, como cosa hecha en mi Real Nombre, por mi Volundat y Authoridad Real, y lo cumplire puntual y exactemente: Y assi mismo me obligo à que dentro de el termino, que se sennalare, segun se estila aprobarè y ratificarè en especial forma, con las fuerzas, Juramentos y requisitos necessarios, y acostumbrados, todo lo que en virtud de este Poder se concluyere y asentare general- e individualmente, paraque sea valido y establezido ahora y en todo tiempo; y para firmeza de ello mandè despachar la presente, firmada de mi mano, sellada con el Sello secreto y refrendada de mi infra scripto Secretario de Estado y de el Despacho. Dada en Madrid à veinte y dos de Noviembre de Mil setecientos y veinte y quatro.

YO EL REY.

Lugar del Se†llo.

D. Juan Baptista de Orendayn.

Ratificatio Suæ Sac. Cæs. & Cathol. Majestatis.

Nos Carolus Sextus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæque Rex &c. Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Mantuæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Lucemburgi, Geldriæ, ac superioris & inferioris Silesiæ & Würtembergæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sac. Rom. Imperii Burgoviæ, Moraviæ, superioris & inferioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ & Namurci, Landgravius Alsatiæ, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis & Salinarum &c. &c. Notum facimus omnibus & singulis, quorum interest, aut interesse quomodolibet potest: Cum Paci Nos inter & Serenissimum & Potentissimum Principem Philippum, hujus nominis Quintum, Hispaniarum ac Indiarum Regem Catholicum, die trigesima mensis Aprilis proxime præteriti felicibus auspiciis hic Viennæ initæ alium Navigationis & Commerciorum Tractatum addere è re communi visum fit, ex quo Regna quoque utriusque Nostra & Subditi tam lætæ Pacis fructus, commoda & emolumenta itidem sentirent, isque Tractatus per Legatos utrinque Extraordinarios (quorum nomina subjecto Conventionis Instrumento inserta leguntur) cum amplo Mandato munitos die & anno infrascripto in sequentes Conditiones & Articulos conclusus, subscriptus ac signatus fuerit:

Hic loci insertus fuit Tractatus Commerciorum & Navigationis.

Quod Nos, visis & examinatis istis Articulis, eosdem in omnibus suis Capitibus & Conditionibus universim approbaverimus, ratificaverimus & confirmaverimus, prout & eosdem vigore præsentium approbamus, ratificamus & confirmamus, Verbo Cæsareo, Regio atque Archiducali, pro Nobis, Successoribus & Hæredibus Nostris spondentes, Nos, quæ ita in hocce Navigationis & Commerciorum Tractatu conventa, pacta & à Nobis modo approbata fuerunt, sub Juramento observaturos & ut à Subditis Nostris pariter observentur curaturos, neque, ut à quopiam ulla ratione violentur, quantum in Nobis est, unquam admissuros esse. In quorum perpetuum robur ac Testimonium præsentibus manu Nostra subscriptis Sigillum Nostrum appendi jussimus. Dabantur ex Arce Nostra Laxemburgi die XVI. mensis Junii, anno millesimo, septingentesimo, vigesimo quinto, Regno-

gnorum Nostrorum Romani decimo quarto, Hispaniarum vigesimo secundo, Hungarici vero & Bohemici decimo quinto.

Carolus.

Joan. Frid. Com. a Seilern.

Ad Mandatum Sacræ Cæs. & Cathol. Majestatis proprium.

Joan. Georgius Buol, S. R. I. Eq.

Ratificatio Suæ Majestatis Regiæ Catholicæ.

Philippus Dei gratia Castellæ, Legionis, Arragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolymarum, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricæ, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennæ, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltariæ, Insularum Canariæ, Indiarum Orientalium & Occidentalium, Insularum & Continentis Maris Oceani Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ & Mediolani, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis & Barcinonis, Dominus Biscajæ & Molinæ, &c. Cum, haud multo post Nostram ad fastigium hujus Hispaniarum Monarchiæ promotionem, Deus, ob inscrutabilia Suæ Altissimæ Providentiæ judicia, percruentum bellum, quod tot annis Europam vexavit, sed nominatim tam Nostros quam Serenissimi & Potentissimi Romanorum Imperatoris Subditos ac Vasallos afflixit, dum præcipue in reciproci Commercii usu & libertate uno profecto ex præstantioribus concordiæ fructibus orbavit, inter Nos Serenissimumque & Potentissimum Romanorum Imperatorem accensum fuisse, permiserit, idcirco cum denique Deo, Pacem jam diu interruptam inter Nos & jam præfatam Cæsaream Majestatem feliciter conclusam & solide restabilitam fuisse, placuerit, perutile peculiarem Navigationis & Commerciorum Tractatum constituere visum fuit, per quod bonorum communio, quæ quidem potius ingenuæ amicitiæ pignus est, magis atque magis firmetur & stabiliatur, qua ex via tam Nostri quam alte fatæ Cæsareæ Majestatis Subditi initium ducant & perfruendis Pacis uberrimis beneficiis operam navent; & in hunc finem cum Ministri Plenipotentiarii, videlicet ex Nostra parte *Dominus Joannes Guilielmus, Baro de Ripperda*, Dominus de Jensema, Engelenburg, Poelgeest, Koudekente & Ferwert, Judex hæreditarius de Humsterland & Campen, ad tractandam, finiendam & concludendam Pacem, jam supra fatam, & Tractatu die trigesima Aprilis proxime lapsi Viennæ subscripto, Nutu Dei, conclusam, ad omneque ipsam spectans stipulandum & concludendum, Minister Legatus Extraordinarius & Plenipotentiarius a Nobis apud Serenissimum & Potentissimum Romanorum Imperatorem constitutus: & ex parte Suæ Majestatis Cæsareæ, *Eugenius Sabaudiæ & Pedemontium Princeps*, alte fatæ Suæ Majestatis Cæsareæ Consiliarius actualis Intimus, Consilii Aulico Bellici Præses suusque Locumtenens Generalis, Sacri Romani Imperii Campi-Mareschallus, ac ejusdem Statuum per Italiam Vicarius Generalis, Aurei Velleris Eques; Nec non *Philippus Ludovicus Sacri Romani Imperii Thesaurarius Hæreditarius, Comes a Sinzendorff*, Liber Baro in Ernstbrunn, Dominus Dynastiarum Gföll, superioris Seloviz, Porliz, Sabor, Mulzig, Loos, Zaan & Droskau, Burggravius in Reineck, Supremus hæreditarius Scutiferus, ac Præcisor in superiori & inferiori Austria, hæreditarius Pincerna in Austria ad Anasum, Aurei Velleris Eques, Sacræ Cæsareæ Majestatis Camerarius, actualis Consiliarius Intimus, ac primus Aulæ Cancellarius; Ac *Gundaccarus Thomas Sacri Romani Imperii Comes de Starhemberg*, in Schaumburg & Waxemberg, Dominus Ditionum Eschelberg, Lichtenhaag, Rottenegg, Freystatt, Haus Oberwalsee, Senfftenberg, Bottendorff, Hatwan, Aurei Velleris Eques, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarius Intimus actualis, Archi-Ducatus Austriæ superioris & inferioris Mareschallus Hæreditarius, quos ad eundem finem & in ipsa Civitate Viennensi sua ipsa Majestas Cæsarea Plenipotentiarios designaverat, colloquium instituerent, uno denique animo atque consensu in sequentem Navigationis & Commerciorum Tractatum convenerunt, ipsumque subscripserunt, vigore Plenipotentiarum respectivarum, quæ quidem prius commutatæ fuerunt, cujus Tractatus tenor & forma est, ut sequitur, de verbo ad verbum:

Hic loci fuit insertus Tractatus Navigationis & Commerciorum.

Nos vero tam sinceram inter Nos & Serenissimum & Potentissimum Imperatorem & utraque Regna, Ditiones & Gentes, Conventionem & Commerciorum nec non Navigationis Tractatum, qui quidem sua vetustate pariter & integritate meruit conservari grandique sedulitate foveri, consolidare prædictisque omnibus & singulis in præinsertis Capitulis, sicut per dictos Oratores, Legatos Extraordinarios & Plenipotentiarios utriusque partis conventa, inita, transacta, promissa & firmata sunt, robur & munimen Nostræ Regalis Authoritatis adjicere cupientes, ea omnia & singula, prout superius insertis literis contenta perspicaciter intuentes, Nos ipsi firmiter intelligimus & comprehendimus, de Nostraque certa scientia & voluntatis plenitudine, maturaque & digesta deliberatione, pro Nobis, Successoribus Nostris, sive Regnorum Nostrorum Hæredibus natis vel nascituris, Regnis & Terris, Subditis, Ditionibus, Dominiis & Adhærentibus Nostris, ac omnibus aliis, quorum interest, aut interesse poterit, prout & quemadmodum superius inserta sunt, laudamus, ratificamus, approbamus, acceptamus ac de novo, quatenus opus est, per præsentes facimus & promittimus, eaque omnia, prout de verbo ad verbum præinserta manent & a præfatis utriusque partis, nempe Nostræ & prælibatæ Cæsareæ Catholicæ Majestatis Oratoribus Extraordinariis promissa & subscripta fuerunt, semper & omni tempore custodire & custodiri, manutenere & manuteneri, ac inviolabiliter de puncto in punctum observare & observari facere, neque unquam per Nos, vel alium, seu alios, publice vel occulte, directe aut indirecte, aut alio quovis modo, aliqua ratione, causa vel occasione, contra-

facere aut venire pollicemur, promittimus & juramus, & solenniter expromittimus & facimus Sacramentum in verbo & fide Regia, & si ab aliquo in supradicta omnia & præinserta, vel eorum singula imminutio, aut pactorum diminutio, seu contraventio, quomodocunque fit, aut esse posfit, temere ageretur aut patraretur, is profecto audaciæ & inconsiderantiæ suæ pœnas luet, contraventumque, imminutum, aut diminutum, sedulo & abjecta omni cunctatione & procrastinatione, restituere faciemus; pro quibus omnibus & eorum singulis firmiter & inviolabiliter tenendis & adimplendis obligamus, hypothecamus & supponimus Regna & Bona Nostra, ac Hæredum Nostrorum quorumcunque, & ad ampliorem firmitatem & ratam hujus Obligationis & Approbationis Authoritatem, omnibus & singulis legibus, moribus cæterisque universis, ipsi contrariis, renunciamus, ipsisque desistimus, etsi talia essent, ut specialem & destinatam mentionem postularent, & in hocce Instrumento formaliter & expresse inseri deberent, siquidem omnia & eorum singula pro hic expresfis & formaliter nominatis, prout si de verbo ad verbum insertæ adessent, volumus & sic animus Nobis inest, ut habeantur & teneantur. In quorum omnium fidem, robur & testimonium, præsentes Nostras Ratificationis & Approbationis Literas & Instrumenta fieri & expediri mandavimus, manu nostra subscriptas & Sigilli Nostri Secreti appositione roboratas, & infrascripti Secretarii Nostri Status & universalis Expeditionis, vulgo del Despacho dicti refrendatas. Datum in Regia hac Nostra, Aranjuez nuncupata, vigesima quinta Maji, Anno a Nativitate Domini Millesimo septingentesimo vigesimo quinto.

(L. S.) Philippus R.

Joannes ab Orendayn.

Post Num. LXIII. pag. 335.

Instrumentum Pacis, nomine Sacræ Cæsareo-Catholicæ Majestatis, Caroli VI., Sacrique Romani Imperii ab una; atque Sacræ Regio-Catholicæ Majestatis Philippi V., Hispaniarum Regis, ab altera parte, Viennæ die 7. Junii, An. 1725. signatum.

In nomine Sacrosanctæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti.

NOtum sit omnibus & singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse potest: Cum Bello, quod præmatura mors Serenissimi quondam Hispaniarum Regis Caroli Secundi per universam fere Europam super successione in ejus Regna, excitavit, cum Sacra Cæsarea Majestate Sacrum quoque Romanum Imperium accesserit; Pace porro, per Tractatus, imprimis Trajectensem, deinde Badensem, tandem per eum, qui Londini $\frac{\text{2. Augusti}}{\text{22. Julii}}$ Anno millesimo septingentesimo decimo octavo initus fuit, inter Partes Belligerantes majori ex parte reducta, id unum superesset, ut, inspirante Deo, in cujus manu sunt corda Principum, Pax quoque inter Sacram Majestatem Cæsareo-Catholicam, & Sacrum Romanum Imperium ex una, Sacramque Majestatem Regio-Catholicam ex altera parte restabiliretur, Tractatus vero Cameracensis, ob varias rerum vicissitudines, ad optatum finem deduci hucusque non potuerit; ideoque modo fatus Rex Hispaniarum ad conficiendum magnum hoc, cum Majestate Cæsarea, Sacroque Romano Imperio pacis negotium, Legatum suum Extraordinarium, & Plenipotentiarium Hispanicum sufficienter instructum, ad Aulam Imperialem miserit, & in hunc finem, ac opus, orbi Christiano tam salutiferum, tamque necessarium, Sacra Cæsarea Majestas Catholica, pro sincero suo in communem Europæ salutem amore ac studio, promptas mox aures præbuerit, atque suo Cæsareo, Sacrique Romani Imperii nomine, in vim Plenipotentiæ ac requisitionis Statuum Imperii de die nona Decembris anni millesimi septingentesimi vigesimi secundi, Consiliarios suos Status Intimos: Nempe Celsissimum Sacri Romani Imperii Principem, Dominum *Eugenium Sabaudiæ, & Pedemontium Ducem*, aurei Velleris Equitem, Consilii sui Aulico-Bellici Præsidem, & Locumtenentem Generalem, suum ac Sacri Imperii Campi Mareschallum, Regnorumque ac Statuum suorum hæreditariorum per Italiam Vicarium Generalem; Atque Illustrissimos & Excellentissimos Dominos, *Philippum Ludovicum Sacri Romani Imperii Comitem a Sinzendorff*, Sacri Romani Imperii Thesaurarium hæreditarium, Liberum Baronem in Ernstbrunn, Dominum Dynastiarum Gföll, superioris Seloviz, Porliz, Sabor, Mülzig, Loos, Zaan & Droskau, Burggravium in Rheineck, Supremum hæreditarium Scutiferum ac Dapicidam in Archiducatu superioris & inferioris Austriæ, hæreditarium Pincernam in Austria ad Anasum, aurei Velleris Equitem, Sacræ Cæsareæ Majestatis Provinciarum Austriacarum Cancellarium Aulicum; *Gundaccarum Thomam Sacri Romani Imperii Comitem & Dominum de Starhenberg*, in Schaumburg, & Waxenberg, Dominum Ditionum Eschelberg, Liechtenhag, Rotenegg, Freystatt, Haus, Obervvalsee, Senfftenberg, Bodendorff, Hatvvan, aurei Velleris Equitem, Archi-Ducatus Austriæ superioris & inferioris Mareschallum hæreditarium supremum; *Ernestum Fridericum Sacri Romani Imperii Comitem de Windischgraz*, Liberum Baronem de Wallenstein & in Valle, Dominum Dominiorum Sancti Petri in Insula, Roten Lotha, & Leopoldsdorff, supremo-hæreditarium per Ducatum Styriæ stabuli Præfectum, aurei Velleris Equitem, Consilii sui Imperialis Aulici Præsidem; & *Fridericum Carolum Sacri Romani Imperii Comitem a Schönborn*, Bucheimb, Wolffsthal, Sacri Romani Imperii Dominum in Reichelsberg & Heppenheimb, & Comitem in Wisentheid, Dominum in Gœllersdorff, Schœnborn, Aspersdorff, Wierburg & Parschenbrunn, Weiler, Geübach & Pommersfelden &c. Supremum in Archiducatu Austriæ infra & supra

Ana-

Anasum hæreditarium Dapiferum, Imperialis Ecclesiæ Bambergensis Coadjutorem, Majestatis Cæsareæ & Sacri Romani Imperii Pro-Cancellarium Aulicum; tanquam Legatos suos extraordinarios & Plenipotentiarios Cæsareos cum sufficiente mandato, atque potentia plena agendi, tractandi, concludendi, signandique nominaverit, ac instruxerit: Prout sua Sacra Regia Catholica Majestas suum Hispanum Legatum extraordinarium, Illustrissimum & Excellentissimum Dominum *Joannem Guilielmum Baronem de Ripperda*, Dominum de Jensema, Enghelenburg, Poelgeest, Koudekente & Fervvert, Judicem hæreditarium de Humsterland & de Campen, itidem cum sufficiente mandato, plenaque potentia agendi, tractandi, concludendi, signandique, nominavit ac instruxit: Ideo præfati Domini Legati Extraordinarii & Plenipotentiarii, commutatis mandatorum tabulis, habitisque inter se colloquiis, in Leges & Articulos almæ Pacis, qui sequuntur, convenerunt.

Articulus Primus.

Pax sit constans, perpetua & universalis, ac amicitia vera, inter Sacram Cæsaream & Catholicam Majestatem, Ejusque Successores, totum Sacrum Romanum Imperium, omnesque ejusdem ac singulos Electores, Principes, Status & Ordines, Vasallos, Clientes, & Subditos ex una; & Sacram Regiam Majestatem Catholicam, ejusque Hæredes, Successores, Clientes & subditos ab altera parte: eaque ita sincere servetur, & colatur, ut neutra Pars in alterius injuriam, dispendium, vel detrimentum, sub qualicunque prætextu, vel prætensione quidquam moliatur, aut molientibus, seu quodvis damnum inferre conantibus, consilium ullum vel auxilium, quocunque illud nomine aut colore eveniat, præstare possit, aut debeat, sed potius utraque Pars alterius honorem, utilitatem ac commodum serio promoveat, non obstantibus quibuslibet in contrarium forte Pactis vel fœderibus quando- & quomodocunque factis, aut deinceps faciendis.

Articulus Secundus.

Sit perpetua utrinque amnestia & oblivio omnium eorum, quæ ultro citroque durante Bello, vel occasione Belli, hostiliter acta sunt, ita, ut nec eorum, nec ullius alterius rei causa, alter alteri quicquam molestiæ directe vel indirecte, via facti, vel sub specie Juris, uspiam inferat, aut inferri patiatur.

Gaudeant etiam hac amnestia, ejusque beneficio & effectu omnes utriusque Partis Vasalli, Clientes, & subditi, hac tamen addita declaratione, ut, quæ in Tractatu Neutralitatis Hagæ Comitis Anno millesimo septingentesimo decimo tertio ratione Principum, Vasallorum, & subditorum Imperii in Italia statuta, & in Pace Badensi Articulo trigesimo cum Rege Galliæ inita, confirmata fuerunt, in præsenti Tractatu pro repetitis habeantur, ac ab utraque Parte inviolate observentur.

Articulus Tertius.

Virtute hujus Tractatus plene restituantur, & restituta sunto, a subscripta Pace, Commercia inter Sacræ Cæsareo-Catholicæ Majestatis, Imperiique, & Sacræ Regio-Catholicæ Majestatis, Regnique Hispaniæ subditos in eam, quæ ante Bellum fuit, libertatem, fruanturque omnes & singuli, nominatim Urbium Imperialium, & Emporiorum Hanseaticorum Cives & Incolæ, terra marique plenissima securitate, Juribus, immunitatibus, privilegiis & emolumentis, quibus ante Bellum fruiti sunt.

Articulus Quartus.

Sacra Cæsarea Majestas Catholica pro se, & Sacro Romano Imperio consentit, ut, si quando Ducatum Hetruriæ, aut Ducatus Parmæ & Placentiæ, ceu in Tractatu Londinensi Anno millesimo septingentesimo decimo octavo, ad pristina superioritatis Imperialis Jura, ab omnibus Partibus compaciscentibus agnita indubitata Imperii Feuda, ex defectu Posteritatis Masculinæ vacare contingeret, Filius Serenissimi Hispaniarum Regis ex Regina vivente, nata Principe Parmensi Primogenitus, hujusque Descendentes Masculi ex legitimo matrimonio nati, iisque deficientibus, secundus, aut alii postgeniti ejusdem Regis, Reginæque Filii, pariter cum eorum Posteris Masculis ex legitimo Matrimonio natis, aut nascituris, in omnibus dictis Ducatibus & Provinciis, juxta datas jam Literas Expectativæ, eventualem Investituram continentis succedant:

Oppido tamen Liburno Portu Libero, uti nunc est, perpetuo permanente.

Promittit insuper Rex Catholicus, quod eveniente præmemorato casu Urbem Portus Longi una cum Parte Insulæ Ilvæ, quam in illa possidet, Principi Infanti filio suo cedet:

Neque Ipse aut alius ejus in Regno Hispaniæ Successor Tutelam Principis, qui istos Ducatus omnes, vel alterutrum eorum possidebit, unquam gerere, aut ex prædictis Ducatibus, vel in Italia quidquam sibi acquirere, retinere, aut possidere valeat:

Et quæ de non introducendo, viventibus modernis Principibus, Milite proprio, aut conductitio in dictos Ducatus Articulo quinto Tractatus Londinensis cauta sunt, religiose observare velit, ita tamen, ut, si quando casus aperturæ unius vel alterius Ducatus eveniat, Princeps Infans Don Carolus, secundum Literas Investituræ Eventualis, quarum tenor in omnibus & singulis punctis, Articulis, clausulis, & conditionibus hic pro repetito, ac plene inserto habetor, ejusdem possessionem apprehendere possit.

Articulus Quintus.

Huic Paci includentur omnes illi, qui, post permutatas ejusdem ratihabitionum Tabulas, intra sex menses ab una vel altera Parte, ex communi consensu, nominabuntur.

Articulus Sextus.

Pacem hoc modo conclusam promittunt Legati Cæsarei & Regius Hispanus, ad formam hic mutuo conditam, a sua Majestate Cæsareo-Catholica, & a sua Majestate Regio-Catholica ratihabitum, & publica ratificationum Instru-

ſtrumenta, intra trium menſium ſpatium, ab hodierna die computandorum, aut citius, ſi fieri queat, hic reciproce commutatum iri.

In quorum omnium fidem ac robur ſupranominati Legati Plenipotentiarii Cæſarei, & Regio-Hiſpanicus Tabulas has propriis manibus ſubſcripſerunt, & Sigillis ſuis muniverunt. Acta hæc ſunt Viennæ in Auſtria die ſeptima Menſis Junii Anno milleſimo, ſeptingenteſimo, vigeſimo quinto.

(*L. S.*) *Eugenius a Sabaudia.* (*L. S.*) *J. G. Baro de Ripperda.*
(*L. S.*) *Philippus Ludovicus Comes a Sinzendorff.*
(*L. S.*) *Gundacarus Comes a Starhenberg.*
(*L. S.*) *Erneſtus Fridericus Comes a Windiſchgräz.*
(*L. S.*) *Frid. Carol. Com. a Schönborn.*

Articulus Separatus.

Per Articulum hunc ſeparatum placuit & conventum eſt: Titulos hoc in Tractatu ab utraque Parte aſſumptos Neutri præjudicio ulli haud fore: Huicque Articulo ſeparato eam vim eſſe, ac ſi ipſimet Tractatui inſertus fuiſſet, pari etiam modo ratihabendus. In quorum fidem ſupranominati Plenipotentiarii hunc Articulum ſeparatum itidem ſubſcripſerunt. Actum Viennæ, die ſeptima Menſis Junii, Anno milleſimo, ſeptingenteſimo, vigeſimo quinto.

(*L. S.*) *Eugenius a Sabaudia.* (*L. S.*) *J. G. Baro de Ripperda.*
(*L. S.*) *Philippus Ludovicus Comes a Sinzendorff.*
(*L. S.*) *Gundacarus Comes a Starhenberg.*
(*L. S.*) *Erneſtus Fridericus Comes a Windiſchgräz.*
(*L. S.*) *Frid. Carol. Com. a Schönborn.*

Poſt Num. LXIII. pag. 335.

Commiſſionis Cæſareæ, in Comitiis S. R. Imperii Ratisbonenſibus commorantis, Decretum, in quo S. R. Imp. Statibus Inſtrumenti Pacis antea inſerti Ratihabitionem de meliori commendat, utque ſumma, qua fieri poteſt, celeritate ad liquidum perducatur, eosdem admonet, d. d. 13. Junii, An. 1725.

Dictatum Ratisb. die 20. Junii, 1725. per Mogunt.

Von der Römiſchen Kayſerlichen Majeſtæt Carl des VI. unſers allergnædigſten Herrn wegen, denen bey gegenvvärttiger allgemeinen Reichs-Verſamblung anvveſenden des Heil. Römiſchen Reichs Churfürſten, Fürſten und Stænden vortrefflichen Ræthen, Bottſchafften und Geſandten, hiermit in Gnaden anzufügen: Es vverde aus dem Kæyſerlichen Commiſſions-Decret vom 9. Septembr. Anno 1720. (*vid. ſupra pag. 2379.*) Churfürſten, Fürſten und Stænden des Heil. Reichs in ohnentfallenen Andencken ſeyn, vvas vvegen des Antvvartſchaffts-Lehen-Brieffs auf Dero und des Heil. Reichs Welſcher Landen Lehnbahre Hertzogthum Florenz, Parma und Placenz, für dem Hiſpaniſchen Printzen, Carlos, auf allgemeinen Reichstag vorgekommen, und vvelcher maſſen Ihre Kæyſerliche Majeſtæt, vermöge Reichs-Vervvilligung vom 9. Decembr. Anno 1722. (*vid. ſupra pag. 2383.*) geziemend ſeyen erſuchet vvorden, den zu allgemeiner Ruhe der Chriſtenheit allein noch übrigen Frieden auch Nahmens des Heil. Reichs mit der Cron Spanien zu ſchlieſſen. Nun haben Ihre Kæyſerliche Majeſtæt zu deſſen Beförderung den Kæyſerlichen Antvvartſchaffts-Lehen-Brieff gehörig ausfertigen und gegen gnugſame Verſicherung an die Spaniſche Bevollmæchtigte aushændigen laſſen, ſo fort auch Dero Kæyſerliche Miniſtros zu Cammerich gemeſſen angevvieſen und bevollmæchtiget, den allgemeinen Reichs-Frieden ſolcher geſtalt abzuſchlieſſen.

Es ſeye aber die allerſeitige Zuſammenkunfft in beſagtem Cammerich bekanter maſſen fruchtloſs geſtanden, und habe an Dero Kæyſerliches Hoff-Lager der König in Spanien kurtzhin einen eigentlich bevollmæchtigten Bottſchaffter abgeſchickt, um dieſes zvviſchen der Kæyſerlichen Majeſtæt und dem Reich allein noch übriges Chriſtliche Friedens-Werck zu gemein heilſamen Ende zu bringen, mithin mit Ihro und dem Heil. Reich eine vvahre Freundſchafft beſtændig zu veranlaſſen und zu errichten. Allermaſſen nun offthöchſtbeſagte Ihre Kæyſerliche Majeſtæt, aus angebohrnen Fried-liebenden Kæyſerlichen Gemüth und Reichs-Væterlicher Sorgfalt, dieſer gemeinnützlichen Abſicht ebenmæſsig zu begegnen, dannenhero Dero Kæyſerliche Bevollmæchtigte Bottſchafftere zu dieſem Ziel und Ende alſobalden dahier zu ernennen gnædigſt gut gefunden; ſo habe die Handlung ſich auch bald ſo glücklich gefüget, daſs der Tractat über beſagten Kæyſerlichen und des Reichs Frieden, laut Anlag, von beederſeitigen Bevollmæchtigten unterm 7. dieſes Monaths Junii vvürcklich ſeye geſchloſſen, unterſchrieben und allerſeits gefertigt vvorden.

Wann nun Ihre Kæyſerliche Majeſtæt Dero höchſten Orths für fruchtbahr und ræthlich anſehen, daſs gleich vorbeſagter Friedens-Tractat, vvie derſelbe hierbey lieget, genehm zu halten, ſo dann ſchlieſslichen die beyderſeitige Ratificationes dahier in Wien zu ſeiner Zeit auszuvvechſslen ſeyen; Als haben allerhœchſt Dieſelbe denen geſambten Churfürſten, Fürſten und Stænden des Heil. Reichs zu dem Ende hiermit die allergnædigſte Nachricht zu geben anbefohlen, auf daſs Selbe das gevvœhnliche vveitere Reichs-Gutachten, nach darunter vvaltendet gemeinſamen Wohlfarth und Nutzen, ohnvervveilt zu vergleichen und einzuſchicken erinnert ſeyen. Und es verbleiben im übrigen Ihre Kayſerliche Majeſtæt deren Churfürſten, Fürſten und Stænden des Reichs vortrefflichen Ræthen, Bottſchafften und Geſandten mit Kayſerlichen Gnaden vvohl gevvogen. Signatum Laxemburg unter Ihrer Kayſerlichen Majeſtæt hervorgedruckten Secret-Inſiegel den 13. Junii Anno 1725.

(L. S.) *Friedrich Carl, Graf von Schönborn, P. R. R. Edler Herr von Gorgenthal.*

In-

Inscriptio: Von der Rœm. Kayſ. Maj. Carl des VI. unſers allergnædigſten Herrn wegen, denen bey gegenvværtiger allgemeinen Reichs-Verſamblung anweſenden des Heil. Rœm. Reichs Churfürſten, Fürſten und Stænden vortrefflichen Ræthen, Botſchafften und Geſandten in Gnaden anzuzeigen.

Poſt Num. LXIII. pag. 335.

Concluſum trium S. R. Imperii Collegiorum, in quo Inſtrumentum Pacis, die 7. Junii facta ac paulo ante inſerta, ratum habetur, d. d. 20. Julii, An. 1725.

Publ. dict. Ratisb. d. 21. Jul. 1725. per Mogunt.

DEr Rœmiſch-Kayſerlichen Majeſtæt zu gegenvværtig-allgemeiner Reichs-Verſambung Gevollmæchtigtem hœchſt-anſehnlichen Principal-Commiſſario und Kayſerl. würcklichen Geheimen Rath, Ihrer Hochfürſtlichen Eminenz und Durchleucht, Herrn Herrn Chriſtian Auguſt, der Heil. Rœmiſchen / Rœmiſchen Kirchen Prieſter, Cardinalen, Nationis Germanicæ Protectori, Ertz-Biſchoffen zu Gran, und des Heil. Rœm. Reichs Fürſten, des Heil. Apoſtoliſchen Stuhls / Stuhls zu Rom Legato Nato, des Kœnigreichs Ungarn Primati und Obriſten geheimen Cantzlern, Adminiſtratori des Biſsthumbs Raab, vvie auch der Gran- und Raaberiſchen Geſpanſchafften Ober-Geſpan, Hertzogen zu Sachſen, Jülich, Cleve und Berg, auch Engern und Weſtphalen, Landgrafen in Thüringen, Marggrafen zu Meiſſen, auch Ober- und Nieder-Lauſsnitz, Gefürſteten Grafen zu Henneberg, des Hohen Ertz- und Chur-Fürſtlichen Domb-Stiffts zu Cœlln Domb-Probſten, und Theſaurario, Grafen zu der Marck, Ravensberg und Barby, Herrn zu Ravenſtein, der Balley Thüringen Statthaltern, &c. bleibt im Nahmen Churfürſten, Fürſten und Stænden des Reichs, hiemit unverhalten: Nachdeme man in allen dreyen Reichs-Collegiis das am 20. Junii jüngſthin dictirte Kayſerliche Decret, mittelſt ordentlichen Vortrag, in behœrige Berathſchlagung gezogen, und den Inhalt nach der Sachen und deren Umbſtænden Wichtigkeit reifflich ervvogen; So iſt mit Ihro Kayſerlichen Majeſtæt dafür gehalten und geſchloſſen vvorden, daſs der zu Wien den 7. ejusdem zvviſchen Ihro Kayſerlichen Majeſtæt und dem Heil. Rœmiſchen Reich an einem, und Ihro Kœniglich-Catholiſchen Majeſtæt in Hiſpanien am andern Theil, auf des Rœmiſchen Reichs Vervvilligung, und mittelſt deſſen unterm 9. Decembr. anno 1722. erſtatteten Reichs-Gutachtens beſchehenes geziemende Erſuchen geſchloſſene dem Reichs-Convent in obgedachtem Decret allergnædigſt mitgetheilte Friede, von Kæyſerl. Majeſtæt und Reichs-vvegen zu ratificiren und zu beſtættigen ſey, wie man dann ſolchen von aller dreyer Reichs-Collegiorum vvegen in der beſten Form und Weiſe ratificiret und beſtættiget, Ihre Kayſerliche Majeſtæt auch nebſt allergehorſambſter Danck-Erſtattung für Dero bey dieſer vorgevveſenen Friedens-Handlung angevvendete unermüdete Reichs-Væterliche Vorſorg und Communication des Friedens-Inſtruments allerunterthænigſt von Reichs-vvegen (vvie hiemit beſchiehet) zu erſuchen vværen, Sie allergnædigſt geruhen mœchten, obgedachten Frieden in Ihrem Allerhœchſten und des Heil. Rœmiſchen Reichs Nahmen in der darinn-beſtimbter Zeit zu ratificiren und zu beſtættigen, dem Reichs-Convent auch ſodann ein Original von dem ſolchergeſtalt beyderſeits ratificirenden Friedens-Inſtrument ad Acta Imperii zukommen zu laſſen. Womit des Kayſerl. Herrn Principal-Commiſſarii Hochfürſtlichen Eminenz und Durchleucht, Cardinalen zu Sachſen, der Chur-Fürſten, Fürſten und Stænde des Reichs anvveſende Ræthe, Bottſchaffter und Geſandte ſich geziemend empfehlen. Signatum Regenſpurg den 20. Julii, 1725.

(L. S.) *Churfürſtlich-Mayntziſche Cantzley.*

Poſt Num. LXVI. pag. 367.

Commemoratio S. R. Imperii in Italia Feudatariorum atque Vaſallorum, quam Martinus Zeillerus in ſuo Italiæ Itinerario literarum monumentis conſignavit.

AUctor noſter in Cap. I. quod, præter alia, de *Principibus atque Statibus Italiæ*, ac in primis de illis, qui Sacro Rom. Imperio nexu clientelari obſtricti ſunt, agit, nonnulla, & quidem *pag. 9. num. 14.* ſequentia commemorat: Nimirum ætate noſtra Italia in 10. Principatus eſt diſtincta, ſuntque eorum poſſeſſores 1. Pontifex Maximus, 2. Hiſpaniarum Rex, 3. Magnus Etruriæ, 4. Sabaudiæ, 5. Mantuæ, 6. Mutinæ, atque 7. Parmæ ac Placentiæ Duces; una cum 8. Duce ac Republica Venetorum; 9. Duce atque Republica Genuenſium & 10. Republica Lucana; reliqui vero ſtatus inferioris ſortis atque conditionis ſunt.

Inter hos (*ſecundum Autorem num. 15.*) ſummus Pontifex principem tenet locum, ac non ſolum optimas terras atque provincias poſſidet; verum etiam maximo ipſi honori eſt, quod utriusque Siciliæ Rex, nec non Parmæ atque Placentiæ Dux inter Vaſallos & feudatarios ipſius referantur, quibus olim etiam Ferrariæ, Urbini atque Caſtri Ducatus annumerabantur, qui tamen poſtea bonis Cameræ Apoſtol. domanialibus ſunt adſcripti.

Ad *Hiſpaniarum Regem* pulcherrimas quidem in Italia provincias pertinere Zeillerus noſter *pag. 10. num. 16.* refert; ſed eas, Neapolim nempe atque Siciliam, a ſede Apoſtolica; Mediolanum vero, Finarienſem Marchionatum, agrum Senenſem atque Plumbinum a Cæſarea Majeſtate, Sacroque Rom. Imperio in feudum tenere tradit.

Magnum Etruriæ Ducem Regis Hiſpaniarum Vaſallis, propter Agrum Senenſem, annumerat *pag. 10. num. 17.*

De *Sabaudia Duce* laudatus Auctor *pag. 12. num. 18.* varia quidem, de nexu clientelari vero ac Vaſallagio, quibus Cæſar. Majeſtati Sacroque Rom. Imperio obſtrictus eſt, nihil in medium adducit.

Mantua ac *Montisferrati Duces* non minus Imperii Vaſallos eſſe, ab eisque quosdam Marchiones,

nes, Comites atque Dynastas, tanquam subvasallos dependere *p.12. n.19.* asserit; subjicit tamen, Sablonetanos, Guastallenses, Novellarienses atque reliquos ex ipsorummet Ducum familia natos subvasallagium istud detrectare, se, præter Cæsarem, neminem superiorem agnoscere, sed directe Sacr. Rom. Imp. esse Vasallos affirmantes.

Mutinæ atque *Rhegii Ducem* Imperii Vasallis annumerari *pag. 16. num. 20.* affirmat, hac admonitione, eum beneficiariis Regis Hispaniarum adscriptum, quotannis 12000. Coronatorum pensione frui, subnexa, quæ ex Segethano de Principibus Italiæ Commentario deprompta est.

Parmæ atque Placentiæ Ducem inter Pontificis Maximi Vasallos, *p. 17. n.21.* refert, eumque quotannis, in vigilia D. Petri, quo die feudorum canones in camera Apostolica exsolvi solent, ad decem coronatorum millia, hoc nomine Papæ exsolvenda obstringi, ex Thomæ Segethi atque Onuphrii libris comprobat.

Pag. 17. num. 22. Rempublicam Venetam in secularibus neminem superiorem agnoscere, ex *Henrici Arnisæi libr. 1. de jure Maj. c. 2. n. 4. p. 12. sq.* probat, ac omnia, quæ a Venetis hanc ob causam adduci solent, argumenta enarrat; tandemque optimorum scriptorum fide atque auctoritate suffultus, Venetos olim Cæsarum atque Sacri Rom. Imperii potestati fuisse subjectos, eosque demum sub initium seculi XIII. plenariam adeptos esse libertatem contendit; id quod etiam Veneti ipsi, an. 1509. ad incitas redacti, cum Maximiliani I. Rom. Imp. auxilium atque protectionem, per Justinianum, Oratorem suum, implorarent, ingenue essent professi.

Genuam, Dominos suos Mediolanenses ac Gallos, tandemque Carolum V. Rom. Imp. declarasse quidem, sed ab hoc omnimoda libertate, propter ingentia Auriæ, patritii Genuensis & Architalassi Cæsarei, merita donatam fuisse, laudatus Auctor *p. 22. n. 23.* docet.

Quantumvis *Lucam Civitatem* plenaria gaudere libertate *p. 24. n. 24.* affirmet; nihilo tamen secius illam Imperatorem ac Hispaniarum Regem, utpote Mediolani Ducem, protectores agnoscere, diffiteri non potest.

Primoribus Italiæ Statibus sic commemoratis, *p. 24. n. 25. sq.* ad reliquos progreditur; quos inter *Mirandulanus* Princeps primum sibi locum vindicat, quem ex clarissima Picorum familia ortum, ac Cæsareæ Majestatis Sacrique R. Imp. vasallum, necnon Regis Hispaniar. quoniam ab ejus protectione dependeret, stipendiarium esse contendit.

Licet Zeillerus, utrum *Monæci Dominium* ad Dominos Grimaldos, Patritios Genuens. pertinens, feudis Imper. accensendum sit, una cum aliis scriptoribus, hac de re invicem contendentibus, in dubium vocet; illud tamen, cum Monœcum præsidiis Hispanicis firmatum sit, Hisp. Regem protectorem suum agnoscere asserit.

Massæ Principem, e Cybonum Malaspinarum familia ortum trahentem, quindecim oppida in sua tenere potestate ejusque reditus annuos ad 30000. Coronatorum summam ascendere, liquido confirmat.

Post hunc *Signæ atque Vallemonæ Ducem* e Sfortiarum progenie ortum; item *Bozuli* atque *Guastallæ Principes*, *Sablonetæ Ducem*, *Hostiliani Principem* ac *Castillionis Marchionem*, Mantuani Ducis consangvineos; porro *Fori novi Marchionem* e Canetana familia natum; *Comitem Petilianum*, ex Ursinorum prosapia descendentem; deinde *Marchionem Montanum* & *Plumbini in Etruria Dominum*, ex Appianorum stirpe progenitum, tandemque *Correggii Dominum*, in Imperii, maxima ex parte jure cudendæ monetam gaudentium Vasallorum, atque Hispan. Regis stipendiariorum numerum refert.

Hisce absolutis, ad illos magnates, qui Procerum Italiæ imperio subsunt, se convertit, quos inter primi sunt, quibus *summus Pontifex* dominatur, nimirum Cortegnenses, Bevilaquenses, Pii, Malvezii, Riarii, Populienses, Brachianenses, Columnenses, Zagarollenses, Sermonetanenses aliique Principes ac Domini, magnis divitiis ingentique auctoritate pollentes.

In *Mediolanensi Ducatu* Hispaniæ Regis Dominium venerantur subsequentes: nimirum Marchiones e familia Medicea originem ducentes; Marchiones Trivultiani; Comites Borromæi aliique multi; in *Regno vero Neapolitano* Avallii, Caraffæ, Carraccioli, Castriotti, Buoncompagnii, Cybones, Aurienses, Ursinii, Gonzagæ, Grimaldii, Sancto Severinii, Piccolominei, Spinellii, Levenses, Acquavivenses, Borgiæ, Lanoji, Gvevarræ, Cordubenses, Toletanii, Perettii, Pinellii, Imperiales, Medicei, aliique Duces, Principes, Marchiones, Comites atque Dynastæ; quibus etiam permulti mercatores Genuenses aliique, solo Marchionum, Comitum atque Dynastarum titulo superbientes, quem maximo pretio sibi acquisiverunt, sunt annumerandi.

Sub *Magni Ducis Etruriæ* Dominio quidam e Medicea prosapia nati Dynastæ; item Marchiones Salviatici, Bottii, aliique lautiori fortuna fruentes Vasalli reperiuntur.

Sabaudiæ Ducem superiorem suum agnoscunt quidam ipsius Consanguinei, nec non Grimaldii, aliique plures.

Inter *Mantuæ atque Montisferrati* Ducis Vasallos perpauci magnates referuntur: Ipsius enim agnati supremum Imperatoris Dominium venerantur. Pari Pacto S. Martini Marchio, in ditione Mantuana habitans, Sac. Cæsareæ Majestatis se vasallum profitetur.

Bentivolii Marchio *Mutinæ Ducis* vasallis accensetur. *Parmensem* vero *Ducem* quod attinet, Soraneæ Marchiones e Luporum stirpe progeniti; Marchiones item Curiæ Majoris e Pallavicinorum familia nati, aliique magna auctoritate, ingentibusque divitiis præditi Dynastæ eundem Dominum agnoscunt.

In *Venetorum* territoriis etiam nonnulli magnates, & hos inter Martinengii eminent.

Genuensem ditionem magnates multi, iique divitiis affluentes inhabitant, qui tamen maxima ex parte, solo Spinula Marchione, eoque ditissimo Sacri Romani Imperii feudatario excepto, Regis Hispaniarum vasalli sunt.

Lucana Respublica nullis quidem magnatibus, ditissimis vero mercatoribus superbit, inter quos Bonvisii principem locum tenent.

Post

Post Num. LXVI. pag. 367.

Succincta S. R. Imperii in Italia Feudatariorum atque Vasallorum commemoratio, notatu haud indignis observationibus passim illustrata, quæ inter D. Pauli Gerzweilerii, Consilii Imperialis Aulici Consiliarii, atque Cæsarei in Italia, tempore Rudolphi II. Rom. Imperatoris, Commissarii, MS^ta deprehensa est.

Punctum Primum.

Von denen Italiænischen Leben insgemein.

WAs die Italiænischen Lehen insgemein, voran aber die mindere, vvelche ohne Mittel von und am Heil. Reich hangen, belanget, ist voriger Zeit hierumb zu mehrmahlen in Berathschlagung kommen, obs nutz- oder dienlich sey, dieselbe in hœchstgedachter Ihrer Kayserl. Majestæt Nahmen, vveniger nicht als andern ihren vorgesetzten Obrigkeiten beschicht, mit Zoll und Mautten zu belegen; hierüber ist ein ausführliches Welsches Gutachten bey den Actis vorhanden, dass es nicht thunlich sey.

Dann (1) solcher Lehen vvenig, nicht vvie die andere Fürsten, Land und Leut beysammen, sondern hin und vvieder zerstreuet, darzu man von umliegenden Potentaten und Communen mehr heimlicher Rebellion, Confusion und Widervvillens, als hierzu nothvvendiger Handbietung zu gevvarten, vvie aus vorgegangenen unterschiedlichen Gevvaltthætigkeiten und anderen Exemplis zu vermuthen.

(2.) Prætendiren ervvehnte Lehen ex Præscriptione & Privilegiis immunitatem gleicher Beschvverden, kœnnen, der vveiten Abgelegenheit halber, mit Macht nicht angehalten vverden, gestalt aus den alten Investituren erscheinet, dass sie mehrentheils viel hundert Jahr zuvor die Teutsche Kayser anderst nicht, als vvann sie mit grosser Heers-Gevvalt in dem Land gevvesen, erkennet, vvie auch zu Kayser Caroli des Fünfften und Ferdinandi Zeiten beschehen, da die von Genua in der Finalischen Sach gehorsamen müssen, und ihnen andere gefolget. Nachher hat Hispania, Genua, Savoja, Mantua, Florenz die geringere Kayserliche Lehen-Leut mit Macht übervvachsen, überlæstigt und übergevvaltigt, dessen Exempel, zu der Verkleinerung der Kays. Maj. Hoheit, gnugsam fürgangen.

(3.) Ist zu der Zeit Maximiliani II. Hochseligster Gedæchtnis auch berathschlaget, und von diesen vvenigen abgelegenen Vasallen eben gnugsam zu seyn befunden, dass sie bey so grossen Beschvverden dem Reich treu bleiben, Ihrer Majest. Nahmen in Italien erhalten, auch andern Fürsten und Herren Ursach geben, Gesandten und Agenten am Kayserlichen Hof zu halten, vvelches sie ausser mit solchen Lehn-Leuten habenden Missfall- und Streitigkeiten nicht thun vvürden, vvie denn Emanuel Philibertus Fürst von Savoyen anno 1566. vvegen des Marggrafthums Finale citirt, und ob solcher Sach 500. Pferd in Ungarn geschickt, der sonst sich des Reichs vvenig geachtet.

(4.) Ist vermerckt, dass solche Zœll-Auflegung allein dem Fürsten von Mantua zu gut vorgeschlagen, dieser Gelegenheit die Kayserliche S. F. Gn. Landen angræntzende Lehen an sich zu bringen, vvie vorgeschehen.

(5.) Seynd viel Italiænische Lehen, allein dass sie vveit andervverts vom Kayserlichen Hof gelegen, verlohren vvorden, vvas vvürde nun erst geschehen, vvann man so harte vielen Banditen untergemischte Berg-Vœlcker mit Zœllen, oder dergleichen verdriesslichen Anlagen beschvveren vvolte.

(6.) Ausser des Zolls-Aufschlags Beschvverung an ihme selbsten, vvird in vielen unterschiedenen Schrifften starck angezogen, vveit ausgeführt und hart beklagt, dass dieser Italiænischer Reichs-Vasallen Hoff Sachen, Klagen, Rechtfertigungen, Beschvverden, Einfall, Vergevvaltigungen, Beschvvœrden, stetiger Furcht von den umliegenden Potentaten, und dergleichen, hindangelegt, verlassen, in keine Acht genommen, oder sonst gar langsam expediret vvorden, daraus die Leut den Wahn geschœpffet, dass man sie gleichsam vor verlohren gehalten, und bey noch vvæhrenden solchen Mængeln sich ihrer nicht annehmen, oder gar nicht schützen wolle, darob nechst von ihnen begehrte Türcken-Steuer einen harten Anstoss gelitten, und sehr vvieder zurück geschlagen vvorden.

Ist auch zu besorgen, da man nicht in tempore remediiret, mehr Ubel daraus folgen, und uff die nothvvendige Hülffleistung schlechte Rechnung zu machen seyn vverde, vvelches dann samt andern Anhœrungen, nach Erforderung der Nothdurfft, in zvveyen unterschiedenen Memorialen vom 23. Januarii und 31. Maji vergangenen 1604ten Jahres unter Herrn Hemmerles Expedition ausgeführt, und in den Kayserlichen geheimen Rath gegeben vvorden.

Punctum Secundum.

De modo contribuendi.

Von Anno 1595. bis hieher seynd zu Einforderung der Italiænischen Contribution drey Weisen und Manieren gebraucht. Erstlich von jedem Vasallen nach der Maas seines Vermœgens freyvvillige Hülff begehrt, nach solcher Hülff auf die Annaten oder jedvvedern eines Jahrs Einkommen taxiret, zulezt von den Vasallen abgelassen, und auf die Unterthanen nach Anzahl der Feuerstatt oder Rauchfængen, einem jeden eine Gold-Cron angeschlagen, davon Herr Hemmerle den 29. Maji 1604. einen ausführlichen Bericht vorgestellet, und vvie durch die erste zvvey modos vvenig oder nichts ausgerichtet, also Herr Gertzvveiler bey dem letztern befunden, dass derselbe auch nicht ohne Mangel gevvesen, denn dadurch die Unterthanen an einem Ort über Vermœgen beschvveret,

und andersvvo zu gering geschætzet vvorden, vvelches die Ubertragung des Reichen gegen den Armen nicht remediren, dann dieselbe, ob sie gleich in einem Dorff, Marckt, Stadt oder Herrschafft gebraucht, hat sie doch von der einen Provintz zu der andern nicht approbiret, und an unterschiedlichen Orten, vveil sie neu, ungenannt, und bey den Unterthanen ein scheeles Ansehen geben, nicht ins Werck gesetzet vverden mœgen, vvelches Ihrer Majestæt dann auch zu Schaden gereichet.

Punctum Tertium.

Von den Lombardischen Lehen insonderheit.

Meyland, das vertritt der Kœnig von Hispanien, desvvegen er mit dem Reich sonderliche Vertrag hat.

Savoja hat mit der Kayserl. Hof-Cammer vor alle Reichs- und Creyss-Steuren bis auf 1603. inclusive 50000. Cronen inner 4. Jahren zu bezahlen accordiret, so dem Constantino Magno angevviesen vvorden.

Mantoua, Montferrato oder Hertzog von Mantoua hat sich gegen dem Gertzweiler mit seinen gethanen treuen Zügen, in Hungaren beschehen, und dass dergleichen neue Schatzungen nicht bræuchlich seyn, entschuldiget, doch sich erbothen, auf Mittel und Wege bedacht zu seyn, damit er Ihrer Majestæt mit einer erspriesslichen Summa Geldes, oder einer Anzahl Kriegs-Volcks zu Hülffe kommen mœge, darbey es alles verblieben.

Castiglione, Solfornio, Castel Gioffredo, diese drey Oerter besitzet Ihrer Majest. Orator zu Rom, Herr Marquis di Castiglione, doch hat er das Castel Gioffredo mit dem Hertzog von Mantoua und Medulla vertauschet, bringen alle drey von 800. Feuer-Stætten, oder Rauch-Fængen, (welche alldort zu finden) 800. Cronen, deren Erlegung man sich von gedachtem Herrn Marquisen sicherlich zu getrœsten.

Sabionetta, hat 500. oder 600. Hæuser, davon wæren so viel Cronen, besitzt der Fürst von Stigliano, Aloisio Caraffa genannt, welcher sich allezeit gegen Ihro Majest. willig und wohl erzeiget, der ist um eine freywillige nicht nach den Feuer-Stætten angeschlagen, sondern was mehr erspriessliche vermeynte Hülff zu thun ersucht worden, darauf er sich gegen Herrn Carolo Gonzaga erbothen, dass er, in Erlegung solcher Contribution, nicht der letzte seyn wolle, doch ist nichts specificiret worden.

Jezolo, Belbort, Bozzolo, seynd, nach lang gesuchter Rechtfertigung, von den Gonzagis di Bozzolo und San Martino dem Hertzogen von Mantoua, gegen Erlegung 130000. Cronen, gefolget worden. Ob aber solche die Hertzogen insonderheit zu empfahen und zu versteuren, wird bey der Reichs-Cantzley nachrichtig vorhanden seyn.

Guastaldo ist vor Zeiten ein freyer Stand gewesen, nacher aber vom Kayser Carolo dem IV. Hippolito zu Lehen angesetzet, bey denen es bis dato verblieben, liegt 20. Welsche Meilen von Mantoua, hat 300. Hæuser, und ist in 60000. Cronen werth. Die Unterthanen seynd so arm, dass unter ihnen allen über zwey nicht, so die angeschlagene Steuer der einen Cronen zu bezahlen. So haben die Innhaber, deren viel, und, nach Gelegenheit ihres Standes, gar auch anderst kein Einkommen davon, als was sie mit ihrem eigenen Gesinde erbauen. Weilen sie nun von Kayser Carlen dem IV. befreyet, sich und ihre Unterthanen von der Anlage entschuldiget, doch erbothen, auf Erfordern Ihro Majest. in der Person zu dienen.

Die Nahmen der Herren Grafen *Hippolitorum von Gazoldo*, so viel ietziger Zeit vorhanden, setzt Herr Gertzweiler Francesco Lancellotto, Mattia Hippolito mit 2. Sœhnen, Ferdinando Hercole, Rudolfo mit 3. Sœhnen, Sigismundo, Alessandro, Lancellotto, Federico, Carolo Hippolito e Ferrante, mit welchem er einer von ihnen den Hippolitis selbst übergebenen Deduction fast überein stimmet; sonst befindet sich in einer Welschen Relation, ihrer nicht mehr als Conte Paulo und W. Francisci Sœhne, wird aber solche Welsche Relation vielleicht was ælter seyn.

In nomine Domini. Pateat univerſis & ſingulis præſens Inſtrumentum publicum inſpecturis, quod anno Nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo, Indictione quarta, ſecundum Stylum Civitatis Mediolani, die Martis ſecundo menſis Octobris, in præſentia mei Notarii & teſtium ſubſcriptorum, ad hæc vocatorum & ſpecialiter rogatorum, Magnificus & Illuſtris Dominus, Dominus Galeas Vice-Comes, Comes Virtutum, Mediolani, &c. Dominus generalis; & inclyta Domina, Domina Catherina, nata Magnifici & Excelſi Domini, Domini Bernabovis Vice-Comitis Mediolani, &c. Domini generalis, in ſecundo conſanguinitatis gradu in æquali linea ſibi invicem attinentes, mox abſque alicujus temporis intervallo poſt diſpenſationem hodie per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum Antonium Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, ex veris, juſtis, & rationabilibus cauſis intervenientibus & expreſſis, auctoritate Apoſtolica ſibi in hac parte commiſſa factam, debitis ſolemnitatibus obſervatis juxta traditam, ſeu directam a Sede Apoſtolica ſibi formam, ad interrogationem præfati Domini Archiepiſcopi, ipſos Dominos Galeas & Catherinam præſentes interrogantis, matrimonium per verba de præſenti palam, publice, atque ſponte, & ex certa ſcientia inſimul contraxerunt, videlicet ipſo Domino Galeas ad ipſius Domini Archiepiſcopi interrogationem, ut præmittitur, ſibi factam, dicente quod placebat accipere, & accipiebat, & accepit ipſam Dominam Cathe-

therinam, suam legitimam in uxorem, ac in eam expresso consensu per verba de præsenti matrimonialiter consensit & consentit; ipsaque Domina Catherina interrogatione per eundem Dominum Archiepiscopum super hoc confestim & continuo sibi facta, dicente quod sibi placebat accipere & accipiebat, & accepit dictum Dominum Galeas in suum legitimum conjugem & maritum & in eum tamquam in suum maritum legitimum consentiebat, consensit, & consentit: ac deinde dictus Dominus Galeas eam Dominam Catherinam continuo, & confestim in ejus Dominæ Catherinæ digito annulari suæ manus dexteræ annulo subaravit, ipsa Domina Catherina permittendo se sponte in signum matrimonialis consensus & veri matrimonii basurrari. Et de prædictis rogatum fuit debere per me Joannolum de Coldurariis, ac Bellinum de Merlino, Notarios infrascriptos, hoc publicum fieri documentum. Actum in choro Ecclesiæ S. Joannis ad Concham Mediolanensem, præsentibus Reverendo in Christo Patre & Domino, Domino Fratre Jacobo, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Lunensi, ac Venerabilibus viris, Dominis Fratre Christophoro de Terrago Claravallis, Mediolanensis Diœcesis; Fratre Guillelmo de Lampugnano, Sancti Ambrosii Mediolanensis Monasteriorum Abbatibus, Fratre Bertrando Bonifacii Præceptore Domus Sancti Antonii Mediolanensis, Filipolo & Peragrino de Besozero Ordinariis Ecclesiæ Mediolanensis, ac Nobilibus & egregiis Dominis Abellonio, Milite Comite de Cochonate, Gerardo de Laqviella, nato quondam Domini Ambrosii, Advardo de Cataneis de Janua, Antonio de Pogiis, Antonio & Azone, Fratribus de Vice Comitibus & Bartholomæo de Placentinis, Faustino de Lantanis, ac Beltramolo de Ferrariis, legum Doctoribus, & Vassalino de Bosfiis, filio quondam Domini Jacobi, Procuratore Mediolani, & multis aliis in multitudine copiosa, omnibus ad præmissa vocatis testibus & rogatis.

Ego Joannolus, natus quondam Domini Francischi de Colduariis, publicus Imperiali auctoritate Notarius Mediolanensis, una cum infrascripto Bellino de Merlino Notario, & testibus subsignatis, præmisis omnibus & singulis præsens fui, & rogatus, una cum dicto Bellino hoc publicum instrumentum confeci, & per alium scribi feci aliis negotiis occupatus, in eoque consueto signo signavi in testimonium omnium præmissorum.

Ego Bellinus de Merlino, natus quondam Domini Joannis, publicus, Imperiali auctoritate Notarius Mediolanensis, una cum suprascripto Jaonnolo de Colduariis Notario, & testibus suprascriptis præmisis, omnibus & singulis præsens fui, & rogatus, una cum dicto Joannolo hoc publicum Instrumentum confeci, & per alium scribi feci, aliis negotiis occupatus, in eoque consueto signo signavi in testimonium omnium præmissorum.

Post Num. LIX. pag. 589.

Leopoldi, Rom. Imperatoris, Literæ patentes, in quibus subditis Mediolanensibus serio, atque sub rebellionis poena mandat, ut, post Caroli II., Hispaniarum Regis, obitum, nullum alium, quam Imperatorem Roman., Dominum agnoscant, ejusque solius jussis morem gerant, d. d. 22. Novembr. An. 1700.

LEopoldus &c. Universis & singulis nostris & Sacri Imperii fidelibus dilectis, Gubernatori, Præsidi, Senatui, Magistratibus, Populo, Officiariis, Subditis atque Incolis nostri Sacrique Imperii Ducatus Mediolanensis, Comitatuum Papiæ & Angleriæ, nec non Marchionatus. & Portus Zinariensis, uti & Castri Franchi, Castri, & Castellaniæ Vallis Rhetiæ, Castri, Burgi, & Villarum Carcherarum & Buglii, medietatis Castri, & Villarum loci Cameiranæ, Castri, loci & Villarum Paroldi, Castri & Villarum Meroaldi, Castri & Burgi Maximini, partis Rochæ Linghii, Castri & Villarum Rivernalis, Cœnercii & Amaschii, Castri & Villarum Stellanelli, Castri & Burgi Salliceti, Calizani, Exiliæ, Burmidæ, octavæ partis locorum, & Castrorum Novelli Sinei, Montisforti, Montisveri, & Castilleti Vallis Turroriæ, ac singulorum locorum, Castrorum, Villarum, & Terrarum eo pertinentium, hasce literas vel earum exemplaria authentica lecturis, aut legi audituris gratiam nostram Cæsaream, & omne bonum. Ad sollicitudinem nostram Imperialem cumprimis pertinere agnoscimus, sedulo curare, ut Sacri Romani Imperii jura integra serventur atque illibata; cum igitur fama publica intellexerimus, factum esse, ex inscrutabili divinæ Providentiæ Decreto, ut Serenissimus quondam & Potentissimus Dominus Carolus II. Hispaniarum & Indiarum Rex Catholicus, Frater, Consobrinus, & Affinis noster Charissimus gloriosæ memoriæ, diem supremum improlis clauserit; ac proinde supradicta Feuda, quæ a Sacro Romano Imperio possedit, atque eo nomine homagium Nobis, & Sacramentum fidelitatis dixit, ad Nos, velut directum Dominum, Sacrumque Romanum Imperium redire fas sit, hinc est, quod pro Cæsarei nostri officii munere possessionem dicti Ducatus, cæterorumque Feudorum cum omnibus eo appertinentibus locis Nobis, & Sacro Romano Imperio censuerimus vindicandam; Vobis itaque omnibus & singulis serio, & sub rebellionis pœna, edicimus, injungimus & mandamus, ut donec Nos de præfato Ducatu, aliisque Feudis, aliter disposuerimus, neminem alium præter Nos Dominum agnoscatis, neque ullius alterius, quam nostris jussionibus obediatis,

diatis, si quæ vero aliunde vobis eo nomine vis intentetur, eam omni conatu, pro viribus repellatis, atque in omnibus vos, prout fideles nostros & Sacri Imperii Subditos & Vasallos decet, Nobis, ut directo, naturali, vero, & legitimo Domino vestro, dictisque nostris obsequentes exhibeatis, quatenus nostram & Sacri Imperii indignationem gravissimam & supra comminatam rebellionis notam, & pœnam evitare volueritis. Atque hæc est seria mens, ac voluntas nostra, qui contra injustam vim efficacem protectionem nostram vobis promittimus.

Harum testimonio literarum, quas manu nostra subscriptas, Sigilli Nostri Cæsarei impressione communiri jussimus. Dabantur in Urbe Nostra Vienna 22. Novembris Anno Domini 1700.

De Ducatu Sabaudiæ.

Post Num. XVII. pag. 618.

Diploma Philippi IV. Franciæ Regis, in quo Armistitium inter Amadeum V. Sabaudiæ Comitem, ejusque asseclas, ex una; atque Johannem, Delphinum Viennensem, ejusque sequaces, ex altera parte, initum, prorogavit, d. d. mens. Jun. An. 1308.

PHilippes par la grace de Dieu Roys de France. A tous ceus qui ces lettres verront & orront, salut. Nous faisons assavoir à tous que comme trieves fussent données entre nos amez & feaux Amé, Comte de Savoye, pour li & pour ses feaux alliez, & aidans d'une part, & Jehan Dauphin de Viennois, ses feaux, aydans, & alliez d'autre partie, par nostre chiere ante la Duchesse de Bourgogne & par nostre amé & feal Jean de Chalon, Seigneur d'Arlax, jusques à la Pentecoste nouvellement passée: & apres celles meismes treves aient esté allongiées par nous de ladite Pentecoste jusques à la Feste Nostre Dame my Aoust prochain avenir en esperance de paiz, laquelle nous entendions à faire entre les avant dites parties. Et nous occupez d'autres grosses besoignes ne aions en si court terme pouvoir de entendre à l'avant-dite paiz faire. Pour ce nous du consentement desdites parties, ce est assavoir dudit Comte de Savoye present, & Beraux Seigneur de Marqueil aideur dudit Dauphin, & de Guige Alemant Seigneur de Valbeneis, Graton Seigneur de Clarieu, Chevaliers, Messagers, & Procureurs à ce dudit Duphin les avant dites treves par nous données, si comme dessus est dit, allongeons de nouvel entre les parties devant-dites, de ladite Feste Nostre Dame my Aoust prochain avenir jusques à la Pentecoste prochai ausivant en ceste meisme esperance de paiz. C'est assavoir audit Comte de Savoye pour lui, pour Edouart son fils, pour le Seigneur de Biaume, pour Lous de Savoye Seigneur de Waut, ses neveux, pour Hubers Seigneur de Malbec. pour Amé Seigneur de Ornacieu, Chevaliers, pour les citoiens & habitans de Geneve, pour l'Abbé, les bourgeois & habitans de Lamberronoy, & pour touz ses autres hommes, Vassauz, aidanz, & alliez. Et audit Dauphin pour luy, pour Guy Dauphin, Seigneur de Montauban, Hugues Dauphin Seigneur de Foucignies, ses freres. Jehan de Chalon Seigneur d'Arlax, Aimar de Poitiers, Comte de Valentinois, le Comte de Forests, Beraut, Seigneur de Marqueil, Guillaume de Geneve, le Seigneur de Jas, & les Forsissus de Geneve, & pour tous les autres hommes, feaux, aidanz, & alliez dudit Dauphin, &c. Et pour toutes ces choses tenir & accomplir, les avant dites parties ont promit & juré en noste presence à donner pleges en nostre main, c'est assavoir ledit Comte de Savoye, le Seigneur de Biaume, & Dreves filz au Seigneur de Chlo: & lidiz Dauphins, Johan Comte de Forés, & Beraut, Sire de Marqueil &c. Donné à Poitiers au mois de Juin, l'an de grace M. CCC. & VIII.

Post Num. XXIV. pag. 635.

Tabulæ Fœderis inter Johannem Britanniæ Ducem, ejusque Conjugem, Johannam de Sabaudia, ex una; atque Guidonem, Delphinum Viennensem, ex altera parte, adversus Amadeum, Sabaudiæ Comitem, initi, d. d. mens. Januar. An. 1329.

TRaité d'alliance entre Jean Duc de Bretagne & Jeanne de Savoye, Duchesse de Bretagne sa compaigne, fille & hoir seule de Edouard iadis Comte de Savoye nonvellement trespassé, d'une part, & Guidon Daufin de Viennois d'autre: contre Amé de Savoye & ses aideurs ceux qui occupent & detiennent le Comté de Savoye, & les autres terres & Successions du Comte Edouard pere de ladite Duchesse. Premierement ils ne ferront paix, ne treve, ne fin de guerre l'un sans l'autre, se ils ne le font par l'ordonnance du Comte de Forest qui ore est, & de Guillaume de Rochefort Seigneur d'Acerac. Item toutes les choses qui furent audit Comte Edouart, qui seront conquises par ledit Duc & Daufin, reviendront audit Duc; excepté ce que le Daufin pourra monstrer estre sien, ou avoir esté à ses predecesseurs. Item lesdits Duc & Daufin feront bonne, forte & continuelle guerre contre lesdis

diz occupans; & fera ledit Daufin ladite guerre pour sa part à tout son pouvoir de gens de pied & de cheval à ses despens. Item ledit Duc fera & continuera la dite guerre à ses despens pour sa part à mille hommes d'armes par quatre mois de l'an, c'est assavoir Juin, Juignet, Aoust, Septembre, & le remanent de l'an à deux cens. Et depuis bailla ledit Daufin cet article. Ce sont les Chastiaux & choses qui furent anciennement du Daufin & de ses predecesseurs: c'est assavoir Sainct Germain, Ambrenay, le Pont d'Eur, Tresfort, Coloigné, & la Baronnie de Revermont avec ses apartenances, que jadis tenoit Humbert Daufein sires de la Tour. Fait l'an M. CCC. XXIX. en Janvier.

Post Num. XXXII. pag. 663.

Caroli IV., Roman. Imperatoris, Edictum, de moneta in Delphinatus Sabaudiaque ditionibus non aliter, quam secundum modum & formam prescriptam, cudenda promulgatum, de An. 1363.

KArolus Quartus &c. Universis Nostris Sacri Romani Imperii Fidelibus præsentibus & futuris, ad quos præsentes pervenerint, gratiam suam & omne bonum. Etsi cunctos Principes decet circa bonum, quietem, & utilitatem publicam ferventi studio vigilare, cum publica utilitas præferri debeat privatæ, Jure Divino & humano dictante, & naturali, etiam ratione, Nos utique, qui ad apicem Cæsareæ Majestatis vocati sumus, circa ea tenemur & debemus studiosius inniti, quæ subditorum nostrorum commodum respiciunt & profectum: Sane cum nuper in partibus Imperii nostri, videlicet in Provinciis, Delphinatu & Sabaudiæ Comitatu, quæ ad Nos ex ejusdem Sacri Imperii directo, & immediato Dominio pertinere & subesse noscuntur, pro Reformatione quorundam negotiorum nostri Sacri Imperii præsentialiter agebamus, auribus nostris frequens querela insonuit, quod nonnulli temerarii præsumptores, prætextu quorundam prætensorum Privilegiorum ab olim eisdem per nonnullos Imperatores & Reges Romanorum prædecessores nostros, ut asserunt, concessorum, ut ipsis liceat infra Sacri Romani Imperii limites monetas facere, cudere, & fabricare, iisdem Privilegiis abutuntur & abusi fuerunt retro actis temporibus, infra ipsius Imperii fines & ambitum plures monetas Auri & Argenti ac Metalli, minoris ligæ & valoris ac deterioris quam deberent & esse consuevissent, sub certis nominibus, caracteribus & figuris, inconsulte & subdole fieri & fabricari fecerunt, quibus non erat nec fuit potestas, vel licentia, talia faciendi, & dictis monetis eorum, vi & potentia intermixta, uti fecerunt nihilominus contrahentes, ex quibus nostra & Imperii vilipenditur authoritas, & publica utilitas non modicum pati censetur, ac Nostri & Sacri Romani Imperii subditi variis concussionibus & bonorum contractationibus dampna irrecuperabilia, prout visibiliter præsumimus, sustulerunt hucusque, & majora sustinerent in futurum, nisi super hoc per nostræ Majestatis Celsitudinem provideatur de remedio oportuno: Volentes itaque circa præmissa, prout Nobis & Sacro Romano Imperio congruit, præsertim ob Nostri & Sacri Romani Imperii subditorum utilitatem, & perfectam salutem uberius providere, habita deliberatione super prædictis ac infrascriptis, cum Sanctissimo in Christo Patre ac Domino, Domino Urbano, divina providentia Papa V. ac aliorum Principum & Procerum nostrorum, & ipsorum communicato consilio ordinavimus & disposuimus, & tenore præsentium ordinamus, volumus & disponimus de cætero monetas nostras infra Sacrum Romanum Imperium sub modis, Ligis, formis, remediis & conditionibus infrascriptis cudi & fieri ut sequitur in hunc modum:

Inprimis quod fiat una moneta aurea, quæ appellatur Regalis, quæ fit tanti ponderis quod ex una marca parva auri fiant LXIII. Floreni Imperiales & sint Ligæ XXIIII. Karatorum minus quarta parte unius Karatæ, uno floreno Imperiali pro XIII. grossis computato, & Magister Monetæ capiat tertiam partem unius Floreni ex dictis Imperialibus pro diminutione Auri, Magisterio, Custodia, Instrumentis & omnibus opportunis.

Item volumus & ordinamus quod dicta moneta aurea, quæ appellabitur ut supra, figuram & formam habeat infrascriptas: videlicet, quod habeat ab una parte imaginem Imperatoris, in qua sit vestitus ornamentis Imperialibus, & in capite Imperiali Diademate ornatus & sedeat super una Kathedra, in manu dextra tenens Sceptrum Imperiale, in sinistra vero manu pomum Imperialem; a parte vero dextra caput ipsius imaginis Imperatoris habeat unam parvam aquilam & erit scriptum in circumferentiis dictæ partis: *Karolus Quartus Divina favente Clem.* in alia vero parte dictus Imperialis aureus habebit unam crucem foliatam inter unum Conpassum & in circumferentiis dictæ partis habebit unam parvam Crucem, & prope erit scriptum: *Imp. Rom. Boem. & Arelatensis Rex.*

Item fiat una alia moneta aurea, quæ valebit XII. grossis & expendetur pro totidem, & erit Ligæ, formæ & figuræ cum litteris & signis ut supradictum est, excepto quod in præsenti moneta aurea non erit alia Aquila parva prope caput imaginis Imperatoris prout in supradicta, & fiant ex una Marca levi & puri auri LXVIII. Floreni Imperiales cum quarta parte alterius Flore-

Floreni Imperialis, & Magister monetæ recipiet pro Magisterio, operariis dictarum monetarum, custodia & aliis necessariis, quatuor grossos cum dimidio.

Item fiat alia moneta, argentea, quæ similiter appelletur Imperialis, quæ erit de Liga XII. denariorum boni & puri argenti & ponderis marcarum civitatis Avinionis VIII. solidorum IX. denariorum & III. quartarum alterius denarii, & fiant de una marca puri argenti VIII. libræ & XIII. solidi Avenionenses computato uno dictorum denariorum pro XVIII. denariis.

Ut autem prædicta omnia, per Nostræ Majestatis autoritatem, ut prætangitur, statuta & ordinata, in statu permaneant, fiant, & utilius exequantur, Nos de fidelitate & inviolata probitate dilecti, fidelis, & Consiliarii Nostri Nobilis Rudolphi de L. militis & Gubernatoris Delphinatus fidem indubiam obtinentes, dictum Rudolphum executorem, gardeatorem & promotorem Nostrum omnium prædictorum constituimus, creamus & ordinamus præsentium per tenorem, dantes & concedentes auctoritate nostræ Majestatis dicto Rudolpho plenariam & liberam facultatem & auctoritatem dictas monetas in modo & forma prædictis per se, vel per alium, seu alios ab eo auctoritate Nostra deputandos cudi & fieri faciendi, ubi sibi videbitur expedire, Billanos & Metalla prædictis monetis providendi, & ad ipsas portari faciendi, probationes & assagia de dictis monetis & qualibet ipsarum semel & pluries, & quando & quoties necessarium fuerit, faciendi, preconizationes & Edicta pro præmissis exequendis fieri faciendi, nec non præcepta & ordinationes quaslibet, pœnas & mulctas per se, vel per alium, ut supra, Nostræ Majestatis nomine imponendi, & imponi mandandi & ad omnia alia & similia exequendi, quæ ex ea necessaria fuerint & opportuna, & quæ Nostræ Celsitudini incumberent facienda, etiamsi mandatum exigerent speciale, decernentes hoc Imperiali Edicto, ut ad receptionem & usum hujusmodi monetarum Imperialium omnes & singuli Romano subjecti Imperio teneantur; quocirca mandamus tenore præsentium universis & singulis Principibus tam Ecclesiasticis quam Sæcularibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Civitatum, oppidorum, villarum Rectoribus, Gubernatoribus, Balivis, seu ipsorum loca tenentibus & quibuscunque Nostris & Sacri Romani Imperii subjectis, quatinus dictam Nostram monetam recipiant & recipi faciant, & dicto Militi & Consiliario Nostro ac deputandis ab eodem in præmissis & circa præmissa existentibus pareant, obediant, sub pœna centum Marcarum Auri &c.

Post Num. XXXII. pag. 369.

Caroli IV. Rom. Imperatoris Præceptum, in quo Amadeum, Sabaudiæ Comitem, a Vicariatus Imperii officio removet, de An. 1373.

Karolus Quartus Venerabilibus Arelatensi & Gratianopolitano Archi-Episcopis & Valentinensi Episcopo, spectabili Comiti Valentinensi & Nobili Rudolpho, Gubernatori Delphinatus, Domino de Vinagio, & Andilberto de Castro-Novo, & aliis suis & Imperii Sacri Fidelibus, ad quos præsentes pervenerint, gratiam suam & omne bonum. Fidelitati vestræ significat Nostra Serenitas, qualiter Vicariatum, quem alias Comiti Sabaudiæ commisisse dinoscimur, revocamus, per Litteras Nostras patentes, sub Nostro majori sigillo, quarum tenor sequitur in hæc verba:

Karolus &c. notum facimus &c. quod licet alias Illustrem Amadeum Comitem Sabaudiæ, Principem & Consanguineum Nostrum carissimum in nonnullis Civitatibus, Locis & Terris Comitatus Sabaudiæ & aliis locis vicinis adjacentibus ad Nos & Sacrum Imperium pertinentibus, confidentes Nostram operationem esse utilem, & ad Reipublicæ vergere commodum & profectum, pro Nostra Sacra Imperiali Majestate Vicarium constituerimus Generalem, sicut hoc literæ Nostræ datæ desuper lucidius protestantur: tamen experientia rerum efficace Magistra docente, constitutio ejusdem Vicarii vergit cottidie in Nostrum & Sacri Imperi Romani ac libertatis Ecclesiæ magnum præjudicium & jacturam, sicut de hoc sumus Documentis legitimis informati; cum igitur hujusmodi officium Vicariatus nobis, & Romano Imperio, ac Ecclesiis, & ipsarum Ministris damnosum existat, moti ex certis causis, rationabiliter deposcente utilitate publica, sano Comitum, Baronum, & Procerum Sacri Imperii Fidelium Nostrorum accedente consilio, ex certa nostra scientia, & de Cæsareæ potestatis plenitudine, prædictum officium Vicariatus resumimus, & ad Nos & Imperium a Comite prædicto penitus revocamus, literas Nostras, quas desuper dedimus, cujuscumque tenoris existant, in omnibus suis sententiis, punctis & clausulis, etiamsi in eis contineretur, quod dictus Comes revocari non possit, annullantes & authoritate privata Cæsarea penitus revocantes, ac mandantes seriosius universis & singulis Principibus Ecclesiasticis & Sæcularibus, Comitibus, Baronibus, Vicariis, Nobilibus, Militibus, Judicibus, Consiliis & Civitatum, Locorumque Communitatibus, omnibusque & singulis aliis Nostris & Sacri Imperii fidelibus, quos dictus Vicariatus complectitur, quatinus ratione Vicariatus hujusmodi ad prædictum Comitem, vel suos, quos ad hoc deputaverit in futurum, nullum respectum habeant, nec sibi tanquam Vicario Imperii obediant, aut intendant, quos etiam ab eisdem obedientia & fidelitate in totum eximimus & libertamus & absolvimus per præsentes, & si aliquid tempore præterito contra intentionem nostram adversus

ſus præſentem noſtram revocationem, Jura, Privilegia & libertatem Eccleſiaſticam a dicto Comite vel ipſius vices gerentibus, occaſione, ſeu prætextu dicti Vicariatus attemptatum, adminiſtratum, ſeu factum fuerit, caſſamus, irritamus, vacuamus, caſſum, irritum & vacuum omnimode nuntiamus, nec debet ullis temporibus in futurum habere roboris firmitatem, univerſos & ſingulos Principes Eccleſiaſticos & ſæculares, Comites, Barones, Cives & Univerſitates communitatum & locorum, nec non Principatus, dominia, poſſeſſiones & ſubditos eorum, cujuscunque gradus ſeu conditionis exiſtant, ad priſtinam libertatem, frankciſiam, & ſtatum priſtinum reducentes, non obſtantibus literis Noſtris prædictis, quas a Nobis idem Comes Sabaudiæ obtinet, quibus omnibus provide, ac ſi ipſarum tenores de verbo ad verbum hic exprimerentur, de prædictæ Noſtræ poteſtatis plenitudine ex certa ſcientia totaliter derogamus &c. præſentium &c.

Ne igitur præfatus Comes ex ignorantia Noſtræ revocationis ſe tueri valeat, & ne Capitanei, Officiales & Adminiſtratores ſui, tempore ejus abſentiæ, excuſari poſſint, quin præfata Noſtra revocatio tranſeat in effectum, Fidelitati Veſtræ mandamus & injungimus præſentibus ſerioſe, quatinus vos, unus vel plures, qui Noſtro nomine ad hoc requiſiti fueritis, dictam Noſtram revocationem in omnibus & ſingulis civitatibus, oppidis & locis, ubi expeditius fuerit, & ubi univerſaliter Noſtra intentio ad aures dictorum Comitis officialiumque ſuorum & aliorum, quorum intereſt, pervenire poterit, declarari cum omni diligentia publice & literas Noſtras prædictas coram omnibus legi publice faciatis &c.

Poſt Num. CX. pag. 954.

Annæ, Sabaudiæ Ducisſæ, Proteſtatio contra Succeſſionem in Magnæ Britanniæ Regnum ſolenni Inſtrumento confirmatam, de An. 1701.

ANne d'Orleans, Ducheſſe de Savoïe, Reine de Chypre, Princeſſe de Piémont &c. & Princeſſe du Sang d'Angleterre, par la Princeſſe Roïal de la Grande-Bretagne, Henriette ſa Mere, fait une ſi haute eſtime de cette Prérogative, qu'Elle profite bien volontiers de l'occaſion qu'Elle a de la faire valoir aux yeux de toute la Nation Angloiſe, comme un témoignage de la gloire qu'Elle en tire d'avoir Droit à cet Auguſte Trône.

C'eſt pourquoi, étant informée qu'on a déliberé de régler l'ordre de la Succeſſion à la Couronne d'Angleterre, dans le Parlement preſentement aſſemblé, Elle repreſente au Roi, & à ce même Parlement, qu'en qualité de Fille unique de la feuë Princeſſe Roïale Henriette ſa Mere, Elle eſt la premiére apellée, après le Roi Guillaume, & la Princeſſe de Dannemarck, ſuivant les Loix & les Coûtumes d'Angleterre qui ont toûjours préféré la Ligne la plus proche à la plus éloignée.

Son Droit, étant ainſi reconnu de tout le monde, & inconteſtable, n'a point beſoin de plus grandes preuves; mais Elle ne laiſſe pas de proteſter contre toute deliberation & deciſion contraire, en la meilleure & plus efficace maniére qui ſe puiſſe pratiquer en ſemblables cas: En quoi Elle ſuit plûtôt la coûtume que la neceſſité, parce qu'Elle a une ſi haute idée de la ſageſſe & de la juſtice du Roi & du Parlement, qu'Elle ne doit rien craindre de leur part qui puiſſe jamais nuire à elle & à ſes enfans.

Poſt Num. CXI. pag. 963.

Articuli ſecreti ad Tabulas Fœderis, inter Leopoldum, Romanorum Imperatorem, Victoremque Amadeum II. Sabaudiæ Ducem, die 8. Nov. An. 1703. initi, & ſupra pag. 954. inſerti, pertinentes, d. d. 25. Octobr. An. 1703.

POſt Tractatum Fœderis inter Sacram Cæſaream Majeſtatem & ſuam Regiam Celſitudinem Dominum Ducem Sabaudiæ hodie concluſum & ſignatum per utriusque Plenipotentiarios & quidem ex parte Sacræ Cæſareæ Majeſtatis per Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum Comitem d'Averſperg ex parte vero Suæ Celſitudinis Regiæ per Marchionem de Prié, & Marchionem de Sancto Thoma, inſuper de Articulis ſecretis ſequentibus conventum eſt.

Doppo il Trattato di Lega firmato oggi dalle Plenipotenziari di S. M. Ceſ. e di S. A. R. cioé per parte di S. M. Ceſ. dall'Illuſtriſſimo ed Eccellentiſſimo Signor Conte d'Averſperg, Conſigliere Segreto e Cameriere della medeſima Maeſtà Ceſarea, e per parte di S. A. R. dall' Illuſtriſſimi ed Eccellentiſſimi Signori Marcheſe de Prié, Cavallerie dell'Ordine dell' Annunciata e Miniſtro di Stato di S. A. R. e Marcheſe di St. Thomaſo, Miniſtro e primo Segretario di Stato di detta Alt. R. hanno li medeſimi convenuto a parte de ſeguenti Articoli ſegreti.

I. Cum

I. Cum in Articulo supradicti Fœderis XV. qui agit de renunciatione facienda à Sua Celsitudine Regia omnium & quorumcunque jurium & prætentionum seu actionum dotalium à Serenissima Infante Catharina, Philippi Secundi Hispaniarum quondam Regis filia, Ducissa Sabaudiæ in se derivatarum, certis de causis visa fuerit omittenda exceptio infrascripta, speciatim hic declaratur ab eadem renunciatione excipi summam ducentorum millium scutatorum aureorum, quæ ex debitis & pensionibus istis dotalibus Serenissimæ Infantis Catharinæ pientissimæ recordationis à Celsitudine Sua Regia filiæ suæ secundogenitæ, Serenissimæ Principi Ludovicæ Gabriellæ in dotem assignata est, & proinde integram semper manere Serenissimæ huic Principi dotem firmamque stare hipothecam, quæ eidem pro securitate dictæ dotis in pactis Matrimonialibus anno 1701. die 23. Julii constituta est.

I. Non sendosi stima to per degni motivi nel capo XV. del sudetto Trattato firmato oggi portante esso capo la rinuncia che fà l'A. S. R. per se, suoi heredi e successori à qualunque ragione ed azione che le compete e possa competere per le doti ed interessi non pagati della fù Infanta Catherina, figlia di Filippo II. Rè delle Spagne, Duchessa di Savoia, di far menzione della detrattazione infra espressa, si dichiara abundamente con questo capo detratta dalla predetta renuncia la somma de 200. mila scudi d'oro, che sono stati constituiti in dote dalla A. S. R. sovra li crediti per le doti ed interessi dotali sudetti della fù Infanta Catharina alla Serenissima Principessa Maria Luizia Gabriella, figlia secondo-genita di S. A. R. laqual Principessa restera però sempre cautelata per deta sua dote e rimarranno ferme le hippoteche colle quali è stata assicurata nel suo Contratto Matrimoniale delli 23. Luglio, 1701.

II. Si dichiara in oltre ch' essendovi nella corte di Vienna ed altre reso publico fuor di tempo contro il concerto questo negoziato ha preveduto S. A. S. il maggior rischio che le cagionarebbe una si intempestiva ed insussistente publicazione, che ha somministrato in gran parte alla Francia il pretesto di spogliarla d'un corpo si riguardevole delle sue truppe; onde ha creduto S. A. R. di poter ricercare dall' equità di S. M. Cef. qualche sorte d'indenniazione per un tanto pregiudicio, che hà precipitati gl' impegni, sconvolte le misure, e diminuite le forze di S. A. R. Avendo per tanto dimandato à Sua M^tà il Vigevenasco, per questo effecto, & non essendosi ancora avuta la bramata risposta della Corte Cef. in un tempo che non era possibile di temporeggiare più lungamente à prendere un partito, hà S. A. R. proceduto alla dichiarazione della rottura colla Francia, fù la fiducia della generoza bontà di S. M. Cef., e le speranze che ne hà date il sudetto Sr. Conte sul suposto delle benigne disposizioni della Maestà Sua, si è per tanto convenuto di rimettere la diterminazione di questo punto alla M^tà Sua, laquale ove avesse quelque ripugnanza alla Cessione del Vigevenasco, potrà beneficiare ed indennizare S. A. R. con un equivalente proporzionato nella Stato di Milano.

III. Quando già mai per qualunque impensato evento che fosse per succedere S. A. R. non potesse ne' Trattati di pace, aggiustamanto, e trega, essere pienamente reintegrata in tutti gli Stati che potessero venirle occupati da' nemici, il che tutta via non si crede, ne deve credersi sia per seguire, in tal caso S. Maestà Cesarea prende adesso per all' ora sovra di se l'ubbligo d'indennizare S. A. R. à sodisfazione della medema, ed in maniera ch' ella non venga à soggiacere ad alcuna diminuzione de' suoi Stati.

II. Recuperata Longobardia & utraque Sicilia Sacra Cæsarea Majestas una cum Celsitudine Sua Regia arma convertent in Galliam, & si quid in Libero Comitatu & Ducatu Burgundiæ occupabitur, id Augustissimæ Domui Au-

IV. Doppo la conquista degli stati della Lombardia, si volgeranno le armi de S. M. C. e di S. A. R. verso la Francia; e venendosi à fare delle conqueste in quel Regno, quelle che si facessero nella Franca Contea e Borgogna re-

ftriacæ: vero in Pragellano, Delphinatu, & Provincia, alibive locorum acquiretur, id Celsitudini Suæ Regiæ cedet; Promittitque Sua Cæsarea Majestas tum suo & Imperii, tum etiam Fœderatorum nomine omnem operam & conatum in futura pacificatione adhibitum iri, ut in hisce acquisitionibus Sua Celsitudo Regia manuteneatur.

Quos Articulos nos supradicti Plenipotentiarii vigore nostrorum mandatorum conclusimus & signavimus; habebuntque illi idem omnino robur & vigorem, quem ipsum hodie subscriptum Fœdus; promittentes pariter ratihabitionem nostrorum respective Dominorum & Committentium, hoc est Suæ Cæsareæ Majestatis intra tres septimanas, & Suæ Regiæ Celsitudinis intra octiduum reportatum iri. Datum Taurini, 25. Octobris, 1703.

steranno à favore di S. Maestà Cesarea; e quelle che si facessero nel Pragellato, Delfinato, e Provenza ed altre parti della Francia, cederanno à favore di S. A. R. promettendo pure S. Maestà Cesarea, tanto à nome proprio che dell' Impero e suoi Collegati di far' ogni sforzo ne' Trattati di pace per mantenere alla medema Alt. R. le predette conquiste.

Noi Plenipotentiarii sudetti, in virtu de' nostri respettivi poteri, abbiamo conchiuso e firmato li presenti articoli ch' avranno l' istessa forza e vigore di quelli del sudetto Trattato di Lega da noi firmati oggi ed appostovi il sigillo delle nostro armi; promettendo pure di riportarne respettivamente le Ratificanze, cioè quella di S. M. C. frà tre settimane, e quella di S. A. R. trà giorni otto. Dato in Torino li 25. Ottobre, 1703.

L. S. *Il Conte d' Auersperg.*
L. S. *Il Marchese di Priè.*
L. S. *Marchese di San Tomaso.*

Post Num. CXI. pag. 963.

Manifestum Ludovici XIV., Galliæ Regis, adversus Victorem Amadeum II., Sabaudiæ Ducem, d. d. 4. Decembr. An. 1703.

LEs Manifestes, que le Duc de Savoye a repandu dans ses Etats pour engager ses Sujets à prendre les armes pour leur conservation; l'impression qu'il a voulu donner dans toutes les Cours de l'Europe, de la violence qui avoit été faite à ses Troupes le vingt neuf Septembre, lors qu'elles furent arrêtées & desarmées par le Duc de Vendôme en conséquence des ordres de Sa Majesté, auroient pû produire quelque effet sur les esprits, si l'infidelité de ce Prince deja trop connue n'avoit force Sa Majesté à prendre cette resolution si contraire à la conduite qu'elle a tenuë dans les tems que la superiorité de ses Armes, & les avantages considerables qu'elles avoient remportez sur les Princes & Etats liguez contre Elle, l'avoient mise en état de leur donner la Paix à telle condition qu'elle auroit voulu. Le Traité fait en 1696. entre Sa Majesté, & le Duc de Savoye, dont le Mariage de son Petit-Fils le Duc de Bourgogne avec la Fille ainée de ce Prince fut le lien, en fournit un exemple bien authentique, & des avantages qu'il trouva à manquer à celui qui étoit entre lui, l'Empereur, l'Angleterre, & la Hollande.

Le Roi Charles II. étant mort en l'année 1700. la Succession de la Monarchie d'Espagne ayant été deferée à Philippe V. par le Droit du Sang, par la disposition des Loix de tous les Etats dont cette puissante Monarchie est composée, par la volonté du dernier Roi, & par les voeux de tous les Peuples, cette disposition aiant reveillé la jalousie des Ennemis de la grandeur de la France, Sa Majesté fut obligée pour conserver cette Monarchie entiere, de faire peu de jours aprés marcher des Troupes dans l'Italie qui sembloit devoir être attaquée la premiere; elle fit proposer en même tems un nouveau Traité au Duc de Savoie, par lequel il s'engagea pendant le tems que la Guerre dureroit, de fournir dix mille hommes de ses Troupes moyennant les subsides convenus. Par ce même Traité il devoit avoir le Commandement des Armées des deux Rois en Italie; Sa Majesté consentit ensuite au Mariage du Roi d'Espagne avec la seconde Fille de ce Duc, afin de fortifier par de si grands engagemens & des marques d'un confiance aussi entiere, l'union qui devoit être assurée pour toûjours entre Sa Majesté, le Roi d'Espagne, & ledit Duc, & l'engager à contribuer de tout son pouvoir aux avantages des deux Couronnes: ce Traité a été executé de bonne foi de la part des deux Rois la premiere année. Quoique le succès n'ait pas été heureux, & que l'Armée de l'Empereur ait penétré avant dans l'Italie, que le Duc de Savoye ait retiré ses Troupes dans le tems qu'elles étoient le plus necessaires, on ne peut pas dire qu'il ne l'ait point été de la sienne. A peine cette Campagne fut achevée, que Sa Majesté voiant les progrès des Troupes ennemies se determina d'envoyer trente Battaillons & trente Escadrons d'Augmentation pour fortifier son Armée, & lui donner la superiorité si necessaire pour rétablir la tranquillité de l'Italie, & ôter à l'Empereur toute esperance de s'en pouvoir rendre le Maitre. Ce fut dans ce temslà qu'il revint à Sa Majesté des avis de toutes parts des liaisons qu'il conservoit avec l'Empereur & l'Angleterre, qu'il fit proposer par son Ambassadeur une augmentation de subsides, & qu'ayant rendu sa fidelité suspecte, Sa Majesté se determina à consentir la reduction de ses Troupes à la moitié de ce qu'il en devoit fournir, & que le Roi d'Espagne vint lui même se mettre à la tête des Armées,

Ces

Ces soupçons déja trop bien fondez n'ont fait qu'augmenter, par les assurances certaines des Negociations & des Propositions de traiter avec l'Empereur. Les soins de ce Duc pour conserver le secret, n'ont point empêché qu'il n'ait été penetré, que les Gazettes n'aient été remplies des conditions, que l'Ambassadeur de l'Empereur à Rome ne les ait dites publiquement, & que Sa Majesté n'ait été informée par des voyes sures, que le Comte d'Aversberg, Ministre de l'Empereur, étoit arrivé à Turin le quinze Juillet dernier, avec tous les pouvoirs necessaires pour le conclure.

Une Negociation si honteuse ne pouvoit paroître aux yeux du Public sans attirer son indignation; aussi a-t elle été faite pendant les nuits dans la maison du Marquis de Prié, où ce Ministre a été long-tems caché, & dans laquelle le Duc de Savoie & le Comte de la Tour ont eu de frequentes conferences avec lui.

Ce fut dans ce même tems que ce Duc fit faire des prieres publiques, pour obtenir les secours du Ciel dans les embarras où il se trouvoit; c'est ainsi qu'il en usa en 1696. lorsqu'il quitta le parti de l'Empereur & de ses Alliez.

Le bruit s'étant trop répandu du sejour du Comte d'Aversberg à Turin, il en sortit pour se retirer à la Cassine du Comte de Terini, où le Marquis de S. Thomas se rendoit tres souvent, & où le Duc de Savoie a été lui même plusieurs fois. Sa Majesté bien informée de toutes ces demarches, confirmées depuis par une Lettre interceptée du Comte d'Aversberg au Comte de Sinzendorf, datée du 13. Octobre de Turin, elle ordonna à son Ambassadeur d'en parler au Duc de Savoie, qui donna des Ordres au Comte de Vernon de renouveller à Sa Majesté par des protestations publiques la fidelité de ses engagemens, qu'il ne s'en départiroit jamais, qu'il n'y avoit aucun Ministre de l'Empereur à Turin, & qu'il n'écuteroit aucune proposition de sa part; il donna de pareils ordres à son Ambassadeur à Madrid pour le Roi d'Espagne.

Une pareille conduite ne laissant plus lieu à Sa Majesté de douter de l'infidelité de ce Prince, Elle ordonna par une précaution aussi juste que nécessaire au Duc de Vendôme, de faire desarmer le peu de Troupes de ce Duc, qui restoit dans l'Armée de Sa Majesté & du Roi Catholique, de s'en assûrer & de s'avancer vers ses Etats; mais avant d'y entrer & d'exercer aucun Acte d'Hostilité, Sa Majesté lui a fait proposer de donner des Places de sûreté & de reduire le nombre de ses Troupes sur le pié du Traité de 1696. pour assûrer la communication de ses Etats avec ceux du Roi son Petit-Fils, & se garantir dans la suite de la mauvaise volonté du Duc de Savoie.

Des propositions si convenables aux interêts du Duc de Savoie, seules capables de maintenir la tranquillité dans ses Etats, ont été rejettées; il a fait arrêter à Turin l'Ambassadeur de Sa Majesté & celui du Roi d'Espagne, sans leur laisser aucune communication ni même la liberté de donner de leurs nouvelles, pendant que le Comte de Vernon son Ambassadeur auprès de Sa Majesté, étoit en liberté sur la parole qu'il avoit donnée de n'en point abuser. Il a même fait arrêter tous les François, les Officiers des Troupes & les Soldats de Sa Majesté, qui passoient dans ses Etats; il a fait saisir tous leurs effets, & se tenant sûr des secours qu'il attendoit de ses nouveaux Alliez, en execution des Traitez qu'il avoit conclu avec eux, il a fait marcher des Troupes pour aller au devant de deux mille Chevaux commandez par Visconty, qui ont été entierement défaits par le Duc de Vendôme avant de l'avoir pû joindre. Il a fait prendre les Armes à tous ses sujets, donné des ordres pour de nouvelles levées, & n'a rien obmis pour faire voir à toute l'Europe qu'il compte pour rien de violer la foi des Traitez. Cette conduite ne laissant plus lieu de douter de ses intentions, Sa Majesté, pour en prévenir les suites, a résolu de lui déclarer la Guerre tant par Terre que par Mer, comme elle fait par la Presente. Ordonne & enjoint pour cet effet Sa Majesté à tous ses Sujets, Vassaux & Serviteurs de courre sus aux Sujets du Duc de Savoye, & leur a défendu & défend trés-expressément d'avoir ci-après avec eux aucune communication, commerce ni intelligence, à peine de la vie; & à cette fin Sa Majesté à dès à present revoqué toutes Permissions, Passeports, Sauvegardes, & Saufconduits, qui pourroient avoir été accordez par Elle ou par ses Lieutenants-Généraux, & autres ses Officiers, contraires à la presente, & les à declaré & declare nuls & de nul effet & valeur: défend à qui que ce soit d'y avoir aucun égard. Mande & ordonne Sa Majesté à Monsieur l'Amiral, aux Maréchaux de France, Gouverneurs, & Lieutenans Généraux pour Sa Majesté en ses Provinces & Armées, Maréchaux de Camp, Colonels, Mestres de Camp, Capitaines, Chefs & Conducteurs de ses Gens de Guerre tant de Cheval, que de pied, François & Etrangers, & tous autres ses Officiers qu'il apartiendra, que le contenu en la presente ils fassent executer chacun à son égard dans l'étenduë de leurs Pouvoirs & Jurisdictions: Car telle est la volonté de Sa Majesté, laquelle veut & entend que la presente soit publiée & affichée en toutes les Villes tant maritimes qu'autres, & en tous ses Ports, Havres, & autres lieux, de son Roiaume & Terres de son obéissance que besoin sera, à ce qu'aucun n'en pretende cause d'ignorance. Fait à Marli le quatrieme jour de Decembre mil sept cens trois.

Signé,

Louis.

Et plus bas,

Chamillart.

De Magno Etruriæ Ducatu.

Post Num. I. pag. 1043.

Henrici IV. Roman. Imperatoris Immunitates atque Privilegia Pisanis concessa, de An. 1081.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, Divina favente clementia Rex. Notum sit omnibus Christi nostrisque fidelibus tam futuris quam præsentibus; qualiter Nos consilio nostrorum Principum fidelibus nostris Pisanæ Urbis Civibus, quod rogaverunt, concessimus: siquidem annuimus, & firmiter statuimus quemquam hominum, nisi communi consensu eorum, nec casas apprehendere, nec dissipare, nec sigillare infra Civitatem Pisæ, neque in burgis, si foras Civitatis habuerint tenimentum, nec muros istæ civitatis destruere, neque opsticare, neque istam civitatem igne cremare, nec foderare jubebimus; etsi offensionem miserimus aliquam super aliquem hominem, sive de aliquo crimine cum duodecim sacramentalibus absque pugna, excepto de vita, aut de membris, aut de honore nostro, si ei probare voluerit ille, quibus consilium cum eo invenerit; nec bannum tollemus nisi per legem, nec homo capi etiam a Nobis de ista Civitate, vel burgis, nisi legem facere prohibuerit, & allodium in Civitate, vel foris non habuerit. Nec hominibus præparatis ad navigandum iter prohibebimus, nisi studiose hoc fecerint propter querimoniam de eis factam, & si culpaverimus aliquem eorum, quod ab hoc se purgaret, ut justitiam possit evitare, permittemus cum sacramento suo se defendere. Et si aliquis eorum in itinere fuerit, mulierem ejus in districtionem non mittemus, & de tenimento, quod aliquis tenuerit propter beneficium, quod a Nobis tenuerit, eum non disvestiemus, nisi per legem, & consuetudines, quas habent de mari, sic eis observabimus, sicut illorum est consuetudo. Et illum, super quem reclamatio venerit de terra, si garentem habere potuerit, vel possessionem per legem jurare voluerit, per pugnam fatigari non sinemus, & hominibus de alia Civitate, aut de alio castello, vel de alio signoratico legem non faciemus de Pisanis hominibus, nisi illi de istis locis, vel eorum Seniores, qui offensionem fecerint, legem faciant prius Pisanis hominibus. Fodrum de castellis Pisani comitatus non tollemus, nisi quomodo fuit consuetudo tempore Ugonis marchionis, hominibus in villis habitantibus de eorum Comitatu Fodrum non tollemus, nec aliquam consuetudinem super imponemus, nisi quantum tres meliores homines propter Scarzones per villas, & castella juraverint, quod eorum consuetudo fuit tempore instr. Ugonis, quod si jurare noluerint, jurare constringemus, castaldionem, vel aliquem nostrum missum in supradicta Civitate, vel Comitatu eorum ad placitum faciendum eis superesse non sinemus de alio Comitatu, puellæ, nec viduæ maritum interdicemus in Comitatu Pisano, nec pretium inde invite tollemus, nec invite alicui conjugabimus M. . . . . . . calciam in Villis Comitatus eorum fieri non finemus, nisi secundum consuetudinem temporis Ugonis sacramentis, sicut instrumentum est diffinitum, Albergariam in proprietate alicujus absque voluntate illius, cujus proprietas est, non faciemus in ista Civitate, vel prope eam, usque ad medium milliarium. Terras, quæ fuere pascua, vel paludes, istas ante prædia illorum, vel Ecclesiarum, & communia pascua jurata, vel non, tam occasione pascuorum occupatas, eis non tollemus, nec laborare faciemus, & eis laborare non contendemus, vel per nos aliquis usque ad illos fines, quod laudaverint homines ab eis electi ad hoc officium, qui jurejurando affirment, se bona fide æstimaturos, & terminaturos illas terras, quæ fuere pascua, vel paludes, & illis demonstrandis, quæ ad culturam debeant remanere, & nullo amore, vel odio hoc prætermissuros, & illos, si noluerint, ad sacramentum distringemus, & quod ipsi laudaverint eis in alium statum transmutare per bonam fidem prohibebimus, quod si discordaverint in eligendis prædictis hominibus, nos eligemus, & jurare distringemus. In Roma & ab ipsa Roma usque ad Papiam nullum ripaticum dabunt in eis mercatis, & locis, ubi isti soliti sunt ire, & suos, aut se jam ad mercandum ivisse possunt ratione probare, & illi negociatores, qui ad Pisam ire voluerunt, non prohibebuntur. Nec marchionem aliquem in Tuscia mittemus, sine laudatione hominum duodecim electorum in colloquio facto sonantibus campanis, a fauce Arni usque ad Ripaltam eos euntes, & revertentes per Arnum prædari, aut assaltum facere non permittemus, nisi fortasse per meritum. Aldium, quod est in ripa Arni ex utraque parte a mari usque ad Orticariam non sinemus impediri ultra muros antiquos civitatis & ab antiquis muris usque ad Arnum ad communem utilitatem liberabimus. Nec domum in prædictis terminis elevari usque ad triginta sex brachia interdici permittemus. Et ut hoc firmum, & inconvulsum sit, hanc chartam scribi jussimus, quam nostra manu, ut infra videtur, corroboratam sigilli nostri impressione fecimus insigniri. Injunximus etiam, ut si aliqua navis fuerit retenta a Cajeta usque ad Luni, nullus audeat deprædari, neque invadere bona ipsorum Pisanorum; si quis autem hujus præcepti nostri violator extiterit, sciat se ducentas libras auri optimi compositurum medietatem nostræ Cameræ, & medietatem illi, cui fit injuria.

Signum D. Henrici IV. Reg. invictiss.

Burchardus Cancellarius vice Sigerini Archicanc. recognovi.

Anno Dominicæ Incarn. millesimo octuagesimo primo, indict. 4.

Datum Pisis, anno autem ordinationis Domini Henrici IV. Regis vigesimi quarti, regni 26. Actum feliciter in Christi nomine, Amen.

Post

Post Num. II. pag. 1045.

Breve Alexandri III. Pontif. Max. in quo limites inter Florentinos atque Senenses constitutos confirmat, d. d. 16. Kal. Junii, An. 1170.

ALexander Episcopus, servus servorum Dei, dilecto Filio Gunteramo Senarum electo. Pontifex hic in sequenti Bulla, quæ in Reformationum Archivio folio 78. veteris Caleffi habetur, Senensis Episcopatus terminos describens ita ait. Alexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis Filiis Consulibus, & Populo Senensi Salutem & Apostolicam benedictionem. Ex tenore publici instrumenti Nobis exhibiti, & relatione dilecti Filii Nostri, Plebani Sanctæ Agnetis, plenius intelleximus, quod in compositione pacis vestræ, & Florentinorum, iidem Florentini Ecclesiæ, & Civitati Vestræ resignaverunt, quicquid infra terminos Episcopatus vestri continetur, & resignationem suam juramentis, & instrumentis publicis roborarunt. Ut autem de terminis inter vos, & eos contentio in posterum nequeat suscitari, ipsos vobis auctoritate Apostolica confirmari, ut constanter, & sollicite postulastis, quos duximus propriis vocabulis exprimendos; Vallem Sen. stratam Poce, montem Bifunutum, Astragum de Cagnano, ubi fuit Ecclesia S. Damiani. Gallianum Castellum Pinungum. Fossatum de Bolsano. Pelagus Stregai. Prunum de Campo Fatoli. Podium S. Mariæ. Pium Ferreum. Bucone Georgii. In Ciparello duos terminos, unum juxta Ecclesiam, alium prope Domum Filiorum Malaren. & terminos Plebis S. Agnetis, videlicet Donicatum in Cispiano quondam Sesti. Rivum Joannis, qui currit ad pedes Mortennani, & Donichatum ipsius Plebis in Villole. Domum quondam Filii Leoli in monte, ut fuit cornus fontem in strata & terminos supra designatos in Ciparello, Valle Senense, & stratam Poci, & Plebem Sanctæ Agnetis in Podio Bonizi cum Populo ejusdem Plebis rebus aliis assignatis.

Nos itaque vestris justis postulationibus benignius inclinati, & de Concordia Vestra gavisi compositione inter vos & Florentinos de assensu Partium, consentientibus Venerabili Fratre Nostro, Florentino Episcopo, & dilecto Filio Senens. electo facta, & juramentis & cartis hinc inde firmata, & recepta inter vos supradictos, & quicquid intra se consistit. sicut Instrumentis publicis continetur, Ecclesiæ, & Civitati Vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, & præsenti scripto patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam Nostram confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Data Laterani XVI. Kalend. Junii.

Ego Joannes Judex exemplar sicuti vidi in privilegio, ita fideliter scripsi, nec plus, nec minus superimposui.

Post Num. X. p. 1062.

Breve Innocentii III. Pontif. Max. in quo Tusciæ Priorem Rectoresque in Sedis Apostolicæ fidem atque clientelam cepit, de An. 120-.

INnocentius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis Filiis Priori & Rectoribus Tusciæ & Ducatus salutem &c. Sicut universitatis conditor Deus duo magna luminaria in firmamento cœli constituit, luminare majus, ut præesset diei, luminare minus, ut nocti præesset, sic ad firmamentum universalis Ecclesiæ, quæ cœli nomine nuncupatur, duas magnas instituit dignitates, majorem, quæ quasi diebus, animabus præesset, & minorem, quæ quasi noctibus præesset corporibus, quæ sunt Pontificalis auctoritas & regalis potestas. Porro sicut Luna lumen suum a Sole sortitur, quæ revera minor est illo quantitate simul & qualitate, situ pariter & effectu, sic regalis potestas ab auctoritate Pontificali suæ sortitur dignitatis splendorem; cujus conspectui quanto magis inhæret, tanto minori lumine decoratur, & quo plus ab ejus elongatur aspectu, eo plus proficit in splendore. Utraque vero potestas, seu primatus sedem in Italia meruit obtinere, quæ dispositione divina super universas provincias obtinuit principatum. Et ideo licet ad universas provincias Nostræ provisionis aciem extendere debeamus, specialiter tamen Italiæ paterna Nos convenit solicitudine providere, in qua Christianæ religionis fundamentum existit, & per Apostolicæ Sedis primatum sacerdotii simul & regni præeminet principatus. Hujus autem provisionis officium laudabiliter exercemus, si per Nostræ solicitudinis studium procuramus, ne filii fiant servi, neque minores a majoribus opprimantur; ut servata moderaminis æquitate, sic isti serviant quod illi non sæviant, ut nec isti subesse contemnant, nec illi contendant præesse. Volentes ergo vos, tanquam speciales filios, Apostolicæ protectionis brachiis amplexari firmum gerimus in deliberatione nostra propositum, ad divini nominis gloriam, & Apostolicæ Sedis honorem, quantum cum nostra possumus honestate, vobis adversus oppressionis incursum & gravaminis insolentiam nostrum patrocinium exhibere, quatenus per Apostolicæ protectionis auxilium in debito statu perseverare possitis, & inita jam concordia semper inter vos de bono in melius perseveret; sperantes & pro certo tenentes, quod vos Nobis & Ecclesiæ Romanæ gra-

gratum semper devotionis & fidei debeatis obsequium impertiri; ut dum vos a Nobis protectionis patrocinium susceperitis, & nos a vobis devotionis obsequium receperimus, utrinque grata debeat utilitas procurari. Monemus igitur universitatem vestram & exhortamur in Domino, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus certam & firmam de nobis fiduciam obtinentes, qui, sicut Apostolicæ convenit gravitati, plus facere, quam promittere vobis intendimus, ea semper agere studeatis, quæ ad honorem & profectum Ecclesiæ Romanæ proveniant, ut merito debeatis ipsius favoris dextera communiri.

Post Num. X. pag. 1062.

Sententia de quibusdam controversiis, quæ inter Januenses atque Pisanos Accone agitabantur, lata, d. d. 2. Idus April. An. 1212.

ALbertus Dei gratia Patriarcha Jerosolymitanus, Gualterus Episcopus Acconensis, & Andreas Vicecomes Venetorum in perpetuum. Cum inter Simonem Rufferium, Vicecomitem Januensium in Accon. nomine sui communis, & Bonacurtium Anselmeti Consulem Pisanorum in Accon. nomine similiter sui communis, controversia verteretur super Burgesia Agnetis Gastaldi, quam prædictus Vicecomes dicebat ad commune Januæ pertinere ratione domi quam in Ruga S. Laurentii tenebat ad censum a dicto communi. Præfatus vero Bonacurtius dicebat commune Januæ nihil posse petere a jam dicta Agnate præter solum censum, quem in ipsa domo habebat, nec aliud in ipsa domo a longissimis retro temporibus habuisse. Placuit utrique parti committere Nobis causam ipsam nostro judicio terminandam. Postea vero cum de compositione inter eos concorditer & amicabiliter facienda cum utraque parte tractatum frequenter habuissemus, de unanimi ipsarum partium consensu in hunc modum fuit pacifice controversia ista sopita. Videlicet quod prædictus Vicecomes cum juratis curiæ suæ nomine sui communis remisit omnem offensam, & jura, quæ habere poterat adversus prædictam Agnetem pro eo, quod vocata ab ipso Vicecomite noluerat venire ad eum, & quia vendiderat partem domus suæ sine licentia ipsius Vicecomitis, & juratorum suorum, sicut dicebat, venditionem vero prædictæ domus confirmavit Lucensi uxori quondam Bartholomæi de Dominis, ut eam de concessione sua habere debeat ipsa Lucensis sub censu dimidii Bisantii prædicto Vicecomiti singulis annis præstando. Residuo vero censu integraliter a prædicta Agnete solvendo, ita scilicet ut census X. bisan. qui ex domo, quæ sibi communis est, & Filiis Uberti de Maria consanguineis suis debetur, computato prædicto dimidio bisan. compleatur. Ipsæ vero Agnes, & Lucensis pro memoratis domibus suis præfato Vicecomiti & suæ curiæ de Burgesia, sicut cæteri Burgenses, de cætero respondebunt. Præterea ipse Vicecomes & jurati suæ curiæ juraverunt, quod bona fide, & sine fraude tractabunt eas in causis & negotiis quæ coram eis fuerint habituræ, servantes eis justitiam suam juxta consuetudinem curiæ suæ, nec aliquid fraudulenter machinabuntur in detrimentum juris earum. Si tamen aliquod privilegium de libertate domorum istarum, non obstante ista conventione, vires suas obtineant, quas debent habere. Facta est hæc compositio a prædicto Bonacurtio Consule Pisanorum de assensu Simonis Chimicosi, & Burgundii de Bandino & Sanuti, & Loterii Bubei, ac Moronei, & aliorum Pisanorum. Item ex alia parte facta est a prædicto Simone Vicecomite de assensu Jacobi Mallonis & Othonis de Insulis, Consulum Januensium, & Marini de Bulgaro, & Guillelmi Buscæ, ac Rubaldi de Castello, & aliorum Januensium, ii sunt jurati curiæ Januensis, qui prædictum juramentum fecerunt, magister Otho Fulcherius, Jacobus de Angla, Obertus Astalibeta, Jacobus de Roduan. Ut autem hæc perpetuæ memoriæ obtineat firmamentum, nos Patriarcha & Episcopus huic paginæ fecimus nostras plumbeas bullas apponi, & ego Andreas Vicecomes eandem sigillo meo cera impresso muniri.

Datum Accon. in palatio Episcopali anno Incarnationis Domini MCCXII. II. Idus Aprilis, Indictione XV.

Post Num. XI. pag. 1062.

Innocentii IV. Pontif. Max. Breve ad Potestatem, Consilium atque Commune Florentinum, de pace perpetua inter Guelphos atque Gibellinos in Etruria facienda, conscriptum, d. d. 7. Kal. Sept. An. 1252.

INnocentius Episcopus servus servorum Dei, Potestati, consilio & communi Florentino. Inter omnia nostræ sollicitudinis studia hoc novimus esse præcipuum, ut inter discordes, quos idem Christiani nominis titulus, & ejusdem fidei professio consortes efficit, pacis consilia cogitemus; scimus enim quod non in pace veneratione congrua non colitur pacis auctor, per dissensiones & schismata populorum fidei religio deficit, morum pervertitur disciplina, & salus non proficit animarum. Ideoque nos, qui tam remotos, quam proximos desideramus, invicem esse pacificos, inter illos præcipue reconciliationis spiritum suscitare

tare debemus, in quorum commotionibus Romanæ Ecclesiæ turbatur ex vicinitate tranquillitas, & ex compassione charitatis ejus viscera quo maternius eo amarius commoventur. Sane postquam ad partes istas redivimus de partibus Gallicanis circumspicientes provinciam Tusciæ laceris in se ipsa partibus fluctuare, ac in ipsa effrænem ferri & debacchari licentiam, & mutuo populos ejus furore collidi, infremuimus quidem spiritu & vehementer super his dolore pulsare cor nostrum sensimus & ad excogitanda remedia, quibus mala ingruentia sopirentur, nos, & fratres nostri apposuimus intentius mentes nostras. Et ut nobis communiter mediantibus exclusa tristium peste bellorum desiderabilis pacis jucunditas proveniret, ad præsentiam nostram partes curavimus evocari discordes, ut per idoneas personas sufficientes ad consummationem negotii mandatum procuratorium afferentes coram nobis salubribus communis concordiæ tractatibus interessent, Ecclesiæ pariturae consiliis & mandatis in unum fœdus amoris ejusdem provinciæ populos, quos inimicus homo per schismata, seditionesque disjunxerat, maternis affectibus conjungere gestientis. Verum secreto divinæ commotionis, ut credimus, permittente Judicio, quia forsitan nondum condigna vexatio auditui reddiderat intellectum, nec ad purum fæces examinaverat peccatorum, clausis auribus vocem nostram audire vocati, & verbum pacis contumaci spiritu respuentes aliquos, qui salutaria oris nostri verba reciperent, ad sedem Apostolicam mittere contempserunt. Cumque partes ipsæ dudum adversus se in partibus Montaræ conflarent hostiliter vires suas, & castris altrinsecus in conspicuo positis ad discrimen certaminis iram cominus colligerent animorum, audivit, & horruit Mater Ecclesia, & satagens occurrere tot stragibus corporum, tot animarum exitiis, quæ poterant evenire, & confidens, quod ad pacis propositum, incursa forte utrisque malorum utrinque imminentium formidine, ipsius studia juvarentur, institit, & illuc protinus dilectis filiis R. Sancti Angeli, & J. S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. celebribus quidem Ecclesiæ Dei membris, de latere nostro missis, pacem discordibus nunciavit. Sed lege peccati obtemperare nescia rationi, utramque partem ne sanis consiliis, salubribus monitis, & paternis intenderent jussibus, obfirmante, spreti sunt hinc & inde tanti pacis angeli, qui non invenientes super quos requiesceret pax ipsorum, nullum sui fructum laboris præter piæ intentionis meritum retulerunt. Quot autem mala passa fuit hæc instantiæ nostræ repulsa, postquam fuerit subsecuta, quæ quidem nostræ diligentiæ remedia exclusissent, si contempta non essent, effusus sanguis, quem de terra clamare in cœlum credimus contra eos, qui suis consiliis nostra & fratrum nostrorum pacis studia dissiparunt, compeditorum gemitus æterni Tribunal Judicis in eos utique commovens, qui malignis bellorum suggestionibus dissolvi captivitatis suæ vincula non permittunt, & ad ultimum regionis mœror crebris depopulationibus deformatæ, labores inanes, & sumptus steriles protestantur. Sed inconsultus calor iracundiæ furiis provocatus, odiorum agitatus impulsibus etiam ab iis, qui patiuntur hæc, sentiri non possunt, quia dum vincendi, vel ulciscendi cupiditas per improvisa trahit præcipita irritatos, non auditur pater salubriter revocans, nec mater agnoscitur ostendens pereuntibus ubera pietatis. Sed utroque calcato, quod bellicus furor suggerit, hoc prosequendi temeritas sanum censet. Porro si alterutri decertantium successus Martis interdum arrideat, non debet is in securitatis jactantiam, donec finalis belli restat eventus, efferri, & pacis mediatorem excludere, ut irrevincibilis triumphator. Pendet enim adhuc volubilis fortuna certaminis, nec cum suis dedit fidem muneribus, ut non debeant revocari & in ejus retorqueri sinum, qui de his æmulo invidebat. Ludit siquidem desuper in rebus humanis invisibilis speculator, dum eo permittente, vel occulto disponente judicio vincitur, & vincit ab altero revictus uterque, ac tandem præter spem, qui vicerat, superatur, pro eo, quod juxta sapientis eloquium: Non est fortium bellum, cum casus & tempus in omnibus inopinabilia operentur. Si vero alterutrum obmilitantium casus fortasse depresserit, ut adversarius in aliquibus inferior videatur, is procul dubio interdum sibi deterius consulit, quando de casu insurgere satagit continuo in victorem, & vires ad reparationem status proprii opportunas in ultionem stantis adversarii properus reluctator expendit, cum tempora fatigatum refovendi vigorem præcedere oporteat tempora vindicandi, & sæpe contingat, quod qui propriam ignominiam nimis animose prosequitur, graviores ulciscendi causas incurrit. Sane propter præmissas tam verborum nostrorum, quam Cardinalium prædictorum repulsas forte fuerat de salubribus repellentium medicationibus desistendum; sed improbus est circa filios, & irrevincibilis paternæ pietatis affectus, ab eorum redargutionibus & obsecrationibus & increpationibus importunis desistere nesciens, donec se in consilia referant meliora & morbi cesset pernicies, quæ dormire in nobis vigilem sollicitudinem non permittit, sed ira nos urget assidue. Quod si aliarum rerum necessaria occupatio, & inevitabilis pateretur, non pigeret nos corporaliter in medias partes instantis exterminii, quod indubium concertantium periculum imminet, prosilire, ut adversas provinciæ hujusmodi parietes mutuæ in nobis, immo in Christo, reconciliationis fœdere jungeremus. Sed fere idem vel tantumdem providimus faciendum, eas videlicet ad hoc mittendo lateris nostri partes, in quibus erga vos, & salutis vestræ causam fervor nostræ intentionis patenter eluceat, ac per operis, sermonisque potentiam, compensatione non minima præsentiæ nostræ in illis

illis auctoritas sentiatur. Ecce igitur venerabilem fratrem Albanensem Episcopum, & dilectum filium Guillelmum Sancti Eustachii Diaconum, Cardinales nostros, magna utique ac insignia Ecclesiæ Dei membra, licet eorum præsentia carere ad præsens sine molestia non possimus, tamen nostris vestra commoda præferentes, ad partes vestras in pacis pulchritudine reparandas, de fratrum nostrorum consilio destinamus, totis eosdem affectibus, & plenis desideriis ad commissum eis communis boni negotium consequendum. Quocirca Universitatem vestram rogamus, monemus & hortamur attente, ac in remissionem vobis injungimus peccatorum, quatenus parcentes vobis ipsis, & patriæ miserentes, vestros velitis providis consiliis temperare calores, & super pacis negotio, & statu provinciæ reformandis, eorum velitis filialiter suscipere monita, exaudire consilia, mandatis, ac jussionibus obedire, ita quod non videamini mortem potius, quam salutem affectare communem, & vestra Mater Ecclesia vos, tamquam benevolos filios, ob hoc specialiter intimæ charitatis brachiis amplexetur. Alioquin cœlum terram & contra rebelles luminis in testimonium invocabimus; quod si sponte per eundem eligitis, mundæ erunt a vestro sanguine manus nostræ, & vos apud Deum, & homines non solum malorum vestrorum, sed nostrarum super vos rei eritis lachrymarum. Nos quoque sententias, quas idem Episcopus, & Cardinales tulerint in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, alias contra pertinacium duritiam confringendam nihilominus processuri. Datum Perusii septimo Kalendas Septembris, anno decimo.

Post Num. XX. pag. 1082.

Tabula Pacis inter Venetiarum & Florentiæ Communitates ex una; atque Mastinum & Albertum, Fratres de la Scala, ex altera parte composita, d. d. 24. Januar. An. 1338.

IN Nomine Domini. Quoniam discordia, & bellum variis de causis, gravaminibus, offensis, injuriis, & novitatibus ortum est, ut gestum inter Communitates Venetiarum, & Florentiæ ex una parte; & Magnificos & potentes Dominos Albertum & Mastinum de la Scala fratres, urbis Veronæ Dominos Generales ex altera; & dictæ partes Deum præ oculis habentes; considerantesque pericula, damna, expensas, onera, destructiones, cædes & perditiones corporum & animarum, ac suorum agrorum, & bonorum dissipationes, quæ hucusque contigerunt & imposterum contingere possent per discordiam, & bellum præsens, inclinarunt animos suos ad pacem, & quietem, reformationem, & pulchritudinem, atque ad disquisitionem & compositionem ejus; speciales, ac solemnes personas, Procuratores, & Syndicos præcipue ordinarunt & miserunt. Post solemnes & maturas collationes, & consultationes de ea re habitas; sapientes ac discreti viri D. Nicolaus Pistorinus, Cancellarius Ducalis Palatii Venetiarum, Syndicus, Actor & Procurator Illustris ac Magnifici D. Francisci Dandoli, Dei gratia inclyti Venetiarum Ducis ejusque Consilii & Communitatis ad infrascripta solemniter, ac specialiter constitutus, ut constat ex publico instrumento scripto per me Jacobum infrascriptum An. Incarnationis Domini nostri MCCCXXXVIII. Indictione septima, die XXIX. Decembris; & discreti viri Cyprianus Lipezo, Gerardinus de Giovannis & Diotisece, & Michael Notarius Civis Florentiæ, Procuratores & Syndici Prætoris, Prioris, Vexilliferi Artium, & Justitiæ, & Consilii, Communitatis, & urbis Florentiæ, ut constat ex instrumento Syndicatus scripto per Fulcium Antonii de Bonsignore notarium Imperialem. An. Incarnationis Dni MCCCXXXVIII. Indictione septima, die duodecima Januarii, per me Notarium visum & lectum, ex una parte; & Providus vir, Franciscus, Medicinæ Doctor, Filius Gabrielis de Rugolino, Procurator & Legatus Magnifici & Potentis Mastini de la Scala prædicti, ac ab illo Mastino pro se & pro Alberto ejus fratre ad infrascripta omnia, & singula illorum specialiter & solemniter constitutus, ut constat ex instrumento publico scripto per manum Amadei filii Gregorii de Campiello, Notarii Anno Domini MCCCXXXVIII. die Sabbathi, decima Octobris, viso & lecto, ex altera parte; nomine prædictorum pure, voluntarie & unanimiter, omnique alio modo, & forma, quibus optime & efficacissime potuerunt & possunt, componunt inter dictos veram, legalem, puramque pacem, concordiam & bonam voluntatem, perpetuo & firmiter tenendam inter illas partes, gentes, terras suas & quamlibet earum, omnium & singularum, sublatis omnibus & singulis litibus, discordiis, bellis, injuriis, offensis, damnis, extorsionibus, rebellionibus, occupationibus, captionibus & dissensionibus quocumque modo, & causa excitatis, factis, datis & receptis ab utraque parte, & inter eas partes, quacumque ratione & occasione, sive per bella, & discordias antedictas, sive per quamlibet aliam causam usque ad præsentem diem.

Ad honorem Dei, gloriosæque matris virginis Mariæ, Sancti Joannis Baptistæ, & Sancti Zenonis Episcopi, totiusque Aulæ cœlestis, inita & sancita, promissa & firmata, pacta & conditiones, modi, capita sequentis tenoris.

Primo, dictus Franciscus Procurator prædictorum Dominorum Mastini & Alberti de la Scala, teneatur libere & expedite remittere Communitati Florentiæ Dominium, possessionem & potestatem terrarum, & arcium infrascriptarum, Pesciani nempe, Bugiani, Collis & Altipassi, loca Communitatis & districtus Lucæ, cum eorum districtibus, vicis, fortalitiis, jurisdictionibus ac pertinentiis eorum; quibus dicti

dicti Syndici, & Procuratores Communitatis Florentiæ acquiescunt. (Et hæc est substantia dicti capitis, licet multis se extendat verbis quoad jurisdictionem, & personas in illis commorantes.)

Item, antedictus Franciscus procurator & Syndicus D. Mastini, & Alberti de la Scala, urbem Tarvisii cum omnibus Castellis, & fortalitiis, possessis à D. Mastino, & Alberto in dicta urbe, & in toto ejus tractu, & districtu, toties oblatis antedicto Duci & Communitati Venetiarum, omniaque jura, quæ ullo modo illuc spectant, & pertinent, vel quæ competere possint dictæ urbi, Castellis, locis, & jurisdictioni urbis illius & districtus, dat, tradit & cedit, libereque, ac expedite relinquit prænominatis Duci, & Communitati Venetiarum, ita ut locis nominatis à Brenta versus Territorium Tarvisii, hoc est à Bassano, prædicti Domini de la Scala imposterum sese ingerere, vel intromittere non possint.

Item, Arcem Castelbaldi cum pertinentiis suis & Territorium ad Athesin versus districtum Patavinum, uti teneri solebat per D. Canem Grandem de la Scala, libere & expedite relinquatur præfato Duci & Communitati Venetiarum; Pons insuper, & Catena Athesi impositi auferantur, nec umquam eo in loco reponi possint: & Turris ad alteram Athesis ripam prorsus destruatur.

Item, prædicti D. Mastinus, & Albertus debent relinquere libere & expedite, ut & relinquunt, & concedunt Castellum, terram, & fortalitium Bassani cum districtu suo, pertinentiis, & jurisdictionibus, prænominatis Duci & Communitati Venetiarum, de quo disponere possint pro suo libitu.

Item, dicti Domini de la Scala & Communitas Veronæ debent permittere transitum aquæ Padi liberum, & patentem omnibus mercatoribus, navibusque, euntibus, ac redeuntibus per dictum flumen, nec aliquid innovare circa transitum Padi apud Hosteglam, vel in quodam alio loco.

Item, pacta antiqua inter Communitatem Venetiarum & Vicentiæ integre observari debent.

Item, Magnificus Eques Ubertinus de Carraria, Dux, & Dominus Generalis urbis Patavii & Communitas, atque incolæ illius cum Castello Bassani & Castelbaldi recens concessis communitati Venetiarum, & omnia alia Castella, terræ, loca, & Communitates Territorii Patavii sint, & intelligantur inclusa præsenti huic paci.

Item D. Albertus & Mastinus prædicti remaneant & sint liberi Domini urbium Veronæ, Vicentiæ, & Parmæ earumque districtuum exceptis Locis Rossarum & Amicorum in hac pace contentis; similiter Civitas Lucæ cum districtu suo remaneat in manibus, & potestate antedictorum Mastini & Alberti, exceptis Locis, & Castellis iis, quæ Communitati Florentiæ tradenda.

Item, Excellens Princeps Carolus, Rex Bohemiæ, primogenitus, & Dominus Joannes Dux Carinthiæ, ejus frater, qui in fœdere, & unione fuere cum dictis Communitatibus Venetiarum & Florentiæ, includantur, ac inserantur prædictæ paci, & concordiæ una cum urbibus Feltro, Belluno, & omnibus suis Castellis, districtibusque.

Item, Azzo Visconte, urbis Mediolani Dominus, D. Obizzo & Nicolaus Marchiones ab Este, Domini Generales urbium Ferrariæ & Mutinæ, D. Aloysius de Gonzaga, & filii, Domini Civitatis Mantuæ, & Rezii, D. Hostasius de Polenta, Dominus urbis Ravennæ, & Cerviæ & Sicchus de Caldazzo Fratres, & nepotes cum eorum urbibus & districtibus earum, includantur & intelligantur inclusi præsenti pace.

Acta, & sancita in urbe Venetiarum in Ecclesia coram altari Evangelistæ Sancti Marci anno Domini M. CCC XXX VIII. Indictione septima, die XXIV. Januarii præsentis; & stipulatum fuit instrumentum per Jacobum, Joannis filium, publicum notarium ad prædicta rogatum.

Post Num. XXII. pag. 1087.

Caroli IV. Rom. Imperatoris Privilegium, quod Senarum Civitati, quæ tunc temporis excellens atque insigne S. R. Imp. membrum erat, indulsit, d. d. 17. Kal. Sept. An. 1357.

IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus IV. divina favente clementia, Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Veneranda virtutum magistra, rectrix morum, & recta humanæ conversationis imbutrix, sacrarum legum & canonum, ac liberalium artium preciosa scientia, quam pestilentis pridem mortalitatis rabies per ampla orbis climata suffocavit, ipso sui silentio ad nos clamat, & invocat tacite nomen nostrum, ut ad relevandum ipsius prostratæ lapsum Imperialis ei dexteram potentiæ porrigamus. Nos igitur cunctarum urbium, & totius orbis, cujus nobis Monarchia, licet immeritis, cœlitus est commissa, decus, & gloriam in personis prudentibus literarum notitia gloriosa præclarum relucere singulariter agnoscentes, ad supplicationem duodecim pro Majestate nostra Imperiali vicariorum generalium, nec non concilii, populi, & communis civitatis, comitatus & districtus Senarum, nostrorum, & Sacri Imperii fidelium dilectorum, per religiosos Anthymum de Ugorageriis, lectorem Paduæ & Petrum Francisci de Senis, ordinis fratrum Minorum, ambasciatores ipsorum devotos nobis dilectos, Majestati nostræ tam humiliter quam sapienter oblatam in eadem civitate nostra Senarum, quæ Sacri Imperii excellens insigneq; membrum existit, studium, quod ibidem hactenus viguisse, sed his temporibus, permissu Dei, aliqualiter obscuratum esse dignoscitur, in lucem decernimus erigere redivivam, ut ad Sacri splendorem Imperii cæterarum fiat urbium speculum, & lucerna, qua remotæ orbis

orbis tenebræ variarum scientiarum radiis illustrentur. Hinc est, quod præfatæ civitati Senarum, & ejus communi generali perpetuum, atque gloriosum studii generalis privilegium auctoritate Cæsarea damus & concedimus liberalitate munifica, tenore præsentium, ex certa scientia, ac donamus, decernentes, ac edicto Cæsareo præsenti valituro perpetuo de Imperialis potestatis plenitudine statuentes, ut in ipsa civitate Senarum studium perpetuo sit, & habeatur in Jure Civili ac Canonico, & Medicina, Philosophia, Logica, Grammatica, & quavis alia facultate, possintque omnes & singuli doctores, & magistri per commune Senense ordinandi, & deputandi in civitate prædicta Senensi, utpote in studio generali solemniter, & publice in memoratis facultatibus legere, & docere, etiam una cum aliis ad subscripta per superiorem ipsius studii evocandis scholares benemeritos licentiandi, & honorem Cathedræ, & alia doctoratus insignia ipsis solemniter concedendi plenam habeant hac nostra freti concessione Imperatoria, & liberam potestatem. Superiorem vero hoc casu Senensem Episcopum debere intelligi declaramus, qui præmissa per se, vel alium exerceat, dum nullo impedimento fuerit præpeditus. Vacante vero Episcopali sede, vel Episcopo ipso quomodolibet impedito capitulum Senensis Ecclesiæ plenam, & omnimodam exercendi præfata omnia, & singula obtineat facultatem. Cæterum, ut scholares, & studentes in dicta Civitate Senensi tanto valeant studio vacare liberius, quanto à quarumlibet molestiarum impetu liberati uberiori fuerint libertate de Imperiali liberalitate fulciti, de innata nobis clementia rectores, doctores, scholares, seu studentes studii Senensis prædicti, eorumque universos, & singulos familiares, & ministros, nec non domus, & scholas in nostram & Sacri Romani Imperii protectionem & tutelam, ac defensionem recipimus specialem, eosque omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, gratiis, immunitatibus & indultis, quibus aliorum generalium studiorum Rectores, Doctores, scholares, seu studentes, eorumque ministri, domus, & scholæ divorum Imperatorum, & Regum Romanorum prædecessorum nostrorum largiflua concessione, seu laudabilium consuetudinum inductione frui & gaudere sunt soliti, de plenitudine nostræ potestatis Cæsareæ, ex certa scientia, uti, perfrui decernimus ac statuimus perpetuis temporibus gaudere. Præterea studii Senensis jam dicti incrementa felicia ferventius affectantes & longinquarum incolas regionum ad ejus allicere cupientes accessum, universos, & singulos Clericos, & Laicos, seu scholares, cujuscunque conditionis, ordinis, aut status existant, ad præfatam civitatem Senensem, causa studiorum futuris temporibus accedentes in accessu ad eam, & in recessu ab ipsa, à quibuslibet datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, & oneribus, quocumque nomine censeantur, ex certa scientia eximimus, & auctoritate Imperatoria liberamus, & una cum familiis, equitaturis, arnisiis, lensiis, vallisiis, & rebus suis omnibus liberos esse decernimus, & de Imperialis potestatis plenitudine exemptos. Mandantes universis, & singulis vicariis, capitaneis, antianis, potestatibus, rectoribus, gubernatoribus, communibus, universitatibus & officialibus, ac fidelibus nostris, & Sacri Imperii firmiter & districte, quatenus contra præsentis nostri Imperialis indulti tenorem scholares, seu studentes hujusmodi molestare, vel inquietare non audeant, seu quomodolibet perturbare sub pœna subscripta, ac etiam Imperialis banni, quam omnes & singuli scienter contrafacientes, nisi congrue satisfaciant infra mensem, toties, quoties contrafecerint, se noverint usque ad satisfactionem condignam irremissibiliter incursuros. Ne autem sub habitu & nomine studentium a mercatoribus, vel aliis fraus in præmissis valeat exerceri, volumus in hac parte accedentium ad jam dictam civitatem assertioni, seu juramento credatur, si illud, qualitate personarum attenta, visum fuerit exigendum. Recedentes vero literas testimoniales Episcopi Senensis, vel Rectoris universitatis studii supradicti recipiant, quibus hoc casu volumus fidem plenariam adhiberi. Verum quia parum prodest, libertates concedere, nisi sit, qui tueatur easdem, Senensis Episcopus, qui est, & qui fuerit pro tempore, omnium & singulorum privilegiorum, libertatum, & immunitatum, ac exemptionum studii supradicti conservatorem constituimus, eique plenam damus, & liberam potestatem, ea conservandi, tuendi & exequendi, ac in rebelles, & molestatores studii & studentium prædictorum animadvertendi, pœnas, quas virtute præsentium, vel etiam secundum leges & canones, seu statuta locorum meruerint, exigente ipsorum contumacia, ratione prævia declarandi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Imperialis Majestatis paginam infringere, vel ei quovis ausu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem contrarium attentare præsumpserit, indignationem nostram & pœnam centum marcharum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Imperiali ærario, sive fisco, & reliquam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicandas.

Signum Sereniss. roli IV. Roman. riosiss. Bohemiæ	(L. S.)	*Principis & D.D. Caroli Imp. invictiss. & glo- Regis.*

Testes hujus rei sunt:

Venerab. Arnestus Archiepiscopus Pragensis, Theodoricus Mindensis, & Joannes Blisincensis Episcopi, nec non Illustres Petrus Borboniensis, Conradus Olesnensis, Henricus Magnopolnensis, Pizienko Bessehenen. Duces, nec non spectabiles Burgardus Burggravius Magdeburgensis, Magister curiæ Imperialis, Albertus de Annhalt, Otho de Fürstembergh, & Joannes de Reuz ac Fezeusimo, Fevezius de Prato Comites

milites & nobiles Willelmus de Strakonvitz, Joannes Dacus, & Ulricus, fratres Rossembergh, Rodulphus de Varta, Simeo Lepus de Hassembergh, & Hasco de Zuvierzet, Magistri Cameræ nostræ Imperialis, Henricus Bavarus de Pobardia, & complures alii fide digni; præsentium etiam sub bulla aurea Typario nostræ Imperialis Majestatis impresso testimonio literarum.

Datum Pragæ anno Domini 1357. Indictione decima, 17. Kalendas Septemb. Regnorum Nostrorum anno Romani XII. Bohemiæ XI. Imperii vero tertio.

Post Num. XXII. pag. 1087.

Diploma Caroli IV. Roman. Imperatoris, in quo Petrum, Episcopum Florentinum, non solum Sac. Roman. Imp. Principis Axiomate, Juribusque ac Privilegiis inde pendentibus donavit atque condecoravit; verum etiam ei, inter alia Privilegia, omnes in tota Tuscia causas, tam criminales, quam civiles, nec non Appellationum, quæ ad curiam Imperialem essent deferendæ, recipiendi, audiendi, examinandi, ac fine debito terminandi, liberam integramque potestatem concessit, d. d. 4. Non. Januar. An. 1364.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus Quartus, Divina favente clementia, Romanorum Imperator & semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Venerab. Petro Episcopo Florentino, suo, & Imperii Sacri Principi, & devoto dilecto gratiam suam & omne bonum. Tunc Romanum exaltatur Imperium, tunc nostra gloria sublimatur, cum bonorum gratia a Deo Nobis tributa feliciter in benemeritis per radios propagamus, & eos potissime dignos honoribus & donis Imperialibus arbitramur, quos grandia virtutum suarum merita claros reddunt. Hac itaque consideratione Imperiali largitate benignius inclinati, te per sanctissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum, Dominum Urbanum summum Pontificem in Ecclesiæ Romanæ legationibus nuper ad nostri culminis missum præsentiam, quam nobis fidei, atque devotionis constantiam, & alia virtuosa insignia gratum reddunt, volentes illis gratiis insignire, quibus valeas aliis te reddere gratiosum, Tibi & successoribus tuis, quos nostros & Sacri Romani Imperii Principes fore declaramus, & de novo constituimus, & facimus, & honoribus, & dignitatibus omnibus Imperialium Principum communibus & gaudere decernimus, ut omnia libere, & exercere, & uti possitis, quæ requirit supradicta dignitas Principatus, auctoritate nostra Imperiali committimus, & concedimus per præsentes, quod in tota Tuscia causas omnes criminales, & civiles, quæ inter quoscumque vertentur, nec non causas appellationis quorumlibet, quæ ad nostram curiam deferendæ essent, recipere, audire, & examinare possis, & fine debito terminare, easque & earum quamlibet uni, & pluribus, sicut vobis placuerit, delegare possitis: potestatem etiam tibi, tuisque successoribus concedimus auctoritate Imperiali, quod possitis per totum Romanum Imperium judices, tabelliones, & notarios publicos constituere, ordinare, facere, & creare, a quibus recipere debeatis nostro nomine, ac Sacri Imperii fidelitatis, & de dicto officio exercendo fideliter consuetum, & debitum sacramentum; tutores, curatores, mandualdos dare in casibus opportunis, naturales filios, spurios, nothos, incestuosos, & manzores, sive adulterinos & etiam ex quocumque damnato coitu natos, legitimos constituere, ac legitimare & ad omnia legitima restituere, & prædictam genituræ maculam abolere, ut tanquam legitime & de legitimo matrimonio nati, in bonis paternis, & maternis propriis, & feudalibus, acquisitis, & acquirendis, ex testamento, ac ab intestato succedant, ut & tamquam de legitimo matrimonio editi & concepti, agnatis & cognatis parentum suorum, in quovis gradu constitutis agnati & cognati efficiantur, & reciproce ipsi sibi, & ad omnes actus publicos, & civiles, officia, & honores, si se causis ingesserint, admittantur, & in omnibus aliis suam exequi valeant actionem, objectione prolis illicitæ quiescente & non obstante aliqua lege, & illa potissime quæ legitimari spurios, & naturales, nothos, & incestuosos, & manzores, sive adulterinos, nisi ex certa scientia non permittit, ac aliis quibuscunque legibus, juribus, & constitutionibus adversantibus supradictis, vel alicui præmissorum, & specialiter non obstante *lege prima C. de naturalibus liberis, & §. ultimo coll. 7. in corpore authenticorum, quibus modis naturales efficiantur sui per totum.* Quibus & omnibus juribus, ac legibus contrariis, ex nunc ex certa scientia specialiter derogamus, & eas haberi volumus pro expressis. Libertatem quoque concedere & donare & eodem modo possis, & valeas, & successores tui jam dicti, quoscumque nobiles, & plebejos homines, milites facere, & ad militare decus honorabiliter promovere de nostra Imperiali plenitudine potestatis. Item quod familiares tui, & successorum tuorum impune deferre possint quæcumque arma offendibilia, & defendibilia per totum Romanum Imperium, & gaudeant illis privilegiis, & gratiis, & immunitatibus, quibus gaudent cæteri familiares Nostræ Imperatoriæ Majestatis. De quibus omnibus & singulis, te (memoratum) Episcopum Florentinum, nomine Ecclesiæ tuæ Florentinæ prædicta auctoritate nostra Imperiali de novo principaliter investimus, ita ut in omnibus, & singulis prædictis gratiis, honoribus, & dignitatibus tu, & successores tui exercere, uti & exequi valeatis per totum Romanum Imperium auctoritate nostra & Imperii libere, atque sine contradictione alicujus, augustali nostra providentia, & e- dicto

dicto perpetuo decernentes, ut nullus Princeps, Marchio, Dux, vel Comes, Baro, vel Miles, potestas, sive judex, vel alius quicumque subditus Imperii Sacri, etiamsi collegium, aut universitas, cujuscumque etiam status, gradus, præeminentiæ, vel dignitatis existant, vel fuerint, audeant, vel præsumant te, aut successores tuos in concessione hujusmodi Imperialis gratiæ molestare aut aliqualiter perturbare. Si quis autem contra tenorem præsentis indulti quicquam attentare præsumpserit, indignationem Nostram Imperialem & pœnam centum marcharum auri optimi componendarum se noverit incursurum, quarum medietas fisco Nostro Imperiali, reliqua medietas tibi, & tuæ Ecclesiæ, sive tuis successoribus veniat applicanda, quæ etiam tibi liceat à transgressoribus exigere & eam, quæ Nos, & Fiscum Nostrum contigerit, medietatem Nobis, seu Successoribus Nostris fideliter consignare, decernentes nihilominus ex tunc irritum, & inane, si secus à quoquam contra prædicta vel aliquid prædictorum quicquam fuerit attentatum.

Signum Sereniss. Principis, & D. D. Caroli IV. Roman. Imperat. Invictissimi, gloriosissimi Bohemiæ Regis. (L. S.)

Testes hujus rei sunt: Illustres Voldimar, Rex Daciæ; Rodulphus Dux Saxoniæ, Sacri Romani Imperii Archimarescellus, & Princeps Elector; Joannes Marchio Moraviæ; Venerabiles Arnestus, Archiepiscopus Pragensis, Joannes Luthonius, Aulæ Imperialis Cancellarius, Joannes Olomucensis, Marquardus Augustensis, Petrus Curiensis, Episcopi; & Illustres Bolco Swidnicens. Barnyn Senior Strelicensis, D. Balthasar Brunuswicen. Prizislaus Teschinensis, Henricus Lignicensis, Duces spectabiles Joannes de Reez Magister curiæ Imperialis, & Bertoldus de Hennembergh Comites, nec; non nobiles Thimo de Koldiez, de Asco Desberatiez Magistri Cameræ nostræ, Henricus Cibetheym, magister Coquinæ nostræ, & Rudolphus de Voartha, & alii quamplures Principes, nobiles, & fideles; præsentium sub Imperialis Majestatis nostræ Sigillo testimonio litterarum.

Datum Pragæ anno Domini M CCC LXIV. Indictione secunda, quarto nonas Januarii, Regnorum nostrorum anno decimo octavo, Imperii vero nono.

Loco Num. XXIII. pag. 1087.

Caroli IV. Roman. Imperatoris Privilegium, in commodum atque emolumentum Academiæ Florentinæ indultum, d. d. 4. Non. Januar. An. 1364.

IN nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus Quartus, Divina favente clementia, Romanus Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. In eminentia dignitatis Cæsareæ, disponente Domino, constituti, Romanum feliciter gubernare speramus Imperium & grata Nobis prosperitatis compendia provenire, dum aliquid, vel novum concedimus, vel concessum ad devotorum nostrorum instantiam renovamus, per quod diversarum facultatum, & præsertim juris humani, & divini notitia habeatur. Sane venerabilis Petrus, Florentinus Episcopus, Princeps, & devotus noster Dilectus per sanctissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum, Dominum Urbanum, Papam Quintum, summum Pontificem, in Ecclesiæ Romanæ Legationibus nuper ad nostri culminis præsentiam destinatus; Postquam omnia per ipsum Dominum nostrum Papam sibi injuncta Majestati nostræ proposuisset, tam legaliter, quam prudenter, civitatis Florentiæ & Ecclesiæ Florentinæ non immemor, devotione congrua Majestati nostræ humiliter supplicavit, quatenus, tam ad honorem Ecclesiæ suæ præfatæ, quam civitatis Florentiæ, quam Deus multarum virtutum prærogativa dotavit, studium, quod inibi viget, etiam, ad Sacri splendorem Imperii, auctoritate Sacri Imperii erigere dignaremur. Hinc est, quod precibus prædicti Florentini Episcopi favorabiliter annuentes, præfatæ Ecclesiæ suæ & Civitati Florentinæ, ac ejus communi, generale, perpetuum atque generosum studii generalis privilegium auctoritate Imperiali damus & concedimus liberalitate munifica, tenore præsentium, ex certa scientia, ac donamus, decernentes, ac edicto Imperiali præsenti valituro perpetuo, de Imperatoriæ potestatis plenitudine statuentes, ut in ipsa civitate Florentina studium perpetuum sit & habeatur in Sacra Pagina, in Jure Civili, & Canonico, ac Medicina, Philosophia, Logica & Grammatica, ac quavis alia licita facultate, possintque omnes, & singuli doctores, & magistri pro communi Florent. ordinandi, ac deputandi in civitate prædicta Florentina, utpote in studio generali, solemniter, & publice in memoratis facultatibus legere, & docere; verum si qui fuerint, qui processu temporis adeo profecerint, quod in aliqua scientiarum seu facultatum præmissarum ad magisterii, seu doctoratus dignitatem & titulum desideraverint promoveri, hac nostra Imperiali auctoritate committimus Episcopo Florentino, qui est, & qui erit pro tempore, quem superiorem studii ordinamus, quatenus per se, vel alium, vocatis magistris, vel doctoribus scientiæ, seu facultatis, in qua fuerit ad doctoratus, seu magisterii promovendus honorem, de quibus sibi videbitur receptus ab eis, qui dignos approbabunt, ac securos tenebunt, solemniter illos diligenter examinet, more generalium studiorum, ac taliter examinatis det licentiam, publice in eadem scientia & facultate legendi, docendi ac regendi Florentiæ & ubique locorum, cathedrarum, ac alia magisterii, & doctoratus insignia ipsis more solito concedendo. Quæ omnia Sede Episcopali vacante, committimus capitulo Ecclesiæ Florentinæ, quod per se, vel per alium præ-

præmissa similiter exequatur. Cæterum ut Scholares, & Studentes in dicta civitate Florentina tanto valeant studio vacare liberius, quanto a quarumlibet molestiarum impetu liberati, & uberiori fuerint libertate de Imperatoria liberalitate fulciti, de innata Nobis clementia, Rectores, Scholares, seu Studentes studii Florentini prædicti, eorumque universos, & singulos familiares & ministros, nec non domos, & scholas in nostram & Sacri Romani Imperii protectionem, tutelam, & defensionem recipimus specialem, eosque omnibus, & singulis privilegiis, & libertatibus, gratiis, immunitatibus & indultis, quibus aliorum studiorum generalium Rectores, Doctores, Scholares, seu Studentes, eorumque ministri, domus, & Scholæ Divorum Imperatorum, & Regum Romanorum, Prædecessorum nostrorum, largiflua concesssione, seu laudabilium consuetudinum inductione frui, & gaudere sunt soliti, de plenitudine potestatis nostræ Imperatoriæ, ex certa scientia uti, & perfrui decernimus perpetuis temporibus, & gaudere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ concessionis & donationis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis contra tenorem præsentis indulti quicquam attentare præsumpserit, indignationem nostram Imperialem, & pœnam centum marcharum auri optimi componendarum se noverit incursurum, quarum medietas fisco nostro Imperiali, reliqua medietas Episcopo Florentino, seu civitati Florentinæ, ac injuriam passorum usibus veniat applicanda. Decernentes nihilominus ex nunc irritum, & inane, si secus a quoquam contra prædicta, ve aliquid prædictorum quicquam fuerit attentatum.

Signum Sereniss. Principis & D. D. Caroli Quarti Romanorum (L. S.) *Imperatoris Invictissimi & gloriosissimi Bohemiæ Regis.*

Testes hujus rei sunt infrascripti, videlicet:

Serenissimus Princeps, Dominus Woldimar, Rex Daciæ.

Rudolphus Dux Saxoniæ, Sacri Romani Imperii Archi-Marescallus & Princeps Elector.

Venerabilis Arnestus, Pragens. Archiep.

Joannes Luthonius, Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius.

Joannes Olomucensis, Marquardus Augustan. Petrus Curien. Episcopus.

Illustres Joannes Marchio Moraviæ, Bolco Swidnicen. Barnim Senior Stetertinensis, Balthasar Brunswicensis, Priziemslaus Theschinensis, Henr. Lignicen. Duces spectabiles.

Joannes, Burggravius Magdemburgensis, magister curiæ nostræ, & Bertoldus de Henninbg. Comes, nec non Nobiles Tirno de Koldiz & Hasto de Suerecum magistri cameræ, Henricus Cigelhem magister Coquinæ nostræ, & Rodulphus de Varcha, & alii quamplures Principes, Nobiles, & fideles; præsentium sub Imperialis Majestatis nostræ sigillo testimonio harum.

Datum Pragæ anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, indictione secunda, 4. Non. Januarii, Regnorum nostrorum anno decimo octavo, Imperii vero nono.

Post Num. XXXIV. pag. 1130.

Epistola Vexilliferi ac populi Communis Florentiæ ad Rupertum, Roman. Imperatorem, scripta, in qua non solum gratulatione sua funguntur, verum etiam ipsius gratiæ se commendant, ac Civitatem Florentinam ejus beneplacitis offerunt, d. d. 11. Kal. Maji, An. 1408.

VExillifer & populus communis Florentiæ ad Romanorum Imperatorem. Serenissime ac Gloriosissime Princeps, post humilem recommendationem. Gloria & magnitudo & omnis prosperitas sit in perpetuum tibi, gloriosissime Rex. Hæc enim omnia Nos devoti Filii tui precamur & optamus per divinam gratiam tibi cœlitus exhiberi, nec optamus modo, verum etiam speramus & credimus fore propter virtutum tuarum præstantissimam Excellentiam. Credendum est enim justum & pium Regem Deo maxime placere: qui autem Deo placet gubernator & rector, ei cuncta successura fore est procul dubio sperandum, juxta illud quod scriptum legitur: *Omnia, quæcunque facies, prosperabuntur.* Deinde ex adverso subjicit: *Non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.* Profecto Nos, gloriosissime Princeps, inæstimabili gaudio & incredibili lætitia profusi fuimus ex ista felici promotione tua, nec id quidem immerito. Speramus enim temporibus nostris videre magnam seculi tranquillitatem, & pacem videre optimam ac felicem populorum tuo regimini commissorum gubernationem, per quam homines pro benefactis quidem præmia, pro malefactis autem digna supplicia consequentur. Sed quid Nos de Nobis ac lætitia nostra dicimus, cum universas civitates & populos in hac lætitia & gaudio exultare videamus? Nihil est enim virtute præclarius, nihil laudabilius, nihil, quod magis alliciat ad amorem sui, nihil, quod tantam afferat spem tranquillitatis atque justitiæ, virtutibus multipliciter ornatus ac præditus cum sis, expectant homines, quasi de cœlo missum ad eorum gubernationem; sic venerantur & amant, quasi unicam spem salutis, incolumitatis ac felicitatis suæ. Cernunt eum, quo tam sese attollat infidelium audacia, quantas dudum clades adversus Christianos eorum detestabilis nequitia intulerit, quotidie inferre. Cernunt etiam Christianorum ipsorum varias inextricabilesque discordias, & quæ contra communes fidei hostes vertere debebant, in se ipsos atque in corpus suum arma vertisse, ac ruinam inter se meditari, quibus cura

cura deberetur esse salutis. Denique pro caritate odia, pro consensione mutua impugnationem & bella, quod summe dolendum est, inter se Christiani populi meditantur. His igitur Christianorum populorum morbis ac languoribus tua sapientia & auctoritas medicinam salutarem & necessariam adhibebit. Infidelium autem conatibus nefariis potentia fortitudoque tua obviabit, siquidem boni Principis est, suos tueri & hostes infringere, quod tibi præstet altissimus victoriis ac triumphis adimplere. Cæterum, Serenissime Rex, civitatem nostram universam, & populum suum devotissimum, quantum valemus, & possumus, cum humilitate debita sublimissimo culmini tuo recommendamus, offerentes eam beneplacitis regiis. Præterea cum in regno Hungariæ multi cives Florentini existant, partim clerici & prælati, partim sæculares & nobiles, vel mercaturis intendentes, eos omnes & singulos regiæ sublimitati recommittimus. Prælati quidem & nobiles, ut in suis dignitatibus conserventur; mercatores autem, ut gratiam & benignitatem regiam in suis negotiis reportent. Datum Florentiæ XI. Calendas Majas, Anno Domini MCCCCVIII.

Post Num. XXXIV. pag. 1131.

Instrumentum, vigore cujus Angelus, S. Anastasii ad Aquam Salviam Abbas, ejusque Conventus, Ansedoniam Civitatem, Orbetellum, Herculis Portum, aliaque decem finitima oppida, olim à Carolo M. Leoneque III., Pontif. Maximo, Ecclesiæ Cœnobioque S. Anastasii ad Aquas Salvias dono data, Senensis Reipublicæ potestati tradiderunt, d. d. 12. Augusti, An. 1452.

IN Nomine Domini, Amen. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri D. Nicolai, divina providentia, Papæ Quinti, Indictione XV. mensis August. die XII. Cum hoc sit, quod Rev. Pater Dominus Fr. Angelus humilis Abbas S. Anastasii ad Aquam Salviam extra & prope Urbem asseruerit, & asserat infr. civitatem, castra, oppida, terras, loca, & jura spectasse & pertinuisse, spectare, & pertinere ad dictum monasterium pleno jure, & illa legitime devoluta esse ad ipsum monasterium per mortem quondam Ildebrandini de Soana, filiorum, & nepotum ipsius, quibus locatio facta fuerit de dictis bonis, illaque sibi restituenda, & relaxanda esse ac censum & fructus totius temporis retroacti & propterea causam contra communitatem, populum & officiales civitatis Senen. seu ejus homines & officiales, tanquam illicitos detentores dictarum rerum venerabili Viro Domino Willelmo de Fondera causarum Sacri Palatii Apostolici Auditori committi obtinuerit, coram quo ad nullos actus circa causæ conclusionem processum fuit; ex adverso vero dicta communitas, populus, & civitas Senarum, seu ejus homines & officiales ac spectabilis Vir Dominus Nicolaus de Severinis, Orator dictæ communitatis, nomine ipsius asseruerit & asserat dicta bona spectare, & pertinere ad dictam communitatem pleno jure, illaque acquisita fuisse per dictam communitatem jure justi belli illati contra tyrannos turbantes pacificum & tranquillum statum dictæ communitatis, illaque tanto tempore fuisse possessa pacifice, per dictam communitatem, quod non extat memoria contrarii, nec ea de causa census aliquis ullo unquam tempore fuerit solutus, & propterea nec ad earum restitutionem, neque ad solutionem aliquorum fructuum, aut census obligari. Volentes igitur dictæ partes litium anfractus dirimere, & expensas, & contentiones evitare, ad infrascripta pacta, conventiones & transactionem sponte unanimi consensu, parique voto devenerunt, videlicet, quia dictus Dominus Abbas promisit & convenit dicto Oratori & Procuratori dictæ magnificæ communitatis præsenti, recipienti & legitime stipulanti, pro eo habenti ad hæc plenum, & sufficiens mandatum & procuratorium a dicta communitate factum in dicta civitate in consistorio Magnificorum Dominorum Capitanei, populi civitatis prædicti manu Francisci olim Hieronymi de Senis publici Notarii, & præsentibus testibus in dicto mandato contentis, sub data Anni Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, Indictione quintadecima, tempore Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Domini Nicolai, Divina providentia Papæ Quinti, die quinta mensis Augusti, per me infrascriptum Notarium visum, & diligenter lectum in publica forma, in præsentia infrascriptorum testium dicta & infrascripta bona in perpetuam emphyteusin dare, locare & concedere pro censu annuo infrascripto, ac liberare dictam communitatem a solutione totius census præteriti, ad quod ipsa communitas, aut alii obligarentur; & versa vice dictus Orator & Procurator dicto nomine promisit conventui & dicto Domino Abbati dictam locationem & in Emphiteusin perpetuam concessionem recipere de dictis bonis, seu juribus, quæ in dictis bonis habet, & quæ ad dictum monasterium spectarent quoquo modo, & solvere pro omni censu & pensione præteriti temporis, & toto eo quod dicto monasterio debebatur, Floren. auri quinquaginta, & pro tanto dictæ partes volentes prædicta ad effectum deducere in præsentia mei Notarii & testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum dictus Dominus Abbas cum consensu infrascriptorum Prioris & conventus pro se & nomine dicti monasterii & suorum in dicto monasterio successorum sponte renunciavit & refutavit, & per pactum de ulterius non petendo remisit dicto Oratori & Procura-

curatori præsenti, recipienti & legitime stipulanti vice & nomine omnium & singulorum, quorum nunc interest, vel in futurum poterit quomodolibet interesse, id est omnia & singula jura, nomina & actiones, justitias & rationes reales & personales, utiles & directas, tacitas & expressas, hypothecarias sive mixtas, civiles & prætorias, in rem scriptas, ac officium judicis, quæ, quas & quod dictus Dominus Abbas dicto nomine, & dictum monasterium habet, eisque competunt habere, eisque competere possent nunc, & quomodolibet in futurum ratione census, sive canonis totius præteriti temporis usque nunc. Quam refutationem fecit dictus Dominus Abbas pro eo, quia nunc manualiter & numerabiliter in contantis habuit & recepit a dicto Oratore, dicto nomine solvente, in pecunia numerata dictos quinquaginta Florenos auri, post quam receptionem se bene contentum, & quietum vocavit, promittens de evictione dictorum jurium in forma juris; & insuper dictus Reverendus Pater Dominus Angelus Abbas præfatus, cum consensu, præsentia & voluntate Venerabilium virorum Fratris Alani de Francia, Fr. Matthæi de Castillione della Pescura, & Fr. Joannis de Russia monachorum congregatorum, de mandato dicti Domini Abbatis, in loco capituli dicti monasterii ad sonum campanellæ, ut moris est, qui faciunt, sunt, & repræsentant dictum capitulum & conventum Abbatiæ præfatæ, ipsique monachi, cum consensu & auctoritate dicti Domini Abbatis .... & receptione & pacto prædictis consenserunt. quod dicta communitas & ejus officiales possideant, prout hactenus possederunt, infrascripta bona, Domino Nicolao de Severinis Oratori & Procuratori prædicto præsenti, recipienti & legitime stipulanti, vice, & nomine dicti communitatis, & michi Notario, ut publicæ personæ præsenti, recipienti & legitime stipulanti, infrascriptas terras, civitates & castra, prædia & loca, in quibus dudum fuerunt civitates & castra, & modo sunt diruta muralia & inhabitata facta pro parte ipsarum terrarum, & specialiter civitatem, quæ dicitur Ansidonia, destructam, insimul cum porta, quæ vocatur Fenilia, item & portum, qui vocatur Herculis juxta montem Argentarium, nec non & totum montem qui vocatur Lilium .... & castrum Lilii existens in ipso monte, item & insulam, quæ vocatur Jannuti, item & totum montem, qui vocatur Argentarium & castrum in ipso monte situm, quod vocatur Argentaria, & mare juxta ipsum montem versus habentem milliaria 100. infra pelagus, qui est infra ejus aquam, & jus navigandi & similiter piscandi per ipsum mare. Item & castrum, quod vocatur Orbetellum, cum stagnis circa ipsum & jus navigandi & piscandi per ipsam, item & castrum, quod vocatur Marsilianum item & castrum, quod vocatur Altricostum, item & castrum Capalbi, & castrum quod vocatur mons Acutus, & Enti, sive mons Enti & castrum, quod vocatur Serpena, & castrum, quod vocatur Stachilatrium, & Abbatiam de Sylva, item & territorium Callignoli, item & montem de Ceragiolo, item & lacum Buranum & molendina, cum hominibus & vasallis, juribus vassallorum, cum angariis, perangariis & forfacturis, cum terris sementatitiis, cultis & incultis, nemoribus, sylvis, pratis, pascuis, paludibus, molendinis, fontibus, rivis, salivis, stagnis, ponteis, lacubus & argentariis, viis, itineribus, actibus & omnibus eorum aliis pertinentiis, usibus & utilitatibus, pertinentiis & adjacentiis suis, quæ omnia his finibus concluduntur: ab uno latere est pelagus magni maris, alio latere est fluvius, qui vocatur Albina, item ab alio latere pergit aqua, quæ vocatur Elsa & fluit per Serpena, & abunde perfluit per pedem montis Arsitii, & vadit per piscinam, & deinde perfluit in mare magnum prædictum, omnia prædicta, cum montibus, & collibus, plagis & planitiebus suis, & cum parietibus antiquis, exceptis Ecclesiis, oratoriis & piis locis eorumque juribus, tenimentis & possessionibus existentibus in omnibus & singulis dictis locis concessis, quæ in dicto contractu, & concessione non veniunt, sed exclusa & excepta intelligantur, ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, alienandum, cedendum & concedendum, & de eis faciendum, quicquid eis placuerit, pactis & conditionibus infrascriptis semper salvis; hanc autem dationem, cessionem, & in emphyteusin perpetuam concessionem fecerunt dicti Dominus Abbas, & conventus eidem Oratori & Procuratori, ut supra recipienti pro eo, quia dictus Orator & Procurator, quibus supra nominibus habens ad hæc omnia & singula, ut dictum est, speciale mandatum, sponte promisit & convenit dictis Domino Abbati & conventui, præsentibus, recipientibus & legitime stipulan. pro se ipsis, & dicto monasterio, & eorum in dicto monasterio successoribus, & mihi Notario infrascripto, ut publicæ personæ præsenti, recipienti & legitime stipulanti, vice, & nomine omnium & singulorum, quorum nunc interest, vel in futurum poterit quomodolibet interesse, omni anno in perpetuum dare, solvere & pagare pro censu & responsione dictæ commissionis in festo Paschatis resurrectionis Domini nostri Jesu Christi libras quindecim auri Sen. Et si post dictum diem infra quindecim dies non solverit, teneatur solvere duplicatum tantum, convento etiam & specialiter declarato, ac solemni pacto, quod si per biennium cessatum fuerit per dictam communitatem a dicta responsione canonis solutionis, propter hoc dicta bona & jura non intelligantur ad dictum monasterium devoluta, sed teneatur tantummodo dicta communitas ad solutionem dupli dictæ requisitionis & census dicto monasterio. Item promisit dictus Orator & Procurator, quo supra nomine, dictis Domino Abbati & conventui præsentibus, recipientibus & legitime stipulantibus, ut supra, quod dicta communitas per se, vel alium, seu alios non impediet, quo minus dictum monasterium extrahat de dictis locis

cis omnibus conceff. in emphyteusin omne bladum proprii arborerii, & molendinorum ipsarum Ecclesiarum, & omnem aliam grasciam & oblata mobilia pro ipso monasterio, & pro aliis Ecclesiis monasterii prædicti, si quas tenebit, ad manus suas, per mare, & per terram, libere & sine datio, item non impedire per se, vel alium, sive alios, quo minus ipsum monasterium, aut quilibet procurator ejus, vel nuncius intret in possessionem, vel quasi possessionem omnium Ecclesiarum spectan. ad ipsum monasterium & jurium earundem, & quo minus Clerici dictarum Ecclesiarum respondeant dicto monasterio omnia & singula, ad quæ tenentur, & quo minus ipse Abbas eosdem clericos cogat ad ea & in eis instituat & destituat; imo juvabit dictum monasterium toto posse, & auxilium & favorem præstabit; item promisit dictus Orator & Procurator dictis nominibus dicto Domino Abbati, & conventui, præsenti, recipienti & legitime stipulanti, si aliqua dictorum bonorum reperientur alienata, pro posse recuperare & eorum sumptibus & expensis, & dicti Dominus Abbas, monachi, capitulum & conventus prædicti promiserunt dicto Oratori & Procuratori dicto nomine recipienti, secundum jura legitime defendere dictas res & jura, ut supra concessas, & quæ possidentur per dictum conventum, ab omni universitate, collegio, vel persona; pro quibus omnibus & singulis observandis, & plenarie adimplendis, dictæ partes ad invicem & vicissim, videlicet dicti Abbas, & conventus obligaverunt omnia bona dicti monasterii, & dictus Orator, & Procurator, nomine quo supra, obligavit omnia bona mobilia, & stabilia dictæ communitatis Senarum, & maxime bona prædicta, & voluerunt pro prædictis posse cogi, compelli, constringi, & conveniri omni tempore, & in omni curia, & coram quocumque judice ordinario, delegato, seu subdelegato, diebus etiam feriatis, quibus feriis, & feriatis diebus renunciaverunt expresse, renunciantes etiam privilegio fori, ac exceptioni doli mali, vis, metus, in factum, condictioni indebiti, ob causam, & sine causa, & generaliter omnibus aliis & singulis exceptionibus, & defensionibus, quibus contra præmissa, vel aliquod præmissorum dicere, facere, venire, tueri, & sese defendere possent, expresse renunciaverunt, & juraverunt ad Sancta Dei Evangelia, videlicet præfati Dominus Abbas, & Monachi dicti conventus manus ad pectus ponentes, & dictus Orator, & Procurator sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis in animas constituentium prædicta omnia & singula referendo singula singulis firmiter observare, rata, grata & firma habere, & in nullo contrafacere, dicere, vel venire aliqua ratione, jure, modo, titulo, sine causa, sub obligatione prædictis, & vinculo dicti præstiti juramenti.

Actum in loco capitulari dicti monasterii, præsentibus Ser Nicolao Laurentii Notario, Martino Petri, Magistro Martini de Senis, Joanne Puritatis Spetiario, & Joanne Angelo Jacobi Civibus Romanis de regione Sancti Angeli testibus ad prædicta habitis, vocatis, atque rogatis.

Ego Petrus Millinus de Millinis, Civis Romanus, publicus, Dei gratia, Apostolica, & Imperiali auctoritatibus notarius, quia præmisfis omnibus, & singulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus interfui, & præsens fui: Ideoque ea rogatus scripsi, & in notam redegi, & quia aliis occupatus negotiis in hac forma scribere non valui, per alium mihi fidum scribi feci, &, facta diligenti auscultatione, me fideliter subscripsi, publicavi, & meum signum apposui in fidem, & testimonium omnium præmissorum.

Loc. Num. XLII. pag. 1149.

Leonis X. Pontif. Maximi Privilegiorum à Carolo IV. Roman. Imperatore, die 4. Non. Januar. An. 1364. Petro, Episcopo Florentino, itemque Academiæ Florentinæ indultorum confirmatio, d. d. prid. Kal. Februar. An. 1515.

LEo Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memor. Regiminis universalis Ecclesiæ, cui, disponente Domino, præsidemus, cura nos admonet, & inducit, ut ad ea, per quæ singulis cathedralibus Ecclesiis, præsertim Metropolitanis insignibus, & earum Prælatis venustas & decor accrescat, & personarum ad illas pro tempore recurrentium commoditatibus consuli possit, favorabiliter intendamus, & iis, quæ propterea ex Imperiali dicuntur indulgentia processisse, ut Apostolico subnixa subsidio perpetua firmitate subsistant, nostræ confirmationis robur libenter adjicimus, aliosque desuper providemus, prout locorum, & personarum qualitatibus bene pensatis in Domino arbitramur salubriter expedire. Accepimus siquidem, quod inclytæ recordationis Carolus IV. Romanorum Imperator bonæ memoriæ Petrum Episcopum Florentinum, tunc apud eum legationis officio pro sede Apostolica fungentem, ac ipsius Petri Episcopi Successores, Episcopos Florentinos pro tempore existentes, Romani Imperii Principes esse declaravit, & de novo constituit, & fecit, ac dignitatibus & honoribus omnibus Imperialium Principum communivit, & decrevit, ut omnia libere exercere, & illis uti possint, quæ dicti Caroli Principatus dignitas requirebat, ac eisdem Petro, & ejusdem Successoribus concessit, quod in tota Tuscia omnes criminales & civiles, quæ inter quoscumque vertentur, nec non appellationum quarumlibet, quæ ad dicti Caroli curiam deferendæ essent, causas recipere, audire & examinare possent, ac sine debito terminare, easque & earum quaslibet uni & pluribus, sicut Petro Episcopo & Successoribus prædictis placuerit, delegare, & per totum Romanum Imperium judices, tabelliones & notarios publicos constituere, ordi-

ordinare, facere & curare, tutores & curatores, & mundualdos dare in casibus opportunis, naturales filios, spurios, nothos, incestuosos, mansores, sive adulterinos, & ex quocumque damnato coitu natos, legitimos constituere, & omnia legitime reintegrare, & prædictæ genituræ maculam abolere, ita, ut tanquam legitimi, & de legitimo matrimonio procreati, in bonis paternis, & maternis, propriis, & feudalibus, acquisitis, & acquirendis, ex testamento, & ab intestato succederent, agnatis, & cognatis parentum suorum, in quovis gradu constitutis, agnati & cognati efficerentur, & recipere ipsi ad omnes actus publicos, & civiles, officia, & honores, si se casus ingereret, admitterentur, & in omnibus aliis suam valeant exequi actionem, objectione prolis illicitæ quiescente, libertatemque etiam concedere, & donare eodem modo possent, & valeant, ac quoscumque nobiles, & plebejos humiles milites facere, & ad militare decus honorabiliter promovere, ac Petri Episcopi, & illius successorum prædictorum familiares impune deferre possent quæcunque arma offensibilia, & defensibilia per dictum Imperium, & gauderent illis privilegiis, gratiis, & immunitatibus, quibus gaudebant cæteri familiares dicti Caroli Imperatoris, de quibus omnibus & singulis dictum Petrum Episcopum nomine Ecclesiæ Florentinæ de novo investivit, ita ut omnibus, & singulis prædictis gratiis, honoribus, & dignitatibus, Petrus Episcopus & successores sui præfati uti & exercere, ac exequi valeant per dictum Imperium libere, & sine contradictione, & molestia perpetuo, decrevit per quasdam & alias suas literas, dicti Petri Episcopi supplicationibus inclinatus, Ecclesiæ, & dilectis filiis communi Florentino, ad illorum decus generale perpetuum studii generalis privilegium auctoritate Imperiali largitus est, decernens, & de Imperatoriæ potestatis plenitudine statuens, ut ex tunc de cætero in perpetuum studium generale in civitate Florentina haberetur, & foret in Sacra Pagina, in J. C. & Civili, Medicina, Philosophia, Logica, Grammatica, & quavis alia licita facultate, possentque omnes & singuli doctores, & magistri per dictum commune ordinandi, & deputandi in civitate prædicta, utpote in studio generali, solemniter, & publice in dictis facultatibus legere & docere, & si qui forent, qui processu temporis adeo proficerent, quod in aliqua facultatum earundem ad magisterii, seu doctoratus titulum desiderarent promoveri, eadem auctoritate concessit Petro, & pro tempore Episcopo existenti Florentino præfato, quem superiorem studii hujusmodi ordinavit, ut is per se, vel alium, vocatis magistris, vel doctoribus facultatis, in qua quis foret ad doctoratus promovendus honorem, de quibus sibi videretur, receptoque ab eis quod dignos approbarent, & secretum tenerent, solemniter juramento, illos diligenter examinaret more generalium studiorum, ac talibus examinatis daret licentiam publicam in eadem facultate legendi, docendi & regendi Florentiæ & ubique locorum cathedram, & alia magisterii, ac rectoratus insignia ipsis more solito conferret. Quæ omnia sede Episcopali vacante commisit dilectis filiis capitulo dictæ Ecclesiæ, qui per se, vel alium præmissa similiter exequantur. Rectores vero, doctores, scholares, seu studentes studii Florentini prædicti, eorumque universos, & singulos familiares, & ministros, nec non domos, & scholas in sui, & Sacri Imperii protectionem, tutelam, & defensionem specialem recepit, eosque omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, gratiis, immunitatibus, & indultis, quibus aliorum studiorum generalium rectores, doctores, & scholares, seu studentes, eorumque ministri, domus, & scholæ Imperatorum, & Regum Romanorum prædecessorum suorum largiflua concessione, seu laudabilium consuetudinum introductione frui, & gaudere erant soliti, perfrui decrevit perpetuis temporibus, & gaudere, prout in singulis literis prædictis dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut etiam accepimus, licet dilectus filius noster Sanctæ Mariæ in Dominica Diaconus Cardinalis, qui Ecclesiæ Florentinæ ex dispensatione Apostolica præest, & prædecessores sui Archiepiscopi Florentini, qui pro tempore fuerunt, literarum Imperialium, vel etiam aliorum privilegiorum, etiam Apostolicorum vigore, aut alias à tanto tempore citra, de cujus initiis hominum memoria non existit, ad doctoratus in utroque Jure, & magisterii in Theologia & artibus gradus promovere, & etiam ut à nonnullis in poëtica eruditione laurea insignire, & poëtarum numero aggregare, tabelliones Imperiali auctoritate creare, nothos, spurios, mansores, incestuosos, & alios natalium defectum quomodolibet patientes, etiam quoad hæreditarias, fideicommissarias, & alias bonorum successiones, quæ legitimis, & naturalibus dumtaxat deferuntur, etiam non citatis iis, ad quos hujusmodi successiones alias pertinent, legitimare, ipsosque ad jura naturæ & natales legitimos, ac si de legitimo essent matrimonio geniti, restituere & ab eis omnem illegitimæ genituræ maculam abolere consueverunt, fuerintque in consuetudinis hujusmodi possessione vel quasi dictum tempus pacifice, & quiete, prout hodie sunt; tamen quia de privilegiis, quorum auctoritate forsan dicta consuetudo inducta, vel quia illa sunt vetustate omnino consumpta, vel incuria amissa, vel alias dilectus Julius Cardinalis, & Archiepiscopus docere non potest, & si qua eorundem privilegiorum extant, illa tineis & carie sunt prope exusta, & facile peritura, dubitat idem Cardinalis & Archiepiscopus, ne super hujusmodi antiquæ consuetudinis usu, & exercitio molestari posset tempore procedente. Nos igitur, qui ad ea, quæ in Ecclesiæ & civitatis decus & communitatis prædictæ honorem, & utilitatem pertinent eo cæteris libentius intendimus, quo in eadem civitate primus Nobis effulsit dies, & in Ecclesia prædicta vix infantiam egressi sacris initiati fuimus, motu proprio, non ad dicti Julii Cardinalis, vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scien-

tia, singulas Caroli Imperatoris litteras prædictas, non tamen quoad facultatem legitimandi ad successiones bonorum, nisi sine præjudicio venientium ab intestato, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, præsentis scripti patrocinio communimus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus, supplentes omnes, & singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem, ac etiam facultates præmissas juxta privilegia, litteras, & indulta Imperialia, etiam quoad facultatem laureandi poëtas, & legitimos habilitandi, ut præfertur, de novo concedimus & potiori pro cautela dicto Julio Cardinali & Archiepiscopo, quod ipse, successoresque sui, qui pro tempore fuerint, ex nunc de cætero in perpetuum doctoratus, & magisterii gradus, & illorum insignia in Theologia, Jure Can. & Civ. ac artibus personis idoneis ad id per Collegium doctorum universitatis studii Florentini in facultate in qua gradus conferendus pro tempore fuerit, vel etiam per sex, aut octo ex iisdem doctoribus, qui tamen gradum in aliqua universitate studii generalis cum rigore examinis sint adepti, approbatis conferre, & in poëtica eruditione peritos laurea insignire, & poëtarum laureatorum numero aggregare, ita ut sic pro tempore ad doctoratus gradus promoti, & laurea hujusmodi insigniti, omnibus & singulis privilegiis, immunitatibus, exemtionibus, prærogativis, honoribus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus alii in Bononiensi, Pataviensi, & Pisana studiorum universitatibus, ad tales gradus respective promoti, & dicta laurea insigniti utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet, in futurum utantur, potiantur & gaudeant in omnibus & per omnia, ac si aliqua ex dictis universitatibus gradus, & insignia, ac lauream hujusmodi accepissent, & cum quibusvis defectum natalium, etiam ex monialibus, & de incestuoso, etiam in primo consanguinitatis, affinitatis vel cognationis spiritualis gradu, & alio quovis illicito & damnato coitu patientibus, ut in eorum parentum, agnatorum, cognatorum, & aliorum bonis, etiam in quibus juxta statuta municipalia non nisi de legitimo matrimonio procreatis succedere liceat, tam ex testamento etiam per quam fideicommissi, quam ab instituto, sine tamen præjudicio ab intestato succedere debentium eorundem succedere libere, & licite possint, & valeant, ac alias eos ad omnes actus legitimos, & primævæ naturæ jura, perinde ac si vere, & omni fictione cessante, de legitimo essent matrimonio procreati, restituere, & reintegrare, abolereque ab eis omnem inclytæ geniture maculam. Tabelliones quoque, & judices ordinarios creare, ac eos per pennam, & calamare, recepto ab eis de tabellionatus officio fideliter exercendo solito juramento libere, & licite valeant, licentiam, & facultatem concedimus, & quoniam nobis de eorundem Julii Cardinalis & Archiepiscopi, ac prædecessorum possessione vel quasi consuetudinis superius enarratæ publica fere omnino in hac civitate voce, & fama satis constat Julium Cardinalem, & Archi-Episcopum, ac ejus successores prædictos, & quosvis alios, quorum pro tempore interfuerit, seu eorum aliquem ad probandum, de cætero consuetudine hujusmodi nequaquam teneri decernimus, sed ad præmissorum fidem & plenam probationem satis sit præsentis concessionis indulti, & privilegii tenorem inspicere, non obstantibus constitutionibus, consuetudinibus, ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiæ & civitatis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, nec non omnibus illis, quæ dictus Carolus Imperator in singulis suis litteris prædicti voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, concessionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Florentiæ, anno Incarnationis Dom. 1515. pridie Kalend. Februarii, pontificatus nostri anno tertio.

Post Num. XLIII. pag. 1151.

Jurisdictio aliaque Privilegia Universitatis Mercatorum Florentinorum in Alma Urbe stabilita Consuli atque Consiliariis à Leone X. Pontifice Max. concessa, d. d. 4. Id. Sept. An. 1519.

LEo Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii debitum Nobis desuper commissum nos admonet & inducit, ut singularum personarum præsertim Romanam Curiam sequentium votis, per quæ statui prosperiori & utiliori personarum earumdem consuli valeat, libenter annuamus, & ad id ejusdem officii partes favorabiliter impendamus.

§. I. Dudum siquidem pro parte Capitaneorum partis Guelfæ, & Consulum Communitatis Civitatis Florentiæ, qui dilectorum filiorum Mercatorum suorum Florentinorum & aliorum dictæ Civitatis subditorum in Urbe & Romana Curia commorantium utilitati consulere volentes, quædam Capitula & Constitutiones inter eos servanda, & inter alia cum potestate eligendi inter eos unum Consulem cum duobus Consiliariis, & uno Cancellario seu Notario publico, prout in diversis Mundi partibus Mercatores dictæ Civitatis habebant, qui de eorum rebus, causis, litibus & quæstionibus civilibus inter eos tantum cognoscerent, vulgari sermone statuerant, & ordinaverant.

§. II. Nos per alias nostras literas, in quibus dicta Capitula, quæ per in lingua latina peritum in latinum interpretari, & per deputatum ad hoc examinari diligenter, & prædictis literis inseri feceramus, statuta & ordinationes hujusmodi auctoritate Apostolica approbavimus & con-

& confirmavimus, supplentes omnes & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem.

§. III. Et nihilominus potiori pro cautela, quod tunc & pro tempore existens Consul cum dictis Consiliariis etiam tunc & pro tempore existentibus de omnibus causis, litibus, quæstionibus, & controversiis civilibus inter eos tantum jus dicere, procedere, sententiare, decidere & exequi (exceptis illis, in quibus essent instrumenta in forma Cameræ Apostolicæ & certis personis tunc expressis, qui Mercatores non essent, quoad quos nihil penitus innovatum censetur) & juxta dictorum Capitulorum tenores emolumenta ac pœnas & alia exigere, ac omnia in eisdem literis contenta, sine quibus eorum jurisdictio esset nulla, exercere, quodque si pro executione sententiarum pro tempore latarum & aliis contingeret executionem contra aliquem seu aliquos fieri, carceribus, Marescallis, Barisello, & aliis cujuscumque Curiæ ministris tam Urbis quam locorum circumvicinorum assignata eis condecenti mercede libere & licite uti valerent, nullique alii judices spirituales vel temporales dictæ Urbis de illis sic ad eorum instantiam incarceratis se intromittere, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, possent.

§. IV. Et cum dictorum Mercatorum plurimum interesset, ut eorum negotia secreta tractarentur, & eorum conditio propter dictæ mercaturæ casus contingentes non omnibus publicaretur, ut pro tempore Consules & Cancellarius seu Notarius dicti officii acta, obligationes, protocolla, & alia in dicto officio & extra facienda & exercenda, & per ipsum roganda, & omnia alia, quæ ad dicti Notariatus officium spectant, penes se, & dictum pro tempore existentem officii hujusmodi Notarium retinere posset, nec dicta acta, contractus, & alia inter dictos Mercatores facta & facienda, obligationes in fidem, alibi, vel ad Archivium ferre seu portare tenerentur, decrevimus, prout in eisdem literis plenius continetur.

§. V. Cum autem (sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Bernardi de Binis moderni Consulis petitio continebat) nonnulli Florentini Mercatores, Bancarii aut Fundacarii nonnullas pecuniarum summas ad dictum Consulatum spectantes, quas de eodem Consulatu habuerunt, latitent, illasque detineant indebite occupatas, quare pro parte ejusdem Bernardi Nobis fuit humiliter supplicatum, ut sibi ac Consulatui hujusmodi in hoc providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. VI. Nos igitur cupientes pecuniarum summas hujusmodi præfato Consulatui restitui, ipsumque Bernardum, qui, ut asserit, dilecti filii magistri Baptistæ etiam de Binis Notarii nostri & pro dilecto filio nostro Julio tt. S. Laurentii in Damaso Presbytero, Card. S. R. E. Vice-Cancellario in Cancellaria Apostolica Locumtenentis genitor existit, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnes & singulos Florentinos Mercatores, Bancarios, aut Fundacarios, qui hactenus quicquam de pecuniis ad dictum Consulatum pertinentibus in manibus habuerint, & de illis minime satisfecerint, aut rationem competentem non reddiderint, & eas detinent, seu de eisdem satisfacere, & competentem rationem reddere negligunt seu recusant, excommunicationis sententia (a qua, donec satisfecerint seu competentem rationem reddiderint, non nisi a Rom. Pont. pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolutionis beneficium nequeant obtinere) auctoritate Apostolica harum serie innodamus, ac innodatos & excommunicationis sententiam hujusmodi incurrisse decernimus & declaramus.

§. VII. Et nihilominus Bernardum, & pro tempore existentem Consulem, nec non Consiliarios præfatos dictamque Nationem Florentinam, peramplius honore & specialis gratiæ favore prosequi volentes, statuimus & ordinamus, quod nullus dictæ Nationis in dicta Curia pro quocumque crimine, aut delicto captus & carceribus mancipatus, nonnisi præsente prædicto consule ac uno ex Consiliariis præfatis, aut aliquo ab eis pro tempore transmisso, examinari valeat. Quodque etiam nullus cujusvis nationis in domo, seu societate dicti Consulis, occasione vel causa debiti, sive ratione cujusvis criminis vel delicti (non tamen Læsæ Majestatis) capi possit.

§. VIII. Et insuper eisdem Bernardo ac pro tempore existenti Consuli, & Consiliariis, ut pro defensione personarum suarum ipsi & eorum quilibet cum duobus eorum servitoribus & famulis, ac servitores, famuli & personæ Consulatus hujusmodi, ac eorum quilibet diu noctuque absque alterius Gubernatorum Almæ Urbis nostræ, aut Barisellí, seu Rom. Pont. tempore existentis licentia arma defensiva & offensiva deferre;

§. IX. Ac ipsi Consules & Consiliarii pro fugiendis expensis, quas pauperes incarceratos subire est necesse, prope locum dicti consulatus, carceres publicos, in quibus eorum subditi pro debito & criminibus quibusvis eis notis mancipari valeant, construere & habere libere & licite valeant, dicta Auctoritate Apostolica tenore præsentiũ, licentiam & facultatem concedimus.

§. X. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Casertano & Salutiarum Episcopis, ac dilecto filio Præposito Ecclesiæ Florentinæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes litteras & in eis contenta quæcumque, ubi, quando, & quoties opus fuerit, ac pro parte modernorum, ac pro tempore exeuntium Consulis ac Consiliariorum prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes faciant auctoritate nostra præsentes literas & in eis contenta quæcumque per quemcumque inviolabiliter

liter observari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia juris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. XI. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, etiam municipalibus dictæ Urbis, privilegiis quoque & indultis Apostolicis, Gubernatori & Barisello præfatis, & dilectis filiis Populo Romano, nec non quibusvis aliis personis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, præeminentiæ existentibus, sub quibusvis formis, & tenoribus concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia quævis exquisita forma servanda esset, illorum tenores pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo nono, quarto Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno septimo.

Post Num. LXVI. pag. 1314.

Sixti V. Pontif. Max. Bulla, in qua Francisco Mediceo, Magno Etruriæ Duci atque militiæ Ordinis S. Stephani Magistro laudatæ militiæ Hospitalia per Etruriam existentia atque per Laicos regi solita, inque hospitalitatis commodum instituta, ac de quibus Apostolica Sedes disponere non consuevit, in Commendas ejusdem militiæ erigendi facultatem potestatemque concessit, d. d. 11. Sept. An. 1587.

Sixtus Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio, Nobili Viro Francisco Medices, Magno Hetruriæ Duci. Dilecte fili, nobilis Vir, salutem, & Apostolicam benedictionem. Præclara devotionis sinceritas & eximia fidei constantia, quæ tibi divinitus concessæ, ex tuorum progenitorum quasi hæreditate videntur acceptæ, quibusque in nostro & Apostolicæ Sedis conspectu, de qua continuo, ut obedientiæ filius, bene mereri non cessas, fulgere dignosceris, nos supra modum invitant, suaviterque alliciunt, ut votis tuis, quæ, ut Christianum Principem decet, Religionis propagationi, ac fidei Catholicæ defensioni aspirare conspicimus, gaudenter annuamus, eaque favoribus opportunis libentissime prosequamur.

§. I. Sane pro parte tua Nobis nuper expositum fuit, quod cum in diversis tuæ ditioni subjectis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis, quamplurima Hospitalia per laicos regi, gubernari, & administrari solita, quæ de jure patronatus tuo, & seu Magistratuum, Communitatum, Universitatum, & hominum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum prædictorum, seu etiam laicorum ex fundatione vel dotatione, aut alias existunt, in quibus tum ob locorum distantiam seu incommoditatem, tum etiam ob illorum fructuum tenuitatem, parum, aut nihil hospitalitatis servatur, illorumque fructus in prophanos & illicitos usus converti solent, diversaque interdum in illis pariantur scelera: Unde si in dictis Hospitalibus & eorum Ecclesiis de dictorum laicorum patronorum consensu unum, vel duo, aut plura ex eis insimul perpetuo uniendo & incorporando, seu etiam supprimendo, tot, quot volueris, Præceptoriæ Militiæ S. Stephani, cujus tu Magnus Magister existis, ad instar aliarum dictæ Militiæ Præceptoriarum erigerentur, & instituerentur, eorundemque Hospitalium fructus, redditus, & proventus, servata hospitalitate, & aliis supportatis oneribus, remanentes dictis Præceptoriis sic erigendis & instituendis, etiam perpetuo applicarentur, ex hoc profecto eisdem Militibus de congrua subventione provideretur, ipsaque Hospitalia melius ac decentius gubernarentur. Quare nobis humiliter supplicare fecisti, quatenus tibi Hospitalia prædicta insimul, ut præfertur, uniendi, & incorporandi, seu etiam supprimendi, & in illis vel eorum Ecclesiis tot, quot volueris Præceptorias dictæ Militiæ, ut præfertur, eligendi, & instituendi, eorundemque Hospitalium fructus eisdem Præceptoriis applicandi, licentiam & facultatem concedere, ac alias in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

§. II. Nos ipsius Militiæ, quæ a claræ memoriæ Cosmo Medices, dum vixit, Magno Hetruriæ Duce progenitore tuo, ad Maris mediterranei incursibus infidelium infestati custodiam & defensionem instituta fuit, incrementum paternis exoptantes affectibus, ac attendentes, quod illius Milites tanquam indefessi Jesu Christi athletæ pro fide Catholica, etiam vitæ ac salutis incolumitati non parcentes, dictæ Militiæ triremibus per maria undique discurrunt, ac publicæ quieti invigilantes, piratarum sive maritimorum latrunculorum insidiis & fraudibus occurrere, ac Christi fidelium tum bona, tum corpora & animas ab illis tutari atque defendere non cessant: Hujusmodi supplicationibus inclinati tibi, ut omnia & singula prædicta Hospitalia, & eorum Ecclesias ad hospitalitatem servandam, non autem pro infirmis recipiendis instituta, & de quibus per Sedem Apostolicam disponi non consuevit, quæ de jure patronatus tuo, & seu dictorum Magistratuum, Communitatum, Universitatum

sitatum, & hominum, seu etiam aliorum laicorum præfatorum, ut præfertur, sunt, de illorum patronorum laicorum consensu, si vero de jure patronatus dictorum Magistratuum, Communitatum vel Universitatum, & hominum prædictorum fuerint, etiam absque illorum consensu, ac etiam Ordinarii loci, vel cujusvis alterius licentia minime requisita, perpetuo unire, annectere, & incorporare, seu aliqua ex eis supprimere, ac in eisdem Hospitalibus, & eorum Ecclesiis, ut præfertur, unitis, annexis, & incorporatis tot, quot volueris, & prout tibi melius videbitur, & placuerit, Præceptorias Militiæ hujusmodi ad instar aliarum dictæ Militiæ Præceptoriarum per illius Milites obtineri solitarum, quæ per te & pro tempore existentem dictæ Militiæ Magistrum ad præsentationem illorum patronorum, vel de illorum consensu concedi & assignari debeant, etiam perpetuo erigere & instituere, eorundem Hospitalium fructus, redditus, & proventus (servata hospitalitate, & aliis illorum oneribus supportatis) remanentes dictis Præceptoriis sic erigendis & instituendis, etiam perpetuo applicare, & appropriare libere & licite possis & valeas, plenam & liberam, ac omnimodam Apostolica auctoritate, tenore præsentium facultatem, potestatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur, tibique desuper de speciali gratia indulgemus.

§. III. Decernentes in eisdem præmissis, & circa ea per te facienda & terminanda semper & perpetuo valere, ac ab illis ullo unquam tempore, quovis prætextu resiliri non posse, & quascumque concessiones in contrarium faciendas nullius roboris, vel momenti existere. Declarantes præsentes literas de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari vel impugnari nullatenus posse, sed incommutabilis voluntatis & intentionis nostræ fuisse, & esse: sicque & non aliter per quoscumque Judices & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere: irritum quoque & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. IV. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac dictorum Hospitalium etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, conservatoriis & aliis literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, in genere vel in specie eisdem Hospitalibus, vel illorum Rectoribus, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc sevanda foret, illorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, harum serie specialiter & expresse derogamus, & ad plenum derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris, die 11. Septembris, 1587. Pontificatus nostri anno tertio.

APPENDIX.

De Tergesto Civitate, sive Principatu, in Histria sito.

I.

Lotharii, Roman. Imperatoris, Diploma, in quo omnes res Juris Regni sui, quas tam intra, quam extra Tergestinam Civitatem obtinebat, Episcopatui Tergestino muneri dedit, d. d. 8. Aug. An. 848.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

LOtharius Divina favente Clementia Rex. Si Sanctis, & Venerabilibus conferimus munera, Animæ Nostræ proficuum esse non abigimus; quo circa omnium Sanctæ Ecclesiæ Dei Fidelium Nostrorum præsentium, & futurorum comperiat Universitas, qualiter interventu, & petitione Odonis Venerabilis Episcopi Nobis dilecti fidelis, ac pro Dei amore Animæque Nostri Patris, Nostræque remedio, per hoc Nostrum præceptum, prout juste, & legaliter possumus, damus, & concedimus, largimur, & offerimus Ecclesiæ Dei Genitricis Mariæ Virginis, Sanctique Justi Martyris, quæ Caput est Tergestini Episcopatus, cui præest Venerabilis Vir Joannes Episcopus Noster dilectus, & fidelis, omnes res Juris Nostri Reghi, atque districtus, & publica querimonia, & quidquid publicæ parti Nostræ rei pertinere videtur, tam intra eandem Tergestinam Civitatem conjacentes, quam extra circum circa, & undique versus tribus milliaribus protensis, nec non & Murum ipsius Civitatis, totumque circuitum, cum Turribus, Portis, Porterulis, & quidquid (ut dictum) ad partem Nostræ Reipublicæ, inibi pertinere videtur. Præcipientes itaque jubemus, ut nulla Regni Nostri magna, parvaque Persona in prælibata Civitate curatura aliquod vectigal, aut aliquam publicam factionem exigere audeat, neque de foris, ut dictum est, tribus milliaribus undique versus protensis, nec alicujus authoritate Principis placitum custodiant, nec ante aliquam Dignitatem, nisi ante prætaxatum

Joannem Episcopum, suosque Successores ad partem prædictæ Ecclesiæ, vel eorum Missos, tanquam ante Nos, aut ante Nostri Comitis præsentiam Palatii, & quidquid Nostræ Reipublicæ parte, usque modo pertinuisse videtur. Ipsi quos prædiximus ad partem prædictarum Ecclesiarum procurent in perpetuum, & fruantur omnium bonorum contradictione remota. Si quis igitur hujus Nostri præcepti violator extiterit, cognoscat se compositurum Auri optimi libras mille, medietatem Cameræ Nostræ, & medietatem prædictæ Ecclesiæ, atque eidem Joanni Venerabili Episcopo, dilecto fideli Nostro, suisque successoribus, insuper cum Juda, & Saphira in æterno judicio habeant portionem; quæ ut verius credatur, diligentiusque observetur ab omnibus, manu propria roborantes, annulo nostro subter insigniri jussimus.

Odoricus Regis Vicecancellarius. Brunimeus Episcopus, ac Vicecancellarius recognovit. Dat. VIII. Augusti Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLVIII. Regni vero Domini Lotharii Regis XVIII. Indictione Tertia. Actum Papiæ feliciter.

II.

Transactio inter Episcopum Ecclesiamque Tergestinam, ex una; ac commune & populum Tergestinum, ex altera parte, inita, qua scandala e medio sublata atque errores, qui inter eos hucusque viguerunt, sunt abrogati, d. d. 21. Februar. An. 949.

IN Christi Nomine Amen. Anno ab incarnatione Domini DCCCCXLVIIII. Mensis Februarii die 21. Indict. quarta, Testibus infrascriptis præsentibus: Noverint universi, hoc primum Instrumentum inspecturi, quod Reverend. Pater Dominus Joannes Miseratione Divina Episcopus Tergestinus, & D. N. N. Decanus, Canonici omnes, & Capitulum Ecclesiæ Tergestinæ pro se ipsis, & Successoribus eorum nomine, ac pro utilitate dictæ Ecclesiæ, Episcopatus, & Capituli, hinc inde dantes assensus ex una parte, & Dominus Petrus Bernardi infrascriptus Syndicus Procurator, & Massarius Communitatis, & Populi Civitatis Tergesti, supra infrascriptis ex altera; Considerantes utilitatem, & statum dictæ Ecclesiæ. Episcopatus, & Capituli, & pacem inter partes, & removere scandala & errores, existentes inter Episcopum, Canonicos, Capitulum, & Ecclesiam ex una parte, & dictum Commune, & Populum ex altera, & cavere de futuro, ac damna, pericula, & mala occursa, & quæ possunt occurrere posteris, & debita eorum, & dictæ Ecclesiæ, in quibus sunt obligati Danieli David Judæo de Goritia Tinctori Tergesti, ut patet Instrumentum publicum manu Joannis Longi, & usuris occurrentibus eisdem, quæ summa ascendit cum usuris, usque ad Mensem præsentem, ad Summam Marcharum quinque centum decem, & septem cum dimidia. Quæ pecunia videlicet Marcharum quinque centum fuit expendita in guerra causa defensandi bona eorum, & dictæ Ecclesiæ, quæ gentes Domini Ducis Karientiæ, & etiam alii Pirates de Corsis, & robbatores, quia magno tempore ipsos, bona eorum, & Ecclesiæ destruxerunt, & destruunt annuatim, omnibus est manifestum de partibus.

Itaque quod ipsi, & bona Ecclesiæ, quæ ad nihilum devenere, & considerantes quod nisi ipsi Danieli David usque ad Mensem Maji esse & solutum de pactis, caderet causa Fidejussoribus suis, ad pœnam duppli, & pensantes erroribus, & scandalis, quæ fuerunt, & venere inter dictas partes pro infrascriptis Juribus quæ Commune semper tenuerunt, cum Privilegiis authenticis Romanorum Imperatorum, in quibus plena libertas eis concessa esse videtur: & considerantes, quod ipsi, & Ecclesiæ, & bona eorum in proprium per Commune, & Populum dictæ Civitatis melius quam pro alia parte poterit vardari, & defensari, & ex aliis justis causis; diu, & diu, & pluries inter eos habito pensamento, & in Capitulo, & extra pluries, deliberarunt pro meliori utilitate reportare, cum de infrascriptis Juribus nihil de redditibus pertineat de his, quæ possident, sed potius damna, & errores facere infrascripta: & sic ibidem ipsi Domini Episcopus, Decanus, Canonici, & Capitulum juraverunt Sacris Evangeliis, quod eam credebant bene, & utiliter facere, & esse expediens pro Ecclesia, ut dictum est supra.

Ipsi Domini Episcopus, Canonici omnes hic præsentes, & Capitulum concedendo, & faciendo infrascripta, & suprascripta pensamento prius habito; Reservatis eis, & Ecclesiæ

Primo Jurisdictione Spirituali, Vineis, Campis, Pratis, Domibus, quæ nunc habent in Civitate Tergesti, & ejus districtu, vel imposterum poterunt habere, & etiam extra districtum.

Item Decimis secundum consvetudinem antiquam pagandis, salvis partibus, quæ habent, vel antea habuerunt in feudum;

Item Censibus Feudorum, fundis, Villis eorum in districtu Tergesti, & extra Rusticis habentibus in illis, cum bonis suis, juribus & fructibus eorum; pro se ipsis & Successoribus eorum in perpetuum dederunt, tradiderunt, concesserunt & vendiderunt & renunciaverunt, & omni modo, quo melius potuerunt, fecerunt & dederunt Domino Petro Bernardi Civi Civitatis Tergesti, Procuratori & Massario dictæ Civitatis, Communis & Populi, ut patet in libro Communis, quem ego Notarius, & partes vidimus, plenam ad hoc habenti potestatem nomine dictæ Civitatis, Communis & Populi, & libertatem perpetuam, omnia Jura eorum, & Privilegia & Jurisdictiones, Justitias, Rationes, Authoritates, si quæ habent, vel tenent. Instrumenta omnia, si quæ habent, in antea habere possent, quæcunque supra Civitatem Tergesti prædicti ejus districtus in eodem, vel eadem in hominibus eorum, vel bonis in perpetuum, sive ex Privilegio Romanorum Regum Imperatorum, sive a Domino Duce Carinthiæ, vel a Ducibus, sive ab aliis quibuscunque, & omne id, & totum quod eis commu-

ni-

niter, vel per se pertinet, vel pertinere potest salvis supra dictis in dicta Civitate, ejus districtu, hominibus & bonis.

Item eam partem, quæ eis pertinet, una cum dicto Commune in cudendo Monetam; ita quod totaliter pars eorum sit dicti Communis solius, & illam per se a modo facere possit, tradentes eidem Domino Petro Procuratori per manus eorum omnia Jura eorum, Instrumenta, Privilegia, cum omni virtute eorundem, & voluerunt quod illis rationibus perpetuo possint uti, ut ipsi potuissent, & ubicumque, & coram quocumque.

Item promiserunt & se obligarunt per se, suosque Successores in perpetuo, & voluerunt ex modo, quod si quo tempore per aliquem Episcopum, vel alium de Ecclesia prædicta reciperetur nomine dictæ Ecclesiæ aliquod Privilegium, Instrumentum, vel Jus aliquod, tam ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, quam aliis quibuscumque supra ipsam Civitatem cum districtu, vel in ipsam, vel in bonis, vel in præjudicium, vel vituperium eorundem, vel etiam pro honore & utilitate Ecclesiæ, Civitatis & hominum, quod illa Privilegia, Instrumenta & Jura sint dicti Communis & Civitatis, & pro ipsa sint supradicta & cum supradictis. Et quod ille Episcopus, vel alius qui obtinuerit, teneatur dare istud, & illa dicto Communi ut sua, dummodo Commune eisdem satisfecerit de expensis factis pro illis.

Item ex pacto habito inter partes ipsi Dominus Episcopus, Canonici & Capitulum se obligaverunt pro se suosque successores, quandocumque fuerint requisiti per dictum Commune, quod ire deberent ad Dominum Imperatorem, vel Duces pro impetrando Confirmationes dictorum Privilegiorum, Instrumentorum primo habitorum, quod ipsi, vel alter eorum, expensis Communis ibunt & facient, & juxta posse habere procurabunt, & quidquid obtinuerint in prædictis nomine eorum, vel Ecclesiæ ipsius sit, & debeant remanere. Constituentes & facientes dictum Dominum Petrum Procuratorem etjam Ecclesiæ pro in perpetuo in prædictis, & quoslibet eorum Successores, Dominosque, ut in rebus propriis.

Item, & promissum est, juvare dictam Civitatem, Commune & homines, & favorem dare suo posse in quibuscunque requisiti.

Item cassaverunt & tollerunt omnes injurias & processus, factas & latas contra Rectores, Consiliarios, Cives & Civitatem prædictam quacumque de causa, & voluerunt quod sint nulli valoris; & hoc totum fecerunt, pro eo quod, quia dictus Dominus Petrus Procurator, nomine dicti Communis, Civitatis & Populi in perpetuo eisdem Domino Episcopo, Canonicis & Capitulo ipsorum, nomine ipsorum & Ecclesiæ recipientibus, ibidem dedit & numeravit in Denariis Aquiliensibus Marchas quinque centum, quas ibidem in continenti dictus Dominus Episcopus, Decanus, Canonici & Capitulum dicti Danieli David Judæo præsenti & recipienti, in solutionem dicti debiti dederunt & solverunt: & ipse Daniel David easdem recepit, & eosdem de dicta Summa quietavit & absolvit ibidem.

Item etiam dictus Dominus Petrus nomine dicti Communis & Civitatis dedit, & concessit pro imperpetuo in Villis & Rusticis, habitantibus in Villis istis tam in districtu Tergesti, quam extra eisdem Dominis, Episcopo, Decano, Canonicis & Capitulo, omnem Jurisdictionem, Justitiam & Regalia, quam Communis usus habuit & tenuit; Salvis semper Communi Jurisdictione & Justitia in prædictis, de homicidio, furto, robario & membro manco & salvo, quod dicti Rustici debeant solvere angarias Communis, & per Commune impositas, & ire cum armis tempore belli gerendi, & quando mandabitur pro Commune, & cum Animalibus & currilibus eorum laborare ad servitium Communis.

Item dedit & concessit eisdem Mutam dicti Communis & Civitatis Januæ Riburgi ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ & sancti Justi Martyris & pro perpetua reparatione Ecclesiæ eorundem exigendam a forensibus venientibus, vel exeuntibus cum Mercandariis secundum instructionem & formam consvetas, pro causa hucusque & modo, alias.

Item etiam pro ratione dictæ Mutæ, ipsi Dominus Episcopus, Canonici, Capitulum & Ecclesia, in perpetuum onera, quæ Commune faciebat in reædificatione pontium, Mutarum & aliarum rerum Civitatis cum lignaminibus.

Item promisit & se obligavit in perpetuum dictos Dominos Episcopum, Decanum, Canonicos & Capitulum, & Ecclesiam; bona & jura eorundem a quibuscumque robatoribus & malis hominibus, bona fide vardare, defendere & manutenere pro suo posse.

Item cassavit omnes sententias & condemnationes factas contra Familiares & Rusticos prædictorum, & Ecclesiæ, & in prædictis constituit eosdem & Successores eorum & Ecclesiam pro imperpetuo possessores & Dominos in rebus propriis.

Quæ omnia posita & suprapposita & singula dicta, facta & scripta, promiserunt dictæ partes pro se, suosque Successores & hæredes in perpetuum hinc inde una Pars alteri se obligando firma, rata, stabilita fore, velle & esse, & habere, & tenere, servare, & non contravenire, sub pœna mille Marcharum Argenti & jurati solvenda per contrafacientem pacti, quæ servaverit, & illa pagata nihilominus firma sint supradicta, & pro prædictis omnibus & singulis obligavit una pars alteri hinc inde omnia bona Ecclesiæ & Communis, sintque magis firma, utraque pars ibidem tactis Evangeliis juravit perseverare, perpetuo servare scripta. Et mandavit hoc præsens Instrumentum eorum sigillo, in testimonium veritatis sigillari. Facta fuerunt omnia prædicta in Civitate Tergesti in Sala Domus Episcopalis, præsentibus Domino Joanne & Bartholomæo Presbyteris in Ecclesia Sanctorum Martyrum de Tergesto, Petro Nigri, Antonio Margaritæ Notariis, Nicolao de Stablis Notario Regio, Laurentio, Lazaro Apothechario & justo Mercatore, Civibus Tergesti, & aliis quampluribus Testibus ad hoc vocatis & rogatis.

Ego

Ego Joannes Episcopus prædictus me &c.
Ego N. Decanus prædictus pro me & Capitulo &c.
Ego Petrus Nitri Testis sumptus his omnibus interfui & me &c.
Ego Antonius Margarita Notarius præsens his omnibus interfui & me &c.
Ego Nicolaus de Stablis Notarius sumptus his omnibus interfui & me &c.
Ego Lazarus Apothecarius petitus præsens fui & me &c.
Ego Justus Mercator petitus præsens fui & me &c.

Ego Joannes filius quondam Magistri Bernardi Medici publ. Imp. auct. Notarius, & dicti Domini Episcopi sumptus omnibus & singulis cum suprascriptis Testibus præsens fui, vidi & audivi & ad petitionem Partium hoc Instrumentum scripsi bis, & cuilibet Parti dedi suum.

III.

Sententia, quam S. Rota Romana de controversia inter Tergestinum atque Æmonensem Episcopos, propter Humagum ejusque districtum, intercedente, pronunciavit, de An. 1493.

CHristi nomine invocato, pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de Dominorum Coadjutorum nostrorum consilio pariter, & assensu ferimus in scriptis, pronunciamus, decernimus, & declaramus in causa & causis, quæ alias coram R. D. Nicolao de Aretio in prima, & Hugone de Spina in secunda, atque Coadjutoribus nostris & coram nobis in tertia inter Marcum Antonium Episcopum Aemon. principalem ex una, & Petrum Episcopum Tergestinum de & super jurisdictione Ecclesiastica Collegiatæ Ecclesiæ S. Pellegrini Oppidi Humagi, illius territorii, & districtus, & etiam jure decimandi, & decimas colligendi, juraque Episcopalia exercendi in eisdem, sive illorum spolia . . . . & modo, & coram Nobis de & super nullitatis sententiæ declaratione per nos prædicto R. P. D. Petro Episcopo Tergestino & contra præfatum R. P. D. Marcum Antonium Episcopum Aemonens. latæ, ac omnium, & singulorum inde secutorum, ac etiam jurisdictione Ecclesiastica, jure decimandi & decimas colligendi, & percipiendi, juraque Episcopalia exercendi ibidem prædictis rebus, aliisque & illorum occasione in actis latius expressis, in petitorio partibus ex altera in prima vertunt instantia, nulliter, male & perperam fuisse, & esse per nos processum, sententiatum & diffinitum, hujusmodique processus nostros & sententias per nos latas & literas executoriales, ac decreta cum omnibus & singulis inde secutis fuisse & esse nullos & nullas, ac nulla, nulliusque roboris, vel momenti & nullitatis vitio subjacuisse & subjacere, eosque & eas, ac dictarum literarum executorialium decreta cum omnibus & singulis inde secutis prædictis, quatenus de facto processerunt, revocandos, cassandos ac annullandos fore, & esse, prout revocamus, cassamus & annullamus, parique nostra diffinitiva sententia pronunciamus, decernimus & declaramus, collegiatam Ecclesiam S. Pellegrini oppidi Humagi, illius territorium & districtum præd. in diœcesi Æmoniens. extitisse & existere, & intra illius limites comprehensa & comprehendi & illius diœcesis fuisse & esse, ac etiam donationem, concessionem & elargitionem per Serenissimum Conradum Romanorum Regem de villa terræ, & nunc oppidi Humagi, illius territorio, & districtu prædictæ Ecclesiæ Æmoniens. & illius Episcopis pro tempore pie & gratiose factam & factas, ac omnia & singula inde secuta fuisse & esse Canonicam, Canonicas & Canonica, suumque de Jure debuisse & debere sortiri effectum: nec non Jurisdictionem Ecclesiasticam Collegiatæ Ecclesiæ S. Pellegrini, & oppidi Humagi, illius districtus & territorii prædictorum, ac etiam jus decimandi & decimas colligendi & percipiendi, juraque Episcopalia in eisdem exercendi ad præfatum R. P. D. Marcum Antonium Episcopum Æmon. dictamque Ecclesiam Æmon. & illius Episcopos pro tempore spectavisse ac spectare, ac D. Marco Antonio Episcopo dictæ Eccles. Æmon. ac illius Episcopis pro tempore præfatis fuisse & esse debitam, & debita, illamque, & illa eidem cum omnibus & singulis pertinentiis suis adjudicandam, & judicanda fore, & esse, ac judicamus; nec non præfato D. Petro, Episcopo Tergestino adversario, Ecclesiæ Tergestinæ, & illius Episcopis pro tempore in, & ad Jurisdictionem Ecclesiasticam Collegiatæ Ecclesiæ S. Pellegrini, & oppidi Humagi, illius districtus & territorii præd. & decimas colligendi, & percipiendi, & Jura Episcopalia prædicta in eisdem exercendi nullum unquam jus competiisse, nec competere, & eumdem Petrum Episcopum præfatum & Ecclesiam Tergestinam ab Jurisdictionis Ecclesiasticæ, juris decimandi & decimas colligendi, & percipiendi, juraque Episcopalia exercendi, hujusmodi & pertinentiarum omnium, eorumque quasi occupatione & detentione tollendum & amovendum fore & esse, ac tollimus & amovemus, & eumdem D. Marcum Antonium Episcopum Æmon. præfatum, & illius Ecclesiam in quasi corporalem, realem & actualem possessionem jurisdictionis Ecclesiasticæ, juris decimandi, decimas colligendi & percipiendi, ac jura Episcopalia exercendi præd. & pertinentiarum omnium & singulorum ponendum & inducendum fore & esse ac ponimus & inducimus, quasique occupationes & detentiones hujusmodi, nec non molestationes, intrusiones, contradictiones & impedimenta ipsi D. Marco Antonio Episcopo, & illius Ecclesiæ Æmon. per præfatum D. Petrum Episcopum Tergestinum, de & super jurisdictione Ecclesiæ Collegiatæ S. Pellegrini & oppidi Humagi, illius districtus & territorii, & jure decimandi, & decimas colligendi & percipiendi, juraque Episcopalia in eisdem exercendi, & illorum occasione quomodolibet factas & præstitas, ac facta & præstita fuisse & esse temerarias, illicitas, indebitas, iniquas & injustas, præsumptas & præsumpta, & dicto D. Petro Episcopo præfato, Ecclesiæ Tergestinæ, & illius Episcopis

pis pro tempore de & super illis, ac jurisdictione Ecclesiastica, jure decimandi, & decimas colligendi, & percipiendi, juraque Episcopalia exercendi præd. perpetuum silentium imponendum, & imponimus; nec non in fructibus a tempore motæ litis per præfatum D. Petrum, Episcopum Tergestinum etiam ex eisdem perceptis, & in expensis in hujusmodi causa coram nobis pro parte dicti D. Marci Antonii Episcopi Aemon. præfati hactenus factis eundem D. Petrum Episcopum præfatum condemnandum fore, & condemnamus, quarum taxatione nobis imposita reservamus &c.

Ita pronunciavi ego Jo. Antonius de...... Mediolanen. Rotæ Auditor &c.

IV.

Caroli V. Roman. Imperatoris literæ protectionis Civitati Tergestinæ datæ, d. d. 10. Jul. An. 1518.

CArolus Dei gratia Rex Hispaniarum, Hierusalem &c. &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. &c. Comes Flandriæ, Tirolis &c. Magnifici, Nobiles, Spectabiles, Sapientes, Fideles, Dilecti. Habemus inter cæteras Urbes istius Illustrissimi Patrimonii Archi-Ducatus Nostri Austriæ, honorabilem, & fidelissimam Civitatem Nostram Tergestinam Nobis unice dilectam, supra Mare Adriaticum in faucibus Italiæ, ut Nos latere non debet, sitam, quam, cum re & experientia ipsa cognoverimus, continuo in inviolabili fide, constantia & devotione erga Nos, & præfatam Illustrissimam Domum Nostram Austriæ, atque in quacunque occasione & discrimine imperterrito animo extitisse, & eam spretis etiam incommodis & periculis omnibus extremam quamcunque necessitatem & indigentiam experisse & perpessam fuisse, ubi multis & maximis ruinis, damnis, calamitatibus, destructionibus subjecta fuit, ut se Nobis, & præfatæ Domui Nostræ conservaret &c. ob quæ omnia & singula prædicta cum Nobis grata & accepta sit, ac Nos plurimum ejus conservationi intendere cupiamus, etiam per præsentes vobis summopere commendandam duximus; Vos hortantes, & serio requirentes, ut quum Nos quandoque in remotis longè Regionibus, & Provinciis agimus, ubi usui, commoditati, & bono illius regiminis minime providere & consulere possimus, velitis Nostro nomine in omni ejus occurrentia, & necessitate, dum ab ipsis Nostris fidelissimis Tergestinis requisiti fueritis, pro posse vestro eis opitulari, & auxilium præstare, ac ipsos contra quoscunque inquietare & molestare inique forsan volentes, defendere, adjudicare, ac pro viribus patrocinio, & authoritate Nostra tutari & protegere, ut eorum incomparabilis fidelitas & constantia erga Nos, & præfatam Domum Nostram Austriæ exposcit & requirit. In quo non solum rem Nobis mirifice gratam & acceptam, tanquam expressam & seriosam voluntatem Nostram executuri estis.

Dat. in Civitate Barchinona, die decima mensis Julii, anno M. D. XVIII, Regnorum nostrorum IV.

CAROLUS.

Ad Mand. Cathol. Majest. proprium,

Haunart, mppr.

V.

Ejusdem Rescriptum ad Regentes & Consiliarios Provinciales administrationi Ducatus Carniolæ præfectos, in quo eis serio atque severe præcipit, ut Civitatis Tergestinæ Incolas ab omnibus tributis, quæ vulgo Steuræ dicuntur, in posterum habeant immunes, d. d. 10. Julii, An. 1518.

CArolus Dei gratia Rex Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, &c. Magnifici, Nobiles & Fideles Nobis Dilecti. Exponere Nobis fecerunt Spectabiles, Honorabiles, Fideles Nobis Dilecti N. N. Judices, Consilium, & Communitas Civitatis Nostræ Tergestinæ, ipsos ex antiquis consuetudinibus, confirmationibus, Privilegiis, & Immunitatibus ab Illustrissimis Antecessoribus Nostris, Archiducibus Austriæ gratiose habitis, & impetratis, nunquam solitos fuisse solvere, atque exbursare aliquam steuram, & impositionem, quandoque ipsi Patriæ, & Ducatui Nostro imponendam; Vos tamen aliquando vigore ejusmodi Steurarum solutionis eos molestare solere, quas nunquam antiquitus solvere soliti sunt: Nobisque humillime supplicari fecerunt, ut tanquam Princeps, & Dominus Suus, & Vester, benigne de opportuno remedio providere, eorumque indemnitati, & detrimento clementer consulere dignaremur. Quorum honestæ petitioni pro sua in Nos, & Serenissimam Domum Nostram Austriæ inviolabili fide, devotione, & observantia, ac magnis damnis, minis, & destructionibus, quæ in hoc proximo Italico Bello passi sunt, gratanter, & læto animo annuentes, & complacentes, vobis expresse committimus, & serio præcipiendo mandamus, ut nequaquam in futurum quavis occasione, seu causa ipsos Nostros fideles Tergestinos pro hujusmodi Steuris molestari, aut aggravare debeatis, sed eos in antiquis consuetudinibus, & Privilegiis suis conservare, & manutenere juxta mentem, & mandata Cæsareæ Majestatis Domini & Avi Nostri Colendissimi Vobis per eos præsentata: Omni prorsus exceptione remota, quia in eo Nostram expressam voluntatem facturi estis.

Dat. in Civitate Nostra Barchinona die X. mensis Julii, M. D. XVIII. Regnorum nostrorum IV.

CAROLUS.

Ad mandatum Catholicæ Majestatis proprium.

Haunart, m. p.

A Tergo:

Magnificis, Nobilibus, Fidelibus Nobis dilectis N. N. Regentibus, & Consiliariis Nostris Provincialibus Deputatis ad gubernium Ducatus Carniolæ, præsentibus, & futuris.

VI.

Caroli V. Rom. Imper. omnium Privilegiorum à Romanis Imperatoribus & Regibus Episcopo atque Communi Civitatis Tergestinæ concessorum confirmatio, d. d. 12. April. An. 1522.

CArolus, Divina favente Clementia electus Roman. Imperator, semper Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Aragoniæ, Legionis, & Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarviæ, Algeciriæ, Gibraltaris, ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ, & Indiarum, ac Terræ firmæ, Maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, Wirtembergæ &c. Comes Flandriæ, Abspurgi, Tirolis, Barcinonæ, Arthois, Burgundiæ, Comes Palatinus Hanoniæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Feretis, Kiburgi, Namurci, Rossilionis, Ceritaniæ, & Zutfaniæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Burgaviæ, Oristani, Gotziani, & S. R. I. Princeps Sueviæ, Cathaloniæ, Asturiæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis, Biscajæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Melchinæ, &c.

Ad perpetuam rerum memoriam: Meditari secum semper debet is, cui à Deo Optim. Max. à quo omnis dignitas, & potestas est, Urbium, Gentium, & Populorum regiminis, & gubernii habenæ collatæ sunt, ut sicut delinquentium perfidiam & malignitatem studeat acriter ulcisci, ac coërcere, & perditorum hominum mores suppliciis & pœnis in melius convertere, & immutare; ita non minori studio, cura, & diligentia gratitudinis, & benignitatis suæ vices eis impertiri, qui fide, observantia, laboribus, ac meritis sese indies magis, ac magis acceptos, & gratos reddidere. Quapropter Nos hac ratione ducti diligenter considerantes, qua inviolabili fide, integritate, constantia, sinceritate & devotione honorabiles, fideles Nobis dilecti N. Judices, Consilium, & universa Communitas Civitatis Nostræ Tergestinæ Serenissimi Patrimonii Archiducatus Nostri Austriæ, in quacunque fortuna erga Nos, & dictam Domum Nostram sese exhibuerunt, & præstiterunt; Iniquum certe foret, si non tam fidelissimam Nobis Civitatem peculiari gratia, munificentia, & liberalitate Nostra ad futuram præcipue conservationem, & manutentionem regiminis sui prosequeremur. Attentis igitur humilibus precibus Venerabilis, devoti Nobis dilecti Petri Bonomi, Episcopi Tergestini, Consiliarii Nostri, ac fidelis Civis, & Secretarii Nostri Petri de Julianis, nomine dictæ Nostræ Civitatis, Nobis supplicantis, ut omnia Privilegia, literas, gratias, immunitates, concessiones, exemptiones, & declarationes supra quibuscumque Juribus, libertatibus, provisionibus faciendis, confirmationibus, ac aliis quibuscumque commoditatibus & beneficiis, quas, & quæ pro benemeritis suis à Prædecessoribus Nostris Roman. Imper, Archiducibus Austriæ, &c. & præcipue à Divis Imperatore Friderico Genitore, & Cæsare Maximiliano Filio, præclarissimæ memoriæ Abavo & Avo Nostris Charissimis pro tempore eis concessa, & elargita fuere; & denique omnia Statuta, Jura Municipalia, antiquas, & laudabiles consuetudines eorum, & dictæ Nostræ Civitatis gratiose confirmare, & approbare dignaremur: Quorum honestæ, & de fonte Justitiæ emananti supplicationi benigne annuere, & eisdem gratiam specialiter facere volentes; prædicta omnia, & singula Privilegia, literas, immunitates, exemptiones, libertates, & gratias, ut supra, ac quæcumque in eis contenta, quorum exempla, præter Libros statutorum ad majus robur, & eorum manutentionem hic pro insertis, ac si de verbo ad verbum inserti essent, haberi volumus; & in primis quasdam literas patentes præfati Imperatoris Friderici circa pascua extra Montes, & Mandrias intra Montes, quarum datum est in Oppido Lintz die 13. mensis Martii anno Domini 1490. Imperii sui 38. & alias ipsius Imperatoris circa pastinationes ruricolarum datas in Oppido Nostro Lintz die 22. mensis Aprilis anno Domini 1491. Imperii sui 40. Regnorum suorum Romani 51. Hungariæ vero 33. ac alias prædicti quoque Imperatoris, circa provisiones faciendas pro commodo dictæ Urbis datas in Oppido Nostro Lintz 29. mensis Augusti anno Domini 1492. Imperii sui 41. Regnorum suorum Romani 53. Hungariæ vero 34. & alias in lingua Germanica, ut Capitanei prædictæ Civitatis, & Arcis Nostræ Tergestinæ permittant Officiales, & alios Cives exercere Officia ipsius Civitatis, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, datas in Oppido Nostro Lintz die Mercurii, post Dominicam Lætare in quadragesima anno à Nativitate Christi 1492. Imperii sui 41. Regnorum suorum Romani 51. Hungariæ vero 34. ac quoque alias ipsius Imperatoris, quod Tergestini liberi sint ab impositionibus quandocumque imponendis in Ducatu Nostro Carniolæ, & maxime datas in Oppido Nostro Lintz die Sabbati post Festum Sancti Jacobi Apostoli in messe anno Domini &c. 91. Imperii sui 41. & etiam alias prænominati Cæsaris Maximiliani pro lignaminibus pro Navigiis, & Barchis construendis, & fabricandis, scindendis in Dominiis Castrorum Nostrorum Adelsperg, Duini, Reyffenberg, & Svvarznech, datas in Oppido Nostro Inspruch, die Lunæ, post Festum Sancti Jacobi Apostoli, anno à Nativitate Domini 1517. Imperii sui Romani 22. Hungariæ vero 18. & alias ipsius Cæsaris, ut Tergestini possint ad dictam Nostram Civitatem libere conducere Boves, Hircos, Sues, & alia hujusmodi Animalia pro Macello, & ejus usu sine solutione Aufflog, & alicujus alterius Thelonii; ac alias quoque Germanicas etiam prædicti Cæsaris, quod Mercatores Tergestini ultra Laybachum transire possint cum Mercibus suis, & negociari, solutis tamen Mutis & Aufflog, datas in Oppido Nostro Innspruch, die Dominica post Sanctum Michaelem Archangelum anno Domini &c. 500. Regnorum Rom. 15. Hungariæ vero 11. ac alias Germanicas, quod Cives Tergestini nullibi detineantur, nec Bona eorum, sed permittantur absque molestia transire, & negociari, datas die 23. mensis Martii anno Domini &c. 1517. Regnorum suorum Romani 22. Hungariæ vero 17. nec non alias prænominati Cæsaris, quod præsentes, & futuri Thelonarii, Mutarii & Auffalogeri in solutione Mutarum & Aufflog Labaci, Tergestinos tractent sicut Laybacenses, datas in Civitate Nostra Vienna die 28. Octobris anno &c. 17. Imperii sui Romani 32. & alias Nostras desuper datas Barchinonæ, ac alias ejusdem Maximiliani, quod vinum per mare conductum ad Portus Ve-

neto-

etorum fraudatis Mutis, Tergesti & Duini retineatur, & nec restituatur Mercatoribus, datas in Civitate Nostra Imperiali Augusta die 30. mensis Januarii anno Domini 1518. Regnorum suorum Romani 32. Hungariæ vero 38. ac alias etiam ipsius Cæsaris Maximiliani clausas ad Vice-Dominum Carniolæ, ut Mercatores Cives Tergestini in Civitate Laybaci tenere possint Domos, sicut ipsi Laybacenses in Civitate Tergesti, datas in Civitate Nostra Vienna die 27. Mensis Octobris anno &c. 17. Regni sui Romani 32. et alias nostras ad dictum Vice-Dominum, & Civitatem Laybaci datas Barchinonæ, & omnes alias litteras Latinas, & Germanicas pro Strata, sive Itinere, quod ducitur ex Ducatu Nostro Carniolæ, Oppido Los, & Regione Charsia ad Istriam, per Civitatem Tergesti, & non aliunde perpetuo transeat; et præcipue Privilegium Latinum ipsius Cæsaris, quod incipit: Maximilianus &c. Cum super moris, & instituti Nostri fuerit &c. datum in Civitate Nostra Vienna die penultima Mensis Octobris, anni Domini 1517. Regnorum suorum Romani 32. Hungariæ vero 28. et Privilegium ipsius Maximiliani confirmationis Statutorum, ac Privilegiorum istius Civitatis Nostræ Tergestinæ, quod incipit: Cum diligenter cum soliti simus fidelibus Urbium Nostrarum populis adsistere &c. datum in Civitate Nostra Vienna die penultima Mensis Octobris anno Domini 1517. Regnorum suorum Romani 32. Hungariæ vero 28. et denique omnia alia & singula Privilegia, litteras, statuta, jura municipalia, & alias proprietates, quas & quæ a Prædecessoribus Nostris, & præsertim Imperatore Friderico, & Cæsare Maximiliano obtinuerunt, & consecuti sunt; motu proprio, ex certa Nostra scientia, ac de plenitudine Nostræ Cæsareæ, & Archiducalis potestatis, & Consilii Nostri accedente maturo consensu, in omnibus, & singulis eorum punctis, articulis, clausulis, gratiis, favoribus, indultis, concessionibus, verborum expressionibus, & sententiis juxta eorumdem tenorem confirmavimus, ratificavimus, & approbavimus, ac, in quantum opus est, de novo concessimus, & indulsimus; prout tenore præsentium approbamus, ratificamus, confirmamus, ac de novo concedimus, plenum perpetuæ firmitatis robur adjicientes, decernentesque, & volentes, quod præfati Judices, Consilium, & universa Communitas eorundemque Successores perpetuis futuris temporibus hujusmodi Privilegiis, Statutis, & laudabilibus consuetudinibus, eorumque gratiis, favoribus, exemptionibus, immunitatibus, & aliis quibuscumque in eis contentis & expressis, uti, frui & gaudere possint, & debeant: Impedimento, & contradictione cessante quomodocumque, nec obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus, factis, aut fiendis, tam per Nos, quam per Successores Nostros, quibus omnibus & singulis, etiam si talia forent, quæ deberent hic exprimi, & de eis fieri mentio specialis, sub quacumque verborum forma, & clausulis etiam derogatoriis, & derogatoriarum derogatoriis emanaverint, aut in posterum emanarent, quibus omnibus & singulis derogamus, & vigore præsentium derogatum esse volumus; Nostris tamen dumtaxat, & Sacri Romani Imperii, ac Sacratissimæ Domus Nostræ Austriæ Juribus semper salvis. Quapropter serio committimus, & expresse præcipiendo mandamus omnibus & singulis Capitaneis, Vice-Dominis, Castellanis, Magistris Civium, Judicibus & Communitatibus, Thelonariis, Mutariis, ac cæteris omnibus aliis Officialibus Ducatus Nostri Carniolæ, & Regionis Nostræ Charsiæ, ac aliorum locorum eis adjacentium, quocumque nomine nuncupentur, ac omnibus etiam Capitaneis, Vice-Capitaneis, Vicariis, & denique omnibus Officialibus dictæ Civitatis Nostræ Tergestinæ, præsentibus pariter & futuris, ut prædictos Judices, Consilium, & universam Communitatem Nostram Tergestinam in hac Nostra confirmatione, & concessione perpetuis futuris temporibus tuentur, defendant, & manuteneant, neque ab aliquo hanc firmam, & inviolabilem voluntatem Nostram infringi patiantur, quantum gratiam Nostram sibi charam existimant, ac gravissimam indignationem Nostram & pœnam XXV. Marcharum Auri puri, medietatem Fisco Nostro, reliquam vero partem injuriam passorum usibus applicandam, evitare maluerint. Harum testimonio literarum manu Nostra subscriptarum, & Sigilli Nostri Cæsarei appensione munitarum.

Datum in Oppido Nostro Bruxelis, die 12. Mensis Aprilis, anno Domini 1522. Regnorum Nostrorum Romani tertio, aliorum vero omnium septimo.

Carolus.

Ad Mandatum Cæs. & Cathol. Majest. in Consilio, &c.

VII.

Ferdinandi Principis atque Infantis Hispaniæ Diploma, in quo, se Petrum Bonomum, Episcopum Tergestinum, habita diuturnorum ejusdem servitiorum atque meritorum ratione, bona cum gratia dimisisse, attestatur, d. d. 29. Octobr. An. 1523.

FErdinandus Dei gratia Princeps & Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carniolæ, &c. Imperialis Locumtenens Generalis. Testamur, & notum facimus universis, & singulis, præsentes litteras Nostras inspecturis: Quod cum Rever. Devotus Nobis Dilectus Petrus Bonomus, Episcopus Tergestinus, Consiliarius & Magnus Cancellarius Noster Austriæ, multis jam annis, Serenissimis Divæ memor. Romanorum Imperatoribus Friderico Avo Nostro, Maximiliano Patri, demum etiam, & Invictissimo Carolo Cæsari & Hispaniarum Regi, Fratri Nostro Colendiss. Nobis etiam ipsis aliquandiu fideliter, & diligenter servierit, vergensque jam in Senium, & annis gravis, desideret, se quieti tradere, & ad Ecclesiam suam Tergestinam, quæ sibi natale solum, & Patria est, remeare, reverenter a Nobis abeundi veniam requisiverit; Nos, attentis illius diuturnis servitiis & meritis, quibus se & progenitoribus Nostris, & Fratri Nostro, & Nobis etiam ipsis multifarie gratum reddidit, justæ ipsius petitioni clementer annuimus, veniamque optatam imperti-

cti sumus; illique etiam de convenienti stipendio ad vitam ejus providimus. Cujus quidem rei seriem ad præsentium notitiam, & posterorum etiam memoriam volumus præsentibus litteris Nostris attestari. Quæ datæ sunt sub solito pendenti Nostro Sigillo in Civitate Nova Austriæ, die 19. Octobris Anno Domini M. D. XXIII.

VIII.

Ferdinandi III., Romanorum Imperatoris, Civitatis Tergestinæ omnium Statutorum, Privilegiorum, atque bonarum consuetudinum confirmatio, d. d. 1. Octobris, An. 1637.

NOi Ferdinando III. per la Iddio gratia eletto Imperatore de' Romani, in ogni tempo Aumentator dell' Imperio, Rè di Germania, Ungheria, Boemia, Dalmatia, Croatia, e Schiavonia, Arciduca d' Austria, Duca di Borgogna, Stiria, Carinthia, Carniola, e Wirtemberga, Conte del Tirolo e Goritia &c. Attestiamo publicamente, e con le presenti notifichiamo à tutti, che havendoci gli honesti, prudenti Nostri fedeli diletti N. Giudici e Consiglio della Nostra Città di Trieste humilmente supplicato, affinche Noi, come hora Regnante Signore, e Prencipe del Paese, volessimo gratiosamente confermare i loro Statuti, Privilegi, e buone consuetudini, ch' alli medesimi sono stati concessi, e confermati da Nostri riveriti Predecessori dell' Eccelsa Casa d' Austria, e dal q. Nostro dilettissimo in Dio riposante Padre Ferdinando II. di gloriosa memoria: Onde in risguardo di queste loro humilissime, e decenti preci, e per la particolar obbedienza, e fedeltà prestata dalla detta Città di Trieste alli Nostri Predecessori da innumerabili anni in qua, in tempo di pace, e di guerra, e specialmente nella prossima passata del Friuli, dimostrandosi totalmente costante, e gelosa, e di lode degna, e perciò con maturo conseglio, e per gratia speciale, habbiamo gratiosamente confermato, & in quanto questi loro Statuti, Privilegi e buone consuetudini, quali in vigore delle presenti lettere confermiamo, e rinoviamo tant' oltre, che sono in pratica usitata, e possesso, e che Noi anco per ragion', e giustitia potiamo confermare. Ordiniamo, e vogliamo, che tutti li tenori, clausule, punti, ed articoli in essi compressi restino interamente nel lor vigore, come se fossero qui entro descritti di parola in parola, & che essi N. Giudici, e Consiglio della Città de Trieste, e loro Successori, debbano & possano di quelli prevalere, adoperare, e godere nella maniera, che fin' hora gli hanno adoperati, e goduti avanti ognuno senza impedimento. Onde commettiamo sopra di ciò a tutte, ed à cadauna delle superiorità a Noi soggette, Luogotenenti, Capitani delli Paesi, Prelati, Conti, Baroni, Cavalieri, Capitani, Verbeseri, Vice Domini, Burgravii, Giudici delli Paesi, Burgomastri, Sindici, Conseglieri, Cittadini, e Communi, e poi à tutti gli altri Nostri Officiali sudditi, e fedeli, Ecclesiastici, e Secolari, di che Dignità, Stato, e conditione si siano, seriosamente, e fermamente con queste lettere, e vogliamo, che gli accennati N. Giudici, e Consiglio della Città di Trieste, e loro Successori, restino interamente nelle loro immunità, Statuti e buone consuetudini. Ed in questa Nostra confermatione seguita si possano di quelli valere, adoperare, e godere, senza che siano contro li medesimi astretti, ne aggravati; Ne sia permesso a verun' altro à contrastargli in alcun modo, e maniera, in pena della Nostra grave indignatione; essendo questa la Nostra seriosa mente. Risevandoci Noi però, secondo la comodità del tempo, d' alterare, sminuire, overo ampliare li detti Statuti di Trieste. In fede delle presenti Lettere sigillate col Nostro pendente Sigillo Imperiale.

Data dal Nostro Castello di Eberstorff, il primo Ottobre, 1637.

Ferdinando.

(Locus Sigilli pendentis.)

IX.

Leopoldi, Romanorum Imperatoris, Civitatis Tergestinæ omnium Statutorum, Privilegiorum, atque bonarum consuetudinum confirmatio, d. d. 24. Sept. An. 1660.

NOi Leopoldo, per la gratia di Dio eletto Imperatore de' Romani, in ogni tempo Aumentatore dell' Imperio, Rè di Germania, Ungheria, Boemia, Dalmatia, Croatia e Schiavonia, Arciduca d' Austria, Duca di Borgogna, Stiria, Carinthia, Carniola, e Wirtemberga, Conte del Tirolo, e di Goritia &c. Col presente Diploma attestiamo, e ad ognuno publicamente notifichiamo, come i Nostri fedeli, prudenti, honesti, e diletti N. N. Giudici, Consiglio, e Communità della Nostra Città di Trieste, c' hanno humilmente, e difusamente rappresentato, qualmente essi per il passato sono stati dotati, e gratiati dalli Nostri Riveritissimi Predecessori al Regno, ed alla Nostra Augustissima Casa Austriaca, con diversi Privilegi, Statuti, e buone consuetudini, e di tempo in tempo confermati, in conformità delle Copie prodotte degli Nostri respettive Dilettissimo Avo, e Sign. Padre Ferdinando II. li 24. Decembre dell' anno 1624. e Ferdinando III. nel Castello di Eberstorff l' ultimo d' Ottobre 1630. e poi dal Nostro Dilettissimo, & Amantissimo Fratello Ferdinando IV. li 3. Settembre 1652. tutti Imperatori, Rè de' Romani, ed Arciduchi d' Austria, di gloriosa recordatione. Supplicano percio à voler Noi, come Regnante Signore, e Prencipe del Paese, per l' Homaggio a Noi hoggi personalmente prestato, in simil forma gratiosamente confermarli, ed approvarli. Veduta dunque l' humile supplicatione de' detti Triestini, e ponderata anco la costante fedeltà, e devotione che ci portano, ed hanno sempre portato, tanto nella passata guerra gli anni scorsi del Friuli, quanto al presente verso la Nostra Persona, e prenominata Nostra Eccelsa Casa Arciducale, con humilissima offerta, ed obligatione di continuare la stessa fedeltà nell' avvenire.

Vo-

Volendo Noi dunque gratiosamente condescendere a tal lor dimanda, confermiamo & approviamo gratiosamente con animo deliberato, maturo consiglio, e certa scienza ad essi Giudici, Consiglio, e Comunità di questa Nostra Città d' Trieste, tutti i lor Privilegi, Statuti, Lettere, e tanti altre buone Consuetudini, de' quali sono in effettivo pacifico possesso, ed uso. Tali anco ad essi notoriamente confermiamo, ed approvamo in vigore del presente Diploma, per la Plenipotenza Cesarea, e di Prencipe del Paese, ciò che alli medesimi da Noi in questo particolare di ragione, consuetudine, overo equità si puo confermare ed approvare.

Ordiniamo dunque, e vogliamo, che tutte, e qualsivoglia delle sopranominate, ed altre loro Lettere, e Diplomi, restino in tutte le loro clausule, ed articoli interamente nella loro fermezza, e vigore, e non altrimente, come fossero nel presente Diploma, di parola in parola, espressamente ed unitamente nominate, e scritte. E che, si come sin' al presente, così anco nell' auvenire possino gli più volte nominati Giudici, Conseglio, e Comunità di quelli intieramente servirsi, adoperare, e godere, ed in essi mantenersi, ne in contrario da veruno essere molestati, ed aggravati.

Comandiamo sopra di ciò a tutte le Superiorità a Noi soggette, ecclesiastiche, e mondane, alli Prefetti della Città, Capitani, Marascialli, e Verbeseri, Burgravii, Vice-Domini, Flegeri, Burgomastri, Giudici, Conseglieri, Cittadini, e Comunità, ed a tutti gli Nostri Ufficiali, Sudditi, e Fedeli di qualunque Dignità, Stato, Ufficio, ò conditione si siano, seriamente, e fermamente vogliamo col presente Diploma a lasciar interamente imperturbati li più volte nominati Giudici, Conseglio, e Comunità di Trieste, ne' loro Privilegi, Statuti, Ragioni, e buone Consuetudini; ne in questa Nostra gratiosa confermatione, ed approvatione perturbargli, overo aggravargli in contrario; ne permettere in veruna maniera, modo, e via, che da alcun altro ciò sia fatto, per quanto deve stimare ognuno, ed evitare la Nostra indignatione, e castigo.

In fede del presente Diploma, sigillato col Nostro Imperiale Sigillo pendente. Dato nella Nostra Città di Trieste li 24. del Mese di Settembre dopo la Gloriosa Natività di Nostro Signore Giesù Christo M. DC. LX.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis proprium.

A. Schidenich.

X.

Privilegia atque immunitates, quas Carolus VI, Romanorum Imperator, omnibus illis obtulit atque concessit, qui in Austriæ interioris Provinciis ac portubus, in primis autem in Portu Tergestino *atque at Fani S^ti Viti, vulgo* Fiume *dicti, qui pro francis sive liberis declarati sunt, mercimonium exercere, ibidemque naves suas appellere desiderant, d. d. 18. Mart. An. 1719.*

Nos Carolus Sextus, Dei Gratia Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniæ, Hispaniæ, Hungariæ & Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ & Serviæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Styriæ, Carinthiæ, Craniæ & Würtenbergæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ & Gradiscæ &c. Significamus N. omnibus & singulis Nostris fidelibus Incolis & Subditis cujuscunque dignitatis, status, officii, gradus, superioris & inferioris, qui ubicunque in Nostris Hæreditariis Regnis, Principatibus & Regionibus, videlicet in Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, Sclavonia, Servia & aliis Nostris conquisitis, item in Austria, Tyroli, Styria, Carinthia & Crania, Goritiæ, Gradisca, Tergesto, Fano Sancti Viti, & in omnibus reliquis Nostris Austriæ interioris provinciis & Portubus maris habitant, & ibi possessionati reperiuntur, vel imposterum ibidem habitabunt & domicilium collocabunt, Nostram Cæsaream & Principalem Gratiam & omne bonum & hisce notum facimus omnibus & singulis: Postquam in ea, quam Nos cum Porta Ottomannica inivimus, pace, inter cætera etiam ad utrinque introducenda Commercia, & Navigia, uti & ad ea cum fructu promovenda, specialis Tractatus sub dato 27. Julii proxime elapsi Anni 1718. fuit conclusus, & Nos etiam absque hoc jam vigore Nostrarum de dato 2. Junii 1717. Anni typo impressarum & publicatarum, nec non modo proxime sub dato 12mo Martii hujus Anni declaratarum, renovatarum & publicatarum ad introducendum universale Commercium, maxime etiam inter Christianitatem in Nostris omnibus Austriacis Hæreditariis Regnis, Principatibus & Provinciis, præcipue autem per navigationes in Nostris Austriæ interioris portubus maris, Nostram Cæsaream & Principalem intentionem notam fecimus, adeoque ad majorem rei hujus promotionem super relatione Nobis desuper cum circumstantiis exacte facta in uno & altero, Nos clementissime resolvimus, ut sequitur, videlicet:

Primo, extraneis trafficantibus Navium Patronis, Manufactoribus aliisque artificibus, qui Commercii causa in Nostras Austriæ interioris Hæreditarias Regiones migrare & domicilium collocare volunt & desiderant, non tantum in nuper jam descripto districtu dicto Porto Rè & Vinodol, sed & in omnibus aliis Civitatibus, Oppidis, & Pagis, in Nostris Austriæ interioris Regionibus, ubi & quomodo unicuique ibidem placet, & commodum esse potest, commoda habitatio, etiam liberum exercitium Negotii, manufacturæ, vel artificii, & omnis hujus respectu necessaria protectio; uti nonminus, pro

Secundò, ad hunc finem in meliorandis, & ordinandis, parandis, ac ampliandis viis Regiis, ut eædem ad promotionem Commercii, & transvehendis transportandisque mercibus secundum mercantilem consuetudinem, & usum aptæ & practicabiles fiant, incessanter laborabitur, & quam

quam proxime ad finem perducentur, ac eodem modo imposterum manutenebuntur.

Ideo in prædictum finem Nos omnibus negociantibus & mercatoribus hisce clementer concedimus facultatem, in Nostris Portubus, fluviis & fluminibus in Nostris Austriæ interioris Principatibus & Provinciis Hæreditariis, etiam absque omni salvo conductu, vel absque omni alia generali & speciali licentia tam cum suis propriis, quam conductis navibus oneratis, & non oneratis, quibuscunque effectibus, bonis & rebus mercantilibus cujuscunque sortis adveniendi, in iisdem commorandi, & ubi illis placuerit, velis solutis redeundi. Quare Nos, pro

Tertio, ad præfatum finem *Portus Francos*, Nostras juxta Mare Adriaticum sitas duas civitates *Fiume* & *Tergestum* pro tempore hisce clementissime denominavimus, ubi omnes ad portum appulsi exteri trafficantes, alias ex Nostris hæreditariis Regionibus ex secunda, tertia, quarta, vel plane quinta manu acceptos effectus imposterum majori ex parte a prima manu, consequenter magno cum lucro acquirendi, & ex iis ulteriorem acquestum querendi bonam occasionem nancisci possunt. Quandoquidem Nos, pro

Quarto, ad majorem securitatem & harum rerum promotionem non tantum propter erectionem & stabilimentum perpetuæ contumaciæ peculiarem ordinationem confici curavimus, sed & sequentes speciales libertates pro supradictis ambobus *Portubus Francis* dictis *Fiume* & *Tergestum* clementissime impertiti sumus, & ad cujusvis notitiam notas facimus, videlicet: *Primo*, quod quilibet trafficans Navis, Capitaneus, Patronus, & alii similes in Nostros ambos Portus Francos & semper cum vel sine onere, absque impedimento & libere in- & excurrere, in iisdem ad arbitrium tam in propria persona, quam per suos Agentes & Factores, prout ipsis factu optimum ac commodissimum iisdem & ipsis videbitur, merces & effectus emere, onerare, & exportare, quin ipsi pro commoratione, vel pro in- vel excursione Nostris Officialibus pro protectione pecuniam, vel sic dictum Regale, vel aliud debitum, quodcunque nomen habere possit, præstare teneantur, quandoquidem etiam pro advehendis mercibus (excepta secundum tenorem sub moderatione stantis Tariffæ competenti solita tolerabili Gabella) nihil amplius solvendum erit, quam unus medius pro cento Consulatus, & sic dictum vectigal Admiralitatis, ex ipsis venditis vel aliter commutatis mercibus & effectibus secundum æstimationem Præsidis Consulatus, vel Judicii Cambialis Consiliarii, cum adjuncta una vel altera persona ejusdem Nationis, de qua Navis adveniens est, idque tantum a proportione actualiter venditi, vel per negocium permutati, ita, ut non venditum, vel non permutatum residuum absque omni aggravio evehi possit. Siquidem etiam *pro secundo* Naves in prædictis ambobus Portubus Francis jacentes, vel sub nostris velis, & cum nostris patentibus currentes Naves Cæsarea & Principali in supradictis de dato isto dicti anni proxime ab hinc declaratis, renovatis & publicatis Patentibus promissa securitate & protectione contra unum vel alterum attentatum tanta cum efficacia uti & frui debeant, ut Nos navim, vim vel injustitiam exercentem, hujus Capitaneum, Patronum, & suos Marinarios tanquam Piratas tractare, in complices celantes, & adjuvantes aliis ad terrorem inquirere, capere & omnes eorundem naves, bona, & ab ipsis raptas inque alios portus vectas merces parti læsæ restituere, solvere, vel alias decentem satisfactionem procurari volumus curare. Ut autem *pro tertio* quilibet trafficans & negotiator in sæpedictis portubus Francis uno vel altero modo meliorem suam convenientiam facere possit, Nos volumus & permittimus ipsis negociantibus, tam indigenis, quam extraneis, merces suas, si fuerint exoneratæ, erga proportionatam Pensionis præstationem in Cameralibus Emporiis *Fiume* & *Tergesti* existentibus & pro opportunitate erigendis, ad tres usque quadrantes anni deponi, &, ubi hoc tempore talia Emporia mercibus implerentur, hoc casu omnes tales merces in proxime sitam Domum, vel privatum Emporium portari, in depositum dari, duobus claustris muniri, & ad hoc clavim ab ibidem residente Consule, alteram autem a proprietario bonorum ad se sumi, prout etiam eundem & ipsum ante lapsum trium quadrantum anni gabellam vel vectigal de iisdem depositis mercibus solvere nullo modo teneri, ad hunc finem Nos volumus & clementissime permittimus, tales merces a Consule, vel Consiliario Judicii Cambialis cum adjunctis trafficantibus, nempe ipso proprietario, vel uno, vel altero ejusdem nationis, nemine alio modo supradicto taxari posse, prout etiam ipsis liberum erit, in Nostris Regionibus, quam parvo, ac vili poterunt, pretio emere & tam caro pretio, uti valebunt, aliis extraneis negociantibus rursus vendere merces, invehendas ibidem in Nostris provinciis secundum trafficantis dispositionem propriam commode distrahere; ubi interea navis contramercibus onusta ultra vehi vellet, vel ipsius Patrono occasio esset ultra pergere, econtra negociator non statim mercatorem suarum mercium inveniret, idem tamen necessariis pecuniis semper provisus sit, volumus Nos pro

Quinto curam gerere & eo juvare, ut in sæpedictis duobus Portubus Francis sufficiens assecurationis Bancus, vel Societas, tam pro excurrentibus, quam pro advenientibus navibus intra breve tempus constituatur, & ex eodem unicuique pro suis importandis & deponendis mercibus æqua portio sui capitalis ad certum tempus qualibet vice extradi & anticipari possit.

Sexto, permittimus porro clementissime trafficantibus, & negotiantibus, qui in præfatis duobus portubus francis, & forsan plus ultra in Nostra Hæreditaria Regna, Principatus & Provincias proficisci, ibi habitare & negociari volent, propter negociationem a nemine alio, quam a nostro ordinando speciali judice & judicio cambiali judicari debere, exceptis illis causis, quæ nostram Principalem gabellam, vel vectigal & ejusdem defraudationes concernunt, quas a Nobis constitutus receptor & contrareceptor, cum adjuncto Nostro in locis constituto fiscali, inquirent, &, prout justum est, tractabunt & contra similes mercatorum negocia-

ciationes ac a judicio cambiali celeriter, summariter, & absque omni protractione definient; pro

Septimo præfati trafficantes, quando ipsi intra vel extra muros Nostræ civitatis Fiumi & Tergesti Domos & tabernas ædificant, & ibi domicilia collocare volunt, nullo modo, neque in personis, neque in bonis molestabuntur neque eorundem domus & tabernæ, contra æquitatem, affligentur vel gravabuntur: Pro

Octavo in casu secuturi belli, quod Deus avertat, ubi ipsi trafficantes in Nostris supra declaratis duobus portubus francis commorantes ex Nostris Austriæ inferioris Principatibus & Regionibus emigrare debebunt, ipsis eorumque fratribus & servis omnia eorum bona & merces intra anni spatium vendere vel secum exportare liberum erit, neque eorum naves & effectus in modo dictis nostris Austriæ inferioris Principatibus & Regionibus arrestabuntur, multo minus repressaliis gravabuntur, sed potius authores talium attentatorum incompetentium judicialiter convenientur, & pro circumstantiis rerum, ne innocens pro nocenti pœnam luat, punientur. Uti etiam

Nono in casu Naufragii, quod trafficantes in nostris Maris Adriatici portubus pati possent, neque noster Fiscus, neque ullus alius Nostrorum subditorum, nihil ex rebus ipsis in diem datis, vel ex naufragio recuperatis bonis & mercantilibus effectibus sibi quidquam appropriare audebunt, sed quod in diem sub fide datum vel recuperatum fuit, naufragis vel eorum hæredibus relinquetur & restituetur. Pariter

Decimo trafficantes in supradictis duobus portubus francis quartiriis & in aliis occasionibus, oneribus personalibus immunes erunt, & hac immunitate etiam ii, qui nostri gratia ibidem Fiumi vel Tergesti residebunt, & præsentandus Consulatus Consiliarius, gaudebunt.

Undecimo volumus in nostros portus intrantes naves visitatione exemptas, e contra trafficantes obligatos & obstrictos esse, ut authenticos libros passus, in quibus nomen Navarchi, suæ commorationis, & navis libertatem, unacum authentica ab instantia sua competente expedita exhibenda specificatione onerum eorum locorum, ex quibus excurrerunt, exhibeant; quando autem navis prohibitis mercibus fiscalibus, (quæ per patentes peculiares proxime publicabuntur) onerata esset, reperiendæ merces fiscales, non autem aliæ visitabuntur & respective tanquam fiscales capientur. De reliquo autem & pro

Duodecimo concedimus & permittimus ejusmodi trafficantibus & mercatoribus, ut a qualibet natione ad meliorem prosecutionem Commercii publica domus, vel habitatio, vel intra vel extra civitatem Fiumi vel Tergesti extrui & in hunc finem fundum emi, vel aliter sibi acquiri, etiam Controlor, prout in aliis regnis, provinciis & civitatibus observantiæ est, ab ipsis constitutus ibidem degere possit, ad quem finem ipsis locum commodum assignari curabimus, etiam ubi necessarium erit, ipsis pluribus libertatibus, quantum fieri poterit, clementissime succurretur. Et ut

Ultimo exteri Negociantes & Mercatores primas & præcipuum aliquod habeant, promittimus & hisce pollicemur ipsis, eorum Nationi & familiis omnes utiles ac proficuas reales & personales libertates impertitum iri, quæ in aliis florentibus civitatibus Negociatoriis unquam impertitæ fuere, & a Nobis ad partium preces pro factu possibilibus habebuntur.

Quibus ita præmissis omnibus ab initio præfatis nostris fidelibus incolis & subditis, etiam aliis supradictis partibus ad omnium & singulorum Notitiam per hasce nostras impressas publicas Patentes hisce notum redditur & publicatur, ut quilibet hoc opere, reipublicæ adeo utili ac proficuo, uti etiam clementissima Nostra voluntate omnimode uti & frui sciat, & Nostris clementissimis promissis, nec non potenti protectione & securitate gaudere valeat.

His de causis Nos ad hunc finem omnibus & singulis Nostris constitutis & Ecclesiasticis & sæcularibus Superioribus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Locum tenentibus, Mareschallis, Capitaneis, Administratoribus, Vice-Dominis, Præfectis, Burggraviis, Provinciæ Præsidibus, Satrapis, Consulibus, Judicibus, Consiliariis, Civibus, Communitatibus, & alias omnibus Nostris Officialibus, subditis & fidelibus, cujuscunque dignitatis, gradus & status, serio æque ac efficacissime injunximus & mandavimus, ut omnes & singuli supradicti negociantes & trafficantes una cum præsentibus Nostris clementissimis patentibus omnimode protegantur ac manuteneantur. In his Nostra clementissima voluntas & intentio adimpletur. Datum in Nostra Residentia Viennæ 18. Martii 1719. Nostrorum Regnorum Romani octavo, Hispanici decimo sexto, Hungarici & Bohemici etiam octavo Anno.

CAROLUS. (L.S.)

Philippus Ludovicus, Comes de Sintzendorff.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium.

Joannes Josephus de Luidl.

XI.

Ejusdem Resolutio ulterior, agens de Privilegiis, illis, qui interioris Austriæ ac in primis Tergesti & Fani S. Viti portus, mercimonii causa, sunt frequentaturi, concessis, d. d. 18. Martii, An. 1716.

Nos Carolus Sextus, Dei gratia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniæ, Hispaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Serviæ & Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Styriæ, Carinthiæ, Craniæ & Würtenbergæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Goritiæ & Gradiscæ &c. Significamus omnibus & singulis Nostris fidelibus incolis & subditis cujuscunque dignitatis, status, officii, gradus superioris & inferioris, qui ubicunque in Nostris Austriæ interioris hæreditariis Principatibus & Regionibus, videlicet in Styria, Carinthia & Crania, uti & Goritia, Gradisca, Tergestino sinu, Fano S. Viti & in omnibus cæteris Nostris interioris Austriæ hæreditariis Regionibus, portubus maris habitant, & ibidem posses-

possessionati reperiuntur, vel in futurum ibidem habitabunt, & domicilium collocabunt, Nostram Cæsaream, Regiam ac Principalem gratiam, & omne bonum, & notificamus hisce omnibus & singulis: Postquam in ea, quam Nos cum Porta Ottomannica inivimus, pace inter cætera etiam ad utrinque introducenda Commercia & Navigia, uti & ad ea cum fructu promovenda specialis tractatus sub dato 27. Julii proxime elapsi anni 1718. fuit conclusus; Nos ad meliorem ordinationem & majus incrementum Commercii in omnibus Nostris hæreditariis Regnis, præcipue autem Nostris interioris Austriæ hæreditariis Principatibus & Regionibus, æque ac eorundem portubus maris, non minus necessarium ac proficuum esse duximus Nostras de dato 2. Junii, 1717. publicatas commercii literas patentes declarari & renovari, præprimis, cum ad eorundem meliorem florem & augmentum in observandis & procurandis hunc in finem requisitis essentialibus mediis inter cætera maxime stibilimentum securæ ac liberæ navigationis per mare Adriaticum utile pariter ac proficuum fit; qua de re porro hisce notum facimus, Nostris Regiis Hungaricis & Croaticis ad mare confinibus nec non omnibus & singulis in Nostris Austriæ interioris portubus maris degentibus vel in futurum ibidem habitaturis, & Nostræ superioritati sese subjecturis incolis, subditis & fidelibus, qui in ordinandis & in optimum possibilem statum ponendis commerciis præfatisque navigationibus operam navant, navesque suas mercantiles more solito instruunt & commercium libere agere volunt, idem hoc omne, repetita vice, clementer permissum esse, prout etiam hanc ob rem ad eorum incolatum & domicilia singulariter non tantum terrenum in veteri & novo Porto Rè, vel in ita dicto Vinodol, tanquam fertilis, aquis marinis & partim etiam dulcibus ad tingenda seria & lanea manu vel arte facta necessariis aquis circumdatus, una ex parte altis montibus clausus, etiam cum pluribus antiquis arcibus, aliisq; ex lapidib9 structis ad bonas habitationes & fabricas aptis domibus, diversis quoque ad aquatilia ædificia commodis molendinis provisus locus; sed etiam *Fiumi* & *Tergesti*, non minus in omnibus reliquis Nostris Austriæ interioris hæreditariis regionibus, civitatibus, oppidis & pagis, ubi & quomodo unicuique placet & commodum esse valet & potest, assignatur; & iisdem hæc Nostra clementissima ulterior resolutio & approbatio per præsentes declaratas & renovatas literas patentes nota redditur, cuicunque etiam Nostra gratia assecuratur, qualiter Nos præfatis Nostris Insassiis cæterisque etiam fidelibus, qui ad introducendam navigationem & commercia cum navibus suis ex Nostris Austriæ interioris portubus maris excurrent, non tantum Nostra Cæsarea & Principalia signa & vela concedi, ideoque eisdem ad decentem implorationem patentes necessarias per Nostram secretam Austriæ interioris cancellariam impertiri, prout etiam eosdem omni casu, quo ejusmodi naves, vel effectus ab una vel altera Potentia contra spem detinerentur, aut alias turbarentur, & præjudicium quoddam inferretur, fortissime defendi, consequenter satisfactionem & securitatem omni modo procurari, & ideo ad necessaria media optime intentos esse, sed & illos, qui commercium hoc per mare Adriaticum inchoabunt, & ad hunc finem cum navibus etiam ab exteris partibus & locis in Nostris Austriacis portubus maris sese recipient, singularibus Cæsareis & Principalibus gratiis & libertatibus clementissime affici, uti pariter trafficantibus, mediantibus sanctionibus certarum ordinationum & constitutionum celerem justitiam absque ambagibus, consequenter summarissime & parata executione, uti in aliis locis, & aliis bene ordinatis commerciorum civitatibus consuetum, etiam alias commerciorum jus est, administrari: & per hoc liberum commercium prosequi; uti etiam ad hunc finem ortum jus Cambiale (prout in Nostris Austriæ inferioris Regionibus jamdum factum) similiter pro circumstantiis in Nostris omnibus Austriæ interioris hæreditariis Regionibus proxime ordinari & ejusdem publicationem fieri curari, quippe Nos regias & alias vias per omnes Nostræ Austriæ interioris Hæreditarias Regiones usque ad Nostros portus maris ad currus latores vehendos commodas & ad ordinationem egregii commercii ac Reipublicæ commodum practicabiles & itineri aptas reddi, & imposterum taliter tueri, ac easdem ab omnibus prædonibus, latronibus & aliis innutilibus & sceleratis hominibus liberas ac securas conservari iterato ac serio jusserimus & mandaverimus, hancque Nostram recentem resolutionem similiter Nostro Regio Hispanico, Hungarico & Bohemico, uti etiam Nostro Consilio Aulico bellico, Cameræ Imperiali & aliis Nostris locis ad observandum, quæ pro circumstantiis necessaria videbuntur, clementissime intimaverimus; & quemadmodum Nos operam damus certas mercantiles societates erigendi & stabiliendi, uti pariter manufacturas in Nostris hæreditariis Regnis, Principatibus & Provinciis augendi & meliorandi, nec non novas introducendi, & hunc quoque in finem mercantilibus societatibus, extraneis æque ac indigenis magistris ad eorum implorationes proficua privilegia & libertates impertiendi & pro advenientibus exteris magistris pariter certa loca ad habitandum assignandi; ita denique idem hoc omnibus ab initio mentionatis Nostris fidelibus incolis & subditis, aliisque supradictis partibus, cujuscunque dignitatis, status, officii, vel gradus, hisce adhuc semel eo notificatur, ut unusquisque hoc Reipublicæ proficuo ac perutili, hisce a Nobis declarato & renovato resoluto omnimode uti frui sciant, & Nostra potenti protectione, satisfactionis & securitatis procuratione gaudere possint. In hisce adimplebitur Nostra voluntas & intentio. Datum in Nostra Residentia Viennæ 18. Martii 1719. Regnorum Nostrorum Romani octavo, Hispanici decimo sexto, Hungarici & Bohemici pariter octavo Anno.

CAROLUS. (L.S.)

Philippus Ludovicus de Sintzendorff.

Ad mandatum Sacr. Cæs. ac Cath. Majest. proprium,

Joannes Joseph de Luidl.

ADDEN-

ADDENDA ULTERIORA
ad Sectionem I.

Post Num. XI. pag. 34.

Arnaldi, Sedis Apostolicæ Legati, literæ ad Abbatem & Conventum Monasterii, seu Ecclesiæ S. Ambrosii Mediolanensis directæ, & de Corona ferrea, qua Henricus VII. Romanorum Imperator coronari debebat, agentes, d. d. 25. Novembr. An. 1311.

ARnaldus miseratione Divina Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, dilectis in Christo Abbati, & Conventui, ac Præposito, & Capitulo, & singulis Canonicis, & personis Monasterii, seu Ecclesiæ S. Ambrosii Mediolanensis salutem in Domino.

Quia instat tempus Coronationis, quam Serenissimus Princeps Dominus Henricus, Dei gratia Rex Romanorum illustris recepturus est in partibus istis, reddimur corde solliciti, ut circa Coronationem ipsius adhibeamus diligentiæ studium efficacis. Sane cum idem Dominus Rex ad exquirendum, ubi, & in quo loco sit Corona ferrea, quam habiturus est, suique habuerunt prædecessores, nec non ad perscrutandum, & sciendum, & se plenius informandum de modo, & forma tenendis in Coronatione tenenda, mittat ad vos Venerabilem virum Magistrum Gulassum de Comitibus de Mangone Canonicum Camervensem, Domini Papæ Capellanum, ipsius Domini Regis Consiliarium, & familiarem, præsentium portitorem, Discretionem vestram requirimus, & rogamus, attente vos nihilominus, & vestrum quemlibet monentes pro primo, secundo, & tertio peremptorio, imo vobisque sub excommunicationis, quam in vos, & singulos vestrum, & interdicti pœnis, quam in Capitulum, & Conventum ipsa, ex nunc prout ex tunc monitione præmissa ferimus in his scriptis, vosque monere volumus ipso facto, nisi monitis, & mandatis nostris obtemperaveritis, in hac parte districte præcipiendo, mandantes auctoritate eidem Magistro Gulasso, ubi sit Corona prædicta, & suprascripta quælibet necessaria, ac modum, & formam tenendos, & quicquid scitis, vel scire potestis per vos, vel alios circa Coronationem eamdem referatis, eumque informetis plenarie, ut in reditu suo sciat dicto Domino Regi referre per ordinem, nullo dimisso, omnia quæ circa Coronam, & Coronationem hujusmodi sint agenda. Has autem literas ad cautelam in Regestro nostræ Curiæ fecimus registrari, de quarum præsentatione eidem Magistro Gulasso dabimus plenam fidem. In cujus rei testimonium præsentes literas exinde fieri fecimus, & sigilli nostri munimine roborari. Datum Ast die XXV. mensis Novembris. Pontificatus Domini Clementis Papæ V. anno sexto.

Post Num. XXIII. pag. 111.

Instrumentum, in quo, Sigismundum Romanorum Imperatorem, Mediolani, Corona ferrea Italiæ coronatum fuisse, docetur, d. d. 25. Novembr. an. 1431.

IN Nomine Domini Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo trigesimo primo, Indictione decima, die vero Dominico vigesimo quinto mensis Novembris secundum stylum, & consuetudinem Civitatis, & Diœcesis Mediolani. In præsentia mei Notarii, & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum, Reverendissimus Dominus Dominus Bartholomeus de la Capra, Dei & Apostolicæ Sedis gratia S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ad quem, ut dixit, impositio Coronæ ferreæ in Civitate, vel Diœcesi Mediolani, Romanorum more Cæsareo imponendæ tam de jure, quam de longa, antiquaque consuetudine approbata noscitur pertinere, existens ad Altare majus Ecclesiæ S. Ambrosii Majoris Mediolani in Pontificalibus revestitus, & Serenissimus Princeps, & Dominus Dominus Sigismondus Romanorum semper Augustus Boemiæque Rex, Coronam hujusmodi eidem imponi a prædicto Domino Archiepiscopo juxta morem sollitum, postulans, & in coronatione hujusmodi effectualiter adimpleri, quæ consueverunt, & debent in tali celebratione servari. Itaque dictus Archiepiscopus volens officii sui debitum peragere, & exequi, ut tenetur, auctoritate sua ordinaria, qua fungitur in hac parte, prædictum Serenissimum semper Augustum, Boemiæque Regem ibi personaliter existentem pro suæ Coronationis, susceptionisque munere unxit in humero ejus dextro juxta formam Ecclesiæ consuetam, & prout alii Reges Romanorum in susceptione Coronæ ferreæ consueverunt, & debent ungi. Et deinde post inunctionem hujusmodi, ut præfertur, factam eidem Domino Regi in digito anulari ejus dextræ manus anulum imposuit, eique tradidit ensem nudum, ac subsequenter capiti suo Coronam ferream imposuit, Et insuper in ejus dextra virgam Sceptri, & deinde pomum deauratum, quod Monarcum significat, in sinistra manibus assignavit, servatis omnibus solemnitatibus, quæ consueverunt, & debent Romanis Regibus in tanta celebratione servari.

Et de prædictis &c.

Post Num. XXXV. pag. 194.

Instrumentum primum, de solennitatibus circa Imperatorum coronationem Italicam cum corona ferrea observari solitis, agens, d. d. 14. Febr. an. 1530.

IN Nomine Domini. Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo trigesimo. Indictione tertia. Die Lunæ, quartodecimo Mensis Februarii. Cum expediat Serenissimum & Catholicum Dominum Dominum Carolum, Divina favente clementia Romanorum Regem cupientem in præsentia coronationem suam absolvere, & perficere servatis omnibus, & singulis solemnitatibus observari requisitis, & consuetis ex dispositione Ordinum, & Constitutionum tam a Summis Pontificibus, quam a Serenissimis Prædecessoribus suis in Imperio editorum, & in Chronicis, aliisque monumentis continentibus solemnitates, & alia, in coronationibus hujusmodi servatas, & servari requisitas in Oppido Modoetiæ existentibus descriptas autenticas habere, & de eis fidem publicam fieri. Cum hujusmodi Chronicæ, & alia monumenta ad Civitatem Bononiæ, in qua ipsa coronatio fieri debet, deferri non possint, hinc est, quod pro habenda fide prædictorum, instantibus Agentibus pro Communitate ipsius Oppidi Modoetiæ, Spectabilis Dominus Jacobus Capredonus filius quondam Spectabilis Domini Prandini, nunc Castellanus, & Capitaneus Modoetiæ, ejusque districtus pro Excell. & Illustr. D. D. Francisco II. Sfortia Mediolani Duce, convocatis de mandato præfati Domini Castellani & Capitanei Agentibus pro dicta Communitate, nec non Venerabilibus Canonicis, & Fabriceriis Sacelli S. Joannis Baptistæ Modoetiæ, expositoque eis hoc præfati Serenissimi Imperatoris desiderio, cupientesque Agentes præfatæ Communitatis, ac Canonici, & Fabricerii huic honesto voto suo satisfacere, prout tenentur, Delatis per eos coram præfato Domino Capitaneo, & lectis prius omnibus Chronicis, & Monumentis dicti Oppidi Modoetiæ commorantibus, omnia, & singula, quæ in his coronationibus observari debent, & consueverunt, compertum in primis fuit in Bibliotheca Venerabilis Canonicæ Sacelli D. Joannis Baptistæ ejusdem Oppidi adesse quamdam Chronicam jam antiquissimo tempore in charta membrana manuscriptam, descriptaque ibi esse Capitula infrascripta, videlicet in folio X. capitulum tenoris hujusmodi, videlicet, Et quod Capitulum est XXI. in ordine: *Cum narrare decreverimus, quare Imperatores instituerint &c.* Adest & aliud Capitulum XXII. in Chronica tenoris hujusmodi, videlicet; *Karolus Magnus hujus nominis primus, Pipini Grossi Franconiæ &c.* In eadem etiam Chronica folio XI. adest Capitulum, quod est XXVIII. in ordine tenoris hujusmodi, videlicet: *Otto Henrici Alamanorum Regis filius &c.* Compertum postremo fuit in Ecclesia S. Joannis Baptistæ Modoetiæ post locum, super quo cantantur Epistola, & Evangelium, quando Missæ solemnes celebrantur, tabula marmorea, in qua sculptum est Altare majus ipsius Ecclesiæ, & super Altari sculpto adsunt vasa tria sculpta ad repræsentationem trium vasium Thesauri dictæ Ecclesiæ, sculpta quoque est Crux ad repræsentationem Crucis Thesauri prædicti, in qua adest de Ligno Crucis D. N. J. C & desuper Altare sculptum adest etiam sculptus baculus, in quo dependent IV. Coronæ aureæ sculptæ ad repræsentationem earum IV. Coronarum Thesauri prædicti relictarum per Reginam Theodelindam. Apud dictum Altare sculptum sculptæ sunt duæ statuæ repræsentantes duos Canonicos, alterum indutum, scilicet veste Subdiaconi, & alterum indutum veste Diaconi, & qui Diaconus veste indutus est, manibus tenet baculum Pastoralem sculptum in modum tridentis. In eadem etiam tabula apud has duas statuas Canonicorum sculptorum sculpta est statua Archipresbyteri dictæ Ecclesiæ, induti vestibus Episcopalibus, habentis etiam infulam Episcopalem in capite, & ambabus manibus imponentis Coronam ferream in capite statuæ Cæsarem repræsentantis, sedentem, armatum super quadam Cathedra eminente ab utroque latere ipsius Cathedræ caput animalis, quod non potuit discerni, habentemque vestem quamdam superiorem more Imperii longam, & talos excedentem, fultam pelle varii coloris circa humeros, & collum, & ornamenta quædam auri, videlicet fimbrias quasdam. Et memoratæ statuæ Archipresbyteri, & Canonicorum sunt a manu dextra Cæsaris sedentis. A manu autem sinistra apud Cæsarem sedentem in eadem tabula sculpta est statua Archiepiscopi Coloniensis tenentis in manu dextra quamdam Cedulam, & in manu sinistra librum, & in utraque manu habet anulos, capite detecto, vestitique vestibus Episcopalibus, & stantis in pede. Sequitur postea statua Ducis Saxoniæ stantis in pede, habentis manu dextra ensem Imperialem coopertum, & seu tectum fodro rubeo, & cingulum aureum involutum circa ensem, induti veste alba habente fimbrias aureas, & tenentis manum sinistram super pugione, & vestis fulta videtur pellibus variis, habentisque caput nudum. Sequitur postea imago Archiepiscopi Treverensis induti vestibus Episcopalibus, pro more tamen quotidiano deferri solitis. Et cum similibus vestibus induta est statua Archiepiscopi Coloniensis, & statua hæc habet etiam caput detectum stans in pede. Sequitur postea statua Landgravii, qui prout ex Chronicis Modoetia deprehenditur, est Comes Palatinus: induti veste consimili vesti Ducis Saxoniæ, habentis chirotecas in manibus, biretum in capite, & stantis. Sequitur postmodum statua Archiepiscopi Maguntiæ induti consimilibus vestibus, quibus induti sunt Archiepiscopi Coloniensis, & Treverensis, cum capite detecto, tenentis in manu dextera cedulam sculptam, in quam scriptum

ptum est: *Imperator.* Sequitur postea statua Marchionis Brandeburgensis induti consimilibus vestibus, quibus indutus est Landegravius, manu dextra accipientis a statuis septem Oratorum Modoetiensium privilegium Communis Modoetiæ cum sigillis pendentibus. Et in eadem tabula inter primum Oratorem Modoetiensium, & dictum Marchionem scripta sunt hæc verba, quæ videntur pronunciata a præfato Marchione: *Dominus Rex bene novit, quæ dixistis: ideo amplicabit fortiter, & confirmabit privilegia vestra.* Super capita autem dictorum Oratorum Modoetiensium in eadem tabula scripta sunt infrascripta verba, quæ videntur pronunciata per ipsos Oratores: *Homines Modoetiæ a majore usque ad minorem semper fuere, & sunt Imperatoriæ Majestati fidelissimi:* In eadem etiam tabula super capita dictarum statuarum Archipresbyteri, & Canonicorum infrascripta sunt hæc verba, quæ videntur pronunciata ab ipso Archipresbytero: *Altissimi Dei, & Apostolicæ Sedis gratia concedente, prout constitutum est Modoëtiæ, quæ caput Lombardiæ, & Sedes Regni illius esse dignoscitur in S. Oraculo S. Ioannis Baptistæ Ferreo Diademate de jure Regni corono te prius electum juste, atque unctum Regem fertilis Italiæ.* Et ideo prædictus Dominus Capitaneus pro Tribunali sedens super ejus solito Tribunali consistente in Palatio Communis Modoetiæ ex authoritate sibi virtute dicti Officii sui attributa jussit, & jubet mihi Notario infrascripto, ut per hoc præsens publicum Instrumentum cunctis fidem faciam, & attester, prout etiam attestor, dicta Capitula, & prædicta superius narrata a dictis Chronica, & tabula fideliter, & ad unguem extracta fuisse, nil addito, vel diminuto, aut alterato, quod substantiam hujus rei vitiet, variet, vel immutet &c.

Actum Modoetiæ die quarto decimo Februarii MDXXX.

Post Num. XXXV. pag. 194.

Instrumentum secundum ejusdem cum antea inserto argumenti, d. d. 17. Febr. An. 1530.

MDXXX. Die Jovis 17. Mensis Februarii.

Quum Illustrissimus, & Excellentissimus DD. Franciscus II. Sfortia Mediolani Dux Serenissimo, & Catholico D. D. Carolo Divina favente clementia Romanorum Rege Imperatore electo requirente literis suis scripserit Illustri D. Alexandro Bentivolo in Ducali Dominio Mediolani pro præfato Excell. Duce Gubernatori, & locum Tenenti, ut curaret ea, qua posset, diligentia habere Scripturas, Instrumenta, & protocollos, & alia quæcumque monimenta continentia solemnitates, & alia quæque servata in Coronationibus factis tam in Oppido Modoetiæ, quam in Civitate Mediolani de Imperatoribus Præcessoribus præfati Serenissimi Imperatoris electi, & Scripturas ipsas, Instrumenta, protocollos, ac monimenta ad præfatum Excellentissimum Ducem nostrum tradenda præfato Serenissimo Carolo destinaret, & propterea facta per præfatum Illustrem D. Alexandrum diligenti inquisitione, & investigatione pro habendis dictis scripturis, & ex omnium relatu præfatus Illustris D. Alexander pro explorato haberet hujusmodi scripturas, & monumenta facilius Modoetiæ, quam alibi reperiri posse, & certior esset factus propter diuturnum bellum, quod in Dominio Mediolani nimium diu invaluit, & propter validam, & sævissimam pestem, quæ in eo oppido anno superiore debacchata fuit, plerosque incolas aut absentes, aut mortuos esse, ita ut ex solita multitudine hominum unus tantum Notarius in eo Oppido præsens comperiatur, qui requisita ab Illustrissimo Duce possit perquirere, & investigare, & de inventis solemne transumptum facere, & propterea Reverendissimus, & Magnificus Senatus præfato Excellentissimo Duci obtemperare, & Cæsareæ Catholicæque Majestati satisfacere, ut ea, qua potest solemnitate omnia agantur, Senatusconsultum edidit tenoris hujusmodi.

MDXXX. die 16. Februarii. Quum Illustriss. & Excellentiss. Princeps Franciscus II. Mediolani Dux &c. Bononia literas dedisset ad Illustrem virum Alexandrum Bentivolum generalem in universa ipsius Iurisdictione locum Tenentem, ut omnes ritus, omniaque instituta, quæ ad coronandos in Oppido Modoetiæ, & Civitate Mediolani Imperatores per tempora servari consueverunt, ex veteribus monimentis, & Archivis summa cum cura perquireret, & in publicas tabulas referri mandaret, ad eumque transmitteret, ita requirente sacratissimo, atque invictissimo Principe Carolo V. Romanorum electo Imperatore, qui ex Hispania profectus coronationis suæ causa Bononiæ nunc moratur. Quumque idem Illustris locum Tenens certior esset factus omnes Modoetienses Notarios propter belli, pestisque gravissima incommoda, quæ duo harum regionum incolas nimium diu afflixerunt, aut absentes, aut mortuos esse, & præter unum, qui huic perquisitioni adesse possit, neminem alium in eo oppido ad præsens reperiri; eaque de causa hoc ad amplissimum ipsius Illustrissimi Ducis Senatum retulisset, qui & voluntati Cæsaris, & mandato Principis nostri cumulatissime satisfieri curaret.

Senatus ut hæc omnia majori cum fide, atque solemnitate peragerentur, censuit mittendos esse Modoetiam egregios Julianum Piscinam Cameræ præfati Excell. Ducis Mediolani Notarium, nec non Ioannem Petrum Gazurrum Notarium publicum Mediolanensem, qui una cum Notario Modoetiensi, vocatis, atque adhibitis Capitaneo, Castellaneoque, ac Canonicis, & Decurionibus ipsius Oppidi, testibusque omni exceptione majoribus, qui per tempus inveniri potuerunt, ex Chronicis, Annalibus, Archi-

chivis, actisque publicis, & literarum monimentis omnes ritus, solemnitates, cærimonias omniaque instituta, quæ faciendæ Ferreæ Coronationis gratia tradita sunt a majoribus, quam diligentissime scrutentur, perquirant, & investigent, & quæcumque comperuerint, omnia summa cum fide describant, & in publicum, atque solemne instrumentum redigant, ut ad ipsum Illustrissimum Ducem perferri possint. Signatur suprascriptam Bartholomæus Landrianus & sigillatus sigillo consueto præfati Senatus.


Quum etiam in executione mandati præfati Illustris D. Locum tenentis, & Senatus consulti prædicti, Domino Capitaneo, & Castellano dictæ Terræ una cum Consiliariis, Præfectus, ac Deputatis Oppidi; & Canonicis ad id congregatis prædicta significaverimus, & inter dictos D. Capitaneum, Deputatos, & Canonicos habitum super inde longum colloquium fuerit, & Consilium, & ducti fuerimus in Archivum, & Bibliothecam prædictæ Terræ positam in Ecclesia S. Joannis Baptistæ, quæ Cathedralis est ejusdem loci, clausam, & per Deputatos ipsius Oppidi de publico diligenter custoditam, præsentibus præfato D. Capitaneo, dictis Dominis Canonicis, ac deputatis, & infrascriptis testibus, ingressi fuimus nos infrascripti tres Notarii Archivum prædictum, & compertis in eo diversis voluminibus librorum jam antiquissimo tempore in carta membrana manuscriptorum, unum tantummodo librum comperuimus, cui titulus est *Chronica Oppidi Modoetiæ* vetustissimum, eoque a nobis infrascriptis Notariis diligenter, & accurate lecto, etiam ad præsentiam præfati D. Capitanei, & præfatorum Dominorum Canonicorum, & Deputatorum, nec non infrascriptorum testium, quatenus per tempus licuit, compertum fuit in eadem Chronica descripta esse Capitula infrascripta, & videlicet folio decimo Capitulum tenoris hujusmodi, videlicet: In quadam Chronica existente in Bibliotheca Canonicæ S. Joannis Baptistæ Modoetiæ manuscripta in carta membrana descripta sunt infrascripta Capitula, videlicet folio decimo Capitulum tenoris hujusmodi, videlicet, & quod Capitulum est vigesimum primum in ordine: *Cum narrare decreverimus quare Imperatores instituerunt Terram de Modoetia caput Lombardiæ*, & eam sic affirmant esse, & quare debeant *ibi in Ecclesia S. Joannis Baptistæ coronari, possumus ostendere pluribus rationibus, & exemplis &c.* Adest & aliud Capitulum XXII. in eadem Chronica, tenoris hujusmodi videlicet: *Karolus Magnus hujus nominis Primus &c.* In eadem etiam Chronica folio XII. adest Capitulum, quod est XXVIII. in ordine tenoris hujusmodi, videlicet: *Otto Henrici Alamanorum Regis filius &c.*

Quum autem præfatus D. Capitaneus dicti DD. Canonici, Deputati, & ego Julianus Notarius ut supra, ac dicti infrascripti alii Notarii & testes prædictis expeditis egressi essemus dictum Archivum, nobisque omnibus existentibus in Ecclesia prædicta, Canonici ipsi præfato D. Capitaneo, ac dictis Deputatis, & nobis Notariis, & testibus infrascriptis quamdam tabulam marmoream in muro posteriori loci, super quo cantantur Epistola, & Evangelium in eadem Ecclesia, quando Missæ solemnes celebrantur, affixam ostendissent, asseverantes in eadem sculptas esse cærimonias solitas in hujusmodi coronationibus servari, propterea ego Julianus Notarius, ut supra, cupiens hujus rei veritatem indagare, & elicere, apposita juxta dictam marmoream tabulam scala, per gradus ascendens ipsi tabulæ propinquus factus, astantibus, & præsentibus, videntibusque prædictis D. Capitaneo, Canonicis, Deputatis, & Notariis, ac testibus infrascriptis, cum vidissem in ea Tabula sculptas esse plurimas statuas, & infrascriptas etiam quasdam literas, descripsi statuas ipsas, ac literas, & comperii, quod in tabula ipsa sculptum est Altare majus &c.

Quibus omnibus peractis, jussu præfati D. Capitanei, & auctoritate nobis attributa per Reverendissimum, & Magnificum Senatum, Ego Julianus Piscina una cum infrascriptis Notariis de prædictis omnibus, & singulis tam a dicta Chronica, quam a suprascripta tabula marmorea fideliter extractis, hoc publicum transumptum confecimus, publicum de eo tradimus Instrumentum.

Acta hæc fuerunt in Palatio Communis Modoetiæ præsentibus Venerabile D. Presbytero Joanne de Rippa Canonico prædictæ Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ, nec non &c.

FINIS.



Post Num. LXIII. ¹. p. 2414.

Ratificationes Instrumenti Pacis inter Sacram Cæsareo-Catholicam Majestatem, Carolum VI. Sacrumque Romanum Imperium ex una; Nec non Philippum V. Hispaniarum Regem, ex altera parte, Viennæ, die 7. Junii Anno 1725. initæ, d. d. 21. Jul. & 29. Aug. An. 1725.

RATIFICATIO CÆSAREA.

NOs Carolus Sextus Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Rex Germaniæ, Castelle, Arragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Majoricarum, Sevillæ, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeciræ, Gibraltaris, insularum Canariæ, & Indiarum, ac Terræ firmæ, Maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Wirtembergæ, superioris & inferioris Silesiæ, Calabriæ, Athenarum, & Neopatriæ, Princeps Sueviæ, Cataloniæ, & Austriæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, superioris & inferioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ, & Arthesiæ, Landgravius Alsatiæ, Marchio Oristhani, Comes Gotiani, Namurci, Rossilionis, & Ceritaniæ, Dominus Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis, Biscajæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ, &c.

Notum facimus omnibus & singulis, præsentes Literas inspecturis, lecturis, vel legi audituris, aut quomodocunque infrascriptorum notitia ad ipsos pervenerit: Divina favente clementia factum esse, quod super bello, quo, propter successionem Hispanicam, universa propemodum Europa involuta fuit, nunc Tractatus Pacis, Nos, Sacrumque Romanum Imperium inter, & Serenissimum ac Potentissimum Principem Philippum quintum, Hispaniarum & Indiarum Regem Catholicum, in Civitate nostra Vienna, per constitutos utrinque Legatos Extraordinarios, & Plenipotentiarios, nuper initus & conclusus, atque solemne desuper instrumentum confectum, subscriptum & signatum fuerit, forma, modo, & tenore sequenti:

Locus inserti tractatus.

Cum igitur omnia & singula, quæ publico huic Instrumento inserta leguntur, Nostro Cæsareo, & Sacri Romani Imperii nomine, per Nostros Cæsareos Legatos Extraordinarios, & Plenipotentiarios supranominatos gesta, acta, & conventa fuerint; Hinc Nos præhabita matura & deliberata consideratione, accedente communi omnium Imperii Statuum consensu, die vigesima Julii nuperi, præfatum pacis Tractatum in omnibus & singulis punctis ratum gratumque omnino habuerimus, prout ex certa nostra scientia, & Cæsareæ Majestatis plenitudine, ipsum approbamus, laudamus, ratificamus & confirmamus, rataque perpetuo & firma esse ac fore prætacta omnia, virtute præsentium, statuimus & declaramus, verbo Nostro Imperiali promittentes, pro Nobis, Nostrisque Successoribus, Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac Sacro Imperio Romano, Nos omnes & singulos Articulos, & quidquid tota hac Pacis conventione continetur, firmiter, constanter ac inviolabiliter servaturos, pleneque executioni mandaturos, nec, quo ulla unquam ratione, vel per Nos, vel per alios contraveniatur, quocunque modo permissuros esse. In quorum omnium testimonium, robur, ac fidem Sigillum Nostrum Cæsareum majus huic Diplomati Manu nostra subscripto appendi jussimus. Datum in Civitate nostra Vienna, vigesima nona Augusti, Anno millesimo septingentesimo vigesimo quinto, Regnorum nostrorum Romani decimo quarto, Hispanicorum vigesimo secundo, Hungarici & Bohemici vero decimo quinto.

CAROLUS.

(L. S.)

Vt Frid. Carol. Com. de Schönborn.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majestatis proprium,

Philipp. Wildericus, Nobilis Dom. de Georgenthal.

RATIFICATIO HISPANICA.

PHilippus DEI gratia, Castellæ, Legionis, Arragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolymarum, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Murtiæ, Guiennis, Algarbiorum, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, Indiarum, Orientalium & Occidentalium, Insularum & Continentis Maris Oceani Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Mediolani, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, & Barcinonis, Dominus Biscayæ, & Molinæ &c. &c.

Cum Divina favente clementia, Nos inter, & Serenissimum, atque Potentissimum Principem, CAROLUM, hujus nominis Sextum, Romanorum Imperatorem, & Sacrum Imperium Tractatus Pacis per Ministros Legatos Extraordinarios, & Plenipotentiarios amplissimis mandatis ad id nominatim pro utraque Parte instructos, quorum nomina in ipso conventionis instrumento inserta leguntur, conclusus, & subscriptus, & signatus fuerit, forma, modo, & tenore sequenti.

Locus inserti tractatus.

Nos eadem omnia & singula, præhabita matura & diligenti consideratione, ex certa nostra scientia approbamus, ratificamus, & confirmamus, rataque & firma esse, & fore, virtute præsentium declaramus, simulque verbo Regio promittimus, pro Nobis, nostrisque Successoribus, Regnis, & subditis, Nos omnes, & singulos supra descriptos articulos, & quidquid tota hac in Pacis conventione continetur, firmiter, constanter, & inviolabiliter servaturos, atque executioni mandaturos, nullaque ratione, ut vel ex nostra parte, vel per alios contraveniatur, passuros, quomodocunque id fieri posset, omni dolo & fraude exclusis. In quorum omnium fidem, robur, & testimonium præsentes nostras Ratificationis literas expediri mandavimus, Manu Nostra subscriptas, & Sigilli nostri Secreti appositione roboratas, nec non infrascripti Secretarii nostri status, & universalis expeditionis chirographo referentes. Datum in Regia hac nostra apud sanctum Ildefonsum, die Julii vigesima prima, Anno Domini millesimo, septingentesimo vigesimo quinto.

PHILIPPUS.

(L. S.) Joannes ab Orendayn.

RATIFICATIO HISPANICA

Articuli Separati.

PHilippus DEI gratia, Castellæ, Legionis, Aragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierosolymarum, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ Murciæ, Guiennis, Algarbiorum, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, Indiarum Orientalium & Occidentalium, Insularum & Continentis Maris Oceani Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ & Mediolani, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis & Barcinonis, Dominus Biscayæ, & Molinæ &c.

Cum, præter instrumentum pacis Nos inter, & Serenissimum & potentissimum Romanorum Imperatorem, & Sacrum Imperium conclusæ a Nobis jam ratihabitum, etiam in articulum sequentem per Ministros ab utraque parte Legatos Extraordinarios, & Plenipotentiarios conventum fuerit, juxta subinsertum tenorem:

Locus Articuli separati.

Nos autem pariter ratum & firmum habere volentes, hisce ipsum confirmamus, approbamus, & ratihabemus, verbo Regio promittentes: Nos eundem accurate observaturos, nec unquam ipsi quavis ratione, prætensione, seu prætextu contraventuros, aut infracturos; In quorum fidem, robur, & testimonium præsentes approbationis & ratificationis literas, vel Instrumentum, Manu propria subscripsimus, & Sigillo Nostri Secretarii Nostri Status, & universalis Expeditionis chirographo roborari jussimus. Datum in Regia hac Nostra apud Sanctum Ildephonsum, die Julii vigesima prima, Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo quinto.

PHILIPPUS.

(L. S.) Joannes ab Orendayn.

Post Num. LXIII. f. p. 2414.

Decretum Cæsareum, de Instrumenti Pacis antea memoratæ Ratificationibus, Conventui Statuum S. R. Imperii Ratisbonensi exhibendis, agens d. d. 12. Sept. An. 1725.

Publice dictirt Regenspurg den 26, Sept. 1725. per Moguntinum.

VOn der Rœmischen Kayserlichen Majestæt, CARL des Sechsten, unsers allergnædigsten Herrn vvegen, denen bey gegenvværtiger allgemeiner Reichs-Versamlung anvvesenden des Heiligen Rœmischen Reichs Churfürsten, Fürsten und Stænden Vortrefflichen Ræthen, Bottschafften und Gesandten hiermit in Gnaden vveiter anzufügen, vvas massen über den der gegenvværtigen Reichs-Versamlung letzthin mitgetheilten gantzen Friedens-Tractat, nachdeme das mit lobvvürdigen Eiffer und Teutsch-Vaterlændischen Gemüth zu allerhœchst-besagt-Ihro Kayserlichen Majestæt gnædigstem Wohlgefallen abgegebene Reichs-Gutachten eingelangt, desgleichen die Kœniglich-Spanische Genehmhaltung dahier eingetroffen, die gevvœhnliche Ausvvechslung beyderseits bedungener Ratificationen den 29. Augusti jüngsthin vvürcklich erfolget, mithin diese Friedens-Handlung, vermœg Dero Kayserlichen Reichs-Vætterlich-bestændiger Sorgsamkeit, zu des gemeinen Wesens erspriesslichen Nutzen vollkommentlich abgethan seye; Diesemnach haben allerhœchst Dieselbe gnædigst anbefohlen, den Buchstablichen Inhalt davon durch die Anlagen vorbemeldter Reichs-Versamlung zu gemeinbündiger Nachricht und Achtung ausführlich mitzutheilen. Und verbleiben im übrigen Ihre Kayserliche Majestæt deren des Heiligen Reichs Churfürsten, Fürsten und Stænden vortrefflichen Ræthen, Bottschafften und Gesandten mit Kayserlichen Gnaden vvohlgevvogen. Signatum Wien unter Ihrer Kayserlichen Majestæt hervorgedruckten Secret-Insiegel, den 12. Septembris 1725.

(L. S.) Friedrich Carl, Graf von Schönborn.

P. W. Freyherr von Gœrgenthal.

Inscriptio:

Von der Römisch Käyserl Maj. CARL des VI. unsers allergnädigsten Herrn vvegen, denen bey gegenvvärtiger Reichs-Versamblung anvvesenden des H. Röm. Reichs Churfürsten, Fürsten und Ständen Vortrefflichen Räthen, Bothschafften und Gesandten in Gnaden anzukündigen.







